


F.a. 2-3.

~~LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO
CLASSICAL
CLASSICAL
CLASSICAL~~

BIBLIOTHEQUE REALE
SAINTE-GERMAYNE
N° 43
104




1 488 48 *Seifert* MADE IN GERMANY

R. 2259

D. STANISLAI
 HOSII CARDINALIS,
 EPISCOPI VARMIENSIS IN CONCILIO
 TRIDENTINO PRAESIDIS, OPERA
 QVAE HACTENVS EXTITERVNT OMNIA, INPRIMIS PIA
 ET ERVDITA, ATQVE IN VNVM CORPVS IAM PRIMVM
 COLLECTA ET EXCVSA, QVORVM CATALOGVM
 PAGELLA SEQVENS INDICABIT.

OPVS HOC NVNC POSTREMO AB AVCTORE
*recognitum, & innumeris supra omnes editiones auctu, cura & opera integerrimi
 viri D. doctoris Henrici Dunghen Canonici Antuerpiensis.*


Saluo per omnia iudicio S. sedis
 Apostolicae.



ANTVERPIAE.

*In Aedibus Viduae & Haeredum
 Ioannis Stelfij.
 1566.*

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



CONTENTA.

Confessio Catholicæ fidei Christiana, a patribus in Synodo prouinciali habita Petricouix anno 1551. mense Mayo congregatis.	Folio 1
Propugnatio veræ, Christianæ, Catholicæq; doctrinæ, aduersus Ioannem Brentiū pro Petro Soto elegantissimè conscripta.	205
De expresso Dei verbo Libellus, his temporibus maximè necessarius.	320
Dialogus de eo, num calicem laicis, & vxores sacerdotibus permitti, ac diuina officia vulgari lingua peragi fas sit.	341
Epistola D. Stanislai Hosij Cardinalis Varmien. ad illustriss. Brunsvici Ducem Henricum.	356
Epistola D. Martini Cromeri, ad Regem, Proceres, Equitesq;ue Polonos, in comitijs Varshauiensibus congregatos.	359

PRIVILEGII SENTENTIA.

Regio edicto cautum est, ne quis alius, præter Viduam & Heredes Ioannis Scelsij, opera omnia D. Stanislai Hosij, ante quadriennium imprimat, aut alibi impressa distrahatur, sub penis in diplomate Regio contentis, subs.

I. de Perre.

AUCTOR LECTORI.



Nnus iam quintusdecimus agitur, cum in Synodo prouinciali Petricouien. cui præsedit Nicolaus Dzergouuski Archiepiscopus Gnesnensis, certæ quædam doctrinæ capita proposita fuerunt, vt suam de illis sententiam Episcopi iurati dicerent. Quoniam verò nudè proferebantur, postulatu à me fuit, vt ea paucis verbis explicarem & illustrari redderem, ac scripto mandata Patribus traderem, quò melius intelligere possent, quid illud foret, de quo iureiurando interposito, sententiam suam essent dicturi. Quod à me pro eo, vt angustie temporis ferebant, curatu est diligenter, conatusq; sum illa doctrinæ capita in ordinem redacta, scripturaru & Partiu testimonij, ac probabilioribus etiam rationibus confirmare, quò facilius ad ea calculo suo comprobanda patres adducerentur. Neq; prorsus irritus cecidit labor hic meus: Nam simul vt lecta fuerunt, quæ conscripseram doctrinæ capita, iurarunt in ea statim omnes, qui tū præsentibus aderant Episcopi, & libello, quem produxeram manibus suis subscripserunt, quin etiam, vt is typis mandarent decreuerunt. Quoniam verò quatuor tantu dieru spatium ad scribendum mihi datum fuerat, & res grauis, atque ardua tractabatur, ne quid festinantius Patres de scripto illo statuerent. Petiui: simul me facturum recepi, vt intra paucos menses, ea, quæ scripseram, accuratius expenderem, ac perpolirem, augerem etiam & locupletarem. Assensu sunt non grauatim. Ego verò cū Archiep. vehementer vrgeret, ac editionem maturari postularet, inter varias curas quibus tum distringebat. post vnum & alteru mensem priorem tantu partem absolui, in qua de fide deque spe tractabatur. Et est ea Cracouie typis excusa. Cū autem Roman liber perlatus fuisset, Theologoru iudicio probabatur, Otto verò Truchses Cardinalis Augustanus, cuius insignis pietas, & in sana Ecclesiæ doctrina tuenda, & conseruanda zelus quidam ardens orbi restatus est vnuerso, sic labores hos nostros complexus est, vt librū dignū duceret: quem in opido suo Dilingensi semel & iteru typis mandandū curaret, quod etiā diligenter ab eo postea curatu fuit. Postulauit etiā idem à me, quem auctorem huius libri fuisse cognouerat, vt quod reliquū erat operis ad se perferendū curaret, quo possit integrū excudi. Quod & Archiep. Salisburgensis Michaël ante tres annos hos in Christo desunctus, cuius & ipsius ingens fuit studiū in ea doctrina, quæ cū Euangelio Christi consentit propaganda suis à me literis contendeat. Quoniā verò iam data per me fuerat Archiep. Gnesnensi reliqua libri pars, qui denuo Moguntia totū opus excudendū curabat, vt inde peterent, rescripsi. Sed in eo castigando non ea fuit cura, quā oportuit, adhibita. Prodiit igitur liber valde mēdozus, ac vbi tractatur de caeremonijs à tempore sumptis, ternio totus in eo desiderabatur. Prodiit autem sicut in prioribus editionibus, sic & in hac, auctoris nomine suppresso, neque factū est quicquā propius, quam vt eū in terras Inferioris Germaniæ Theologi Louanienfes importari prohiberēt. Quem tamen statim vt legerant approbarunt, ac importandi facultatem Bibliopolis concesserunt. Insignis autem ille Theologus Roardus Tapper admonere me curauit, vt si quid scripturus essem deinceps, aut denuo scripta mea sub incudem daturus meū nomen edere non dubitarem. Nam in terras Catholicorū libros, qui nomen auctoris præfixū non haberent, importari minimè licere. Quāuis autem factū mei ratio mihi consisteret: cū tamen ab alijs etiā pluribus, vt nomen meum adscribi facere admoneret, nō grauatim id fieri passus sum, posteaquā Viennensis Typographus eū denuo recudendū laborē suscepisset. Cunctatus autem is est in editione sua diuinus aliquanto, ex quo factū est, vt ex allo Moguntino exemplari, quod pluribus mendis fuit referuū, prius opus hoc Antuerpia, quā Viennæ excuderetur. Eas res animo nostro, non parū attulit molestie. Quæ magis etiā est aucta, posteaquā idem Parisijs quoq; bis eodem anno factū esse cognouimus, & ab Andoeno Paruo, & à Iacobo Puteano. Quamuis posterior hic, cū iterū eundem librū ante bienniu sub incudem dedisset, secundam editionem Viennensem secutus, multo castigatiorum eum in lucem emisit. Ter enim Viennæ liber hic est typis excusus. Hæc autem est Antuerpien. quoq; quarta iā editio, quā fore multo castigatiorum confidimus. Nam & Calcographus, cuius industria nobis est plurimū commendata, nibi studij, curæ, laboris, diligentiæ prætermissurū se recepit, vt quā emendatissimus liber hic in lucē prodire possit: & qui pro sua erga Deū pietate & erga nos amore, corrigēdi libri curā non grauatim nostra causa suscepit, vir venerabilis Henricus Zibertus Dunghen S. Theol. Doctor, Canonicus Antwerp. & Penitentiarium Apostol. proculdubio non patietur in hoc munere suam à nobis fidem & diligentiam requiri. Hoc quidem certo possumus affirmare

affirmare, quod plurimis est accessionibus locupletata ultra omnes alias priores etiã illam ultimam Rom. editionem: quãdoquidã ex nonnullis vetustissimis auctoribus, quos antè videre nobis non contigerat, nõ pauca adiecimus, ad eorũ dogmatũ confirmationẽ, de quibus nunc à nonnullis ambigi videmus. Ioannes enim Stelsius ter opus hoc nostrũ prælis mandavit, quartũ autem gener hic eius, anno proximo superiore. In posteriore verò Stelsij editione, plerag, sed non ita multa præter voluntatem nostram addita fuisse comperimus, ex quibus tamen, quod magnoperè nos offenderet, non erat ferè, præter id, quod vbi tractamus de impedimentis matrimonij, sunt addita non solum præter, verum & contra voluntatem nostram, quedam verba post Cypriani sententiam à nobis excusam, de virginibus Deo dicatis continere nolentibus. Hucusq, enim verba nostra sunt. Nil itaq, suffragatur istis Cypriani testimonium. Qui verò postea fuerunt interiecti septem ferè versus, eos pro nostris non agnoscimus, quemadmodum, nec illa quæ in margine sunt annotata. Ac admonitus à nobis correxit quidem errorem hunc gener Stelsij. Sed priusquam id ab eo factum esset, quater vno anno liber hic Lutetie typis suis mandatus. Et à Iacobo quidem Puteano nil tale commissum animaduertimus. Verũ Egidius Gorbinius, Guilielmus Desbois, Sebastianus Niellius in libro suo, quem ante biennium ediderunt, secundæ editionis Antuerpiensis errorem sunt secuti. Excuderunt autem hi Typographi tres vno anno, caractere satis eleganti non solum opus hoc nostrũ Confessionis, verũ & alia, quæ scripsimus in hunc vsq, diem omnia, magna cura, vt benè castigata prodijisse videantur. Cæterum in Dialogo, quem nonisimo loco posuerunt, secuti videntur exemplar valde mendosum, atque ita scriptum, vt pleriq, in locis, contrarias in illo sententias videre liceat, his, quæ nos scripsimus. Quod etiam factum animaduertimus in alijs Dialogis, qui in manus nostras inciderunt, ibidem Lutetie cum libello nostro de expresso Dei verbo editis forma minore vulgò vocant in sedecimo, cum tamen hic ipse libellus noster Dilingæ multò castigatior in lucem prodierit, verum nunc Domini Henrici Dughen cuius antè mentionem fecimus libellus hic, de expresso verbo Dei ad exemplar Romæ impressum collatus & adiutus fuit. Vidimus autem hanc ipsam Confessionem nostram Lugdunũ quoque editam, proximo anno superiore, opera Guilielmi Rouillij, iuxta exemplar, quod à nobis, cum Romæ fuisset, datum fuerat, viro illi, excellenti pietate, admirabili prudentia, zelo tuende religionis incredibili prædico, Francisco Turnonio, qui tertio ab hinc anno in Christo obdormiuit, cum principem inter Cardinales locum obtinisset. Vidimus eandem in Germanicam linguam versam Ingolstadij typis excusam ante biennium ferè, & anno 66. in Gallicam quoque linguam conuersam reperiri audiuimus, eodemque anno hanc quoque ultimam editionem aam in Flandricam transferrì linguam breui ad nos Dominus Henricus Dughen scripsit. Verum id valde cuperemus, vt omnes versiones denuo cum hoc Petri Belleri exemplari, quod omnium vltimũ est, quo meliores & conuenientiores in lucẽ prodiret, cõferantur. Quominus tibi Lector contemendus videri debet labor hic noster, cũ opus hoc intra decem plus minus annos, quod quidem ipsis nobis oculis nostris cernere licuit, octies & decies typis mandatum fuerit. Quod & in Hispaniis & in Lusitania, & à reliquis Catholicorum in Anglia cupidè legi, multorumque retri manibus, à viris grauibus & fide dignis accepimus. Nobis quidem hoc labore nostro nil questum est aliud, quàm vt, qui varijs & peregrinis hereticorum doctrinis in patria nostra abducti, à via aberrauerunt, eos in viam reducere, vacillantes autem in prisca religione continere possemus. Quod si sumus aliqua ex parte consecuti, abundè magnum laborum nostrorum fructum tulisse nobis videtur. Abs te verò pie Lector petimus, si quem & ipse fructum legendis his nostris cæperis, vt nos orationibus tuis Deo commendes, atq, diligenter illi supplices, quandoquidem præter spem & expectationem nostram, ad munus hoc graue nimis & arduum, ab eo vocati sumus, vt nobis gratiam suam impartiat, quo pro sui nominis gloria & Ecclesiasticæ utilitate, sic illud geramus, vt ingentium laborum, curarum, ac sollicitudinum nostrarum, quibus grauius premimur,

Scopus huius operis & confessionis.

is, quem optant pij omnes, fructus apparere queat.

Vale.

SERENISSIMO ET CHRISTIANISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO SIGISMUNDO AVGVSTO DEI GRATIA REGI POLONIAE, MAGNO DVCI LITVANIAE RVS-

sia, Prussia, Masouia, Samogitia, & cæc. Domino & heredi, Domino suo Clementissimo, Nicolaus Dziergouuski Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus & primas, orationes & obsequia sua reuerenter commendat.

**



Iqua gens alia, nostra præ cæteris habere videtur, quod in Domino gloriari, de quo Deo, cuius hoc solius est beneficium, meritò gratias agere possit, ac debeat, quod cum aliæ plerèque post agnitam veritatem, & receptum semel Christi Euangelium transferri se in aliud cuiusuis potiùs, quàm Christi Euangelium passè sint, nostra hæc (quod illi perpetuum, cuius hoc inspiratione factum est, Deus esse velit) quod audiuit ab initio, in eo permanit, neque commisit, vt doctrinis varijs & peregrinis abduceretur. Verum quod Timotheum, ac verum veri Dei cultorem vnumquenque Paulus admonet, depositum fideliter custodiuit, deuotans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quas quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Sed hanc illa tantum constantiæ laudem, eripere conatur totius humani generis hostis ille capitalis, quo nihil est ad nostram perniciem instructius, neque vigilantius: Circumit enim semper tanquam Leo rugiens, quærens, quem deuoret. Neque vero non reperit, quod quærere nunquam intermittit. Magnam (proh dolor) orbis Christiani partem suis infidijs à Christi corpore, quæ est Ecclesia, segregatam immanis illa bestia iam deuorauit, ac quod malum non pro nostris meritis, sed pro sua gratuita bonitate & misericordia, procul à nostris finibus arcere Deus velit, ad nos quoque deglutiendos animum adiecit. Neque verò nunc alijs artibus vitur Satanus iste, quàm quibus & ab initio semper, & nostro etiam hoc infelici æuo, in finitimis nobis populis irretiendis vsus est. Facile perspicit, vt est non minus callidus, quàm truculentus, aperto Marte si congregi velit, nihil se proficere posse. Quamobrem longè alia se forma exhibet, quã ea, quæ est ipsius propria, quã si cernere liceret, auerterentur, euestigiò mætes omnium, ac simul vt vidissent monstrũ horrendũ ingens, non modò vocè non audirent, sed nec aspectũ eius ferre possent. Verum transfiguratur se in Angelum lucis: Quibus armis olim

1. Cor. 1.

Galat. 1.

1. Ioan. 1. Heb. 13.

1. Tim. 6.

1. Pet. 5.

Diaboli in decipiendo industria.

olim caput nostrum, Dominum nostrum Iesum Christum, in deserto cum esset, aggressus est, iisdem membra nunc quoque illius appetit, sub umbraculis diuinę legis decipere conatur incautos, ac suę fraudi sacre scripturę præterdit auctoritatem, quodq; à sanctissimo quodam doctissimoque viro scriptum est: *Per verba legis, legem impugnat*: Nam proprium sensum verbis abstruit legis, vt suę mentis prauitatem, legis auctoritate commendet. Sciens enim impietas multum auctoritatem valere, fallaciam sub eius nomine componit, vt quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest, bono nomine commendetur. Hac arte nimio plus in hac quoq; gente nostra iam profecit, ac sub specioso verbi Dei titulo plurimos decepit, periculum vt sit, nisi Deus oculis misericordię suę nos aspexerit, ac ab illius insidijs protexerit, ne deteriore sint loco res apud nos, quam apud finitimos hæctenus fuisse videntur. Qui quum iam bona ex parte ad mentem sanio-rem reuersi sint, ad nos lues hæc serpere cœpit: ac videre licet plerosque tam cæca mente præditos, vt quum non ignorent, qui fuerint aliorum exitus, qui sub obtentu Euangelij sacra profanis, imaque summis miscere conati sunt, haud aliter tamen, quam si ne tenui quidem auditione quicquam ea de re percepissent, obfirmato animo in eo pertédunt, quod semel prauum in animum induxerunt. Tum autem vident eos, qui à Christi corpore diuulsi, de Christi Euangelio, deque puritate verbi se iactant, in tot sectas miserè dissectos, ipsos inter se digladiari, ipsos inuicem sibi hæreticos esse, neque tamen vel hoc eorū dissidio adduci possunt, vt in viam redeant, vnde aberrasse videntur. Quin eò iam res redijt (quæ res vna omnium maximè est deploranda) quod suis quisque capitis somnia, Dei verbum vocari, & fidem Catholicam haberi vult, ac quantò quisque indoctior est, tantò sibi plus arrogat, tantoq; maiore audacia de rebus non intellectis temerè affirmat. Ante hos triginta annos vna tantum fuit in Christiano fides, quę nec dici potest fides, nisi vna sit, quum quicquid præter vnā fidem est, perfidiam, non fidem esse dicat Hilarius, nunc isti fidium ex ea ludum fecerunt: ex quo fit, vt quibus in rebus agitur salus nostra, in ijs iam ludatur, neq; solidi ferè quicquam à multis credatur, dum quouis vento doctrinæ circumlatæ, paulò momento huc illuc mentes eorum impelluntur. Quoniam verò nostrum Episcoporum officium hac in re nonnulli requirebant, qui nos vel hac ex causa non esse immunes à culpa dicerent, quòd nullam certam pastoribus docendi formam præscriberemus, in qua acquiescere possent: quamuis ea pridem à sanctis Patribus præscri-
pta est,

Nota.

Hilarius ad
Constantinum
Augustum.
Ephe. 4.

pta est, nec est quòd quisquam à nobis aliquid noui expectet, quum vitare nouitates Paulus iusserit: Nè tamen videri cuiquam possemus nolle gregis nostri salutem prospicere, conuocauimus ea de re Synodum, in qua cum esset de tuenda religione, deliberatio suscepta, in eam sententiam itum est ab omnibus, vt certi quidam articuli scriberentur, de quibus singuli Episcopi suo quisque loco sententiam rogati dicerent, iurisfurandi etiam religione interposita, quod non secus dicat quisque quam sentiat. Eò enim iam audacię atq; amentię progressos plerosque cernimus ex ijs, quibus recepta fides Ecclesię non probatur, vt Catholicos etiam viros insimulare audeant, quasi eiusdem sint secum sententię. Deinde si quem vident Catholicum recta sentientem, qui doctrinæ alicuius opinionem habeat, non dubitent illi vnum omnium maximè horrendum crimen impingere, quasi aliud in lingua promptum, aliud in pectore clausum habeat, ac quòd hæreticos aliquando, nunquam autem Catholicos fecisse legimus, temporis causa ita sentire se fingat: Sic illi ex sua improbitate probos etiam viros metiuntur. Hos itaque articulos vno ore ab Episcopis prouincię meę omnibus iuratis, qui tum præsentibus aderant, ab eorum verò, qui legitimis de causis abfuerunt, legatis comprobatos, & manu singulorum subscriptos, in ordinem postea digestos, ac non nihil expolitos, atque in iustum volumen redactos, visum est tuo, Christianissime rex, nomini dedicare. Cui enim dicarem rectius, quam orthodoxę fidei nostrę propugnatori? quem sancta maiorum vestigia persequentem, diuinitus datum esse nobis videmus, cuius auctoritate conatus istorum impij sedari possint, qui ad religionem Christianam euertendam conspirasse videntur. Quos, quum Dei metus in officio continere non possit, continet tamen in officio Maiestas tua, pro ea, quæ tibi à Deo concessa est, ad Ecclesiam ipsius defendendam, potestate. Quod vt perpetuò facias, vtque diu te nobis incolumen & felicem conseruet idem ille, qui tibi tam pijs istas cogitationes inspirauit Dominus noster Iesus Christus, vna cum clero vniuerso totius prouincię meę supplex precari nunquam intermitto.

Vide August. ad
Vincentium
Epistolam.

AVCTO-

* 4.

AVCTORVM NOMINA QVO- RVM IN HOC VOLVGINE PRÆCI- PVA FIT MENTIO.

Abbas Panormitanus.
Abdias Babylonius.
Adalbertus Archiepiscopus Gnef-
nenfis.
Adelhelmus.
Agacho.
Albertus magnus.
Alberus Pighius.
Alexander. iij.
Alexander. v.
Alexander de Alcs.
Aigerus.
Alouissus Lipomanus.
Amalaris Treueren. Archiepisc.
Ambrosius.
Anacleus.
Anastafius Papa.
Anastafius Patriarcha.
Antiochenus.
Annales Polonorum.
Andreas Hierosolymitanus.
Angelonus.
Angelus Policianus.
Anianus interpres Chrysoftomi.
Anselmus.
Anselmus Hauesburgen. Episcop.
Anthonius Episcopus Constanti-
ensis.
Antonius Archiepiscop.
Aponius.
Aristoteles.
Arnobius.
Achanafius.
Augustinus.
Basilus Magnus.
Becca.
Benedictus. Bernardus.
Berramus.
Bonauentura.
Burchardus episcopus Vormatien.
Cains Papa martyr.
Calixtus papa.
Calsiodorus.
Celerinus.
Casarius Arelatenfis episcopus.
Claudianus.
Clemens episcopus Romanus D.
Petri successor.
Clemens Alexandrinus.
Christianus Druemarus.
Chromatius.
Coelestinus papa.
Conciliorum liber.
Cyprianus.
Cirillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Damafenus.
Decreta. Decretales.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Cartufianus.
Dorotheus.
Dydimus.
Epiphanius.
Ephrem Ediffenae ecclesiae diacon.
Erafmus Roterodamus.
Euagrius. Euaristus.
Eucherius.
Eusebius. Emiffenus.

Euthimius.
Fabianus.
Faustinus. Franciscus Torenfis.
Fulgentius Episcopus Mafilienfis.
Gabriel Biel. Gaudentius.
Gelafius.
Gennadius.
Germanus Patriarcha, Constanti-
nopolitanus.
Gratianus.
Gregorius magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Niffenus.
Guilhelmus Durandi.
Guilhelmus Episcopus Parisi-
ensis.
Guilhelmus Bibliothecarius Mal-
mesberienfis.
Gunnundus Episcopus Auerfanus.
Haimo.
Hieronymus.
Higinus. Hilarius.
Hilhelbertus Canonianensis Epi-
scopus.
Hippolitus. Horatius.
Hormilda.
Horulus animæ.
Hugo de S. Victore.
Hugo Cardinalis.
Hugo de Prato.
Idacius Clarus.
Ignatius.
Ioannes Chrysoftomus.
Ioannes Gerfon.
Ioannes Episcopus Romanus.
Ioannes Scorus.
Ippines Calsianus.
Ioannes Cochleus.
Iobas Aurelianensis Episcopus.
Iosephus.
Irenæus.
Isidorus.
Istichius.
Innocentius. iij.
Iulius.
Iuo episcopus Carnotensis.
Iustinus Philofophus martyr.
Iactantius Firmianus.
Lantfran^o episcopus Cantuariensis.
Leo magnus.
Leontius Episc. Neapol. infulæ
Cypri.
Liberatus.
Macarius Episcopus.
Macarius Monachus.
Marcus Eremita.
Martianus.
Martialis Lemouicenfis episcopus.
Maxentius.
Maximus Taurinensis episcopus.
Maximus Tyrius.
Michael episcopus Merfpurgensis.
Nicephorus.
Nicolaus Papa.
Nicolaus Lyra.
Nicolaus Cabaffas.
Oecumenius.
Optatus.

Origenes.
Ofius episc. Cordubensis.
Pacianus.
Palladius.
Pamphilus martyr.
Paschasius.
Paulus Nolanus
Paulinus Aquileienfis episcopus.
Petrus Chryfologus.
Petrus de Aliaco.
Petrus Lombardus.
Petrus abbas Cluniacenfis.
Philaster.
Philo.
Photius.
Plato. Plutarchus.
Pofidonius.
Primasius.
Proclus Cōstantinopolitanus Epi-
scopus.
Profer Aquitanicus.
Prudentius.
Rabanus.
Rabbi Samuel.
Rabini.
Raynerius.
Remigius Antifiodorensis episcop-
us.
Ricardus de Prato.
Ricardus de media villa.
Ruffinus.
Rufficus diaconus.
Ruperus abbas Tuitienfis.
Sacerdotele Romanum.
Saluanus. Serenus.
Saryrus. Seneca.
Sidonius Arnerius.
Simeon Metaphraftes.
Sixtus papa.
Socrates.
Soter. Sozimus.
Sozomenes.
Staniffius episcopus Cracouicfis.
Stephanus papa.
Stephanus episcopus Boftrorum.
Stephanus Brulepher.
Suetonius.
Sulpitius Seuerus.
Syrictus.
Tarafius. Terentius.
Tereullianus.
Telephorus.
Theodororus.
Theodorus.
Theonas.
Theophilactus.
Theophilus Alexandrinus.
Thomas de Aquino.
Thomas Vvaldenfis.
Vergilius.
Victor.
Vigilius episcopus Tridentinus.
Victorinus.
Vincentius Lyrinenfis.
Vincentius Beluacenfis.
Vribanus papa.
Xiflus.
Zepherinus.

INDEX

INDEX CAPITVLORVM HV- IVS OPERIS, CUIVS PRIOR PARS, CAPITIS, POSTERIOR FOLII NVME- RVM CONTINET.

Quod fides fundamentum fit reli-
gionis Chriftiana. 1.
Quod fides mediatoris post lapsum
primi hominis fuerit, & est om-
nibus ad salutem neceffaria, ne-
que poterit aut possit quifquã
abique illa faluari. 1.
Quod ecclesia omnia, quæ ad fidem
mediatoris pertinent, non modo
fcriptis & sermonibus, verum &
certorum dierum obferuationi-
bus, & signis, & imaginibus, &
habitu, & gestu, & variis Cere-
monis mentibus fidelium impri-
mere conata est. Ac primum de
anno in certa tempora distribu-
to, de quæ beneficio Chrifti incar-
nationis. 2.
De beneficio redemptionis per cru-
cem & mortem Chrifti factæ. 2.
Quod in die parætes rectè deplora-
tur Chrifti passio. 3.
De gaudio dominicæ refurrexio-
nis. 4.
De afcenfione Chrifti, de quæ extre-
mo iudicio. 4.
De Spiritu fancto, de quæ Trinitate.
5.
Quod dictum Apostoli, dies obfer-
uatis & mensis, nihil aduectur
obferuationi Dierum, quæ fit in
Ecclesia. 6.
Quomodo præcipuè Chrifti pas-
sionis beneficia variis modis Ec-
clesia rudibus inculcare conata
est, ac primum de signo Crucis. 6.
De crucifixi fimulachro. 8.
Quomodo Sacerdotes & episcopus
ad cōtemplandum perpetuo cru-
cis & mortis Chrifti beneficium
excitare mater Ecclesia conata
est. 9.
Quod falso quidam de obferuatis
Chrifti beneficijs, quum per ip-
sos potius obferuentur, & omnis
eorum memoria extinguatur. 9.
Quæ fit vis huius articuli, credo fan-
ctam Ecclesiam Catholicam. 10.
Scripturæ ne magis, an ecclesie te-
stimonio fit credendum. 11.
Quod euangelio credimus, nõ tan-
quã hominis testimonio, sed tan-
quam iuxta loquẽtis Dei voci. 12.
Quod fcriptura nihil est æterius,
quod quæ certus est ea sensus eli-
ci possit. 12.
Non propterea non esse consensum
patrum in fcripturis interpretã-
dis fequendum, quod vnus aliquis
aliquando certauerit. 13.
Defcriptio Ecclesie, quod quæ sibi
nomen eius et auctoritatem vfer-
pant etiam heretici. 14.
Quod quatuor sunt ecclesie nota,
prima est, quod fit fancta. 14.

Alter nota ecclesie, quod fit Ca-
tholica. 15.
Quomodo dignosci possit homo
catholicus, ex ipsis illustratur. 16.
Quod concilium œcumenicum ec-
clesiam Catholicam representat. 17.
Tertia nota ecclesie, quæ fit vna. 24.
Quod aliter vnitas retineri nõ po-
test, quam si vnus aliquis præfit
ecclesie, cui pareant omnes. 25.
Quarta ecclesie nota, quod fit apo-
stolica. 26.
Quod ibi legitima Episcoporum
luccefio est, ibi doctrina Aposto-
lorum, ibi vera est vna, fancta, Ca-
tholica, apostolica ecclesia. 27.
Quod fides ecclesie propterea dese-
renda non fit quod præfident il-
li quandoque, qui vitæ non om-
nino sunt inculpati. 29.
Quæ fit sanctorum communio. 31.
Qui sint extra sanctorum commu-
nionem. 32.
De Sacramentis. 32.
De numero Sacramentorum. 33.
De baptifmo. 33.
De fufcipientibus baptifmum. 36.
De ministro huius Sacramenti. 37.
De ritibus & Ceremonijs bap-
tifmi. 39.
De Sacramento confirmationis. 40.
De Sacramento Eucharistie. 41.
De materia huius Sacramenti. 48.
Quod hoc sacramentum rectè dica-
tur facificium. 52.
De effectu Sacramenti Eucharis-
tie. 65.
Quemadmodum affectus ad hoc Sa-
cramentum accedere oporteat. 68.
De Sacramento pœnitentiæ. 69.
De materia & forma huius Sacra-
menti. 69.
De contritione. 69.
De confessione, & quæ illi respon-
det absolutione. 71.
De fatisfactione. 72.
De Sacramento extremæ vnctio-
nis. 78.
De Sacramento ordinis. 78.
De distinctione ordinum. 79.
De Sacris ordinis, qui maiores
cantur. 80.
De sacerdotio. 80.
De ministro huius Sacramenti. 84.
De Sacramento Matrimonij. 89.
De impedimentis matrimonij. 91.
De iis, quæ restant ex simbolo pec-
catorum remiffione, carnis refur-
rectione, & vita æterna. 104.
De ipse. x
Expofitio Dominicæ orationis au-
thore D. Cypriano. 112.
Explicatio Salutationis Angelicæ.
116.
Quod Iustitia nostra non fit sola fi-
des. 118.
Quod peccato quolibet mortali fi-

des non amittatur. 118.
Quod fides à spe & charitate non
modo vocabulo, verum etiam ratio-
nabili differentia distingua-
tur. 119.
Quod fidei vt prodesse queat, spes
& charitate iungi neceffe est. 119.
Quod nihil impossibile Deus præ-
ceperit. 120.
Quod non tam natura mandatorum,
quam nostra fiat ignauia, vt im-
pleri mandata nõ possumus cum
quæ timori graua sint, leuia sunt
amori. 121.
Quod operatur bona Deus in no-
bis, non ipsis nihil agentibus, ve-
rum consentientibus & simul ope-
rantibus nobis. 122.
Quod semel iustificatum gratia sua
Deus nõ deserat, si nõ ab eo dese-
ratur, quod quæ charitati non modo
non impossibile, verum nec dif-
ficile quidem quicquam est. 123.
Quod Chriftiana iustitia charitas
est ex corde puro, & conscientia
bona, & fide non ficta. 124.
Quod per fidem, spem & charitatẽ,
quæ propemodum obsoleuerat in
nobis, imago Dei restauratur. 126.
Quod Iustitia Dei iusti sumus, non
qua Deus ipse Iustus est, sed qua
nos iustos facit. 126.
Quod non sola Iustitia Chrifti im-
putatione sed verè & realiter in-
hærente nobis Iustitia iusti si-
mus. 130.
Eorum confutatio, quæ contra verè
& realiter inhærentẽ nobis ius-
titiam à quibusdam proferun-
tur. 133.
Quod præceptum Charitatis, quæ
est iustitia nostra in hac vita ex-
pleri potest. 143.
Explicatio præcepti de diligendo
Deo & proximo fol. 146.
De præcepto decalogi. 147.
De primo præcepto. 148.
De secundo præcepto. 149.
De tertio præcepto. 151.
De quarto præcepto. 152.
De sexto præcepto. 153.
De septimo præcepto. 155.
De octauo præcepto. 155.
De nono & decimo præceptis. 156.
De externo cultu. 158.
Ceremoniariũ diuifio. 159.
De Ceremoniis, quæ sumuntur à
personis. 159.
De Ceremoniis, quæ sumuntur à
rebus. 160.
De Ceremoniis, quæ sumuntur à
loco. 164.
De Ceremoniis, quæ sumuntur à
tempore. 169.
De traditionibus humanis. 186.
Pœnitentiis cum totius operis pœni-
tatione. 197.

CONFESSIO CATHOLICAE FIDEI CHRISTIANA, PETRI COVIEN- SIS SYNODI NOMINE A R. D. STANISLAO HOSIO CARDINALE EPISCOPO

Varmiensis conscripta.

PROOEMIUM.



VAE propria semper hominis existimata sunt, non desuere, qui cum ceteris animantibus ea nobis esse communia putarent, Nam siue sermone maxime differimus ab ijs, quae bruta vocantur, praeterquam quod aues humana verba fonantes audire licet, quando suas voces caetera viuientia proprijs inter se notis decernunt atque dinoscunt, nonne mutuos inter se miscere sermones videntur? siue quis ridere sic homini proprium esse dicat, vt & omni homini, & soli, & semper in fit, an non apparet in quadrupedibus nonnullis ridendi quaedam ratio, quando demulsis auribus, contractoque ridu, & oculis in lasciuam resolutis, aut homini alludunt, aut suis quisque proprijs foetibus? Iam & providentia non carent bruta, quando sibi prospiciunt in futurum, ac cibos olim sumedos reponunt. **Qua** in re adeo non sunt quibusdam etiam hominibus inferiora, vt pigriorem quendam ad formicam ire sapiens iusserit, vt eius vias consideraret, ac sapientiam disceret, quae quum non habeat ducem, non praecceptorem, non principem, parat aetate sibi cibum, & in messe congregat, quod hyeme comedat. **Rationis** vero, qua sola maxime nos a reliquis animantibus differre persuasum habemus, nonne signa in multis deprehenduntur? Nam quando vtilia sibi appetunt, cauent ab ijs, quae sunt noxia, quando pericula fugiunt, quando latibula sibi parant in plures exitus disparata, intelligere certe aliquid videntur. Poterit autem aliquis ratione illis inesse, negare, cum ipsum etiam hominem saepe deludant? Poterit ea esse ratione destituta affirmare, a quibus vt sapientiam discamus, quorum vt prudentiam imitemur, non mortalium aliquis, verum ipse nos Deus admonet immortalis? Cuius enim nisi Dei vox est, vt discamus a formica sapientiam? cuius nisi Dei vox est, Estote prudentes sicut serpentes? Citar etiam Ambrosius quandam Scripturam: **Vade ad apem & vide quomodo operaria est.**

Deum itaque sequutus auctorem, fecit sanctus pater Basilius, cum quintae Diei opera in ijs libris, quos Hexameron inscripsit, enarraret, vt ad quorundam aquatilium, volatilium, & quadrupedum imitationem oratione sua mentes hominum inflammaret. Quod modo non totidem verbis postea factum est ab Ambrosio, cum idem argumenti genus pertractaret, Sed & B. Ephrem admonet nos: vt apem imitemur.

Non omnino vana, vt eorum opinio fuisse videatur, qui, quae nos bruta vocamus animantia, rationis expertia prorsus esse negauerunt, Grauis apud Graecos auctor Plutarchus, librum etiam ea de re conscripsit, in quo quendam e socijs Vlyssis, Circes venescijs in suum conuersum, illum persuadere conantem inducit, quod cum ratione, tum plerisque mortalibus etiam virtutibus, non exaequant homines modo ea, quae a nobis bruta dicuntur, verum etiam longo post se interuallo relinquunt. **Quin** & Arnobius multa in illis conspici dicit rationis & sapientiae simulachra.

Ex ijs videre licet, quod quaecunque tandem ea sunt, quibus placet sibi genus hominum, ac reliquis animantibus anteponi, seque discerni ab illis vult, canon

*Lactan. li. 2.
insti. ca. 10.
Eiominis differ-
rentia & pro-
prietas.
Ratio quomodo
brutis copetati.*

Proo. 6.

*Rationis in
signa in brutis.*

*Matt. 10.
Basil. Homil.
7. 8. 9.*

*De compun-
sione cordis.
lib. 1. cap. 8.
Amb. li. 5.
Hexameron.
cap. 22.*

*Arn. lib. 2.
contra gentes.*

PROOEMIUM.

ea non minima ex parte cum illis habet communia. **Quid** igitur esse dicemus, quo maxime discerni possint homines a pecoribus? Non ratio, non oratio, non prudentia, non alia quaecunque, sed sola est religio, quae nos ab illis discernit. Hoc adeo ipsa etiam figura & status hominis indicat, qui cum caetera animalia prona terram spectet, solus ex omnibus est vultu in caelum erecto, vt vel ex hoc admoneatur homo, quod vultum, eo & mentem spectare debere, non vt, quod Anaxagorae visum fuit aliquando, solem & lunam, verum vt a quo sol & luna, a quo etiam ipse homo, a quo cuncta, quae vel sub aspectum hominis cadunt, vel solo intellectu comprehendi possunt, condita sunt & creata, eum vt contempletur, eum vt cognoscere, cognitum amare, & eo qui diuinitati proprie debetur, cultu prosequi studeat. Hoc est igitur in homine eximium, hoc est, quo vel solo vel certe maxime differt humanum genus a caeteris viuientibus. Ex quorum tot generibus, quemadmodum a M. Tullio scriptum legimus, nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. **Quamobrem** apud Plutarchum etiam Vlysses non habuit, quo Grilli reselleret argumenta, quibus ille rationem inesse brutis probare contendebat, praeter vnum hoc, quod graue diceret esse, ratione ijs concedere, quibus Dei cognitio non sit ingenta. **Quae** cum ita se res habeat, quid est aliud, in quo magis elaborare mortales omnes oporteat, quam vt ad agnitionem Dei peruenire liceat? ad quem contemplandum nati esse videmur? vt nisi fecerit quis id, cuius causa productus in hanc lucem esse videtur, recte de illo dici queat: **Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.** Neque enim iam fere quicquam est in homine, quo dignosci possit a iumentis, si sit agnitione Dei destitutus. Deinde verò affluit aliquis omnibus ijs, quae bona vocantur & sunt: sit iustitiae, sit continentiae laudibus insignis, sit omni virtutum genere perpolitus, sit Aristide, sit Catone, sit Phocione sanctior, nisi veri Dei veram agnitionem habuerit, superuacanea illi fuerint haec omnia: frustra in illis assequendis laborauerit. **Omnis** eius iustitia, sicut a Laetantio praclare scriptum est, similis erit humano corpori caput non habenti: in quo tamen membra omnia & locis suis consent, & figura, & habitudine: tamen quoniam deest id, quod est omnium principale, & vita sensu caret. Itaque membra illa formam tantum modo membrorum habent, vsum non habent: tam scilicet, quam caput sine corpore. Cuius gerit similitudinem, quicum Deum non ignoret, viuere iniuste. Id enim solum habet, quod est summum: sed frustra: quoniam virtutibus tanquam membris caret. Itaque vt sit viuum & sensibile corpus, & agnitio Dei necessaria est, quasi caput, & omnes virtutes quasi corpus: ita fiet homo perfectus ac viuus. Summa tamen omnis in capite est, quod quamuis constare non possit sine membris omnibus, sine quibusdam tamen potest. **Et** erit quidem animal viciosum ac debile, sed viuere tamen: sicut & is qui Deum nouit, & in aliqua re peccat: dat enim veniam peccatis Deus. **Quamobrem** sine membris aliquis viuere potest, sine capite nullo modo. Haec res efficit, vt etiam si natura boni sint philosophi, nihil tamen sciunt, nihil sapiant. **Omnis** doctrina & virtus eorum sine capite est, quia Deum nesciunt, qui virtutis & doctrinae caput est: quae qui non cognoscit, licet videat, caecus est, licet audiat, surdus, licet loquatur, elinguis est. Cum verò viditorem parentemque rerum cognouerit, tunc & videbit, & audiet, & loquetur: Habere enim caput cepit, in quo sunt sensus omnes collocati: hoc est, oculi, aures, & lingua. Caput igitur teneamus, Deum cognoscere studeamus, etiam atque etiam omni ope conitamus omnes, vt quo vultus nostros conuersos esse videmus, eò mentes, etiam nostras erectas habere queamus, atque in illius, per quem conditi sumus & redempti, contemplatione

*Religio sola Dei
notitia a brutis
hominem proprie
distinguit.*


*Homo nascitur
ad Dei contem-
plationem.
Psal. 49.*

*Lactantius li.
6. cap. 9.
Iustitia sine
Dei agnitione
similis est corpo-
ri humano sine
capite.*

*Psal. 113.
Scopus huius
libri est pius ad
Dei agnitio-
nem & conie-
plationem per-
ducere.
Religio sine pie-
tas quid.
Ioan. 17.
Ioan. 14.
Deut. 18.
Esai. 20.
Ioan. 4.
Cultus diuinus
sue religio pro-
prie fide, spe,
& charitate
interius constat
exterioris vero
paucis ceremo-
nijs per corpus
exercendis.*

platione versetur, ne simus corpus sine capite, neque simus ij, in quos recte quadrare possit, quod in Psalmis scriptum legimus. Os habent & non loquuntur, oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient. Ad hanc agnitionem contemplationemque Dei optimi maximi pios omnes, ut inuita-remus, hæc scribendi labor à nobis est susceptus, quæ quidem vno verbo religio sine pietas dici potest: Religio quidem, quod ea tanquam vinculo quodam obstricti Deo sumus & religati: Pietas autem, quod non aliter pios esse licet, quam Deum rite colendo. Hac itaque de re dicere nobis nunc est propositum, quæ sit pie colendi Deum ratio, de qua non leues hoc infelici ævo nostro controuersias excitatas esse videmus. Supplices eum precamur, quem nosse vita est æterna, Dominum nostrum Iesum Christum, ut qui via nobis factus est, pro bonitate sua nobis concedat, sic vt de eo, quod nobis institutum est, differamus, vt non declinemus neque ad dextram, neque ad sinistram: sed via regia incedentes, nihil proferamus, quod non ad ipsius gloriam, quam alteri non dat, proprie pertinere videatur: cui soli studere ipso inspirante, quam solam, pro eo vt vires nobis fuerint suppeditare dignatus, propagare deliberatum habemus. Quoniam itaque spiritus Deus est, indubitatum illud erit, quod in spiritu adorari, spiritu coli, spiritualibus exercitijs venerari maxime vult: cuius generis sunt, fides non ficta, spes firma, & charitas de corde puro profecta: Tribus ijs, qui proprie debetur Deo cultus absoluitur. Ac si non constaret homo nisi spiritu solo, nihil ab eo præterea requiretur ad puro Deum colendum. Quoniam verò corporis quoque mole premitur, æquum esse videtur, vt non hæc modo quæ iam commemorauimus, interiora, verum etiam externa quoque ad colendum Deum adferat. Colat Dominum humana mens, fide, spe & charitate: colat dominum corpus hominis externis & corporeis rebus, quibus tanquam signis quibusdam suam erga Deum fidem, spem, & charitatem ostendat: vt sic totus homo dicere possit cum Propheta: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: ac quemadmodum corpus ordinatur ad Deum per animam, sic exterior cultus ad interioram referatur: sine quo frustra Deus quibuscunque tandem externis ritibus colitur. Priore itaque loco de interno: posteriore de externo Dei cultu verba faciemus: nihil in medium allaturi, nisi quod verbo Dei consentaneum est futurum.

*Psal. 8.
Causa ordinis
tractandorum
in hoc opere.*



QVOD FIDES FVNDA- MENTVM SIT RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

CAPVT I.



VI fidem sanctissimæ religionis, doctrinæque Christianæ fundamentum, simul ianuam & viam in vitam, ac recursum quendam atque redactionem à corruptione ad incorruptionem immortalitatemque esse dixerunt, ij verè vim eius expressisse videntur. Nam per hanc accessum habemus ad patrem, qui vitæ nobis & immortalitatis auctor est. Crede enim oportet accedentem ad Deum. Accedit ad Deum, qui inuocat eum. Quomodo autè inuocabunt, dicit Apostolus, in quem non crediderunt: Fides itaque cum primis est necessaria, sine qua impossibile est placere Deo: Quam qui non habet, frustra accedit ad Deum, frustra loquitur, frustra inuocat Deum. Inrelexit hoc Propheta, cum dixit: Credidi propter quod loquutus sum. Quin & Apostolus: Et nos, inquit, credimus, propter quod & loquimur. Prima ergo vox eius, qui se Christianum præstiterit, est, Credo. Hinc est, quod non Sophi, non Philosopher, sed fideles appellamur.

*Chryso. homi.
de fide Abrahæ
& immolatiõe
Iaac. Temo 1. et
imo. 4.
Homi. de fide,
spe, & charita-
te.
Cyril li. 4. s. p-
per Ioan. ca. 9.
Rom. 5.
Heb. 11.
Rom. 10.
Heb. 11.
Psal. 115.
2. Cor. 4.
Christiani pri-
ma vox credas
fidei Christianæ
summa.
Eph. 2.
1. Tim. 2.
1. Ioan. 2.
Apo. 1.
Rom. 5.
Inobediencia
primam Adæ
peccatum.
Philip. 2.*

Verum quid tandem illud est, quod credere nos oportet? nihil aliud quam Iesum Christum, & hunc crucifixum. Hæc est fidei nostræ summa, vt credamus, nos, qui primorum parentum nostrorum culpa facti eramus filij ire, filij gehennæ, rei mortis æternæ, non potuisse, neque posse à morte liberari, nisi per vnum mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus: qui factus est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, verum & totius mundi: qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: Qui cum inimici fuisset, reconciliauit nos Deo patri. u. Quomodo autem reconciliauit? Vt si- cut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti fuimus multi: sic per vnius obedientiam iusti constitueremur multi. Factus est enim obediens patri vtque ad mortem, mortem autem crucis, quod sic lueret inobedienciæ peccatum, per primum parentes nostros admissum, & nos ex impijs iustos factos, per obedientiam suam, quam in pæferenda morte crucis ostendit, cum patre suo cœlesti in gratiam reduceret. Hoc qui corde credit, sufficit illi ad iustitiam: qui verò confitetur in super ore, con-sequitur salutem. Hoc solè scire se Paulus gloriabatur, scribens ad Corinthios: Cum venissem, inquit, ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Non veni, inquit, syllogismorum captiones, non sophismata, non aliud quippiam huiusmodi vobis afferens: verum si me vobis exhibui, quasi nihil aliud scirem, præter crucem Christi.

*Rom. 10.
1. Cor. 2.
Gal. 6.
2. Tim. 6.
2. Tim. 2.*

In hac sola gloriabatur Paulus, hanc solam se nosse profitebatur, & præ se ferebat: Ab ijs verò vehementer animus eius abhorrebat, & eorum consuetudine interdicebat, qui superbi, nihil scientes, languiebant circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ: cum seruum domini non oporteat litigare, sed esse mansuetum ad omnes, docibilem, patientem, & c. vide Orig. Homil. 3. in Cantico. Aug. ad Dardanum Epist. 57. ad Hilarium 89. ad Innocentium 95. ad Optatum 157. de Peccato originali contra Pelagianos cap. 27. & in psalm. 77. Hieron. in cap. 2. & 4. epistolæ ad Galatas.

*Quod fides mediatoris, post lapsum primi hominis, fuerit, & est omnibus ad salutem neces-
saria, neque potuerit, aut possit quisquam absque illa saluari.*

CAPVT II.

Hæc est igitur fides nostra, in cuius virtute regnum est Dei, non in cõtentione sermonis: vt credamus & confiteamur, quod non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo saluū quenquam factū, aut fieri oporteret, præter nomen illius, qui propter eam vocari voluit Iesus, quod saluū esset facturus populū

*1. Cor. 4.
Ambro. li. 1. c. 3.
de fide.
Apo. 4.
Mat. 1.
Filius hominis
cur Iesum voca-
uimus*

1ur. & in mundum venerit. Tit. 1. Fidei gradus. Aug. ser. 8. & 9. de verbis apostoli. Heb. 13.

fuit à peccatis eorum. Ac fides quidem hæc, ante lapsum primi hominis minimè fuit necessaria. Neque enim alia causa fuit quam obrem veniret in mundum Iesus Christus, quàm ut peccatores saluos faceret. Non illum de celo ad terram merita nostra bona, sed peccata traxerunt. Tolle morbos, tolle vulnera, dicit Augustinus, & nulla est causa medicinæ. Sufficiebat igitur primis parentibus nostris prorsus quam prolapsi fuissent, credere, quòd Deus est, & quòd inquirentibus se remanentem sufficiebat: necessaria fuit præterea fides mediatoris, quem cum ipsi, tum liberi eorum, & posteri, sancti Patriarchæ & Prophetæ magno desiderio venturum expectabant, certa spe, & fiducia futurum, ut per eum Deo patri reconciliarentur, & de diaboli potestate eriperentur.

Quis autem futurus esset mediator ille, Deine filius, an angelus, an alius quispiam, de eo certi aliquid persuasum habere non fuit omnibus: satis erat ad salutem in genere credere, quòd rationem Deus esset initurus, & viam aliquam humanæ redemptionis inuenturus. Ad explicatius verò & distinctius de mediatore singula credenda, tenebantur ij soli, quibus hoc fuit à Deo reuelatum, qui maiores vocantur, sancti Patriarchæ, & Prophetæ, simul sacerdotes, & pontifices, quibus populi docendi munus incumberebat, qui & ante legem obscurius, & post datam à Mose legem aperitius, quibusdam sacrificijs & ceremonijs venturum Christum mediatorem adumbrabant. Quorum significationem intelligebant ipsi quidem apertijs maiores (quàm uis aliter Montano videretur) quibus reuelatum erat, futurum, ut virgo conciperet, & pareret filium, qui passione, cruce, & morte sua pro peccatis hominum satisfaceret, qui tertia die à mortuis resurgeret, deinde vorò in cælos ascenderet, inde venturus iudicare viuos & mortuos: In maiorum autem fide saluabantur minores, qui sub velamine quodam obscurius cognoscebant, ac fide apprehendebat venturum mediatore, per quem essent à morte liberandi: cuius venturi fides illustrior fuit sub lege, quàm ante legem.

Posteaquàm verò venit tempus illud acceptabile, venerunt dies salutis, posteaquàm apparuit gratia saluatoris nostri omnibus hominibus, qui dedit semetipsum pro nobis: ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, secatorem honorum operum, tum verò fides mediatoris Christi, qui pacificauit per sanguinè crucis suæ, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt, sicut clarior & apertior, ita magis esse cœpit necessaria, ut iam non adumbratè sicut sub lege, vel ante legem, neque sub velamine (quando quidem Christo mortuo velum templi scissum est) sed clarè, dilucidè, atque apertè crederent, & confiterentur omnes, quòd venerit iam is, qui finis est legis Christus ad iustitiam omni credenti: cui testimonium perhibent omnes Prophetæ, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum: cuius diem Abraham videre gestiebat, ac vidit, attestante ipso Christo, & gauisus est: vidit autem non carnis, verum fidei oculis, quibus multò certius videretur. Pro quo mittendo Moyses orauit dicens: Obsecro domine, mitte quem missurus es. Orauit David: cum alijs in locis, tum ter in vno Psalmo repetens: Ostende faciem tuam, & salui erimus, Orauit Esaias, cum desiderio clamans: Emitte Domine agnum dominatorem terræ: Vinam dirumperes cælos & descenderes. Orauit in Canticis Ecclesia dicens: Osculetur me osculo oris sui: sonet vox tua in auribus meis. Quid enim aliud ijs verbis à sponso suo Christo petit? quàm ut qui loqueretur iam in patribus & prophetis, idem ore proprio tandem aliquando loquatur in carne assumpta.

Neque verò satis est credere, quòd venit in hunc mundum, sed & illud fideles omnes tenere memoria necesse est, quòd conceptus est de Spiritu sancto, quòd natus est ex Mariâ virgine, quòd traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, quòd ascendit ad cælos, sedet ad dexteram patris, inde venturus iudicare viuos & mortuos.

Quoniam verò qui virginis filius, idem est & Dei filius, in patrem quoque omnipotentem credere necesse est, creatorem cæli & terræ: simul & in Spiritum sanctum, ex quo conceptus est. Ut in tribus personis credatur vnus Deus. Distinctionem verò personarum, & vnitatem substantiæ, si qui sunt rudiores, quàm vt comprehendere possint, non est adeò necessarium ad salutem, omnibus explicatè credere, vt si quis minus hæc fuerit assequutus, de eius salute dubitandum sit.

Legalis vmbra Christi.

Esai. 7. i. Cor. 15. 1. Tim. 4.

1. Cor. 6. Tit. 2. Col. 1.

Credendum quid Luc. 23. Rom. 10. Act. 10.

1oan. 8.

Exod. 4. Psalm. 79. Esai. 16. Esai. 64. Cant. 1.

Heb. 10.

Luc. 1. Mat. 1. Rom. 4.

Mar. 16. Act. 10. Eph. 4.

Quod.

Quod Ecclesia, omnia, quæ ad fidem mediatoris pertinent, non modo scriptis & sermonibus, verum & certorum dierum obseruationibus, & signis, & imaginibus, & habitu, & gestu, & varijs ceremonijs, menibus fidelium imprimere conata est. Ac primum de anno in certa tempora distributo, deq; beneficio Christi incarnationis.

CAPVT III.

Verum videre licet admirabilem quandam curam, & sollicitudinem sanctæ matris Ecclesiæ, quæ non contenta vel scripto, vel verbo singula tradidisse, quæ necessariò credenda sunt ad salutem, diligenter vias & rationes omnes perlecta est, quibus ea quàm maxime clara, & manifesta redderet omnibus. Itaque totum anni tempus ita distribuit, certos vt dies institueret, quibus eorum, quæ crederentur nos oportere, si modo salui esse volumus, ita admoneremur, nunquam vt elabi & memoria nostra, possent.

Quoniam verò primum inter ea locum obtinet incarnatio Christi, non vteunq; ad celebrandam huius tantæ beneficii memoriam accedere liberos suos voluit, verum tribus & amplius etiam hebdomadis, vt se præparent instituit, ad mediatorem, redemptoremq; suum, eo quo par est honore, excipiendum. Quod quidem tempus vocauit Aduentum: in quo sanctorum patrum desiderium nobis repræsentat, qui sedentes in tenebris & in vmbra mortis, incredibili quodam animorum ardore, venturum in carne iustitiæ solem, dominum nostrum Iesum Christum, expectantes, continuis & flebilibus modis clamabant, dicentes: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatür terra, & germinet Saluatorem.* Quæ verba & in primis vesperis primæ Dominicæ, & per totum aduentum singulis diebus in Missa beata virginis cantantur: Ad quam diluculo surgunt homines, tanquàm vigilantes, atque sui saluatoris aduentum expectantes. Qui verò maiore feruntur erga Christum charitate, carnem etiam suam per omne id tempus ieiunio macerant, quo domitis illius cupiditatibus, tanto magis expediri esse queant ad illum venientem excipiendū, debitoque honore prosequendū, quem tanto studio præstolati fuerunt. Cuius profæquam diu multūq; expectatus ille dies incarnationis, & natiuitatis aduentu, quæta est per Deū immortalē, omnium lætitiarū quàm profusum gaudiū, quàm incredibilis exultatio: quòd venerit tandem ille tantoperè desideratus, qui dissolueret fugi nostre captiuitatis, & nos à graui seruitute, quæ diabolo mæcipati fueramus, in libertatem assereret. Surgit nocte media, qua natum nobis puerum hunc admirabilem, ex historia didicimus Euangelica: Curritur ab omnibus ad videndum, ad amplectendū, ad exofculandum nostræ salutis auctore. Illucescente verò sole, posteaquàm solentem cū gaudio perfecta sunt in tēplo omnia, quæ ad diē hanc tam festū iusta celebrata peragendum pertinere videntur, nequaquàm ijs finibus gaudium, & exultatio pueri continetur: verum in priuatis etiam cuiusque adibus, non ab adultis modo, verum & à pueris, ac tantum nō ab ipsis lactantibus atq; infantibus, natus nobis puerulus, datus non filius, decatur: Curstratur per vicos & plateas, in singulis adibus annūciatur cum iubilo gaudium illud magnum, quòd natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus dominus.

Quoniam verò summa tum apparuit liberalitas Dei patris, qui cū sit diues in misericordia, propter nimiam charitatem suā qua dilexit nos, misit filium suum factū ex muliere, qui mortē nostram moriendo destrueret, & vitā resurgendo repararet, in uitantur à tenuioribus locupletiores, vt & ipsi quā possint cōmunis omnium tā benigni patroni, vel patris potius liberalitate imitretur, atq; è suis copijs egenti subleuet in opia. Hac ratione mater Ecclesiæ, quæ in symbolo primo loco de Christo nato continetur, in pectoribus liberorum suorum desigenda curauit, vt ne facile excidere possent. Addidit ijs etiam ea, quæ non continentur in symbolo. Nam octauo die post, circūcisit: quatuor deinde diebus interiectis, à Magis adorati: quadragesimo die post natalē, in templo oblatus pueri Iesu memoriam recolat.

De beneficio Redemptionis per crucem & mortem Christi factæ.

CAPVT IIII.

Priusquam verò ad ea veniat, quæ deinceps habentur in symbolo, de eo, quomodo passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferos, tertiā die resurrexit: quoniam inter omnia Christi beneficia

Eccle. sollicitudo in articulis fidei inculcandis.

Dierum ratio.

Christi incarnatio.

Aduentus quid.

Luc. 1. Mat. 4. Esai. 45. Rorate quid.

Ieiunium in aduentu.

Natalis Christi gaudium. Gen. 49. 1. Reg. 2. Hebræor. 2.

Luc. 2.

Esai. 9. Calenda vulgæ. Luc. 2. Ephes. 2. Gal. 4.

Sirene. Eph. 4.

Luc. 2. Mat. 2. Luc. 2.

ficia, crucis hoc & mortis eius, vnum omnium præ cæteris est insigne maximè, neque enim nascendo, sed moriendo pro nobis, nos à morte redemit: non in cunis iacendo, sed in cruce spiritum exhalado, pro peccatis nostris satisfaciens, nos cælesti patri suo reconciliauit: cruci peccatorum nostrorum chirographum affigens, tulit ipsum de medio ac profusus de rerum natura sustulit.

Quoniam itaque salus hæc est, & redemptio nostra, quoniam gloria nostra crux Christi est, triumphus noster crux Christi est, spes omnis, & fiducia nostra, sola crux est Domini nostri Iesu Christi, ad tantum hoc crucis & mortis beneficium commemorandum, sancta mater Ecclesia non vtrunq; verum diligenter preparatis fidelibus suis, accessedum esse putauit. Atq; illud imprimis equum esse duxit, vt socij Christi passionem esse conaremur, si volumus esse socij consolationis, quæ cum illo resurgentes, & in cælum ascendentes accepturi sumus. Nam nisi commortui fuerimus, non conuiuemus: nisi sustinerimus, non cõregnabimus. Cõpati necesse est, si quis conglorificari vult. Nã & Christum pati prius oportuit, atq; ita intrare in gloriam suam. At rectè quidè communicare Christi passionibus intelligitur, qui pro nomine illius quo suis cruciatus, deniq; mortem ipsam perferre, si res ita postulet animo propto semper est, & parato. Rectè præterea compati & commori ille dicitur, qui desijt in carne viuat temporis.

Ceterum ad hæc perficienda, impedimento plerumq; caro est maximè, quæ spiritui aduersatur, vt non quæ volumus, illa faciamus: Hæc itaq; domanda est abstinentia, quod facilius crucifigi possit cum suis vitijs & concupiscentijs. Nam sicut equis ferocientibus, & seffori minus iã obtemperantibus, pabulũ subducitur, & pro auena fenum datur: ita carni nostre, ob succi et spiritui abundantia spiritui rebellati subduci a limoniam, & eiusmodi suppeditari ciboru gen^o expedit, vnde quam minimũ animo seffori suo recalcitret: vt castigato corpore, & in seruitute redacto, vegetior ac liberior anim^o diuinis laudib⁹ infistat, diuinæq; voluntati se tanto facilius atteret. Cum enim qui foris est noster homo corrumpitur, tum is, qui intus est, renouatur de die in diem: quanto plus conficitur quotidianis laboribus & ieiunijs exterior nostri pars corpus, tanto interior nostri pars, & ea potior animus, deficiente corpore graui suo aduersariõ vegetior, ac valentior, & aptior efficitur ad hoc, vt Deo vacare, & illius voluntati obsecquare queat. His itaq; causis adducta mater Ecclesia, quod, quæ nobis in mora plerumque sunt, carnis desiderijs vacui, vacare melius tanti beneficij contèplationi possimus quadraginta dieb⁹ ieiunium instituit. Neq; id sine exemplo seruatoris nostri Christi, qui & ipse quadraginta dies in deserto ieiunasse legitur: vt obiter etiam illud in memoria nobis reuocet, quomodo ille, cuius beneficium nobis cõtigir, vt explere famem, vt saturi esse queamus, nostra causa esurire dignatus est.

Posteaquam verò ventum est ad finem quadragesimæ, ad hebdomadam illam, quæ iure merito sanctam vocamus, quod in ea representatur nobis Christi passionis mysterium, per quã abluti, sanctificati, iustificati sumus, tũ vero maiore studio in eas res omnes incumbi voluit, quas ad frenandã desideria, atq; ad auertendũ animum ab omni rerum terrenarum cura pertinere putauit. Hinc ille mos quondam à plurimis, nũc verò à paucis, quoru ardèrior est pietas, obseruatus quæ etiã sua ætate scribit obseruatũ fuisse Epiphanius: quod humi cubabatur, quod afflictiões tolerabatur, quod sicca dũtaxat edebatur, quod preces, vigila, ieiunia seruabatur, atq; oēs animarũ salutes per sanctas afflictiões exquirebatur. Vacabatur ab omnib⁹ seculi negocijs, ne, neque alia in re per totam illam hebdomadã, quam in contèplatione summi illius beneficij, quod nobis in ara crucis dominus noster I E S V S Christus, idem & sacerdos & sacrificium, conferre dignatus est, mentes & cogitationes hominum defixæ fuerunt, quò singulari & inestimabili beneficio, quoniam peccatorum remissionem, suo pro nobis Christi sanguine, consequuti sumus; tum vero sedulo facere omnes omnia iussit Ecclesia, quò tanti beneficij fructum consequi possent: quem quoniam adipisci non licet, nisi ijs, qui peccata sua, quæ tantis Christi cruciatibus causam dederunt, in amaritudine mentis sue recogitant, qui detestati ea, odium eorum concipiunt, ac iusto propterea dolore affecti, profusus lachrymis ea sacerdoti Dei ministro, cui ligandi, soluendi que potestas à Deo data est, entumendo recescent, eiusq; ministerio, virtute vero ac merito passionis & mortis Christi ab illis absolui, ac Deo patri, quem toties tam grauiter offenderunt, reconciliari ea quæ par est animorum submissione petunt, vt hoc quoque sub id tempus à fidelibus fieret, instituit: quo cõmonefaceret illos, non nisi passionis & mortis Christi merito peccata remitti.

Hoc non contenta, simul statuit, vt huius peccatorum remissionis, & cum Deo patre reconciliationis signis acciperent, quò tanto magis certi de ea reddi possent: ad viuum & viuificum Christi corpus & sanguinem sumendum, & posteaquam peccata sua confessi, atque ab eorum nexu soluti essent, accederent: quò sicut ipse vna caro nobiscum, ita nos vicissim caro vna, & spiritus vnus cum ipso efficiamur, atque illius corpori coniungimur.

Quoniam vero & in sacramento hoc, & quoties memoria dominicæ passionis recolitur, sicut sæpe iam antea commemorauimus, reconciliationis illius admone mur in cruce peracta, qua nos, qui inimici eramus, per mortem suã Deo patri Christo reconciliauit, fas non esse putauit mater Ecclesia, qui reconciliatiõis huius memoriam agerent, vt ij simulatres aliquas gènerent, ac odijs inter se mutuis flagrant. Quam obrem & illud instituit, vt in hac præcipue sancta hebdomada, priusquam ad sumendam salutarem illum cibum fideles accederent, qui Sacramentum est pietatis, mysterium pacis, signum vnitatis, vinculum charitatis, confiterentur alterutrum peccata sua, simul veniam peterent, darentque vicissim. Quod qui secus facerent, quique implacabile odium erga proximum retinerent, ij grauius etiam quam ipsi Iudæi flagitium designarent, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes, vt merito à sacris appellati, quin etiam è piorum cœru homines impij, neque digni, qui Christianorum supplicatione gaudeant, exterminandi sint.

Et quoniam duplex est penitentia priuata vna, publica altera, sicut suo loco suffus dicitur: illam quidem quocumque die fieri permittit Ecclesia, hanc autem alterã statam solennem non existimauit, nisi feria quinta sancta hebdomadæ peragi oportere. Est quidem ita, quod omni tempore fungi debent Episcopi legatione ad reconciliandos peccatores de qua loquens Apostolus, cum dixisset; Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi; non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis: protinus adiuuati: pro Christo ergo legatione fungimur, tantquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, visum est tamen, vt isto potissimum die legationis hoc munus fungerentur, quò summus est pontifex noster Iesus Christus astitit vultui Dei pro nobis in multitudine misericordiarum suarum, & semel Sacerdotij secundum ordinem Melchisedech officio perfunctus, cũ sacrificium incrementum corporis & sanguinis sui sub panis & vini speciebus in vltima illa cœna Deo patri obtulisset, ac eiusdem corporis & sanguinis Sacramentum sub iisdem speciebus post factã oblationem suis discipulis tradidisset, paulo post vt sacerdotio secundum Aaron finem imponeret, posteaquam nouum illud instituerat, sacrificium pro nobis eruentum factus est, semetipsum tradens oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis: capi se, ligari, conspui, flagellari, varijs probris affici, ac post multos grauissimos cruciatus sibi illatos, eadem se in crucè agi passus, atque ibi pro nobis iustus pro iniustis mori dignatus est. Quam autem ob causam ligata est misericordia: nisi vt miseros peccatores à nexu peccatorum suorum solueret penitentes. Quam ob causam vita mori pro impijs, & mortis eternæ reus dignatus est: nisi vt, sicut iam toties dictum est, propitium nobis & placatum patrem suum redderet, apud quem propitiator nobis factus est Christus in sanguine suo.

Quamuis igitur à diuitijs bonitatis Dei nullum tempus vacat, hoc tamen tempus ad reconciliandos grauioribus flagitijs obrutos, visum est maximè accommodum, quo semotis alijs curis omnibus, ac postpositis quibuscumq; seculi cogitationibus per Christum in cruce factæ contèplationi vacatur, quo remissionis peccatorum nobis per mortis illius meritum obtentæ memoria reficitur: nulli vt iam quamlibet grauib⁹ presso criminibus dubitare fas sit, quin qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, is nũquam sit cõmissurus, quin simul cum illo sit nobis donaturus omnia, se concessurus veniam & indulgentiam peccatorum nostrorum omnium: cum præsertim ob hoc ipsum, eum tradiderit. Quandoquidè per prophetam testatur, quod non ob aliam causam nisi propter scelus populi sui percussit eum.

Hinc perspicuum cuius esse potest, quod non satis habuit Ecclesia cõmonefuisse nos, passi, crucifixi, mortui Christi, sed simul indicare voluit, quem essemus fructum ex hac illius passione & morte consequuti, nimirum peccatorum remissionem, & cum Deo patre cœlesti reconciliationem.

Communio sęcra Synaxi.

1. Corin. 6. Reconciliatio inimicorum.

Rom. 5.

Iacob. 5.

Hebreor. 6.

Penitentia duplex publica & priuata. Episcopi & sacerdotes Christi legati.

2. Cor. 5.

Hebreor. 9.

Psal. 109. Math. 26.

Eph. 5.

1. Pet. 3.

Rom. 5.

Rom. 8.

Esai. 53.

Passionis Christi si iustus.



QVA quidem ex re, & si gaudere nos æquum est & exultare, quod in cruce salutem nostram operatus est CHRISTVS, non sine causa tamen gaudium istud in aliud tempus differendum, sanctam verò hebdomadam hanc omnem, præcipuè verò diem Parasceves in mœtore, luctu, & lachrymis consumendam esse censuit Ecclesia. Gloriarì quidem nos oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, atque ingentem ex eo consolationem accipere, quòd nos dignos iudicauerit, quos non corruptibilibus auro & argento, sed præcioso sanguine suo redimeret: Verum sunt, quæ nos impediunt, quòd minus, quo die redemptionis hoc nostræ mysterium celebramus, gaudere & exultare queamus. Verat enim hoc nostræ culpæ conscientia. Nos enim sumus qui passioni, qui cruci, qui morti eius causam dedimus, nos illius plaga doloris, nos illius culpa sumus occisionis: Nam ille, què nõ rapuit, exoluit. Traditus est propter delicta nostra: Vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Nõ ille sua, què nulla habuit, sed nostra peccata pertulit in corpore suo super lignum. Meritò itaque gemitus edimus, meritò lachrymas fundimus propter peccata nostra, què tam graua fuerunt, vt nisi morte Christi expiari non poterint. Tum autem ipse Christus noluisse videtur eo die nos gaudere, quo cruciatus hoc nostra causa pertulit. Sic enim dixit: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mûdus autem gaudebit: vos autè contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Quin etiam exemplo probabili confirmat, huic tantæ rei tristitiam cõuenire. Mulier, inquit: cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium quia natus est homo in mundum. Mulieri comparat Ecclesiam suam, què quia Christum diligit, quem ex Deo patre genitum in nostram naturam suscepit, rectè hoc die Parasceves moriente illo, & per mortem quasi per partum in vitam æternam & in immortalitatis gloriam exeunte, tristitiam habet, & dolet, vt in vtero habens, & clamat parturiens, Quoniam verò postquam resurrexit æterno suo regno natus, gaudiis sunt discipuli viso domino, sicut ipse dixerat: Iterum autè videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, per pulchrè perfecta est mulieris, què præmissa fuerat, similitudo, quæ postquam peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Quare nõ sunt audiendi, qui Christi mortem lugubrè esse nolunt, & eam deplorari verènt. Nam etsi præciosam illà & gloriosam esse libenter confitemur, vt quæ mortem, & mortis destruxit auctorem, non continuo tamen non est ipsa lugubris & fidelibus descendenda, pro quorum salute spontè Christus illà exhibuit: Alioqui periculum est, ne de nobis quoq; per prophetam suam Christus cõqueri videatur: Sustinui, qui simul cõtristaretur, & nõ fuit, & qui cõsolaretur, nõ inueni. Cùm præsertim per Zachariam prædictum sit, quòd dolebunt super eum, sicut doleri solet in morte primogeniti. Nõ gaudeamus itaq; tũ, quãdo mûdus gaudebat, quando Christum Iudæi crucifigetes exultabant: & morientem insultabant. Non vociferemur cum insanis illis & odio furentibus, crucifige crucifige illum: sed cũ Maria matre Iesu, cuius tũ animam doloris gladius pertransiuit, cum què sanctis Apostolis, quorum ingens luctus mentes occupauerat, diem, quo Christi crucifixi sit memoria, in fletu & planctu transigamus: gaudium verò nostrum in id vsque tempus differamus, quo ipsi quoque gaudiis sunt discipuli viso domino: Differamus letitiam nostram in perendinum diem, quo Christus deũ & a morte resurrexit propter iustificationem nostram. Tempus flendi, dicit Sapiens, & tempus ridendi: tempus plangendi, & tempus saltandi: prius flendum est, vt exultare postea liceat. Euntes ibant & flebant, dicit propheta, mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Beati flentes, ait Christus, quoniam ipsi ridebunt. Quando cantantur nobis lugubria, plangamus, vt cum tibijs cantatum fuerit, exultemus. Fleamus cum flentibus Apostolis, & cum iisdem gaudentibus gaudeamus: neque cum perfidis Iudæis commune quicquam habeamus, Christi passio exultantibus, atque illi acerbè insultantibus. Hunc mortem iam inde ab ipsis Apostolorum temporibus semper obseruauit sancta mater Ecclesia, simul docens fideles suos, quòd per luctum peruenitur ad gaudium, quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Vidimus

Vidimus libellum quendam, qui inscribitur: Fragmenta Caroli Magni, in quo inter cætera est etiam fragmentum quoddam incerti auctoris. Ibi tractatur hæc quæstio: Cur sanctorum dies, quibus de hoc sæculo migrauerunt, solenniter & cum magna exultatione celebremus, adeo vt in ipsis, abstinentiæ aliquanto rigore laxato, paulo remissius viuamus, diem verò passionis Christi, quo de hoc mundo per mortem trāsijt, in magna afflictione, & carnis maceratione, cordisque contritione iubeamur celebrare, quem oporteret tanto festiuus atque alacrius coli, quanto constat Christum sanctorum omnium meritum transcendere.

De gaudio dominica resurrectionis.

QVamobrem ad iucundam illam resurrectionis Christi solennitatem prius nos, peruenire noluit, quàm essemus conuersi ad Dominum in toto corde nostro in ieiunio, & fletu, & planctu. Etiam carnalibus hac in parte prouisum esse cupies bar, qui cum non facile possint mentis oculos ad ea videnda, quæ sunt spiritus, attolere, nisi vi maiore corporaliter accidentium causarum excitentur, causas, quibus id perfici posset, peruestigauit.

Quare ieiunium quadraginta dierum, quod pro decimis anni totius offertur Deo, sic disposuit, vt ante sacratissimam Paschatis noctem nullo modo rumpetur à pijs. Ita fit, dum per abstinentiam corpus arretitur, nec aliud laxatio, nisi ab hac Paschali nocte speratur, vt hæc beata nox etiam à carnalibus tanto maiore cum expectacione & gaudio excipiat, & antequam veniat sic omnes quadagesimæ dies, qui sunt interiecti, tanquam diurna viatoris itinera, magno cum desyderio ad constitutum locum properantis, quotidie penè diligenter computentur.

Hæc ratione dulcis omnibus hæc solennitas, chara omnibus, desyderabilis cunctis efficitur. Sicut lux in tenebris ambulantibus, sicut fons de petra salientis aquæ, sitientibus, sicut quoddam fixit Deus tabernaculum peregrinantibus. Hic igitur tempus iam est lætitiæ, hic exultamus omnes gaudio, memoria nobiscum repentes, quantum pro nobis precium Christus persoluerit, per quod peccatorum nostrorum remissionem cõsequuti & à durissima captiuitate redempti sumus.

Quo magis autem absolutum sit gaudium nostrum, passioni & morti Christi resurrectionem quoque semper adiungimus, quæ nostræ causa est iustificationis. Nam sicut traditus est Christus propter delicta nostra, ita resurrexit propter iustificationem nostram. Vnde colligere licet, quòd qui iustificationem nihil aliud esse volunt, quàm peccatorum remissionem, & cum Deo patre reconciliationem, in toto (quod aiunt) cœlo errant. Neque enim in hac sola re cõsistit iustificatio, si vetus homo noster exultat, necesse est insuper indui nouum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate & iustitia veritatis. Non satis est veterem Adam eiecisse, nouum etiam Adam præterea Christum complecti necesse est: Non tantum peccato moriendum, sed viuendum est etiam Deo in Christo Iesu. Non sufficit à peccato liberari, seruos etiã oportet fieri iustitiæ, non commori tantum, hoc est, defungi peccatis, verum & resurgere cum Christo opus est: Istud itaque merito Christi passionis nobis obigit, quòd sumus mortui peccatis, quòd vetus noster homo crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt vitra non seruiamus peccato. Verum hoc satis nõ est: Necesse est præterea, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos fide accensi, simul cū eo resurgentes, in nouitate vitæ ambulemus, parati omnia & facere & pati pro ea fide, quam ipse tradidit, quam in simbolo postea comprehendit Apostoli. Quòd certum simus, tamen si propter eam fidem corpus nostrum occisum fuerit, nihilominus facturum Deum, vt iuis promissis maneat, vt quæ excitet & nos, sicut excitauit Christum in vitam æternam. Atq; hoc est, quod vocat Paulus iustificari, post adeptam peccatorum remissionem, in eiusmodi vitæ nouitate ambulare. Crucifixus itaque Christus est, vt in cruce veteris hominis occisum ostenderet. Resurrexit autem, vt in vita sua vitæ nostræ nouitatem demonstraret. Duplicatur itaque gaudium hoc die nostrum, quòd non solum abolita sunt peccata nostra per mortem Christi, verum etiam illius resurrectio documento nobis est & exemplo, quomodo mortui per illum pristinis culpis mox vnà cum illo & per illum in nouam vitam resuscitati, deinceps iustitiæ viuamus, quam illius beneficio consecuti sumus.

A 4. Hæc

Parasceves iustim.

Gal. 6.

1. Pet. 2.

Mortis Christi quo ad nos causam.

Psal. 68. Rom. 4. Esai. 53. 1. Pet. 2.

Ioan. 16.

2. Thess. 2. Apoc. 12.

Ioan. 20. Ioan. 16.

1. Corin. 15. Hebreor. 2. 1. Ioh. 53. Ioan. 10.

Psal. 114. 68. Zach. 12.

Luc. 23. Luc. 2.

Ioan. 20.

Rom. 4. Ecclesi. 3.

Psal. 125. Matthe. 5. Luc. 7. Rom. 12.

1. Cor. 14.

Resurrectio Christi. Ioel. 2.

Quadragesimæ.

Ioan. 1. Ioan. 4. Heb. 9.

Rom. 4.

Iustificatio quæ includit.

Eph. 4. Rom. 6.

Rom. 6.

Spes resurrectionis nostræ.

Iustificari apud Paulum quod sit.

Hæc itaque duo sancta mater Ecclesia præ cæteris inculcanda suis fidelibus, nec se-
 re abinivem separanda esse duxit, tanquam ad salutem apprime necessaria. Nam cum
 & illud credere necessarium sit ad salutem, Christum & verum hominem & verum
 Deum fuisse: verum hominem declarat passio & mors, neque enim potuit pati &
 mori nisi homo, verum Deum declarat resurrectio: neque enim potuit sua ipsius vir-
 tute à mortuis resurgere, nisi Deus. Quamobrem non satis habuit in die Parasceves
 mortis, in die Paschæ resurrectionis Christi memoriam singulis hebdomadis renouet. Nā quod
 & Christianis feria quarta & sexta ieiunatur, illam ratione reddi scribit Augustinus,
 quod considerato Euangelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgò quartā feriam vocant,
 consilium reperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Iudæi, die autē vno interie-
 cto, cuius vespere Dominus Pascha cum discipulis manducauit, qui finis fuit eius diei,
 quam vocamus quintā sabbati, deinde traditus est ea nocte, quæ iam ad sextā sabbati-
 ti, feriam sextam vulgò vocant, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat.
 Tertius autem dies post resurrectioni dicatus est, qui propterea dominicus etiā vo-
 catur, quod in eo Dominus à mortuis resurgens, verè se Deum & Dominū esse de-
 clarauit. Quare non solo die Paschatis, verum singulis dominicis diebus processio-
 nem peragi videmus, qua representatur Apostolorum processio, qui iuxta Christi
 præceptum iuerunt in Galilæam, vbi viderent Dominum à mortuis resurgentem
 & Hierosolymam inde postea redierunt. Sic ergo duos articulos hos docuit nos Ec-
 clesia, vnum de passio crucifixo, mortuo, & sepulto Christo, alterum de eo, quo mo-
 do tertia die resurrexit, qui quo magis infingerentur memoriæ nostræ, singulis hebdo-
 madis eorum commemorationem sextis feriis, & diebus dominicis renouari voluit.

De Ascensione Christi, deq; extremo iudicio.

CAP. VII.

Sicut autem quadraginta dies ante dominicam resurrectionis in omni abstinē-
 tia, continentiaque genere traducendos, ita deinceps iam quinquaginta diebus
 ieiunia censuit esse relaxanda: vt ad festum vsque Pentecostes non ieiunaretur à
 cibis, quod est merentiū: sed in Domino gauderetur. Illud etiam subiecit quasi sub
 oculos nostros, quomodo quadraginta dies cum suis discipulis versatus est, quibus
 etiā cibum interdum capere visus est dominus noster Iesus Christus, quo magis
 fidem faceret suæ resurrectionis, postea videntibus illis eleuatus, & in cœlū assump-
 tus est. Poterat quidem celerius in cœlum ascendere, sed quoniam non quæ sua, sed
 quæ nostra sunt, quæstrum venerat (descenderat enim propter nos homines, & pro-
 pter nostram salutem) quo magis claram testatam quæ cunctis resurrectionem suam
 redderet, atque omnem ex omnium animis de ea dubitationem tolleret, tantisper in
 terris commorari, ascensionisque suæ gloriam in quadagesimum diem disserre di-
 gnatus est.

Nulla autem res æquè spem nostram erigit, atque gloriosa hæc Christi ascensio.
 Nam passio illius charitatem in nobis accendit, quam cum ille summā erga nos de-
 clarauerit (nam dilectione hac maiorem habere potest nemo, quàm vt animā suam
 ponat quis pro amicis suis, qua tamen maiorem habuit ille, qui posuit pro inimicis)
 fieri non potest, quin mutuo illius amore inflammemur, qui prior nos tantoperè di-
 lexit. Resurrectio vero Christi, non modo de diuinitate ipsius, verum & de nostræ
 carnis resurrectione fidem nostram confirmat, & roborat. Sic enim credimus, quod
 Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt, per Iesum adducet
 cum eo. Ascensio porro spem lætificat, quam firmam habemus & indubitam, quo
 caput nostrum præcessit, eo nos, qui sumus ipsius membra, sequuturos: cum præfer-
 tim promissum eius habeamus, qui fallere nescit, vbi fuerit ipse, ibi futurum & mi-
 nistrum.

Sed ita nos in spem erigit ascensio, ne prorsus tamen securos & oscitantes esse per-
 mittat. Nam eodem ipso die nobis in memoriam reuocatur, quomodo qui ascendit
 ad cœlos, & sedet ad dextram patris, inde venturus sit iudicare viuos & mortuos.
 Cantatur enim in missa introitu: Viri Galilæi, quid admiramini aspicientes in cœlū?
 Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, ita veniet, quemadmodum vidistis eū
 euntem in cœlum. Vnde docemur venturum eum eadem forma hominis, in corpo-
 re glorificato, quod in cœlum secum detulit, ad iudicandum viuos & mortuos. Can-
 tatur & illud ex Psalmo: Ascendit Deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Atqui
 in eius-

Ieiunium quæ-
 rit & sexta fe-
 ria August. ad
 Casulanum epi-
 stola. 86.

Mat. 26.
 Processio domi-
 nicalis quid si-
 gnificet.

Dominicus dies
 vnde dicitur,
 Matth. 28.

Inter Pascha &
 Pentecostem non
 ieiunatur.

Ascensio Christi

Act. 1.

Ioan. 15.
 1. Ioan. 3.
 Passio Christi
 charitatem in
 nobis accendit.

Resurrectio fide
 confirmat.

1. The. 4.
 Ascensio spem
 lætificat.

Ioan. 12.

Iudicij diuini
 commemoratio

Act. 1.

in eiusdem voce tubæ nouissimæ resurgent omnes incorrupti, sententiam iudi-
 cis audiri: qui, quos à sinistris collocauerit, eos ad supplicium ignis æterni con-
 demnabit, quos autem à dextris posuerit, eos ire iubebit in regnum suum cœlestē.
 Propterea & in Prosa canitur illud: Index cum veneris iudicare seculum, da nobis
 quæsumus sempiternam requiem in sanctorum gloria.

Sic ergo gaudio, quod ex ascensione Christi capimus, quæ nos in spem erigit, futu-
 rum vt ipsi quoque simus, vbi caput nostrum est, miscere voluit Ecclesia sollicitudine,
 quam simul nobis adfert expectatio terribilis illius iudicij, quod & hunc articulum, qui
 extremus est de Christo, ne ignorare possemus. Cuius etiam cōmonefacit nos secun-
 da dominica Aduentus. Nam cum in prima nos amabilis illius admonuisset, quo ve-
 nit mansuetus, non vt perderet animas hominum, sed vt saluaret, non vt iudicaret
 mundum, sed vt mundus per ipsum saluus fieret, in secunda dominica, meminit il-
 lius aduentus horridi, quod qui diuitias bonitatis eius contempserant, quem recipere
 redemptorem noluerunt, eum seuerum & inexorabilem iudicem experientur. At-
 que ita non tam scribendo aut prædicando, quàm oculis quasi rem subiiciendo, per
 certorum dierum obseruationes, abfoluit omnia mater Ecclesia; quæ de Christo cre-
 dere necessarium est ad salutem.

De Spiritu sancto, de sancta Trinitate, de festo corporis Christi, deq; pompa siue
 processione, quæ solennis in eo quotannis haberi consuevit.

CAP. VIII.

SEd nec eum articulum prætereundum putauit, quo nos in Spiritum quoque
 sanctum credere profitemur. Nam & is quemadmodū dudum promissus A-
 postolis, tandem sit missus quinquagesimo die post quàm Christus resurre-
 xit, festina solennitate, magna quoque cunctorū hilaritate representat, nunc indicans il-
 lud impletum esse, quod à Propheta dictum est de Christo: Ascendēs in altū, capti-
 uam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Quoniam verò & illud credere necessarium est ei, qui saluus esse velit, tres perso-
 nas vnum esse Deum, sanctissimæ quoque Trinitati festum diem dicauit, quod non
 solum admoneri populus eius rei, verum etiam è superiori loco doceri posset. Rectè
 autem octauo die post, quàm Spiritus sanctus esse missus recolitur, festum hoc insti-
 tuit. Nam antequàm datus esset Spiritus sanctus, confessio Trinitatis celebrata non
 est, quod sine dono sancti Spiritus fides illius haberi non potest. Quamuis sanctos
 Patriarchas & Prophetas Spiritu sancto afflatos, non omnino latuisse mysteriū hoc
 Trinitatis, è multis scripturæ locis manifestum est.

Quò magis autem illud imprimeretur mentibus hominum, ita vt elabi facile non
 posset, instituit fideles Ecclesia iam inde à pueris, simul vt essent è somno expergef-
 cti, vt surgentes è lecto, se cruce signarent, ac verba hæc profertent, In nomine patris,
 & filij, & Spiritus sancti, quod ipsum similiter facerent cubitum euentes. Cum dice-
 rent: In nomine, non autē in nominibus, admonerentur vnus Dei, qui quamuis trin-
 us in personis, vnus tamen est in substantia, simul & eius rei cōmonefierent, quod
 salutem nostram, quæ crucis beneficio nobis obtigit, tota Trinitas est operata. Nam
 inseparabilia sunt opera Trinitatis. Pater filio, sicut & ipse filius testatur, calicem pas-
 sionis dedit: & ipse filius animæ suæ in potestate sua propinauit, sicut ipse ait: Pote-
 statem habeo ponendi animam meam: Oblatus est enim, quia ipse voluit, & Spiri-
 tus sanctus illi propinari fecit, Apostolo teste, qui dicit: quod Christus per Spiritū
 sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo.

Postquam singula Christi beneficia, quorum in Symbolo fit mentio, diligenter
 Ecclesia mater nostra stans diebus ad memoriam eorum recolenda instituit, ocu-
 lis nostris representauit, visum est etiam illi sacratissimo Christi corporis & sangui-
 nis mysterio celebrando, diem aliquem festum instituere, qui non propterea minore
 nobiseneratione prosequendus est, quod recentius institutus esse videtur. Vixdum
 enim anni recentii intercesserunt, cum Spiritui sancto visum est, Urbano quarto Ec-
 clesie præidente, dies vt hic festus in orbe ageretur vniverso, ad eorum fidem illustrā-
 dam, qui sub specie panis, verum corpus & sanguinē Christi contineri, profiteri non
 erubescunt. Constat enim, quod non ita multis antè annis, fuit Berengarius, fuit Pe-
 trus Adelhardus, quorum tamen vterque suum hunc errorem reuocauit; fuerunt Hé-
 riciani & Perobrusiani, qui de veritate corporis & sanguinis Christi in venerabili
 Eucharistiæ sacramento, cuius certa semper & indubitata fuit antea fides in Ecclesia
 primi

Psal. 46.
 1. Cor. 15.
 Matth. 25.

Heb. 10.
 Prima & se-
 cunda domini-
 ca Aduentus
 cuius rei nos
 admonent.
 Zach. 9.
 Luc. 9.
 Ioan. 3.
 Rom. 2.

Pentecoste san-
 cti Spiritus fe-
 stum.

Psal. 64.
 Ephes. 4.

Trinitatis san-
 ctissimæ festū.

Crucis signatio
 quando facit-
 da.

Ioan. 18.
 Ioan. 10.
 1. Jo. 13.
 1. Pet. 1.9.

Eucharistiæ sa-
 cramento cele-
 brando festum
 diem Urbanus
 4. instituit.

primi dubitationem quandam iniecerunt. Quæ ut omnis ex animis hominum tolleretur, & ne quisquam esset, qui de veritate Christi corporis & sanguinis ambigeret, diem hunc festum instituit, in quo solemnem processionem proxima feria quinta post festum sanctæ Trinitatis, fieri quotannis præcepit, qua testatum fieret omnibus, quotquot sumus fideles & orthodoxi, quod non solum erubescimus veritatem hanc, quam à Christo docti sumus profiteri, verum etiam de hoc Evangelio, hoc est, de Christi crucis & mortis annunciatione, præcipue gloriamur, deq; eo maxime gaudemus & triumphamus. In cuius rei signum, sub visibili panis specie, corpus illud, quod pro nobis in crucem actum, & in mortem traditum est, publica cū letitia per forum, perque plateas maximo cum honore circumferimus, ac eam, quæ Christi corpori debetur adorationem præstantes, credere nos Christo dicenti profiteremur, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, nec Evangelium illud erubescere, quo nobis hæc tam gloriosa crux illius & mors annunciat.

Matt. 26.

Evangelium in initia cur in festo corporis Christi decantentur.

Marc. 14. Corporis Christi festum cur cum gaudio celebratur.

Ioan. 16. Luc. 22.

Ioan. 20.

Processio in festo corporis Christi quid.

Rom. 1.

Gal. 6. 2. Cor. 11. & 2.

Sathane studium in abolendo Christi beneficijs.

Obseruamus autem hoc in provincia nostra, quod in hac processione, quatuor Evangeliorum initia decantantur ad quatuor mundi partes, ut palam fiat hoc Evangelium crucis & mortis Christi in omnibus mundi partibus ab Apostolis & eorum successoribus fuisse prædicatum.

Ac sit quidem huius ipsius rei commemoratio, eo ipso die, qui propriè dies cœnæ Domini dicitur. Sed quoniam sub idem tempus, sicut paulò ante fuit à nobis demòstratum, tristis erat anima Dei & seruatoris nostri vsque ad mortem, plorabat mater eius Maria, stabant sancti eius Apostoli, mundus verò gaudebat, non visum est satis esse conueniens, ut eo tempore, cum gaudio crucis illius & mortis memoriam celebrarem, quo Christum Iudæi crucifigentes exultabant, & morienti insultabāt, sed cum ipsius Christi, tum sanctæ matris eius, cuius animam doloris gladius pertransuerat, & Apostolorum eius luctum ac tristitia exprimeremus, in mœnore & plactu dies illos transigentes, quibus tam crudeliter in Christi corpus est sauitum. Itaq; gaudium hoc in illud tēpus quo gauisi sunt etiam ipsi discipuli viso Domino, differendum esse censuit Ecclesia, ut posteaquam illa pressura præterijt, posteaquam à mortuis Christus resurrexit, in cœlos ascendit, & promissum Spiritum suum sanctum Ecclesiæ misit, quo docente, & sanctæ Trinitatis mysterium, & huius venerabilis sacramenti arcana, intelligere nobis datum est, tum demum summa cum exultatione, crucis hoc & mortis Christi beneficium recoleremus, deq; fructu, quem nobis attulit gaudium nostrum orbi testatum faceremus vniuerso.

Quamobrem nihil est aliud hæc processio, quam gloriosa quadam Christi crucis & mortis prædicatio, deq; superato per crucem diabolo, de morte nostra per mortem Christi deuicta, de remissione peccatorum conciliata, de regni cœlestis hereditate nobis parata, triumphus quidam & exultatio. Quid autem aliud, quam hoc est Evangelium nostrum, quod nos non erubescere, cum Paulo profiteri debemus: ac non modo nõ erubescamus, verum etiam cum eodem dicat quisque nostrum: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Nihil aliud scire, nihil aliud prædicare nos profiteamur, quam Iesum Christum & hunc crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis verò vocatis Iudæis, atque Græcis, Christum, Dei virtutem, & Dei sapientiam. Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Vtinam autem non deessent etiam hoc infelici nostro sæculo, quibus Christi crux & mors (in cuius memoriam diem hunc tam festum agimus, corpus illius pro nobis cruci affixum, & morti traditum circumferentes, & quod nos non pudeat Christi crucifixi, palam orbi ostentantes) vtinam non deessent, inquam, quibus ea res non esset scandalum, quibus non stultitia quædam videretur, qui veritatem de sui corporis veritate dicentem: Hoc est corpus meum, arguere mendacij non verentur, realiam illius præsentiam in hoc venerabili sacramento negantes. Sed ea res nos detertere non debet, quominus liberè fidem nostram profiteamur.

Semper hoc fuit Satanae studium, cum non aliud de salutem nostram pendere videret, quàm ex hac iugi Christi crucis & mortis recordatione, ut eam omni studio vellet extingam, & ex animis mortalium euulsam. Quod ille quantum laborat diligentius, tantò nobis virilius illi resistendum, tantò magis immensum hoc Christi beneficium, præ nobis est ferendum. Ac si quis ex nobis quaesierit: Quid est, quod hodie tam festum diem agitis? quod Eucharistia ita per forum & plateas circumferitis? quod

cereorum

cereorum tantam vim accenditis? quod humana voce psallere non contenti, & cymbalis & tubis, & omni musicorum instrumentorum genere letitiam quandam ingen tem præ vobis fertis? huic respondebimus. Hoc est Evangelium nostrum, quod nos non erubescere, in quo nos etiam gloriari cum Paulo profiteamur. Christus in nouissima cœna, sui corporis & sanguinis sacramentum nobis vtendum dedit, ut siue manducantes illud ore, & bibentes, siue etiam intuentes & fide percipientes, meminissimus hoc esse corpus illud, quod pro nobis in mortem traditum, hunc esse sanguinem illum, qui in peccatorum nostrorum remissionem fusus est. Huius itaque Christi crucifixi pro nobis & mortui corpus, sub illa specie, qua suis illud Apostolis in cœna nouissima dedit, omnibus offeramus, illud quam maxime veneramus & adoramus, in eo & de eo gloriari nos profiteamur: de morte deuicta, deq; diabolo superato triumphum agimus, ac Deo patri cœlesti gratiam habemus, qui per crucem & mortem filij sui, remissionem nobis peccatorum nostrorum, in filios suos adoptionem, & regni cœlestis hereditatem contulerit. Quorum omnium beneficiorum memoriam, quanto maiore studio per membra sua Satana abolere conatur, tanto nos diligentius eam, & dierum observationibus, & signis, ac imaginibus, & gestu, & habitu, & omni ceremoniarum genere, repræsentari cupimus: hunc verò diem, propriè tanto beneficio, cum letitia & triumpho celebrando, consecratum habemus.

Ad hunc modum si quis nos interrogauerit, respondebimus, simul fratres nostros admoneremus, vt ostendant, se non erubescere Evangelium, se non erubescere crucem & mortem Christi, cuius memoria, cum gaudio & triumpho celebratur in hac solenni pompa. Nam quem huius Euangelij, quem crucis & mortis Christi pudet, is quiduis potius, quam Christianus dici meretur, nec est, quod se peruenturum ad ea premia speret, quæ Christus non alijs promisit, quam his, qui suam omnem fiduciam in crucis & mortis ipsius merito collocatam habent. Qui me erubuerit, dicit Christus, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. Omnis autem qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Confiteamur itaque Christum, non sola fide, verum & ore, hoc est, externis istis ritibus & ceremonijs, quibus maxime fides illius illustratur, & crucis hoc illius & mortis beneficium, summa cum animi deuotione, veraq; cordium letitia celebramus.

Rom. 10.

Hæc est fides Catholica, quam, vt paulò ante diximus, non scribendo neque prædicando modo, verum etiam annum vertentem ita distribuendo, dies vt certi constituerentur, quibus quasi ordine singuli articuli eorum, præcipue, quæ de Christo cognoscenda sunt, non tam artibus, quam oculis fidelium exponerentur, sitiens nostræ salutis mater Ecclesia, nos fideliter docere semper est conata, quod in eo salutem nostram agi, sciret.

Quod dictum Apostoli, dies obseruatis & menses, nihil aduersatur obseruationi dierum, quæ sit in Ecclesia.

CAP. IX.

Neque verò defuerunt, qui sanctæ matris nostræ sanctum hoc institutum reprehenderent, quod Iudaicas quasdam obseruationes amplexos esse fideles dicerent. Obiectum est etiam ante mille ducentos annos, quod nunc ab ijs, qui pridem sopitas hæreses suscitauerunt, obijci nobis audimus: Dies obseruatis & menses, & tempora, & annos. Sed ijs iam pridem ab Origene, atq; Epiphano Græcis, ac Hieronymo, atque Augustino Latinis, ita responsum est, satis vt esse confutati videantur. Neque enim existimandum est, ignorasse matrem Ecclesiam, vel nunc etiã ignorare, quod omnes dies æquales sint, quodq; non die Parasceues crucifigitur, neque die dominico resurgit Christus, quodq; nullus dies atque adeo nulla sit hora, qua non rectè passionis illius & resurrectionis, ac aliorum quorumcunque beneficiorum fiat recordatio. Quamobrem receptus Ecclesiæ mos, quo singulis Christi beneficijs recolendis, certos dies instituit, nihil habet cum Iudeorum superstitione communi. Nam illis non est fas quouis tempore ieiunare, agnum immolare, Pentecosten agere, tabernacula figere: nobis verò quotidie ieiunare, quotidie agnum immaculatum & offerre Deo patri, & oblatum manducare, quotidie licet simul omnia Christi beneficia repræsentare.

Dierum obseruatio. Cons. Celsum li. 8. Epiph. her. 75. Hiero. in 4. cap. ad Galat. epist. 119. cap. 7.

Quoniam verò sæculi curis nimio plus plerique omnes immersumus, neque aut orationibus, aut gratiarum actionibus, Deiq; beneficijs recolendis, perinde vt oportet vacamus, quid faceret sitiens nostræ salutis mater Ecclesia? permitteretne tantorum Christi

Cap. 9.

DE FIDE.

Matth. 13.

Dierum obseruationis causa apud vulgum.

1. Cor. 9. Heb. 5.

1. Cor. 11.

Missa ratio semper eadem.

Missa ab Euangelio nihil differt.

Cyp. lib. 2. epist. 3.

Christi beneficiorum interire memoriam? quae quamvis in Ecclesijs predicatur è superiore loco, tamen verbi Dei semen à spinis non raro suffocatur. Non potuerunt hoc ferre plena charitatis illius erga nos viscera, cum praesertim salutem in eo nostram agi videret. Cum itaque cerneret adduci non posse liberos suos, ut quotidie ieiunarent, quotidie orarent, quotidie Christi corporis & sanguinis communionem perciperet, ac in iugi beneficiorum eius meditatione versarentur, fecit illa, Deo & piorum omnium consensu approbante, fecit autem sancti Spiritus docta magisterio, certos ut dies institueret, qui praeter ceteris tantorum commemoracione beneficiorum essent insignes, quibus ad officium fideles reuocarentur, ac munere suo curis alijs vacui diligentius fungerentur; non aliud spectans hac dierum praescriptione, quam ut & admonerentur eorum, quae Deus pro sua ineffabili bonitate, tam plena manu conferre dignatus est, & sepositum tamen tempus aliquod haberet, quo diligentius eorum contemplationi vacare liceret. Sic illa à Paulo edocta, omnibus facta est omnia, ut omnes lucrifaceret, & qui non possent adhuc solidum cibum capere, quod is perfectorum est, eos minime negligendos, verum tanquam parulis lacis potum dandū esse putauit.

Quod manifestius autem fiat omnibus, quod Ecclesia nullum nouit dierum discrimen, vel ex tremendo sacrificio (quam Missam vocamus) cuius id colligere licebit, in qua natiuitatis, passionis, mortis, resurrectionis, in caelum ascensionis, & Spiritus sancti missionis beneficia, nullo non die simul omnia celebratur per totum terrarū orbem, quam late patet Christiana religio, nulla prorsus varietate. Est enim verba mutari videmus, idque in ijs tantum, quibus ad sacrificium hoc mentes preparantur, cuius generis sunt, Introitus, Collectae, Epistola, Graduale, Euangelium, Offerenda, Communio, significationes tamen manent eadem. Quae verò liturgiae potissima pars est, & in quo vis tota consistit, Canon, idem perpetuò legitur: vbi ad eundem sensum per modum praecipuorum Christi beneficiorum simul omnium fit commemoratio, nihil ut ab Euangelio Missa differre videatur: quin ipsum potius Euangelium & breuis quaedam credendorum omnium non tam explicatio, quam quasi sub oculis subiectio, ac fidelium ad recollendum praecipue passionis illud immensum beneficium sit excitatio. Quod ita representatur in hoc sacro: ut rectè à Cypriano dictum sit, passionem esse Domini, sacrificium quod offerimus.

Ex ijs itaque, quae peraguntur in hoc sacro, facile cuius perspicuum esse potest, quod quotidie Christi natalem, quotidie Parasceuen, quotidie Pascha, quotidie in caelum ascensionem, quotidie Pentecosten celebrat Ecclesia. Sed quoniam haec non ita attenduntur ab omnibus, rudioribus praesertim, qui minores etiam vocantur ad eorum quoque captum communis nostra mater Ecclesia demittere se dignata est, certis diebus instituendis, quibus eorum attentionem excitaret. Quare nihil est, quod nobis Iudaismum quicquam obijciat, qui non aliud hac dierum obseruatione, quam Christi beneficiorum conseruare memoriā, & ea rudibus etiam inculcare conamur, nemo ut sit, qui ignorantiam praetendere queat.

Quomodo praecipue Christi passionis beneficia varijs modis Ecclesia rudibus inculcare conata est, ac primum de signo Crucis.

CAP. X.

Neque verò finibus ijs circumscripta fuit anxia de salute nostra matris Ecclesiae cura & sollicitudo: non contenta fuit scriptis consignasse, verbis praedicalse, certis diebus instituendis inculcasse, quae de Christo credenda sunt, maxime verò, quae summa credendorum est omnium, ineffabile Christi passionis mysterium: etiam signis id representare voluit oculis fidelium, ut nemo tam esset rudis, quin illud cognoscere posset.

Hinc est ille cruce signandi mos, quem ex Apostolica traditione peruenisse ad nos vel ex eo satis aperte colligere licet, quod ipsos etiam Apostolos illo crebrius vsos, qui fuit aequalis ipsorum, Abdias res eorum gestas scribens testatur. Meminit & Dionysius Pauli discipulus moris huius cruce signandi, signique vitalis vocat impressionem. Clemens verò pontifex inquit: Trophaeo crucis consignans in fronte dicat, &c. Quin & Martialis Lemouicensis Episcopus, quem vnum è septuaginta Christi discipulis esse volunt, monet Burdegalenses, ut crucem Domini semper in mente, in ore, in signo teneant. Crux enim Domini, inquit, armatura nostra inuicta contra Sathanam est. Et qui non multum fuit à temporibus Apostolorum remotus Tertullianus. Ad omnem, inquit, progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum

Dionys. de ecclesia hierarchia parte 2. ca. 2. Lib. 8. cap. 13. constitutio. apud Martia. in epist. ad Burd. cap. 8. Tertull. Crucis signatio vbi que adhibenda.

tum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mēsas, ad lūmina, ad cubilia, ad scedia, quaeunque nos conuersatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus. Ex quibus verissimū esse constat, quod apud Basilium legimus, Apostolicam hanc esse traditionem. Quem secutus beatus Ephrem cum admonuisset suos fratres, ut postes suos preciosa ac viuifica cruce coronarent. Pingamus, inquit, in ianuis, atque in frontibus nostris, & in ore, & in pedetore, atque in membris omnibus viuificum signū crucis, armemur insuperabili hac Christianorum armatura. Ea enim victrix est mortis, fidelium spes, lux orbis terrae, paradisi re feratrix, haeresium profugatrix, demonum expultrix, Monachorum adminiculum, summamentum fidei, magna salutarisque custodia & gloria perpetua Orthodoxorum in aeternum. Hanc à Christiane armaturam diebus singulis & noctibus, horis atque momentis in omni loco circumferre non desinas, nihilque sine ipsa perficias. Et in eo, qui proxime sequitur libro: Scuti vice crucis signo te ipsum muni, signans ex eo membra omnia & cor tuum. Validissima quippe armatura haec est, nullusque vnquam tibi nocere poterit, si hac septus fueris. Cyrillus verò: Non pudeat nos, inquit, crucis Christi. Quod si aliquis id occultet, tu manifeste signa te cruce in fronte, ut demones signū Regis videntes, tremētes procul fugiant. Fac autē hoc signum & māducans, & bibens, & sedes, & stans, & loquēs, & ambulans: in summa, in omni tuo negotio. Et alio loco: Accipe arma cōtra aduersarios huius crucis. Trophaeum statuas fidem crucis aduersus contradicentes. Cum enim de domino, cruceque contra infideles quaestio tibi erit, prius statue manu tua signum: & obtutescet contradicens. Non pudeat crucem Christi confiteri, Angeli enim gloriantur, dicentes: Iesum crucifixum quaeritis. Non potuisti dicere à Angele, Scio quē quaeritis meū dominum, sed confidēter dicis: Scio quod crucifixum. Corona enim est crux & nō ignominia. Et nonnullis interiectis. Non pudeat igitur nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidēter signaculum crucis digitis imprimatur, & in alijs omnibus crux fiat, in panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egressu, & in ingressu, ante somnum, recumbendo, & surgendo, eundo, & quiescendo. Magna haec est custodia, quae propter pau peres gratis datur, sine labore propter infirmos, cum à Deo sit haec gratia, signum fidelium, & timor demonum. Triumphauit enim de illis in hoc signo, ostentat illud audacter, quādo enim viderint crucem, recordantur crucifixi. Meruunt eū, qui cōtriuit capita draconis. Neque propterea quod est gratuitum contēnas hoc signaculum, sed ideo magis venere benefactorem. Et Hieronymus: Claudas cubiculū pectoris, & crebro signaculo crucis munias frontem tuam, ne exterminator Aegypti in te locum reperiat, Et alibi. Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat crucem. Et ante eum Prudentius.

Cum vocante somno castum petis cubile, Frontem, locumque cordis crucis figura signet. Reges, Prophetae, Iudicesque Principes, Viri, bello, cultibus sacris stylo, Non desisterunt formam pingere crucis.

Et alio loco.

Quod verò de Regibus narrat Prudentius, primum hoc fecisse constat Imperatorē Constantinum, quem non in fronte modo sua designasse, verum & in vexillis & in manu gestasse, & numismatibus etiam insculpi, signum crucis fecisse, victorias suas ac triumphos omnes acceptos illi tulisse, qui temporis illius historiam scripserunt, Eusebius, Socrates, Zosimenus, Nicephorus memoriae prodiderunt. De Theodosio quoque Imperatore, scribit Nicephorus, quod is armatura crucis fretus, intrepidus contra Eugeniū progrediebatur. De Alexandris quoque refert Rufinus, quod crucis dominicae signū vnusquisque in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisque, depingeret. Quod ipsum Chrysothomus nō tantum apud Alexandriā, verum & alibi passim ita factitatum esse testatur: Crucem, inquit, vbi que celebrari videre licet, in domibus, in foro, in solitudine, in vijs, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigijs, & insulis, in vestibus, in armis, in thalamis, in symposijs, in vasis argenteis, in aureis, in margaritis, in mureorum picturis &c. Ac paulo ante. Reges positos diadematis crucem suscipiunt mortis symbolum.

In turpibus crux, in diadematis crux, in precibus crux, in armis crux, in mensa sacra crux, & in toto orbe crux, & super solem fulget crux, quam omnes prius abhorrebant, eius figuram tātopere quaeuunt vbi que, ea inuenitur apud principes, apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud seruos, apud liberos, subinde omnes ea se signat, inscribendo in nobilissimum membrum nostrum, in fronte enim nostra quasi in columna quotidie figuratur. Sic in sacra mēsa, sic in sacerdotū ordinationibus, sic iterum cū corpore in mysticis caenis fulget. Et alio loco. Omnia quae ad salutē nostrā conducūt, per crucem consumantur. Nā cum regeneramur, crux Dñi adest, cū sacralissimo alimur cibo, cum in ordinē consecrati statuimur, vbi que ac semper id victoriæ insigne nobis adfuit.

Basil. lib. de Spiritu sancto cap. 27. Ephrem de veta pœnitentijs.

De armatura spiritali, ca. 7. Hieron ad Demetrium. Ad Eusebium de custodia virginum. Pruden. in hymno ante Iomiu vbi Romani martyris supplicium describit. Cyrill. Cateches. 1. 4. Crux quando ubi factiōda & eius effectiō. Catech. 13.

Euseb. lib. 1. ca. 9. ac li. 5. & 3. de vita Constantini. Socrates lib. 2. cap. 2. Zoso. lib. 1. ca. 8. Nice. li. 7. ca. 27 & 46. Nice. lib. 12. ca. 39. Rufin. lib. 2. cap. 29. Chry. in demonstratione aduersus gentes quod Christus sit Deus. Homilia. 55. in Mathaem.

1. Corin. 6.

fit. Quapropter & in penetralibus, & in parietibus, & in fenestris, & in fröte quoq; ac mente, magno studio crucem inseramus. Et adferens illud ex Paulo: Pretio empi estis. Pretium, inquit, hic crucem appellavit, quam non simpliciter digito in corpore, sed magna fide in mente formare oportet. Nam si hoc modo eam impresteris, nullus scelerorü demonum cum hastam videat, qua letale vulnus suscepit, congrredi tecum audebit.

Damas. in vita Barlaam & Iosaphat. Lactan. lib. 4. cap. 27. Greg. Naz. in priore contra Iulianum oratione. The. lib. 3. cap. 3. Eccl. hist. 50. li. 5. ca. 2. Nice. lib. 10. cap. 3.

Ex his Chrysolomoi verbis, tum aliorum sanctorum Doctorum videre licet, quam creber vsus illo tēpore fuerit signi crucis, quo persuasum erat demones etiam ipsos fugari, quos, etiam vel iniuitos confessos aliquando fuisse (scribit Ioānes Damascenus) dominicæ Crucis vexillum se sustinere non posse. Quæ de re multa scribit Lactantius quoque, quanto terrori sit dæmonibus hoc signum, cuius rei documenta etiam aliquot profert. Clarissimum autem documentum fuit illud, quod adfert Gregorius Nazianzenus, & eum secuti Theodoritus, Zozenus, & Nicephorus, quod cum Iulianus apostata, qui fidē Christi deseruerat, ex cōsuetudine pristina crucis hoc signū ingruentibus dæmonū terribus, fronti impressisset, statim omni timore liberatus est, procul dæmonibus fugatis.

Quamobrem etiam in sacris operationibus magnus semper fuit crucis vsus, quem ex his, quæ citata sunt ex Chrysolomo videlicet, à quo non dissentit etiam Augustinus, cum dicit: Nisi crucis signum adhibeatur, siue frōtibus credentium, siue ipsi aque, qua regenerantur, siue oleo, quo Chrismate vnguntur, siue sacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Et alio loco. Hoc signo, inquit, crucis, consecratur corpus dominiicum, sanctificatur fons Baptismatis, initiantur presbyteri, & ceteri gradus ecclesiastici, omnia quæcunque sanctificantur, hoc signo dominicæ crucis consecrantur. Et iterum: Huius crucis ministerio, rudes catechizantur, eodem mysterio regenerationis consecratur eiusdem crucis signo per manus impositionem, dona gratiarum accipiunt. Cum eiusdem crucis charactere Basilicæ dedicantur, Altaria consecrantur, Altaris sacramenta cum interpositione dominicorum verborum conficiuntur: Sacerdotes & Levitæ per hoc idem ad sacros ordines promotentur. Et vniuersaliter omnia Ecclesiastica Sacramēta in huius vir tute perficiuntur. Ante vtrūque verò Cyprianus: Quicumque sint sacramentorū ministri, qualescūque sint manus, quæ vel mergunt accedentes ad baptismū, vel vngunt qualemque peccatū, de quo sacra exeūt verba, operationis auctoritas in figura crucis omnibus sacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet, à sacramentorum vicarijs inuocatum. Quamobrem, quæ tanto consensu Patres ferè omnes affirmant, diuinam esse traditionem dubitandum non est.

Egypti. ferm. de pascite Christi.

Quamobrem etiam in sacris operationibus magnus semper fuit crucis vsus, quem ex his, quæ citata sunt ex Chrysolomo videlicet, à quo non dissentit etiam Augustinus, cum dicit: Nisi crucis signum adhibeatur, siue frōtibus credentium, siue ipsi aque, qua regenerantur, siue oleo, quo Chrismate vnguntur, siue sacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Et alio loco. Hoc signo, inquit, crucis, consecratur corpus dominiicum, sanctificatur fons Baptismatis, initiantur presbyteri, & ceteri gradus ecclesiastici, omnia quæcunque sanctificantur, hoc signo dominicæ crucis consecrantur. Et iterum: Huius crucis ministerio, rudes catechizantur, eodem mysterio regenerationis consecratur eiusdem crucis signo per manus impositionem, dona gratiarum accipiunt. Cum eiusdem crucis charactere Basilicæ dedicantur, Altaria consecrantur, Altaris sacramenta cum interpositione dominicorum verborum conficiuntur: Sacerdotes & Levitæ per hoc idem ad sacros ordines promotentur. Et vniuersaliter omnia Ecclesiastica Sacramēta in huius vir tute perficiuntur. Ante vtrūque verò Cyprianus: Quicumque sint sacramentorū ministri, qualescūque sint manus, quæ vel mergunt accedentes ad baptismū, vel vngunt qualemque peccatū, de quo sacra exeūt verba, operationis auctoritas in figura crucis omnibus sacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet, à sacramentorum vicarijs inuocatum. Quamobrem, quæ tanto consensu Patres ferè omnes affirmant, diuinam esse traditionem dubitandum non est.

Imo. lib. 2. ca. 44. de altaris sacramentis. Crucis signum vbius primis digitis facientiam. Eja. 40.

Videtur autem totius fidei nostræ compendium in hac vna cruce signandi ratione contineri. Signum crucis tribus digitis exprimentum esse docet Innocentius, ad significandum Trinitatis mysterium. Quod etiam non tacuisse videtur Propheta, cum dixit: Quis appendit tribus digitis molem terræ? Ducitur autem primum à vertice capitis siue frontis, vsque ad umbilicum: vt indicetur, de summo cælo egressum in viscera matris descendisse Dei filium: atque ex purissimis illius sanguinibus carnem nostram suscepisse. Deinde à sinistro brachio ad dextrum; vbi causa simul incarnationis exprimitur. Nam propterea descendit de cælo in terram, propterea reliquit domum suam, dimisit hereditatem suam, dedit dilectam animam suam in manus inimicorum suorum: vt nos, qui eramus à sinistris inter hœdos collocandi, transferreret ad dextram inter oues suas, vbi vocem illam desideratam audire nobis liceret: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

Et iere. 12.

Matth. 25.

Ecce quæta fidei nostræ mysteria vnica signandi nos cruce forma, nos mater Ecclesia docuit, vt si nihil præterea scire rudis homo, qui satis assequi cetera nō posset, vel hoc prope solum ad salutē illi sufficere queat. Hic incarnatio, hic passio Christi, hic causa passionis, hic simul extremū illud iudicium, & spes nostræ vocationis, hic mysterium trinitatis, per quā redempti sumus vnica signatione crucis exprimitur, quandoquidē adiungūtur hæc verba: In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. De qua nos propterea paulo fusius in hac notissima editione nostra, nobis agendum esse diximus, quod existere quosdā hoc infelici sæculo nostro videmus, qui non dubitent affirmare, magis exerceri, quādo fideles vt se cruce signant, docentur, qui Iulianum etiā apostatam impietate sua superare videntur, qui tanquā probum obijciebat Christianis, quod crucis lignū adorarent, imaginem illius in fronte & ante domos pingentes. Cuius picturæ causas, hæc illius impia verba re fellens profert Cyrillus.

Calmistæ notantur.

Cyrill. lib. 6. contra Iul.

Crucis signa cōculcanda reuerenti quædam docent.

Quin etiam eo progressi sunt audacia; atque amentia quidam, quos desert Apollus, inimici crucis Christi, vt non modò non venerandā atque adorandā, verum etiā conculcandā & conculcandā esse crucē doceant, & strenuè quod doceat exequantur, Hereticorum & Petrobussianorū impietate referentes, quos ante quadringētos annos præclara quadam

quadam Epistola Petrus Clumiænsis confutauit, & quæ sit signo crucis veneratio tribuenda, piè diserteque docuit. Quid autem non audent homines hoc infelici nostro sæculo: non dubitavit quidam dicere, fidem Asinariam eum profiteri, qui prædicat Iesum Christum & hunc crucifixum, id quæ signo crucis fronti impresso testatur. An autem hoc multum est ab eo diuersum, quod olim Christianos asinarios esse vocatos Tertullianus scribit, & eum secutus Arnobius, cum illis caput asinum, & cætera quadam insignia obijcerentur. Quid autem aliud per hos ministros suos molitur Satanas, quam vt sublato signo crucis, nulla crucifixi mentio remaneat, sublato crucifixi vocabulo, mortis & passionis Christi recordatio sit ablata. Extrinsecta passionis memoria nulla redemptæ salutis spes, euacuato redemptionis præcio superfit. Sed nos cætera persequamur.

Christiani asinarii vocati. Tert. in apologetico cap. 16. Lib. 2. contra gentes.

De Crucifixi simulachro.

CAPVT XI.

AD hunc signandi nos cruce morem adiecta præterea sunt Christi crucifixi simulachra, quæ præferuntur, quoties fiunt supplicationes (quas processiones vulgò vocant) vnā cum vexillis, quæ sunt Christi triumphantis, & in cælum scandentis insignia, in quibus & ipse Christus ferè depingitur siue sculptur cruci affixus. Præferuntur autem hæc idè, vt indicetur nobis atq; ante oculos nostros, ponatur, in quo gloriari, in quo spem nostram habere nos defixam oportet. Per crucis enim vexillum fortior armatus dominus noster Iesus Christus morte mortem superauit, & effraetis inferorum portis, aditum in cælos seps omnibus patefecit. Absit igitur nobis gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: absit in alio quoquā fiducia nostram collocare, quā in hac, quæ salus est & redemptio nostra. Nam quæ potest maior esse nobis gloriandi materia, quā quod rex ille regum & dominus dominantium, cui donatum est nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & inferorum, quod ille Dei filius, Deus ipse, relicto excelso solio, regni sui cælestis, dignatus est in hanc lachrymarum vallem descendere, & eouque se deijcere, vt serui speciem in se susciperet, & quidem serui nocentis, cum ipsa esset innocentia: dignatus est ceu facinorosus aliquis capi, alligari, flagris cædi, conspui, probris innumeris affici dignatus est, quod vnum omnium & probrosissimum fuit: & atrocissimum supplicij genus, morte crucis ad extremum condemnari: dignatus autem est hæc omnia tam dura perferre propter nos, qui serui, qui peccatores, qui inimici, qui impij eramus, oblitus suæ dignitatis, neque nostræ memor indignitatis, dignatus est ad eò nos diligere, vt semetipsum traderet pro nobis. Nunquid hæc non est iustissima gloriandi causa? Serui cum ab heris laudantur, qui tamen eiusdem naturæ, ex eodem luto confecti, iisdem sunt fortunæ casibus obnoxij, placet sibi tamen vehementer hoc nomine. Nos non multò magis nobis placebimus, non multò magis de eo gloriabimur, quod ille dominus, qui solus est verus Deus, quem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, non est dedignatus nostra causa nostram carnem indutus, horrendos in ea sustinere cruciatus, ad extremum verò morte turpissima condemnatus, per crucis crudele supplicium vitam pro nobis profundere? Quis hoc amicus amici causa faceret? quis pater propter vniuentum filium tanta pateretur, quanta dominus pro seruis pati dignatus est? Quam autem aliam ob causam? nisi vt è seruis liberos, ex inimicis Dei, filios Dei faceret: filios quidem Dei patris, fratres autem suos: hæredes Dei patris, cohæredes autem suos. Nulla potest esse mundi tanta gloria, quæ cum hac vel minima in patre comparari queat. Est ergo quod gloriemur in cruce Domini nostri Iesu Christi: est quod firmam præterea spem & fiduciam collocemus. Quid enim non certo nobis de tam benefici, tamque indulgentis, non domini, sed plus quàm patris misericordia polliceri possumus & debemus? Quid ille non dabit petentibus, qui semet tradidit in mortem? Quid est, quod negare queat rogatus, qui tot & tanta beneficia contulit vltro, non modò non rogatus, verum etiam grauisimis iniurijs multum prouocatus?

Crucifixi imago in vexillis, & vexilla. Crux in supplicationibus cur præferatur.

Galat. 6.

Apocalyp. 19. Philip. 2.

Rom. 5.

Ephes. 5.

Rom. 8.

Hæc est itaque causa, quamobrem in supplicationibus siue processionibus crux præfertur: vt in illa gloriari nos, in illa spem nostram omnem defixam habere, illius fiducia nihil non à Deo petentes impetrare posse, palam omnibus affirmamus.

Næque verò præferri tantum crucem instituit Ecclesia, verum & in medio templi cuiusque, in eminentiori loco, vt ab omnibus conspici possit, & crucis signum altissimis in turribus imposuit, & Christi crucifixi statuam erexit, quod sicut in serpentem æneum quem in deserto Moyses exaltauit, qui mors à serpentibus intuebantur, sanabantur, si qui vellent à moribus peccatorum sanari, quos intulit serpens Diabolus, in eum intuebantur, qui pro nobis in cruce pendens mori dignatus est, certa cum spe remissionis peccatorum illius merito consequenda.

Crucifixi imago in medio templi & crucis signum in turribus cur ponitur Num. 21. Crucifixi imago in vijs.

Ac non in téplis modo, verum in ijs etiá, & cópíis Christi crucifixi signum istud erigendum putavit. Fuit hoc priscis illis temporibus apud nonnullos in more positum, priusquam ad agnitionem veri Dei pervenissent, ut Mercurij statuas in vijs collocarent, quod hunc Deum itineribus præesse persuasum haberent. Posteaquam verò depulsis errorum tenebris, Euangelij nova lux affluisit, deicæ sunt statuae Mercuriales; quæ viarum indices fuerant, & earum in locum erectæ sunt statuae Christi crucifixi: ut ne via tores quidem aliud agentes, tanti beneficij possent obliuisci. Qui simul etiam obiter admonerentur, quando quidem aduenæ sumus omnes & peregrini, neque manentem hic habemus civitatem, sed futuram inquirimus caelestem illam Hierusalem: quam ingrediti viam oportet ad eam anhelantibus. Via enim nostra Christus est, is qui dixit: Ego sum via, veritas, & vita. Huius vestigijs incedamus necesse est, si volumus ad caelestem patriam pervenire, ad quam nisi per crucem aditus non patet, ipso etiam Iesu Christo attestante, qui dixit: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

1. Pet. 2.
Heb. 13.
Ioh. 14.

Matth. 10.

Crucifixi imago mortuus ostenditur, & morte plestendis præferunt.

Chrys. homil. adversus gentes quod Christus est Deus.

1. Reg. 14.

Esai. 53.
Matth. 27.
Luc. 23.

Naum. 1.
1. Cor. 11.
Si nos ipsos iudicaverimus, etc.

Exod. 14.

Sic igitur & ingredientium & egredientium templum, & in viam sedantium oculis, Christi crucifixi simulachrum obiectum semper esse voluit Ecclesia: multò maxime verò eorum, qui ex huius vitæ diversorio aeternam illam in domum migraturi, præ ceteris consolationis plurimum indigent, quò suæ redemptionis præcium agnoscerent, ac tanto æquiore animo corpus mortis huius relinquerent, indubitata spe caelestis patriæ heredes futuros, cui per Christum crucifixum abundè pro peccatis omnibus est satisfactum. Quod in ijs maiore etiam cura observari voluit, qui propter aliquod parvum ad extremum supplicium ducebantur. Quorum quo magis perterritas esse conscientias oportet, hoc maiore studio sollicita de salute eorù mater Ecclesia, succurrendum eis esse duxit, ne magnitudinè flagitiorù deterriti, consequenda venia spem abijcerent. Eius itaque factum est institutio, ut cum ad supplicij locum fontes ducebantur, sacerdotes eos comitaretur, Christi crucifixi signum præferret, plestendorum oculis illud ingereret, atque in cruce domini nostri Iesu Christi spem suam omnem eos collocare iuberet, de qua cantat Ecclesia: O crux aue, spes vnica. Crux enim est meritum nostrum, crux est refugium nostrum, crux est vita salus, & resurrectio nostra. Quamobrem hortatur sacerdos ad mortis supplicium condemnatos, quandoquidem sua non possunt, ut Christi crucifixi merita ad Deum patrem allegent. Quid est omne meritum cuiuscunque hominis, nisi miseratio domini? Quamobrem ne se crederent inopes esse meritorum, quandiu miserationum ille dominus non desuerit, cuius si multe sunt misericordiae, multa etiam esse merita sua considerent: quæ non aliundè quàm ex sola Dei pendunt misericordia. Illius ergo satisfactio inimerentur, illius passionem crucem & mortem Deo patri ante oculos proponerent, cuius vel vnagutta sanguinis ad abluenda totius orbis peccata cumulatè satisfecit. Propterea damnatus est ille, ut liberaret damnatos: propterea doluit, ut sanaret infirmos: propterea contumuit, ut securos faceret, propterea deputatus est inter latrones, quorum alter assumptus, alter est reprobatus, ut exemplum & forma daretur, indissolubilis manens in posteros, quia nec in vltimis Dei clementia poenitentes excludit, nec vlla hora ferè est, cui compunctio districta occurrit, nec eos, qui vitæ suæ quocunque temporis articulo veri sunt iudices, iterum iudicari. Neque enim bis in idipsum Deus iudicat, cum & Paulus dicat: Quod si nos ipsos iudicaverimus, non vti que iudicemur. Impoenitentes itaque Deus iudicat & damnat: poenitentes verò quia suscipit à seipsis iudicatos, absoluit: neque iudicio, quod humana poenitentia feueritas protulit, aliquid iustitia caelestis apponit. Iudicati sunt Aegyptij, cum redeuntibus super se maris fluctibus inuoluerentur. Iudicati Sodomitæ, cum subuersis vrbibus eorum sulfureis flammis cremarentur: sed si in eisdem subuersiois ibi gement, poenitentes, temporali poenæ non succederet aeterna: sed esset illis pro remedio supplicium, & pro absolutione tormentum, neque corde contritos aeternum contereret & aggravaret iudicium. Sic in cruce latro constitens non tantum indulgentiam meruit, sed etiam Christi familiaris effectus, præmissus est in paradysum, & regni factus est particeps. Ad hunc modum etiam eos, quorum omnis vita in omni flagitiorum genere volutata est, noluit mater Ecclesia de peccatis suis desperare, sed concepto de illis iusto dolore, ad crucis Christi remedium confugere, atque inde salutem expectare iussit, nullum ut genus hominum fuerit, cui non maxime, cum alia omnia, tum hoc præsertim crucis & mortis Christi beneficium sit manifestare conata.

Quomodo

Quomodo Sacerdotes & Episcopos ad contemplandum perpetuò crucis & mortis Christi beneficium excitare mater Ecclesia conata est.

Quod quoniam populo frequenter inculcare, proprium sacerdotum est munus, hos verò non alia in re dies noctesque, quàm in eius assidua meditatione versari voluit, ex eo natæ sunt preces, quas vocant horas canonicas, ut septies in die laudem Deo dicerent sacerdotes, quò sic implerent illud, quod ab Apostolo scriptum est: Sine intermissione orate, simul illius immensis Christi beneficij recordarentur, per vulgò notos omni bº rhythmos: Patris sapietia, veritas diuina: quid matutina: quid prima: quid tertia: quid sexta: quid nona: quid vespertina: quid hora completorij de Christo factum sit, per singula suppliciorum genera, cum grati animi significatione recolentes, omne ut vitæ suæ tempus in vna cogitatione traducere sacerdotes voluerit. Porò quoties Missæ peragunt factum sacrificium, tum verò, sicut antea mentio facta est, quicquid est in Euangelio, quod scire omnium interest ad salutem, id non verbis explicant modò, verum & habitu, & gestu, & signis, & caeremonijs sub aspectum populi subiiciunt: illud præ ceteris inenarrabile passus, crucifixi, mortui Christi beneficium, non auribus magis, quàm oculis hominum inculcantes. Inde signa crucis tam crebra, cum singulæ crucis singula tormentorum genera designant, quæ propter nos nocentes, innocens agnus ille, cuius sanguine redempti sumus, perferre dignatus est.

Flora Canonica. Esalm. 118. 1. Thess. 5.

Missæ vitæ.

Hebr. 5.

Crucem cur gerant Episcopi.

1. Ioh. 3.

Benedictio Episcoporum. Matth. 16.

Iam ad quorum officium pertinet non modò sacrificium offerre pro populo, verum etiam sacrificiis præesse, & eos gubernare, atque vniuerso gregi attendere, cuius generis sunt Episcopi, nequaquam satis illis esse iudicant, vel cum sacris operantur, vel cum precum suarum pèsum absoluerent, Christi crucis meminisse, quin punctum temporis nullum propè prætermitti voluit, præcipuè quoties domo pro deundis eis foret, quò crucis beneficium non recolerent. Hinc ille mos, quò pendentes de collo crucem gestant Episcopi, non ob id modò, ne parùm aliquando sint memores beneficij per crucem accepti, verum etiam ad admonerentur, quò crucifixi vestigijs incedat, ut sicut ille verè bonus pastor posuit animam suã pro ouibus suis, ita & ipsi à bono pastore pastores ouium eius constituti, ne dubitarent, si res ita ferret, exèplo domini sui ponere animas suas pro ouibus suis, & quamlibet acerba supplicia in ipsius præsidio fiducia collocata, sustinere. Hoc enim est quod à suis exigit Christus, cum tollere crucem suã iubet, qui sequi se vult. Quin etiam quò se cunctis crucis esse ministros declarent, cum aliàs, cum præcipuè quoties primùm in flux dicecetos ciuitates ingrediuntur, cruce signant obuios quosque, idque magis maioreque solennitate quadam, cum sacris operantur, signo crucis benedicunt hominibus: simul illud in memoriam eis reuocantes, quod per crucem peccatorum remissio nobis obta est, neque fructus huius tanti beneficij nisi per crucis memoriam, perque fiduciam in illa collocatam ad nos redundare queat.

Ceterùm Archiepiscopo vltra crucem decollo pendentem præfertur etiam crux, quò ties in publicum prodit, quò nunquam non ante oculos ipsius verteret, ut quemadmodum princeps est Episcoporum, ita se principem esse debere meminerit ad quauis adeianda pericula pro fide & Ecclesia Christi, proque salute concrediti sibi gregis conseruanda, quin & ad mortem ipsam, si qua id necessitas postulet, oppetendam.

Crux cur præferatur Archiepiscopis.

Potuitne amplius aliquid facere mater Ecclesia, quàm quod fecit, ad mediatoris fidè illustrandã, & quàm maxime propagandã, atque ad redemptionis nostræ mysterium non auribus modò, verum & oculis fidelium ingerendũ? Quod tâto studio fecisse videtur, ut si qui ratione aut memoria cõprehendere non possent, vel oculis aspicere, ac modò notis manibus eis contricare liceret: adè se demisit ad captũ omnium, ut ne quem lateret ea, sine quorũ fide salus esse nemo potest. Non illa scriptis modò, non vna voce tantum è superiore templi loco, verum & certis diebus instituedis, & signis, & imaginibus, & habitu, & gestu, & varijs caeremonijs, & qualcunq; vias & rationes ad eam re accommodatas diuini numinis assista excogitare potuit, omnibus ijs in mentibus fidelium imprimere conata: & cum alia omnia quæ in simbolo cõtinentur, quæ breuis est credendorum collectio, tum præcipuè mediatorè Dei & hominũ hominem Iesum Christũ, & hunc crucifixũ, ut ex illo penderet omnes, in illo prorã, quod aiunt, & puppim suæ salutis collocarè.

Symbolũ quid.

Quod falso quidam hoc æno nostro calumniantur Ecclesiam de obscuratis Christi beneficijs, cum per ipsos poctus obscurantur, & omnis eorum memoria extinguatur.

Et sunt interea filij deserròres, qui ab omni pietate alieni, ab omni veritate remoti, perfricta, quod aiunt, fronte, omni pudore prorsus absterfo, matrem suam autem in simulare, quod parum in ijs, quæ ad salutem nostram pertinent, docendis,

Esai. 30.

Patres docuisse
veterem fidem.
Fides mediator
vis.
Lib. 3. sentent.
distin. 25.

officio suo sancta fuerit. Communiſcitur homines audaces & impudetes, quod iam inde à quadringētis & amplius annis, ignotus orbi Christiano Dei & hominū mediator Christus, quod eius beneficia obscurata, quod Euangelii abſconſum, quod quidvis aliud potius, quam Christus in Ecclesia fuerit annunciat, verum his tandem triginta annis per ipsos mentibus hominū Euangelij noua lux affuſerit. Quæ est, si non hæc est summa impudentia, atque vna omnium grauissima minimeque ferenda calumnia? Legatur Theologorum libri, qui sunt his quadringentis annis cōscripti, reperire licebit, quod non aliā pleriq; theologiæ materiā esse voluerint, quam reparatiōis hominis ipsi per Christi ſeruatōre. Notū est autē illud, quod à Petro Lombardo diligenter tractatur axioma, quod sine fide mediatoris Christi nullus mortalium vel ante legem, vel sub lege, vel sub tempore gratiæ saluus factus sit, aut saluus aliquando fieri possit. In quo explicando ita versantur sancti doctores omnes, vt non aliunde salutem nostram pendere doceant, quam ex cruce & morte Christi: quam nisi quis expresse crediderit, maximè post peractum iam in cruce redemptiōis mysterium, nisi spem omnem in ea defixam habuerit, eum ad vitā æternā peruenire non posse: cum tamen implicita mediatoris huius fides ante Christum ſuatum ad salutem suffecerit.

Neque verò scripta magis doctorum ætatis illius, impudens hoc eorum commentum refellunt, quam ea quæ non semel iam commemorata, iterum atq; iterum repetēda sunt, quod magis planum omnibus fieri possit, quam falso hæc à filiis desertoribus Ecclesiæ impingantur. Quid enim, ita sapienter annus ab ipso Spiritu sancto distributus, nullus vt sit propemodum articulus fidei, cui non summa cum celebritate recolēdo dies aliquis sit dicatus? quid signa, quid simulachra? quid habitus? quid gestus Sacerdotum, præcipuè sacris operantium? quid varij ritus & ceremoniæ? quid omnia illa, quæ geri cernimus in Ecclesia? quid sibi volunt? quid, nisi quod modò non edita voce clamant, quod sicut scriptis & sermonibus, ita dierum obseruationibus, signis, & omni ceremoniarū genere nihil aliud grandī cum fiducia prædicamus, nihil aliud scire nos iudicamus, quam Iesum Christum, & hunc crucifixum: quod in hoc solo, in solo passionis, crucis, & mortis eius merito, spem omnem & fiduciam defigendam esse docemus. Hic est scopus, ad quem hæc omnia referuntur.

Ex quo liquido perspicueque cognosci potest, quod licet non omnes fortassis ex ijs, qui per quadringētos hos annos scripserunt, aurum, argentum, lapides preciosos, verum alij lignum etiam & stipulam ædificauerint, tamen fundamentum, super quod ædificauerunt, nemo postuerit aliud, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, Dei & hominum mediator, qui factus est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiā totius mundi. Quod si vnquam aliās, hoc vel maxime tempore videtur mater Ecclesia verbis illis rectè conqueri posse, quæ legitur in Canticis: Filij matris meæ pugnaverunt contra me. Qui sunt enim illi qui per grauem calumniam ab ea, quæ Christi corpus est, quod plurimos auellere laborant? qui ignorati Christi, neque agniti Euangelij matrem Ecclesiam arguunt? qui non verentur etiam horrendum idololatriæ crimē impingere? qui nam alij? quam filij quondam eius, fratres non ita pridem nostri: rectè vt de illis dici possit: Inimici hominis, domestici eius: & quod ab alio Propheta scriptū est: Homo pacis meæ, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē, quodq; apud eundem in alio Psalmo reperitur: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & si is qui oderat me, super me maligna loquutus fuisset, abscondissem me forsitā ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum cōsensu. Ante triginta hos annos ambulauimus cum cōsensu in illa domo Dei, in qua nō facit habitare Deus, nisi vnanimis. Fuit vna fides, vnum baptisma, terra fuit vnus labij, multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Ad quod faciendum iterum atque iterum repetēdo atque obsecrādo nos Paulus admonet. Id ipsum dicebamus, id ipsum sentiebamus, idem sapiebamus, vno ore honorificabamus omnes Deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Sed non potuit ferre Satanās cōsensum hunc piorum, qui cum sit mendax & mendacij pater, hæc tam aperte falsa de matre Ecclesia confinxit, quod alia ratione se gregem domini dispergere posse non videbat. Verum quid in eo ipso loco subiungit scriptura de ijs, qui cōsensum hunc piorum & vnanimitem rumpunt? Veniat, inquit, mors super illos, & descendant in infernum viuentes. Legimus hoc enuisse Chore, Dathan, Abiron, qui schismatis auctores facti, quoniam seorsim à Moyse sacrificare volebant, viui descenderunt in infernum, operi huius. Verum & ijs, qui nostro hoc æuo segregauerunt semetipsos, idē propemodū hoc accidere videmus. Est enim terra illis non desinit, tamen, quod est in pro- uerbio, viui videntesque pereunt. Neque enim illi non intelligunt vana esse, de quibus

Ecclesiam

1. Cor. 2.

1. Cor. 3.

1. Ioan. 2.

Ecclesia que-
rela contra hæ-
reticos.
Cant. 1.

Michee. 7.

Psal. 40.

Psal. 54.

Schisma nouū.

Psal. 67.

Ephes. 4.

Genes. 11.

Act. 4.

Philip. 3.

1. Cor. 1.

Rom. 15.

Ioan. 18.

Schismatis
pauca.

Nim. 16.

Hæreticorum
enalliguit. 11.

Ecclesiam inſimulant, sed studio contentiōis eò progrediuntur, vt videntes non videat, audientes non audiant, neque intelligant. Quin quod nobis impingunt, id, in reprobū dati sensum, ipsi faciunt. Quæcūque enim Spiritu sancto per os Ecclesiæ statuere viſum est, ad illustrandam mediatoris Christi fidem, & ad eius beneficia omnibus inculcanda, hæc illi profus euertere sunt conati. Nam obseruationem dierum, quæ non ex Iudaica superstitione induc̄ta est, verum vt quorum mentes terrenis adhuc desiderijs implicantur, & sæculi curis impediuntur, vel ex interuallo tamen ad diuinorum beneficiōrū contemplatiōem respirent, ieiuniorumque tempora, præcipuè sextæ feriæ quādo Christi passionis admonemur, & illi nos quasi cōpati velle declaramus, ritū & cacinnis omnia prosequuntur. Porro simulachra crucifixi, quæ terrori sunt dæmonibus, ne quid esset, quod eorum oculis offenderet, quibus cum nō vnū se salis modium comedisſe gloriantur, non è vijs & compitis modo, verum, etiam è templis ipsis eiecerunt, vt ne qua tātibenefici memoria superesset. Benedictionum vsum, quæ per signum crucis fiunt, quōd nos per crucem à maledicto liberatos palam facimus, habent ludibrio, neque ferre possunt, vt per verbum Dei signo crucis vna creatura sanctificetur. Penſum quoq; precum, quas horas canonicas vocant, sustulerunt. Et quæ res in terris est vna omnium sacratiſſima, maximè venerandum illud sacrificium, quod Missam vocamus, vbi summa cum pietate simul omnia Christi beneficia recoluntur, & sub aspectum eorum, qui interfunt, si delium subiiciuntur, diabolo suggerente, quod ipsi aperte profitentur, & præ se ferunt, abrogant: neque metuunt idololatriam pronunciare, si quis ei sacrificio, quod in ara crucis pro nobis Christus obtulit, cuius in Missa memoria quædam fit & representatio, remissionem peccatorum acceptam ferat, ac vt fructum illius ad se redundare faciat, Deū patrem per ipsum, qui pro nobis factus est sacrificium, filium deprecetur. Aded quicquid ad crucem pertinet, id eorum oculi ferre non possunt. Neq; mirum, cum non aliud sit scutum, in quo maligni sagittas extinguere liceat, præter signum crucis: quo cum semel victi sint: per eum, qui pro nobis in cruce pependit, horrent illud dæmones, & eo viro statim in fugam conuertuntur: quorum instinctu fieri ab illis hæc omnia, & euacuetur crux Christi, manifestius est quam vt dubitari queat.

Hic homo Christianus expendat ipse, atque intra se tacitus conferat, quæ tot sæculis ab Ecclesia facta sunt, vt non scriptis & sermonibus modo, verum etiam dierum obseruationibus, signis, imaginibus, gestu, habitu, varioque ritu & ceremonijs, Christi beneficia quamlibet etiam rudium pectoribus imprimerentur, atque ea, quæ credere, necesse est ad salutem, quasi præmanus ori eibus insererentur: quæ contrā facta sint hoc infelici æuo nostro ad illa omnia subuertenda, & eorum memoriam ex animis hominum profus euellendam; non modo falsa esse intelliget, quæ tam impudenter illi de Ecclesia commēti sunt, verum in eos ipsos multo verius retorqueri posse cognoscat. Sed nos querimonia hæc missam faciamus, & eò, vnde deslexit oratio, redeamus, hocigitur consuetum iam sit, quod à matre nostra Ecclesia docti sumus, vnum esse mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, extra cuius fidem, neque fuerit adhuc salutem quiquam cōsequutus, neque consequetur deinceps vnquam. Nam sicut qui præcesserunt Christi passionem, non nisi per illum futura, ita qui secuti sunt, non nisi per illius præteritæ fidem salui facti sunt, & sicut. Huc pertinent omnia illa, quæ in simbolo continentur, breuius per nos, iuxta dierum anni vertentis obseruationem commemorata.

Quæ sit vis huius articuli, Credo sanctam Ecclesiam Catholicam.

CAPVT XIII.

Sed nunquid hæc ita credere satis est? an alia præterea requiruntur, quæ nisi quis crediderit, saluus esse non possit? Est vnus articulus in simbolo cum primis necessarius, quem qui credit, iam cuncta credit ad salutem necessaria. Hic ille est, quo nos credere profiteamur, sanctam Ecclesiam Catholicam: quam ex nostris animabus constructam domum esse dicit Chrysostomus. Hanc qui credit non hoc solum credit, esse Ecclesiam, quod credunt hæretici: sed simul credit, extra illam, sicut olim extra aram Noë, salutem non esse: credit vera esse omnia, quæ in scripturis omnibus Canonicis ab illa receptis scripta continentur: credit illam Spiritu sancto congregatam per eundem conseruari, & gubernari. Quo duce cum regatur, credit simul eam errare non posse. Quamobrem sanctissimam hanc parentem suam ea, quæ decet pietate veneratur, illi se permittit, illi credit, illam audiat, illam secundum Deum ipsum veretur, quæ de diuinis rebus ipsa sentit, sentiēda, quæ de humanis præscribit, faciēda, quæ prohibet, fugiēda esse sine vlla dubitatione censet. Huius articuli tanta vis est, vt si quis hebetioris ingenij cætera non possit aſsequi, verum hoc tantum cum Paulo profiteatur, se scire Iesum Christum, & hunc crucifixum, deinde se credere sanctam Ecclesiam Catholicam, vel hoc ad

B 4. salutem

Esa. 6.
Math. 17.
Hæretici obſer-
uant fidem &
beneficia Chri-
sti.
Dierum obser-
uationis causā.

Lutheri.

2. Tim. 4.

Ephes. 5.

Fides sub lege et
sub gratia.

Ecclesia vnde
constructa.
Chry. Hom. 10.
in Epist. ad E-
phes. Gene. 7.

Fides præterit
sententia. Co. 2

Scriptura à Moysè sumptis exordium. Moysè etas. Legis veteris & noue distri men. Exod. 34. Hier. 31.

Matth. 28. Marc. 16.

Euangelii quid.

Euangelia quò do scripta. Euseb. li. 3. c. 24. Iren. li. 3. ca. 1. Cont. Valen. Aug. in prolo. Euangelij scrib- dum Ioan. Marc. 1. 4.

Ecclesie scri- pturae auctori- tas.

Ioan. 16. 1. Tim. 3. Matth. 16. Matth. 18.

Euangelia ex Ecclesie testi- monio.

Aug. tomo. 6. contra Epist. fa- dameni cap. 5.

Ges. Par. 1. con- si. 5. Durand. in 3. sent. dist. 14. q. 1.

que tempore cœpit Ecclesia, quæ nunquam vna & eadem esse desijt, iuxta seriem succes- sionis, continuata ab orbe condito vsque ad nos, vsque ad sæculi consummationem du- ratura. Scriptura verò multis fuit sæculis posterior, quam ante Moysen nullam fuisse pa- lam est, inter quem & primum hominem creatum, annorum duo millia trecenti septua- ginta tres intercessisse putantur. Nouæ quoque legis scripturam, ea, quæ Christum pas- sum & mortuum est consecuta, præcessit Ecclesia. Quin & inter alia visum est inter le- gem veterem & Euangelicam hoc interesse, quod illam in tabulis lapideis Moyses confi- gnauit hæc verò Christus in animis hominum, in visceribus, & in cordibus eorum, sicut ab Hieremia prædictum erat, in scriptis. Nemini obscurum est, Christum nihil ipsum scri- pisse, sed neque scribendum quicquã Apostolis præcepisse. Nam vt euntes docerent om- nes gentes, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ, mandasse Christum legimus: vt autem scriberent, mandatum nullum inuenimus. Quin etiam hæc ipsa vox Euangelium, traditionis est, non scripturæ. Quid enim aliud significat Euangelium, quàm letum & bo- num, oportuit que nuncium? nimirum redemptionis nostræ peccatorum remissionis, & obtentæ salutis æternæ, quæ passim annunciabatur & prædicabatur omnibus: neque ta- men vlla ea de re scriptura extabat totis annis octo post Christi in cœlos ascensum. Qui cum intercessisset, tum primum, quæ de Christo Matheus tradiderat, scripto mandasse legitur: quemadmodum ex Eusebij Chronicis colligere licet. Quem postea sequuti sunt Marcus, & Lucas, quorum neuter Christum vidisse, sed Marcus ea, quæ de Christo Pe- trus viua voce prædicauerat scriptis consignasse, Lucas autem Euangelium suum ex ore Pauli scripsisse dicitur. Ioannes vero per annos sexaginta quinque à Christo mortuo Dei verbum, sicut Augustinus testis est, absque adminiculo scribendi vsque ad vltima Domi- tiani tempora prædicauit.

Ex quo satis liquet, quòd prior est Ecclesia, prior ex illius traditio, prius est Euangelii, quàm scriptura. Dixerat Christus: Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriis eius: At quo tẽ pore dixerat hæc Christus, de scribendo Euangelio non cogitasse quidẽ videtur Matheus, aut quispiam Euangelistarum. Habuit nihilominus auctoritatem suam illius temporis Ecclesia, non à scripro, sed à viuo Euangelio, hoc est, viua voce tradito & prædicato. Sed nos tamen libenter assentimur, eius temporis Ecclesiam, quæ scripturam est sequuta, ab eadem scriptura suam auctoritatem habuisse, & habere. Illa enim nos docet, quòd instru- atur à Spiritu sancto: illa nos docet, quòd sit columna & firmamentum veritatis, & quòd etiam infero mundo portæ non præualebunt aduersus eam: illa nos docet, quòd qui non au- dierit Ecclesiam, sit habendus tanquàm ethnicus & publicanus. Sed videant interim, qui nomen Ecclesie ferre non possunt, qui tantoperè cupiunt auctoritatem eius eleuatam, ne, qua ratione constitutam volunt scripturarum auctoritatem, ea in contrarium illis re- cidat, atque magis ad euertendam, quàm ad stabilendam illam pertinere videatur. Quan- tum enim de Ecclesie fide imminuerint, tantum de ipsorum Euangeliorum auctoritate detractum iri dubium non est. Nam vnde illi scrire possunt Euangelij scripturâ hanc esse Mathei, aut Marci, aut Lucæ, aut Ioannis? Certè non aliundè, nisi ex Ecclesie testimo- niis: cui si non sua tribuetur auctoritas, nulla erit eorum, quæ scripta sunt ab Euangeli- stis, auctoritas. Illa enim nos docuit, vera esse quatuor hæc Euangelia: Nam hoc scriptura nulla probatur, sed sola Ecclesie traditione: cui tantum tribuit Augustinus, vt non du- bitanter diceret: Euangelio non crederem, nisi me commoueret auctoritas Ecclesie. Hæc est enim, quæ nos inter scripturas iudicare, quæ canonicam à non canonica discernere do- cuit. Marcus Christum non vidit, vidit Nicodemus: Ecclesie tamen auctoritate commo- ti, atque ab illa edocti, recipimus Marci, reiicimus Euangelium Nicodemi. Quid igitur aliud agitur extenuanda Ecclesie auctoritate quàm quòd maiestas diuinorum oraculo- rum obscuratur, quòd que auctoritas omnis illis detrahitur? Sed liber hæc de re, Ioannis Gersonis, viri cum docti, tum pij sententiam adscribere, Scripsit is libellum cum primis lectu dignum, de examinatione doctrinarum: in eo tractans materiam hæc, Durandum à Sancto Portiano sequutus auctorem sic loquitur: Quamuis ab initio militantis Ecce- sie, quæ componebatur ex Apostolis & immediatis successoribus, nouiter & certitudina liter à Christo doctis, de multis, quæ non sunt scripta, plus esset credendum auctoritati talis Ecclesie, quàm Euangelio cuiuscunque, priusquam esset ab ea receptum vel auctori- zatum: Nihilominus post approbationem & auctorizationem quatuor Euangeliorum per di- ctam Ecclesiam, plus esset credendum Euangelio, quàm alteri cuiuscunque humane au- thoritati. Non dicitur quàm totius Ecclesie, quoniam illa est auctoritas Dei & Euangelij, nec potest errare in fide, lege stante.

Quod

Quod Euangelio credimus, non tanquam hominis testimonio, sed tanquam inuis loquentis Dei voci.

CAPVT XVI.

Sed hic iterum dicit aliquis: Ergo tu me iubes, Euangelio credere tanquàm homi- nis testimonio, & non tanquàm intus loquentis Dei voci: vis vt accipiam Dei ver- bum ex humana traditione, & non ex infusa desuper fide? Atqui contrarium me docet Paulus, cum dicit: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim do- num est. Sed & Christus ad Petrum: Beatus es, inquit, Simon Bar-Iona, quia caro & san- guis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Iterum Paulus gloriatur, quòd nõ ab homine acceperit Euangelium, sed ex reuelatione Iesu Christi. Nos verò libenter con- cedimus accipiendâ esse Euangelia, vt verba Dei intus docentis & reuelantis, neque cre- dendum illis esse, nisi propter Dei vocem intus loquentis. Sed illud interea scire oportet, ne quis erret, quòd Deus multifariam, multisque modis loquutus est olim patribus, ac nunc etiam loquitur filijs. Loquutus est per Prophetas, quemadmodum vnus ex illis te- statur, dicens: Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis: loquutus est per angelos, si- cut in Genesi, apud Zachariam, & in Euangelio videre licet: loquutus est per filij sui incar- natu: loquutus est per Apostolos: loquutus est & loquitur etiam nunc per Ecclesiam cui dixit Christus: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

Quando igitur scripturam hæc esse reuelatam à Deo, nos ad dictos Ecclesie auctori- tate credere profitemur, hoc affirmare videmur, quòd Spiritus sanctus, qui docet Eccle- siam, qui loquitur per os eius, docet nos, quòd scriptum est à Mattheo, non esse vocem hominis, verum intus loquentis Dei: Contra, quòd scriptum est à Nicodemo, non est, sed hominis vocem esse. Atque ita omnis auctoritas & scripturarum & Ecclesie non est aliundè, nisi à Spiritu sancto, à quo etiam est veritas omnis: par vt sit auctoritas veritatis, Scriptura forsitur auctoritatem ab Ecclesia; quatenus ab illa planum sit omnibus, hæc & non aliam esse scripturam canonicam. Rursum, Ecclesia accipit auctoritatem à scriptu- ra, quatenus illa testificatur, quòd suggerit illi Spiritus sanctus, quòd docet illam omnẽ ve- ritatem, quòd nõquam illam desinitur, sed manebit cum illa in æternum, quòd portæ in- feri non præualebunt aduersus eam: Quo nomine vocat etiam eam columnam & firma- mentum veritatis: & qui non audierit illam, eum hæc pri vult pro ethnico & publicano.

Quod scriptura nihil elici certius, quocũq; certus ex ea sensus elici possit.

CAPVT XVII.

Quod verò certi aliquid à Scripturis elici non possit, hoc nemo dixit vnquam Chri- stianus: quin illud etiam in dubitatum habet Ecclesia, nihil esse scriptura certius. Est enim diuinitus inspirata, neque voluntate humana allata est aliquando Prophecia, sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Quamobrem adeò firmiter habuit persuasum semper Ecclesia, nihil scriptura neque verius esse, neque certius: vt & quæ auribus audiuntur, & quæ oculis videntur, & quæ manibus contrectantur, ea non æquè certa iudicet, atque illa, quæ in scripturis continentur. Hinc est, quòd in venerabili Eucharistia sacramento non oculis fidelium quisquam, non gustui, non tactui credit, sed credit verbo Dei dicentis: Hoc est corpus meum. Dicit Zuinglius, dicat Oecolampadius, dicat Caluinus hoc significat corpus meum, aut hæc est signa corporis mei, non credit Ecclesia, nisi Christo in Euangelio dicenti, hoc est corpus meum, Tanta est apud illam scripturæ certitudo: Cœlum & terram trãstura citius crediderit, quàm vt vel hæc, vel alia quæuis illius verba pessum ire queant.

Sed quin è scriptura, quæ ipsa vera est & certa, falsus elici sensus queat, quis est, qui ire inficias audeat? cû de ijs ipsis tribus verbis hoc ipsum factu esse infelici hoc æuo nostro videamus. Nam cum planam, apertâ, & omnibus expostitam scripturam esse velint, sicut certè in ijs verbis vel ipsa luce clarior est, modo captiuè aliquis intellectum suum in ob- sequium Christi, tamen inter ipsos etiam Zuingianos decem sectas de tribus his verbis natas esse, testatur nostri temporis hæreseon architectus. Non quòd certum sensum eis eis pridè... Ecclesia non elicerit, sed quòd non defuerint, quibus non placerent, nisi singu- lares intellectus. Sic à Cyrillo quoque scriptum legimus, quòd omnes hæretici de scriptu- ra diuinitus inspirata sui colligunt erroris occasiones, ea quæ à Spiritu sancto rectè dicta sunt, sua malicia corruptentes, & super sua capita flammam in extinguibilem hau- rientes.

Sic ex alijs Christi verbis, Pater maior est me, certum sensum elicit Ecclesia: quæ, qua- tenus exinanitui semetipsum Christus, formam serui accipiens, in similitudinem homi- num factus, & habitum inuentus vt homo, maiorem eo patrem fuisse confiteatur, quate- nus autem in forma Dei est, Deus ipse & Dei filius, æqualem cum esse patri alseuerat. Verum

Euangeliorum verbum Dei.

Ephes. 2.

Matth. 16. Gal. 1.

Heb. 1.

Psal. 44.

Gene. 18. Zach. 2.

1. Cor. 2. Matth. 10.

Scriptura & Ec- clesie par au- thoritas.

Ioan. 14. Ioan. 16

Matth. 16 1. Tim. 3. Matth. 18.

Scriptura certis- sime.

2. Tim. 3. 2. Pet. 1.

Matth. 26.

1. Cor. 21.

Scriptura sensus ab hæreticis depricator.

2. Cor. 10. Luc. 11. contra Zuing. Iun.

Cyrl. epist. 29. Thla. con. Cij.

Epist. m. epist. a. I. Nou. Hieros. de Origene lib. in ca. 2. Hier. Inou. 14.

Philip. 2.

Hæreticos scri- pturis colligent- bus omnis uoca- tiones.

rum

rùm Arrio non satisfacit hæc Ecclesiæ sensus, singularem suum intellectum attulit, ac per omnia patrem esse filio maiorem asseueravit. Si quis explicare conat' esset, qua parte inferior, qua parte filius esset equalis patri, tanquam humanas traditiones asserentem pro suis, eum respuebat, neque audiendum esse putabat: non aliò semper, quàm ad scripturas prouocabat, subinde & ipse vociferans, verbum domini, verbum domini: Euangelium, Euangelium. Ostendi sibi ab Athanasio postulabat, ubi scripta vox hæc Homouision in Euangelio reperiretur, quòd extra scripturas nihil esse recipiendum diceret. Sic Eutyces in Chalcedonensi concilio solas se scripturas scrutari profitebatur, tanquam firmiores partium expositionibus: Et quærebat, In qua scriptura iacent duæ naturæ? A quo vicissim quaesitum est, quæ scriptura diceret Homouision. Cum quæ ille diceret. Ego à sanctis scripturis non didici de duabus naturis, dixit Mamas vicissim. Neque de Homouision à sanctis scripturis edocti sumus, sed à sanctis patribus, qui scripturas & piè intellexerunt, & fideliter exposuerunt. Non ergo nulla est in scripturis certitudo, sed verum est, quod ab Hilario dictum est: Forma fidei certa est, sed quantum ad hæreticos, omnis sensus incertus est.

Athan. in di-
spinatione cum
Arrio cora' Pro-
bo iudice habi-
ta.
Aktione. 1.

Lib. 2. detrimi.

Scripturam cer-
tus sensus tribu-
tum in Ecclie.

2. Pet. 2.

2. Pet. 3.

Certus est ergo scripturarum sensus in Ecclesia, sed in priuati hominis intellectu tantò minor est certitudo, quantò suæ magis innitens prudentiæ, suum admirans ingenium, atque ideo semetipsum segregans, non Ecclesiæ, sed suum spiritum sequitur, dum singula rem aliquem intellectum antea in Ecclesia non auditum adferre conatur: Quod faciunt homines audaces, sibi placentes, qui sectas non metuunt introducere, dum nihil eis placet, quod receptum, & quod est Ecclesiæ iudicio comprobatur. Non itaque nutat verbù Dei in Ecclesia, neque nihil è scripturis elici certi potest, sed quod de Paulinis epistolis dicit Petrus, esse in eis quædam intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem: hoc de cæteris quoque scripturis rectè dici posse manifestum est. Neque propterea dubitationis & fluctuationis aculeus animis fidelium infigitur, quòd è scripturis protulit sententias Arrius, quas ipse iudicauit inexpugnabiles, cum tamen Ecclesiæ auctoritate sint expugnata: sed ex eo potius discitur, in scripturis interpretandis non debere quenquam ingenio suo fidere, non debere suum priuatum & singularem: sed Ecclesiæ sensum & consensum sequi.

Quod non liceat ad suam cuique mentem scripturam accommodare.

CAPVT XVIII.

Verùm hic iterum quiritabuntur Martini, verbum nos ad Ecclesiam accommodare velle, cum Ecclesiam ad verbum accommodari potius oporteat. Nos verò non hoc volumus: quin rem indignam esse iudicamus, ad Martinorum sensum accommodari verbum, & secundum eorum dogmata scripturas torqueri, tantum quæ tribui suo iudicio velle Martinos, vt id Ecclesiæ totius iudicio anteponan. Vetus est hæc Basilij quoque querela, quòd veritatis deprauatores non suam scripturæ mentè accommodant, sed ad suam voluntatem mentè scripturarum trahunt. Hoc nos minime ferendum existimamus, neque fas esse cuiquam puramus, secundum spiritum suum, aut, secundum sensum humanum scripturas intelligere, cum, quo spiritu factæ sunt, eò legi desiderent, eò & intelligi velint. Quare cum humanum esse constet Martinorum spiritum, fas non esse putamus, vt ad eorum sensum scripturæ torqueantur, verùm illum sensum retinendum esse censemus potius, quem tot seculis Ecclesiam tenuisse videmus. Gloriantur autem eundem modum & Anabaptistæ, & Sacramentarij, & Suermeri: Quin & nobis dubiù non est, quòd sicut illi, sic & Martini spiritum habent, sed eum, de quo alter eorum non obscure fert, quòd non vnum salis modum cum illo comederit: Hunc spiritum, dolenter quidem, sed concedimus illis tamen: verùm absit, quòd secundum illum iterpretari scripturas velimus. Ecclesiæ sanctum spiritum esse promissum, & missum certò scimus, & quo nunquam destituitur, sed eo affatur, fouetur, vegetatur. Quare cum illius mentem sequimur, non hominis, sed Dei mentem sequimur, neque iuxta hominis, sed iuxta Dei sensum, per os Ecclesiæ loquentis, Dei verbum interpretamur.

Hæretici ad suam
mentem scriptu-
ras accommoda-
ri volunt.
In Lib. hexame-
non.
Homilia. 2.

Laiberm.

Patrum inter-
pretationes &
Conciliorum de-
finitiones reti-
nende.
Fronerb. 3.

Elaborandù est omnibus, vt scripturas eodè spiritu, quo scriptæ sunt, intelligere queant: sed nò ideo spretis Patrum interpretationibus, aut Conciliorù definitionibus, quòd ab hæreticis factitatum semper legimus, & nūc etiam fieri videmus, suæ quisque debet inniti prudentiæ: cum scriptum sit: Ne innitaris prudentiæ tuæ, ne sis sapiens apud temetipsum. Spiritus veritatis olim Ecclesiæ datus manens cū eadem vsq; ad consummationè seculi, cum sit spiritus humilitatis, charitatis, vnionis, & pacis, nò suggerit, vt reiectis Patrum interpretationibus, innitatur prudentiæ nostræ, neq; vt sepositis sacris literis, solis hominù cõmentarijs inhæream, sed suggerit, vt intellectù scripturarù & è scripturis apertiori-
bus,

bus, & à sacris interpretibus, & ex antiquis Ecclesiæ traditionibus addicere studeamus. Quare qui verum è scripturis elicere sensum conatur, ei cauendum est inprimis, ne velit esse prudens apud semetipsum. Non alta sapientes, dicit Paulus, verum humilibus con-
sentientes. Noli altum sapere, sed time. Grauius enim talibus per Prophetam commina-
tur Deus, dicens: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes: Abhorret ab huiusmodi sanctus spiritus, qui non requiescit nisi super humilem, & quietam, & trementem sermones suos. Quamobrem illud seruari oportet, quod beatus Clemens Petri successor admonet: vt cum lex Dei legitur, non secundum ingenij proprii intelligentiam legatur seu doceatur: Sunt enim multa in scripturis diuini, quæ possunt ad eum sensum trahi, quem vnusquisque sibi præsumit. Et ideo scripturarum intelligentiam oportet ab eo discere, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruat. Quem sequitur Ireneus. Vbi charismata, inquit, domini posita sunt, ibi dicere oportet veritatem, apud quos est ea, quæ est ab Apostolis Ecclesiæ successio, & id quod est sanum & irreprobabile sermonis constat. Hi enim & eam quæ est in vnum Deum fidem nostram custodiunt, & scripturas sine periculo nobis exponunt.

Scripturæ sen-
sus vnde peten-
dus & quomo-
do.
Rom. 12.
Rom. 11.
Esa. 5.
Esa. 66.
1. 10. recogni-
tionum, & epi-
stol. 5.

Lib. 4. cap. 45.

Hoc ipsum factum legimus à Gregorio Nazianeno, & Basilio magno, præcipuis Gregorù theologis: de quibus in Ecclesiastica historia scribit Ruffinus, quòd cum omnibus Græcorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dedisset, eorum intelligentiam non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolica successione regulam intelligentiæ suscepisse constat. Hoc à reliquis quoque sanctis patribus obseruatum fuisse videmus, quoties illis cum hæreticis congreduendum esset: qui cum sub vnus vmbra scripturæ veritatis, & in hac sola tanquam in cardine quodam, omnem suæ disputationis vim constituerent, non ad confirmationem veritatis, verùm ad perfrugium erroris, cui non potuit honestius magisque populare patrocinium inueniri: scripturas Patres reuerenter accipiebant, sed qui sensus ab hæreticis allatus esset, eum productis maiorum interpretationibus resellebant, simul Ecclesiasticam sæpè traditionem opponebant. Non satis esse putabant, si veræ, si salutares, si diuinæ scripturæ esse crederentur, & dicerentur (credunt enim hoc & Iudæi, totius legis & Prophetarum scripturas esse verissimas, esse salutaris, esse diuinas) sed fecit illi nos falsò, sic nos verè vicissim illos malè intelligere scripturas, & secus interpretari arguimus. Credunt & hæretici magna ex parte, verissima & cæcissima esse omnia, quæ in scripturis continentur, nihil nò salutare, nihil nò planè diuinum in illis haberi, qui subinde etià contra catholicos & orthodoxos illos illud proferebant: Scrutamini scripturas: Quærite, & inuenietis: quemadmodum ex Tertulliani libro contra hæreticos scripto videre licet: Verùm id nunquam sufficere visum est catholicis & orthodoxis. Illud præterea necessarium esse iudicauerunt, vt quis in captiuitatem redigeret intellectum suum in obsequium fidei: scripturasque veras esse crederet, non secundum suum sensum, quem sibi præsumisset: ferulò minus autem secundum adulterinas in terpretationes eorum, qui segregauerunt semetipsos, sed secundum antiquam Ecclesiæ traditionem expositas: quam sancti Patres tantifecerunt, vt non alià machina contra suorum temporù hæreticos vti magis fuerint. Hac usus est antiquissimus Ireneus contra Valentinù hæreticù: hæc Tertullianus contra Marcionem: hæc Origenes contra Celsum: hæc Nicenum concilium contra Arrium: hæc Basilijus contra Eunomium & contra Pneumatomachos ad Amphilochium scribens: hæc Hieronymus contra Vigilantium, Iouinianum & Luciferianum: hæc Cyrillus Alexandrinus contra Nestorium: & ad Armenios scribens Proclus Constantinopolitanus Episcopus: hæc Theodorus in Polymorpho contra sui temporis hæreticos: hæc Augustinus contra Donatistas & Iulianum: hæc Leo, Gelasius & Ioannes Romani pontifices & Vigilius Episcopus Tridentinus contra Eutychem & Nestorium: hæc Fulgentius contra Arrianos: hæc Maxentius in libello fidei, quem sedi Apostolicæ legatis obrulit, contra diuersos hæreticos: hæc sexta Synodus contra Monothelitas: hæc septima contra Iconomachos: hæc Beda venerabilis, vbi de diuersitate lunaris discursus agit: hæc Petrus Cluniacensis contra Henricianos & Petrobrusianos: hæc æqualis eius Bernardus contra Petrum Habailardum: hæc Euthymius contra varios multorum temporum hæreticos: hæc reliqui sancti Patres ad hæc vsque nostra tempora contra diuersi generis hæreticos vsi sunt.

Lib. 2. eed. hist. cap. 9.

Patrum aucto-
ritat.

Ad scripturam
intelligentiam
quid requira-
tur.

Ioan. 5.
Matth. 7.
2. Cor. 10.

Ecclesiasticæ
traditionis vis.

Lib. 1. & 2.

De natura rerù
cap. 42.

Non propterea non esse consensum Patrum in scripturis interpretandis sequendum quod vnus aliquis aliquando errauerit.

CAPVT XIX.

Sed hic iterum nobis obstrepit Martini, sanctos Patres hoies fuisse, atque ideo errare potuisse, quàm & errasse nonnullos. Obijcitur sanctissimi Cypriani martyris, obijcitur Orige-

Cyprianus error.

1. Tim. 6.

Contra Crescensium li. 2. c. 32.

Erratum cause.

Dent. 13. Dij alieni quid.

Opinioni singulari alicuius docti et sancti non est standum, sed ecclesie iudicio.

Ecclesia est multitudo unum. Hom. 1. in 1. ad Ios. Ad Hieronymum epist. 19.

Origenis, obijcitur & Tertulliani error. Atqui hoc ipsum plus facit, ad corroboranda, quam ad infirmada ea, quae per nos asseruntur. Qui enim factum est, ut erraret Cyprianus? Non illi tantus his error obrepfit aliunde, quam quod aliter sentiebat, quam Ecclesiae Romanae consuetudo tulisset: ut iure optimo huic errori illius intercedens Papa Stephanus, nihil nouandum esse, verum id, quod fuit traditum, obseruari debere sanciret: quod intelligebat vir sanctus & prudens, rationem pietatis aliud non admittere, quam ut omnia quae fide suscepta forent a patribus, eadem fide filijs consignarentur: nosque religionem non quae vellemus ducere, sed qua duceret illa, sequi oportere: idque proprium esse Christianae grauitatis & modestiae, non sua tradere maioribus, verum a maioribus accepta seruare: ac iuxta Pauli praecipitum, depositum custodire, profanasque vocum nouitates deuitate. Reterta est itaque auctore Stephano antiquitas, explosa nouitas.

Neque verò existimandum est nouitiae adinuetioni de rebaptizandis hereticis scripturarum patrocina defuisse: imò verò tanta vis adfuit ingenij, dicit Vicetius Lirinensis, tanta fuerunt eloquentiae flumina, tantus assertorum numerus, tanta veri similitudo, tanta diuinae legis oracula, sed plane nouo ac malo more intellecta, ut ois illa conspiratio nullo modo destrui potuisset, si dereretur, nisi sola rationis moliminis causa, ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio destituisset. Ex his perspicuum est non propterea Cyprianum errauisse, quod eum destiterint in eo, quod asserbat, diuinae legis oracula, quibus abundabat, sed quod ea suo, non Ecclesiae sensu interpretari conabatur. Hoc est, quod dicit de eo Augustinus: Non accipimus quod de rebaptizandis hereticis Cyprianus scripsit, quia hoc Ecclesia non accepit, pro qua Cyprianus sanguinem fudit. Non dixit Augustinus: Non recipimus, quia diuinae legis oraculis non probauit, quae diceret, (ijs enim, verum prae intellectis minime destitutus fuerat Cyprianus) verum non recipimus, inquit, quia Ecclesia non recepit. Idem de Origene, de quo Tertulliano dici potest, qui cum ingenio suo nimium indulgeret, sibi quae plus satis fideret, cum antiqua religionis Christianae simplicitate parui penderent, cum se sapere plus ceteris existimaret, cum Ecclesiasticas traditiones veterumque magisteria contemnerent, scripturas nouo more quodam interpretati, in absurdas opiniones inciderunt, atque documento nobis fuerunt, ut non credamus vni alicui, quacumque doctrina & eloquentia polleat, quacumque etiam sanctitate & auctoritate sit praeditus contra commune totius Ecclesiae sensum & consensum aliquid adserere: etiam si quae plurima diuinae legis oracula proferat, etiam si nihil nisi scripturas, nisi verbum Dei, nisi Euangelium crepet. Illi verò solum verò catholicum & orthodoxum existimemus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui diuinae religioni, qui catholicae fidei nihil anteposit: non hominis cuiuspiam auctoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non doctrinam, sed haec omnia pro nihilo habens, in fide verò fixus & stabilis permanent, quicquid vniuersaliter antiquitus Ecclesiam catholicam docuisse cognouerit, id solum sibi tenendum credendumque esse firmiter deliberatum habet. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno praeter oes vel contra omnes potius, nouum & inauditum ante hac adferri senserit, non ad religionem, sed ad sui potius tentationem id intelligat pertinere: sibi quae dictum illud existimet: Si surrexerit in medio tui propheta, & praedixerit signum atque portentum, & venerit quod loquutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur Deos alienos, hoc est, extraneas quasdam opiniones, quae ab Ecclesiae traditione sunt alienae, quas propterea deos vocat Propheta, quod haud aliter eas colunt & obseruant haeretici, quam suos deos ethnici: Non audies, inquit, verba prophetae illius, quia tentat vos dominus Deus vester, ut palam fiat, vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra.

Quae ergo de Cypriano, de magistro eius Tertulliano, de quo Origene proferuntur, pro nobis magis, quam contra nos faciunt: Nos enim sumus ij, qui dicimus, non esse cuiuspiam alicuius quamlibet docti, quamlibet etiam sancti viri singularem opinionem sequendam, etiam si scripturarum examen protulerit: atque in scripturis interpretandis non vnius alicuius, verum Ecclesiae iudicio standum esse: Neque fuit quisquam aliquando catholicus, qui patrem esse censeret canonicarum scripturarum, & vnius alicuius quamlibet excellentis doctoris auctoritatem: sed eadem Ecclesiae totius, quae nequaquam in vno aliquo consistit, cum nomen Ecclesiae, sicut etiam a Chrysostomo traditum est, nomen sit multitudinis, & iuxta iam ab absolutae congregationis. Eadem igitur Ecclesiae & scripturae canonicae veritatem esse, ab eodem auctore spiritus sancto profectam, nemo catholicus dubitauit vnquam. Libenter & nos cum Augustino solis scripturarum libris, qui Canonici vocantur, timorem hunc honoremque deferimus, ut nullum eorum auctorem aliquid errasse scribendo firmissime credamus: alios autem ita legimus, ut quantalibet sanctitate doctrinaque praepolleat, non ideo verum putemus, quod ipsi ita senserunt, sed quia nobis vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Atque

que ita non solum quae scripturis probauerint, sed etiam quae probabili ratione persuaserint, ea nobis iuxta Augustini sententiam amplectenda putamus. Ratio probabilis quae.

Probabilem autem rationem eam intelligimus, quae tot seculis vniuersae Ecclesiae probata, atque illius iudicio semper fuit recepta. Si quae verò magni alicuius doctoris sententia ab vniuersa Ecclesia recepta est & explosa, qualis est illa Cypriani de rebaptizandis hereticis, quamlibet multis diuinae legis oraculis nixa sit, eam nihilominus non modo non sequendam, verum etiam prorsus esse fugiendam existimamus. Quae verò de re ita ab vno aliquo scriptum est, priuata ut eius opinio esse videatur, non esse nefas arbitramur de ea non nunquam dubitare: quin etiam examinare ac excutere diligentius, & si qua non ratio probabilis moueat, contrarium sentire licet. Sicubi verò idem sentiunt omnes, ita ut quod scriptum est a Tertulliano & Augustino in Africa, idem visum fuerit Hilario in Gallia, Ambrosio, Leoni, Gregorio in Italia, Ioanni Chrysostomo in Thracia, Theophylacto in Moesia, Ioanni Ephrem, Ioanni Damasceno & Hieronymo in Syria, Basilio in Cappadocia, Origeni, Cyrillo & Athanasio in Aegypto: & qui ad haec usque nostra tempora istos sequuti sunt in diuersis orbis regionibus commorati, idem & ipsi tanto locorum & seculorum intervallo disuncti senserint, sicuti de baptismo paruulorum: de tremendo medicatoris Christi sacrificio, quod offeruntur in altari: de veritate corporis & sanguinis eius: de sanctorum inuocatione: de oratione pro defunctis: de statis ieiuniorum diebus: de sacerdotum caelibatu: de votis monasticis: de quo alijs multis factum esse videmus. Vbi tantus est omnium consensus, minime dubitare debemus non hominum hanc, verum Dei vocem esse, per membra sua loquentis: atque ideo qui contradicit huic Dei voci, eum iure merito tanquam ethnicum habemus & publicanum.

Sed haec iam dicta sufficiant ad ostendendum patrem esse scripturarum & Ecclesiae auctoritatem: quando quidem vniuersaeque veritas a Spiritu sancto est, quo regebantur amantissimos illius, cum ea, quae nobis reliquerunt scripto, consignarent: quo regitur etiam nunc Ecclesia, nec ab ea quicquam decernitur, nisi quod visum est Spiritu sancto.

Descriptio Ecclesiae, quod sibi nomen eius & auctoritatem usurpant etiam haeretici.

CAPVT XX.

Quoniam verò fieri videmus, quod sicut scripturas & earum verum intellectum sibi falso arrogat haeretici, ita & Ecclesiae nomen, cuius auctoritate se premi vident, sibi temere & impudenter usurpant: ac sicut scripturarum possessione, in qua pridem praesertim est a catholicis, a quibus eas habere se negare non possunt: ita piorum coetu homines impij pios omnes, et in Christiana fide religioneque fixos & immobiles permanentes, excludunt: illud nobis docendum restat, quibus notis Ecclesia, quae domus est Dei viuus, ab ea, quam odium Deus, Ecclesia malignantium discerni recte possit.

Neque verò nouum hoc est, quod qui hostes Ecclesiae sunt, ipsi dici & videri volent Ecclesia: Et Irenaeus, & Tertullianus temporibus factitatum hoc legimus. Sic enim de sui temporis haeretico scribit Tertullianus: Faciunt fauos & vespa, faciunt Ecclesias & Marcionites. Lactantius quoque scribit, quod singuli quique coetus hereticorum, se potissimum Christianos, & suam esse catholicam Ecclesiam putant. Et ante eum Cyprianus de Nouitiano memoria prodidit, quod more simiarum, quae cum homines non sint, homines imitantur, cum ipse in Ecclesia non esset, imò adhuc insuper contra Ecclesiam rebellis extitisset, hoc sibi vendicabat, ut apud se Ecclesiam esse diceret, ac nos hereticos faceret. Et qui sequuntur vtrumque videtur: Hilarius, narrat de Antichristi synagoga, quod se Christi esse Ecclesiam mentiebatur. Idem faciebant Augustini temporibus Donatista. Suo quoque seculo fuisse scribit Barnardus quosdam, qui se vocabant Apostolicos, qui se Ecclesiam esse dicebant, sed contra dicebant ei, qui dixit: Non potest abscondi ciuitas supra montem posita. Quorum temeritatem imitati sunt proximis superioribus seculis pauperes de Lugduno, sive Picardi, Viceffista, & alij id genus haeretici: qui & ipsi sibi sicut sanam doctrinam, ita Ecclesiae auctoritatem impudenter arrogant. Quam obrem ut ne quis dubitet, vbi sit vera Ecclesia, quae sint illius notae breuiter accipiat.

Sunt autem duas tantum esse velint Ecclesiae notas, sanam doctrinam, & legitimum Sacramentorum usum. Quae quin Ecclesiae notae sint, negari non potest: Certum est enim, quod verbum Dei, quod sanus illius intellectus quod Sacramentorum verus usus, nusquam est alibi, quam in Ecclesia catholica. Sed facit haereticorum audacia, diffidit, ut his notis a quibusuis agnosci possit Ecclesia, quibus iam inde a multis seculis nulli fuerunt in eis sibi usurpatis perniciores. Nam sicut nunc sunt qui magis Euangelici dici gaudent, quam Christiani, vel, hac ratione palam facientes omnibus, quod a Christo & eius corpore, extra quod haud dubie nullus est Euangelij se diuulerint: propterea verò sibi nomen hoc arrogat, quod se solos Euangelij, ut ipsi committuntur, multis iam seculis absconditum, & densissimis tenebris exiisse, ac in lucem protulisse.

Psal. 25. Lib. 5. contra Valentinum. Li. 4. c. 30. diuinae institutionum in li. ad Eubodiam. Li. 4. contra Marionem. Li. 1. ad Constantinum. August. Ser. 66. in Cat. Aug. de unitate Ecclesiae cap. 13. De pastoribus cap. 14. Math. 5.

Heretici Gnostici & Apostolici vocati volunt.

Euangelicorum istorum variae secte. Ecclesie vere nota unde tendat.

Rom. 12. 1. Cor. 12.

Ecclesia vera quatuor nota. Malin Ecclesia. Matth. 22. Luc. 3. Matth. 13. Esai. 5. Ioan. 15. Matth. 25. Eszech. 34. 1. Tim. 2. 2. Matth. 25.

Mali in inferno ad Christi corpus non pertinent. Job. 7.

Sancta Ecclesia dicitur a melio re sui parte. Matth. 13. Matth. 25. Apoc. 1. Eheb. 9.

Aug. in Psal. 85. Sancti olim qui. Sanctum quid. Lib. 2. contra Parmenianum.

Ioan. 17. Matth. 7. Ecclesia soliditas & robur firmis. Matth. 16. 1. Cor. 3.

lisse, se solos verum illius intellectum inuenisse, persuasum rudibus esse volunt. Sic & olim fuerunt, qui Gnostici, quod se solos sapere, se solos omnia scire, & intelligere iactarent: fuerunt qui Apostolici, quod Apostolorum & doctrinam & vitam imitari se solos gloriarentur, appellari vellent: Christianorum nomen tanquam tritum & vulgare aspernantes, quod simplicitate quandam columbinam redoleret, atque ideo congregatione magis, quam diuisione, aut singularitate gauderet. Iam inter istos ipsos, qui se vocat Euangelicos, varias sectas reperire licet: sunt Lutherani, sunt Sacramentarii, sunt Anabaptistae, quorum singuli ita duas has notas Ecclesie sue proprias esse cotendunt sibi: quas, pugnantes inter se, verbi puritate, & verum sacramentorum usum ita arrogant, ut neutri alteris eas concedant. Quare querenda sunt praeter has certiores aliae notae, quibus omnis de Ecclesia, penes quos ea sit, dubitatio tolli possit. Vnde autem eas petemus, nisi est symbolo? partim eo, quod Apostoli conscripserunt, partim eo, quod a Patribus conditum est in Concilio Constantinopolitano. In illo duas notas reperimus: appellatur enim sancta & catholica Ecclesia: in hoc adduntur aliae praeterea duae, quod sit vna, & Apostolica. Haec quatuor ita sunt Ecclesie propriae notae, ut eas vituperare sibi nequaquam possint heretici.

Ut autem qua de re agatur intelligi possit, scire oportet, quod sicut videmus in vno homine esse vnum animum & vnum corpus, & tamen esse diuersa membra ipsius: ita Ecclesia catholica est vnum corpus, & habet diuersa membra, sicut etiam Paulus meminit: anima autem, quae corpus hoc viuificat, est Spiritus sanctus, caput verò illius est Christus.

Quod quatuor sint Ecclesie notae, Prima est, quod sit sancta.

C A P V T XXI.

Quatuor autem habet notas, quibus agnosci possit, & ab Ecclesia malignantium discerni. Est enim sancta, est catholica, est vna, est Apostolica. Primo dicitur Ecclesia sancta, non quod in ea soli iusti sint & sancti: Cum enim a vocatione nomen ducat, multique sint vocati, pauci verò electi, certum est plures in ea, peccatores, quam iustos, plures esse malos, quam bonos. Quamobrem designatur in scripturis nomine area, in qua sicut est triticum, ita sunt & paleae: vocatur ager, in quo cum tritico crescunt & zizania: vocatur sagena, in qua congregantur boni pisces & mali: vocatur vinea, in qua sunt palmites profertentes vvas, sunt etiam qui labruscas producant: sunt qui aliquem tamen, sunt qui nullum fructum ferunt: confertur gregi, in quo sunt & haedi & oves: sunt & arietes & hirci: confertur domui, in qua sunt vala aurea & argentea, sunt etiam leceae & siccilia: quaedam in honorem, quaedam verò in contumeliam: comparatur decem virginibus, quarum quinque sunt fatuae, & quinque prudentes.

Quamobrem permixti sunt mali bonis in hac ecclesia, quae militas dicitur. Nam soli boni sunt in caelo, quae est ecclesia triumphantium, idem nobiscum corpus: soli mali sunt in inferno qui ad corpus hoc nostrum, quod idem Christi corpus est, non pertinent. Haec autem nostra ecclesia, quae est super terram, in qua perpetua quaedam est militia, habet per Dei gratiam electos, quos caelo Deus dignatur habere alios etiam vocatos quidem Dei misericordia, sed sua postea culpa reiectos, quos iure sibi vedicat infernus. Quare non ideo sancta dicitur Ecclesia, quod non sint in ea reiecti quoque & reprobi, putrida quaedam huius corporis membra: sed quod qui cuncti, sancti sunt, non nisi in hac ecclesia sancti sunt: extra quam species sanctitatis esse potest, vera sanctitas esse non potest. A meliore itaque sui parte sancta dicitur, sicut regnum quoque caelorum saepe vocatur a Christo, quod non nisi intra ipsius septa continetur, quibus potiri datum est regno caelorum. Dicitur etiam sancta, quasi Christi sanguine tincta: Christus enim ea lauit a peccatis suis in sanguine suo, qui sic ea dilexit, ut seipsum traderet pro illa, ut ea sanctificaret, atque ab operibus mortuis emundaret sanguine suo. Hac ratione, sicut etiam Augustinus testis est, fideles omnes olim sancti vocabantur. Quae ratione & ab Operato dictum est: Ecclesia vna est, cuius sanctitas de sacramentis colligitur, non de superbia personarum ponderatur.

Sunt & aliae quaedam quae quodammodo sancta dicitur, sed ijs praetermissis, ad eam significationem veniamus, quae propriam & peculiarem Ecclesiae catholicae notam adfert. Apud eos, qui latine scripserunt, sanctum dici legimus, quod firmum est & munitum, ut violari facile non possit, neque debeat: Sic muros leges vocant sanctos, sic tribunos sanctos, sic exercituum quoque sanctius appellatum legimus. Haec ratione quoque vocatur Ecclesia sancta, quia nihil firmius, nihil est fortius, vel quia Christo dicata est, cui quod dedit pater, nemo potest eripere, vel quia super petram aedificata est, ita ut neque pluuia, neque flumina, neque venti irruentes eam subuertere possint, atque adeo ne portas quidem inferorum aduersus eam praualituras dixit Christus. Habet enim firmum & stabile fundamentum, de quo dicit Apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Huic fundamentum cum innitatur, nulla est, neque

neque fuit, neque erit vis vnquam tanta, qua superari possit. Ideo Chrysoströmus fortio-riam eam terra, imò fortio-riam esse dicit ipso caelo, vbi radices eam fixas habere affirmat, non in terra, solum ut extingui sit facilius, quam Ecclesiam obscurari. Haec est illa terra, quam fundauit Deus in saecula, de qua dicit idem Propheta: Fundasti eam super stabilitatem suam, non inclinabitur in saeculum saeculi. Hoc est illud regnum, de quo scriptum est: Regnum ipsius omnibus dominabitur: de quo & alius Propheta dixit: Gens & regnum, quod non seruerit tibi, peribit: Quod ita factum videmus de omnibus ijs gentibus, & regnis, quae ab hac Ecclesia disciuerunt. Haec est illa, quam sponsus in Cantibus terribilem esse dicit, ut castrorum aciem ordinatam. Castra Dei sunt sancti Dei, charitate ordinati, quibus tanquam Christi militibus & fidei propugnatoribus munitur, proregitur, & defenditur Ecclesia Dei: de quibus apud Zachariam dicit Dominus: Circumdabo domum meam (Ecclesiam intellige) ex ijs qui militant mihi. Sunt autem qui militant, doctores, antistites, & principes Ecclesiae: qualis fuit Timotheus, cui dicit Apostolus: Labora sicut bonus miles Iesu Christi: quales fuerunt innumeri martyres, qui vsque ad sanguinem, quin ad mortem vsque resistentes vitam etiam suam pro fide Christi certo profuderunt. Haec aciem percurrere conati sunt pagani, omni suppliciorum genere de pijs sumendo: conati sunt tyranni, libertatem eripiendo: conati sunt falsi fratres, charitate exterminando: conati sunt Iudaei, fidem impugnando: conati sunt schismatici, obedientiam tollendo, & eius unitatem sciendendo: conati sunt heretici, scripturas adulterando, veritatem earum obscurando, praeterea eas interpretando: Sed vix haec acies terribilis omnibus, vicit, fudit, fugauit omnes: vicit paganos, pro Christi fide vitam cum sanguine profundendo tanto animi robore, tanta constantia, tanta alacritate, ut gauderent etiam cum digni essent habitus, qui pro Christi nomine contumeliam aut supplicium aliquod perferrent: magisque tortores cruciando, quam Ecclesia filij cruciatum perferendo fatigaretur: vicit tyrannos, in Deo spem ac fiduciam omnem collocando, ac pro se persequentibus illum deprecando: vicit falsos fratres, tolerando: vicit chimaericos, ordinem retinendo, & vnius ductum sequendo, ut de illa quoque dici recte possit: Egressi sunt omnes filij Israel, & pariter congregati quasi vniuersus. Erat namque multitudinis crederentium cor vnum, & anima vna: vicit Iudaeos & hereticos, verum scripturarum sensum, ab illis non intellectum, ab ijs prauè detortum aperiendo: Nam Ecclesia suae dixit Christus: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Neque dixit magis, quam praestitit. Quoties enim Ecclesiae fuit cum Iudaeis & hereticis de scripturis concertatio, dedit ei hoc os, dedit hanc sapientiam, cui nequaquam resistere & contradicere potuerunt.

Est ergo verè sancta, inuisa, & inexpugnabilis Ecclesia, quae tot tantisque grauissimorum hostium oppugnationibus, non modo fracta non est, sed debilitata, verum confirmata magis & corroborata, rectè ut verus Israel noster verba illa Prophetae vituperare sibi queat: Saepè expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Cui proprium hoc etiam semper fuisse videtur, magis ut impugnationibus cresceret. Qua de re sic aliquando scripsit Clemens presbyter Alexandrinus: Et Graecam quidem Philosophiam si quis magisteratus prohiberit, ea statim perit: nostram autem doctrinam a prima vsque praedicatione prohibent simul & reges & tyranni: & singuli duces & magistratus, cum vniuersis satellitibus & innumerabilibus etiam hominibus, in nos belligerantes, & nos pro viribus excindere conantes: illa autem magis etiam floret. Non enim emoritur, ut doctrina humana, neque staccisit ut donum imbecillum. Nulli enim Dei donum est imbecillum, manet autem eiusmodi, ut prohiberi nequeat. Et aequales eius Tertulianus de Christianis loquens. Non deficiet, inquit, haec secta, quam tunc magis edificari scias, cum caedi videretur. Quisq; enim tanta tolerantia spectas, ut aliquo scrupulo percussus, & inquirere acceditur, quid sit in causa, & vbi cognouerit veritatem, & ipse statim sequitur. Et post eum Hilarius ita de Ecclesia loquitur: Dum persequitur, floret: dum opprimitur, crescit: dum contemnitur, proficit: dum leditur, vicit: dum arguitur, intelligit: tunc stat cum superari viderem Gregorius quoque Nazianzenus, Christianismum honoratorem quam imbecillio-rem persecutionis redditum esse scribit, quoniam his animae magis in pietate sunt obfirmatae & per discrimina tanquam ferrum candens aqua vi temperata ac solidiores reddita. Solum enim generosa prudentia pertinacius violentiae resistere, non secus ac flamma ventis agitata, tanto plus accenditur, quanto vehementius inflatur. Et eius discipulus Hieronymus dicit, Ecclesiam persequutionibus inflammari & ardere, sicut olim rubum Moysi, verum loquente in illa domino, non perire, neque consumi. Sed & Ambrosius. Vt vinea dum iugatur, inquit, erigitur, & recisa non minuitur, sed augetur: sic Ecclesia dum ligatur, exiuitur: dum humiliatur, attollitur: dum reciditur, coronatur.

Tom. 3. Homil. de expul. sice sancti Chr. Iaso.

Psal. 77. Pjal. 120.

Esai. 60. Actes castrorum ecclesie quae

Can. 6. Castra Dei

Zach. 9.

2. Tim. 2.

Ecclesie hostes varij fortiter superati.

Act. 5.

1. Reg. 11.

Act. 4.

Luc. 21.

Psal. 128. Ecclesia inexpugnabilis aduersitatibus crescit. Lib. 6. Stromatium.

Doctrina Dei prohibent magis crescit: contra doctrina humana.

ad Scapulam. Lib. 7. de tribu. Orati. 1. contra Iulianum.

Ad Fabiolam mansione. 8. Lib. 9. in c. 20. Luc. 11. in col. loquuntur Xri phone.

Qui videtur hæc mutuatus ex Iustino philosopho & martyre, sic scribente: Quamto magis in nos scuitur, tanto plures pietatem fidemque per nomen Iesu profitentur: haud secus quam si quis vitæ putatione prouocet ad vbertatem fructuum. Nam viris à Deo & seruatore Christo plantata est eius populus. Quanti initio oppugnarunt Ecclesiam, ait Chrysostomus, cum fidei semina iacerentur, & arma contra eam commota sunt: sed quamto magis impugnabatur, tanto clarior reddebatur. Quos omnes sequuntur Leo Pontifex: Non minuitur, inquit, persequutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper dominicus ager segete ditiores vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur. Hæc nota ita est Ecclesie propria, vt eam hæretici sibi nulla ratione queant vsurpare. Stat enim fides & doctrina Ecclesie, ac quamto grauioribus machinis ab hereticis oppugnatur, sibi saniam doctrinam, sibi Ecclesie auctoritatem falsò arrogantibus, tanto sit clarior omnibus & illustrior. Contrà verò hæreticorum dagmata diuturnitatem non habuerunt, cum & ea quæ nunc è tenebris eruuntur, & sub Euangelij specioso titulo, populo venditantur, iam inde à mille & amplius annis confutata, abolita, calcata sint: sicut paulò post claris indicabimus. Habemus ergo iam Ecclesie notam vnam, quam vsurpare sibi Satana synagoga non potest.

Secunda nota Ecclesie, quod sit Catholica.

CAPVT XXII.

Secunda nota est in eodem simbolo Apostolico expressa, quod vocatur catholica: quod nomen explicans Augustinus: Catholica, inquit, dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hæreticorum Ecclesie ideo catholica non dicuntur, quia per loca atque per suas quasque prouincias continentur: Hæc verò à solis ortu vsque ad occasum vniuersæ fidei splendore diffunditur. Omnes enim Ecclesie per orbem, sicut apud Bedam scriptum legitur, vnam catholicam faciunt, vt rectè dictum sit ab Origene. Catholica dicitur, quia sentimus idem quod vniuersus mundus. Optatus quoque lib. 4. ab episcopis definitum fuisse scribit: Eadem dicitur Catholica, quæ esset in toto orbe diffusa terrarum. Quæ Græci vocant catholica, eadem latine licet dicere vniuersalè: pertinet enim ad vniuersa loca, pertinet ad vniuersa tempora, pertinet ad vniuersa hominum genera, pertinet ad nationes vniuersas. Quod ad omnia loca pertineat, docet scriptura, quæ dicit: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Apostoli enim in mundum vniuersum ire iussi sunt, & prædicare Euangelium omni creaturæ: quod etiam ita fecerunt. Hinc est, quod commendans Romanos Paulus: Fides, inquit, vestra annuntiatur in vniuerso mundo.

Quod pertineat ad vniuersa tempora, ex ijs, quæ superius dicta sunt, facile perspicitur, cum demonstratum est, ab Adam cœpisse Ecclesiam, atque ad nos vsque pertinisse: ita vt cum ortu, tum diuturnitate par ipsi mundo sit & æqualis: neque vt reliqui conueniens hominum, murorum ambitu quodam circumscribatur, ac ne regionis quidem alicuius finibus terminetur, sed ab ortu solis vsque ad occasum sit laudabile nomen Domini. Sumpsit igitur initium simul cum orbe condito, duratura vsque ad finem orbis eiusdem. Fundauit enim eam Deus in æternum, qui dixit: Ego vobiscum sum vsque ad consumptionem seculi. Et alio loco: Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec oia fiant.

Quod pertineat ad omnia hominum genera, cuiuscunq; status, conditionis, ætatis, sexus, gentis etiam fuerint, testis est Paulus dicens: Non est in ea distinctio Iudæi & Græci: non est in ea circumcisio & præputium: non barbarus & Scythæ: non seruus & liber: non masculus neque femina: sed omnia in omnibus Christus: idem dominus omnium, diues in omnes, qui intocant eum. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit:

Quod pertineat ad vniuersas nationes, indicat ille locus ex Apocalypsi: Redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni tribu, lingua, populo, ac natione, & scisti nos Deo nostro regnum. Quod quæ dicit Petrus: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & qui operatur iustitiam acceptus est illi. Si ergo per omnia loca, per omnia tempora, per omnes hominum status, & conditiones, per omnes gentes & nationes dispersa est & diffusa Ecclesia, vbi sunt, qui triginta his annis nati, cum Donatistis de sua paucitate gloriantur? Christi regis nostri dignitati, sicut Augustinus alicubi queritur, ea re detrahentes, cum scriptum sit: In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Haber, & semper habebit integram Christum hæreditatē suam, & possessionem suam terminos terræ. Se potius subtrahunt huic magnæ hæreditati, qui Christo illa conantur subtrahere. Non reliquet dominum plebem suam, quæ est sicut arena maris: nec contentus erit paucitate hæreticorum, qui omnes redemit. Neque enim parua, sed planè copiosa apud eum redemptio.

Quantus verò numerus istorum ad magnitudinem pretij? Etiam Eunomium hoc aliquando postulasse legitur, vt ne maiori parti neque antiquioribus plus tribuerent: Sed eum

Basilium

Basilium audiendum non esse putauit: cui visum est indignum non plus aliquid antiqui tati dare, non reuereri multitudinem Christianorum, tam eorum qui sunt, quam eorum qui fuerunt ex eò tempore, quo prædicari cœptum est Euangelium. Vbi sunt, qui tenebras imperitis offundere conantur? dum talem Ecclesiam depingunt, quæ ignoretur, atque aspectum ac sensum omnem effugiat. Cum tamen Ecclesiam audiri, atque ad illam fratris delinquentis nomen deferri Christus iusserit: cum Ecclesie Dei, quæ est Corinthi, Ecclesie Thesalonicensium scribat Paulus, quas vti que sub aspectum hominum cadere oportuit, si denunciari frater, si reddi literæ debuerunt. Christus verò tabernaculum suum, hoc est Ecclesiam suam, in sole posuisse legitur, vt eam claram, manifestam, & illustrem omnibus faceret. Quæ etià de causâ vocat eam ciuitatem in monte positam, quæ non potest abscondi. Posita est autem supra eum montem, de quo & Esaias & Michæas prædixerunt. Erat in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, & super colles eleuabitur, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi. Hic est ille mons quem vidit rex Nabuchodonosor ex lapide sine manibus exciso creuisse in montem magnum, & orbem vniuersum impleuisse: in quo comminutis regnis alijs vniuersis, iuxta Daniælis interpretationem, Deus cœli suscitauit regnum, quod in æternum non dissipabitur, & alteri populo non tradetur. Hunc Daniælis locum adducens Bernardus contra sui temporis hæreticos: Itaque, inquit, lapidem de monte abscissum sine manibus, montem factum & implemum mundum, vestris creditis intrusum antris? De hoc monte nemo se Christianus deturbari patiat. Quod si quis dixerit homini Christiano, sicut Satanas olim dixit Christo: Si filius Dei es, mitte te deorsum, quamlibet multa diuinæ legis oracula produxerit, non committat vnquam, vt ei parere animi inducat. Si quis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic: monet nos ipse Christus, nolite credere. Si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Pulchre hac de re scribit Augustinus: Non audiantur illi, qui ad religionum scissuras traducunt, dicentes: Ecce hic est Christus, ecce illic. Partes enim ostendunt dicentes: Ecce hic, ecce illic. Cum illa ciuitas super montem sit, quem montem nisi eum qui secundum prophetiam Daniælis, & parulo lapide creuit, & factus est mons magnus, ita vt impletet vniuersum orbem. Nec illi audiantur, qui nomine secreta & apocrypha veritatis, & hominum paucitatis dicunt. Ecce in cubilibus, ecce in deserto, quia non potest abscondi ciuitas super montem constituta, quia sedes gloriæ exaltata est sanctificatio nostra. Non est caput nisi in corpore suo: non est Christus nisi in sua sancta catholica ecclesia. Ecclesia porò catholica ibi est, vbi est fides catholica. Fides autem catholica ea est, quæ per orbem vniuersum iuxta Christi præceptum, eadem semper annuntiat: nec vel tempore, vel locis vnquam variatur: à qua si quis dissentiat, is catholicus non est, quod singularem quandam opinionem, non vnam communem omnium fidem complecti videtur.

Quomodo dignosci possit catholicus, exemplis illustratur.

CAPVT XXIII.

Quoniam verò sicut Ecclesia, sic fides etià catholica dicitur, & homo catholicus: quo magis dignoscere catholici à singulari siue schismatico aut hæretico liceat, exemplis id planum facere conabimur.

Dicit aliquis, ab soluta necessitate euenire omnia: non esse liberum, sed seruum hominis arbitrium: non est catholicus. Quid ita? quia doctrinam hanc non recipit Ecclesia catholica. Cuius primus auctor cum fuisse videatur Simon Magus, à Petro Apostolo legitur esse confutatus, sicut à successore ipsius Clemente memoriæ proditurum est. Simonem postea sequuti fuerunt in hac hæresi pertinaciter tuenda Marcion & Manichæus: à Tertulliano & Augustino: Petrus Habaiardus ab Anselmo, Bernardo & Thoma confutatus: Ioannes Vicleffus in Constantiensi primū, deinde & in Basiliensi Concilio condemnatus. Ab ijs maioribus prodierunt, qui nostro hæc æuo Euangelici, quàm Christiani dici malunt. Ac rectè quidem: Hoc enim Euangelium, si modo tam impium, tamque absurdam doctrinam, tam præclaro nomine dici fas est, è densissimis, vt gloriantur, tenebris erutum atque in lucem prolatum, non à Christo, non à quoquã Apostolorum, sed à Simone Mago sibi per manus traditum acceperunt.

Dicit aliquis: Christianos omnes esse sacerdotes, æquè mulierem, aut puerum, vt Papam abfoluere, non est catholicus. Quid ita? Quia doctrinam hanc non recipit Ecclesia catholica. Verus est hæresis hæc Quintilianorum, apud quos episcoporum & sacerdotum officio feminæ fungebantur, sicut auctores sunt Epiphanius & Augustinus. Que in errore sequuti sunt ante trecentos triginta annos pauperes de Lugduno, qui & Valdenses vocantur: centum verò & octoginta post annis Ioannes Vicleff hæc hæresim sopitam resuscitauit. Atque ij sunt Apostoli, à quibus hoc Euangelium ad nostri temporis pseudoeuange-

In sermo de Pē teofte.

In sermo de festo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Hæreticorum dogmata diuturnitatem non habent.

Ser. 231. & 181. de tempore. Catholica Ecclesia quod.

Lib. 5. list. Angelica. De rebus in Deum fide. Vniuersalis quo modo.

Psal. 118. Mar. 16.

Rom. 1.

Psal. 112.

Psal. 47. Matth. 28. Luc. 21. Rom. 10. Colof. 3. Gal. 3.

Ioel. 2. Apoc. 5. Act. 10.

Hæretici paucitate gloriantur.

Lib. 2. contra Epist. Parmeniani. cap. 191. Et lib. 2. contra literas Pelliciani cap. 34. Psal. 85. Prou. 4. Psal. 2. Psal. 129. Hæreticorum paucitas.

Basil. lib. 1. contra Eunomium Ecclesia visibilis.

Matth. 18.

Psal. 118.

Matth. 5. Esa. 2. Michæ. 4.

Dan. 2. Bernar. sermo 66. in Cant.

Matth. 4.

Matth. 24.

August. contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 13.

Arbitrium seruum & non liberum. Clem. lib. 3. recog. Epist. 190.

Euangelicam seruitutem.

Omnes esse sacerdotes & mulierem & puerum eorum officio fungit. Hæc. 49. Hæc. 27.

Arhanas. Apolog. 2.

Leo epi. 6.

Idem epi. 78.

Chalce. syn. Actio. 3.

Non disputatu de ijs que semel statuta sunt.

Gelasius in epi. sto. ad Episcopos Dardaniæ.

Grego. in regi. stro lib. 1. ca. 24 et lib. 2. ca. 49. Or lib. 3. cap. 33. Quatuor huius sit disputare de ijs, que semel in Concilijs sunt decretæ, vide 2. epistolam synodalem concilij Basiliens.

Lutherus.

re dixissent, ita statim recepta est, vt qui contra sentiret, pro hæreticis haberetur. Hoc est, quod ab Arhanasio quoq; scriptum legimus: Quæ nunc à tot actalibus Episcopis probata sunt ac decreta, clarèq; demonstrata, superuacane esse denuò reuocare in iudiciu, nemo non confitebitur, ne si nunc quoque examinentur, & denuò iudicetur, ac rursus examinentur, atq; iteru, in infinitum exeat ista curiositas. Leo quoque pontifex: Quotiescūque diuina gratia administrate, illos qui foris sunt, fonte doctrinæ aut submergimus aut purgamus, in nullo ab illis, quas Spiritus sancti diuinitas in Chalcedonensi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter vtrumque hoste nouellæ perfidie sermonem nostrum cum omni cautela libremus: non iam, quod absit, tanquam de dubijs differentes, sed auctoritate sua, quæ bene definita sunt, adstruentes. Et iterum: Prænotat, inquit, pietas vestra venerabilis Imperator, hos quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos, à sede apostolica profecturos: quia de rebus & apud Nicæam & apud Chalcedonam sicut Deo placuit definitis, nullum audeamus inire tractatum, tanquam dubia & infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctu fixa auctoritas.

Extat Valentiniani Imperatoris, simul & ipsius collegæ Martiani edictu, in quo decreta synodi Chalcedonensis rata ab omnibus haberi volunt: vbi his verbis vtitur. Cesset igitur iam prophana contentio. Nā verè impius atque sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam, opiniononi suæ aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippè dementia est, in medio & perspicuo die cōmentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertā aliquid vterius discutit, mendacium querit. Nemo itaq; vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis de fide Christiana publicè turbis adunatis & aduenientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidie occasio requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita reuoluerit, & publicè disputare contendit, cum ea, quæ nunc de fide Christiana statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones, & statuta sanctorum patrum trecentorum decè & octo, & ceterum quinquaginta, definita esse noscitur. Nā in contēptores huius legis pena non deerit, quia nō solum contra fidē bene compositam veniunt, sed etiā cum iudæis & Paganis ex huiusmodi certamine prophanant veneranda mysteria. Quibus verbis etiā ad Palladiu scribēs Martianus? vsus fuisse videtur, sicut in codice Iustiniani relatū esse legimus.

Est & aliud edictum Martiani ad Constantinopolitanos, vbi dicit: Admonuimus vniuersos, vt de religione disputare desinerent, quoniam vnus & alter tanta secreta inuenire non potest, maxime cū summo labore & amplissimis orationibus tot venerabiles sacerdotes, nisi Deo, vt credendum est, auctore, ad indaginē veritatis nō potuerint peruenire. Et Leonē sequutus Gelasius: Patres, inquit, nostri catholici, docti pontifices in vna quaq; heresi: quolibet tēpore suscitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica atque apostolica secundū scripturarum tramitē, predicationemq; maiorum, facta semel cōgregatione sanxerunt: in conuulsum voluerunt deinceps firmumq; cōstare: nec in eadē hac causa denuò, quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recentiori præsumptione permiserunt, sapiētissimè prouidentes: quoniā si decreta salubriter, cuiquā liceret iterare, nullū prorsus cōtra singulos errores stabile persisteret Ecclesiæ cōstitutum, ac semper iisdē furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Neq; dissimilia leguntur apud Symmachu ad clerum Dardaniæ, & apud successorē eius Hormisdā ad Epiphaniu scribentē.

Quos sequutus Gregorius, quatuor Cōcilia, quæ suam ætatem præcellerant, sicuti sancti Euangelij quatuor libros se suscipere & venerari faterur, quorum fidei si quis addere vel adimere aliquid præsumpserit, eum anathemate ferit. Cunctas, inquit, personas, quas illa respiciunt, respuo: quas venerari, amplector. Quia dum vniuersali sunt cōsensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit aut soluere, quos ligant, aut ligare, quos soluant. In quam sententiam ab Agathone quoque nonnulla scripta sunt ad Constantinum Imperatorem, sicut in Actio. quarta sextæ synodi Constantinopolitana legitur.

Vidisti istud putant, quod de Dialecticis suis & Rhetoricis, quodq; de locis cōmuni-bus faciunt: vt quotānis propè scripta sua murēt, idē in tam serio fidei catholice negotio facere licere. Sed alia est catholice, alia singularis & priuata fidei ratio. In illa est cōstans & perpetua volūtas: in hac & ritus, & doctrina mutatur in annos, ac modò nō in dies singulos, sicut scriptum est: Stultus vt luna mutatur. De regis hominis decreto, posteaquam semel pronuntiatu est, disputare fas nō est, sed ei parēre necesse est: & fas erit de Spiritu sancti decreto per os Ecclesiæ loquentis disceptare, atque illud in dubium reuocare? Absit à piorū cordibus hæc tam impia cogitatio. Libet autem etiam eius ea de re sententiam adscribere, qui fuit nostri tēporis hæresion architectus. Is Psalmum 82. enarrans. Legimus, inquit, quid sancti patres in Concilio Nicæno fecerint, simulvt Arrianorum doctrinam legi audiuerunt, exhibilarunt eam vnanimiter, neq; dignati sunt eam audire, nec passi

passi sunt vt eam defenderent: sed condemnarunt eos euestigio absque vlla disputatione, tanquam manifestos blasphematores. Moyses etiam in sua lege præcepit, vt tales falsi doctores lapidentur. Ad eundem modum & hic non est multum disputandum, sed inauditi atque inaudita causa condemnandi sunt tales manifesti blasphematores. Sicut etiam præcipit Paulus ad Titum 3. Debere hæreticum vitari post vham atque alteram admonitionem. Et Timotheo prohibet contentiones & disputationes, quæ nihil aliud efficiunt, quàm quòd auditores perturbant. Nam tales cōmunes articuli totius Christianitatis, sicut iam satis audit, declarati & conclusi, scripto & confessione totius cōmunis Christianitatis: sunt multis miraculis confirmati: sunt multo sanguine sanctorum martyrum cōsignati: sunt omnium doctorum libris defensi: neque deinceps vilius indigent magisterio aut artificio. Deindè verò angularium prædicatorum nequitia est cohibenda, qui non vocati, neque missi, repunt in domos, & venenum suum effundunt, priusquam parochi aut magistratus resciscere possint. Hi sunt fures & latrones, de quibus loquitur apud Ioānem Christus, qui in alienas Ecclesias irruunt, & alienum officium sibi vsurpāt, quod eis non commissum, sed prohibitum est.

Sed scriptum est, aiunt, ab Augustino, etiam ipsa plenaria Concilia, sæpe priora posterioribus emendari, Scriptum est: sed non eo sensu, quasi quod semel in causa fidei statutum est in vno aliquo plenario Cōcilio, id in altero retractari postea liceat. Vel vnū Concilium aliquod plenarium legitime congregatum proferatur, in quo prioribus plenarijs Cōcilijs isdem legitime congregatis, cōtrarium sit aliquid cōstitutum in his, quæ ad fidē pertinent: proferri proculdubio nullum poterit. Nā si quis vel Ariminense, vel Syrmiese, vel Antióchenum, vel Ephesinum secundum, aut si quæ fuerint alia eiusdem generis Concilia congregata protulerit, quandoquidem auctoritate Romani pontificis vel congregata, vel comprobata iuxta canones Nicæni Concilij non sunt, legitime congregata Concilia nequaquam dici possunt, sed conuenticula potius & conciliabula. Est quidem ita, quòd in his quæ facti sunt, fieri potest, vt fallatur aliquando plenarium Concilium; non autem in his, quæ fidei. Quo respexisse Augustinum, cum diceret, plenaria Concilia priora, posterioribus emendari, vel ea, quæ statim sequuntur verba, plantum faciunt. Subiungit enim euestigio: Cum aliquo experimento rerum aperitur, quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat. Quomobrem in his, quæ sunt iuris positivi, quæ vel ad externum aliquem ritum, vel ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, quoniam pro personarum, locorū, & temporum circumstantia, mutationem aliquando requirunt, sit non nunquam, vt priora Concilia posterioribus emendantur: quòd quedam superioribus seculis quadrare poterant, quæ posterioribus minime conuenire, vel ipsa magistra rerum experientia comperitum est. Itaque cum longè sint omnium vetustissimi canones, qui vocantur Apostolorū, quoniam tamen in eorum plerisque nimio plus inerat sæueritatis, quam posteriora seculi ferre non posse videbantur: factum est, vt posterioribus Concilijs emendantur mitigarenturque. Est canon Apostolicus: deponi debere presbyterum fornicantem: quem in Concilio Gangrensi, sicut à Gratiano citatur, legitur emendatum, penamque mitigatā. Sic in Concilio Nicæno constitutum fuit, vt Alexandrinus Patriarcha proximum à Romano pontifice locum teneret, cui non ita multo post in Constantinopolitana synodo prælatu est Constantinopolitanus. Adeò verum est, quod Isidori, Gregorij, Hieronymique productis sententijs ostendit Gratianus, in plerisque decernendis, causam, locū, tempus, personas considerari oportere: quæ quoniam perpetua nō sunt, sit vt in eiusmodi, etiam plenariorum conciliorum decreta nonnunquam priora posterioribus emendantur, quæ tamen in his, quæ pertinent ad fidem, fixa & immobilia esse oportet, ac sempiterna non tempore duratura.

Neque verò propterea Concilium Oecumenicum non representat Ecclesiam catholicam, quòd non omnes è vulgo ad illud conuocantur, eique interfunt. Nam nec fieri id vllatione potest: etsi maxime fieri posset, quid tamen aliud turba, quam turbationem esset allatura? Præclare dictum est à Ioanne Chrysostomo, quòd multitudo est mater seditionis & contumaciæ, paucitas verò magistra disciplina. Neque sine causa multitudo belua multorum capitum à quodam poëta vocatur. Patres liberorum suorum salutē & tranquillitatem prospicere tenentur: patrum autem locum in Ecclesia tenent Episcopi. Satis itaque semper fuit existimatum, si quos oportet de salute liberorum esse sollicitos, ad quos ea cura propriè pertinet, hi ex vniuerso orbe Christiano ad Concilia essent cōuocati. Cùm de seculi rebus agitur, cumque de his, quæ ad secularem rempublicam pertinent, habetur consultatio, fieri videmus, vt non omnes accersantur vndique, quòd ea res magis ad excitandum tumultum, quàm ad aliquid ex vsu reipublicæ statuendum pertinere. Sed conueniunt senatores, optimates, ac primarij terræ cuiusq; viri, qui posteaquam ven-

Deu. 13.

Tit. 3.

Predicatore angulares.

Lib. 2. cont. Donatistis cap. 3.

Concilia priora à posterioribus quomodo corrigantur.

Can. 75. dist. 82. cap. presbyter. cap. 6. cap. 5.

Dist. 29. cap. 3.

Concilia generalia representant vniuersam Ecclesiam. Chry. Hom. 1. in Math. operis imperfecti.

Leo epist. 24. cap. 26.

3 Reg. 8.

Astor. 15.

Hieronym. in epist. ad August.

Placuit Apostolis & senioribus, &c.

Concilia Episcoporum sunt.

Aug. epist. 119. cap. 19. & 152.

Can. Donast. post collationem cap. 15.

Et de bapt. cōt. Donast. lib. 6. ca. 35.

Et in breuiulo collationum dieti tertie.

Marcel. epist. 22. Leo epist. 153. 16. 17. 88. 23. 53. 82. 91.

Sozo. lib. 9. cap. 1. eccl. hyst.

Affione. 1.

Fidei tractatio est episcoporum

Epist. 4.

nerunt, regnum vniuersum aut respublica conuenisse dicitur, & quæ sunt in eiusmodi conuentu constitutiones, regni constitutiones vocantur. Sic Leo magnus, canonū Nicææ habitorum decreta, quod trecenti tantum decem & octo conuenerant Episcopi, à totius mundi sacerdotibus dicit esse constituta. Quod magis autem intelligi queat, ita se rem habere, manifestum id è scripturis faciemus. Post descriptam illam magnifici templi à Salomone fabricationem, dicit scriptura: Tum congregati sunt omnes maiores natu Israël ad regem Salomonem in Hierusalem, vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid. Ac paulò post: Conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ. Omnis enim Ecclesia Israël stabat. Omni Ecclesiæ benedictum: omnem Ecclesiam Israël stetit dicit: cum antea maiores natu tantum principes tribuum, & duces familiarum cōmemorasset. Quid aliud his verbis indicat, quàm quòd illi representabant omnē Ecclesiam? Nam reliquus serè cœtus omnis, à primarijs pendere consuevit. Apostolorum temporibus Concilium Hierosolymis legimus esse celebratum, quod Lucas describens: Conuenerunt, inquit, Apostoli, & seniores, qui Græcè presbyteri vocantur, videre de verbo hoc. Conuenerunt, ait, non semina, nō iuuenes, nō laici, sed Apostoli & presbyteri. Mox inducit Petrū loquentē: quem rectè scribit Hieronymus, principem in eo Concilio latè decreti fuisse. Post cuius orationem, tacuit, inquit, omnis multitudo: & audiebant Barnabā ac Paulum narrantes, quanta Deus fecit signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerit, respondit Iacobus, &c. Hi sunt omnes, quos dixisse sententiam scribit Lucas: Petrus primo loco, tum Barnabas, Paulus, Iacobus. Omnis, inquit, reliqua multitudo tacuit. Quod verò subiungitur: Tum placuit Apostolis & senioribus, cum omni Ecclesia: nequaquam ex eo colligi rectè potest, præter Apostolos quoniam alium dixisse sententiam, cum dicitur scripsit Lucas, multitudinem omnem tacuisse. Quoniam verò Apostolorum decreto libenter pro eo vt debuit, paruit omnis multitudo, nec ab eo dissentire sibi quisquam fas esse putauit, quod fuit ab Apostolis decretum: omnibus placuisse, omnes in eo scribitur acquiescisse, & omnium nomine epistola mittitur.

Neque verò necesse est hac de re multa verba facere. Quotquot habita sunt deinceps Concilia, non ab alijs, quàm Episcopis habita esse, qui libros Conciliorum legerit, cognoscet. Itaque & Augustinus vocat non semel Concilia Episcoporum: ante quæ Papa Marcellus, synodum vniuersalem, synodum Episcoporum nominauit. Leo quoque Papa frequenter in epistolis suis vocat episcopale Concilium. Itidem & Flavianus in epistola ad Theodosium, quæ est inter epistolas Leonis nona. Extat epistola Pulcheriæ Augustæ inter præambulares epistolas in synodum Chalcedonensem, qua monet Bythinicæ Strategum, vt clericos, monachos, laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omnino de ciuitate, de quæ locis ipsi vbi Concilium haberetur expelleret. Si quis autem propterea editum hoc putat auctoritatem non habere, quòd à scemina profectum est, is, si forte ignorat, discat, hanc Deo dicatam virginem, cum ad fratrem eius Theodosium recens ablatum orbis terrarum imperium esset deuolutum, & fratris, & imperij procuratrici cum à Deo fuisse constitutam, cum quæ de ipsius sententia Martianus fuisset mortuo fratre, Imperator designatus, imperij nihilominus consortem fuisse, ac vna cum illo Chalcedonensi Concilio interfuisse. De qua scribit Sozomenus, quòd nondum quintumdecimum ætatis annum egressa, supra ætatem sapientissimum ac diuinum spiritum accipiente: eiusque studio & sapientia perfectum esse narrat, vt suis temporibus hæreses nō obtinerent. Quam & Leo pontifex ille, quem ter sanctum & Oecumenicum Patriarcham, sancta synodus Chalcedonensis appellauit, scriptis ad eam epistolis aliquot, magnis effert laudibus. Quin & in octaua synodo cum pro more laudare vellent Eudoxiam Augustam, vocauerunt eam nouam Iudith, nouam Helenam, nouam Pulcheriam. Ad eò celebre fuit Pulcheriæ nomen etiam sexcentis post annis, quàm fuisset mortua. Sed & in actis concilij Chalcedonensis semel & iterum has voces emissas legimus: Synodus Episcoporum est, non clericorum: superfluos foras mitte: vt quod à Pulcheria præceptum, id auctoritate synodi confirmatum esse videamus. Ibidem etiam scriptum reperimus, quòd cum ad Martinum Archimandritā directa fuisset chartula, vt subscriberet, nō acquiescerit, dicens: Nō est meū scribere: Episcoporum tantum est. Vidit hoc Theodosius Imperator, qui sanctæ synodo scribens Ephesinæ primæ: Illicitum est, inquit, eum, qui non sit ex ordine sanctorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus. Et in epistola ad Cyrillum quæ habetur in operum eius Tomo quarto. Nos sanè non patiemur, inquit, vt simul & verbis & Ecclesiæ turbentur, neque vt inexcussa nobis sit ea doctrina, cui diiudicanda præfici oportet eos, qui circumquaquæ sacerdotio prædant, & per quos in sententia veritatis firmiores sumus, & posthac erimus. Vidit & Valentinianus, qui cum per Episcopum Hypatianum verbis episcoporum per Hellepontum & Bythiniam agentium, fuisset rogatus

gatus, vt ipsis ad corrigendum dogma conuenire permitteret, sic eum respondisse narrat Sozomenus: Mihi qui in forte sum plebis, fas non est talia curiosius perferuntari: Sacerdotino quoque scribit Augustinus, quòd cum ad eum causam Ceciliani schismatici detulissent, non est ausus de causâ Episcopi iudicare, sed eam discutendam arque finiendâ Episcopis delegauit, quod & factum est in vrbe Roma, præsidete Melchidae Episcopo illius Ecclesiæ, cum multis collegis suis. Epistola Constantini ad Melchidam ea de re scripta extat apud Eusebium: Quineriam cum iudicium à se peteretur, ijs enim verbis respondisse scribit Opratus: Petitis à me in seculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem. Ac rectè quidem Constantinus. Nam sicut legimus in Actis Apost. solos Episcopos posuit Deus regere Ecclesiam suam: illis dictum est: Pascite, qui in vobis est, gregem. Et per Hieremiâ Dominum, Dabo, inquit, pastores, qui pascant vos scientia & doctrina. Et ad Timotheum ac Titum scribens Apostolus, quem Episcopum, eundem & doctorem esse vult. Pastorum est, gregis curam habere pascendo iubendoque ducere: Otium est discendo & obtemperando sequi.

Sed nescis, dicit quidam, ex quibus pastores esse solent? Scio. Verum & illud scio, priusquam id sint assequuta, priusquam legitime sint ad hoc munus vocata, pastorum eis officio fungi non licere, cum scriptum sit: Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Expectent igitur dum vocentur, dum pastores fiant, neque se prius, quàm factæ fuerint, ad munus pastorum ingerant. Quamobrem semper hoc à sancta catholica Ecclesia fuit obseruatum, vt ad iudicandum de his, quæ ad fidem catholicam, sanamque doctrinam pertinerent, non admitterentur nisi catholici Episcopi, etiam si ad Concilium communicandum ex ordine quoque sacerdotum viri doctrina excellentes adhiberi consueverunt.

Quòd autè reges & imperatores interfuisse quâdoque legimus, nō ob eam rē ad fuisse credendi sunt, vt aliquid ipsi statuerent de rebus ad fidem pertinentibus, vtq; sibi earū cognitionem aut iudiciū usurparent, verum vt auctoritate, vnitatem, & cōcordiam Concilij tenerentur, & quæ salubriter essent in ea constituta, ea vt seruarentur ab omnibus, prouideret. Sed hic Varemundus, & hi qui sunt in eadē hæresi, Nicolai pontificis auctoritatem nobis obijciunt, cuius verba Gratianus in eum librū rettulit, quæ ipse decretorū inscriptis, ex quibus probare conatur, etiâ laicis vel sententiæ dicendæ, vel iudicandæ de cōtrouersijs concedi potestare oportere. Quid autè an non rectè de istis dicere possumus, quòd in eadem illa epistola scriptum à Gelasio profert idem Nicolaus: Nobis, inquit, opponunt Canones, dum nesciunt quid loquantur. Nisi forte scire quid loquantur existimadi sunt, qui ipsi tela contra se ministrant, qui pro sua sententiâ tuenda, testimonium ex illa Nicolai pontificis epistola producunt, in qua nihil aliud per pontificem agitur, quàm quòd etiam Imperatoris Theodosij scripto, cuius paulò antè meminimus, prolato, tractatibus Ecclesiasticis eos immiscere se, qui non sint ex ordine sanctorum Episcoporum, illicitum esse docetur. Quæ nanque res alia causam Nicolao dedit eius epistolæ cōscribendæ? quàm quòd Michaël Imperator Constantinopolitanus ad votum secularium, quorum numeròsa millia collegerat, congregato Concilio præfularem cathedram ascendit, & aduersus Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum sacerdotalis officium arripuit ministerij, quem de sede sua deiecit, & in eius locū Photium quendam suffecit, qui postea per Adrianum, Nicolai successorem, congregata etiam Synodo Constantinopoli, quæ dicitur octaua, legitime depositus, & in sedem suam Ignatius restitutus est. Hunc igitur Michaële alloquitur pontifex his verbis: Dicit, quæsumus, vbi legistis, Imperatores antecessores vestros in synodalibus cōuentibus interfuisse, nisi forte in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium cōmunis est, quæ nō solum ad clericos, verum etiâ ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos? Quid aliud hæc verba sibi volunt, nisi quòd quoties de Domini sacerdotibus erat iudicium, nemo Imperatorum Synodo interfuerit, cui nec Valentinianus Augustus interesse voluisse in eadem epistola cōmemoratur, cum Sixto pontifici quædam crimina fuissent obiecta: sed surgens à Concilio, dedit in arbitrio Sixti Episcopi, vt iudicaret iudicium suum: cum autem de fide tractatum est, Imperatores nonnuncquam interfuisse? Nunquid autem quoniam interfuerunt, idè statim, quòd propriū munus est Episcoporum, sententias dixerunt? de fide cōtrouersijs iudicauerunt? Minime gentiū. Verum ad hoc tantum interfuerunt, vt pacem, tranquillitatem, & cōcordiam tuerentur, quòdque de sententiâ patrū in Concilio statutum esset, id firmum & ratum esse iuberent, editisque propositionibus, inuolant ab omnibus obseruari præciperent.

Verum vniuersalis est, inquit Nicolaus, fides, cōmunis est omnium, non solum ad clericos, verum & ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos. Quid igitur ex eo colligis?

Sozomen. lib. 8. cap. 7. eccl. hyst.

Aug. epistola 68. & 166. 162

Euseb. lib. 10. ca. 5. Lib. 1. Astor. 10. 1. Pet. 5.

Hierem. cap. 3. Timoth. 3. Tit. 3. Pastorum regere, & otium obedire.

Heb. 5.

Imperatorum & regum officium in concilio

Gratianus. 96. dist. vbi nam.

In epistola ad Faustum Magystrum.

Fides vniuersalis.

colligis? Pertinet ad omnes fides, ergo pertinet ad omnes iudicium de fide? Quin tu eadem ratione colligis, vniuersalis est iustitia, communis est omnium: quid enim sunt regna remota iustitia, nisi mera larcinaria? pertinet ad omnes vt ius suum cuique tribuatur, pertinet igitur ad omnes ius dicere? neque soli reges aut principes, aut quibus hac ab illis est mandata iurisdicatio, de causis ciuilibus vel criminalibus iudicandi potestatem habebunt? Quid est hoc aliud, quam ordinē ex rebus tollere, quam sursum & deorsum omnia miscere? quam dum à tyrannide metuis, anarchiā quādam inducere velle? Profertur & alia Gratiani sententia: Concilia Episcoporum Concilia sunt inualida ad definiendum, atque ita, si dijs placet, argumentatur homo Dialecticus: Nihil quod est inualidum ad definiendum, est Concilium generale: Concilia Episcoporum sunt inualida ad definiendum; Concilia igitur Episcoporum non sunt Concilia generalia. Quid huic homini facias tam Dialectico? qui tanquam Psittacus verba profert non intellecta? Scilicet de generalibus Concilijs legitime congregatis ibi loquitur Gratianus? Verba Gratiani sunt: Episcoporum Concilia, vt ex pramissis apparet, sunt inualida ad definiendum, non autem ad corrigendum. Quod si pramissa legisset hic homo, nunquam sententiā Gratiani contrarium syllogismum produxisset. Quid enim est in pramissis? Legatur tota distinctio, quæ præcelsit, nihil aliud in ea reperitur, quam quod Marcelli, Iulij, Damasi, Gregorij, Pelagij, Symmachij sententijs probatur, Concilia Episcoporum quæ præsentia Papæ non habent, aut eius auctoritate congregata non sunt, ad definiendum & constituendum aliquid, nihil roboris habere. Saltem glossam legisset subtilis iste disputator, si præmissa legere non vacabat: de prouincialibus Concilijs loqui Gratianum didicisset, quod in eis nihil generaliter constitui potest. Quamobrem non contra alios magis hæc verba faciunt, quam contra eos, qui nationale Concilium experunt, in quo de fidei controuersijs constituatur aliquid. Huius generis Concilia planè sunt inualida, & cōtencula potius constituuntur aliquid. Huius generis Concilia dici merentur. Si quidem fides, quā profiteamur, Catholica est, & dicitur, nec ad vnā gētem aliquā, sed ad omnes & vniuersos pertinet, quæ Christiani censerī volunt, in quacūque tandem orbis parte sint constituti. Quamobrem seorsum aliquid in gente quāpiam à reliquo Christiano populo constituere velle, quid fuerit aliud, quam ab Ecclesia, fideque catholica se velle segregare? Huc itaque respexit Gratianus, cum dixit, Episcoporum Concilia ad definiendum esse inualida, non quod non aliquid in illis definiatur & constitui possit, sed quod iuxta morem in Ecclesia Dei, iam inde à temporibus Apostolorum semper obseruatum, de maioribus causis, fidei præsertim, ad sedem Apostolicam, aut ad Concilium Oecumenicum illius auctoritate congregatū, referre sit necesse. Scripsit de Vandalica persequutione tres libros Victor, Augulini propemodum æqualis in eorū altero, crudelē illum tyrannum Hunericū Vandalorum regē edixisse narrat catholicis, vt ad certū diem Carthaginē venirent, de fidei ratione cū suis Episcopis constitutum in iuri. Sed quid ad hæc Eugenius Episcopos catholicorū nomine? Agnoscat, inquit, rex, nos dispensationē legis, cum adiutorio Dei nullatenus declinare vel fugere, sed sine vniuersitatis assensu, nos non debere asserendē fidei nostræ causas assumere: debere etiā transmarinarum omnium partium, qui nobis sunt in vna religione vel communione consortes, agnoscere, quod totius mundi causa agit, non specialis prouinciarum Africanarū tantummodo. Cūque per Obadum præpositū regni sui dici rex iussisset. Subde mihi vniuersum orbem terrarum, vt sub potestatem meam totus mundus redigatur, & facio d. Eugeni quod dicit. Respondit Eugenius: Quod ratione non habet, dici nō debuit: sic est hoc, quomodo si dicatur homini, vt per aëra feratur & volitet, quod moris nō est humanæ naturæ: Dixi enim, si nostram fidē, quæ vna & vera est, potestas regia cognoscere desiderat, mittat ad amicos suos, scribam, & ego fratribus meis vt veniat cōepiscopi mei, qui vobis nobiscum communem fidem nostram valeant demonstrare, & præcipuē Ecclesia Romana, quæ caput est omnium Ecclesiarum. Sensit igitur hoc ipsum Eugenius apud Victorem, quod Gratianus, in vna aliqua prouincia suæ natione, de fide, quæ catholica est, & ad vniuersos pertinet, nihil ita constitui posse, vt ratū ab omnibus haberi sit necesse, nisi forte sanctæ sedis Apostolicæ subsequuta sit approbatio. Quamobrem hæc Gratiani sententia non contra nos facit, sed contra eos potius, à quibus tanto studio nationale Concilium expecti videmus.

Dist. 13. cap. 1.

Gratianus.

Concilia episcoporum quomodo inualida.

Concilia Nationalia.

Victor in Vandalica persequit.

Ecclesia Romana omnium ecclesiarum caput est.

Laici docti autem Concilio locum habent. Potestas spiritualis seculari potestate est superior & dignior.

igitur tu, quia cautus & prudens tibi videris, ac præ cæteris iurisconsultus, regē aut principem de suo solio deturbabis? ac tibi ipsi dicendi iuris auctoritatem à nemine cōcessam vsurpabis? Potestne cogitari vel dici quicquam absurdius, & ad seditionem in populo cōtra legitimā potestatem excitandam aptius? Habet autem, vt ne sis nescius, suos etiā principes Ecclesia, de quib⁹ per Prophetā dictū est: Constitues eos principes super omnē terrā. Hos, inquit, Clemens Romanus, Principes vobis, & Reges, præesse putate, ac tributa, sicut Regibus pendite, à vobis enim & ipsos, & familiares ipsorū alii oportet, quemadmodum Samuël præcepit populo de Rege, & mos est de Sacerdotibus in Leuitico, sic & nos vobis de Episcopis præcipimus. Nam si ibi multitudo, pro rata portione tanto Regi munerata præstabat, quanto magis & nunē Episcopus accipere debet à nobis, quæ sunt à Deo sibi constituta ad sustentationem suam, & eorum qui sunt cum ipso Clericorum. Quod si verò aliquid etiam huic orationi addi oportet, plus hic accipiat, quam ille quōdam. Nam ille tantum ea, quæ pertinent ad militiā administrat, belli pacisque moderatōr, ad tuenda corpora. Hic verò Dei Sacerdotium administrat, corpus & animam liberat à periculis. Quanto igitur anima à corpore præstatio, tato sacerdotiū regni sublimius. Ligat enim Sacerdotiū & soluit eos, qui vel pœna vel venia digni sunt. Itaque Episcopi amare debent vt patres, timere vt reges, honorare vt Dominū. Fructus vestros, & opera manū vestrarum in benedictionē vestram offerentes illi primitias vestras, & decimas vestras, partes vestras, & munera vestra dantes ipsi, tanquam Sacerdoti Dei, primitias frumenti, vini, olei, fructuum, & omnium quæcumq; vnus Deus suppeditat vobis, & erit tibi oblatio tua accepta in odore suauitatis domino Deo tuo. Et benedicet Dominus opera manū tuarum, & multiplicabit bona terræ tuæ, quandoquidē benedictio super caput largientis. Oportet autem vos nosse, quod quamuis liberauerit vos dominus à seruitute vinculoꝝ, quæ fuerunt inducēta super vos, & deduxerit vos in locum refrigerij, nec amplius permittit vos sacrificare ratione carentia animalia pro peccatis, liberauerit etiam vos illis expiationibus ab hircis emissarijs, à lauacris continuis, & aspersioibus, non tamen ab oblationibus vos liberauit, quas debetis sacerdotibus, neque ab ea, quam debetis egētib⁹, beneficentia. Dicit enim dominus vobis: Nisi abundauerit vestra iustitia plusquam Scribarū & Phariseorum, non intrabitis in Regnum cœlorum. Sic autem abundabit iustitia vestra, si maiorem curam habueritis Sacerdotum, orphanorum, & viduarū, sicut scriptum est: Dispedit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in secula. Et iterum: Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Et rursum: Anima benedicta omnis simplex. Sic itaque facies tu, sicut Dominus ordinauit, & dabis Sacerdoti ea, quæ debentur ei, primitias, & decimas, area & torcularia pro peccatis tanquam mediatori inter Deum & eos, qui purgationis indigent & venia. Te nanque dare conuenit, illum autem dispensare tanquam œconomum, & administratorem Ecclesiasticarum rerum. Neque verò discutiēs tuum Episcopum, nec obseruabis dispensationem illius, quemadmodum in ea se gerat, quando cum quibus, vbi, benè vel malè, vel conuenienter. Habet enim, iudicem Deum, qui in eius manus dispensationem commisit, & dignum eum effecit Sacerdotio tanti loci. Hactenus ille Clemens libro secundo Constitut. Apost. cap. 37. & 38. 39.

Qui eorū principatus tato est omni regno excellentior, sicut à Chrylostomō & Gregorio Nazianzeno in oratione, quā de Hieremie dictis, præsentē Imperatore habuit, scriptū legitimus, quāntū inter spiritum & carnem, inter cœlum & terrā, inter diuinā & humana, discrimen & interuallum esse potest. Enarrans illum Psalmi locum Augustinus, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Quid est, inquit, pro patribus tuis tibi sunt nati filij? patres misi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te putas desertam, quia non vides Petrum, non vides Paulum, quia non vides eos, per quos nata es: de prole tua tibi creuit paternitas: pro patribus tuis tibi sunt nati filij, constitues eos principes super omnem terram. Hæc est Ecclesia catholica, filij eius constituti sunt principi super omnem terram, filij eius constituti sunt pro patribus. Agnoscat qui præcisi sunt, veniant ad vnitatem, adducantur ad templum regis, &c. His igitur principibus, non his qui sibi docti præ cæteris videntur, & ad hoc munus vocati non sunt, Ecclesias regendi, ligandi, soluendi, deque fidei causis cognoscendi potestas est concessa.

Sed libet hic Catholici cuiusdā Imperatoris verba adscribere, ex octaua Synodo Constantinopolitana, quam in Ecclesia cathedra Varmiensis Bibliotheca pulchris characteribus in charta pecorina, scriptam reperimus. Is absoluta iam Synodo, oratione quadam ad omnes, qui tum præsentēs aderant, vsus, his tandem verbis laicos alloquitur: De vobis autē laici, tam qui in dignitatibus, quam qui absolute cōuersamini, quid amplius

Psal. 44.

Episcopi et clerici fructus & primitias solum accipiunt.

Episcopi regibus & principibus præferendi.

Cap. 39.

Sacerdotibus que dari debent.

Episcopi Ecclesie iustitiam rerum dispensationem ex Dei commissione.

Chryost. lib. 3. de Sacerdotio. Et de verbis Esa. Hom. 4. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, &c. explicatur.

Imperatoris in octaua Synodo Constantinopolitana verba.

dicam non habeo, quàm quoddam nullo modo vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitus resistere integritati Ecclesie, & vniuersali synodo aduersari. Hoc enim inuestigare & querere, Patriarcharum, Pontificum, & sacerdotum est, qui regimini officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi, & ligandi potestatem habent, qui Ecclesiasticas ac celestes adepti sunt clauces, non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificati, qui ligari, vel à ligamento solui egemus. Quancumque enim religionis & sapientie laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat, donec laicus est, ouis vocari non desinet. Rursusque: Quancumque Episcopus sit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antistes est, & veritatis verbum rectè prædicauerit, pastore nominis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo ratio est, in ordine omnium constitutis pastores verborum subtilitate discutiendi, & ea quæ super nos sunt querendi & ambiendi? Oportet ergo nos cum timore & fide sincera hos audire, & à facie eorum vereri, cum sint ministri domini omnipotentis, & huius formam possideant, & nihil amplius, quàm ea, quæ nostri ordinis sunt, requirere. Nunc autem ut videmus, aded multos malitia in insaniam accedit, vel obliuiscetes proprii ordinis, & quod pedes sint minimè cogitantes, legè ponere velint oculis. Oculos vocare Basilium videtur episcopos: quos Ambrosius oculorum in Ecclesia fungi scribit officio. De quibus etiam in octauo Concilio Toletano legitur, dum secundum carnis assumptæ mysterium Ecclesie sue fuerit dignatus caput existeret Christus, merito in membris eius intentio episcoporum officia cernitur peragere oculorum. Sic & Augustinus sanctos Apostolos vocat oculos. Quancumque religio sit & sapientia laicus, etiam si vniuersa virtute polleat, fas tamè non esse ceteri Basilium illi de Ecclesiasticis causis sermonem mouere, quod proprium hoc sit Episcopi munus, etiam si multo sit is in virtute sapientiaque inferior: idque Gregorius, quæ Theologum Græci vocat, sententiam sequutus, qui in oratione sexta, qua se excusat, cur tam diu à functione abstineret Ecclesiastica, sic populum affatur: Vos oues, nolite pascere pastores, neque super terminos eorum elenemini, fas enim vobis est, si rectè pascimini: nolite iudicare iudices, nec legè feratis legislatoribus. Deus enim nequaquam Deus est seditionis & confussionis, sed ordinis & pacis. Nemo igitur caput sit, qui vix manus aut pes esse possit, siue membrum aliud corporis honorabilius. Sed vniquisque fratres in eo ordine, in quo vocatus est, permaneat, licet etiam dignior existat: in illoque magis præsentè amet claritatè, quàm ut eam, quàm non accepit, querat. Nemo quod sine periculo subesse potest, imperare desideret: nec subiecti dōis lex soluarur, quàm tã terrestria quàm celestia sunt colligata: neque dominatione multiplicè sine dominatione faciamus. Hæc Gregorius.

Episcoporum dignitas.

Nota. Ecclesiasticas causas laice potest iudicare non licet. Ceteri Episcopi Basilii epi. 4. Amb. de dignitate sacerdot. cap. 6.

In sua vocatione cuique perscrutandum.

Episcoporum doctrina.

Lib. 1. cap. 9.

Sor. lib. 1. cap. 8.

Euf. lib. 3. de vna Constantini.

Roma. 12. Proverb. 26.

Chry. Rom. 7. 6. in Matib.

Interea tamen illud non cōcedimus, inueniri multos laicos, multis etiam Episcopis in Theologia magis exercitatos: Neque enim si quis cōmunis alicuius locos legit diligentius, ideo statim in Theologia dici debet exercitator, quàm Episcopus. Ac fieri quidè potest, ut reperitur nonnunquam Episcopus minus in scripturis versatus, quàm exigere videtur ea persona, quam sustinet, num idem propter eam de omnibus iudicium esse debet? Nulla est prouincia, in qua non reperire tamen aliquos liceat, minimè vulgari doctrina præditos. Certè in Cōcilio, quod proximis superioribus annis Tridèti fuit inchoatum, etiam cœtus ingens fuisse dicitur inferioris ordinis virorum, qui doctrina præstare multum existimarentur, non alij tamen excellere magis visi sunt, quàm Episcopi, à quibus pleraque sunt animaduersa, quæ inferioris ordinis viri docti minimè cōsiderassent. Sed noui non est, quod ab hæreticis Episcopi catholici præ omnia & facere & pati parati, quàm ut scindere Christi tunicam inconfutillè permitterent, stupidi, bardi, trunci iudicantur. Sic Arius hæreticus, vir dialecticaru nugarum non imperitus, in quadam epistola, quam historiae suæ Theodoritus inseruit eos Episcopos, qui sententia suæ sunt aduersari, non inereditos modo, verum & hæreticos, hæreticus ipse vocat. Sic de Sabino narrat Socrates, quod is Nicenæ synodi patres tanquam simplices & idiotas perstrinxerit, quibus tamen hoc elegiū tribuit Eusebius, quod eorum alij celebres erant verbo sapientia, alij firmitudine & roborata contentia, alij medio modo ornati. Semper enim quæ præclara, rara sunt, neque fieri potest, vbi maior est aliqua congregatio, ut excelleret omnes docti sint. Sunt alij mediocres, sunt & infra mediocritatè constituti: qui sibi tumor abest & arrogantia, quæ solet eos ferè comitari, qui sunt aliqua doctrinæ opinione inflati, doctiorum sententiam non inuiti sequuntur. Et certè præstare in eiusmodi cœtu esse aliquem non doctissimum, qui cum se videret minus intelligat, in eorum, quos plus videre persuasum habet, sententia lubes acquiescit, ut sit non inter alta sapientes, verum humilibus contententes, quàm tales multos, quales describit sapiens: Vidi stultum hominem, qui sibi sapiens esse videretur: spes est de stulto, quàm de eo multo maior: Nam qui sunt præfracto animo, nihil vel nisi quod ipsi intelligunt, rectum esse putant, quamuis ad rem potius quàm ad componenda dogmata in Ecclesia disidia idonei esse videntur. Quam in sententiam etiam à Ioanne Chryso-

stomo scriptum legimus: Præstat proba ignorantia detineri, quàm falsa opinione maciari. Nam qui nescit, facile ratione ducitur: qui verò scire credit cum nesciat, non potest facile veritatem suscipere, sed maiori sudore opus est, ut antequàm vera inculcentur, falsa ex animo eius eiciantur. Nam & in charta vbi nihil scriptum est, facillimè scribitur, literis verò plena, non similiter: necesse enim est priora deleri. Et terra facillimè aratro profunditur, quæ nihil habet, quàm quæ vepribus est reserta. Nihil igitur impedit, quominus esse Cōcilia dicantur Episcoporum, etiam si non ita, ut deberent, in sacris literis omnes Episcopi sint versati, cum præsertim neque fuerit, neque futurum sit Concilium vllum tam Oecumenicum, ut omnes ad illud orbis Christiani totius Episcopi contendant: neque mitti ferè consueuerunt ex vnaquaque prouincia, nisi de quibus est opinio doctrinæ singularis.

Ignorare quidem falsa esse præstat.

Verum interfuerunt Imperatores & Reges Cōcilijs. Quis negat interfuisse eos etiam nostro tempore literis potestificijs ad Cōciliū inuitari, nemini sit obcurū. Quod verò de causa fidei iudicauerint, hoc est, quod constanter negamus. Euoluantur omnia Concilia, quæ à nato Christo habita sunt ad hæc vsque, nostra tempora, nullum reperietur, in quo sibi quisquæ Imperatoribus de fidei causa iudicium arrogauerit. Longum autem esset enumerare omnia, præsertim prouincialia, quæ rectè Gratianus ad definiendum & constituendum inualida esse docet, de quibus etiam Canonem quendam legimus octauæ Synodi generalis, in quo hæc verba reperitur. Illud autem tanquam per osum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodum absque principali præsentia celebrari, cum nusquam sacri Canones conuenire seculares principes in Concilijs sanxerint, sed solos antistites. Vnde nec interfuisse illos Synodus, exceptis Concilijs vniuersalibus inuenimus. Neque enim fas est seculares principes spectatores fieri rerum, quæ sacerdotibus Dei nonnunquam eueniunt.

Concilijs generalibus imperatores & reges solum interfuerunt, non vnde de fidei causa sententia dicant aut iudicent.

Actio. 10.

Concilijs prouincialibus principibus secularibus interesse non licet. Distinct. 16. Concilia auctoritate, & quid in his actum.

Ceterum recenter idem Gratianus octo Synodos œcumenicas: quarum prima Nicenæ habita est anno à Christo nato trecentesimo plus minus: in qua qui Christum creaturam esse adserbat, & eiusdem cum patre substantia negabat, Arii hæresis est extirpata. Secunda quinquaginta sex annis, post Cōstantinopolim: in qua Macedonius est damnatus, qui Spiritum sanctum esse Deum inficiabatur, simul & Apolinarius, qui Christum, ipse demens, esse sine mente blasphemabat. Tertia quadraginta annis interiectis, Ephesi: in qua Nestorius est anathemate redditus execrabilis, qui propria stulticia seductus, alij ante secula Deum verbum, alium verò ex virgine pro nostra salute incarnatum nugatus est. Quarta post interuallum annorum triginta Chalcedone: in qua Eutyches vitæ cum Dioscoro, qui duas in vno Christo naturas incommutabiliter vnitas negauerat, vnâ autem naturam ex duabus fuisse compositam prodigiosè pronunciauerat, in finitis execrationibus est denotus. Quinta centum & duobus annis post, iterum Cōstantinopoli: in qua Origenes, Eutagrius, Didymus propter falsa quadam & peregrina dogmata sunt damnati. Sexta posteaquam centum viginti nouem anni intercesserunt, tertium Cōstantinopolim: in qua Sergius, Pyrrhus, Petrus, Polychronius, qui vnâ tantum in Christo voluntatem & operationem esse contendebant, è cœtu priorum eiecti, & anathemate sunt percussa. Septima sexaginta post annis iterum Nicenæ: in qua qui demoliti fuerant imagines, & eas idola vocabant, Basilium, Theodosium, Sisinium, & alij nonnulli sunt hæretici pronunciat. Octaua post centum plus minus annorum interuallum, quartum Cōstantinopoli: in qua Photius, qui per vim de sede sua turbato Ignatio Cōstantinopolitano Patriarcha in locum eius inuaserat, legitime de eo deiectus, & tanquam nouus Dioscorus, & qui cum Iconomachis facere videretur, anathema pronunciatum est.

Hæretici in Cōcilijs generalibus damnati.

In Concilijs fuerunt Imperatores.

Constantini imperatores in Cōcilijs modesti.

Euseb. lib. 3. de vna Cōstantini.

So. lib. 1. cap. 8. Theodor. lib. 1. cap. 7. Zozym. lib. 2. cap. 27.

Interfuit Nicenæ Synodo Cōstantinus Imperator, sed quomodo interfuit? Cum paucis postremis omnium ingressus, posita modica quadam sede, non prius confedit, quàm annuissent Episcopi: cumque de concordia & pace pleraque disseruisset, diligentiorum dogmatum inquisitionem ipsorum sententia permisit, sicut in historijs suis Eusebius, Socrates, Theodoritus, memoriam prodiderunt. Itaque trecentos decem & octo Episcopos in eo Concilio subscripsisse legimus, Cōstantinum subscripsisse non legimus. Quin illud cœtu tradit Zozomenus, quod cum ipsi fidei scripturam artificiosè constructam Arius obtulisset, arbitratus fuit Imperator eum conformia cum illis sentire, de quibus in Nicænâ Synodo conuenerat: quo nomine gauisus quidem est, verum tantum ipse sibi non permisit, ut eos ad communionem reciperet in iudicium, & cognitionem eorum, quibus secundum Ecclesie legem de huiusmodi cognoscendi potestas erat concedita. Mittit igitur ad Episcopos Hierosolymis tum temporis congregatos. Ex quibus verbis manifestè constat, quod secundum Ecclesie legem de rebus fidei non licebat alijs cognoscere, præter Episcopos.

Theodosius.

Interfuit Cōstantinopolitanæ Synodo Theodosius. Nunquid subscripsit? Solos Episcopos

Ad concilium legatus Theodo-
sij cur misisset.

scopos centum quinquaginta subscripsisse legimus. Tertia Synodo, quae fuit Ephesi ha-
bita, ducentorum Episcoporum, non quidem interfuit Imperator, sed misit loco suo Ca-
didianum. Scribit autem ipse ad Synodum, quia cum potestate miserit, his vrbis: Deputa-
tus est, inquit, Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum tran-
sire usque ad sanctissimam Synodum vestram, & in nullo quidem quae faciendae sunt de
pijs dogmatibus quaestiones communicare: Illicitum nanque est eum, qui non sit ex ordi-
ne sanctissimorum Episcoporum Ecclesiasticis immisceri tractatibus. Ac miserat idem

Aetione. 3.
Synodi Chalce-
donensis.

ne sanctissimorum Episcoporum Ecclesiasticis immisceri tractatibus. Ac miserat idem
ad eam, quae iterum fuit Ephesi congregata, Synodum, quae tamen inter approbatas non
numeratur, Elpidium comitem & Eulogium tribunum, non ut de causa fidei iudicaret:
sed valeret, inquit, nostris iussionibus ministrare de his, quae in Epheso à sancta Synodo
fuerint constituta, & nullum fieri tumultum permittere: Sed & si quem videritis conturba-
tionibus & tumultui studentem ad laesionem sanctae fidei, hunc custodiam mancipare. In qua
sententiam etiam ad Proclum Asiae proconsulem scripta eiusdem Imperatoris extat epistola.

Martianus.

Cap. 3.

Interfuit Chalcedonensi Martianus, sed à legatis Leonis Papae petitus, ut sui praesentia
praestaret Concilio, quod ipso absente, se ad Concilium non occursuros dicerent, sicut in
Breuiario suo testatur Liberatus. Quam autem ad rem interfuit? Narrat hoc ipse dicens:
Ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem, ut nunc per hanc sanctam Syno-
dum deposita nebula, quae nunc in his patris annis ex prauitate quorundam & aua-
ritia visa est exoriri, semper seruetur quae statuta sunt. Sexcentos triginta Episcopos sub-
scripsisse legimus, Martianum subscripsisse non legimus. In quinta, quae est Constantino-
politana secunda, nec Imperator, nec ab eo missus, qui quae interfuisse videtur, soli centum
sexaginta quinque Episcopi & sententias dixerunt, & subscriperunt.

Constantinus.
In Concilio iu-
dices de fidei
causa non iudi-
cam, & cur
interfuit.

In sexta, quae fuit Constantinopolitana tertia, & Imperator Constantinus interfuit,
& multi cum eo viri illustres, qui etiam gloriosissimi iudices vocantur, itidem ut in Chal-
cedonensi Synodo fuerant vocati. Sed nec Imperator, nec quisquam eorum, qui vocan-
tur iudices, hoc sibi arrogauit, ut de fidei causa iudicaret. Sicut autem in Chalcedonensi,
ita in hac sexta Synodo Constantinopolitana non aliam ob rem & Imperatorem & iu-
dices istos interfuisse liquet, quam ut ordine omnia agi procurarent, ne quid per vim aut
per tumultum fieret, ut libera cuique potestas dicendi daretur. Si quid per vim aut tu-
multum factum esset, de eo cognoscerent, ac de fontibus poenas debitas viderent. Atque
ad hanc, non ad aliam rem iudices constituti fuisse videtur, quod ex actis vtriusque Syno-
di, & quartae Chalcedonensis, & sextae Constantinopolitanae videret licet. Quid enim al-
liud sibi iudices, aut etiam Imperator ipse, quam legi preces, quae acta essent recitari, aucte-
tica monumenta proferri, ad obiecta responderi, si qui cupiebant audiri, eos intromitti
mandabant: vociferationes prohibebant, si qua vis illata, si quid per tumultum factum
esset, cognoscebant: vbi de fide agebatur, Synodo iudicium mittebant. Quod vel illa
verba indicant in actione prima Chalcedonensi, vbi iudices & Senatus dixerunt. Dicit
sancta Synodus, si canonicis epistolis sanctae memoriae Cyrilli consonat interloquutio
Eustathij reuerendi Episcopi. Et in octaua actione idem iudices. Omnis iam dubitatio
de Theodoro reuerendo est soluta, quippe & Nestorium coram nobis anathematiza-
uit, & à sanctissimo Leone susceptus est, & definitionem fidei suscepit, & epistola san-
ctissimi Leonis subscripsit. Deest igitur ut sententia à Deo amabilitate vestra proferatur,
ut Ecclesiam suam recipiat, sicut & sanctissimus Leo iudicauit. Qua sententia per Episco-
pos lata, dixerunt iudices, ut secundum decretum sancti Concilij (non suum aut Impera-
toris) Theodoretus Ecclesiam reciperet. Similiter & de Iba factum est, & de alijs non ul-
lis. Ad eundem modum in sexta quoque Synodo Imperator, & sanctum Concilium di-
xisset legitur. Discurrat Georgius codices, proueniat lectio, fiat lectio, alter liber relegatur.
Itidem & gloriosissimi iudices nunc huc, nunc illum intromitti iusserunt. Posteaquam ve-
ro ventum est ad sententiam contra Macarium ferendam, iam nec Imperator loquitur,
nec iudices, sed sola sancta Synodus, quemadmodum ex duodecima & sedecima actio-
ne videre licet. Sed & in actione decima octaua, posteaquam subscripsissent trecenti quinquaginta
Episcopi, in ipso sine subscripsisse legitur Imperator in haec verba: Et subscripsit pijs-
simum & Christo dilectum Constantinum imperatoris, legimus & cōsensimus. Ac mox: Constan-
tinus pijsissimus Imperator dixit: Edicat sanctum & vniuersale Concilium, si cum cōsensu
omnium Episcoporum promulgata est definitio, quae ad praesens celebrata est. Cuius sanctum
Concilium exclamasset: Omnes ita credimus, editum scribi fecit Imperator, ut quod fuit à
Concilio definitum, id omnes firmiter obseruaret. Ac primus fuit hic, qui subscripsisse Con-
cilij definitioni videtur, sed non iudicans, verum consentiens tantum: quod factum etiam à qui-
busdam in Concilio Araftico viris illustribus eadem forma legimus. Quamuis in octaua
Synodo generali cum postularetur à Basilio Imperatore, ut primus ipse subscriberet Con-
cilij

Aetio. 10.

Constantini im-
peratoris subscripsit.

Basilij Imper-
modestia.

cilij decretis, respondisse legitur. Tranquillissimum imperium nostrum sequutum praecedentes
& iustissimos Imperatores, Constantinum videlicet magnum, & Theodosium ac
Marianum, ac ceteros, vult subscribere post subscriptionem omnium Deo amabilium
Episcoporum: sed quoniam postulat praeferi nos sanctitas vestra, subscribam post sub-
scriptionem omnium sanctissimorum vicariorum: Edocti enim sumus à Christo vero
Deo nostro, habere exaltantem humilitatem.

Ex quibus verbis colligitur, subscripsisse quidem imperatores in alijs concilijs oecume-
nicis, verum in his actis, quae habemus, praeterquam in sexta & octaua Synodo nullius
Imperatoris subscriptionem reperire licuit. In Chalcedonensi vero concilio Episcopi sub-
scriperunt hac forma: Flavius episcopus Constantinopolitanus iudicans. Et alio quo-
dam loco, definiens subscripsit: Presbyteri vero simpliciter: Eusebius presbyter subscripsit.
Quae forma etiam in quinta Synodo inter Episcopos & presbyteros fuit obseruata, ut
Episcopi subscriberent, definiui & subscripsit: Presbyteri sequendo, definita subscripsit.
In septima Synodo, quae est secunda Nicæna, interfuerunt quidem duo Senatores, sed ini-
tio pauca loquuti, perpetuo postea tacuerunt: Episcopi, qui numero fuerunt trecenti quin-
quaginta, decreuerunt & subscriperunt, praeterea nemo. In octaua Synodo, quae fuit Con-
stantinopolitana quarta, interfuit quidem Basilius imperator & subscripsit, sed quam ab
eo fuerit alienus, ut aliquas in iudicando sibi partes de fidei negotio sumeret, ex his quae
superius scripta sunt, cognoscere licet. Primo loco subscriperunt legati, quos Adrianus
pontifex Romanus miserat, hac forma: Ego Donatus Dei gratia Episcopus sanctae Olli-
siae Ecclesiae, locum obtinens domini mei Adriani summi pontificis & vniuersalis Papae,
omnia quae superius leguntur, huic sanctae & vniuersali Synodo praesidens, atque ad vo-
luntatem eiusdem eximij praesulis promulgauit, & manu propria subscripsit. Qua forma
& collegae eius duo vsi sunt. Ignatius vero hac forma subscripsit: Ignatius misericordia
Dei Episcopus Constantinopoleos nouae Romae, sanctam hanc vniuersalem Synodum
suscipiens, & omnibus, quae ab ea iudicata & scripta sunt, concordans & definiens sub-
scripsit manu propria. Quam eandem formam in subscribendo sequuti sunt Ioseph vi-
ces agens Patriarchae Alexandrini, Thomas Antiocheni, Helias Hierosolymitani. Post
quos tandem subscriperunt Imperatores hac forma: Basilius, Constantinus & Leo per-
petui Augusti in Christo Deo fideles, Principes Romanorum: & magni Imperatores, san-
ctam hanc & vniuersalem Synodum suscipientes, & omnibus, quae ab ipsa definita &
scripta sunt, concordantes, subscribimus manu propria. Ex eo videre licet, quod Im-
peratores, vel quicunque alij non Episcopi, etiam in subscriptionibus suis diligenter ca-
uerunt, ne quid tanquam iudicantes in fidei aut quacunque tandem Ecclesiastica causa
fecisse viderentur.

Aetio. 10.

In Concilio quibusdam imperatorum subscrip-
tionem reperit.
Concilij Episco-
porum & pre-
sbyterorum sub-
scriptiones.

In Concilio Prin-
cipum Latocorum
subscriptiones.

Simul & illud notatu dignum est, quod in Oecumenicis Concilijs praesidebant Ro-
mani pontificis legati. Extat in bibliotheca Vaticana Vigilij libellus manuscriptus, nec
adhuc quod sciamus in lucem editus, in quo inserta est professio Mennae Patriarchae Co-
stantinopolitani. In ea quatuor synodis oecumenicis enumeratis sic loquitur Mennas,
In quibus iuxta repona sua praedecessores Sacerdotis vestre beatissimi papae senioris Romae
ipsis synodis praesederunt. In Chalcedonensi quoque synodo sic legitur. Paschasius & Lu-
ciferus Reuerendissimi Episcopi, & Bonifacius presbyter tenentes locum sedis Apostolicae, quia
misi apostolici semper in synodis prius loqui & confirmare soliti sunt, per Paschasium dix-
erunt. Et aliquanto superius: Paruitatem nostram pontifex huic sancto Concilio pro se
praesidere praecipit. Ideoque necessarium est hac, quae in medium proferuntur per nostram
interlocutionem disceptari.

Vigilius.
In Concilio ge-
neralibus ponti-
ficis Romani le-
gati praesidebant.
Aetio. 10.

Aetio. 3.

Vtque eo autem Imperatores catholici iudicium in causa fidei sibi non arrogarunt,
ut ne haeretici quidem id fecisse videantur. Hunericus Arrianus quamlibet sequus tyran-
nus, non ipse tamen iudicium de fide sibi sumpsit, sed Patriarcham Cyrillum iudicem
esse permisit. Theodorici itidem Arrianus ad iudicium Ecclesiasticum vocatus, in Syno-
dali arbitrio esse dixit, in tanto negotio sequenda praescribere, nec aliquid ad se praeter
reuerentiam de Ecclesiasticis negotijs pertinere. Quid autem? quod vix haereticorum
aliquem fecisse quisquam reperiet, id facturum quenuquam putamus, qui vel micam in se
Christiani peccatoris habeat, qui que catholicus & orthodoxus dici & esse velit? Nihil est
quod in praesens illis commemorandis longiores sumus, nostri etiam seculi principes non
minori praedictos religione videre licuit.

Haeretici principes persequarunt
iudicium in
causa fidei ser-
uere.
Vigilior. lib. 2. de
persecutione V-
da. in 4. Syno-
do Ro. sub Syno-
macho Papa.

Anni iam triginta & amplius intercesserunt, cum noua quaedam & peregrina dogma-
ta sparsit in vulgus Martinus Lutherus, qui princeps fuit & auctor sectarum, quibus mi-
serandum in modum Germaniam dissectam esse videmus: Quas quae cladēs, quae sint ca-
lamitates consequuntur, quis est qui sine lacrymis commemorare queat? Si Turcarum ipse
tyrannus

Lutherane ha-
resicos.

tyrannus cum quamlibet numero exercitu Germaniam peragrasset, maiore illam clade vix afficere potuisset. Hunc itaque Martinum Lutherum tot sectarum totque cladum auctorem, paternè monuerat inquit Leo pontifex, vt errores suos reuocaret, atque ad sanam aliquando mentem rediret: Sed cum nihil paternis adhortationibus suis proficisset, de Concilio patrum amplissimorum, & eorum qui doctrina sacrarum literarum præstant, Martinum hæreticum pronunciauit, ac misso ad vnum omnium Christianissimum Imperatorem, verèque catholicum Regem Carolum eius nominis quintum, qui feliciter adhuc imperat legato, postulauit ab eo, tanquam primario Ecclesiæ filio & aduocato, vt sententiam sedis Apostolicæ sequutus, pœnas contra eum decerneret, quibus hæretici condemnari consueverunt, iuxta morem à veteribus Christianis & orthodoxis imperatoribus obseruari solitum. Neque enim nouum hoc est, quod Episcoporum sententiam Imperatores & reges executioni mandare consueuerunt: Sic namque Constantinum, sic Valentinianum & Theodosium, sic Arcadium & Honorium & Martianum, & alios fecisse legimus. Et extat in Synodo quinta Constantinopolitana constitutio Iulianiani imperatoris contra Anthimum, Seuerum, Petrum, & Zoaram, in qua his verbis vtitur: Rem non insolitam imperio & nos facientes ad presentem venimus legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit, quosdam admodum Nestorium, Eutychem, Arrium, Macedonium, Eunomium & quosdam alios, ad iniquitatem non minores illis, roties imperium eiusdem sententiæ & ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit. Horum igitur exemplum sequutus Carolus quintus imperator, puri Dei verbi propugnator acerrimus, non grauatim se facturum ostendit, quod à primario Ecclesiæ filio & aduocato factum oportebat. Quoniam verò vehementer instabant nonnulli, vt prius hominem ad se vocaret, quam ad executionem decreti à sede Apostolica lati processisset: cum illis negare non potuisset, ne quis factum hoc illius fecis interpretari possit, in edicto suo, quod promulgari fecit, causam cur eum accersiri fecerit, his verbis adscripsit: Non vt nos, inquit, de hoc negotio iudicemus aut cognosceremus, cum id proculdubio ad Romanum pontificem & sedem apostolicam pertineat: neque vt res sacrosanctæ fidei nostræ nunc tandem post tot secula per nouas alterationes, cum magno fidelium scandalo & perturbatione, ac infidelium derisione, in contumeliam vocari pateremur: sed vt cum vulgi & plurimorum ita potentium satisfactioe, hominis animum percontantes, cum bonis monitionibus ac suasionibus ad rectam semitam, si fieri posset, reduceremus. Nunquid & hic obscure tulit, minimè suarum esse partium de fidei causa cognoscere? Quod clarius etiam ostendit postea, cum postulantibus id à se nonnullis, non velle se quicquam determinare, neque posse concludere de negotio religionis, respondit: sed apud pontificem Romanum pro officio suo diligenter se daturum operam de congregando Concilio generali: sicut in Augustinæ confessionis exordio legitur.

Decretorum ecclesiasticorum principes exequutores.

ad. 11.

Caroli 5. Imperatoris factum præclarum & laus.

Carolus 5. Imperator fidei & religionis causam & negotia cognoscere et iudicare non ad se sed ad Romanum pontificem & sedem Apostolicam pertinere dixit.

Sigismundi primi regis Pol. pietas & constantia. Sigismundi Augusti reg. Pol. pietas.

Mat. 20. De fidei & religionis causis cognoscere & iudicare non ad se, sed ad episcopos pertinere dicuntur reges.

Basilicus Imperator acceptus ab Episcopis. Euag. li. 3. c. 4. Lib. cap. 16. inuentus.

Sed iam ad reges nostros veniamus, qui, ex qua Carolus imperator paternum, ex eadem clarissima Austria familia maternum suum genus ducunt. Et sanctus ille rex Sigismundus, eius nominis primus, qui ante annos non ita multos in Christo obdormiuit, cum alijs heroicis virtutibus multis clarus, cum in tuenda fide catholica constantia quadam & animi robore singulari præditus: & qui libenter vestigijs eius incedit serenissimus filius hic eius, eiusdem nominis secundus, quem vtinam paterna felicitate paternos annos assequutum, regni huius gubernacula longissimo tempore tenentem videamus, nunquid non & ipsi non eodem animo, eadem sententia, eademque religione fuerunt? Postularunt ab utroque nonnulli (quibus rectè dici potuit, nescitis quid petatis) vt purum Euangelium in regno suo prædicari permitterent: Respondit diuus pater: sui non esse muneris de puritate verbi cognoscere, ad Episcoporum id officium pertinere, quorum quidem hac de re iudicio se etiam ipsum libenter maiestas eius submitteret, eorumque iurisdictionem saluam in omnibus esse velle. Respondit itidem propè verbis serenissimus filius eius. Neque dubitandum est, quin quotquot sunt catholici reges & principes, si quis eis iudicium de causis fidei delatum vellet, idem omnes vno sint ore responsuri. Quod si maximè secus aliquis fecisse reperiretur, nec allegandus tamen est error, nec defendendus, & verum est quod proterbio dicitur: vna hirundo non facit ver.

Aufus est & re & nomine Basilicus Imperator circulares dare literas, quibus Chalcedonense Conciliū, & Leonis libellum per anathema damnare: Quod tamen ipsum fecit episcoporum suorum sententiam sequutus, qui circularibus eiusmodi literis etiam subscripserunt, vt magis exequutoris, quam iudicis officio functus videri queat. Sed has tamen ipsas circulares literas non ita multo post a boleti, & eis contrarias scribi iussit, sicut apud Euagriū, Liberatū, Nicephorū scriptū reperimus. Aufus fuit & Leo Imperator imagines demoliri

demoliri, & sanctorum venerationi derogare, sed aduersus eum in hæc verba scripsit Ioannes Damascenus: Non approbo Imperatorem, qui rapta & inuicta tyrannide inuadit sacerdotij dignitatem. Non Imperatores potestatem acceperunt ligandi atque soluedi. Ac paucis interiectis: Non consentio vt Ecclesia pacificatur se exequutoriam imperialis edicti formulam: imò vt mordicus tueatur traditiones à patribus acceptas, siue scripto proditas, siue citra scripturam vsu Ecclesiæ comprobatas. Magis autem placidè simul & festinè Eulogie presbyter, quem cum Barthes Valentis Imperatoris præfectus hortaretur, vt in doctrina fidei se cum Imperatore coniungeret. Nunquid, ait, vnà cum Imperio etià ille Pontificatus est cōsequutus? Nam & Pastorem habemus, & nutus illius sequimur.

Sed & ante hos Constantius Imperator in Ariariorum gratiam plus in catholicis episcopos, quam ei competere sibi iuris vendicabat. Ad quem scribens Osius episcopus Cordubensis hortatus est eum, vt ne suos comites ad synodos mitteret: Quid enim tale, inquit, à Constante actum est? Aut quis ibi Episcopus relegatus? aut quando iudicij ecclesiastici interfuit? aut quis ipsius palatinus vim adhibuit, vt contra aliquem subscriptione fieret? Desine quæso, & memineris te mortalem esse, reformida diem iudicij: serua te in illam diem purum, ne te misceas ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea à nobis disce. Tibi Deus imperium commisit, nobis, quæ sunt ecclesiæ, concredidit. Et quemadmodum qui tuum imperium oculis malignis carpit, contradicenti ordinationi diuinæ, ita & tu caue, ne quæ sunt ecclesiæ ad te trahens, magno crimini suas obnoxius. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere: neque tu thymamatum & sacrorum potestatem habes Imperator. Hæc illius epistola verba in sua quadam ad solitariam vitam agentes epistola inserit Athanasius: qui nonnullis interiectis: Istud est, inquit, iudicium episcoporum. Quid cum eo commune habet Imperator? Sin contra, ista minis Cæsaris constantur, quid opus est hominibus titulo Episcopis? Quando à condito æuo auditum est? quâdo iudicium ecclesiæ ab Imperatore auctoritatem suam accepit? aut quando vnquam hoc pro iudicio agnatum est? Plurimæ ante hæc synodi fuerunt, multa iudicia ecclesiæ habita sunt, sed neque patres istiusmodi res principi persuadere conati sunt: nec princeps in rebus ecclesiasticis curiosum se præbuit. Paulus Apostolus habebat amicos in Cæsaris familia, & per eos in literis salutabat Philippenses, non ramen eos in iudicio socios assumptis. Nunc autem nouum quoddam ab Ariana hæresi spectaculum editur: conueniunt in vnum hæretici, & imperator Constantius, vt illi quidem sub prætextu Episcoporum sua potestate aduersus eos, quos velit vtatur, & tamen in persecutione mouenda persecutor non appelleretur, illi verò succincti principis potestate insidias faciunt, quibus volunt.

Niceph. li. 16. c. 3. eccl. hist. Episcopi iudicant de principibus in causis ecclesiasticis. Theodor. li. 7. ca. 8. eccl. hist. Theod. l. 4. c. 18. eccl.

Offij Episcopi adhoratio ad Constantium. Imperator Constantius, ne fidei & religionis causis se immisceas hortatur.

Athana.

Valentinianus audacia.

Epist. 22. Imperator Valentinianus, se ecclesiasticis rebus immiscens ab Ambrosio. vult de reprehenditur. Theodosij rescriptum de iudicio in fide.

Post quem Valentinianus Imperator iunior, Iustine matris impulsu, cum puer adhuc esset propemodum, sibi de fide iudicium usurpare conatus est. Ceterum his ad eum verbis Ambrosium scripsisse legimus: Dalmatius metribunus & notarius mandato, vt allegauit, clementiæ conuenit tuæ, postulans vt ipse iudices legerem, sicut legisset Auxentius, nec tamen expressit eorum nomina, qui fuerant postulati, sed id addidit, quod in cōsilio esset futura contentio, arbitrio pietatis iudicio tuæ. Cui rei respondeo, vt arbitror, contempserit, nec quisquam contumacem iudicare me debet, cum hoc asseram, quod atigusta memoriæ pater tuus, non solum sermone respondit, sed etiam legibus sanxit suis. In causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis (hæc enim verba rescripti sunt) hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam si aliàs quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hæc voluit ad episcopale iudicium pertinere. Quis igitur contumaciter respondit clementiæ tuæ? ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem? nisi forte vilis quibusdam tanti imperatoris existimatur sententia, cuius & fides, cōfessionis constantia probata est, & sapientia, melioratæ reipublicæ profectibus prædicatur. Quando audisti clementissime imperator, in causa fidei laicos de Episcopo iudicasse? Ita ego quadam adulatione curabimur, vt sacerdotalis iuris simus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipse alijs putem esse credendum? Si docendus est Episcopus à laico, quid sequitur? Laicos ergo dispuret, & Episcopus audiatur? Episcopus dicatur à laico? At certe si vel scripturarum seriè diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est, qui abnuat, in causa fidei, in causa, inquam, fidei, Episcopos solere de imperatori Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Eris Deo fauente etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc confesbis, qualis ille Episcopus sit, qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus, Deo fauente, vir maturioris cui dicebat, non est meum iudicare inter Episcopos, tua nunc dicit clementia, ego debeo iudicare. Neque verò scri-

Episcopi de imperatoribus & laicis in causa fidei iudicant, non laici de Episcopis.

Epist. 33.

Id. att. 22.

Varemundus
valde confusa-
tur.
Episcopi nomi-
ne indignus qui
laicis sacerdoti-
le ius subternit.
Ambrosij Elo-
gia.

Ruff. li. 2. ca. 15.
eccle. hist.
An. li. 5. cap. 64.
13.

Basil. ep. 55.
Aug. de nup. et
concup. lib. 1.
cap. 35.
Id. de curapro
mortuis. ca. 17.

Amb. epist. 34.
Theod. l. 5. ca. 18.
ecc. hist.

Lib. 1.
Theod. pietas et
patientia.
Et in Ambrosij
amor.

Episcopi pro ec-
cle. iuribus re-
bosi referuntur.

psit hęc modo, verum & dixit Ambrosius, quemadmodum ad sororem scribens ipse narrat: Noli te grauari, inquit, Imperator, vt putes te in ea, quę diuina sunt, imperiale ali- quod ius habere, noli te extollere. Esto Deo subditus: Scriptum est: Quę Dei, Deo, quę Cęsaris, Cęsari. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesię: Publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. Atque hæc quidem contra Valentianum Ambrosius. Qui cum Aquileiesi Cōcilio interfuisset, in quo quidam Arrii sectator Palladius, iridem vt nostri temporis heretici, iudicium Episcoporum fugiebat, ac alios quosdam ex vtraque parte auditores venire volebat. Quos quæratis auditores? inquit Am brosius: Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de sacerdotibus. Ac paulo post: Etsi in multis impietatibus deprehensus sit Palladius, erubescimus tamen, vt videatur qui sacerdotium sibi vindicat à laicis esse damnatus, qui & in hoc ipso damnandus est, quod laicorum expectat sententiam, cum magis de laicis sacerdotes debeant iudicare.

Audin'tu Varemunde quid dicat Ambrosius? In causa fidei negat laicos vnquam de Episcopo iudicasse: in causa fidei Episcopos de Imperatoribus, non Imperatorum de Epif copis iudicare dicit solere: nec esse dignum censet, Episcopos nomine, qui laicis ius sacer- dotale subternit: Palladium autem vel hoc ipso nomine damnandum iudicat, quòd lai- corum expectat sententiam, cum magis de laicis sacerdotes debeant iudicare. Quod si tyrannicum esse putas affirmare, ad iudicium de rebus religionis solos Episcopos in con- cilium admittendos, nonne tyrannum apertè vocas Ambrosium, cuius hæc est sententia? qui mortem prius appetere, quàm laicis ius sacerdotale subternere fuit paratus: At quē tu virum in simulare tanti criminis audes? eum cuius iam inde à mille ducētis annis sem- per in Ecclesia Dei sacrosancta fuit apud omnes memoria: quem Ruffinus ecclesię mu- rum & turrim validissimam: quem Augustinus ab illo baptizatus, in optimis notum esse scribit orbi terrę, & pium Dei cultorem appellat: quem epistola quadã Basilium cele- brat: Cui Pelagius quoque quamuis hereticus hoc elogium tribuit, quod in eius præci- pue libris Romana fides eluceat, qui scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus e- nituerit: cuius fidem & purissimum in scripturis sensum, ne inimicus quidem ausus sit reprehendere: quem denique tanta fuisse vitę sanctimonia narrat Augullinus, vt eum vi- uum adhuc etiam dæmones confiterentur, atque vt sibi parceret, obsecrarent. Hunc tu ta- lem virum, cui non catholici modò, verum etiam veritatis hostes heretici, quin & dæmo- nes ipsi, fidei, doctrinę, sanctimonia, tam illustre testimonium tribuerunt, vocare tyran- num, & hanc ei tam turpem notam inurere audebis? Sed non est tyrannus Varemunde, qui ius suum tuetur: sed Episcopi nomine dignus non est, qui laicis ius sacerdotale sub- sternit. Quin tu potius Varemunde glariatōrio quodam animo viam ad tyrannidē af- sectare videris, qui pastores loco submoues, qui per vim Episcopos iure suo spoliare, & in ordinem cogere, qui quę propria est eorum iurisdicō, eam laicis mandare conten- dis. Fecit quidem hoc Valentianus quondam Imperator, vt virum hunc sanctissimum, episcopale suum ius pro eo vt debuit viriliter tuentem, tyrannum & plusquam tyran- num appellaret, sed fecit puer, fecit à matre deceptus, & eum facti non ita multò post pœ- nituit: informatus quę fide ac institutis catholici principis Theodosij, tanto in Ambrosiū affectu post incubuit, vt quem antea persequeretur, eum diligeret: quem antè vt aduer- sariū repellebat, eum vt parentem putaret. Quinetiam eum iudicium à se peteretur, ijs eū verbis respondisse scribit Opratus: Peritis à me in seculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem. Pientissimus autem imperator Theodosius, quamuis propter patri- tam eadem ecclesię primum ingressu per Ambrosium prohibitus, deinde iam reconcilia- tus, cancellos egredi iussus esset, intra quos mysteria peragebatur, quod Imperatores pur- pura faceret, sacerdotes non faceret, non modò tyrannidis ei probum non obiecit, ve- rum etiam hac ipsa de causa præ ceteris eum episcopi nomine dignum esse iudicauit, ne- que se nosse quoniam affirmavit, qui sciret Episcopum agere, præter vnum Ambrosiū.

Da Christe tales tyrannos Ecclesia tuę multos, qualis vel Ambrosius hic fuit, vel ante eū Babilas à Chrysothomo celebratus, vel posterioribus seculis Thomas Cantuariensis Ar-chiepiscopus in Anglia, Stanislaus Cracouiensis Episcopus in Polonia. Tales, quos tu ty- rannos, Christus autem bonos pastores vocat, si nunc haberet multos Ecclesia, qui, laicis ius sacerdotale non substernerent, qui ascenderent ex aduerso, qui murum se pro domo Israël opponerent, ac starent in prælio in die domini, parati semper animas ponere pro- quibus suis, neque tibi viam ad tyrannidē affectare liceret, neque tot lupi grassarentur in ouili Christi, neq; tam diu tam sœdē scissam incōsultilem Christi tunicam videremus. Quid autem dicis Varemunde? si quod tu tyrannicum esse vis, id iustum & legitimum esse iudicauerit etiam hi, quorum te partis esse non obscure fers: qui confessionis Augu- stanę, quàm Christianę censerunt maluit? Tanta est vis veritatis, vt etiam per hostium ve-

ritatis

ritatis iugula nonnunquam erumpat. Nunquid non hæc verba sunt vestre confessionis Augustanę? Secundum Euangelium, seu, vt loquuntur, de iure diuino, nulla iurisdicō competit Episcopis, hoc est, his, quibus est commissum ministerium verbi & sacramen- torum, nisi remittere peccata: item cognoscere doctrinam, & doctrinam dissentientem ab Euangelio reiicere, & impios, quorum nota est impietas, excludere à communione Ec- clesię. Audin'tu Varemunde, quid illi ipsi confiteantur, quorum tu partis es? Cognosce- re doctrinam, & doctrinam ab Euangelio dissentientem reiicere, nulla circūuione vsi, di- fertis verbis iurisdicōnis Episcoporum esse dicunt, atque hac in parte cum catholicis consentiunt. Cur igitur tu, quod in eadem illa confessione, quam es amplexus, prohibe- tur, commisses potestates, ecclesiasticam & ciuilem? cur laicos irrumpere iubes in alienū officium?

Sed in te vel meridiana luce clariore confirmanda, quam etiam ipsi concedere cogun- tur aduersarij, longiores esse nolumus, cum præsertim instituti nostri non fuerit hoc lo- co de iurisdicōne Episcoporum disserere: sed illud modò propositum habuimus, quæ sit Ecclesia catholica, demonstrare: quo nomine non pars, neque enim sunt partes in Ec- clesia, verum totum quiddam significatur. Docet hoc Augustinus, explicans illud ex Psal- mo: Iubilate Deo omnis terra. Nemo, inquit, in parte iubilet, in parte iubilare, catholi- ca iubilet. Catholica totum tenet, quicūq; partem tenet, à toto præcisus est, vltulare vult, non iubilare. Non sunt ergo partes in Ecclesia, quæ totum tenet, in qua id ipsum dicunt omnes, vt rectè de ea propheta scripserit: Hierusalem quæ edificatur vt ciuitas, cuius par- ticipatio in id ipsum. Odo suum est partis nomen. Siquidem de parte dici volunt, ait Au- gustinus, qui in vnitatem non sunt, de altera parte sunt, & de ipsa parte ascendunt, id est, extolluntur, & volunt tollere oues. Et alio loco: Vx illis, qui oderunt vnitatem Ecclesię, partes sibi faciunt in hominibus. Et iterum: Omnes heretici in paucis & in parte sunt. Et ad Seuerinum scriberis. Catholica gręcè appellatur, quòd per totum orbem terrarū diffunditur, hanc ignotare nulli licet, idèò secundum verbum domini nostri Iesu Christi abscondi non potest. Pars autè Donati in solis Aphris calumniatur orbi terrarum. Et de baptismo contra Donatistas: Induentes lupos suos polibus ouium, dicunt, Ecce hic est Christus, ecce illic, & ab vniuersitate ciuitatis super montem constitutę, ad particulas in- fidiarum suarum multos separant, & iugulatos absumunt. Apud eos itaque partes sunt, qui se prædicant à catholica, de quibus dicit Iudas, quod segregauerunt semetipsos. Quomodo autem segregauerunt? Segregauerunt se suo quodam singulari iudicio, sua quadam solitaria opinione. Nam cum idem antea sensissent quod nos, ac quod vniuersa sentit, ac semper sentit Ecclesia, ab eo postea recesserunt, atque ita singulares quosdam suos intellectus, solitarias suas opiniones sequuti, in varias partes dissecti sunt. Sic à Cy- priano dicitur pars Nouati: & in octaua synodo Oecumenica pars Photij: ab Augusti- no pars Maximiniani, pars Primiani, pars Donati sexcentis in locis. Et ferè videre licet Augustinum catholicam, suæ orbem terrarum, aut totum, Donati partem opponere. Sic ad Honoratum scribens: Ecclesia catholica, inquit, est etiam in Aphrica, quia per omnes ter- ras eam Deus esse voluit, & prædixit: pars autem vestra, quę Donati dicitur, non est in o-

Confess. Augu-
stana concedit
iudicium episc-
pis in causa fi-
dei.

Partes non esse
in Ecclesia sed
apud hereticos.

Psal. 65.

Psal. 121.
Aug. de verbis
domini sermo.
49.

Idem tract. 11.
in 10am.
In Psalm. 31.
Epist. 170.

Matt. 5.

Lib. 1. cap. 4.

Heretici quom-
modo segregant
semetipsos.

Cypri. li. 1. epist. 3.
An. epist. 162.

Epist. 104.

In appendice ec-
clesiasticarum.
Epist. 8.
Psalm. 66.
Psalm. 56.

In Breuicula
collationum pri-
mi diet. cap. 3.
Cap. 12.

Psalm. 54.
Psalm. 54.

In Psalm. 56.
lunt

Bern. ser. 66. in
Cant.

de, sed cogitatione discreta. Neq; dicam de ijs, quibus aucto suo ante quadringētos annos idem accidisse scribit Bernardus. Patrum aut certe aucto nostro memoria secta quadam in Boemia & Moravia nata est eorum, qui vtramque speciem eucharistiae necessarid sumi à Christianis omnibus debere contenderent. Nunquid ea sola fuit? minime gentium. Simul vt ab ecclesiae consensu semel discessum est, ita variet sunt & multa ex vna hac hereses propagatae, vt, quod omnibus in confesso est, qui per eas prouincias intra faciūt, intra vnus oppidi moenia sex aut septē etiā sectas reperire liceat, rarāq; dom^o est, in qua nō aliud maritus, aliud vxor, aliud liberi, aliud credat familia. Sic fit, vbi ab vno, vbi à verō, vbi ab vnus sanctae catholicae ecclesiae cōsensu disceditur: Veritas em̄ haud quaquā esse multiplex potest: sed vt spiritus diuinus vnicus est, ita verū, quod illo docete cognoscitur, nō nisi vnū est. Atq; ea demū vera doctrina est, et hoc veros doctores arguit, quoadmodum a maioribus traditū esse refert Athanasius, vt eadē inter sese profiteantur, neque diuersa sentiant, vel inter ipsos, vel à suis maioribus disidentes. Etenim qui in hunc modum affecti non sunt, improbi potius quā veri doctores dicendi sunt. Quāobrem euenit eiusmodi, quod viatoribus vsu venire solet: si quādo à recto itinere aberrant: Vt enim illi alias ex alijs semitas ingredientēs vagantur & errant, nullum peritum regionum ducem sequuti, sic isti duce carentes Ecclesia, quam reliquerunt, cum de recte fidei religionisque curriculo desierint, alia ex alijs impietatis diuerticula sunt ingressi, capitibusque dissecti, cauda verō colligati, in sola vnus sanctae catholicae Ecclesiae sententia oppugnanda sunt concordēs, haud aliter, quā olim Herodes & Pilatus inter se paulō antē disidentes, in domini passione fuerunt amicitia federati. Huius rei figuram fuisse putat Augustinus, quod Sampson vulpium caudas colligasse legitur: Vulpes enim insidiosos maximē haereticos significant, dolosos, fraudulentos, cauernosos anfractibus lateres & decipientes, de quibus etiam in Canticis dicitur: Capite nobis vulpeculas exterminantes vineas. De ijs intelligi vult Rupertus, quod in Apocalypsi scriptum est: Commandauerunt linguas suas. Quomodo, inquit, commandauerunt? nimirum contra semetipsos sentiendo. Nam contra catholicam quidem Ecclesiam pari & quasi concordi malignitatis spiritu depugnant, sed contra semetipsos discorditer configendo, haereses multifidas fecerunt, & ita suas quisque partes defendendo, contendendo atque rixando, linguas suas commandant.

Quod aliter vnitas retineri non potest, quā si vnus aliquis praesit Ecclesiae, cui pareant omnes.

CAPVT XXVI.

QVam autem causam esse dicemus, quod cum perpetuo sibi cōstet Ecclesia, sitque admirabilis quaedam in ea fidei dogmatum consensio, qui semel ab ea desiererunt, tanta est eorum inter se distractio, & opinionum varietas? Quam aliam? nisi quod qui permanent in Ecclesia, fas eis non est, vt ambulēt in flati sensu carnis suae, vt suos aliquos intellectus adferant singulares, quos mordicus postea teneant & defendant: sed cum sint vnus corporis mēbra, cuius caput Christus est, necesse est, vt caput suum teneant, atque in illius obsequium intellectum suum captiuent.

Porro qui caput est Ecclesiae Christus, ad patrem suum coelestem ex hoc mundo migraturus, atque ita facturus, vt genus humanum corporali sua praesentia destitueret, cum sub sua tempus passionis orasset patrem, vt eos, quos dederat sibi, seruaret, vt essent vnū sicut ipse cum patre vnus est, quod facilius vnitas hac sempiternis temporibus retineri posset, ascensus ad patrem, vni curam Ecclesiae suae mandauit, vni Petro pascendas oues suas commisit, vnus illum principem designauit multis argumentis: vt ipse quidem in caelis auctor esset vnitatis perpetuae, Petrus autem, & quisquis ei successisset, eiusdem retinendae dux & princeps in terris haberetur.

Vnitas itaque conlituenda principium Christus, & retinendae per eundem Christum Petrus, & eius successor statuitur. Hoc vnuerſa credit antiquitas: Hoc sacrosanctum Nicenum Concilium confessum esse legimus: Hoc modo non adita voce clamat ipsa natura, quod non potest aliter ordo consistere, non potest aliter vnitas in ecclesia retineri, quā si praesit vnus. Hoc in apibus, hoc in gruibus, hoc in alijs etiam plebiscis que brutis animalibus videre licet. Habent caput vnus, ducem vnus, quem sequuntur: Sic in arboribus videmus multos ramulos ad vrgā, multas virgas ad ramū, multos ramos ad stipitem, multos stipites ad radicem vnā insigi, vt omnia socia fiant, & succum, qui est in radice, participēt: sicut à Paulo dicitur: Socius radice & pinguedinis factus es. Quod si in naturis rerū, multo magis idē fieri necesse est in humana societate, quā nisi ab vno aliquo gubernetur, stare nō pōt. Propterea dicit domin⁹ per prophetā: Susci-

tabo

tabo super eos pastorem vnus. Et rurſus: Pastor erit vnus oves eorum. Et in Euan-
gelio: Erat vnus pastor & vnus ouile. Quem vnus & solus hōmīnū, pastorem libenter
Christum agnosimus, libenter eum esse caput, & fundamentum ecclesiae profitemur.
Quin & illud non obſcure ferimus, nos credere, quod solus ille sufficiat ad Ecclesiam suā
regendam, gubernandam, & in vnitate conseruandam. Caeterum sicut ipse est, qui sacra-
menta perficit omnia, ipse est, qui baptizat, ipse est, qui peccata dimittit, ipse est, verus sa-
cerdos, qui cum semetipsum semel obtulerit in ara crucis, sua virtute corpus suū & san-
guinem ex eo, quod panis erat & vinum consistit, vt iterum offeratur non in mortem, sed
in mortis recordationem, & tamen quia cum suis fidelibus non erat in corpore permā-
surus, ministros elegit, quibus in sacramentis administrandis vteretur. Sic ipse caput, ip-
se gubernator est ecclesiae suae, ipse ordinem in ea simul & vnitatem conseruat.

Quoniam verō praesentiam sui corporalem & visibilem Ecclesiae subtrahere erat, &
vnus vnus ministerio voluit, per quem vnitas haec recineretur, cui praeteris oues loco sui
pascendas commisit, ac à seipso petrum cognomen tribuit. Nam cum petram esse Chri-
stum dicit Apostolus, cum Petro in consortium indiuiduae vnitatis assumptus, nomen
hoc communicare dignatus est. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram aedificabo Ec-
clesiam meam: Quibus verbis cum vno ore à sanctis Patribus tam Graecis quā Latini-
nis Ecclesia super Petrum aedificata dicitur, statum abest, vt quicquam ea re Christi glo-
riae detractum existimari possit, magis vt etiā illustrata videatur. Neque enim qui-
quam est, qui ea inficias: quin illud vnuerſa praedicat Ecclesia: Christum esse petram il-
lam inuolabilem, esse lapidem illum angularem, qui fecit vtraque vnus, esse fundamen-
tum, praeter quod nemo potest aliud ponere. Sed cum verum sit illud, quod à diuo Dio-
nysio scriptum est: Bonum esse sui ipsius maximē diffusuū & communicatiuum, quid
magis facere potuit ad gloriam illustrandam, ad ineredibilem sui bonitatem totj mūdo
manifestandā, quā si quod ipsi potestate proprium est, id participatiue quadā esse si-
bi cum homine commune voluisse diceretur? Nunquid non solus ipse est lux inaccessi-
bilis, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? & tamen Apo-
stolis dixisse legitur: Vos estis lux mundi. Nunquid non ipse solus bonus est, nam nemo
bonus nisi Deus: Sunt & haec tamen illius verba: Bonus homo de thesauro cordis sui
proferet bona. Nunquid non solus ipse peccata remittit, & nam hoc non est nisi Dei pro-
prium: eandem tamen potestatem sacerdotibus quoque concessit, dicens: Quorum remi-
seritis peccata, remittentur eis. Sed quid opus est haec enumerando recensere? Potestne
quicquam esse gloriosius, quā & dici, & esse Dei filium? Hanc quoque gloriam, adeo
non inuidit mortaliū generi summa illa bonitas, vt quod solus ipse natura est, nos quo-
que per adoptionis gratiam Dei patris filios, & haeredes, fratres autem suos & cohæredes
esse vellet. Et non intelligit spiritus isti fanatici, iusto Dei iudicio in reprobū, sanctum
dati, se esse potius, qui Christi gloriam obſcurent, dum de illius bonitate detrahunt, qua
ille tanta est, vt cum semetipsum tradiderit, cum sanguinem suum pro nobis fuderit, veri-
simile non sit, esse quicquam, quod communicare nobiscum paratus non sit: cum praeser-
tim ista causa fuerit, quā obrem Dei filius hominis filius fieri dignatus est, vt hominū
filij Dei filij esse liceret. Adducens hunc euangelij locum Basilius de penitentia: Et
iam si petra est, inquit, non vt Christus petra est, sed vt Petrus petra. Christus enim reue-
ra petra est immobilis & inconcussa, Petrus verō propter hanc petram. Largitur enim
Deus suas dignitates, non euacuans se, sed habens dat. Lux est, vos estis, inquit, lux mūdi:
Sacerdos est, sacerdotes facit. Ouis est, ecce, inquit, mitto vos tanquam oues in medio lup-
porum. Petra est, petram facit, & quae propria sunt illius largitur feruis. Hoc signum est
aliquem esse diuitem, habere & largiri. At nostri diuites quando largiuntur, immittunt
aliquid ex ijs, quae habent, non enim verē sunt diuites, aliena sunt, quae possidemus: hic
verō sic diues, vt quantumcumque largiatur, nihilominus eque diues maneat, tanquam
fons quidam perennis, quantumcumque ex eo hauseris, fluxus non imminuitur. Cui
non dissimilia scribit, qui libenter eum imitatur, Ambrosius. Et aequalis eius Paulinus.
Enim raris multis nominibus, quae nobiscum Christus communicauit, in rerū que recen-
set etiam hoc ipsum petra nomen, cuius gratiam discipulo suo non negauit. Sed quid
miramur, inquit, eius famulis suis indulisse sua nomina, quibus & patrem suum partici-
pat & regnum? Dedit enim potestatem excipientibus se filios Dei fieri, & quantum in ip-
so est omnibus dixit hominibus, Dij estis & filij excelsi omnes.

Cōtinet itaq; virtute sua molē Ecclesiae Christus, ac inuisibiliter eā gubernat: sed quē-
admodū in Sacramentis cū ipse solus inuisibiliter operetur omnia, ministerio tamē vti-
tur visibili sacerdotum: sic visibilē in terris elegit ministrum, per quem Ecclesie molem
hanc sustineret, per quem gregem suum visibilē inuisibilis ipse gubernaret. Est igitur pe-

Veritatem do-
ctriinae probat cō-
sensus docentium.
Li. de decretis
Nicene synodi
cont. Eusebium.

Haereticis in qui-
bus conueniunt.

Ioan. 19.
Vulpes haereti-
significat &
in psal. 80 &
61.

Chryso. in psal.
96.

Hiero. in 13. ca.
Execliel.

Bern. in Cant. ho-
mil. 65.

Cant. 2.
Rupertus lib. 9.
in Apocal.

Colof. 2.

2. Cor. 10.

Vnitas eccle-
siasticae causae.
Ioan. 18.

Ioan. 21.

Vnitas ecclesie
etiam naturalis
bus rationibus
ostenditur.
Vnitas retineri
non potest nisi
per vnus.

Rom. 11.

Execl. 34.

Execl. 37.
Ioan. 10.
Vnus pastor
Christus.

Vnus pastor
Christi deceret
tū vnus in ter-
ra vicarius pa-
stor constitu-
tur.

Ioan. 21.

1. Cor. 10.

Math. 16.

Ecclesia super
Petrum aedi-
ficata.

Ephes. 2.

1. Cor. 3.

De diuinis no-
minibus cap. 4.
Christus sic na-
turalis bona di-
gnitatis habet: ius
nobis communi-
cat.

Ioan. 8.

Math. 6.

Math. 19.

Luc. 7.

Ioan. 20.

Rom. 8.

Basilius.

Diuitis signum.

Ambr. in Luca
cap. 9.
Epi. 4. ad
Sacerdotes.
Ioan. 1.
Psal. 81.

Petra est Chri-
stus, & fides de
Christo & Pe-
trus ipse.

ita Christus, est petra fides de Christo, quam confessus est Petrus: est petra Petrus ipse confitens Christum. Hec adeo sibi non aduersantur, vt nisi credas Ecclesiam super Petrum consistentem Christum edificatam esse, nihil credas, nec vbi sit Ecclesia scire queas. Nam si petram nolis nisi Christum ipsam intelligere, quod futurum Christus predixit, dicit Lutherus: Ecce hic est Christus: dicit Zuinglius, siue Caluinus, ecce hic est: Anabaptistæ contra, aptid neutrum esse dicent, sed sibi solis eum veridicabunt: idem Adamæ facient, idem Iconomachi. Quid ergo aliud, quam commenticia erit Ecclesia, cuius nec fundamentum, nec edificium agnosci poterit? Si verò petram interpreteris fidem, quam confessus est Petrus, idem illud eueniet. Nam & hanc isti certatim ad se rapient, sibiq; singulari certatim vsurpabunt.

Quamobrem si talem esse volumus Ecclesiam, quæ videri & agnosci possit, necesse est, vt visibilem esse petram statuamus, super quam illa sit visibilis edificata, vt petra nomine, Petrum Petrique successorem consistentem Christum intelligi velimus. Hoc est, quod dicit Hieronymus: Super Petrum fundatur Ecclesia; licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni celorum accipiant, vt ex aquo super eos Ecclesiæ fortitudo solideretur, tamè propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite cõstituto, schismatis tollatur occasio. Quod ante illum scriptum erat etiam à Cypriano. Hoc erant vti que ceteri, inquit, Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi honoris & potestatis, sed exordium ab vnitatem proficiscitur, vt Ecclesia vna monstraretur. Sed & ante hunc Anacletus, qui vixit Apostolorum temporibus: Licet omnes, inquit, pares essent Apostoli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipsi inter se id ipsum voluerunt, vt reliquis omnibus præfesset Apostolis, & Cephas, id est, caput & principium teneret Apostolorum.

Quoniam itaque vna est Ecclesia, super vnum, qui claves eius accepit voce domini fundata est, per quem fit, vt Episcopatus etiam vnus sit multorum Episcoporum concordia numerositate diffusus: sicut ad Iubaianum, & ad Antonianum scribens Testatur Cyprianus. Ambrosius explicans illum Pauli locum: vt scias quemadmodum te oporteat in Dei domo conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Cum totus, inquit, mundus Dei sit ecclesia, tamen domus eius dicitur, cuius hodie rector est Damasus. Et eum secutus Augustinus. Contra sedentem, inquit, in cathedra, cui tutus orbis Christianus in transmarinis & lōge remotis terris, & in ipsis Aphricanis grauioribus, & aduersus eiusmodi fallacias robustioribus communicaret ecclesijs, episcopum alterum ordinauerunt. Hieronymus quoque salutem ecclesiæ dicit à summi sacerdotis dignitate pendere, cui si non exors quædam, & ab omnibus eminentes demur potestas, tot in ecclesijs efficiunt schismata, quot sacerdotes. Neque enim aliunde schismata & hæreses obortæ sunt, quam inde, quod sacerdos Dei non obtemperatur, dum Episcopus, qui vnus est, & ecclesijs præest, superba quosundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur: quemadmodum ad Florentium Pupianum, & ad Cornelium scribens testatur sanctus ille martyr Cyprianus. Vnum itaque toti præesse ecclesijs vsque eo necessarium est, vt absque hoc ecclesia vna esse non possit. Vnus autem hic Petri Apostoli successor sit oportet: atque inde est, quod ecclesia nostra, quemadmodum vna, ita etiam Apostolica dicitur.

Quarta ecclesia nota, quod sit Apostolica.

CAPVT XXVII.

ET hæc quarta iam est Ecclesiæ nota. Cum autem vocamus eam Apostolicam, non excludimus Patriarchas & Prophetas. Neque enim ab Apostolis, quemadmodum antea dictum est, verum ab ipso Adam, siue filio eius Abel exordium sumpsit Ecclesia, quæ edificata est super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Nam quod Apostoli factum esse prædicauerunt, id Prophetæ futurum prædixerunt. Quæ de re sic aliquando scripsit Origenes: Non ex aduentu Saluatoris in carne sponfam dici, aut Ecclesiam putes, sed ab initio humani generis, & ab ipsa constitutione mundi. Ac paucis interiectis: prima fundamenta congregationis Ecclesiæ statim ab initio sunt posita, vnde & Apostolus dicit: Aedificari Ecclesiam non solum super Apostolorum fundamentum, sed etiam Prophetarum: inter Prophetas autem numeratur & Adam, quia magnum mysterium prophetavit in Christo, & in Ecclesiam, dicens: Propter hoc relinquet homo patrem suum. Dicitur itaque Ecclesia Apostolica, in qua & doctrina Apostolorum, & legitima est Episcoporum successio,

flor, à temporibus Apostolorum ad hæc vsque nostra deducta. Porro doctrina Apostolorum non scripto tantum, verum & traditione constat: quos, quæ ad constituendam Ecclesiam, quæ ad fidem, quæ ad religionem, quæ ad ritus & ceremonias pertinent, multa docuisse dubium non est, quæ nunquam scripta reperiuntur. Scribens ad Thessalonicenses Apostolus dicit, State & tenete traditiones, quas didicistis, quæ per sermonem, siue per epistolam nostram. Quibus verbis palam indicat, præter ea, quæ scripserat, se non minus præclara, quin & præclariora solo sermone docuisse, cum sermone prius, quam epistolam nominat. Id quod vel inde magis etiam liquet, quod qua ratione cenæ dominicæ memoria celebrari debeat, verbo tradidisse videtur. Ita enim dicit scribens ad Corinthios: Cetera (nimirum de Sacramento Eucharistiæ) cum venero, disponam. Ex quo loco scribens ad Ianuarium colligit Augustinus; à Paulo totum illum ordinem agendi, quem vniuersa per orbem ecclesia tenet, institutum esse, quod nulla morum diuersitate varietur. Alio quoque loco dicit Paulus: Laudo vos fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. Rursus Timotheo scribens: Quæ audisti, inquit, à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Quibus est verbis illud intelligere licet, quod etiam ab Irene scriptum est: de multis rebus, quæ literis mandate non erant, edoctam ab Apostolis recentem illam ecclesiam fuisse, quæ successores Apostolorum Episcopi sibi per manus ab illis tradita, suis vicissim ipsi successoribus, ecclesijsque tradiderunt.

Quamobrem quisquis Apostolicam ecclesiam credere se profitetur, eum non modò, quæ scripta, verum etiam quæ viua voce tradita sunt per Apostolos, tenere oportet: Quæ nisi recepta fuerint, de summa fidei nostræ periclitabimur. Neque enim alia re magis differre visi sunt à catholicis heretici plerique, quam quod hi solas recipiebant scripturas, illi verò traditionibus etiam ecclesiasticis inherendū esse censebant. Sic de Montano scribit Eusebius. Quod in insolita non contra scripturas, sed contra traditionem & consuetudinem antiquæ successionis, sub specie prophetiæ loqui cœperit. Sic Hilarius, suo quoque tempore cum dixisset quidam: Nolo verba, quæ non scripta sunt dici. Dic, inquit, prius si rectè dici putas: Nolo aduersus noua venena nouas medicamentorum comparationes, Athanasij verba sunt hæc cum ex Theognosto, Dionysio Alexandrino, & Origene probasset, filium eiusdem esse cum patre essentia. Ecce, inquit, nos quidem ex patribus ad patres, per manus traditam fuisse hæc sententiã demonstrauimus. Vos autem noui Iudei & Caiphe discipuli, quos tantè nominū vestrorū potestis ostendere progenitores?

Sed ducis, inquit, Homouision nominari non debere, quia in Scripturis diuinis non cõtineatur. Quæ ego & ego homo, qui hoc prohibes, si ideo nominari nõ debet, quia non scriptum non est, an ideo quia ita credi non liceat. Quod si ita credendum est, cur non ita profitendum? Corde enim, inquit, Apostolus, creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Et paucis interiectis: Si enim Substantiæ vocabulum inde times diceret: quia scriptum non est, timere identidem debes Deum ex Deo, lumen ex lumine profiteri.

Hoc est, quod apud Theodoritum legimus, ex non scriptis sermonibus, piè tamen intellectis Arrianos esse damnatos. Nam cum reijcerent illi vocem Homouision, propterea quod nusquam in scripturis reperiretur, Athanasius & qui cum eo faciebant Episcopi catholici, testimonio patrum, qui doctrinã hæc ab Apostolis receperant, eos refellebant. Nam Apostolorum esse traditionem, quod filius eiusdem cum patre sit substantia, Felix Pontifex ad Benignum scribens testatur. E scripturis Eluidius Mariæ perpetuam virginitatem: e scripturis Donatistæ paruulorum baptismum impugnabant. Sed sicut illum Hieronymus, ita hos Augustinus Ecclesiæ traditione refellit: Cuius tantã esse vim Paulus voluit, vt nõ dubitanter diceret: Etiam si nos, aut angelus ne caelo euangelizet vobis præter quã quod euangelizauimus vobis, anathema sit: Sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Nõ dixit, si quis vos docuerit aliter, quam scripsit Marcus, aut Lucas, aut Iohannes, aut quã ipsi scriptimus, sed præter id, quod euangelizauimus, hoc est, prædicauimus vobis, præter id quod ipsi coram docuimus, & concionando tradidimus vobis, præter id, quod accepistis, hoc est, audiuitis, & corã didicistis à nobis quatuor esse Euangelia, quæ scriptura nobis prodidit: & tamen si quis ea non credat, hæreticus est. Credimus igitur, nõ quia scriptum est, sed quia sic ab Apostolis legitima Episcoporum & sacerdotum successione per manibus nobis traditum est. Ad eundem modum, tres personas Deum vnũ esse, nulla nobis expresse tradit scriptura, atque adeo ne reperitur quidẽ personæ nomẽ in scripturis de Deo dictum, sicut nec Trinitatis: nos tamè tres personas dicim, nõ quia scriptura dici, inquit, Augustinus,

Apostolica Ecclesia. Apostolica doctrina.

3. Theff. 2. Traditio. Apost.

1. Cor. 11. Epist. 118. c. 6. Ordo circa Eucharistiam à Paulo instituit. 1. Cor. 11. 2. Tim. 2.

Lib. 3. cap. 4.

Catholicorum & hereticorum discrimen. Lib. 5. hist. c. 16

In li. ad Const. 11. Aug. lib. 7. de doctrina.

Aug. lib. 7. de doctrina. In li. de decretis Nicænae Synodi cont. Euseb.

Li. de fide cont. Arrianos. ca. 3.

Lib. 1. cap. 8.

Galat. 1.

Que scripta non sunt credantur tamen.

Aug. Lib. 7. de Trinitate ca. 4. Dion. ca. 7. etc. Hiero. Orig. li. 5. in ep. ad Ro.

Lib. 1. contra Iovinianum.

De unitate Ecclesiæ.

Epist. 3.

Ambr. in epist. Pauli. ad Tim. 3.

Aug. cont. Parmenianum li. 1. cap. 3.

Lib. 4. ep. 2. Hier. cont. Luciferum. Hæreses et schism. ortus.

Lib. 4. ep. 9. Lib. 1. ep. 3.

Epist. 2.

In Cantica Cantuorum hom. 12

Ecclesiæ initium in Adã et Eua.

Gen. cap. 2.

Chryf. homil. 3. ep. ad Philip. Clem. in ep. ad Iacolum fratrem Domini. Hieron. ad Pammachium aduersus hereses Ioan. Hierosolimita.

Auguſt. ſer. 115. de tempore Leo epiſt. 24. Quæſt. 115. de orthodoxis. Orig. hom. 5. in Numeros. Tertul. de corona militis.

Athan. in li. de varijs quaſſi. Baſil. li. de ſpiritu ſancto ca. 28. Hieron. con. Luſitanum. Aug. de bapt. paui. li. 2. c. 7. Eccleſia vera vbi ſit.

Lib. 4. ca. 63. Pontificum epiſcoporum ſucceſſio.

De præſcri. aduerſus heretic.

In primario ſi. Petri archi.

Lib. 4. Ep. 9. Ioan. 6.

Lib. 1. ep. 6. Eccleſia vbi vbi Paſc. Lib. 4. ep. 21.

gustinus, sed quia scriptura non contradicit, & quia sic ab Apostolis & eorum successoribus traditum accepimus: quorum etiam esse traditionem, vt paruuli baptizentur, Dionysius & Origenes testantur. Sed & quod in Missæ sacrificio pro defunctis oratur, Apostolorum esse traditionem narrat Chrysostomus. Quod de maioribus Ecclesiæ causis ad sedem Apostolicam sit referendum, Apostolos instituisse scribit Zepherinus pontifex & martyr: quamuis ante eum, alij quoque nonnulli Symbolum quod vocant Apostolicum, ab Apostolis confectum esse narrant Clemens, Cyprianus vel potius Rufinus: illius enim videtur esse symboli explicatio, quæ Cypriano quoque inscribitur, Hieronymus, Augustinus, Leo pontifex, & alij. Neque tamen vel in actis Apostolorum, vel in reliqua noui Testamenti scriptura vniuersa, vlla sit eius rei mentio.

Sed quorsum attinet singulas Apostolorum traditiones enumerare, quarum bonam partem inuenire licet apud Iustinum, Origenem, Tertullianum, Athanasium, Basilium, Hieronymum. Multa esse refert Augustinus, quæ neque in literis Apostolorum, neque in Concilijs posteriorum reperiuntur, & tamen quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiâ, non nisi ab ipsis Apostolis tradita & commendata creduntur.

Quod vbi Legitima Episcoporum successio est, ibi doctrina Apostolorum, ibi vera est vna, sancta, catholica, Apostolica Ecclesia.

CAPVT XXVIII.

Didicimus ergo iam, ibi esse Apostolicam ecclesiam, vbi est doctrina Apostolorum, Porro doctrina Apostolorum ibi est, vbi est legitima Episcoporum successio, à temporibus Apostolorum ad hæc vsque nostra: quæ successio vbi non est, ibi non est Ecclesia Christi, sed Satanae Synagoga. Hanc Ecclesiæ notam quia non habent, non agnoscunt heretici: nam neque traditiones Apostolicas admittunt, cum Atrianis atque alijs hereticis nihil præter scripturas recipientes: neque ferè possunt aures eorum, vt de legitima Episcoporum successione quicquam dicatur. Nobis verò tantò maiore alacritate excipienda est nota hæc, quantò magis abhorrebat illa hereticis & schismaticis videmus, quandoquidem non fuit ferè quisquam sanctorum patrum, qui non eam inter præcipuas Ecclesiæ notas numerauerit: Irenæus Apostolorum temporibus fuit proximus, eius hæc verba sunt: Agnitio vera, est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status in vniuerso mundo, secundum successiones Episcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco est, Ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit vsque ad nos custodita. Et alio loco ijs tantum Episcopis obedire iubet, qui successione habent ab Apostolis, qui cum successione Episcopatus christiana veritate certum acceperunt. Reliquos verò, qui absint, à principali successione quocumque loco colligantur, suspectos haberi vult. Neque multò posterior Tertullianus, vbi de hereticis ait: Cupio, inquit, ostendant mihi, ex qua auctoritate prodierint: edant origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus, aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ cæsus suos deferunt, sicut Ecclesia Smyrneorum Polycarpum à Ioanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem, à Petro ordinatum edit, proinde vtrique & ceteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatu constitutos Apostolici seminis traduces habeant. Conſingat tale aliquid heretici. Qui verò fuit propemodum æqualis eius Origenes: Cum, inquit, multi sint, qui se putent sentire, quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur verò Ecclesiastica prædicatio, per successione ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad præsens in Ecclesijs permanens: Illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione.

Porro Cyprianus tantum huic notæ tribuit, vt Ecclesiam esse dicat, plebem sacerdoti suo adunatam, & pastori suo gregem adhaerentem. Adducens verba illa Petri: Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes: Loquitur, inquit, ibi Petrus, super quem edificanda erat Ecclesia, docens, etsi contumax & superba audire nolentium multitudinem discendat, quòd Ecclesia tamen Christianorum non recedit. Ad extremum scire debes, inquit, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo, etsi qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse, & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes, obrepunt, cum Ecclesia, quæ catholica vna est, scissa non sit, neque diuisa, sed sit vtrique connexa, & coherentium sibi inuicem sacerdotum glutino copulata, Ac rursus ad Magnum scribens: Ecclesia, inquit, vna est, quæ vna intus esse & foris non potest. Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit: si verò apud Cornelium fuit: qui Episcopo Fabiano legitima ordinatione successit, Nouatianus in ecclesia non est, ibi indicauit ecclesiam esse Cyprianus, vbi fuisse Papa Cornelius. Qui alio loco, cum

Cornelio esse, idem esse scribit, quod cum catholica Ecclesia communicare.

Neque dissimiliter Hieronymus, qui scribès ad Damasum: Facessat, inquit, inuidia Romani culminis, recedat ambitio, cum successore piscatoris à discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communionem confocior, super illam petram edificatam Ecclesiam scio: Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est: Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuiio. Ac paulò post: Non noui, inquit, Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum: quicumque tecum non colligit, spargit: qui Christi non est, Antichristi est. Sic ille vir sanctissimus iuxta, ac doctissimus, quicumque cum successore piscatoris Damaso Papa non colligerent, Satanistas & Antichristos eos haberi voluit: ita nihil habere cum illis commune volebat. Quod apertius etià in proximè insequenti scribit epistola: In tres, inquit, partes scissa, Ecclesia, ad se rapere me festinat: Ego interim clamito, Si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi herere se dicunt: possem credere, si hoc vnus assereret: nunc aut duo mentuntur, aut omnes. Tanta fuit Apostolica sedis auctoritas, vt illi se herere etiam heretici fingerent, cui qui non esset iunctus, eum pro suo non habebat Hieronymus, Qui quod eo loco scribit, idè etiam Theodorus testatur de Paulino, de quo Apollinare quod asseuerabat vterque se cum Damaso sentire, quòd facilius morbum suum tegete posset. Sic de Eutichete scribit Leo Pontifex, quòd sententiam ipsius per omnia se securum spoponderit, De Anthemio verò legitur in sententia Synodi Constantinopolitanae secundæ, quòd is ad Patriarchas scripserit, se per omnia sequi Apostolicam sedem. Iustinianus verò Imperator in epistola ad Epiphanium, quæ est in sexta Synodo: Quia saepenumero, inquit, hæretici in his locis exiterunt, qui iudicio illius venerandæ sedis sublati sunt, licet nobis dicere ac pronunciare omnes eos, qui habere illam pro capite noluerint, non esse Dei sacerdotes, neque fideles seruos.

Augustinus in pluribus locis notam hanc agnoscit: qui disertis etiam verbis extra Ecclesiam esse pronunciat, qui relicto Episcopo, Dei ordinatione succedanea presidente, aut sibi metipsis, aut semetipſos constituant Episcopos, præpositos, Primate. Cuius hæc etiam verba leguntur. Multa sunt, quæ me in Ecclesiæ gremio iustissimè tenent. Tenet confessio populorum, atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, veritate firmata, tenet ad ipsa sede Apostoli Petri, cui ascendas oves tuas Dominus post resurrectionem suam commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum sacerdotum successio: tenet postremò ipsum catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista sola Ecclesia obtinuit, vt cum omnes heretici se catholicos dici velint, quærenti tamen negrino alicui, vbi ad catholicam conueniatur? nullus hereticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Rursus in Psalmo contra partem Donati: Numerate, inquit, sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, & in ordine illo Patrum quicumque successit videre: ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum portæ: Quod autem in eo Psalmo scripsit, in epistola ad Generosum ipse fecit, ac Romanos Episcopos inuicè sibi succedentes enumerauit à Petro vsque ad Anastasium: Quibus enumeratis, In hoc ordine, inquit, successiois nullus Donatista Episcopus inuenitur. Quod idè ab Optato quoque, qui fuit æqualis Augustini, factum legitimus. Is contra Parmenianum scribens: eum scire dicit Petro primo cathedræ Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus, in quo vno cathedræ vnitas ab omnibus seruaretur, vt iam schismatici esset, qui contra singularem cathedræ alteram collocaret. Ergò cathedræ vnica, quæ est prima, sedet prior Petrus, cui successit Linus, ac enumeratis vsque ad Syricum, qui tunc in cathedræ sedebat, Romanis Pontificibus: Vestræ, inquit, cathedræ vos originem reddite: qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vestræ. Simili enumeratione successioneis Pontificum Romanorum, vsus est antiquissimus Irenæus. Quòd in loco simul illud asseuerat, quòd ad Romanam Ecclesiam, propter potentiam principalem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt vndique fideles, in qua semper conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio: Enumerationem autem Irenæi transcripsit in Ecclesiasticam suam historiam Eusebius.

Longum esset singulos enumerando recensere, qui ex hac nota successioneis Apostolicæ, Ecclesiam agnoscendam esse putauerunt. Qua in sententia cum fuerint antiquissimi, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Optatus, nota hæc Ecclesia, quam sancti Patres agnoscunt, vna omnium clarissima, maximeque Ecclesiæ propria est habenda, quantumlibet reclamantibus hereticis, qui eam sibi nulla ratione possunt arrogare. Quibus & nos cum Tertulliano & Optato dicere possumus: Ostendite ex qua auctoritate prodierint: edant origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum: reddant originem cathedræ suæ: consingant saltem aliquid de successione legitima: scilicet

Hier. in epist. ad Damasum.

Genes. 7.

Heretici etiam fingunt se cum Rom. Pont. iungi.

Acti. 4. Synodi 5.

In Ecclesia ad quem reuincit, Aug. contra Epist. Manichæi. cap. 4. Explicationem huius sententiæ Augustini vide Julio 423. Idem in principio Tomi. 7.

Epist. 165.

Lib. 2. contra Donatist. as. A Beato Petro Apostolo episcopo primario epiſcoporum huc vsque successio in vera Ecclesia est & vniuersa apud hereticos: Lib. 3. cap. 3.

Lib. 5. cap. 65. Eccles. hist.

Apud hereticos successio episcoporum nulla. Hereticorum templa.

Hereticorum studium in euertendo Patrum. Lib. 1. epi. 3.

Lib. 1. epi. 11.

Synodorum sententia de auctoritate Roman. Pontif. Sacra. li. 2. ca. 8. Eccles. lib. 1.

Epist. 90. Lib. de virginitate. Cathedram pontifici Rom. in causis fidei & religionis consilium alie ecclesie.

Acto. 3. Ambrosii epi. 78.

ma: sed neque quod confingant habent. Nam illud in confesso est, non modò nullam esse apud illos sacerdotum & Episcoporum successione, qui ante triginta hos annos nati sunt, verum etiam eorum Ecclesias nunc quoq; sacerdotibus & Episcopis legitime ordinatis, praterquam si qui à catholica defecerunt, prorsus carere. Quamobrem apud eos templa videre licet, sicut sacrificio, ita & sacerdotio destituta, in horrea nonnulla, pleraque in stabula vel in caulis conuersa. Egregia verò Ecclesia, in qua nullus Episcopus, nullus sacerdos, nullum est sacrificium: in qua cuius de face vulgi prorsus illotis, quod astit, manibus, & ad Sacramentorum, & ad verbi ministerium, citra uocationem vllam legitimam, accedere licet. Quare cum ipsi in Ecclesia non sint, illud omni ope contendunt & elaborant, vt ne vlla sit Ecclesia. Cum enim nisi vna sit, vlla esse non possit, vna autem esse nequeat, nisi ex vno pendeat, qui præsint omnibus, ad vnum hunc expugnandum suas omnes machinas conuertunt. Quod ideo per membra sua facit Satanas, sicut à Cypriano scriptum est, ideo prapostitum Ecclesie sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrocibus atque violentius circa Ecclesie naufragia grassetur.

Itaque Satanistarum non est maius aliud studium, quam vt quem Christi vicarium, quem Petri successorem esse vident, cuius ministerio fieri perspicunt, vt in Ecclesia spiritus vnitas in vinculo pacis retineatur, eius auctoritati detrahant, eum inuisum & exosum reddant omnibus: Aliter enim dispergere cum Satanà non possunt, nisi quo ministro Christus vitur in colligendo grege suo, quem precioso sanguine suo redimere dignatus est, ab eo quam fieri possit, maximè voluntates hominum auersas reddant. Quemadmodum qui vult regnum euersum, aut aliquam in eo seditione concitatum, caput regni petit imprimis, illud famosis libellis proscindit, & quibuscumque potest artibus in odium & contemptum omnium adducere conatur: Sic illi, dum hoc vnum student, vt Ecclesiam perturbent, vt illius vnitatem scindant, caput Ecclesie sub Christo capite, quibus modis persunt, etiam confictis criminationibus oppugnant. Intelligit Satanas, quod etiam à Cypriano scriptum est, concordiam simul iunctam omnino vinci non posse. Quamobrem sicut lupus ouem à grege secernere, sicut accipiter columbam ab agmine volantium separare, sic ille, cum sibi satis aduersus omnes virum non esse videat, circumuenire quærit sollicitudinem singulorum, ac per quem fieri videt, vt simul iungatur omnes, eum omni ratione cupit euersum. Sed ex Satanæ insidiâ cauèdâ sunt pijs omnibus, tanto que maiore studio enitendum illis est, vt in vna, sancta, catholica, Apostolica Ecclesia perseverent, quemque illi præsidere suo loco Christus voluit, ei dicto sint audientes, ad eum, si qua sit de fidei dogmatibus dubitatio exorta, referant. Nam hoc ita fieri oportere, ab ipsis Apostolis institutum est, neque secus fuit vnquam in Ecclesia catholica obseruatum.

Habentur libri Conciliorum, in quos non modò acta Synodorum, verum etiam epistolarum multorum sanctorum pontificum & martyrum sunt relatæ. Legat qui vult Anaclethi, Euaristi, Alexandri, Zepherini, Marcellini, Cornelij, Lutij, Melchias, Marci, Iulij, Innocentij, Damasi, Leonis, Agathonis, Gelasij, Hormisdæ epistolam, non aliter se rem habere perspiciet. Verum & ex quatuor illis Concilijs, quæ haud aliter atque quatuor Evangelia recipiuntur ab omnibus ijs, qui Christiani cenferi volunt, idipsum cognoscat. Neque diuersum reperiet in ecclesiastica historia, vbi commemoratur Concilium quoddam Antiochiæ celebratum, auctoritatem vel hoc nomine non habuisse, quod ei nec Iulius inter fuit maximæ Romæ episcopus, nec in locum suum aliquem destinavit, cum vti que regit la ecclesiastica iubeat, non oportere præter sententiâ Romani Pontificis Concilia celebrari. Extat inter Augustini epistolam vna patrum Concilij Carthaginensis: in qua petunt ab Innocentio Papa, vt Concilij sui statuti Apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, ad Demetriadem quoque scribens horatur, vt sancti Innocentij, qui Apostolicæ cathedræ successor est, fidem teneat, nec peregrinam doctrinam recipiat. Extat & alia eiusdem argumenti, ab Augustino & cæteris Episcopis in Concilio Mileuitano congregatis scripta. Cui respondens Innocentius: Diligenter, inquit, & congruè Apostolico consilij honoris: honori, inquam, illius, quem sollicitudo manet omnium Ecclesiarum, super anxij rebus, quæ sit tenenda sententia, anti quæ scilicet regule formam sequuti, quam toto semper ab orbe mecum nouis esse seruata. Ac paulò post: Scientes quòd per omnes prouincias, de Apostolico fonte petentibus responsa semper emanant, præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & Episcopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem referre debere. Quod autem à patribus in Africano & Mileuitano Concilio congregatis, idem cum ab alijs quibusdam orientalibus Episcopis ad Symmachum scribentibus, tum ab his, qui cum Athanasio conuenerant Alexandria, factum esse legitimus. Quin & Synodi magnæ & vniuersalis Chalcedonenfis ad Leonem extat epistola, qua petunt, vt suis decretis eorum honoret iudicium. Extat & Ambrosij epistola, qua Theo-

qua Theophilum admonet, vt de causa inter Euagrium & Flavianum ad Romanæ faceret dorem Ecclesie referat.

Sed quid catholicos commemoramus? quorum nemo fuit vnquam, qui de fidei causis, si quid esset in dubium vocatum, non ad sedem Apostolicam referendum esse putaret? Etiam hereticos id fecisse ecclesiastica docet historia, vbi legitur Eusebio Constantino-politano Episcopo ad Pontificè Romanum Iulium misisse, atq; ab eo petiuisse, vt in causa Athanasij iudex esse veller. Quod etiam fateretur Athanasius in secunda sua apologia. Quin rota illa Synodus Episcoporum, quæ fuit Antiochiæ cum Eusebio congregata, acta sua eiusdem Pontificis iudicio comprobati petiuit. Hanc autem de Eusebio historiam diligenter perscripsit Athanasius in epistola quadam ad solitariam vitam agentes, vbi narrat, quod cum Eusebiani Romam contra Athanasium scripsissent: Episcopus Romanus Synodum fieri iussit, ac presbyteros suos cum literis ad Eusebianos misit, certum diem definiens, vt aut præsentem se fissent, aut cognoscerent se omnibus modis suspectos haberi. De Fortunato pseudoepiscopo ab hereticis constituto, de quo Basilde, quod ad Petri cathedram appellauerint, memoriam prodidit Cyprianus. Fecit idem Petrus Habailardus Bernardi temporibus. De Pelagio Augustinus, quòd is literas, quibus se purgaret, libellum que si dei suæ Romam ad Papam Innocentium miserit, narrat idem de Celestio, quòd is beati Papæ Innocentij literis non est ausus obfistere, imò se omnia, quæ sedes illa damnauerat, damnaturum esse promissit. Eutichen etiam libellum Leoni misisse, de quo iniusta damnatione questum esse patet ex ijs, quæ scripsit Leo Pontifex ad Theodosium & ad Flavianum: Flavianus quoque cur eum excommunicauerit, eidem Leoni causam reddidit: & approbat eius hoc factum Leo. Proterius etiam Episcopus Alexandrinus in suspicionem hæreseos vocatus apud eundem Leonem se purgat, quem postea Leo catholicum esse Martiano Imperatori indicat. De Pyrho quoque narrat Zonaras, quod cum ad sedem suam Constantinopolitanam redire coperet, se deseruisse monothelitarum hæresim simulat, libellum que de fide sua Papæ offert, à quo approbatus est. Inde clam Rauennam digressus hæresim celate non potuit. Quo comperito, Papa conuocatis suis episcopis, eum penitus condemnat. Idem hoc factum est à nostri temporis hæresiarca, cuius hæc verba sunt ad Leonem decimum: Beatissime Papa, prostratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus, quæ sum & habeo: viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vt placuerit: vocem tuam, vocem Christi in te præsentis & loquentis agnoscam. Quamuis hæc illius hypocrisis non diutius, quam illa Celestij durauerit.

Neque verò sine causa tanta fuit semper Romanæ ecclesie auctoritas, in qua sicut scribit Augustinus, Apostolicæ cathedræ semper viguit principatus. Nam cum aliæ omnes ecclesie, quibus Apostoli præfuerunt, à fide defecerint, sola hæc sancta & Apostolica, mater omnium ecclesiarum, Christi ecclesia, per omnipotentis Dei gratiam à tramite Apostolicæ prædicationis nunquam errasse, nec hereticis nouitatibus deprauanda succubuisse probatur: sed quam ab exordio fidei Christianæ normam ab ipsis Apostolis accepit, in ea semper illibata permanfit. Defecit Hierosolymitana ecclesia, cui præfedit Iacobus: defecit Achaia, vbi Andreas: defecit Asia, vbi Ioannes: defecit India, vbi Thomas: defecit Persis, vbi Iudas: defecit Æthiopia, vbi Marthæus: defecit Phrygia, vbi Philippus: defecit Græcia, vbi Paulus: Sola fuit & est ecclesia Romana, ad quam, sicut præclare scribit Cyprianus, nunquam accessum habere potuit perfidia. De qua Theodorus ad Renatum presbyterum ex collegio Cardinalium scribens: Teneat enim, inquit, sancta ista sedes gubernacula gerendarum cuncti orbis ecclesiarum, cum propter alia, tum quia semper heretici factoris expertis permanfit, neque vllus vnquam, qui contraria sentiret in ea sedet: quin potius Apostolicam gratiam in uiolatam custodiuit. Et ad Rufinum Hieronymus: Scio, inquit, Romanam fidem, Apostolica voce laudatam, istiusmodi præstigijs non recipere, etiam si Angelus aliter annunciet, quam semel prædicatum est, Pauli auctoritate munitam non posse mutari. Ad Damasum quoque scribens, apud solos Romanos incorruptam seruari dicit patrum auctoritatem. Quodam etiam loco Romanam fidem, eandem esse vult fidem catholicam. Fidem tuam, inquit, quam vocatæ amne qua Romana pollet Ecclesia, an illam, quæ in Originis voluminibus continetur? Si Romanam responderit, ergo catholici sumus. Rursus ad Pammachium, & Oceanum scribens: Quisquis es, inquit, assertor nouorum dogmatum, quæ te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostolico ore laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quòd antè nesciuimus? cur proferis in medium quod Petrus & Paulus edere noluerunt? vsque ad hunc diem sine ista doctrina mûdus Christianus fuit. Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Ambrosius verò Percontatus est, inquit, ab Episcopo, verum nam cum Episcopis catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret? Qui etiam alio loco se cupere scribit in omnibus Romanæ Ecclesiam

Heretici ad istam vitam prouocauerunt Roma. Pontif. li. 2. ca. 11. Li. 1. epi. 3. 4. In epist. ad solitariam vitam agentes.

Bernar. epi. 109. Aug. de gratia Christi contra Pel. lib. 1. ca. 3. & de peccato originali. lib. 2. cap. 7. Leo epi. 7. Epist. 10. Proterius ep. 68. Leo epi. 69. In vita Constantis nepotis Heraclij.

Lutherus Leo. vi. p. 10. se & sua submittit.

Romane Ecclesie que ad fidei nunquam defecit prærogatiua August. 162.

Ecclesie prædicatae in fide defecerunt.

Cypr. lib. 1. epi. 3. Titica. lib. 3.

Galat. 1. Rom. fides catholica & inuolata. Idem lib. 1. cõf. Russi.

In oratione sicubi de obitu fratris. Soxo. li. 7. ca. 4. Lib. 3. de sacramentis. cap. 3.

C. de summa
vri. L. cunctos
populos.
Añio. 2.

clesiam sequi, Vsq̄ue aded autem Romana fides catholica semper fides est habita, vt Gra-
 tianus Imperator, quo imperate vixit Hieronymus, noluerit de fide disputari: verum edi-
 ctum fecerit, vt cuncti subditi eam religionem retinerent, quam vertex Apostolorum Pe-
 trus initio tradidisset, ac tum Damasus Romanus Episcopus custodiret: Quod nō modō
 in Ecclesiastica legitur Historia, verum etiam editum ipsum in codicem Imperatoris Iu-
 stiniani relatum est. In Chalcedonensi quoque Cōcilio legitimus acclamatum: Omnes ita
 credimus. Papa Leo sic credit. Cyrillus ita credit. Papa Leo ita interpretatus est. Et ite-
 rum: Omnes sic credimus, Papa Leo sic credit. Anathema ei qui parit, & ei qui diuidit.
 Hęc fides Leonis Archiepiscopi: Leo sic credit. Leo & Anatholius sic credit. Et iterum:
 Petrus per Leonem ita loquutus est, Apostoli ita docuerunt, piē & verē Leo docuit: Ac
 paulō post: Omnes ita credimus: sicut Leo ita credimus: in sexta quoque Cōstantinopoli-
 tana Synodo, cum itidem legeretur, Pontificis Agathonis epistola, quę scripta fuerunt ab
 illo tanquam à Spiritu sancto dictata, ac per os sancti ac beati principis Apostolorum Pe-
 tri, statim receperunt, & amplexi sunt omnes, ac in prophētico sermone dictum fuit:
 Charta & atramentum videbatur, & per Agathonem Petrus loquebatur. Et in septima
 Synodo, quę fuit iterum habita Nicę, cum lectę fuissent epistolę duę pontificis Adria-
 ni, ad Imperatorem vna, ad Patriarcham Tarasium altera, acclamauerunt Patres, Vniuersa
 sancta Synodus sic credit, & sic docet. Ac singuli postea sic se credere, sic sentire, sic tenere,
 sic docere, sic in toto corde confiteri professi sunt.

Ad Ecclesiam
Rom. de fidei
causis semper
referatur.
Actione. 2.

Epist. 190.

Ecclesia Rom.
nulla vniquam
hæresis macu-
lata.

Ex his omnibus perpicuum cuius esse potest, ex eo tempore, quo Christus in cœlum
 ascendit, quātum fuerit Apostolica, hoc est, Romana semper Ecclesię tributum, ad quam
 de fidei causis referebatur, quod ibi potissimum sarcitari damna fidei spes esset, vbi nō
 posset fides sentire defectum: Quam solius sedis huius prerogatiua esse dicit Bernardus.
 Et sunt interea, qui nescio cuius VVittembergensis, heri, quod aiunt, & nudius tertius na-
 ta Ecclesię iudicio, scripta sua subijcere malunt, quām illius omnium antiquissimę, san-
 ctissimęque Ecclesię, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, cui
 Euangelium suum Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatū reliquerunt: quę mil-
 le iam quingentis & amplius annis ita est catholica semper & apostolica habita, nunquā
 vt vlla fuerit hæreseos labe maculata: in qua videre etiam nū licet viros & vitę sanctimo-
 nia & doctrina præstantissimos. Neque enim existimandum est, si quando ad Petri cathe-
 dram de causis maioribus referretur, solum esse Paulum aut Iulium pontificem, qui de illis
 iudicet. Habet ille lateri suo assidentes rotius orbis viros doctissimos, quibus ipse mini-
 mē doctrina secundus præsidet, de quorum consilio de rebus grauioribus pronunciat.
 Quamobrem ferendi non sunt, qui Pontifici se dicto audientes fore presentent, non au-
 tem Paulo aut Iulio, sibi quę hoc arrogant, suum vt esse velint iudicium, quando vt Pon-
 tificem, quando vt Iulium decernat. Quę si semel admissa fuerint captiones, omnis erit è ter-
 tentia obedientia sublata: Cur enim non eadem ratione sibi sumat quisquam, vt de regis sen-
 tentia iudicet, quod Sigismundum, non autem regem pronunciaisse dicat? Nihil captiono
 hac perniciosius cogitari potest.

Quod fides Ecclesia propterea deferenda non sit, quod præsideat illi quandoque,
qui vitę non omnino sunt inculpatæ.

CAPVT XXX.

Epist. 157.

Hæretici crimi-
natores.

Cæterum verum esse illud cōperimus, quod ab Augustino scriptū est, quod cum
 non habeant hæretici quod in causa suę diuisionis defendant, nō nisi hominum
 crimina colligere affectant, & ea ipsa plura falsissimē iactant, vt quia ipsam diu-
 inę scripturę veritatem, qua vbi que diffusa Christi Ecclesia commendatur, criminari &
 obscurare non possunt, homines per quos prædicatur, adducant in odium, de quibus sin-
 gere quicquid in mentem venerit, possint. Nunquā enim ibi ab vllis hæreticis tam est im-
 pudenter factum, quām hoc infelici nostro sæculo fieri videmus. Cum enim se malam ha-
 bere causam intelligant, ad eas se artes conuertunt, quibus vti cōsueuerunt ij, qui malis
 causas defendendis susceperunt. Cumque sint in Rhetorum præceptis diligenter exerci-
 tati, non alia in re magis laborant, quām vt odio, inuidia, & huiusmodi motibus ani-
 morum excitandis, hominibus imperitis errorem obijcere queant. Quamobrem Ecclesię
 præsidet, præcipuē verō Christi vicarium, Petrique successorē falsis etiam criminationi-
 bus in odium & contemptum omnium adducere conantur. Quę est autem ista tam in-
 sana maledicendi rabies? aut à quo alio quām à Satana auctore profecta? facile vt Satani
 stam agnoscere liceat. Certē Dei præceptum est: Principi plebis tuę non maledices. Dei
 digito scriptum est: Maledici regnum Dei non consequentur. Atqui ex istorum libris si
 quis maledicta & conuitia, si falsas criminationes auferre velit, chartas propemodū om-
 nes vacuas reliquerit. Is demum Euangelij propugnator habetur acerrimus, qui Pontifi-
 cem Ro-

Exod. 22.
1. Cor. 6.

cem Romanum & reliquos Episcopos omni conuictiorum genere quām acerbissimē fue-
 rit insectatus. Et quod suo quoque tempore queritur euenisse Basilius, vt quisque lingua
 est ad maledicendum & blasphemandum procacissimus, ita præ cæteris maximē iudicatur
 idoneus, qui verbi ministerio fungatur.

Ac demus hoc illis: deflexisse aut deflectere quandoque de recto vitę curriculo Ponti-
 ficem: nunquid idē fides in Christum, quam ille docet, abijcienda est? Præclare dictum
 est à Tertulliano: ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Dummodò ille recta
 doceat, quemadmodum recta docere certum est, quid mea refert, qua sit ille vita? Deinde
 verò, quis ego sum, qui sedentem in Petri cathedra seruū iudicem alium? Domino suo
 ille stat aut cadit, vni illi vitę suę, commissi que Pontificatus rationem redditurus. Cum
 ventum erit ad Christi tribunal, ante quod omnes nos oportet manifestari, nō quæretur
 à nobis, quid Pontifex fecerit: non illius, sed nostrę à nobis vitę ratio reposcetur: referet
 vni quisque propria corporis, prout ipse gesserit, siue bonum, siue malum: Prout ipse (in-
 quit) non prout Pontifex gesserit. Quamobrem non sibi sumat ovis, vt à quo venit ipsa
 iudicanda, pastorem suum iudicet, neque qua sit illa vita, quicquam ad salutem suā inter-
 esse putet. Securum se Christum in hac parte fecit, dicens: Quę dicunt facite, quę autem fa-
 ciunt, facere nolite: Dicunt enim, & non faciunt: Dicunt quę Dei sunt, faciunt quę sua
 sunt: Dicunt bona ex cathedra Moysi, faciunt mala ex pestilentia sua.

Non est itaque deferenda sanctitas cathedrę: neque propter pastores malos, gregis est
 vnitas diuidenda: Præclare Augustinus: Si omnes per rotum orbem tales essent, quales va-
 nissimē criminari, cathedra tibi quid fecit Ecclesię Romanę, in qua Petrus sedit? & in
 qua hodie Anastasius sedet? vel Ecclesię Hierosolymitanę, in qua Iacobus sedit, & in qua
 hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario
 furore separastis? Quare appellas cathedram pestilentię cathedram Apostolicam? si
 propter homines, quos putas legem loqui & non facere, nunquid dominus Iesus Chri-
 stus propter Phariseos, de quibus ait, dicunt enim, & non faciunt, cathedrę, in qua se-
 debant vllam fecit iniuriam? Nōne illam cathedram Moysi commendauit, & illos seruato
 cathedrę honore redarguit? Ait enim super cathedram Moysi sedent, quę dicunt facite,
 quę autem faciunt, facere nolite, dicunt enim, & non faciunt. Hęc si cogitarent, nō pro-
 pter homines, quos infamatis, blasphemaretis Cathedram apostolicam, cui non commu-
 nicatis. Sed quid est aliud quām nescire dicere, & tamen non posse nisi maledicere, Mo-
 neret Iacobus, ne Christi fidem in acceptione personarum habeamus, quando quidem per-
 sonarum respectus, vt est apud Augustinum, erroris est mater, qui etiam à perſido fidem
 percipi posse docet. Per asinam loqui dominus dignatus est, qui minus loquatur per ho-
 minem quāuis grauius flagitijs coopertus? Spiritus vbi vult spirat, etiam si voluntati
 eius is, qui loquitur, non conueniat. Balaam precio conductus vt populo Dei maledice-
 ret, profectus fuerat, contra tamen atque animo destinauerat, simul ac in conspectum po-
 puli venit, ei benedixit. Saul rex ad occidendum Dauidem properauerat, cuius postea
 quā potest facta erat, contra quam proposuerat, veniens ad cuneum Prophetarum, in
 quo fuerat Dauid, prophetauit & ipse coram Samuēle cum cæteris, cum factus esset su-
 per eum spiritus Domini. Quis ignorat quales fuerint sacerdotum principes & Scribę
 temporibus Herodis? qui tamen vbi nasceretur Christus interrogati, semota quauis cum-
 statione dixerunt: In Bethleem Iudę. Caipha quid esse potuit nequius? qui quę sceleratē
 nactus erat pontificatum precio redemptum gessit etiam sceleratus: & tamē is cum
 diceret, expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, & nō tota gens pereat, nō à semetipso
 hoc dixit, quemadmodū Ioannes testatur, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit.
 Si non destituerat dono propheticę, quamlibet esset impius, qui sedebat in Moysi ca-
 thedra, certē multo minis eo destitui credendus est, qui sedet in cathedra Petri, super quę
 Christus ædificauit Ecclesiam suam, cuius à domino cura suscipitur specialis, pro cuius
 fide proprię supplicatur, tanquām aliorum status certior sit futurus, si mens Principis vi-
 cta non fuerit: aduersus quem nunquām esse portas inferi præualituras promissis, qui
 menti: & fallere nescit.

Numerentur omnes Pōntifices à Petro ad hunc vsque Iulium tertium, nullus in ista ca-
 thedra sedit Arianus, nullus Donatista, nullus Pelagianus, nullus Lutheranus, nullus qui
 hæresim aliquam professus esset. Non abs re autē fuerit: quę scripta sunt in annalibus de
 Vigilio Papa, breuius commemorare. Cū is per scelus ad pontificatum peruenisset, nā
 Siluerium Papam, cuius erat Diaconus, in stigante Augusta de sede sua deturbandum at-
 que in exilium deportandum curauerat, quod is omnia se prius & facere & pati paratū
 diceret, quām vt, quod Augusta tanto studio postulabat, Anthemium, qui propter Euty-
 chetis hæresim de sede Constantinopolitana per Agapetum antecessorem suum deiectus
 fuerat,

Fides ex perso-
nis non pro-
banda.
Ter. de preser-
tione ad-
uersus hære-
cos.
Rom. 1. 4.
2. Cor. 5.

Math. 23.

Contra literas
Petri. lib. 2.
cap. 51.

Personarum re-
spectum in iude
periculosum.
Iacob. 2.

Com. literas Pe-
trus. lib. 1.
cap. 2.
Num. 22.
Per malos quo-
que agi ex lo-
quitur Deus.
2. Reg. 19.

Math. 2.

Ioan. 11.

Math. 23.

Math. 16.

Vigilius Papa. si-
stem memora-
bile.

fuerat, in sedem illam restitueret: posteaquā in locum Siluerij opera Augusti suffectus, ac Pontifex Romanus designatus est, ea lege, vt quod Siluerius constanter facere detracta bat, id ipse facturū se, atq; Anthemiū restitutorū ad Ecclesiam Constantinopolitanā promitteret, res est admiratione digna, statim vt Petri cathedrā ascendit, idem illi quod Saul euenit: nam super eum quoque factus est spiritus domini, cumque longē alio animo ad Ecclesie gubernacula accessisset, admonitus ab Augusta promissi, prius extrema quæque se passurum respondit, quā vt hereticum in sedem, ex qua merito suo deturbatus fuerat, restitueret: Cumque multa probra, multos etiam graues cruciatus, sumemque diuturnam in carcere percussisset, tulit omnia forti animo, quod multo se grauiora supplicia cō meritum diceret, qui malis artibus pontificatum assequutus, horrendum facinus contra sanctum pontificem Siluerium designasset. Non fuit hic pontifex in primo suo ingressu Caiphæ dissimilis, effecit tamen sedis huius priuilegium, vt à fide aberrare non potuerit, quodque impiè promiserat, id piè postea negauit, ac eo, quod decebat animo Christia num pontificem, tulit omnia potius fortiter quamlibet acerba, quā vt aliquid indignū Petri successore de religione statueret.

Ex quo videlicet quātum sit Romanæ sedis priuilegium. Nam vt ab alijs peccatis nō semper immunes fuerint Romani Pontifices, obtinuit tamen hoc venerabilis & efficax oratio Christi, quemadmodū scribit sanctus Leo, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius in seculum. Quæ proprie sunt inferorum portæ, nunquā aduersus hanc sedem hereses vllæ preualuerunt, nec deinceps aut per Dei misericordiā praualebunt. Qware merito sanctissimi vocantur, qui sedent in illa cathedra.

Quāuis enim non omnes habeant vitæ sanctitatem, quā habere sine innocentia nemo potest, est tamen, sicut ab Augustino memoria proditum legimus, quædam vntionis: est quædam Sacramenti quoque sanctitas, quæ carere nunquam possunt. Quamobrem nihil pios mouere debet, si forte ij præsumt aliquando in Ecclesia, qui non sunt sine crimine. Quin & illud potius reputare secum debet homo Christianus: quod non sine iusto Dei iudicio dantur Ecclesie præfides. Nōne duo passeres affe uenunt, dicit Christus, & neuter eorum cadit in terram sine patris vestri voluntate? Cū ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna aut non scientes, aut non permittente Deo in Ecclesia fieri? & sacerdotes & dispensatores eius non de eius sententia ordinari? Hoc est, dicit Cyprianus, fidem non habere, quæ viuimus, hoc est, Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi omnia & gubernari scimus & credimus. Ex quibus Cypriani verbis illud discimus, quod certō nobis persuasum esse debet, Dei iudicio fieri sacerdotes, Episcopos, & Ecclesie præfides, & eos aut scientes, aut permittente Deo ordinari. Scit autem Deus quos probat, nescit quos reprobat. Sic enim ait Paulus de ijs, qui probati sunt: Nouit dominus qui sunt eius. Reprobis verō dicit ipse dominus in Euangelio: Nescio vos vnde scitis. Sic & fatuis virginibus: Amen dico vobis, nescio vos. Sciente ergo Deo sunt probati sacerdotes & Pontifices, permittente autem Deo sunt ij, qui sunt minus probati. Nam facit quandoque Deus hypocritam regnare propter peccata populi, vt sit sicut populus ita & Sacerdos: Qui si malus est, sibi malus est, neque tibi quicquam eius improbitas officit, si factis eius malis non comunicas. Tibi mandatum est, non vt in vitam illius inquiras, sed vt, quæ dixerit, facias, cū præsertim ex ea dicat cathedra, cuius, quemadmodum antea dictum est, cura Deo est specialis. Explicans illa verba diuus Hieronymus, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: Præmiserat, inquit, qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Ad susceptionem magistrorum discipulos prouocauerat. Poterat occulta esse credentiū respōsio, ergo & Pseudoprophetas, & Iudam proditorē debemus recipere, & illis alimoniam ministrare? Hoc dominus antea procurans dicit, non personas suscipiendas esse, sed nomina: & mercedem non perdere suscipientes, licet indignus fuerit, qui susceptus sit. Non personas itaque Christus, sed nomina suscipi vult, hoc est, non vult attendi, qualis persona sit, quōue vitæ merito, cuius ministerio Deus vitur, siue in Ecclesia sua gubernanda, siue in doctrina propaganda, siue in Sacramentis administrandis: Iudas ne sit, an Petrus, an Paulus, attendi non vult, sed solum hoc quod sedet in cathedra Petri, quod Apostolus, quod Christi legatus, quod sacerdos, quod Episcopus, quod Angelus est domini exercituum, de cuius ore legem Dei requirere iussus est, hoc solum spectari vult. Si Iudas est, quandoquidem Apostolus est, & pro Christo legatione fungitur, nihil te moueat, quod fur est. Audi nihilomius reuerenter, audi diligenter, audi legationem eius obedienter: Quæ dixerit facito, quæ fecerit, facere noli. Non ad ipsum refer animum, verum ad illum, cuius nomen gerit. Euangelium dicit Augustinus, fur quoque Iudas sine detrimento fidelium prædicauit, ac quicumque non recepit illum, Christum

Pontifices Rom. cur. sanctissimi.

Contra literas Petilianas lib. 2. cap. 40.

Præfides Ecclesie non sine voluntate Dei sunt. Mat. 10. Lib. 1. epist. 2.

Scire & nescire Dei quid sit.

2. Tim. 2. Luc. 12. Mat. 25. Præfides mali propter populi peccata.

Iob. 24. Esa. 24. Sacerdotes mali audiendi. Mat. 10.

Malach. 2.

Lib. 2. cont. epi. Parmenianic. 11. Rom. 12.

Christum ipsum non recepit, qui æquē Iudæ dixerat atque Petro vel Ioanni: Qui vos rejicit, me rejicit. Si verō Petrus est, aut Ioannes, qui eadem legatione fungitur, & dicitis pareto, & facta imitare. Incerta erit salus nostra, si ex sanctitate pendebit docētum, aut Sacramenta ministrantium. Præuum est & inscrutabile cor hominis, vt qui sanctus, quiue minus sanctus sit, non possit nisi solus ille scire, qui scrutatur corda & renes. Itaque fit nō rarō, sanctus vt esse videatur, qui non est, quique persecutor est, aut publicanus hodie, eras fiat Apostolus. Quamobrem rectè à Propheta dictum est: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Etiam si quis certō sciat, iustum aliquem & innocentem esse, atque omni proorsus macula carere, tamen si in illius sanctitate spem suam collocat, si salutem ab illo expectat, maledictus est. Nam domini est salus, & Vana salus hominis. Prædem heretici sunt habitus, & Augustini seculo Donatistæ, & Bernardi æuo, qui se vocabant Apostolicos, qui vtrique noluerunt ibi esse Ecclesiam Apostolicam, vbi non esset vita Apostolica, & Sacramentorum dignitatem ex ministrorum virtute metiebantur.

Quamobrem procul abistat a mentibus piorum error hic, quin ij potius cum audiunt eos, qui præsent, aliorum criminum insimulari, ac eos in famiæ nota aspersos per hominum ora traduci, meminerint scriptū esse: Qui citō credit, leuis est corde: ac Sem & Iaphet imitetur potius laudatos Noë filios, qui tegere sunt & cooperire conati, quā impium illum Cham, cui meritō postea pater maledixit, qui verenda patris nudare ausus est. Certum est, multa crimina falsa contra eos, qui sedent in cathedra Petri, à fatanistis cōfingi: & euenire ferè solet ijs, qui summa cum potestate versantur, etiam si nulla in re ab officij sui religione declinauerint, vt vocular tamen hominum eorumque reprehensionem quandoque non effugiant: vt non sine causā dictum illud celebreretur, Regium est male audire, cū beneficis. Tutius fuerit in hanc partem peccare, si conuictis istorum & impudentibus nonnumquam calumnijs non modō fides non habeatur, verum ne aures quidem accommodentur: si modō peccatum dici potest, quod in laude potius poni debet. Ingentem gloriam ex hac sua Christiana pietate & modestia Christianissimus Imperator Constantinus cōsequutus est, cui cū essent oblatis libelli, in quibus crimina quædam sacerdotum & Episcoporum continebantur, non satis habuit, quod eos exuri fecit, cū se illis, non illos à se iudicari oportere diceret, verum & hoc insuper adiecisse legitur, si forte suis oculis turpē facinus aliquod Episcopum designantem contempserit, obiecturus id fuerit paludamento suo, ne cuius oculi ea re offenderentur.

Sed hic dicit aliquis, quid autem si testatoria sunt non vnus alicuius, verum etiā multorum oculis, quæ ab ijs, qui præsent, nefaria parantur: si non eam quam oporteret Ecclesie curam gerere, ac quibus suis alijs in rebus potius, quā in ijs, quæ proprie ad ipsorum officium pertinent, mentes occupatas habere videntur? Quid aliud quā illud faciendum est, quod fecisse discipulos legimus, cū dormiente Christo nauiculam fluctibus operiri vidissent, excitauit enim eum dormientem, dicentes: Domine salua nos, perimus. Hoc discipulorum exemplum, quicumque pij sunt, imitari debent. Vident nauiculam, in quam ascendit Christus, hoc est, vnam, sanctam, Catholicam, Apostolicam Ecclesiam, ita procellis ac tempestatibus iactari atque agitari, vt mergenda tamiam esse videatur: Simul & hoc intelligunt, tempestatis huius non postremam esse causam, quod in vicarijs suis obdormiuit Christus, qui commodis huius mundi delinuit, profundo somno ita sunt confopiti, vt quamlibet inclames, non queant expergisci: Confugiant ad summum nauiclerum Christum: accedant ad ipsum nihil in fide hæsitantes: eum in vicarijs suis dormientem excitent, ac supplicii voce precantes, exclamant: Domine salua nos, perimus. Expergiscere in ijs, quibus in gubernanda Ecclesie tuæ naui vires tuas committere dignatus es. Excitet eos e profundo somno spiritus timoris tui, ac per eos iam experrectos impera ventis & mari, quod tandem aliquando sedatis tempestatibus, ab omnibus exoptata tranquillitas consequatur, vt videntes homines mirentur, & glorificent te, dicentes: Qualis est hic, quia etiam ministris eius ventis & mare obediunt.

Hæc est ratio, qua succurri possit malis presentibus, vt vita nostra in melius communitata supplices Deum vno ore cuncti precemur, si forte per eos stat, qui præsent, quo minus Ecclesie periclitanti succurratur, quandoquidem in ipsius manu corda sunt Principum, vt ipse inclinet ea ad illa consilia capienda, quibus diu desiderata pax & tranquillitas Ecclesie Dei restitui tandē possit. Quæ enim Satanistæ rationem sequuntur, vt sine declemente de loco superiori, siue scribāt aliquid, non alia in re plus tēporis consumāt, quā in Pontificibus maledictis incessendis, in fama eorū multis etiā confictis criminibus laceraanda, magis id ad eō ad maiorem etiā excitandam tempestatem, quā tranquillandā facere

Hier. 17.

Hier. 17.

Psal. 3. Psal. 53.

Bernard. ser. 66 in Cant.

Eccle. 19. Genes. 9.

Constantinū M. reuerentia erga sacerdotes Libellitrimina si contra sacerdotes ab Imp. Constantino combūti. Theodo. lib. 1. cap. 11.

Gen. 9. Præsentibus malis quid agendum. Mat. 8.

Malis presentibus qua ratione succurri possit. Proverb. 2.

videtur. Sed hæc tandem dicta sufficiant, quò ad explicationem huius articuli, quo nos credere sanctam Ecclesiam Catholicam proficemur.

Quæ sit Sanctorum communio.

C A P. XXX.

V isum est autem operæ precium, aliquid etiam de sanctorum communione dicere. Sunt qui putent ijs verbis Ecclesiam definiti, quò ea sit quasi communio quedam, hoc est, societas sanctorum. Quorum nos hanc sententiam non rejiciamus, modò ne solos iustos intelligi sanctos velint. Primis illis Ecclesiæ temporibus, sicut superius etiam à nobis dictum est, vocabantur sancti fideles omnes, quicunq; Christo nomen dedissent & eius Ecclesiæ ascripti essent, etiam si minus sanctè atq; integrè vixissent. Horum communionem, hoc est, societatem quandam, Ecclesiam esse libenter cõcedimus.

Est enim Ecclesia fidelium congregatio, est corpus vnum ex multis membris compacti, cuius caput est Christus ipsum enim Deus dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habent, ita multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli autè alter alterius membra. Qualis itaque membrorũ inter se societas est, vt operatio cuiusq; membri cadat in commodum totius corporis, talis est inter Ecclesiæ membra, qui sunt fideles, bonorũ operum quædam cõmunio, non solũ eorum, quæ fecit Christus caput huius corporis, ex quo manat in reliquũ corpus omne, & in singula eius mēbra quicquid est boni, quicquid est meriti: verũ & piorũ hominum omnium qui sunt, quicq; fuerunt ab initio mundi, nobis vt eorum benefacta subueniant, nos iuuent, nos ædificent, vt bonorũ omnium spiritualium, quæ sunt, & quæ facta sunt olim in Ecclesia, quoad illius esse membra non deserimus, participes efficiamur. Hoc est, quod à Propheta dicitur: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Hoc est, quod Christus nos orare docens, iubet non sibi quemque peculiariter perere, sed velut vnus corporis membra, eodem animata spiritu, quod in communi cunctis expedit, à communi omnium patre postulare, dicendo: Da nobis, dimitte nobis: libera nos, ita vt alter alterius onera portemus, & sic legem Christi adimpleamus. Hoc est, quod in Euangelio legitur: Qui recipit prophetam in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Hoc est, quod in Genesi quoque scribitur: Si decem iusti Sodomis reperti fuissent, quod propter eos non fuerit Deus ciuitatè deleturus. Neque verò eorum tantum, qui nobiscum in hac vita degunt, verũ & illorum, qui multò felicitus cum Christo viuunt, nobis & orationes patrocinantur, & merita suffragantur.

Hoc est, quod de tribus pueris dicit Ioannes Chryostomus: Quoniam seipsum ad impetrandam populo veniam sufficere non credunt, ad patrum merita confugiunt, ipsi verò nihil se amplius profitentur adferre, quàm humiliatum spiritum, ac dolore contritum. Et apertius adhuc in Genesim scribens: Sapè quando non est inuentus iustus in presenti vita, propter defunctorum virtutem, viuentium Deus miseretur, & curã habet, vnde clamat, dicens: Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meũ. Quasi diceret, licet ipsi indigni sint, & nullam salutis habeant occasionem, verum quia solitus sum misericorditer agere, & ad misericordiam promptus sum, propter me ipsum faciã, & propter puerum meum Dauid, qui ante hos annos è vita migravit. Hic erit auctor salutis ijs, quia sua sese perdidderunt desidia. Vidisti domini misericordiam? quomodo eos, qui virtute pollent, toti multitudini opponit, & rependit. Rursus explicans Psalmum quinquagesimũ. Hic, inquit, sanctus Dauid, non solũ cum esset in corpore, placuit Deo, sed & post mortè suam viuus grande præstitisse solatium inuenitur. Contingit nãq; Ezechia regi inimicas in temporibus Iudæorũ gentes Hierosolymã circumuallasse, & cũ esset Ezechias iustus vir, rogauit Deum, & prolustratus lachrymis deprecabatur vltionè de aduersarijs postulans: Venit ad eũ Esaias Propheta, & dicit: Ne paretur ille, quia iustitia sua exauditus est: & certè iã defecerat Dauid, & habebat multos annos requiescens: Quid ergo dicit eis? Protegam hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid seruũ meum. Dauid mortuus est, & merita eius vigent. O rem admirandam, ò ineffabilis clementia Dei: Homo mortuus vno patrocinatur. Et rursus alio loco. Ad eò post illa vulnera Dauid resillit, sic se à maculis abluuit, ita mundum effecit animum, vt vel mortuus precantibus succurreret. Et quod de Abraham, id de Dauid quoque Deum dixisse scriptura testatur, imò verò multò magis de Dauid: De Abraham enim scriptum est: Recordatus sum testamenti mei, quò d erat ad Abraham: hic verò non dicit testamenti, sed propter Dauid seruũ meũ protegam ciuitatem hanc. Repetit idem breuiter scribens in epistolam ad Philippenses, Gregorius quoq; magnus: Aliorum, inquit, bono opere alij adiunãtur, sicut ad peccatorem regè Salomonè à domino dicitur: Quia non custodisti præcepta mea, distrumpes incindam regnum

Sãti olim qui.

Ecclesia quid. Eph. 5. Rom. 12. 1. Cor. 12.

Communio bonorum in ecclesia.

Psal. 118.

Math. 6. Galat. 6.

Math. 10.

Genes. 18. Sanctorum merita alios adiuuat etiam post mortem.

Hom. 4. in Math. 4. Rom. 4. 1.

Est. 37. 4. Reg. 19.

Homil. 2.

Homil. 17. in Math. Ser. 1. 77. ad populũ Ant. 1. lib. 3. aduers. vniuersales vix monachice.

Greg. lib. 5. in 1. Regum ca. 4.

regnum tuum, & dabo illud seruo tuo, veruntamen in diebus tuis, non faciam, propter Dauid patrem tuum, neque est qui squam ferè sanctorum, qui nõ eiusdem sit sententia.

Hæc itaque sanctorum est intelligenda communio: quòd merita sanctorum omnia, cã eorum, qui militant adhuc nobiscum in terris, quàm illorũ, qui postea quàm certauerunt bonũ certamen, & coronã gloriæ consequuti sunt, iam triũphant in cœlis, nobis cõmuni cantur, nobis suffragãtur, nos adiuuant. Hoc est, quod contra Faulũ scribens dicit Augustinus: Populus Christianus memorias martyri religiosã solenitate cõcelebrat, & ad excusandã imitationem, & vt meritis eorũ confocietur, & orationibus adiuuetur. Ceterũ, est sanctus sanctorũ dominus noster Iesus Christus, cuius sanctitate sanctus est, quicunq; sanctus est: iustus est: iustitia iustus est, quicunq; iustus est: cuius nisi crux intercessisset, nulla esset sanctitas, nulla esset iustitia, nulla essent merita cuiusquã. Quid enim aliud est hominis meritũ, nisi, quemadmodum superius dictum est, miseratio domini? nisi mors illa crucis acerba, quam ille, miserus generis nostri, nostra causa subire dignatus est? Hanc si sustuleris, quid erunt alii vniuersæ iustitiæ nostræ, nisi pãnus menstruare? quæ erunt alia merita nostra, nisi ignis gehennæ? Hic itaque sanctus sanctorũ, quem dedit Deus caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, merita sua omnia, præcipuè verò passionis & mortis suæ meritum, cum membris suis communicat. Fit autè ista communicatio per Ecclesiæ Sacramenta, quæ vocantur sancta, quorum & ipsorum est in Ecclesia communio quedam & societas, quemadmodũ Paulus dicit: Vnus panis & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus. Quamobrem vbi iisdem sanctis, hoc est, communibus Sacramentis vtuntur omnes, per quæ Christi meritorũ facti participes, vnũ cum illo capite suo corpus efficiuntur: vbi præterea societas quædam est & communio bonorũ operum omnium, quæcunq; vel faciunt, qui versantur adhuc in hoc seculo, vel fecerũt, qui iam recepti sunt in sedes beatorum, ibi rectè sanctorum esse communionem intelligimus.

Qui sint extra Sanctorum communionem.

C A P. V T XXXI.

EXTRA communionem hanc sanctorum sunt infideles omnes, quos ethnicos sive Paganos vocamus, qui nunquã in Ecclesia, sed foris fuerunt semper: Quod Paulus indicat, dicens: Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? Sunt extra eam, qui prodierunt ex illa, sed segregauerunt semetipsos, vt dicit Iudas, animales, spiritu non habentes, hæretici & schismatici: de quibus dicit Ioannes: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanissent vtique nobiscum: qui non scis habent segregallè semetipsos, verũ seducunt præterea multos, dicens: Ecce hic est Christus, ecce illic: ecce in deserto, ecce in penetralibus. Quos non audiri iubet Christus, quos post vnã atque alteram correptionem vitare præcipit Apostolus, tanquam viperam & basiliscum: quibus etiam aue dici prohibet Ioannes: qui tantum abest vt in Ecclesia communicandum cum illis putauerit, vt ne balneum quidem ingredi voluerit, in quo Cherinthum viderat inuicem lauauit. Sunt denique extra eam, qui non suta spõte exierunt, sed tanquã putrida membra ab eius corpore sunt relæti, proque ea potestate ligandi & soluendi, quæ data est Apostolis & eorum successoribus, declarati, vt pro Ethnicis & publicanis, iuxta Christi præceptum haberentur, atque à communione fidelium rejicerentur: vnde etiam excommunicati dicuntur, quòd neque Christi, neque sanctorum cum eis vlla merita communicantur. Quamobrem & à Sacramentis arcentur, & eorum consuetudine pijs omnibus interdicitur. Quòd, si quis rectè expendat, incomparabile damnum est: traduntur enim eiusmodi Satanæ, qui cum & Christi meritis, & Ecclesiæ sint suffragijs destituti: plenam in eos accipit potestatem. Hoc nunc agit in Ecclesia, dicit Augustinus, excommunicatio, quod agebat in veteri Testamento interfectio. Tunc, vt est apud Cyprianum, gladio occidebantur, quando adhuc & circuncisio carnalis manebat: nunc autem quia circuncisio spiritualis esse ad fideles Dei seruos cõcepit, spirituali gladio superbi & contumaces necantur, dum ab Ecclesia eijciuntur: neque enim viuere foris possunt, cùm domus Dei vna sit, & nemini salus esse nisi in Ecclesia possit. Iusticiatos autem perire, dum non audiunt, nec obtemperant consilij salutribus, testatur scriptura, quæ dicit: Non diligit indisciplinatus castigantem se, qui autem oderunt correptionem, confumentur turpiter. Quamobrem nihil æquè formidandum est homini Christiano, quã à Christi corpore, quæ est Ecclesia, separari. Si quis enim ab ea separatur, iam non est membrum Christi, non vegetatur Spiritu Christi: à communione sanctorum, hoc est, à participatione sacramentorum, & ab Ecclesiæ suffragijs excluditur. Et fit tanquã Ethnicus & publicanus: quod multo grauius esse scribit Augustinus, quàm si gladio feriretur, si flamma absumeretur, si feris subijceretur.

Quamuis autem hæc sit pœnarum grauissimã, quoniam tamen, sicut à quodam hu-

Festulantes sanctorum cur sita. Lib. 20. ca. 21. Merita sanctorum vnde sint.

Esa. 64.

T sacramenta sancta. 1. Cor. 10.

Ethnici, heretici & schismatici extra Ecclesiam. 1. Cor. 5. 1. Ioan. 2.

Math. 24.

Tit. 2. 2. Ioan. 1.

Excommunicati.

Math. 18.

Excommunicatioms vis.

Excommunicatio in nouate. smentio & in veteri interfectio sui.

In Deut. cap. 37. & 39. Lib. 1. epist. 11. Inter. ad Hullo. dorum.

Excommunicatio maxime for midanda.

August. contra aduersarium legis & prophet. cap. 17.

Aristo. 10. Ethicorum. Excommunicacione primiti vendam. 1. Cor. 5.

2. Theff. 3.

Aug. de corrept. et gratia. ca. 15

Excommunicatio mortem aeternam affert. Ecclesie bona in profanos vsus et profanos expensas expendit. 1. Cor. 7. 14.

ius seculi sapienti scriptum est, medicina quoque poena sunt medicina causa debet adhiberi. Neque propterea nobis hoc animaduersionis genere vtendum est, vt quem e coetu piorum eijcimus, eum perpetuo iam condemnatum, ac gehennae supplicij traditum velimus: verum illud magis propositum esse nobis debet, vt qui castigatur ad hunc modum, is ad mentem aliquando sanam redeat, atque ab eo, quo ligatus est vinculo absolui petat. Hoc a Paulo ita faciendum esse discimus licet: is enim ad Corinthios scribens, Iudicauit, inquit, tradere huiusmodi hominem Satanae in interitum carnis, vt spiritus saluus sit. Non ad spiritus, sed ad carnis interitum tradidit eum Satanae, hoc est, vt libido, vt tumor, superbia, contumacia, & si quae sunt alia carnis opera, ea domarentur, ac plane mortificarentur, quo domitis ijs, tanto minore negotio spiritus saluus fieri possit. Ad Thessalonicenses quoque scribens: Quod si quis, inquit, non obedierit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. A quo separationem indixit, dilectionem non praecidit, in hoc modo vitari eum volens, vt erubescat, & ad mentem sanam redeat. Quod si pudore correptus non fuerit, tum ipse sibi causa est mortis, non is, qui sanatum eum hoc remedij genere cupiebat. Docet Augustinus corripendo nihil aliud agere nos debere, nisi vt ab ista pace, quae est ad Deum, non recedatur, aut ad eum qui recesserat, reuertatur.

Quod autem excommunicatio mortem & quidem aeternam adferat, praeter multos alios, docet etiam is, qui pro Christi fide sanguinem suum profudit, sanctus ille pater Vrbanus: Qui prohibens ne facultates Ecclesiae raperentur in alios vsus conuertenda, vnicuique diripienti excommunicacionem minatus: Haec, inquit, fratres, valde cauenda sunt & timenda, quia res Ecclesiae non quasi propriae, sed vt communes & domino oblatae, cum summo timore non in alios, quam in praefatos vsus fideliter sunt dispensanda, ne sacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, vbi tradite sunt: ne poenam & mortem Ananiam & Saphiram incurrant, & quod peius est, anathema maranatha fiat, & si non corpore, vt Ananias & Saphira mortui ceciderint, anima tamen, quae potior est corpore, mortua, & a consortio fidelium alienata cadat, & in profundum baratri labatur. Vnde attendendum est omnibus, & fideliter custodiendum, & vsurpationis illius contumelia depellenda, ne praedia vsibus sacrorum caelestium dedicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debita vltionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, perpetua damnatur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuae deportationis seruetur: quoniam iuxta Apostolum tradere oportet hominem huiusmodi Satanae. Haec sanctus ille martyr, ante mille trecentos & amplius annos.

DE SACRAMENTIS.

CAP. XXXII.

Sacramenta signa efficacia. Signum quid. Lib. 2. de doct. Christ. cap. 11.

Lib. 16. contra Faust. cap. 11. Sacramenta quarum rerum signa sint.

Rom. 6.

Quoniam vero sancta Sacramenta, per quae sanctificamur, & sanctorum comunione, sacramentorum participationem significari diximus, horum quoque nobis ratio venit explicanda. Sunt autem sacramenta signa quaedam. Porro signum, vt est apud Augustinum, est quod praeter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire: Sicut vestigio viso, transisse animal, cuius vestigium est, cogitamus: & fumo viso, ignem subesse cognoscimus: & voce animantis audita, affectionem animi eiusdem aduertimus: & tuba sonante, milites vel progredi, vel regredi, & si quid aliud pugna postulat, oportere nouerunt. Sic circucisio fuit signum, per quod veniebat in agnitionem, eum, qui circucisus esset, esse Iudaeum. Sic baptismus, Eucharistia, & alia Sacramenta sunt signa, quae praeter speciem, quam ingerunt sensibus, faciunt in agnitionem venire, qui vtuntur illis, eos esse Christianos.

Sunt igitur Sacramenta signa quaedam siue symbola, aut notae, quibus Christiani a non Christianis discernuntur, qualia signa quaeuis vt habeat congregatio, necesse est. Nam sicut ab eodem Augustino scriptum est, in nullum nomen aut verum, aut falsum, coagulari possunt homines, nisi signaculorum vel sacramentorum visibilibus aliquo consortio colligentur. Neque vero huius tantum generis signa sunt sacramenta, sed sunt signa sacrae rei, nimirum inuisibilis gratiae, quae in visibili elemento consistit. Neque qualiacumque signa, sed efficacia, vt quae & continent ipsa gratia, & eius causa sunt, atque id quod significant, efficiunt. Sunt signa, quibus & praetitorum admonemur, & praesentium, & futurorum. Admonemur eius, quae praeterijt, Christi passionis, ex qua virtute habet omnia sacramenta: admonemur praesentis gratiae, quae nobis confertur sacramenta sumuntibus: admonemur future gloriae, cuius quasi pignora quaedam sunt, quod per illa nos ad illam peruenturos certam spem concipimus. Exempli gratia: Cum baptizamus, admonemur Christi passionis & mortis, quae iam praeterijt: conspelimur enim cum illo per baptismum in mortem, & in

& in morte ipsius baptizamus, ipsam in nobis representantes. Admonemur praeter gratiam, quae nobis confertur in Baptismo, nimirum peccatorum remissionis, a quibus ita coremundatur, dum aqua corpus tangitur, quemadmodum sordes corporis per aquam ablui confueuerunt. Admonemur postremo vitae illius & gloriae aeternae, ad quam nobis aditus patet per baptismum, quam nos consequuturos hoc quasi pignore dato certos Christus reddidit, si in ea puritate, quam nobis baptismus attulit, permanserimus. Ex quo videre licet, non vnus rei signum esse sacramentum, sicut baptismus passionis Christi, quae praeterijt, signum est memoratiuum, praesentis gratiae demonstratiuum, futurae gloriae prognosticon. Signa autem haec eiusmodi sunt, quae sub sensum cadere, quae videri possint, sub quorum tegumento diuina virtus secretius operatur salutem.

Propterea autem virtutem suam in visibilibus eiusmodi signis operari voluit, vt non sine se imbecillitati diuinae maiestas accommodaret. Si tu incorporeus esses, dicit Chrysostomus, nuda ipsa bona incorporea tradidisset tibi: Quoniam vero corpori coniuncta est anima tua, in visibilibus intelligenda tibi traduntur. Ita autem natura comparatum est, vt utrumque, quae intelligenda sunt agnitionem, non feret, nisi per ea, quae sensu percipiuntur, peruenire possimus. Quod non ab huius modo seculi sapiente traditum est, qui dixit: principium nostrae cognitionis esse a sensu, & nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu: verum ab illo quoque, qui plenus caelestis sapientia, scriptum reliquit, quod inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.

Quo facilius itaque secretorum operatio Dei mente comprehendi possit, signis quibusdam visibilibus id demonstrari Deus voluit: cuius etiam sapientiae congruebat, vt sicut a visibilibus lapsus occasio sumpta fuit, sic in eisdem visibilibus remedium inueniret. Signa autem haec, elementa quoque licet appellare, ad quae simul vt accesserit verbum, iam erunt sacramenta. Quae cum esse medicinae quaedam videantur homini adhibenda, qui ex corpore constat & anima, Quam etiam ob causam ab Ambrosio remedia peccantium vocantur, ad vtinque eas accommodari oportuit, vt esset quod corpus tangeret, esset praeterea quod animum afficeret. Corpus tangit elementum, animam afficit verbum, quod illa cum audit, credit, credendo vero munda fit, & sanatur a lepra peccatorum, sicut dicit Christus: iam vos mundi estis propter baptismum, quo loti estis, sed ait, propter sermonem quem loquutus sum vobis: nisi quia & in aqua verbum mundat: Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam ipsum visibile verbum. Ac pauld post, Vnde ista tanta virtus aquae, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Hinc est, quod in actis Apostolorum legitimus, Fide purificans corda. Fides autem ex auditu, auditus per verbum Dei. Ante quem etiam Chrysostomus: Aqua primatum tenet in elementis, sed cum istud elementum acceperit Spiritum sanctum, fit sacramentum, & iam non erit aqua potationis, sed sanctificationis, non erit aqua communis, sed refectiois. Certum autem est, quod non prius accepit Spiritum sanctum, quam verbum accesserit. Est itaque signum vel elementum in sacramento instar materiae: verbum vero instar formae.

Neque vero eiusmodi signa sunt sacramenta nouae legis, qualia fuerunt sacramenta veteris legis: Cum praclare scriptum sit ab Eusebio Emiseno, non enim sacramenta Ecclesiae, sicut sacramenta synagoga, medicinam docent & ostendunt, sed ipsa potius sunt medicina, & remissio peccatorum. Hoc est, quod ab Augustino quoque scriptum legitimus, sacramenta noui Testamenti dant salutem: sacramenta veteris legis promiserunt Saluatorem. Illa nihil aliud quam significabant, haec vero quod significant, & continent in se, & efficiunt. Continent enim in se gratiam, & propterea vocantur vasa gratiae: & sunt causa illius: non quod in eis gratia substantialiter contineatur, vel causaliter efficiatur, cum receptaculum gratiae sit anima, sed quod ipsa significat gratiam, quae in ipsis inuenitur & semper confertur. Deinde vero sicut quod est in vase, non est de ipso, nec ex ipso, sed ab ipso hauritur: sic gratia non est a sacramentis, nec de sacramentis, sed hauritur a fonte eterno, & ab illo hauritur, ab ipsa anima, de ipsis sacramentis. Et sicut quis recurrit ad vas, cum requirit liquorem, sic quaerenti gratiae liquorem & non habenti, recurrendum est ad ipsa sacramenta, per quae tanquam instrumenta quaedam & vasa, gratiam curationis a summo medico Christo haurire oportet: qui tamen haud ita gratiam suam sacramentis alligasse credendus est, vt non per alias quoque vias quando vult, eam conferre queat.

Quo melius autem res intelligi possit, exemplo siue similitudine quadam illustrabimus. Quis non intelligit in curatione morbi, quo corpus afficitur, solum esse Deum, qui virtute potestateque sua pulso morbo sanitatem restituit? Sanare tamen dicitur nihilominus

Cur in visibilibus signis Deus virtutem suam operari voluit. Chrysost. hom. 83. in Matthe. Arist. 2. Posteriorum 2. de anima. Rom. 11.

Sacramenta corporibus et animis accommodata. Ambros. lib. 2. cap. 9. de patientia. Ioan. 15. August. tract. 80. in Ioan. Omnis virtus aquae in baptismo est a verbo. Act. 15. Rom. 10. Chrysost. in psalm. 22.

Sacramentorum veteris et nouae legis discrimen. Euseb. in Hem. Sabbati post primam do. quadage. In psalm. 73. Infra Cap. 34. 35. 38. et 39. Sacramenta vera a gratia quomodo.

Sacramentis Deus non alligauit virtutem suam.

minus medicina, quod subtrahitur materia, quae peccabat, sanitate efficit: sanare dicitur dicta, quod hominem in sanitate conseruat: sanare dicitur vas, in quo medicina continetur, quod ex illo hauritur: postremò sanare dicitur medicus, tanquam minister & instrumentum Dei. Sic in curatione morbi spiritualis, quae nil aliud quam sanctificatio, sanctificat solus Deus auctoritate sua: sanctificat gratia formaliter expellendo morbum, hoc est, peccatum: sanctificat imperio mandatorum vt dicitur: sanctificat sacramenta, tanquam vasa medicinalia, in quibus confertur gratia: sanctificat sacerdos tanquam minister. Atque haec quidem de vi sacramentorum dicta sufficiant.

De numero Sacramentorum. CAPVT XXXIII.

Quod ad numerum sacramentorum attinet, sunt qui iam olim receptum & vetustate consecratum, parum prudenter, minus ipsi prudentes institutum fuisse dicunt, atque idè ad examen eum retrocere conantur. Quod quid aliud est, quam velle populo persuadere, non satis tuta esse ac firma fidei nostrae fundamenta? Quid autem habet ea res reprehensionis, si maioribus nostris visum fuit, sacramenta nouae legis eo numero completi, qui sacris literis admodum est familiaris & praesertim cum non eandem neque vim neque necessitatem tribuant omnibus. Quid hic vel Euangelicè doctriinae aduerfatur, vel eam obscurat, si qui Spiritui sancto familiaris est numerus, eo sacramenta comprehendendi voluit Ecclesia? cum etiam dona Spiritui sancti septem recensentur: cum septem sigillis, quibus fuit veteris testamenti pagina signata, quae agnus, qui habet clauem David, qui aperit, & nemo claudit, referat, septem tubis, quibus Angeli cecinerunt, septem stellis, quas habebat similis filio hominis in dextra sua, septem panibus, quibus dominus turbas pavit, septem oculis super vnum lapidem, septem lucernis tabernaculi super vnum candelabrum positis, septem lotionibus Naaman, ea adumbrata esse existimantur: cum ad septem etiam virtutes animos hominum preparare videantur. Baptismus enim est sacramentum fidei: confirmatio spei. Eucharistia charitatis: poenitentia iustitiae: extrema vnctio perseuerantiae, quae perfectio quaedam est fortitudinis: ordo, prudentia: matrimonium temperantiae. Ad septem etiam hominum genera accommodentur. Baptismus enim est intrantium in vitam: confirmatio pugnantium: Eucharistia vires restumentium: poenitentia de lapsu resurgentium: extrema vnctio ex hac vita exeuntium: ordo ministrantium: matrimonium nouos milites introducentium. Per baptismum enim spiritualiter renascimur, ac in nouam vitam ingredimur: per confirmationem augetur in gratia, & roboratur in fide: renati autem & corroborati, nutrimur diuina Eucharistiae alimonia: quod si per peccatum in aegritudinem animae incidimus, praesertim est poenitentiae remedium, quo spiritualiter sanamur. Porro extrema vnctio, non solum spiritualiter, verum etiam pro eo vt animae expedit, corporaliter sanamur: per ordinem autem Ecclesia gubernatur, & multiplicatur, spiritualiter: per matrimonium augetur corporaliter.

Summa itaque ratione factum est, vt septenario numero sacramenta comprehenderentur: Ad quae ritè perficienda tria requiruntur: res, tanquam materia, tanquam forma: & ministri sacramentum conferentis persona, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Horum trium si desit aliquid, non perficitur sacramentum. Tria autem sunt sacramenta, quae characterem imprimunt in anima, hoc est, spirituale quoddam signum à ceteris distinctum, indelibile: Baptismus, confirmatio & ordo, propterea iterari non possunt: reliqua verò quatuor, quoniam characterem non imprimunt, iterantur.

DE BAPTISMO. CAP. XXXIII.

Ac primum quidem locum inter sacramenta baptismus obtinet, quem fidei sacramentum esse diximus, quod in eo Christianam fidem profiteamur: qua etiam ex causa fidei sigillu ac tessera quaedam Christiani militis vocatur à Basilio. Et auctor operis imperfecti in Matth. baptismu vocat signaculum fidei. Haec est inuana sacramentorum omnium, in quorum communionem non admittuntur nisi baptizati: Hoc est nostrae iustificationis exterius ac visibile principium. Nam per baptismum incipimus esse membra Christi & corporis eius Ecclesiae, quae est congregatio fidelium: & illius virtute primò fides datur omnibus. Est in hoc sacramento visibile signum, aqua materiae locum obtinens: quod accedente verbo, Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritui sancti, quod verbum forma est huius sacramenti, fit signum sacra rei, hoc est, inuisibilis gratiae, quae non modò significatur, verum etiam confertur multiplex per aquam baptismi, sicut etiam varia est & multiplex aquae proprietates.

Ac pri-

Ac prima quidem gratia, quae & confertur & significatur per aquam baptismi est haec, quod qui nati eramus mundo, renascimur caelo: qui nati eramus serui peccati, renascimur liberi iustitiae: qui nati eramus filij irae, filij diaboli, filij gehennae, renascimur filij gratiae, filij Dei, haeredes regni caelorum. Hoc est, quod Paulus baptismum vocat lauacrum regenerationis dicens: Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritui sancti, quem effudit in nos abundè, per Iesum Christum dominum nostrum: vt iustificati gratia ipsius, haeredes simus secundum spem vitae aeternae. Quibus verbis indicat simul Paulus & causam nostrae salutis, & rationem, & modum, & finem. Causam esse dicit Spiritum sanctum, cui regenerationem hanc attribuit: sic enim edoctus erat à Christo, qui dixit: nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non introibit in regnum Dei. Quae locu explicans Cyrillus Alexandrinus Gregorij Nazianzeni & Nisseni & Cyrilli Hierosolymitani sententia sequitur: Cum non simplex, inquit, sit homo, sed compositus ex corpore sensibili & intellectuali anima, duplici quodam ad generationem indiget modo, qui duplicitate sua ad verumque possit accommodari. Spiritu enim sancto Spiritus hominis, aqua verò corpus sanctificatur. Queniam admodum enim viribus ignis intensus aqua calefacta, non aliter quam ignis vrit, sic Spiritui sancti operatione ad diuinam aquae reformantur virtutem, qua baptizati corpus abstergunt.

Ambrosius. Cum ex duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat & corpore: visibile per visibile, inuisibile per inuisibile mysterium consecratur. Aqua enim corpus abluitur, spiritu animae delicta mundantur.

Et alio loco. Impossibile, inquit, videbatur, vt peccatū ablueret aqua, sed quod impossibile erat, fecit Deus possibile esse: qui tantam nobis donauit gratiam. Chrysostomus, Quemadmodum aquae natura, quae fuit in probatica piscina per se non sanabat, sed dum taxat cum ab Angelo mouebatur: Ita & in nobis non simplex aqua operatur, sed cum Spiritu gratiam accipit, omnia abluunt peccata, De Syluestro papa scribit Nicephorus, quod baptizaturus Imperatorum Constantinum, sic eum fuerit allocutus: Haec imperator aqua diuina virtute per intocationem viuificat Trinitatis concepta, sicuti extra corpus hominis abluit: ita etiam animam intra à sorde & iniquatione omni mundificans, splendidiorem solariis radijs efficit.

Quae ergo gratia est in aqua, non ex natura est aquae, sed ex praesentia Spiritui sancti: qui tamen non ita causa est regenerationis & renouationis nostrae, vt non simul causa sit eius & pater & filius, cum inseparabilia sint opera trinitatis. Et idè tres personas hoc loco ponit Apostolus, in quantum vno nomine baptizat sacerdos: Non enim dicit in nominibus, sed in nomine patris, & filij, & Spiritui sancti: vt quorum vna est diuinitas, vna est largitio, nomenque trinitatis, vnus esse Deus intelligatur: tres enim personae Deus vnus est. Ac singulis quidem personis sua quasi propria tribuuntur: aliter enim causa est pater, aliter filius, aliter Spiritui sanctus, Pater est causa efficiens principalis, qui saluos nos fecit: filius meritoria, na per sanguinis ac mortis eius meritū saluos nos fecit: per eū Spiritui sanctum in nos effudit, misit eū in corda nostra, clamantē Abba pater. Huic ergo Paulus tribuit regenerationis & renouationis beneficium, cuius causa est Spiritui sanctus, ex quo & ex aqua renascimur. Deus itaque trinus & vnus, ipse est, qui saluos nos fecit. Quibus autem rationibus adductus est, vt saluos nos faceret? Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, dicit Paulus, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Sed & ad Israel dixit Moyses: Scito quod non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dedit tibi terram hanc: Quid enim opera, quae fidem praecesserunt, nisi poenas ignis aeterni mererentur? Facti eramus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatae vniuersae iustitiae nostrae, vt rectè cum propheta nobis dicere licuerit: Misericordiae domitui, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt misericordiae eius. Verum qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, misit Deus filium suum vnigenitum, vt sicut per Moysen exaltatus est in deserto serpens, sic ille exaltaretur in cruce, vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeternam.

Neque tamen satis esse voluit credere: sed ad ipsam salutem, & ad vitam aeternam perueniendi, ac in Dei regnum introeundi nobis modum hunc praescripsit, vt si de suscepta renascamur ex aqua & spiritu. Regenerationis itaque nostrae causam instrumentalem aquam esse baptismi voluit, quod ad illam representandam nihil aptius aqua reperiri potuit, cui generandi vis conuenire maxime videtur. Nam & femina ex quibus generantur omnia, non ipsa magis animantia quam plantae, humida sunt & ad aquam pertinent. Qua etiam ex causa non defuerunt Philosophi quidam, qui rerum omnium principiu aquam esse dicerent. Quare cum aqua baptizatur homo, non modò significatur, verum etiam

F 4 etiam

Sanctificationis
causae multae.
Ista cap. 39.

Sacramentorum
septenario nu-
mero.
Esa. 11.
Apocalyp. 5.
Apocalyp. 8.
Apocalyp. 2.
Matth. 15.
Zach. 3.
Zach. 4.
1. Reg. 5.
Sacramenta
preparant ho-
mines ad septē
virtutes.
Quomodo accō-
modentur ad
septem homi-
num genera.

In sacramentis
requiruntur
tria.

Sacramenta cha-
racterem imprī-
mentia.
Character quid

Lib. 3. contra
Eunom. & in
exhortat. ad ha-
bilit. & Hom.
5. in cap. 4.
Matth.

Baptismi gra-
tie multae.
Regeneratio
Rom. 6.
Ephes. 2.
1. Petri 3.
Tit. 3.

Salutis huma-
nae ratio.

Ioan. 3.
Cyril. lib. 2. in
Ioan. cap. 42.
Naz. in ser. de
baptif.
Cyril. Caes. 3.

Ambros. lib. 2.
in cap. Lucae 3.

Amb. lib. 2. de
poenitentia.
Chryl. hom. 35.
in Ioan.
Niceph. lib. 7.
cap. 33.
Vna aqua bap-
tizandi.

In nomine Pa-
tris & filij &
spiritui sancti,
et nō in nomi-
bus patris &
filij & spiritui
sancti dicendū
est.

Rom. 8.
Gal. 4.

Tit. 3.

Deut. 9.

Esa. 64.
Threnorum. 3.
Ephes. 2.

Ioan. 3.

In baptifia
cur aqua ad-
hibetur.

etiam confertur ei regenerationis gratia: vt qui natus fuerat filius iræ, ex aqua & spiritu renascatur filius gratiæ.

Vim autem hanc regeneratiuam & purgatiuam aquis tactu suæ mundissime carnis Christum contulisse, testatur Augustinus, & eum sequuntur Beda Saluatoris enim baptismi purgata sunt potius fluentia, quam vt ipsa purgantur: ac nouo sanctificationis genere Christum non tam lauit vnda, quam lota est: atque ex quo tempore se in aquam misit, ex eo gurgitum omnium tractus, cunctorumque fontium venas mysterio baptismatis consecrauit, vitalemque gratiam non corpus ex flumine, sed flumen mutuauit est ex corpore. Et qui præcesserunt Bedam. Gregor. Nazianzenus in oratione quam habuit in Theophania. Videbis, inquit, Iesum in Iordane meam expurgare purificationem, vel potius purificatione aquas sanctificantem, Idem repetit in ea, quæ sequitur homilia. Et auctor operis imperfecti in Mattheum, quod Chrysostomo tribuitur. Venit, inquit, Iesus ad baptismum, non vt ipse remissionem peccatorum acciperet per baptismum, sed vt sanctificatas aquas relinqueret postmodum baptizadis. Optatus quoque: Caro Christi ipso Iordane sanctior inuenitur, vt magis aquam ipsam discentu suo mundauerit, quam ipsa mundata sit. Et Apponius miratur, inquit, Ioannes, cum videret Christum propter aquarum sanctificationem ad baptismum venientem. Et Bernardus baptizatus: Non te in aquis, sed aquas in te sanctificas, vt per eas sanctificares nos. Quæ de re sic ab Eusebio Emiseno scriptum legitur: In Iordanis alueo aquas omnibus gentibus ad salutem humani generis suo baptismate consecrauit, eas enim ille omnibus aquis purior, non tã sanctificandus quam sanctificaturus intrauit. Quem secutus Leo pontifex ait: Terra carnis humanæ, quæ in primo fuerat præuicatoris maledicta, in solo beatæ virginis partu germen edidit benedictum, & à vitio suæ stirpis alienum: cuius originem spirituale in regeneratione quisque consequitur, & omni homini renascenti aqua baptismatis instar est vteri vaginalis, eodem spiritu sancto replere fontem, qui repleuit & virginem, vt peccatum quod ibi vacauit sacra conceptio, hic mystica tollat ablutio. Et proxime in sequenti sermone: Nisi verbum Dei caro fieret & habitaret in nobis, nisi in communionem creaturæ creator ipse descenderet, & vetustatem humanam ad nouum principium sua natiuitate reuocaret, regnaret mors ab Adam vsque in finem, & super homines insolubilis condemnatio permaneret, cum de sola conditione nascendi vna cunctis esset causa pereundi. Solus itaque inter filios hominum dominus Iesus innocens natus, quia solus sine carnalis concupiscentiæ pollutione susceptus, factus est homo nostri generis, vt nos diuinæ naturæ possemus esse consortes. Originem quam sumpsit in vtero virginis, posuit in fonte baptismatis: dedit aquæ, quod dedit matri: virtus enim altissimi, & obumbratio Spiritus sancti, quæ fecit vt Maria pareret saluatorem, eadem fecit vt regeneret vnda credentem.

Hæc est itaque prima gratia, cuius signum efficax est, quamque nobis re ipsa confert aqua baptismatis, regeneratio spiritualis, qua iustificati heredes efficiuntur secundum spem vitæ æternæ, qui finis est regenerationis huius, quam præcedit ablutio peccatorum, quæ & ipsa est inuisibilis gratia, cuius visibile signum, & quidem efficax, est baptismus: Propterea vocatur à Paulo lauacrum, non hoc tantum loco, quem nunc explicauimus, verum etiam cum ad Ephesos scribens dicit de Ecclesia, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Hæc est aqua illa, de qua Propheta prædixit: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Hic est ille fons, de quo narrat alius Propheta: In die illa, erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris & mentis. Huic ablutioni significandæ quid esse potuit magis accommodum, quam aqua, per quam sordes corporis abluuntur?

Datur itaque baptismus in ablutionem, remissionem, & indulgentiam omnium peccatorum. Quod ita intelligi vult Augustinus, vt auferre credatur crimina non radere. Nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi, rasorum in capite capillorum vnde crescunt iterum rescedenda peccata. Cæterum quamuis, vt idem ait Augustinus, omnia peccata baptismus abluat, & quidem prorsus omnia, dictorum, factorum, cogitatorum, siue originalia, siue addita, siue quæ ignoranter, siue quæ scienter admissa sunt, non tamen auferit infirmitatem, cui regeneratus resistit, quamdiu bonum certamen certat: consentit autem, quando sicut homo in aliquo delicto præoccupatur. Deleta est igitur per baptismum iniquitas, sed manet infirmitas. Porro infirmitas hæc, est concupiscentia carnis, quæ dimittitur quidem in baptismo, verum non ita vt non sit, sed vt in peccatum non imputetur. Nam cum sine aduersario marcescat virtus, in hoc relinquitur, vt habeat homo baptizatus materiam, virtutem suam exercendi. In huius figura dictum est in libro Iudicum: Hæc sunt gentes, quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israël, & postea

& postea dicerent filij eorum certare cum hostibus, & haberent consuetudinẽ præliandi. Vocatur autem hæc concupiscentia peccatum, non vt que peccatum est, sed quia peccato primi hominis facta est: sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quod d manus eã fecerit: siue etiam quod peccandi delectatione moueatur, etsi ei vincente delectatione inuicti non consentiatur. Quamobrem & Paulus de hoc peccato scribens non dixit, non sit, sed non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Quia quamdiu corpus nostrum mortale, hoc est, necessitati mortis addictum est, fieri non potest, quin sit in illo fomes concupiscentiæ, qui minus quidem propriè, sed peccatum tamen vocatur.

Quoniam verò per baptismum, in quo vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, virtus peccati, sic est debilitata, regnum vt illius prorfus esse sublatum videatur, monet Paulus, vt omni cura prouideamus, ne quod semel amisit, regnum recuperet. Nam quod habemus concupiscentiam, nihil ex eo nobis damnationis est: ceterum si seruimus illi, si regnum illius seruamus, ea demum res reos nos facit æterna damnationis. Quamobrem haud aliter se habet baptismus ad refrigerandum æstum concupiscentiæ, quam se habet aqua ad calorem nimium temperandum: vt aptè admodum & appositè huius quodque rei sacrè, hoc est, inuisibilis gratiæ visibile signum aqua baptismi dicatur, & quidem signum efficax.

Remissis autem peccatis, à quibus abluimur per aquam baptismi, consequens est simul vt remittatur poena, quæ peccatis debetur: quod & ipsum fit per aquam baptismi. Si cut enim elementum aquæ flammam huius ignis temporalis extinguit, sic & illa delet incendium ignis æterni. Hoc enim persuasum esse debet omnibus in Christum credentibus, quod à Paulo scriptum est: In baptismo Christo nos commoriamur, atque haud aliter passionis eius & mortis participes fieri, quam si ipsi ipsi & mortui essemus. Quoniam verò passione sua Christus pro peccatis totius mundi satisfacit, posteaquam per baptismum ipsius membra facti sumus, haud aliter magis etiam hac satisfactione Christi liberamur à poenis omnibus, quæ peccatis nostris debebantur, quam si ipsi poenas easdem sustinendo pro illis satisfacissemus. Quod tamen de solis æternis poenis intelligi debet: has enim & non alias morte sua Christus aboleuit. Famem autem, sitim, & alia corporis incommoda, quin & mortem ipsam, qua separatur à corpore anima, minime sustulisse morte sua Christus credendus est: Nam post acceptum etiam baptismum, æquè sumus ijs malis obnoxij, atque antea fuimus.

Habet hoc quoque natura aquæ, clara vt sit & perspicua. Quæ ratione cum primis est idonea ad significandam splendorem iustitiæ, qui baptizatis infunditur: eius iustitiæ, quæ virtutes in se continet omnes, quæ renouatur homo, non vt iam idem sit, qui prius fuit, verum à sordibus peccatorum ablutus, omnium virtutum splendore fiat illustris: quod quidem fit dono Spiritus sancti, quem gratiarum & virtutum omnium largitorem accipimus in baptismo, remissionem peccatorum consequuti. Quod illa Petri verba indicant dicentis: Baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti.

Confertur & hæc in baptismo gratia, quod qui de eo egreditur, illi ianua regni cœlestis aperitur. Applicatur enim baptizato virtus passionis Christi, per quam, quæ fuit antea clausa, cunctis fidelibus ianua regni cœlestis est aperta. Huic virtuti Christi passionis impie detrahunt, qui non dubitant affirmare, etiam post passum Christum & mortuum, non peruenisse quonquam sanctorum ad regnum cœlorum. Quod si concedi debeat, nihil nobis fructus atulisse videbitur Christi passio, si non meliore nunc sumus conditione post profusum illius sanguinem, quam fuerunt sancti Patriarchæ & prophætæ, qui passionem illius & mortem præcesserunt.

Habemus ergo iam quam varia sit & multiplex gratia, cuius aqua baptismi signum est, & quidem efficax: verum quo nobis hæc ordine conferantur, breuiter explicemus. Primum, quoniam iniquitates nostræ sunt, quæ diuidunt inter nos & Deum, quæ nos ab illo separant & elongant (Nam odio Deus habet impium & impietatem eius) reconciliari cum eo necesse habemus. Quod fit, quando pro foribus templi stantes, neque nos illic ingressu dignos iudicantes, abrenunciamus Satanæ, operibus eius, atque nos in Christum credere, in illo fiduciam nostram omnem collocare, illi tota mente nos adharere velle profitemur. Quæ professione facta, quo planum fiat omnibus reconciliatum nobis esse Deum, accedimus ad aquam baptismi: quæ cum abluimur, indubitatum signum accipimus, nos cum Deo patre per mortem filij eius reconciliatos, atque haud aliter à peccatis omnibus ablutos, quam ab inquinamentis abluo corpus aqua conuenit: neque secus per baptismum ignis æterni poenas, quæ peccatis nostris debebantur, esse deletas, quam extinguuntur incendia per aquam videmus, ita vt plenè iam simus & culpa & poenæ remissæ.

Aqua virtus purgandi vnde. Au. Ser. 23. et 36. de tempore. Beda. li. 1. cap. 10. in Lucam. Aqua Christi baptismi sanctificata sanctificat. In oratione in Theophania. Hom. in 22. psalm. Hom. 4. in ca. Matth. 3. Baptizatus cur su Christus. Lib. 1. Appo. in cõu. iarijs in Camie. Berna. in serm. de passione domini. Rom. 1. de Epi phania. Ser. 4. de natiuit. domini. Gen. 3.

1647.1.

Al luitio peccatorum. Ephes. 4. Ezech. 36.

Zach. 13. Baptismi effe. Et.

Contra duas epist. Pelag. li. 1. ca. 12. et li. 3 cap. 3. 2. Th. 4. Galat. 6.

Baptismo infirmitas non tollitur. Concupiscentia manens post baptismi figurat peccatum figurat & vocatur, sed non est.

Rom. 6.

Rom. 6.

Concupiscentia refrigeratio.

Pœna æternæ remissio per baptismi.

Comparatio ele gans. Rom. 6.

Pœnas æternas & non temporales morte sua Christus aboleuit.

Iustitiæ quæ virtutes in se continet omnes. Iusto.

Altor. 2.

Cœli apertio. Ephes. 4.

Sancti post mortem in cœlo sunt.

Gratiarum quæ in baptismo conferuntur, ordo & ratio. Esai. 59.

na remissionem consequi.

Neque verò finibus his clauditur diuina in nos misericordia. Non satis habet post factam reconciliationem nos à peccatis mundasse, & ea nobis vnà cum pœnis illis debitis clementer condonasse, verum omne gratiarum genus nobis infundens, quo possumus in conspectu illius grati esse, induit eum, qui baptizatur, nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate. Nouus hic homo Christus est, de quo Paulus ait: Iudicimini dominum Iesum Christum. Hinc induimus in baptismo, sicut idem testatur, dicens: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quid hoc est, Christum induistis? Facti estis hoc, quod Christus est. Quid est Christus? Est filius Dei: Quod ille natura est, hoc vos per gratiam adoptionis facti estis filij Dei, Christus est hæres regni cœlorum, vos quoque non vestro, sed illius merito facti estis hæres regni cœlorum. Qui veste aliqua induitur, protegitur & contegitur ea, & apparet sub colore vestis eius, occultato colore proprio: Ad eundem modum, qui Christum induitur, protegitur, & cõtegitur à Christo, neque iam apparet in eo peccatum, quod fuit antè, sed sola iustitia & innocentia Christi. Et sicut lignum accensum induitur ignem & virtutis eius fit particeps, ita baptizatus in Christo, Christum induitur, & virtutum eius fit particeps. Non amplius dicitur filius Adam, neque reus est deinceps peccati eius, verum dicitur filius Dei, frater Christi: dicitur hæres Dei, cohæres Christi: dicitur sanctus, innocens, immaculatus, non suam, sed Christi iustitiam induens, hoc est, non quam à seipso habet quàmue suo merito consequutus, sed quam à Christo acceptam illius meritis est adeptus. Neque enim audiendi sunt, qui nos ea iustitia, qua Christus ipse iustus est, iustos dici volunt: Quin illud potius modis omnibus est tenendum, Christi quidem iustitia nos iustos esse, verum non ea, qua ipse iustus est, sed ea, quam nobis impertit, qua nos ipse iustos facit, qua donati ab eo, renouamur spiritu mentis nostræ, ac non modo reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus. Neque enim existimandum est, nihil aliud nos in baptismo quàm remissionem peccatorum consequi: renouamur præterea, atque vt Paulus vocat, noua quædam creatura efficiamur.

Induere nouum hominem est Christum quid. Ephes. 4. Rom. 13. Gala. 3.

Comparatio.

Iustitia Christi, quam nobis impertit, iustitiam non Christi in iustitia, que ipse iustus est.

Ephes. 4.

Noua creatura quid. Gala. 6. Cypri. lib. 2. epist. 2. Optat. lib. 5. Ad Senecum epist. 12.

Hom. 40. in prim. ad Cori.

Tit. 3. Col. 3. 2. Pet. 1. 1. Ioan. 3. Luc. 2. 4.

Merita nostra.

Rom. 8.

1. Cor. 4.

Col. 1.

Neque verò aliud est noua creatura, quàm fides charitate formata, quæ cum baptizatur, per Spiritum sanctum, qui datur omnibus renatis, diffunditur in cordibus nostris, & nobis inhæret. Quamobrem à Cypriano & qui eum secutus est, Oprato, baptisimus non modo mors criminum, verum etiam vita vocatur virtutum, quòd in eo iustitia, que virtutes in se continet omnes baptizatis infunditur. Quod eleganti quodam carmine sic expressit Paulinus. Culpa perit, sed vita redit, vetus interit Adam, & nouus æternis nascitur imperijs. Mâner quidem post baptismum eadem compago corporis, que fuit antè, sed sepulta peccatorum verusate mens hominis renouatur, & ad integritatem naturæ quodammodo reditur. Itaq; non dubitauit Chrysolomus affirmare, quem alibi dicitur: imò hac illustriorem, quod per illud etiam radicale peccatum etelli pater, vt tu ferrum aurumue recoquendo purum nouumq; facis: ita Spiritus ille sanctus in baptismo velut in fornace recoquit mentem & peccatum consumendo quolibet auro purius splendentem reddit. Propterea Paulus hoc sacramentum vocat lauacrum regenerationis, & renouationis, in quo aded mutamur ab illis, qui fuimus antè, vt veterè hominè cum suis actibus expoliantes, diuinæ naturæ cõsortes efficiamur, filijque Dei nominemur & sumus: Si autè filij, & hæres: hæres quidem Dei, cohæres autem Christi: si tamen compatimur, vt & cõglorificemur. Posteaquã enim in baptismo Christum induimus, debemus sicut ipse ambulauit, & nos ambulare: & cum illum oportuerit pati prius, & ita intrare in gloriam suam, non debemus meliore conditione esse velle, quàm fuerit ille, qui principalis est hæres, cuius merito factum est, vt & nobis eiusdem regni cœlestis hæredibus esse liceret, vt sine vllis operibus, sine vlllo labore nostro aut molestia, hæreditatem hanc assequi nos posse credamus. Præclare Paulinus. Tolle crucem, si vis auferre coronam. Si quid autem aut facere nobis, aut pati pro Christi nomine cõgigerit, nemini dubium esse debet, quin id nobis iam regeneratis & renouatis, iam Christi corpori insitis, iam in Dei filios adoptionis, ad promerendam hæreditatem illius æternæ gloriæ sit vel maximè profuturum.

Est quidem ita, quòd non sunt condignæ pansiones huius temporis ad futuram gloriam, sed nihilominus, quòd in præsentem momentaneum est & leue tribulationis nostre, supra modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur. Tolle sublimitatè hæc, ad quam nos Deus benignitate sua prouehere dignatus est, qui nos in filiorum suorum numerum adoprauit, qui dignos nos fecit in partem fortis factorum, qui diuinæ naturæ cõsortes reddidit: quis ambiget, quin omnes labores, omnes pansiones & tribulationes nostræ, quoniam sunt huius temporis, leues & momentaneæ, neque ad futuram gloriam

gloriam, quæ sempiterna est, sint condignæ?

Ceterum duplici ratione meritis operum, quæ sunt à regeneratis & renouatis, debentur cœlestia præmia dicimus: primum ex Dei promisso liberali, qui fallere nescit: deinde ex ea dignitate, quam regeneratis nobis præter omne meritum nostrum conferre dignatus est. Christum enim induimus in baptismo: quod ille natura est per adoptionis gratiam filij Dei facti sumus. Quare si Christum induimus, quæ proficiuntur à nobis opera, tanquam Christi opera placere Deo, neque secus ab illo acceptari persuasum habere debemus. Et sicut Paulus dicit: Vito autem iam non ego, vivit verò in me Christus: ita & nos post acceptam regenerationis gratiam dicere possumus: Operatur autem iam non ego, operatur verò in me Christus, mereor iam non ego, meretur in me Christus: satisfacio iam non ego, satisfacit in me Christus. Huius enim vita viuimus, huius merito meremur.

Meritorum cõpensandi ratio duplex.

Operum nostrorum dignitas.

Gala. 2.

Ex quo videre licet, quemadmodum Christi Gloriam obsecrare, crucem euacuare, & sanguinis eius precium imminuere conantur, qui vitam, qua viuunt Christi in nobis, qui meritis operum, quæ operatur in nobis, omnem dignitatem atque omne præmium adepti cupiunt. Reuera, si ipsa opera ex se meriare, momentanea sunt, leuia sunt, non sunt condigna ad futuram gloriã, quæ æterna est: Rectè enim illud dictum est, quod finiti ad infinitum nulla est proportio: Sed si consideres immensum illud precium sanguinis Christi, quo reserua sunt, ex quo meritum habent omne, illius dignitati derogaueris, quantum operibus dorogaueris. Si spectes etiam ea tanquam ab Adæ filio profecta, in quo mortui sumus omnes, quamlibet iusta, quamlibet in speciem sancta videantur, haud aliter tamen apparebunt in conspectu Dei: quàm pannus menstruatæ. Si verò contempleris ea tanquam à filio Dei, tanquam ab eo profecta, qui Christum induit, in quo Christus vivit, in quo Christus operatur, non iam hominis, verum Christi meritis detraxeris, si nullum eorum esse meritum dixeris.

Rom. 8.

Hęc nos ideo fusius aliquantò duximus explicanda, planum vt omnibus faceremus, quantum sit discrimè inter opera regeneratorum, qui Christum induiti sunt, & eius corpori insiti, atq; infidelium, qui sunt adhuc filij iræ, filij diaboli. Illis Deum diligentibus, omnia etiam peccata cooperatur in bonum: Cum enim ceciderit iustus, non collidetur, quia dominus supponit manum suam: his contra, etiam quæ rectè facta videbuntur, magis adeo ad damnationem, quàm ad gloriam æternam profecerint. Nulla enim iustitia extra Christum, nulla sunt extra fidem rectè facta: abominatio sunt apud Deum, quæcunque sunt ab ijs, qui non credunt in eum. Quamobrem non mediocria bona sunt, quæ nobis baptismus affert. Per illum reconcilianur cum Deo: reconciliatis & culpa & pœna omnis peccatis debita remittitur: postquã remissa sunt nobis peccata, regeneramur & renouamur insusa nobis fide, spe, & charitate, quæ dicitur iustitia Christiana, neque iam deinceps filij Adæ, sed filij Dei nominamur & sumus: Si filij & hæres, hæres autè secundæ spè vite æternæ, quã nos assequuturos certò persuasum habemus, si vel baptizati statim ex hac vita excesserimus, vel post baptismum ambulauerimus dignè Deo, Deo per omnia placentes: & abudauerimus in omni opere bono: scientes quod labor noster non est inanis in domino, cum bonorum laborum gloriosus sit fructus, neque iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis nostri & dilectionis, quam ostenderimus in nomine ipsius.

Baptismi bonorum epilogus.

Rom. 8.

Cyrillus recensens ea bona, quæ nobis adfert baptismus, vocat eum captiuitatis liberationem, peccatorum remissionem, mortem peccati, anime regenerationem, vestimentum candidum, signaculum sanctum, & in delebile, curram ad cœlum, delicias paradisi, regni cœlestis conciliationem, charismaque adoptionis filiorum.

Colos. 1. 1. Cor. 15. Sapien. 3. Hebr. 6. In prætecelesti catecheseon.

Atq; hæc quidem de eo, cuius inuisibilis gratiæ visibile signum sit baptismus, dicta sufficiant. Nunc de suscipientibus baptismum paucis disseramus.

Baptismi nominum diuersa.

Visum est autem, quandoquidem offenduntur fortasse nonnulli verbis illis nostris: Quid enim opera, quæ fidem præcesserunt, nisi pœnas ignis æterni merebantur? quo sensu producta sunt à nobis explicare. Fortassis enim sic accipiuntur à nonnullis: quasi non omnia opera, quæ facta sunt ante fidem, quamlibet ea sint laudabilia, peccati rationem habere doceamus: & quidem talis peccati, quod hominem æterni supplicij reum faciat. Cum tamen constet, esse quædam opera fidem præcedentia eius generis, vt præparent ac disponant hominem ad gratiam: qualia Cornelij fuisse creduntur. Quod nobis negare, eum hæc scriberemus, nunquam in mentem venit, cum in capite 73. & sequenti, copiosius etiam de illis tractauerimus. Concedimus itaque libenter, etiam ante fidem esse quædam opera, quæ præparant hominem & disponunt ad gratiam: sed ea tamen eius generis esse non concedimus, vt mereantur gratiam: multoties enim, vt mereantur eam, quæ & ipsa gratia est, vitam æternam: vt ex eo satis liquere possit, quod ante fidem, nullum est meritum (de merito loquimur mercedis æternæ) nisi supplicij.

Affor. 10. Infra. cap. 73.

Non

Tract. 89. in Ioan. & contra duas epist. Pelag. li. 3. c. 2. Li. contra Julian. cap. 3. Rom. 6.

In Psalm. De verbis Apost. ferm. 11. In prologo Psalm. 31.

Petrus Libar. li. 3. sen. dist. 25

Epist. 64.

Baptismi necessitas. Ioan. 3.

Baptismus omnibus etiam fidelium prout necessarius est.

Epist. 28.

Ioan. 3.

Lib. 4. de baptismo contra Doct. nat. cap. 23. Luc. 23. Cyprianus de ecclesia domini.

Non quod non sint opera quedam ante fidem, quae scholastici vocant civiliter bona, quae nonnunquam disponunt ad gratiam: sed quod infidelitatis peccatum tantum est, ut sub hoc vno quasi generali nomine, putet Augustinus omnia peccata contineri: ut si quis ante fidem, nullum sit nisi supplicii meritum. Et hoc est, quod ab Augustino scriptum legimus: Quae sua merita iactaturus esset liberatus, cui si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus? Et iterum. Quid merebaris peccator? Contemptor Dei, quid merebaris? Vide si occurrit tibi nisi poena, si occurrit tibi nisi supplicium. Et iterum alio loco: Vna erat massa perditionis ante fidem, cui non nisi supplicium debebatur. Et paucis interiectis. Si dominus retribuere vellet, nihil nisi poenam debitam retribuisset. Et alio loco: Attenduntur opera tua, & inveniuntur mala. Si quod debetur istis operibus, Deus redderet, utique damnaret. Itaque neque Catonis, neque Phocionis, neque Aristidis, quamlibet ijer fuerint iustitia laude celebres, eius generis opera fuerunt, ut illis ex hac vita migrantibus aliud deberetur, quam aeternum supplicium. Cum certissimum sit illud axioma, quod sine fide mediatoris Christi, nullus mortalium vel ante legem, vel sub lege, vel sub tempore gratiae, saluus factus sit, aut saluus aliquando fieri possit. Haec fuit & est sententia nostra. Libenter enim confitemur, quicquid est in nobis meriti, quod id non aliunde sit, quam ex Christi crucis & mortis merito. Itaque si quis in Christum pro nobis crucifixum & mortuum non credit, si quis in illo fiduciam suam omnem collocatam non habet, indubitanter asserimus, quod is aeternum supplicium mereri potest, aeternam gloriam mereri non potest, cum Christi meritum sit omnne meritum nostrum. Illius enim crucis & mortis merito, meremur quicquid meremur. Quae cum semel induerimus in baptismo, ipse est, qui vivit in nobis, ipse est, qui operatur in nobis, ipse est, qui meretur in nobis. Tolle crucis & mortis meritum ex operibus nostris, quid aliud erunt omnes iustitiae nostrae, nisi pannus menstruatae? Quamobrem, sicut ante fidem nullum esse tale meritum persuasum habemus, cui merces aeterna debeatur: sic eorum cecitatem fati mirari non possumus, qui regeneratorum & fidelium operibus, meritum omnne detrahere conantur. Videntur enim ij non intelligere, se non hominum, sed Christi, quem induimus in baptismo, viventis & operantis & merentis in fidelibus, meritis detrahere, & quantum in ipsis est, crucem eius & mortem euacuare.

De Suscipientibus baptismum.

CAPVT XXXV.

EX omnibus Ecclesiae Sacramentis nullum est aequè cunctis necessarium atque baptismus, sine quo aut eius voto nihil est, quod quisquam salutem se consequi posse speret. Clara enim sunt & aperta Christi verba dicentis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Cuius hereditatem quisquis adire cupit, necesse est, ut ab eo statu, in quo natus est filius primi Adae transferratur in statum gratiae & adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Iesum Christum salvatorem nostrum. Quae translatio, quoniam, ut diximus, in baptismo fit, ad assequendam illam aeternam gloriam apprimè cunctis est necessaria. Quamobrem ferendus non est error hic nostri seculi Pelagianorum, qui contra clarum & apertum Dei verbum, contra communem totius Ecclesiae sensum & consensum asseuerare non dubitant, paruulos fidelium hoc solo, quod filij sunt fidelium, regnum caelorum consequi. Contra quorum errorem sic iam inde à multis seculis ab Augustino scriptum est: Quisquis dixerit, quod in Christo viuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profectò & contra Apostolicam praedicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam: ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur & curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo viuificari omnino non posse. Verum idem illi contra sanctorum patrum omnium & Ecclesiae totius receptum sensum, non verè illa Christi verba. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, non de aquae elemento, verum de mortificatione accipi debere, assermare. Huc audaciae atque amentiae progressi sunt homines inflati sensu carnis suae, & non tenentes caput, dum sibi licere volunt iuxta priuatum spiritum suum scripturas interpretari. Sed nos repudiatis horum tam crassis erroribus, cum Christo capite nostro, & cum eius corpore Ecclesia dicamus & sentiamus, quod de mortificatione accipi debere, asserimus, & spiritu inuisibili, non potest introire in regnum Dei. Qua tamen de re sentiendum est & illud, quod ab Augustino scriptum est: Baptismi vicem, inquit, aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, non leue documentum beatus Cyprianus assumit. Quod etiam atque etià considerans inuenio, non

non tantum passionem pro nomine Christi, id quod ex baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem conuersionisque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro Christi nomine crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est, sed dum patitur credit: Quantum itaque valeat etiam fide visibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi, non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit.

Ex quibus Augustini verbis triplicem esse baptismum patres nostri collegerunt, flammis, fluminis, & sanguinis: quem vltimum eminentiorem esse docet Origenes, eo, qui per aquam traditur. Quo baptismum baptizatam Emerentianam fuisse scribit Ambrosius. Quare de re Clemens quoque scribit his verbis: Qui martyrium consequi meruit gaudeat in Domino, quod tanta Corona est adeptus & per confessionem diem clausit extremum: ac quauis fuerit Catechumenus, latus discedat, passio enim quam pro Christo sustinet, cederet ei in veriore baptismum, quoniam re ipsa commoritur Christo, alij in figura. Et hunc secutus Gregorius Nazianzenus ait: Est & quartum baptismum, quod per martyrium & sanguinem fit, quo Christus ipse baptizatus est, longe reliquis venerabilis: quoniam ita baptizati, secundis sordibus haud inquinantur. Ac paruulos quidem non saluari persuasum habuerunt, nisi aut aqua, aut quod de innocentibus illis Herodis iussu trucidatis factum legimus, sanguine suo fuissent baptizati. Quae etiam res in causa est, quod feminis baptizandi quoque potestas conceditur, si periculum sit, ne prius infans moriatur, quam copia sacerdotis haberi queat. Caterum si quis ex adultis, nec opinata morte praeventus cum cuperet maxime, sacerdotis tamen baptizantis potestatem habere non potuit, sit illud, quod ab Augustino scriptum est: Coronat Deus intus voluntatem, cum non inuenit facultatem: Si enim voluntas prompta est, secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet. Affectum Deus pensat, non effectum: Voluntas pro facto reputatur, ubi factum necessitas excludit. Quod etiam exemplo Valentiniani comprobatur, qui quamuis ex aqua & spiritu renatus non esset, quia tamen poposcit, eo ipso quod poposcit, quam desiderauit gratiam, eum accessisse scribit Ambrosius. Fuit Bernardi temporibus, qui diceret ab actu baptismo saluari posse neminem. Cuius errorem ad Hugonem scribens grauiter confutauit.

Est itaque baptismus omnibus ab salutem necessarius, quem nisi re paruuli receperint, ab ingressu regni caelorum arcentur. In adultis tamen (modo contemptus abest) si baptizantis potestas non datur, voluntas prompta sufficit. Indulgentius autem agit in eo cum paruulis, quam cum adultis, quod illis hoc regenerationis beneficium non solum non libentibus, verum etiam reluctantibus quandoque datur, nec fides in eis propria requiritur, sed satis ad salutem esse fides Ecclesiae creditur. Nam quod asserunt quidam, propria fide, quam ex auditu verborum formae baptismatis concipiunt, iustificari paruulos, commentum id absurdum est, quam ut refelli oporteat: quandoquidem sensus etiam ipse communis satis refellere videtur: ac verissimum illud esse constat, quod ab Augustino scriptum est: Eius muneris merito iustificari paruulos, quod eis cum profuit nescierunt. Vsq; adeo autem nescierunt, ut vocibus etiam quibus possent, & motibus reluctari visi fuerint. Quam etiam causam esse scribit idem quod eis non imputatur, atque omnis hic eorum renisus nihil penditur, donec in eis sacramenta peragantur, quibus id, quod de originali damnatione tractum est, expiatur. In tantum enim nesciunt quid faciunt, ut nec facere iudicentur.

Quamobrem cum fides in intellectu & voluntate sit, paruuli autem rationis & voluntatis arbitrio non vrantur, portentosum quiddam esse videtur, fidem illis, quae ex auditu est, tribuere, cum quaecumque sunt in paruulis, in Ecclesia, non in eorum propria fide fiant. Mater enim Ecclesia, cuius brachijs ad baptismum feruntur infantes, cor matrem, est apud Augustinum, eis praestat, ut sacris mysterijs imbuantur: quia nondum possunt corde suo proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Sicur autem cor ad credendum, ita aures ad audiendum, intellectum ad capiendum, linguam accommodat ad confitendum. Neque verò id rationi & aequitati consentaneum non est. Nam cum aliena praerariatione peccatum paruuli contraxerint, ut irae filij nascerentur, non iniquum visum est, ut aliena quoque fide intercedente mundarentur, quod filij gratiae regenerarentur. Credit infans in altero, dicit Augustinus, quia peccauit in altero. Et paucis interiectis. Credunt, inquit, & infantes, quomodo credunt? si de parentum, si fide parentum purgantur peccata: peccato parentum polluti sunt, corpus

Rom. 10.

Baptismus triplex. Hom. 7. in lib. Iudicum serm. 90.

Lib. 2. cap. 7. Constit. Apost. Oratione 2. de Theophanis. Matth. 6. Baptizandi pariter etiam seminis permittit.

Affectu Deum pensat. Aug. in psal. 103 concione 1. 2. Cor. 8. Amb. in orat. funeb. de obitu Valentiniani. Bern. epist. 77.

Infantes sine baptismo morietes à caelo arcentur. Infantium fides, est ecclesiae fides.

Epist. 106.

Epist. 37.

De peccatorum meritis & remissione lib. 1. cap. 25.

Ephe. 2. De verbis Apost. Ioh. Ier. 4.

mortis in primis parentibus eos generavit peccatores, spiritus vitæ in posterioribus parentibus regeneravit eos fideles.

Amb. de voca- tione gentiū li. 2. cap. 5.

Infl. responso- rum lib. quæst. 56.

Dion. in sine eccl. hierarchia Marc. 7.

Rom. 6.6. In Cantica. Pantheūta in bep. adulterum necessaria. Rom. 6. Morti peccati quid sit.

In tract. de v- sitate penitē- tie. Act. 2. In eodem quo supra libro.

Aug. li. 3. c. 14 de baptismo cont. Donatist.

Lib. 4. c. 20. cō tra Donatist.

Cont. Fulgen- tium cap. 6.

Baptismi mini- ster proprie sa- cerdos.

In Psalm. 67. Quis baptizat.

1. Cor. 3.

Ioan. 1.

Eph. 5.

In prologo li- brorum de spi- ritu sancto.

Baptizantis di- gnitas non at- tendenda.

In oratione in- sancti lauacri

Necita solus sentit Augustinus: Nam & Ambrosius aliena confessione credere parum loquor, sermonem de pueris faciens, digni, inquit, habentur ijs bonis, quæ baptismus adfert eorum fide, qui baptismum illos offerunt. Et qui fuit adhuc Iustino vetustior Dionysius Areopagita, in eadem est sententia. Enarrans illum locum Evangelicæ Bedæ venerabilis, ubi dixit Christus mulieri Cananitidi: Propter hunc sermonem vade: exiit demonium à filia tua. Propter humilem, inquit, matris fidelemq; sermonem, filiam deseruit demonium. Vbi datur exemplum catechisandi & baptizandi à diabolo paruuli, qui necdum per se sapere, aut aliquid agere possunt boni aut mali. Bernardus, Nemo mihi dicat, quod non habet fidem fans, cui mater impertit suam, inuoluens illi in sacramento, quousq; idoneus fiat proprio non tantum sensu, sed assensu, euolutam, puramq; percipere. At in adultis & propria fides requiritur, & ea penitentis pars, cuius causa fides est, quam contritione vocamus. Nam per baptismum veteri vitæ peccati moritur homo, & nouam vitam inchoat: Consepulti enim sumus Christo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Is autem veteri vitæ peccati mori dicitur, quem illius penitet, quiq; deinceps à peccatis abstinerere deliberatum habet: neque ad nouam vitam, cuius principium est ipsa baptismi susceptio, nisi per veteris vitæ penitentiam cuiquam ingressus paret. Hoc est quod ab Augustino dictum est. Nullus voluntatis suæ arbiter constitutus potest nouam vitam inchoare, nisi cum veteris vitæ peniteat. Propterea Petrum adiuuasse baptizandos legimus, prius vt penitentiam agerent. Quod etiam ab Augustino in catechisando factum esse diligenter videmus. Hæc autem penitentia quæ requiritur in adulto baptizando, nihil est aliud quam odium & detestatio vitæ prioris. Neque verò si quis eam aut fidem aut penitentiam, quam oportet, non adferat, ideo non valebit baptismus, cum verè scriptum sit ab Augustino, quod non interest cum de sacramento integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacramentum: Interest quidem plurimum ad salutis vitam, sed ad Sacramenti questionem nihil interest. Fieri enim potest, vt homo integrum habeat Sacramentum & peruersam fidem, sicut fieri potest vt integra teneat verba Symboli, & tamen non rectè credat. Et alio loco. Non si vnus bonus, alius malus sit, in malo malus est baptismus, & in bono bonus, sed in vtroque bonus. Sicut lumen solis vel etiam lucernæ, non vtiq; deterius est in oculis deterioribus, quam in melioribus. Sed idem in vtriusque, quamuis eos diuerse pro illorum diuersitate, vel legitime vel exruciet. Et alio loco. Quibusdã baptismus est odor mortis in mortem, quibusdã verò odor vitæ in vitam. Sicut enim qui manducat & bibit sanguinem domini indignè, iudiciū sibi manducat & bibit: sic & qui accipit in dignè baptismum, iudicium accipit, non salutem. Nam & Iudas proditor bonum corpus, & Simon Magus bonum baptismum Christi percepit. Sed quia bono benè non vsi sunt, mali malè vtendo delecti sunt. Bonum est baptismum, bonum est Christi sanguis & corpus, bona est & lex: sed si quis ea legitime vtatur. Neq; enim & quia foris est, diuina non est, aut quia ab alienis habetur, aliena putabitur, aut quia à malis iniuste tractatur, à nobis iuste damnabitur. Atq; hæc quidem de suscipientibus baptismi sacramentum.

De ministro huius Sacramenti.

CAPVT XXXVI.

Quod autem ad ministrum attinet, proprius est huius sacramenti minister sacerdos, nisi necessitas aliud postulauerit, quo tempore cuius baptismum licet. Hinc est, quod de Eunuchis scribit Hilarius, quod sacramentum baptismi aded impatientis cupiditate desiderij prauenerit, vt à diacono ministerium Apostolici officij salutis suæ cupidus exigeret. Baptismum Apostolici, hoc est, sacerdotalis officij ministerium vocat. Neq; verò ad integritatem baptismi quicquam refert, quia vita sit praxitus, qui baptizat: Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hic est, qui baptizat. Huius instrumentum est sacerdos. Ceterum qui sanctificat, qui mundat lauacro aque in verbo vitæ (vbi minister videtur corporaliter operari) non nisi Christus est. Præclara sunt Ambrosij verba: Non mundauit Petrus, non mundauit Ambrosius, non mundauit Gregorius, nostra enim seruitia, sed tua sunt sacramenta. Neque enim humani operis est diuina conferre, tuum domine munus & patris est, qui loquutus est per Prophetas, dicens: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et libro tertio de Spiritu sancto Cap. 19. Homines in remissionem peccatorum ministerium suum adhibent,

adhibent, non ius alicuius potestatis exercent, neque enim in suo, sed in Patris & Filij & Spiritu sancti nomine peccata dimittunt. Illi rogant, diuinitas donat: humanum enim obsequium, sed munificentia supernat est potestatis. Et qui fuit æqualis Ambrosij Gregorius Nazianzenus: Ita considera, inquit, sint annuli duo: aureus hic, ferreus alius, vterque eadem regia imagine sculptus, ceræ ambo imprimantur, quid inter signum hoc & illud intererit nihil. Discerne materiam in cerâ, etiam si sapientissimus excitas, dic quodnam ferri, quod ceræ sit auri signaculum? Sed quo pacto vnum est, quia inter materiam, nō characterē est diuersitas: ita & tibi sit omnis baptizatus, qui tamen conditione excellat, equalis tamē baptismatis vis est, ac vnusquisq; tibi equalis sit expurgator, qui fide eadē est formatus. Ante quos etiā Cyprianus. Si in Petri vel Pauli nomine baptismi gratia donaretur, posset alius alio videri sublimior, & secundū ministrorū merita hæc singularis gratia æstimari, vt melior esset baptismus eius, qui sanctior videretur, & indignior esset, qui ab eo acciperetur, quē nō amplior æstimatio cōmendarēt. Hæc & in alia sacramenta transferretur iniuria, vt nō in eis vitas, sed diuersitas haberetur, si centerentur à melioribus fieri meliora, & minus haberent vitiatas & ponderis, quæ fierent ab indignis. Sic eucharistia vna alia melior, & baptismus pro ministerio vel melior, vel deterior crederetur. Absit hoc à fide catholica, absit in religione Christiana tanta corruptionis fermentū. Vna nobis fides, vnus dominus, vnum baptisma: quod si ab indigno forte fuerit consecratum nō audeat iustus iterare vel corrigere quod semel est factū, quia per quemq; fiat, idē est: nec hoc privilegium meritis est datum, sed gratiæ, & propterea sibi omnipotentia Dei retinetur hunc effectum. Quæ secutus Ioannes Chrysostomus. Nunquid homo est qui baptizat? Homo dextera peragit, sed Deus manu gubernat. Noli de gratia dubitare, charissimè, quia donum Dei est. Attende diligenter, quæ dicuntur, si forte aliqua causa explicanda est, cum obuleris preces, & suscepta acceperis sacram, non requiris, quali calamo subscripserit Rex, neque in quali charta, neq; quali quoue atramento, sed vnum solum modo quæris, si Rex subscripserit, sic & in baptismo, clara conscientia est, calamus lingua Sacerdotis, manus gratia est Spiritu sancti. Sine ergo per me, siue per illū qui officio fungitur Sacerdotis, ipsa manus scribit, nos ministri sumus nō auctores. Scripserat Chrysostomus. Sicut qui plantat & rigat nō nisi colonus fidelis & diligens quaritur: Sic etiā in Sacramēto baptismi nō nisi fidelis & iustissimus operarius adhibetur. Cui respondet Augustinus. Quasi verò quod infidelis colonus plantauerit propter eius infidelitatem non germinet: vis seminis ac fecunditas terra: cæli que temperies, hanc efficaciam diuinitus acceperunt, vt ad propagandos fructus plantatorem vel rigatorem operarium tantummodo expectet qua mente operetur, qualis laborer intentione non curent, vtrem dominum agri fideliter diligit, an sua non illius lucra conquirat. Idem alibi: Dispensator fidelis mercedem accipiet vitam æternam. Dispensator autem infidelis cum cibaria dominica distribuit conferens, absit vt per suam infidelitatem cibaria inutilia faciat. Idem cum diceretur sibi esse verum baptismum, ubi est vera fides: fieri potest, inquit, vt aliqui verum habeant baptismum & non habeant veram fidem, sicut fieri potest, vt habeant verum Euangelium, quod non recte intelligunt, falsi aliquid credant de Deo. Nunquid operari ipsam fidei falsitatem etiam Euangelium, quod verum apud eos inuenitur, detestandum aut emendandum putabimus. Idem alio loco: Sacramenta si eadem sunt, vbi que integra sunt, etiam si prauè intelliguntur & discordiose tractantur sicut scriptura ipsius Euangelij, si eadem ipsa est, vbi que integra est, etiam si innumerabili falsarum opinionum varietate asseratur. Et paulo superius. Baptismus Christi verbis Euangelicis consecratur, & per adulteros & in adulteris sanctus est, quamuis illi sine impudici & immundi, quia ipsa eius sanctitas pollui non potest. Et in Sacramento suo diuina virtus asistit. Siue ad salutem benè ventū siue ad perniciem malè ventū. An verò Solis vel etiā lucernæ lux cū per cenosā diffunditur, nihil in de sordidū contrahit, & Baptismus Christi potest cuiusquā scelèribus inquinari? Quæ locū imitatus ad Anastasium Augusti scribes Anastasius Papa. Baptismū, quod procul sit ab Ecclesia, siue ab adultero, siue à fure, erit datū ad percipientē munus peruenit illibatum, quia vox illa que per columbā sonauit, omnē maculā humanæ pollutiōis excludit, quæ declarat, & dicitur, hic est qui baptizat. Nā si visibilis solis iltus radij, cum per loca sceleratissima trāscurrunt, nulla contractus inquinatiōe maculatur, multo magis illius, qui illū visibilis fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur: Si quidē oēs qui baptizat, quæ ad modū rectè dictū est ab Optato, operarij sunt, nō domini, & Sacramēta per se sunt sancta, nō per hoīes, nec Deus lauat, nō homo, iuxta illud, Lauabis me & super me dealabor, operarij cūctis humana sūt opera, sed Dei sunt munera. Quæ obrè siue à fideli, siue à perfido dispensatore baptismi sacramētū aliquis perceperit, spes ei oīs in Christo esse debet, cuius baptismū perceperit, nō in homi-

In oratione de baptismo christi.

Baptismi virtus à ministerio virtus, sed à Dei omnipotentia & gratia pendet.

De possessione Domini.

Rom. 5. hom. de in p. gressu ex Asia.

Aug. cont. Cref. lib. 3. cap. 3.

Lib. 3. cap. 49. contra literas Petriiani. Idem de vicia baptismi ca. 10.

Lib. 3. de bapt. cap. 15. & 10.

Cap. 10.

Anastasi.

Optat. lib. 5.

ne à quo percipit. Nam maledictus homo, qui spem suam ponit in homine, & ponit carnem brachiū suū. Benedictus vir, qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Quid Ioanne Baptista fuit sanctius? cui propter singularem virtutem & sanctimoniam hoc a Christo tributum elogium legimus, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: Quid contra Iudā proditore sceleratius? Et tamen post Ioannem baptismum, quod baptizauerit Paulus, scribitur: post Iudā baptismum baptizasse quoniam non comperimus. Quid ita? Quoniam ille baptismus hominis erat Ioannis: per hominem autem gratia remissionis peccatorum & renouationis, quod Christi munus est proprium, conferri non potuit. Quo verò baptizauit Iudas, fuit baptismus Christi, agni illius immaculati, qui tollit peccata mundi.

Non Iudam Ioanni, dicit Augustinus, sed baptismum Christi etiam per manus Iudæ datū, Baptismo Ioanis etiā per manus Ioannis dato rectè preponimus. Præclare eū discrimen inter Ioannis & Christi baptismū Tertullianus describit, cū ait: Nihil eū cœlestē præstitisse, sed cœlestibus præministrasse. Quod prædicabat, inquit, baptismū penitentiae in remissionē peccatorum, in futuram remissionem enunciatum est. Siquidem penitentia antecedit, remissio subsequitur, & hoc est viam preparare: qui autem preparat, non idem ipse perficit, sed alij perficiendum procurat. Ipse profiteretur sua non esse cœlestia, sed Christi, dicendo. Qui de terra est, de terra loquitur: qui de supernis venit, super omnes est. Item sola se penitentia tingere, venturum mox qui tingeret in spiritu & igne.

Porro Christi baptismū cuiuscunq; tandē ministerio semel datum iterari fas nō fuit, adeo vt etiam si ab heretico datus esset, eū repeti non liceret: Quodq; maius est, etiam si non baptizatus baptizasset, modò formam debitam obseruasset, valere baptismum, nec eum iterandum esse visum est.

Verum illud interea scire oportet, baptismum esse quidem extra Ecclesiam posse, prodesse non posse. Ecclesia enim paradiso comparata, sicut ab Augustino scriptum est, indicat nobis, posse quidem eius baptismum homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte Paradisi, sicut scriptura testatur, etiam foras largiter manauerunt: nominatim quippe commemorantur per quas terras fluant, & quia extra Paradisum constituta sunt, omnibus notū est: Nec tamen in Mesopotamia, vel in Ægypto, quod illa flumina peruenierunt, est felicitas vitæ, quæ in Paradiso cōmemoratur: ita fit, vt cūm Paradisi aqua sit extra Paradisum, beatitudo tamen non sit nisi intra Paradisum. Sic ergo baptismus Ecclesie potest esse extra Ecclesiam, munus autem beatæ vitæ non nisi intra Ecclesiam. Et sicut in Arca Noë, quæ & ipsa figura est Ecclesie, non alia, sed eadem aqua in arca posita saluos fecit & extra arcam posita interemit: sic non alio, sed eodem baptismō & boni catholici salui fiunt, & mali catholici vel heretici pereunt. Communis itaq; nobis est cū hereticis baptismus, sicut & Euangeliū cum illis est cōmune, verū illis extra arcam positis, & Euangeliū, & baptismus in damnationē, nobis verò vt rūs; est in salutem. Quamobrē redeuntes ad Ecclesiam heretici rebaptizandi non sunt, verum post abiuratum heresim, per manuum impositionem suscipiendi, vt quod acceperant ad perniciem, habere iam accipiant ad salutem, sicut copiose de eo contra Donatistas scribens multis in locis dixerit Augustinus.

Quod autem diximus baptismum Ioannis gratiam remissionis peccatorum non contulisse, vetus est hæc orthodoxorum sententia: sicut enim scribit Hieronymus. Sicut Ioannes præcurfor domini, sic & baptismus eius præuius dominici baptismatis fuit. Ego baptizo vos in aqua, ille vos in spiritu baptizabit. Si autem Ioannes vt confessus est ipse, non baptizauit in spiritu, consequenter neq; peccata dimisit, quia nulli sine spiritu sancto peccata dimituntur. Chrysolomus quoq; Baptisma Ioannis, alteri, id est, Christi baptismatis præparationē esse dicit, quod remissionē habuisse negat. Hoc em, inquit, munus illud baptismatis erat, quod postea Christi instituit. In hoc em verus homo noster crucifixus est ac sepelitus, et ante crucē nusquā prorsus remissio extitit peccatorū, siquidē vbiq; ipse hoc sanguini deputatur. Idē enim istud Paulus affirmas inquit: Sed emūdati estis, sed sanctificati estis, nō per baptismum Ioanis, sed in nomine domini nostri Iesu Christi, & Spiritu Dei nostri. Et alibi ipse dicit. Ioannes quidē prædicauit baptismū penitentiae, & nō ait remissionis, sed vt crederet in aduententē post eū. Cū enim nondū pro peccatis mūdi hostia fuisset oblata, cum necdū Spiritu sanctus descēdisset, nec peccatū esset solutū, nec inter dominum atq; homines inimicitia sublata, nec maledictio expūcta, quomodo remissio peccatorū facta dicitur? Et nō multo post. Sancti spiritus gratia in Christi baptismate est, Ioannis verò baptismata hac donatione priuatur. Et alibi sub ipsius Ioannis baptismate persona loquens. Non alia, inquit, ratione lauacrum illud est institutum, quam vt viam reliquis ad Christi fidem præberet. Nō enim vt ablutos baptismate mundē, neq; vt

Altor. 9.
Vide Au. ep. 48.
De baptismo
contra Donatistas li. 5. ca. 9.
De unitate Ecclesie. cap. 18.
Tractatu. 5.
in Ioannem.
Tertull. oratione de baptismo Christi.

Ioan. 1.
Baptizati ab hereticis non rebaptizandi, Baptismus extra Ecclesiam non prodest.
Eib. 4. de unitate baptis. ca. 10.
Gen. 2.

Gen. 7.

Heretici ablu-rata heresi in ecclesiam recipiendi.

Contra Lucif. vianos.

Chryf. hom. 10. in Mattheum.

1. Corin. 6.

Alf. 1.

Homil. 12.
Hom. 16. in Ioan.
Hom. 14. de principio vniuers.

à peccatis liberem ad baptizandum veni, sed vt manifestetur in Israël. Et iterum: Sicut Ioannes baptista præcurfor fuit domini saluatoris, sic & Baptisma Ioannis præcurfor fuit Domini saluatoris. Illud datum est in penitentia, hoc in gratia. Itidem & Augustinus. Nō renascēbatur, inquit, qui baptismate Ioanis baptizabatur, à quo & ipse baptizatus est, sed quodā præcurforio illius ministerio, qui dicebat: Parate viā domino, hui cūni in quo solo renasci poterat, parabantur. Huius em baptismus est nos in aqua tantū, sicut ipse Ioannes, verum etiā in Spiritu sancto, vt de illo Spiritu regeneretur, qui quis in Christum credidit: de quo Christus generatus, regeneratione non eguit. Et Cyrillus. Ego præparando aqua inquinatos peccatis lauo, vt initium penitentiae, & hoc pacto ab his minoribus ad sublimiora vos præparabo. Idem sensit aliquot seculis ante Iustinus. Qui & ipse præludium quoddam Ioannis baptismum fuisse docet Euangelij gratia. Ex quibus omnibus cuius perspiciam esse potest, quod qui baptismō Ioannis remissionem peccatorum tribuunt, euacuant crucem Christi, iuxta Chrysolomi sententiam, & mortis illius beneficium extenuant, cum ante Christi crucem non fuerit remissio peccatorū, quæ sanguini ipsius deputatur.

De Ritibus & Ceremonijs baptismi.

C A P U T X X X V I I .

ADhibentur autem huic sacramento quadam ceremonia, non ille quidem adeo necessaria, vt sine illis baptismus perfici non possit, sed quas tamen peccet si quis nulla urgente necessitate, solo contemptu prætermittat, cum earum vsum antiquissimum esse constet: vt si quis ab ipsis Apostolis per longam Episcoporum & sacerdotum successione nobis per manus esse tradita affirmauerit, minimè à vero aberrasse videatur. Meminerit enim earum antiquissimi quiq; scriptores.

Adhibentur autem ij ritus, maioris cuiusdam solennitatis & decoris gratia, tribus potissimum ex causis: Primò vt tanto maiore pietate ac reuerentia ad sacramentum hoc accedatur, nèc communis ablutio quædam esse putetur, si citra solennitatem vllam fiat, atque ita sacramentum hoc contemni incipiat. Deinde, vt per benedictiones, orationes, & alia id genus, vis demonis arceatur, qui nihil non facit, vt impediatur, quo minus fructum huius sacramenti baptizandus percipiat. Postremò, quo per hæc exteriora, qui sunt ex fidelibus rudiores, diligentius instruuntur, aut saltem excitentur ad hoc, vt in ritibus de-fiderent, quid sibi ritus isti velint, atque ita quæ gerantur in baptismō cognoscant: nihil enim eorum vacat mysterio singulari. Quamuis autem hæc pluribus persequi non est præsentis instituti, quoniam tamen instigante Satana factum videmus, vt & ceremonia vetustate consecrata à plerisque contemnantur, breuiter quid sibi nonnullæ earum velint explicabimus.

I. incipio non statim baptizandus templum ingreditur: neque enim se dignum iudicat, qui domum illam ingreditur, quam decet sanctitudo, cum non modo sic expers omnis sanctitatis, verum adhuc diaboli potestati subiectus, omni sit spurcicia plenus. In hūc prò foribus templi constitutum insufflat sacerdos: neque id sine exemplo Christi, cuius personam gerit, cuius virtute sacramentum id confert: qui & ipse insufflatus in discipulos legitur, Spiritum sanctum eis daturus. Propterea autem exufflatur paruuli & exorcisantur, dicit Augustinus, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decepit hominem, vt possideret homines. Quam alio loco præfatum esse traditionem scribit: Ac rectè: cum & Dionysius Areopagita Pauli discipulus, exufflationis & exorcismi meminerit.

Insufflatio facta, sacerdos exorcizat: cuius moris meminit etiam Chrysolomus. Est autem exorcizare, nihil aliud, quam per diuina verba spiritum immundum adiutandò expellere: quod Apostolorum quoque temporibus factitatum legimus. Qua de re sic aliquando scripsit Optatus. Neminem fugit, quod omnis homo, qui nascitur, quamuis de parentibus Christianis nascatur, sine spiritu mundus esse non potest, quem necesse sit ante salutarem lauacrum ab homine excludi & separari. Hoc exorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur.

D. n exorcisatur baptizandus, signat eum sacerdos signò sanctæ crucis in fronte primum, vbi sedes est pudoris: deinde in pectore, vt intelligat diabolus, expelli se virtute eius, qui in cruce pendit, vnde suam virtutem crux contra eum accipit: neque impedimento fit, quo minus, qui baptizatur, & corde credat ad iustitiam, & ore confiteatur ad salutem. Quantum autem exorcismo & catechismo, qui baptismum præcedunt, sancti patres tribuerint, vel ex eo Chrysolomi loco perspiciam esse cuius potest: vbi que præcedit baptismū, vocat arcana verba & memoriæ, ac horribiles canones dogmata de cœlo transmissorū. Talia visa sunt præcis temporibus viris grauisimis: Nūc nō desunt homines impij, qui cachinnis etiā ea persequi nō verentur. Gregorius quoq; Nazianzenus hortatur

gelij, secunda Marcom.

Augu. in Enchirid. cap. 49.

Cyrl. li. 1. cap. 18.

In li. respōsionum de necessarijs quibusdam questionibus quest. 37.

Baptismus ceremoniarum ex-adhibenda.

Baptismus ceremoniarum ex-positio.

Statio ante for-tes templi. Psal. 2. Insufflatio.

Ioan. 20. Aug. de symb. ad catechumenos lib. 1. cap. 1. Aug. de gratia & peccato originali cap. 60. Dion. eccl. hier. cap. 1.

Exufflare exorcizare quid. In Nom. de Adam & Eva. Lib. 4. contra Parmenianum Crucis signatio.

Hom. 40. in epist. ad Corin. 13.

In oratione in
sanctum lau-
crum.
Marc. 9.
Luc. 17.

Psalm. 67.

Gal. 6. 11. 11. 11.

Ioan. 9.
Marc. 7.

De sacra. lib. 1.
cap. 1.
Euangelij le-
tio.
Susceptorij offi-
cium, ut fide
instruantur ba-
ptizati.
Serm. 163. de
tempore.

Benedictio &
manuum impo-
sio.
Abrenunciatio.

De nupt. &
concup. lib. 1.
cap. 20.

De nupt. & cō-
cup. li. 2. c. 29.
Rom. 21. ad po-
puli Antioch.

In Amos. 2. 6.
Fictio pectoris
& scapularum.
Eph. 6.

Tract. 33. in
Ioan.

Lib. 1. ep. 12.

Dion. eccl. hier.
cap. 7.
Ter. de baptif-
m. 9.

baptizandum, vt ne egrēferat exorcismi culturam longiorem, neque ob ipsius prolixita-
tem defatigetur. Ea enim, inquit, ritē, quæ ad gratiam spectant, peragantur.

Post exorcismū leguntur super baptizandū orationes, vt fiat catechumenus, hoc est, vt
edoceri possit mysterium sacræ fidei, quæ cum Dei solius donum sit, ab illo petendam eā
esse docetur, qui & adiuuat incredulitatem nostram, & fidem adauger: qui nisi docue-
rit intus, frustra vox hominis docentis foris perstrepat. Rectē autem atque ordine fit,
quod præcedit catechismū exorcismus: prius enim eripi vala necesse fuit iniusto posses-
sori diabolo, ac ita demum in possessionem victoris illius transferri, qui captiuam duxit
captiuitatem.

Quod verò sal in os infantis imponit sacerdos, quod aures & narres postea sputo li-
nit: aurium linitio significat receptionem doctrinæ fidei: narrium, approbationem: sal
missum in os, confessionem. Aperiuntur aures ad audienda mandata Dei, nares ad perci-
piendum odorem notitiæ eius, labia ad respondendum sacerdoti de fide interroganti. Fa-
cit autem & hæc sacerdos ad imitationem Christi, quem legitimus linituisse lutum super o-
culos cæci, & iussisse abire vt ablueret: mississe deinde digitos in auriculas surdi, dixisseq;
Epheta, quod est, ad aperire: expuentem etiam tetigisse linguam muti. Huius autē lini-
tionis minimè recentem vsum esse, vel ex Ambrosij scriptis videre licet.

Legitur autem dum catechifatur baptizandus, Euangelium, admonitione postea susce-
ptores siue patrini, vt manus imponant capiti paruuli baptizandi, ac eius nomine profi-
teantur symbolum & orationem dominicam. Tenentur autem susceutores dare ope-
ram, vt instruantur paruuli, cum ad vsum rationis peruenerint, de ijs, quæ ad fidem perti-
nent. Quos & Augustinus in sermone quodam admonuit his verbis: Admoneo fratres
charissimi, quicumque viri, quæcunq; mulieres de sacro fonte filios spiritaliter excepe-
runt, agnoscat se pro ipsis fidei iustos apud Deum extitisse, & ideo semper illis sollicitu-
dinem veræ charitatis impendant.

Quod autem benedictiones cum impositione manuum inter catechifandum fiunt, causā
hæc est, vt qui semel per exorcismum pulsus iam est diabolus, ei reditus præcludatur.

Introducitur postea baptizandus in Ecclesiam, ac interrogatur à sacerdote, respondet
per susceutores suos (nisi forte sit adultus, cum enim ipse loquatur necesse est) abren-
unciare se Satanae, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius, ac Christo
se coniungi velle: in cuius etiam rei signum, singulos articulos fidei, de quibus in-
terrogatur per sacerdotem, credere se respondet. De hac abrenunciatione ita scribit
Augustinus. In veritate & non in falsitate potestas diabolica exorcifatur in paruulis,
eique renunciant, quia per sua non possunt, per corda & ora gestantium, vt eruti à
potestate tenebrarum, in regnum sui domini transferantur. Idem ad Valerium scri-
bens, antiquissimam Ecclesie traditionem esse dicit, qua exorcifantur & susstantur par-
uuli. Ioannes Chrysostomus nihil hac voce scribit esse tutius: Abrenuncio tibi Satana,
si ipsam per opera exhibeamus. Hæc enim, inquit, vox, confederatio cum domino est,
& sicut nos seruos ementes, ipsos qui venduntur prius interrogamus, an nobis seruire
velint, ita facit & Christus, quando debet te in seruitutem capere, prius interrogat, an ve-
lis illum crudelem tyrannum dimittere & immitte, & te fœdera suscipit. Non enim
coactum est ipsius imperium. Hortatur itaque non modo cum in forum prodimus, ve-
rumetiam cum fuerimus egressi ianuæ vestibulum, ijs prius verbis vtamur. Abrenuncio
tibi Satana, & coniungor tibi Christo: nec vnquam absque hac voce exeamus. Hæc sit no-
bis baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. De hac abrenunciatione, sic ab Hie-
ronymo quoque scriptum legitimus, in mysterijs primum renunciamus ei, qui in occiden-
te est, nobisque moritur cum peccatis, & sic versi ad orientem pactum inimus cum sole
Iustitiæ, & ei seruitores nos esse promittimus.

Posteaquam abrenunciauerunt diabolo, & Christo nomen dederunt, vngit eos sacer-
dos oleo, more athletarum, qui stadium iam ingressuri sunt, vt futuri iam Christi athle-
tae designentur, quibus colluctatio futura est, non aduersus carnem & sanguinem, sed ad-
uersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spi-
ritualia nequitie in cœlestibus. Qua de re ita scribit Augustinus: Christi nomen à Chris-
mate dictum est: Christina autem græcè, latinè vnctio nominatur. Ideo autem nos vn-
xit, quia luctatores contra diabolum fecit. Sed & ante eum Cyprianus: Vngi quoque
necesse est eum, qui sit baptizatus, vt accepto Christinate & vnctione, esse vnctus Dei, &
habere in se gratiam Christi possit. Quin & vetustissimi Dionysius & Tertullianus vn-
ctionis meminerunt. Vngitur autem & in pectore, vt intrepidus diabolo resistat chari-
tate erga Deum inflammatum, cui nihil est difficile & inter scapulas, vt ad sua iugum
domini ferendum tantè fiat robustior.

Vnctione

Vnctione facta baptizatur, ac ter immergitur: quæ tria immersio, vt est apud Da-
mascenum, tres dominicæ dies sepulturæ representat, vel etiam trinitatem personarum.
Ante Damascenum autem idem à Leone quoque pontifice annotatum est. Sepulturam,
inquit, triduanā imitatur tria demersio: & ab aquis eleuatio, resurgentis ad instar est de
sepulchro. Et ante vtrumque Athanasius quod infantem in aqua ter immergimus, mor-
tem & triduanam Christi resurrectionem significat. Et Gregorius Nilenus: In terra
quidem non sepelitur, sed ad terræ cognatum elementum aquam venientes, in illa sicut
Seruator in terra, nos abscondimus. Idque cum ter simul facimus, tridudè peractam nobis
resurrectionis gratiam effingimus.

Neque verò id ita fieri necesse est, vt non vna immersione baptismus absolui possit,
qua & vnus esse Deum, qui trinus est in personis, & semel tantum mortuum, nec dein-
ceps amplius moriturum significetur. Quod etiam in Concilio quodam Toletano in de-
testationem erroris cuiusdam ita constitutum esse legitimus, vt vna tantum fieret immer-
sio. Quin & ipsa immersio prætermitti rectè potest, ac vel sola aspersio, vel perfusio, qua
multi nunc vtuntur, sufficit, quemadmodum Cyprianus etiam testis est. Porro aqua qua
baptizabatur, consecrari prius consueuisse tradit Basilius ad Amphilochium scribens, &
Ambrosius de Sacramentis.

Baptizatum puerum signat cruce, cum Christinate in vertice capitis sacerdos super cere-
brum, vt hoc signo illum admoneat, quandoquidè verus homo crucifixus in illo est, atq;
cū Christo confurxerit, vt in nouitate vitæ ambulet, quæ sursum sunt querat, vbi Chri-
stus est in gloria Dei sedens, quæ sursum sunt sapiat, non quæ super terram: quandoquidè
ex terreno cœlestem, ex Adæ filio, Dei filius factus est, vt iam non ad aliam illi magis, quam
ad cœlestem hereditatem aspirare fas sit.

Postea dat illi vestem candidam, vt sit iudicium, quemadmodum scribit Ambrosius,
quod exuerit in uolucrum peccatorum, & induerit innocentie casta velamina. Meminit
etiam Socrates post Dionysium in ecclesiastica historia candidæ vestis huius, quæ daba-
tur baptizatis. Quin & adhuc durat nomen dominicæ in albis. Nam in primitiua Eccle-
sia fuit mos, vt non baptizarentur nisi in vigilia Paschæ, & Pentecostes. Qui itaque bap-
tizabantur in vigilia Paschæ, incedebant veste candida inducti per octo dies, ac vocabatur
albari, atque octauo demum die vestem albam deponebant: vnde tractum nomē domi-
nicæ in albis.

Quod autem Susceptores, quos Patrinos vocant, adhibetur in baptismo, qui quasi spō-
fores paruulorum voluntatis esse videntur, atque instruere baptizatos de ijs, quæ ad fidem
pertinent, obstricti sunt: est & hoc, sicut Dionysius testatur, Apostolica traditionis. Con-
trahi autem cognationem ex baptismo, recens non est. Antiquissimus Origenes huius
cognationis meminit, explicans illum Pauli locum: Lucius & Iason, & Sosipater, cogna-
ti mei: Hanc, inquit, cognationem vel consanguinitatem, arbitror esse ex baptismo con-
tractam.

Datur extremò baptizato cereus ardens, vt meminerit, quadoquidem sponsauit eum
sibi Christus in fide, cum venerit sponsus ad nuptias, quo se præparet ad occurrendum
ei cum lampade non extincta, sicut fatuæ illæ virgines, sed ardente, hoc est, cum fide, non
illa mortua, sed que igne charitatis accensa, ociosa esse non potest.

Hic perspicere licet, quàm nihil non sacrum, nihil non veneratione dignum sit in his
ceremonijs, in quibus recondita sunt mysteria multa homini Christiano cognita cū pri-
mis necessaria, quæ vt scrutetur diligentius, per exteriora hæc excitari videtur. Non sunt
itaque temerè prætermittendæ, quas ipsis etiam Apostolorum temporibus obseruatas,
ac deinceps longo seculorum tractu nunquam intermissas, ad hæc vsque nostra tempora
ex vetustissimis quibusque scriptoribus abundè liquere potest. Inter quos Cyrillus Hie-
rosolymitanus diligenter ceremonias omnes in baptismo solitas obseruari, persequitur.
Præ cæteris verò Clemens Petri successor, baptismi rationem explicans, his verbis vt-
tatur: Datur, inquit, baptismus in mortem Iesu, aqua pro sepultura: signati, pro cruce: vn-
guer. ... est confirmatio professionis. Mentio fit Parris, vt causæ, & mittentis Spiritu-
sancti, vt testis: Demersio significat, quod commorimur, emersio quod resurgimus. Et
alio loco: Baptizare debes in nomine Patris, qui misit, Christi, qui venit, Paraclæti, qui te-
stimonium dedit: Vnges autem prius oleo sancto, dein de baptizabis aqua, postremo cōsi-
gnabis vnguento, vt vnctio sit participatio Sancti Spiritus, aqua sit symbolum mortis, vn-
guentum sigillum pactiōnum. Si desit oleum, vel vnguentum, sufficit aqua, & ad vnctio-
nem, & ad sigillum, & ad promissionem morientis, vel potius commorientis. Et aliquot
capitibus interiectis, de abrenunciatione, de mystica olei, & mystica aquæ, & vnguenti
mystici benedictione, pluribus verbis tractat. Verum nos reliqua persequamur.

Matth. ii.
Immersio tri-
na quid.
Damas. lib. 4.
cap. 10.
Epist. 4. cap. 3.
Quest. 124.

In lib. de S. b. a-
ptismate.

In baptismo
perfusio &
aspersio.
Baptismi aqua
consecrata.

Lib. 4. epist. 7.
Ambros. lib. 2.
cap. 5.
Christiani li-
mito.
Coloss. 2.
In baptismo
vestis candida.

Ambros. lib. de
ijs, qui in iuan-
tur mysterijs
cap. 7.

Socra. lib. 7.
cap. 7.
Dionys. eccl. s.
lib. 1. cap. 2.
Albari.

Dominica in
albis cur dicta.
Susceptores.
Eccle. hist. lib. 7.
Cognatio spiri-
tuali.
Rom. 6.

In baptismo
cereus ardens.
Osee. 2.
Matth. 25.

In tribus pri-
mis catechis-
tis Mystagogæ
iii.

Lib. 3. cap. 17.
constituit.
Apostol.
Baptismi Cere
montarum si-
gnificationes
& in ijs ordo.
Lib. 7. cap. 23.
const. Apost.

Cap. 4. 42.
43. & 44.

Baptismus intratum est, ut diximus: confirmatio vero pugnatum. In baptismo Christo nomen datur, & eius milites efficiuntur, atque ad inueniendum praelium cum aduersariis potestatibus preparamur, coronam accipiunt, si victores euaserimus: Neque enim coronabitur quisquam, nisi qui legitime certauerit. Est quidem ita, quod si qui baptizatur, paruulus presertim, ex hac vita statim ut baptismum accepit, migrauerit, citra ullam dubitationem, non suis, verum Christi, quem induit, cuius corpori inlitus est, meritis, coronam glorie consequitur. Sed cui iam usum rationis adepto, post acceptum baptismum vitam Deus in hoc seculo propagare dignatur, non est quod existimeris, nihil aliud sibi restare post baptismum, quam ut credat octosus: Imo persuasum sibi hoc habere debet, se ad graue certamen vocari. Quod nisi certauerit bonum hoc certamen, cursumque consummauerit, nihil est quod se iusticia coronam, quae non est reposita nisi legitime certantibus, assequi posse speret. Neque enim perinde oppugnat homines ante baptismum Satanas, atque post: Nam qui non sunt baptizati, eos pro suis habet, & omnem in eos tamquam sibi subiectos, potestatem exercere: Qui vero castra sua deseruerunt, atque ad Christi vexillum confugerunt, eos est potestate sua ereptos dolet, atque omni insidiarum genere pertrahere rursus in eam, in qua fuerunt ante captiuitatem conatur. Ipse etiam Christus documento nobis esse potest, quod non prius aggressus est tentare Satanas, quam fuisset a Iohanne baptizatus.

Quamobrem cum in baptismo non ad fidem ociofam, sed ad pugnam periculosam vocati sumus, ad quam recte gerendam vires nostrae sufficere nequaquam possunt, dare nobis remedium dignatus est Christus in sacramento confirmationis, in quo confertur nobis is, cuius ope adiuti, facile possumus & carnem & mundum, & eum cui semel in baptismo renunciauimus, diabolus superare. Is est Spiritus sanctus, qui adiuuat infirmitatem nostram: qui nisi praesto nobis adesset, turpiter nos ex acie fugere, atque hostibus nostris terga dare oporteret, quorum maior est vis, quam ut solis humanis viribus ei resistere queamus. Quamobrem sicut in baptismo Spiritum sanctum accepimus in remissionem peccatorum, ita in confirmatione datur nobis idem Spiritus sanctus in robur contra hostes nostros, quo adiuti atque animati facilius impetum eorum propulsaue queamus.

Sacramenti huius meminit Petri successor Clemens, ac absque eo negat aliquem perfectum Christianum esse, aut sedem habere inter perfectos posse, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remiserit. (His enim ille verbis vitur.) Ac mox subdit: Quod a Petro, inquit, accepimus, ac ceteri sancti Apostoli praecipiente domino docuerunt. Sententia Clementis Cornelius quoque subscribere videtur pontifex & martyr, ad Fabium scribens, cum de Nouato, qui iam baptizatus fuerat, dicit: Nec reliqua consequutus est post morbum, quae iuxta Ecclesiam canonem consequi debebat, ob signationem videlicet ab Episcopo collatam. Cum autem illa potius non sit, quomodo Spiritum sanctum est consequutus? Quae epistolae illius verba in libris Ecclesiae historiae Eusebij legere licet.

Materia huius sacramenti est Chrisma ex oleo oliuarum & balsamo confectum. Forma est haec, quod praemisso nomine eius, qui confirmatur, dicit Episcopus: Signo te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, ut replearis eodem Spiritu sancto, & habeas vitam aeternam. Simul ut ad signum & elementum visibilem in confirmatione, quae fit in fronte Chrismate, verbum accesserit, fit sacramentum, hoc est, sacra rei, nimirum inuisibilis gratiae, qua confertur Spiritus sanctus, signum visibile. Simul enim ut prolatis verbis inunctus fuerit confirmandus, euestigio datur ei Spiritus sanctus, qui tueatur eum aduersus insidias Diaboli, qui vires & robur suppediet ad omnes aduersarias potestates debellandas. Cum itaque tam sacra rei signum sit confirmatio, & quidem efficax, nihil est quod quisquam dubitare queat, ei sacramenti nomen tribuere cum ab ipsis Apostolorum temporibus ad haec usque nostra fuerit inter sacramenta numerata. Certum Augustinus vocat sacramentum Chrismatis: quod quidem, inquit, in genere signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus. Non minus id quam ipsum baptismum sacrosanctum esse vult.

Quod autem in hoc sacramento Spiritus sanctus conferatur, aperta sunt scripturae testimonia. Legimus in actis de Petro & Iohanne, quod imponebant manus super illos, qui Dei verbum in Samaria receperant, & erant baptizati in nomine domini Iesu, & accipiebant Spiritum sanctum. Acursum alio loco de Paulo: Quo facto imposuit illis manus. Hoc ex actis prioris loco producto Cyprianus. Quod, inquit, nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, per praepositos Ecclesiae offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico confirmantur.

Neque

Neque vero quia Chrismatis mentio non fit, ideo putandum est eius usum non fuisse temporibus Apostolorum. Extat inter alia in libro Conciliorum epistola sancti Fabiani pontificis & martyris, qui fuit a Petro decimus octauus, quam scripsit ad Episcopos orientales, in qua dilectis verbis testatur, quod postquam conuinit dominus cum discipulis suis, & lauit eorum pedes, Chrisma consicere docuit, Sicut, inquit, a sanctis Apostolis praecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt. Et subdit: Ipsa enim lotio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti Chrismatis inunctione perficitur atque confirmatur. Haec ille ante mille trecentos annos. Et eius aequalis Cyprianus librum etiam edidit de Chrismate. Quod etiam in ampulla seculo suo consecrari solitum fuisse meminit Opatrus. Sed & utroque vetustior Dionysius Areopagita copiose de eo multa scripsit, sanctique doctores passim in multis locis meminerunt. Ante mille centum annos in Carthaginensi tertio & quarto, & Tolerano primo concilio, postea vero in Anthistodorense & Braconense fuit constitutum, ut ne quisquam alius praeter Episcopum Chrisma consecrare audeat. Quod etiam a Leone pontifice cautum est, dum ad Germaniam & Galliam scribit Episcopos. Est autem materia Chrismatis cum primis idonea ad exprimendam significationem eius rei, quae non modo significatur, verum etiam confertur in hoc sacramento. Datur enim in hoc sacramento plenitudo Sancti Spiritus ad robur spirituale, quod perfectae iam aetati conuenit, ad quam cum peruenit homo, incipit actiones suas ad alios quoque communicare, cum antea sibi soli viueret. Gratia itaque Sancti Spiritus designatur oleo. Unde & Christus dicitur vnctus esse oleo laetitiae, propter plenitudinem Sancti Spiritus, quam habuit. Admiserunt autem balsamum, propter fragrantiam odoris, quae redundat ad alios. Hoc est, quod dicit Apostolus: Christi bonus odor sumus, Quamobrem non quia non est expressus quicquam in scripturis de eo traditum, idcirco usum eius fuisse negandum est. Recte enim ab Augustino scriptum est: Non omnia, quae facta sunt ab Apostolis, etiam scripta inueniuntur, verum tamen facta esse ex ceteris documentis probantur. Fit autem unctio in fronte Chrismate signo crucis, quod nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aqua qua regeneratur, siue oleo, quo Chrismate ungentur, nihil eorum rite perficitur, dicit Augustinus. Fit itaque idem in fronte tanquam in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat: quin illud potius praeseferat: de illo gloriatur, in illo fidat: ex illo animum sumat virilitate contra hostes pugnandi.

Institutum autem est hoc sacramentum a Christo, non exhibendo, sed promittendo: Promisit enim ille, cum dixit: Ego mittam promissum patris in vos. Item: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: Non ille per se, sed per Apostolorum ora sacramentum hoc praefacere nobis voluit, neque id sine causa. Nam cum sacramentum hoc contineat in se plenitudinem Sancti Spiritus, quae confertur omnibus, qui Chrismate consignantur, quamdiu Christus in hoc seculo versabatur, haec plenitudo Sancti Spiritus dari non debuit. Sic enim ille dixerat: Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Quamobrem antequam in caelum Christus ascendisset, dari plenitudo Sancti Spiritus non debuit: quod etiam ille locus indicat: Nondum erat Spiritus sanctus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Neque vero propterea minoris auctoritatis esse debet hoc sacramentum, quod a Christo promissum tantum, ab Apostolis vero est exhibitum. Nam non minus ratum est, dicit Cyprianus, quod dictante Spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quam quod ipse Christus tradidit, & in sui commemorationem fieri praecipit.

Minister autem huius sacramenti, quod vocat sacramentum manuum impositionis Eusebius pontifex, non est nisi Episcopus, quod praeter Apostolos nemo sacramentum hoc contulisse legitur: quemadmodum etiam ab Urbano, Damaso, Innocentio, & Leone sanctissimis pontificibus traditum est. Quin & in Aurelianensi & Meldensi Concilio idem est constitutum.

Quo magis autem vis huius sacramenti cognosci possit, visum est adscribere quaedam ex epistola Melchiadis Papae, quam ille ante mille ducentos annos ad Episcopos Hispaniae scripsit. De ijs vero, inquit, super quibus rogastis vos informari, id est, utrum maius esset sacramentum manus impositionis Episcoporum, aut baptismus, scitote utriusque magnum esse sacramentum: Et sicut vnum a maioribus sit, id est, a summis pontificibus, quod a minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt haec duo sacramenta, ut ab iniuicem, nisi morte praeveniente, nullatenus possint segregari, & vnum sine altero rite perfici non potest. Nam vnum praeveniens morte salutare sine altero potest, aliud autem non potest. Unde scriptum est: In diebus illis, dicit dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Aduertam summas diuitias bonitatis Dei, quod in confirmandis Neophytis manus impositio tribuit singulis

2. Tim. 2.

Confirmatio causa necessaria.

1ob.

Ephef. 6.

2. Tim. 4.

Nondum baptizatos pro sibi subiectis habet diabolus.

Matth. 12.

1. ac. 11.

Matth. 4.

1ob. cap. 41.

Confirmatio antiquitas. Epistol. 3.

Obsequio.

Lib. 6. cap. 43. Materia. Forma.

Confirmatio sacramenti est. Lib. 2. contra Iheros. Petil. cap. 104.

Act. 8. In confirmatione confertur Spiritus sanctus visus contra diaboli potestates suppediatur. Act. 19. Cypria. de baptizatis.

Fabianus in epist.

1oan. 13. Chrismatis autem signum est confirmationis.

Opat. lib. 2. Cap. 4. eccle. hierar.

Epist. 88. Chrismatis materia.

Psal. 44. Balsamum cur miscetur oleo.

2. Cor. 2.

August. epist. 108.

Chrismate cur in fronte ungitur fidelis. Tract. 18. in tract.

August. in Psal. 50. conione 2.

Confirmatio quo instituta. Luc. 24.

1oan. 14.

1oan. 16.

1oan. 7.

In sermo de ablut. ped. confirmatio est Iohannis Episcopi. I. Ioh. epist. 88.

Epist. 4. Epist. 1. cap. 2. Leo epist. 88.

Confirmatio variis fructibus est effectiva.

1oan. 2.

singulis, hoc tunc Spiritus sancti descensio in credentium populos donavit vniuersis. Sed quia diximus, quod manus impositio & confirmatio ad baptismi perfectionem pertineat, & qui iam regeneratus in Christo est, confirmare aliquid possit, forte cogitat sibi aliquis: Quid mihi prodest post mysterium baptismatis, mysterium confirmationis? Aut quantum video, non totum de fonte suscepimus, si post fontem adiectione noui generis indigemus. Non ita, dilectissimi. Attendat charitas vestra. Sicut exigit militaris ordo, ut cum imperator quemcumque in militum receperit numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis competens instruat pugnaturus: ita in baptizato benedictio illa munitio est. Dediti militem, da ei adiumentum militiae. Nunquid prodest, si quisquam parentum magna pupillo conferat facultatem, nisi providere studeat & tutorem? Itaque paracletus regeneratis in Christo, custos & consolator, & tutor est. Ideo dicit sermo diuinus: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Ergo Spiritus sanctus qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsus in fonte plenitudine tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum praestat ad gratiam. Et quia, in hoc mundo tota aetate videtur, inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. At si continuu transituris sufficienti regenerationis beneficia, videtur tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat, mox in pace beati seculi recipiendos: confirmatio autem armat & instruit, ad agones mundi huius & praedia, reseruandos. Qui autem post baptismum, cum acquisita innocentia, immaculatus peruenit ad mortem, consumitur morte, quia non potest peccare post mortem. Hic si forte illud etiam requirere velimus, post passionem & resurrectionem Christi, quid Apostolis profuerit aduersus Spiritus sancti, ipse dominus eis euidenter exposuit: Quae dico (inquit) vobis, non potestis ea portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ipse docebit vos omnem veritatem. Vides, quia cum Spiritus sanctus infunditur, per fidelem ad prudentiam & constantiam dilatur. Itaque ante descensionem Spiritus sancti, usque ad negationem Apostoli deterrentur: post visitationem vero eius, usque ad martyrium contentu salutis armantur. Secundum hoc per Christum redimimur, erudimur, instrumur, contumimur, ut illam Sancti Spiritus vocem audire possimus: Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris. De Spiritu sancto accipimus, ut spirituales efficiamur, quia animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. De Spiritu sancto accipimus, ut sapientiam inter bonum malumque discernere, iusta diligere, iniusta respicere, ut malitiae ac superbiae repugnemus, ut luxuriae ac diuersis illecebris & foedis indignis; cupiditatibus resistamus. De Spiritu sancto accipimus vitam amorem, & gloriae ardorem, ut succensi diuinitus erigere a terrenis merent ad superna & diuina valeamus. Haec ideo visum est ex epistola sancti Pontificis adscribere, ut & dignitas & effectus huius sacramenti iuxta eam doctrinam, quae fuit ante tot secula, cognosci possent. Ceterum non esse dissimulandum putauimus, quod vidimus hominibus quasdam editas Luteri ante annos sexdecim, in quarum vna, quae est in die Penitentes, omnia haec, quae Melchiodi Pontifici tribuuntur, ad verbum descripta sunt ab eo loco incipiendo. In diebus illis. &c.

Psal. 126.

Rom. 6.

Psal. 31.

1. Cor. 2.

Cyillus.

Porro quae ad christi rationem pertinent, accuratius ea persequitur in tertia sua mystagogica Catechesi Cyrillus. Quo etiam in loco non dubitauit ijs verbis uti. *ὡς περ γὰρ ἄρτες τῆς εὐχαριστίας, μετὰ τῆς ἐπιθέσειν τῆς ἁγίας πνεύματος οὐδὲ ἐν ἄρτες λιτὸς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ, οὕτως καὶ τὸ μίρον οὐδὲ ἐν ψιδόν, οὐδὲ ὡς ἀνείποι τις, κοινὸν μετ' ἐπιθέσειως, ἀλλὰ χριστὸς χρισμα, ἢ πνεύματος ἁγίου τσαρσίας ἢ αὐτῆς θεότητος ἐνέργησιν γινώσκον.* Quae ad modum panis Eucharistiae post Sancti Spiritus inuocationem, non amplius est panis communis, sed est corpus Christi: sic & sanctum hoc vnguentum non amplius est vnguentum nudum, neque: (si quis ita appellare malit) commune, postquam iam consecratum est: sed est charisma, quod Christi & Spiritus sancti, id est diuinitatis eius praesentiam efficit. Persequitur autem idem Cyrillus diligenter omnes ritus & caeremonias quibus vtimur in baptismo, & haec, & duabus precedentibus catechesibus.

De Sacramento Eucharistiae.

CAP. XXXIX.

Per baptismum exuto veteri homine noua quaedam vicia ingredimur, & Christi militiae adscribimur. Quod fortius autem ac viriliter hostium impetu propullare quam, in sacramento confirmationis christiatae vngimur: in quo nobis datur Spiritus sanctus, qui & fiducia ad pugandum, & robur praestet ad hostes superandos. Ceterum qui non modo viuendum, verum etiam pugnandum est, is alimonia si destituerit, neque viuere diu, neque vires ad resistendum habere poterit. Quare cum & vita, quam ingressi sumus baptiza-

Eucharistia est.

ti, & pugna, quam gerimus christiatae vinctione confirmati, utraq; sit spiritualis: pater ille misericordiarum, & Deus totius consolationis, ut ne vires nostrae deficerent, de spirituali nobis alimonia providendum esse putauit. Quia in re singularem suam erga nos charitatem, maioremque, quam vlla vis orationis eam satis explicare queat; nobis declarauit. Neque enim vulgari aliquo & vitato cibi genere, sed sui sanctissimi corporis, sui preciosissimi sanguinis alimento non reficiendos esse putauit: quod angeli videntes tremunt, nec absque pauore propter fulgorem, qui inde resiliat, aspicerent possunt, eo ut aleremus nos dignos iudicauit: quod sicut vnam cum illo massam reduceremur: vnum Christi corpus omnes, vna Christi caro effecti. Quis loquetur potentias domini? auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor vniquam suis membris oves suas nutriuit? Quam multas matres videmus, quae non suis vberibus, quos pepererunt infantes lactauerunt, sed eos nutricibus alendos dederunt! At non ita dominus noster Iesus Christus. Nulla dilectio non dicam verbis explicari, sed neque cogitatione concipi tanta potest, quae sit cum hac illius dilectione conferenda. Proprio ille corpore suo, proprio sanguine suo nos alere, sibi que coniungere & conglutinare dignatus est. Illud ipsum corpus, quod pro nobis in cruce pependit, illum ipsum sanguinem: qui fusus est in remissionem peccatorum nostrorum, nobis in cibum & potum dedit. Ipsum quidem, sed non eo ipso modo, quo fuit in cruce. Nam neque sub illa specie visibili, qua pependit in cruce: sed ipsum quidem inuisibile sub visibilibus panis & vini speciebus: neque quale fuit tum, quum esset cruci affixus, corruptioni & morti obnoxium, sed prorsus incorruptibile iam & immortale. Christus enim resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi amplius non dominabitur. Illud corpus nobis manducandum dedit, quod per clausum virginis uterum transiit, quod clauso tumulo resurrexit, quod per clausas ianuas in eum locum ubi erant Apostoli, ingressum est: corpus spirituale, corpus incorruptibile, corpus glorificatum.

Eucharistia est.

Psal. 109. Matres ne nutricibus proles nutriendas dei admonentur.

In Eucharistia quale corpus Christi.

Rom. 6. 10. 20.

Aliud est igitur in hoc sacramento quod oculis cernitur, aliud quod sola fide comprehenditur. Et propterea vocatur sacramentum: sacra rei signum, & quidem efficax. Sacra res, cuius est signum hoc sacramentum, est viuum & verum corpus: est viuus & verus sanguis domini nostri Iesu Christi: quod ita per species istas visibiles panis & vini significatur, ut simul sub illis re ipsa, quamuis inuisibiliter contineatur. Est praeterea signum inuisibilis gratiae, quae coferretur dignè accedentibus sub istis panis & vini visibilibus speciebus: quae de re postea differemus. Nam illud admonendum prius duximus, esse quoddam discrimen inter hoc sacramentum, & alia, quae & ipsa materiam habent sensibilem. Nam Eucharistia continet in se rem sacram absolutam, nimirum Christum ipsum, quo nihil magis est sacro sacramentum: aqua vero baptismi continet rem sacram, quatenus ad alium illa refertur, & alij comunicatur: continet enim virtutem ad abluendum, ad sanctificandum, ad iustificandum. Eadem est & christiatae, & similitum ratio. Quamobrem sacramentum Eucharistiae perficitur in ipsa materiae consecratione, alia vero non perficitur nisi in applicatione materiae ad hominem sanctificandum. Exempli gratia: Si benedictor aqua baptismi, manet nihilominus aqua: Neque enim sit vlla ipsius transmutatio: neque sacramentum dicitur, nisi cum homo abluatur. At in hoc sacramento simul ut ad elementum panis & vini, verbum accesserit, sit sacramentum: sit, ut Chrysostomus dicit, transmutatio, vel ut Theophilactus transelementatio, vel ut in magno illo Concilio Lateranensi, in quo & Constantinopolitanus & Hierosolymitanus Patriarchae praesentes adfuerunt, definitum est, sit transubstantiatio panis & vini in corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Quamobrem audiendi non sunt, qui negant esse Christi corpus, nisi cum sumitur. Fuit hic error etiam Cyrilli temporibus (cuius etiam Thomas meminit) qui scribens ad Calosium Episcopum Arfinoite, his verbis vtitur. Libet enim ea Graeca adscribere: *ἀκούομεν ἔτι τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἀπαρκεῖν τῶν μυστικῶν εὐλογιῶν, εἰ ἀπομείναι τὰ λείψανα αὐτῶν εἰς ἑτέρον ἡμέραν μνησθῆναι, ἢ ταῦτα λέγοντες, οὐ γὰρ ἀλλοιῦται χριστὸς, οὐδὲ τὸ ἅγιον αὐτῶ σῶμα μεταβληθῆσθαι, ἀλλ' ἢ τὸ εὐλογίας δυνάμει καὶ ἡρώποιοις, χάρις δὲ ἰωκεῖς ἐστὶν ἐν αὐτῶν. i.* Audio, inquit, quod dicant, mysticam benedictionem si ex ea remanserit in sequentem diem reliqua, ad sanctificationem inutilem esse: Sed insaniunt haec dicentes. Non enim alius est Christus, neque sanctum eius corpus immutabitur, sed benedictionis virtus & viuifica gratia perpetuo manet in illa. Haec ille ante mille ducentos annos.

Psal. 109. Matres ne nutricibus proles nutriendas dei admonentur.

In Eucharistia quale corpus Christi.

Rom. 6. 10. 20.

Sacramentum quid.

Inter Eucharistiam & alia sacramenta discrimen.

Transubstantiatio.

Transelementatio.

Chrysost. in missa.

Theoph. in cap. 14. Marc.

In Eucharistia Christum non esse nisi in usu tantum dum sumitur, error est qui respicitur.

Thomas parte 3. quest. 76.

Quae autem per Deum immortalem haec est audacia atque amentia, Christi praesentiam in sacramento temporibus & momentis circumscribere velle? denique tanquam finium regundorum sis arbiter constitutus, inter sacramentum & non sacramentum fines & terminos distinguere? Verbi gratia: Si sumperit comunicaturus, sit ita demum sacramentum: ne sit autem, si non sumperit. Quid si eo animo comunicaturus accedat, ut statim sumat: quoniam vero non temere dictum est illud, Multa cadunt inter calicem supremamque labra,

labra, subito ac repentino casu aliquo ne sumat impediatur, aut animi passus deliquitum, aut comitiali morbo correptus, aut quicquid tandem eiusmodi euenit, quod impedimento sit, quod minus sumere queat, quid dicent isti finium regendorum arbitri à Satana constituti? Continuòne Christum à Sacramento discedere, an expectare paulisper dum ad se redeat comunicaturus, dum respiret, dum vires colligat ad sumendum? Quòd si pro sua benignitate Christus expectet aliquatisper, scilicet isti præscribent moræ terminum? ut vnam horam, mediam, aut quartam comunicaturum impedimentum expectet, duasne expectet. Quis est qui statuere possit, absurdane magis an impia sint hæc Satanistarum commenta, quæ non modò cum verbo Dei, veruetiam cum ipso communi sensu pugnare videtur?

Equam scripturam proferunt isti, qui scripturas erroribus suis libenter obdunt, ex qua possint ostendere, non esse sub speciebus istis corpus Christi, nisi cum sumitur sacramentum. Dixit Christus, Hoc est corpus meum. Nunquid addidit quando sumitur? quod certe addidisset ille, qui tantopere fuit salutis nostræ sitiens, nec nos reos idololatriæ fieri passus esset, si extra summptionem Christum in hoc sacramento adoraremus. Indicare videtur Gregorius quoque Nilenus, Basilij magni frater, errorem hunc suo tempore fuisse, cum dicit *ὁ βρωτος καὶ χυδὸς φησὶν ὁ ἀπόστολος, ἀγαθὴν εἶναι διὰ λόγους Ἰησοῦ καὶ συνέθεσθαι, οὐδὲν βρωστικὸν πρὸς τὸ σῶμα γένεσθαι τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐπίσης πρὸς τὸ σῶμα, διὰ τὸ λόγος μεταποιεῖτο ἐμμορφοῦν εἰς τὸ σῶμα, ὅπν τούτο ἐστὶ τὸ σῶμα μου.* Panis, vt inquit Apostolus, sanctificatur per verbum Dei & orationem, non per manducationem eò progressus, vt corpus fiat verbi, sed statim in corpus per verbum transmutatus: quemadmodum dictum est à verbo, quod hoc est corpus meum. Posset his rectè dici, quod illi populo dictum est quondam ab Elia: Vsq̄quo claudicatis in duas partes? si dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum. Si Christum Deum agnoscitis, sequimini illum: credite illi dicenti: Hoc est corpus meum: non solum cum sumitur, sed statim etiã vt verbo Dei consecratur: cuius verbi Dei, non summptionis meæ aut alterius virtute, quod erat ante consecratione panis, fit corpus Christi. Neq; enim manducatio mea, sed sermo Christi, panis & vini substantiã conuertit in substantiã corporis & sanguinis Christi. Sin autè non creditis Christo dicenti, hoc est corpus meum, quod reuera facitis, cur id obscure fertis? cur non aperte cõfitemini vos Baal sequi, & illius prophetis credere, qui dicunt: hoc non est corpus meum: non est verum quod dixit Christus: non est corpus, sed significat corpus: non est corpus, sed est figura corporis Christi. Si sic detesta persona re ageretis, quis non statim agnosceret angelos Satana: quis non quo summio posset studio ab illis subcaueret? Sed verum est quod dicit scriptura: Erat serpens callidior cunctis animantibus: Nulla est astutia, quæ cum illius astutia possit comparari. Intelligit ille, qui non aliunde constat nisi ex dolo & fallacijs, si se subito talè exhiberet qualis reuera est, nihil se profecturum. Nã si iterum prorumperet per mēbra sua, & diceret: Nō est corpus Christi, sicut ipse dixit, sed significat modò corpus: est figura corporis: quis esset, qui quos tam impiam vocem proferre audiuisset, eos ferendos, ac non auferendos potius, atq; extremis supplicijs afficiendos censeret? Quam obrem pederentim callidissima bestia in mentes hominum illabendum, ac per gradus quosdã ad extremam hanc impietatem eos adducēdos esse putauit. Principio verbi Dei specie prætexens (neque enim ad homines decipiendos alia magis apra & expedita via est) de speciebus huius sacramenti disceptationem induxit, vt sic, cuius rei symbolū est hoc sacramentum, charitatem ex animis hominum tolleretur, vnanimitatēque scinderet. Deinde corpus ex angue dari nobis ad manducandū, neq; verum sanguinē, sed cruorem dari bibedum persuadere conatus est, affirmādo quòd sub specie panis corpus tantum sine sanguine, sub specie vini sanguis tantum sit sine corpore. Hac ille arte cum effecisset, minus vt iam reuerenter ad hoc sacramentum homines accederent, quod frustra ab eo vita expectetur, in quo vita non est, progressus est ulterius: Neq; tam statim negauit esse corpus Christi, sed panē in sacramento simul esse cū corpore Christi docuit, iã pridem sopitam Ioan. Vilefii. & Ioannis Husi hæresim renouans: cum tamen Christus non dixerit, hic panis est corpus meum, sed, hoc est corpus meum.

Cap. 37. sermo in eucharistia.

3. Reg. 18.

Genes. 3. In hereticis diaboli astutia ad Eucharistia sacramenti adolendum.

Panis & vini in Eucharistia in Christi Corpore verum corpus sanguinem. Aug. in Psalm. 30. 1. Reg. 14.

Christi corpore, neq; parum venerationis huic venerabili sacramento falsa hac doctrina sua detraxit, serpit bestia logius. Neq; tamè adhucaudet profiteri quod sentit, verum cõcedit esse ibi corpus Christi, sed non alio tamè tempore, quam quo sumitur: qui verò extra summptionem adorauerit, eū idololatriæ reum pronunciat. Hoc posito & cõcesso, tollit sacerdotiū, tollit sacrificium, omnē Christi beneficiorum memoriã prorsus obliterare conatur, atq; omni ratione diligēter cauet, ne quā in Ecclesia Dei summi illius & immensi beneficii, quo semetipsum Christus dedit redemptionē pro nobis, fiat representatio. His ex animi sui sententiã confectis, tum demum eò peruenit, quò tendebat initio, vt dicat impius, dicat insipiens in corde suo, nō est Deus. Nō est Deus in hoc sacramento, non est in eo corpus Christi, merus est panis pistorius, cui diuinos honores tribuere, est idololatriã esse. Hoc si callidã & truculenta illa bestia statim initio per mēbra sua dixisset, nullo negotio semota quavis cunctatione fuisset obstructum os loquentium iniqua, neque facile quinquam in nasam suam pertraxisset, vt tam impiè voci auscultaret, eiq; fidem haberet. Verum, vt dictum est, paulatim irrependum in animos hominum atque ijs gradibus, qui iam enumerati sunt, incedendum esse putauit, quod sciret extremè impiam doctrinam non ita subito Christiano homini persuaderi posse.

Quamobrem quicq; catholici & orthodoxam fidē amplectitur, diligenter sibi caueat ab his serpētis insidijs, qui nunquã calcaneo nostro insidiari cessat. Cauedi autè hæc est ratio, si omnē disputationē fugerit de hoc sacramento, in quo stultã Deus fecit sapientiam huius mundi. Nusquam enim Dei maior est tentatio, quam in hoc sacramento, in quo retat nos Deus, vtrū credamus illi. Noliit Adam credere Deo, dicenti: In quacūque die comederitis ex hoc ligno, mortē morietimini: credidit serpenti decipienti, cum diceret: Apertur oculi vestri, & eritis sicut Dij. Credidit quod nō videbat: nam in illo fructu ligni virtute tante rei effectiuanã, quã serpens promissit, oculis nō cernebat. Credidit serpenti diabolo, nō credidit creatori suo Deo, quo illius peccato facti sumus omnes rei mortis æternæ. Sacrilegiū illud per istud eucharistia sacramentū emendari Deus voluit, vt sine vlla dubitatione crederemur filio, dicenti: Accipite & comedite, hoc est corpus meum: non autè crederemur serpenti decipienti, hoc nō est corpus Christi, sed figura eius. Sicut cibum à Deo veritū Adam gustando è vita beata excidit, sic nos, quæ Christus præcepit cibū manducātis, & verbo eius credentes, ad vitam per illum amissam redire oportet.

Quamobrem nō querat homo Christianus cū Capharnaicis: Quomodo hic potest non bis carnē suam dare ad manducandū, sed captiuè intellectum suum in obsequiū Christi: Dicat quicquid velit omnis homo mēdam, nos credamus ei, qui solus est verax, Deo. Ipse dixit & facta sunt. Ipse dixit, hoc est corpus meum: ipse dixit: Panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Credamus veritati de veritate sui corporis nos admonenti, nec deinceps queramus, quomodo. Nō est impossibile apud Deum omne verbum. Etiam si angelus de celo nobis aliud annunciat, quàm quod Christum Dei filium dicentē audimus, anathema sit, nō ei credamus, nō potest mentiri veritas. Verbum Domini manet in æternum. Sensus nostri falli possunt, Christus, qui est veritas, neque falli potest, neque fallere. Viderat Petrus Christum in monte transfiguratum, audiuerat vocem de celo alacram: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene placuī, ipsum audite: & tanten habemus, inquit, firmiorem prophetici sermonem. certius illi visum est & firmius, quod à propheta scriptum legerat, quàm vox de celo allata, quàm auribus audierat. Si propheticus sermo tam illi certus visus est, quantò nobis certior videri debet Christi sermo, qui prophetas inspirauit? Qua de re sic aliquando scripsit Ambrosius: Sermo Christi confirmat hoc sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est celum. Iussit Dominus, & facta est terra. Iussit dominus, & facta sunt maria. Iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant: quantò magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Cælum nō erat, mare non erat, terra nō erat. Sed audi dicentem: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Ergo tibi vt respōdeam, non erat corpus Christi ante consecrationē, sed post consecrationem dico tibi, quòd iam corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est: ipse mandauit, & creatum est. Et alio loco: Fortè dicas: Aliud video, quomodo tu mihi afferis, quòd Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest, vt probemus. Quãritur utimur exemplis, vt probemus nō hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio cõsecrauit, maiorēque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgã tenebat Moyses, proiecit eã, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudã serpentis, & in virgã naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutaram esse naturam, & serpētis & virgæ: Ac post multa alia exēpla eius generis

Psal. 13. et 50.

De Eucharistia Disputatio fundenda. 1. Cor. 11. Fides probatur in Eucharistia. Genes. 2.

Corpus & sanguinem Christi verè esse in Eucharistia. Ioan. 6. Psalm. 115. Rom. 3. Psalm. 148. Ioan. 6. Luc. 1. Galat. 1.

Esaiæ. 40.

Matth. 9.

2. Petri. 1.

Lib. 4. de sacramentis cap. 4.

Sermo Christi operatorius est. Psalm. 148.

De ijs, qui incitantur mysterijs cap. 9. Benedictionis maior vis quàm naturæ. Exod. 4.

4. Reg. 1.

Panis & vini in consecratione in corpus verum Christi & sanguinis transubstantiati.

Cap. 14.

Cyrrillus Hierosolymitanus.

ex veteri Testamento producta, subiungit. Quod si tantū voluit humana benedictio, vt naturam conuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Eliæ, vt igne de celo deponeret: nõ valebit Christi sermo, vt species mutet elementorū? De totius mundi operibus legitur. Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est no uas rebus dare, quam mutare naturas. Sed quid argumentis vitmur? Suis vtamur exemplis, incarnatiõnis quæ exemplo astruamus mysterij veritatem. Nūquid natura vsus precelsit cum Iesus dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem querimus, viro mixta femina generare cõsuevit. Liquet igitur, quod d præter naturæ ordinẽ virgo generauit, & hoc, quod conficimus corpus, ex virgine est. Quid hic quartis naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus Iesus partus ex virgine. Eusebius quoque; Emis̃ ferus, inquit: Sicut qui cunq; ad fidem veniẽs ante verba bap̃tismi adhuc in vinculo est veteris debiti, his verò cõmemoratis, mox exiuit omni face peccati: ita quãdo benedicẽ da verbis cœlestis creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequam inuocatione summi numinis consecrentur, substantia illic est vini: post verba autem Christi corpus, & sanguis est Christi. Quid mirum autem est, si ea, quæ verbo creare potuit, possit creata conuertere? imò iam minoris videtur esse miraculi, si id, quod ex nihilo agnoscitur condidit se, iam conditum in melius valeat commutare. Require quid ei possit esse difficile, cui facile fuit visibilia & inuisibilia voluntatis imperio fuscitare: cui facile fuit hominem de limi materia figuratum, imaginem etiam suæ diuinitatis induere: cui promptum est eum rursum reuocare de inferis, restituere de perditione, reparare de puluere, de terra in cœlũ leuare, de homine angelum facere: corpus humanum conforme corpori claritatis suæ red dere, & figmentum suum in Regni sui consortio sublimare, vt qui corpus nostræ fragi litatis assumpserat, nos in corpus suæ immortalitatis assumat. Ad quam gloriosam resur rectionem pijs vos operibus præparare dignetur, qui regnat in secula seculorum, Amen. Hæc Eusebius Emis̃enus hom. quinta de Paschate. Neque dissimilia his apud Ioannem Damascenum in quarto libro de fide orthodoxa re perire licet.

Cyrrillus quoque Hierosolymitanus Græcus (cuius catecheses communicauerat nobiscum, Romæ cum essemus, Guilhelmus Scirletus Protonotarius Apostolicus, vir pius & doctus, neque mediocri trium linguarum peritia præditus) in quarta sua catechesi, quam de hoc sacramento conscripsit, ijs verbis vitur: Καὶ αὐτὴ τὴ μακα ρίη Παύλου ἡ διδασκαλία ἰχθὴν καὶ ἰχθυίαν ἢ πικροφῶρα ἢ ἄρτους ἐξ ἄου, ὅτι ἐν τῇ κοκκίῃ ἢ παρθερίῳ τῷ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λαβὼν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ ἔδωκε τῷ ἐκαστῷ μαθη τῷ, λέγων, λαβετε φάγετε, τὸ σῶμα ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ εὐχαριστήσας, εἶπε λα βετε, πите τούτῳ μου ἐστὶ τὸ αἷμα, οὗτὸ ἐστὶν αἷμα ἀποφύλακτον, καὶ εἰπόντες περὶ τῶ ἄρτου, τὸτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τίς τομῆσει ἀμφιβάλλων λοιπῶν; καὶ αὐτὸ τὸτο διαβεβαιωσάμενον, καὶ εἰπόντος, τὸτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα, τίς ἐνδύσει ποτὴ, λέγων μὴ εἶναι αὐτοῦ αἷμα τὸ ὕδωρ, ποτὴ εἰς ἔθνον μεταβέ βληκεν, δικέιον ἄματι ἐν Κανὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἀξιοπαθὲς ἐστὶν δινον μεταβαλλὼν εἰς αἷμα ζῆν βλαμὸν σωματικῶν κλιθεῖς, τὴν τὴν ἑσθλαματὸρρησὶν τὴν παραδόξασαίαν, καὶ τοῖς ἰσὶς ἢ νυμφῶνος, οὐ ποτὸ μᾶλλον τὴν ἀπόλασιν ἢ σώματος αὐτῆ καὶ τῆ ἁμαρτίας διαφρασάμενος ἡμολογηθήσεται, ὥστε μετὰ πάσης πληροφορίας, ὡς σώματος καὶ ἁμαρτίας μεταλαμβάνουμι. Χριστοῦ, ἐν τῷ τῷ ἄρ του ἠδὲ ποτῷ ὅτι τὸ σῶμα, καὶ ἐν τῷ τῷ οἴνω, δίδεται ὅτι τὸ αἷμα. ἵνα γένη μεταβαλλὼν σώμα τος καὶ ἁμαρτίας Χριστοῦ, ἐστῶμα καὶ σώματος αὐτοῦ, οὗτω γὰρ καὶ χριστοφόροι γινόμεθα τῷ σώματος αὐτοῦ καὶ τῆ ἁμαρτίας, εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδεχόμενοι μέλι, οὗτω, κατὰ τὸν μακρίον Πέτρον, δέλας κοινοῦ φύσεως γινόμεθα. ποτὴ Χριστοῦ τῷ ἰουδαίῳ διαλεγόμενος ἔλεγεν, ἐὰν μὴ φάγετε μου τὴν σάρκα, καὶ πίνετε μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑσὶν, σκείνοι μὴ ἀκηκοότες πνευματικῶ τῶν λεγομένων, σκανδαλιζομένης ἀπῆλθον εἰς τὰ ὄπισθα, νομίζοντες, ὅτι ἐπὶ σαρκωφιλίαν αἰλοῦς προτρε πέτω, ἦσαν καὶ ἐν σαυλάῃ διαθήκη ἄρτοι προφύσεως, ἀλλ' σκείνοι παλῶμας ὄντες διαθήκης, τί εἶλες εἰπά φασιν. ἐν δὲ τῇ καμῇ διαθήκῃ, ἄρτος οὐραίνος, καὶ τὸ ποτήριον σαρκίσι, ψυχῆ καὶ σώμα ἀγαθόντα, ὡσαυτὸ ἄρτος σώματι καὶ ψυχῇ ἀλλήλοισ, οὗτω καὶ ὁ λόγος τῆ ψυχῆ ἀμάρτιας, μὴ παρῆχε οὐδὲ φίλοις τῷ ἄρτου καὶ τῷ οἴνω σώματι γὰρ καὶ αἷμα τῷ Χριστοῦ, εἰ γὰρ καὶ ὁ ἁγῶσις ὅτι ἔστὶ ὑποβάλλει, εἰ μὴ ἔστι εἰς σέβασμόντα, μὴ ἀπὸ τῆς γεύσεως κρίνει τὸ παράγμα ἀλλὰ ἀπὸ τῆς πίσεως πληροφορῶν ἀνευδῶστος, σώματος καὶ ἁμαρτίας Χριστοῦ χεταξίωτῆς, καὶ ὑπαγορεύει ὅτι Δαβὶδ τὴν δύναμιν, λέγων ἡτοιμα σασ ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν ἡλιθίωντων με, δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι, πρὸ τῆς σῆς παρῆτας, τράπεζαν δὲ δάμνονας τῆς ἀνθρώπων ἡτοιμάζον, ἡλκωσμένον καὶ μεμιασμένον καὶ διαβελκῆς πε πηρομένον δὲ δάμνονας, ἀλλὰ μὴ ἐὰν τὴν παρῆσιν ὡ δὲ σῶσι, ἡτοιμάσας ἐνωπιόν μου τράπεζαν, οὗτω ἀνθρώπων

ἀνθρώπος λέγει θεῷ, ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, τὴ ἄλλο σημαίνει ἢ τὴν τράπεζαν, ἢ ὁ θεὸς ἡ μὴ ἡτοιμάσας ἐξεναντίας, ἀντὶ τῷ, ἐκ τῷ σκαντῶν ἀνηκεμένον τῷ δάμνοσι, καὶ μὴ ἐκείνας. Εκεί νη ἰδὲ γὰρ κοινοῦται ἔχει δάμνονον, αὐτὴ δὲ κοινοῦται δεῖ. ἐλάσασας ἐν ἐλάφῃ τὴν κεφαλὴν μου, ἐλ ἴπαν σου τὴν κεφαλὴν ἐπὶ μετώπῃ, διὰ τὴν σφράγιδα ἢν ἔχεις τῷ δεῖ, ἵνα γένηται εἰς τύπωμα σφραγιδῶς ἀγαθῶματος θεοῦ, καὶ τὸ ποτήριον ὅτι μεθύσκον με ὡς ἐκράπον, ὄρεῖς ἐτάωδα ποτήριον λεγόμενον, ὁ λαβὼν ἰησοῦς μετὰ χεῖρας, καὶ εὐχαριστήσας, εἶπε, τούτῳ μου ἐστὶ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ πολ λῶν σκηνωμένων, εἰς ἄρτον ἀμαρτιῶν, διὰ τὸτο καὶ σολομὸν ταύτην ἀντιφάσας τὴν χάριν ἐν τῷ σκηνωσῆ, λέγει, δέουρο φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὴν ἄρτον σου τὴν πνευματικῶν δέουρο καὶ καὶ εἰς τὴν σαρκίον καὶ μακροχρόσιον κλησιν, καὶ πτε τὴν οἶνον σῆ τὸν πνευματικῶν, ὄνος καὶ ἔλαον ὑπὲρ κεφαλῆν ὅτι σκηνωσῆ, ὄρεῖς αὐτόν καὶ τὸ μυσικὸν ἀντιφάσας χρισμα, καὶ διαπαντός ἐστὶ σῶ τὰ ἰμάτια λευκῶ, ὅτι ἐυδοκῆσε κύριος τὰ ποιήματά ὅτι ἀποδοσάμενος τὰ καλοὰ ἰμάτια καὶ ἐνδυσάμε νος τὰ πνευματικῶ λευκῶ, καὶ ἡρ λουσομένον διὰ παντός οὐ πάντως τῷτο λεγομένον ὅτι σε δὲ λευκὰ ἰμάτια περιβεβλησῶμαι, ἀλλὰ τὰ ὄντας λαμπρὰ καὶ λευκῶ ἀναγκάον ἐστὶ περιβεβλησῶμαι. ἵνα λέ γης κατὰ τὸν μακρίον ἡσοῖον, ἀγαλλιάσῃ ἡ ψυχὴ μουσῶν τῷ κυρίῳ, ἐυδύσε γὰρ με ἰμάτιον σατη ρίης, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιένηκέ με. ταῦτα μαθὼν, καὶ πληροφορηθεῖς, ὡς ὁ φανόμενος ἄρτος, οὐκ ἄρτος ἐστὶν εἰ καὶ τῷ γεύσει ἀρτέτος, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ, καὶ φανόμενος ὄνος, οὐκ ἔνος ἐστὶν. εἰ καὶ ἡ γεύσις τῷτο βρολεται, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ, καὶ ὅτι περὶ τούτου ἔλεγεν ὁ Δαβὶδ, ψάλλων, καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου σαρκεῖ, τῷ ἡλαρῶναι πρόσωπον ἐν ἐλάφῃ, σαρκεῖ τὴν καρδίαν, μετα λαμβάνων αὐτόν ὡς πνευματικῶ, καὶ ἡλαρῶναι τὸ τῆς ψυχῆς ὅτι πρόσωπον, ὁ γένοιτοσε ἀνεκεγα λωμένον ἐχθρον. ἐν κατὰ τὴν σὴν ἀνάσας βεῖ. αὐτοῦ τὴν δόξαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ὅ ἡ δόξα ἐς τὸς ἀῶνας τῶν ἀῶνων, Α. Μ. Η. Ν. Qua nos ita in Latīnam linguam conuertimus. Vel ipsa beati Pauli doctrina abunde sufficere videtur, vt certam vobis de diuini mysterij fidem faciat, quibus digni redditi, concorpores, ita vt dicam, & confanguinei Christi facti estis. Ipse enim nuper clamauit, quod in nocte, qua tradebatur Dominus noster Iesus Christus, accipiens panem, & gratias agens fregit & dedit discipulis suis, di cens: Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, & gratias agēs, i. Corin. 11. dixit: Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Cum igitur ipse de pane pronunciauerit ac dixerit, hoc est corpus meum, quis audebit deinceps ambigere? Et cum idem ipse tam affuerant dixerit, hic est sanguis meus, quis vnquam dubitauerit, vt dicat non esse eius sanguinem? Aquam olim in vinum conuertit in Cana Galilee, quod cum quandam ha beat cum sanguine propinquitatem, facile in illum transmutatur. Et eum partum di gnium existimabimus cui credamus, quod vinum in sanguinem transfuserit? Ad eas nu ptias, quibus corpora copulantur vocatus, præter opinionem omnium hoc fecit miracu lum: Et non multo magis sic eum corpus & sanguinem suum fruenda nobis donasse, persuasum firmiter habebimus, vt ea cum omni certitudine tãquàm corpus ipsius & san guinem sumamus? Nam in specie panis dat nobis corpus, & in specie vini dat nobis san guinem: vt cum sumperis, gustes corpus & sanguinem Christi, factus eiusdem corpo ris & sanguinis particeps. Sic enim efficitur Christophori, hoc est, Christum in cor poribus nostris ferentes, cum corpus eius & sanguinem in membra nostra recipimus: sic secundum diuum Petrum diuinæ naturæ consortes reddimur. Olim cum Iudæis Christus differens: Nisi manducaueritis, inquit, carnem meam, & biberitis meum san guinem, non habebitis vitam in vobis. Cum autem illi, quæ dicta fuerant, non spiritu aliter acceperissent, offensi abierunt retro: putabant enim, quod eos ad manducandas carnes hortaretur. Erant & in veteri testamento panes propositionis, verum illi cum fuerint ve teris testamenti, finem iam acceperunt. In nouo verò testamento, panis est cœlestis & cali x salutaris, quæ & animam & corpus sanctificant. Quemadmodum panis corpori con gruit sic sermo hic animæ competit. Quamobrem, non sic hæc attendas velim, tanquàm sint nudus & simplex panis, nudum & simplex vinum: corpus enim sunt & sanguis Christi. Nam etiam si sensus illud tibi renunciat, fides tamen te confirmet. Ne iudices rem ex gustu: sed te citra vllam dubitationem fides certum reddat, quod sis dignus fa cte, qui corporis & sanguinis Christi particeps feres. Cuius rei quæ sit vis, explicat tibi Daũ dicens: Parasti in cõspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Hoc est psalm. 23. autem quod dicere vult: Ante aduentum tuum mensam dæmones hominibus paruercit plenam doloris, pollutam, & resertam omni potentia diabolica: sed postea quàm tu adue nisti ò domine, parasti in cõspectu meo mensam. Quando dicit homo, parasti in cõspe ctu meo mensam, quid aliud significat, quàm mysticam illam mensam, quam nobis Deus præparauit ex aduerso? hoc est, quæ planè sit aduersa & opposita dæmonibus. Et rectè id quidem: illa enim communio habebat cum dæmonibus, hæc verò communio nem habet cum Deo. Inpinguasti in oleo caput meũ. Inpinguauit caput tuum in fronte per si gnaculũ quod habes Dei, vt per illud efficiare vas sanctificatũ Deo. Et calix tuus inebriās quàm

Cyrrillus Hierosolymitanus.

1. Corin. 11.

Matth. 26.

Ioan. 2.

Corpus Christi verum sub pane & sanguine Christi verum sub specie vini nobis datur, clare expre nit.

2. Pet. 1.

Ioan. 6.

Exod. 25.

psalm. 23.

Matth. 26.

quàm præclarus est. Vides hic calicem vocari, quem cum accepisset Iesus in manus suas, & gratias egisset, dixit: Hic est sanguis meus, qui pro multis effunderetur in remissionem peccatorum. Propterea Salomon quoque cum gratiam hanc in Ecclesiaste significare vellet: Vade, inquit, comede in læticia panem tuum spirituale, veni ad salutare, & quæ te beatum reddere possit vocationem, & bibe vinum tuum spirituale, vinum & oleum super caput tuum effundatur: (Vides quemadmodum alludat ad mysticum chrisma) & omni reposita vestimenta tua sint candida, quia Deo placent opera tua. Posteaquæ semel exuisti vetera vestimenta, & induisti alba spiritualia, semper te candidis vestitu esse oportet. Non hoc dicimus, ut quoquo modo vestimentis albis induare semper, sed quæ verè nitida sunt & alba, ea te induere oportet: ut cum beato Esaiâ dicere queas: Exultet anima mea in domino. Hæc cum didiceris, & cum certò persuasum tibi fuerit, quod qui videtur panis, non panis est, quamvis talis gustui videatur, sed corpus Christi: & quod videtur vinum, non vinum est, quamvis ita gustus censeat, sed sanguis Christi. Et quoniam de hoc dixit David psallens: Et panis cor hominis confirmat, ut exhilaret faciem in oleo, confirma cor tuum, cum illum sumptis tanquam spirituale cibum, & exhilara animam tuam faciem. Utinam autem hac facie revelata, cum pura conscientia videre tibi contingat ipsius gloriam, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Psalm. 103.

Animadvertente lector diligenter, quòd nò dicit in pane, vel sub pane, vel cum pane, sed *et* panem, hoc est in specie vel sub specie panis, dat nobis corpus. Nò dicit in vino vel sub vino, vel cum vino, sed *et* vinum, hoc est in specie vel sub specie vini, dat nobis sanguinem. Verum & illud accuratius expendere quod dicit. Qui videtur panis, non panis est, quamvis talis gustui videatur, sed corpus Christi. Et quod videtur vinum, non vinum est, quamvis ita gustus censeat, sed sanguis Christi. Quasi diceret: Est quidem ibi species panis & vini, sed res ipsa non est. Manente enim specie, res ipsa, hoc est panis, in substantiam corporis, & vinum in substantiam Christi sanguinis transformatur vel transelementatur.

August. ad Neo-
philos.

Sed & Augustinus in sermone quodam. Hoc accipietis, inquit, in pane, quod pendit in cruce: & hoc accipietis in calice, quod effusum est de Christi latere. Erat enim illi mors & non vita, qui mendacem putaverit vitam. Neque multò secus Ioannes Chrysostomus, qui fuit Augustini equalis. Num vides, inquit, panem? Num vinum? Num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit. Ne sic cogites. Quemadmodum enim, si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit: sic & hic putamysteria consumi corporis substantia. Atque Ioannes Damascenus cum pleraque scripserit in eandem sententiam, sicut ex Ambrosio citavimus, subiungit postea: Non est figura, panis & vinum, corporis & sanguinis Christi: absit enim hoc: sed est ipsum corpus domini deificatum: ipso domino dicente: HOC EST MEUM

Matth. 26.
Ioan. 6.

(non figura corporis) sed corpus; & non figura sanguinis, sed sanguis. Et ante hoc ipsis Iudæis: Quoniam nisi manducaeritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam æternam. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et rursus: Qui manducat me, vivet. Ac Damasceno posterior Theophylactus:

In cap. 6. Ioan.

Attende, inquit, quod panis, qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantum figuratio quædam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis: sed caro mea est. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem Sancti spiritus, in carnem domini. Qui verò multò fuit vetustior Eusebius Emisenus verba cœnæ domini exponens. Exponit, inquit, Dominus in hoc loco quod significaret cum alibi diceret: Nisi manducaeritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ecce sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Panem & vinum virtute ineffabili in sui corporis & sanguinis substantiam convertit. Sicut enim Dominus & vivebat & loquebatur, & tamen à discipulis suis comedebatur & bibebatur, ita modò integer & incorruptus manet, & à fidelibus suis in panis & vini Sacramento quotidie bibitur & manducatur. Nisi enim panis & vinum in eius carnem & sanguinem verterentur, nunquam ipse corporaliter manducaretur & biberetur. Mutantur enim ista in illis, comeduntur & bibuntur illa in istis: quod qualiter fiat ipse solus novit, qui omnia potest & omnia novit. Dixit enim tunc per se, dicit & modò per suos ministros. Hoc est corpus meum. Et tanta est eius verbi virtus & efficacia, ut statim fiat quod dicitur.

In cap. 6. Ioan.

Et hoc aliquot seculis posterior vir doctissimus Rupertus abbas Tuitiënsis, qui vixit ante annos quadringetos. Nonne hic idè Euagelista Ioannes dicit in Apocalypsi? Si quis apposerit ad hæc, apponatur super illum Deus plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferat Deus partem eius de libro vite. Nunquid verò minus timenda est hic illa maledictio, ut nò detrahamus vel apponamus quicquam verbis

Rupertus.
Apost. vii.

verbis dicentis, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur? Hic est sanguis meus? Cui enim illo dicente, hoc est corpus meum, nos sub auditionem apposerimus, dicentes figuratum, vel per similitudinem dictum, cum, inquam, illo dicente, hoc est corpus, nos dixerimus, hoc significat corpus, nonne multum est, quod apponimus, vel parva de mutatione detrahimus, & sensum generamus, quem tantus auctor Deus & homo nunquam est loquutus, nec ascendit inquam in cor eius? Nempe cum objicit quis, suisque scripturæ in schedulis, quòd itidem dixerit eadem veritas: Ego sum vitis, tam audacter quam imperitè in argumentum mendosum illud attrahit: cum statim subsequente verba dicentis, sicut palme non potest fructum ferre à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis, manifestè per similitudinem dictum compellant intelligi, præsertim cum non signanter dixerit, ego sum hæc vitis, sicut signanter dixit, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, apposita protinus descriptione veræ proprietatis de corpore inveniã, quod pro vobis tradetur, de sanguine autem, qui pro multis effunderetur. Igitur ne veniã super nos plagam novissimè, neque apponimus, neque diminuumus quicquã diuinã definitioni vel descriptioni, quam incarnatum verbum ore proprio deprompsit. Imò quia perfecta charitas foras mittit timorem, non tam plagam timore, quam veritatis amore confitemur, quòd panis iste corporeus postquam signauerit eum pater, & vinum hoc expressum acinis presentibus, mox ut eodè signo signatum est per manus Ecclesiæ dicentis, ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi: vitæ in mei memoriã faciatis, corpus & sanguis eius, qui huius traditionis auctor est, & hoc sacrificiũ ipse Christus est: cuius passiois, ut sacrificium fieret à Deo parte in veritate signatum est. Docet idè, tres modos esse essentia, quibus Christi corpus est in Eucharistia, quarto autem differre. Est enim nomine, re, atque effectu. Est nomine, quia summus celorum porifex, qui cum sit ipsa veritas, nomina non vana rebus imponere solet, adè fortiter hoc non imprefisit, ut non solũ diceret, hoc vocetur corpus meum, hic vocetur sanguis meus, sed hoc est, inquit, corpus meum: hic est sanguis meus. Est etiã re, quia nimirum sanctum sanctorum est, quia verè in illa specie, qua traditus & lanceatus est, ipse sanctus sanctorum est. Est nihilominus effectu, quia quæ verè in illa specie, qua pendit in cruce, remissionem peccatorum operatus est omnibus, qui illã expectabant ab origine mundi cum fide, sine legalibus fidei sacramentis à iusto Abel usque ad latronem, quem in cruce consentit suscepit, tam verè in istè speciebus panis & vini eandè remissionem operatur omnibus, qui sunt ingressi, vel ingrediuntur ad eam fidè, postquam illa species hinc transiit, & in cœlum sese recepit. Quare idem specie differt, quòd & plurimũ prodelt: nò modò ne color & sapor humani sanguinis horrore fumentibus illum faciat, sed ut competentis antidoto nimia parentum nostrorum curetur credulitas. Crediderunt enim deceptorum diabolo in eo, quod non videbant, videlicet quòd illi signo consequendæ diuinitatis effectiua virtus inesset, & comedentes mortui sunt. Credamus econtrã fideli saluatori Deo, in eo quod non videmus, scilicet panem & vinum in veram corporis & sanguinis transiisse substantiam: ut comedentes atque bibentes viuamus in æternum.

Ac reperiuntur quidem veteres, figuram, signum, similitudinem, exemplar, sacramentum hoc appellasse: verum non ita, ut idè veritatem in eo corporis & sanguinis Christi negarent. Nam & Paulus quod Christus à morte ad vitam resurrexit, nostri à morte peccati, ad vitam gratiæ resuscitationis similitudinem esse vult. Nunquid idè veram fuisse mortem, veram Christi resurrectionem negavit? Dicit idem Paulus de Christo, quòd sit in similitudinem hominum factus, num idè eum verum hominem esse dicimus? Vocat idem Christum imaginem inuisibilem Dei, & figuram substantiæ patris, erit autè quicquã tam excors, ut propterea Christum Deum inuisibilem & eiusdem esse cum patre substantiæ negare audeat: itaque nihil impedit, quò minus idem mysterium & sit veritas, & figura dicatur. Quemadmodum pluribus id verbis Rabanus in suo libro, quem de Sacramento Eucharistiæ inscripsit, ostendere conatur. Proferunt Augustini verba Petrus Lombardus, & frater eius Gratianus, & Algerus: corpus Christi & veritas figura est: Veritas, dum corpus Christi & sanguis virtute spiritus in verbo ipsius ex panis vini que substantia efficitur. Figura verò, quòd exterius sentitur.

Ex quibus Augustini verbis aperte videre licet id, quòd ipsi quoque sensus nobis renunciant, aliud esse quòd videtur, aliud quòd intelligitur. Neque enim quæ videtur species panis & vini, sunt ipsum Christi corpus, quòd sub illis realiter continetur, sed rectè dici possunt figuræ quædam, siue exemplaria Christi corporis. Representant enim nobis illud Christi corpus exangue, quòd in cruce pro nobis pendit: simul & sanguinẽ, qui fuit eius est ibidè in remissione peccatorum nostrorum, quòd exangue corpus, & cruor ab illo preparatus, nequaquã sub istis speciebus continetur, sed est ibi verus & integer Christus, cum carne,

cap. 12.
In Eucharistia species quidè presentem.

Obiectio.

Ioan. 15.

Solutio.

1. Ioan. 4.

In Canonis Missæ.

Corpus Christi in Eucharistia, quomodo sit et vrbis mediis in ea esse doceatur.

Eucharistia, nò nunquam figuram, signum, si-militudo, et exemplar dicitur et expli-catur. Rom. 6. Coloss. 1. Heb. 10.

Cap. 12.

In Eucharistia species quidè presentem.

Lib. 4. cap. 14.

In sermo. de caena domini.

Aug. ad Bonifacium.

Sacramentum corporis Christi corpus Christi est. Idem sacramentum fides est.

Algeri Lib. 3. de sacramentis euchar. cap. 18.

Guimundus contra Berengarium lib. 2.

carne, sanguine, anima, & diuinitate sua, qualis à Thoma post resurrectionem visus fuit & palpatus. Representant præterea ista species mysticum Christi corpus, quæ est colligatio Christianorum ad inuicem, velut membrorum sub vno capite. Vocauit etiam Damasceus hæc mysteria exepylaria futurorum, verum quo sensu, ipse interpretatur, dicens: Nō quoddam non verè existant corpus & sanguis Christi, sed quoddam nunc quidem per ipsa participes reddimur Christi diuinitatis, tunc autem videbimus eum sicuti est, facie ad faciem. Hoc & Cyprianus indicat, dicens: Panem angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestius edemus in cœlis, non ministerio corporali, sed per repetitis actionibus ad eundem reuertentes, sed consummato sacerdotio nostro, erit & permanebit perpetua & stabilis, implens & reficiens nos sufficientia, qua profert se palam, absque villis integumentis, omnibus conspicabilis, summi præsentia sacerdotis.

Itaque ante quadringentos etiam annos illa fuerunt Augustini verba catholicis obiecta, quæ ex libro sententiarum Prosperi citant idem illi, quorum supra meminimus. Sicut ergo cœlestis panis, qui verè Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cum vera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet, quod visibile, palpabile, mortale in cruce positum est, vocaturque ipsa carnis immolatio, quæ Sacerdotis manibus fit, Christi passio, mors, crucifixio, non in rei veritate, sed significante mysterio: Sic sacramentum fidei, quo baptisma intelligitur, fides est. Vnde idem beatus Augustinus ad Bonifacium: Nōne semel immolatus est Christus in seipso, & tamen in sacramento, nō solum per omnes Paschæ solennitates, sed omni etiam die pro populo immolatur, nec vtrique mentitur, qui interrogatus, eum responderit immolari. Si enim Sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omninō sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine, pleraque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut enim fecundum quendam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides est. Quod ibi dicit Augustinus, secundum quendam modum, nō excludit præsentiam realem corporis Christi, sed singulari modo quodam ibi veritatem adesse declarat. Quem alio quodam loco explicat, id est, non vt videatur, quia non hoc corpus, inquit, quod videtis comesturi estis, sed spiritali modo, non sensibus exposito, nec illo manifesto modo, quomodo in cœlo contemplabimur.

Sed audiamus, quid ijs olim responderit Algerus. Notandum, inquit, est, immolationē, quā non rei veritate dixit fieri, sola similitudine sacramenti verā immolationē Christi representantis mortē, passionē, crucifixionē ipso mysterio significatē debere intelligi: sicque baptisma quod est sacramentum fidei, non in rei veritate, sed sola similitudine fidei dici. Quod verò veram carnē Christi suo modo corpus Christi dixit vocari, cum re vera sui ipsius sacramentum sit, non ita intelligendum, quasi non verè dicatur corpus Christi, sed suo modo, id est, sibi singulariter proprio: quia cum omne corpus sit visibile atque palpabile, solum corpus Christi post resurrectionem mutata natura non substantia, non est corporale, sed spiritale, inuisibile, vt dictū est superius. Quod verò dixit ad Bonifacium, sicut sacramentum corporis Christi secundum quendam modum corpus Christi est, ita sacramentum fidei fides est, intelligendum est de forma panis & vini, quæ non verè, sed figuratè & nuncupatiuè dicitur corpus Christi. Quia igitur Augustinus ad comprobandum, quod sacramentum fidei, fides diceretur, duas similitudines dedit, vna actualis sacramenti, immolationis scilicet imaginariæ: altera verò realis, formæ scilicet panis & vini, vt sicut immolatio imaginaria figuratè vocatur mors, crucifixio Christi, & sicut forma panis & vini figuratè vocatur corpus Christi, sic sacramentum fidei, scilicet baptisma figuratè vocatur fides: Notandum, quod in altera harum similitudinum, cœlestem panem, qui verè Christi caro est, non communem, sed suo & quasi proprio modo corpus Christi vocari dixit: Quia scilicet corpus illud non corporale sed spiritale & diuinum præ omnibus corporibus singulariter vidit: In altera autem sacramentum corporis Christi, id est, formam panis, absolute secundum quendam modum corpus Christi dixit, quia communi figura non existentium, quod dicuntur, illud dici corpus Christi notauit. Quod autē inuisibile corpus Christi sacramentum visibilis corporis Christi dixit, intelligibiliter tantum per exteriorem aliquam actionem, & non sensualiter accipiendum est. Quomodo enim more ceterorum sacramentorum visibilium, id quod videri non potest rei visibilis esse poterit signum, nisi exterioris alicuius actionis circa se imaginem habuerit? Hæc Algerus.

Guimundus verò eadem Augustini verba adferens: Hoc, inquit, libera facultate intelligere possumus dictū esse de manna, vel de pane vel vino Melchisedech, vel de aliquo veterum sacrificiorum, quæ sacramenta corporis & sanguinis Christi fuerit. Possunt enim quodammodo per figuram corporis & sanguinis Christi appellari, sicut petra vocatur Christus.

Christus. Et ideo non satis attendit homo quid apponat. Nam si ex abundantia de sacramenti quoque altaris nostri id velimus accipere, fidelis & facilis intelligentia patet. Cum enim sacramenta nostra sint substantiue corpus illud quod est filij Dei proprium, sunt quodammodo per figuram ipsum corpus Christi, cuius sacramenta sunt, id est, Ecclesia. Quod in expositione super Ioannem confirmat Augustinus his verbis: Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est Ecclesia. Huius rei sacramentum, id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica mensa preparatur, & de dominica mensa sumitur. Idem in quodam sermone de sacramentis. Quia passus est, inquit, pro nobis, commendauit nobis in isto sacramento sanguinem suum & corpus, quod etiam fecit & nos ipsos: nam & nos ipsius corpus facti sumus per misericordiam ipsius, & quod accepimus nos sumus. Ecce quomodo cibum & potum altaris, dixit esse quodammodo societatem corporis, quod est Ecclesia: Non quod ipse cibum & potum sit ipsa societas, sed ipsius societatis sacramentum: Et hoc quod accepimus dixit quodammodo esse nos, quia nostri sacramentum. Ita ergo corpus Christi proprium est quodammodo per figuram illud corpus Christi, cuius est sacramentum, quod est Ecclesia: Nec mirum, cum ipse dominus per Prophetam dicit: Indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponfam ornatam monilibus suis. Se dicit sponsum, quia ipse sponsus est, se dicit sponfam, quia ipse est quodammodo illud corpus suum, quod est Ecclesia, cuius ipse est sacramentum. Hanc intelligentiam nobis aptissime similitudo sequuta commendat. Sicut enim dicimus proprium corpus domini, alterius sui corporis, quod est Ecclesia, sacramentum, sic baptismum visibilem, visibilis alterius inuisibilis, scilicet baptismi cognoscimus sacramentum. Est namque baptismus exterior, aqua visibilis carnem abluens: est baptismus interior, fides inuisibilis animam simili modo purificans, teste beato Apostolo, qui ait: Fide mundans corda eorum. Et iterum: Sic & nos saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. Proinde satis conuenienti & sana fide intelligere possumus dixisse Augustinum, sicut sacramentum corporis Christi, id est, sicut illud proprium filij Dei corpus, quod est sacramentum corporis Christi, quæ est Ecclesia, secundum quendam modum corpus Christi est, illud scilicet cuius est sacramentum, id est Ecclesia: ipsa enim sponsus: ipse secundum quendam modum & sponsa: ita sacramentum fidei, id est, exterior baptismus pro eo quod fidei signum est, secundum quendam modum fides est.

Ex his patrum sententijs cuius perspicuum esse potest, quæ fuerit Ecclesiæ catholicæ per vniuersum orbem diffusa iam inde ab Apostolorum temporibus ad hæc vsque nostra tempora constans fides de veritate corporis & sanguinis Christi: Itaque totis mille & amplius annis inconcussa stetit videtur Ecclesiæ fides de præsentia Christi corporis & sanguinis in venerabili Eucharistiæ Sacramento. Quod etiam confessus est ipse Ioannes Vileff, quem admodum à Thoma Valdensi citatur. Anselmus quoque testatur his verbis: Inter omnes iniquiens hæresium diuersitates, quæ singule suo tempore impugnaverunt petram super Petrum ædificatam, & quæ in soliditate sua permanente petra collixi in illa, vt lutea vasa, sunt contrastræ: huius questionis nec mentio facta est, nisi in Nestoriana hæresi sola. In qua assertores eius, in persona Christi diuina ab humanis penitus separantes. Mariam Theotocon, id est, Dei genitricem penitus negantes, sed solius hominis matrem esse affirmantes. Cui requireretur: Corpus quod de mensa Domini sumimus, cuius esse profiterentur? hæretica prauitate vel temeritate ad suum errorem detorquebatur verba domini dicentis: Nisi manducaueritis carnem filij hominis. Et ex his verbis astruere conabantur, quod ibi sumimus carnem esse tantum filij hominis, ne si illud corpus domini esse confiterentur, contra se loquerentur, consentientes in Christo Deo & homine esse vnitatem persone. Hæc Anselmus. Cæterum ante septingentos plus minus annos duobus bitari non nihil ea de re ceptum est. Quam etiam ob causam à Carolo Caluo Rege iustus presbyter quidam Bertramus librum scripsit, in quo quale corpus in Eucharistia continetur, explicare conatus est, atque ita per plexè materiam hanc tractauit, vt quid senserit intelligi vix queat: ac magis in eorum sententiam propendere, sit visus, qui præsentiam Christi corporis in hoc Sacramento negant. Nihil tamen is egit ea de re pertinaciter. Quin suam inscitiam propemodum confessus libellum suum his verbis clausit: si hæc minus placuerint, id nostræ deputetur insipientiæ, quæ quod optauit, minus efficaciter valuit explicare. Pertinacior autem paulo fuit in ea sententia Ioannes Scotus Monachus, qui defendere conaretur, graphijs discipulorum prius excæcatus, deinde confixus iustam in

Esai. 61.

Actus. 15. 1. Pet. 3.

De Sacram. Corporis Christi cap. 18. de sacramentis.

Bertramus.

Ioan. Scotus.

Paschalis de Eucharistia scripsit.

Berengarij hęc vasa vnde.

*De Conf. disp. 2. cap. ergo. Berengarius et vovens renouavit, & abin-
si carnem ve-
re et sanguine,
in sacrificio do-
mini fieri sacra-
mento confir-
mavit.*

*Berengarius ter-
tio hęc vasa reuo-
cavit.*

*Berengarius de
sua multorum
scditione dole-
bat mori-
vus con. Beren-
garij scripto-
rem.*

*Epist. 11.
Petrus à Bru-
gis.*

*Henricus.
Valdensium
Picardi.*

*In vita Bernar-
di lib. 3. cap. 5.*

Lib. 5. epist. 10.

pizę suę doctrinę mercedem acceperit. Quoniam autem vixit eodem illo seculo Pascha-
sus, librum & ipse scripsit de corpore & sanguine domini in Sacramento Eucharistię,
quo quę minus Catholicę dicta fuerant à Bertramo & Scoto confutauit.

Et huius autem Scoti libris hęcresim suam hausisse Berengarium narrant Landfrancus,
primus vt ille fuisse videatur, qui manifestę Christo aduersari non dubitaret dicere. Hoc
est corpus meum, ac figuram significationemque corporis esse affirmaret. Quam etiā ob
causam à Leone Nono Pontifice Romę Concilio congregato, communionem sanctę Ec-
clesię fuit priuatus. Quoniam autem id absente Berengario factū erat, & adfuturus pro-
pediem sperabatur eodem anno, Vercellensę Concilium fuit indictum. Ad quod ipse qui
dem non venit, duo tamen Clerici, qui se legatos eius dixere, preesto fuerunt. Qui cū de-
fendere Berengarium, & eius errorem tueri vellent, primo statim congressu victi sunt. Ita-
que post exactā de veritate Christi corporis & sanguinis in Eucharistia disquisitionē.
Berengarius perpetuo anathemate, nisi recipere, damnatus est. Mortuo verō Leone,
cū nōdum profluxum malum esset sopitum, Victor secundus Papa Cōcilium Turonis cō-
gregauit, in quo tū presidebat illius nomine Hildebrandus, qui postea Papa factus, Gre-
gorius septimus fuit appellatus. Coram hoc Berengarius panem & vinum in Sacrificio
domini nō vmbriticę, sed verę Christi carnem & sanguinem fieri, dato propria manu Sa-
cramento cōfirmavit. Sed accidit illi, quod est in proverbio. Canis ad suum vomitū re-
uersus est: & sus lota in volutabro cęni. Quapropter mortuo Victore, Nicolaus secun-
dus Romę Concilium iterum celebravit, vbi rationibus apertissimis conuictus Beren-
garius, coram Pontifice & vniuersa synodo centum tredecim Episcoporum errorem suū
anathematizauit, & confessionem bonam (liber enim Guimundi verbis vti) quam Tu-
ronis fecerat, prębito itentidem proprię manus Sacramento, renouavit illis verbis, quę
in decretorum & sententiarum libris videre licet. Mortuo verō Nicolao, tertium in eū-
dem errorem recidit. Quamobrem denuo Romam accessit, anno millesimo septima
gesimo nono, mensę Febr. Pōtificatus Gregorij septimi anno sexto, vbi cum ipsius cau-
sa toto biduo diligenter examinata fuisset, errore suum tertio die cōfessus, coram vni-
uerso Cōcilio, tertio palinodiam cecinit & abiurata hęcresi, veniam nihilominus impetra-
uit. Nec ex eo tempore fuisse relapsus legitur. Quin illud potius de eo scribitę equalis eius
Guilhelmus Bibliothecarius Malmesberienfis, quod cum in Epiphaniarum die mortem
instare sibi videret, producto genitu, recordatus quos miseros, quōdam adolescens, primo
erroris calore, secta infecerit. Hodie, inquit, in die apparitiōis suę apparebit mihi Do-
minus meus Iesus Christus: propter pœnitentiam vt spero, ad gloriam vel propter alios,
vti timeo, ad pœnam. Sic ille nō mediocrem dolorem ostendit, quod multos mortalium
in hunc tam impium errorem adduxisset.

Oppugnauerunt autę Berengariū strenuę, Landfrancus & Anselmus Cantuariensis;
Guimodus Auerfanus: Fulbertus Carnotensis: Hugo Lingoniensis: Adelmanus Brixiensis,
Episcopi. Hildebertus Archiepiscopus Turonensis, & Algerus Monachus Cluniacensis. Pri-
mus igitur hęcresis huius auctor Berengarius, fuisse videtur, cū ante illū nemo tam apertę
dogma ecclesię de Eucharistia oppugnauerit, quem tamen illius ex animo pœnituisse,
non obscuris cōiecturis colligere licet. Itaq; cum, ipso palinodiam canente, fuisset extin-
ctā, nōdum anni centum intercesserant, cum per Petrum à Brugis fuit renouata. De quo
scribit Petrus Cluniacensis, quod zelus fidelium apud sanctum Egidium, flammis do-
minicę crucis ab eo successen sas cum cōcremando vltus est: atque ita impius ille de igne
ad ignem: de transeunte ad æternum transitum fecit, hęcrede nequitie suę relicto quodam
Henrico. Vtriusque autem impia dogmata non dissimilia his, quę nunc sparguntur, gra-
uiter admodum, idem Petrus Cluniacensis in eadem illa Epistola cōfutat. Et ab hoc Pe-
tro à Brugis atque Henrico videntur originem traxisse Valdenses, quos etiam Pauperes
de Lugduno siue Picardos vocant, cum sub illud ipsum tempus hęcsecta exorta fuisset
credatur. Vixit autem sub idem tempus Petrus Abelardus quoque: Cui & ipsi Bernar-
dus impingit, quod de Sacramento altaris parum rectę senserit. Verum & hic suos erro-
res omnes recitauit, ac pœnitentię acturus, vltro sibi Cluniacū elegit, vbi reliquū vitę suę
tēpus degeret, ac seculi curis omnib; relicto, Deo soli contēplādo vacaret, assentię cōiu-
ge sua quę & ipsa monasteriū virginū ingressa, facta fuit Abbatissa. Ad quam extat Epi-
stola Petri Cluniacensis, qua miris laudib; Petri huius Abelhardi sanctimoniam extollit.

Sub idem tempus fuisse nonnulli volunt Almericum quoque; qui docuerit. Non aliter
esse Christi corpus in Eucharistia, quam in alio quopiam pane, sed inter errores eius ab
Innocentio tertio in Concilio Lateranensi damnatos hic non reperitur.

Quod autem in Oriente quoque secta Sacramentarium aliquando floruerit, non
ita facillē reperiri posse putamus. Quamuis in sancta Nicęna Synodo cuiusdam erroris
circa

circa sacramentum Eucharistię Iconomachos arguere videtur Epiphanius.

Ducentis plus minus post Berengarium annis, historiam quandam scripsit Nicetas,
in qua narrat, quod cum dogma de diuinis mysterijs vulgatum fuisset, in contrarias fa-
ctiones Christianos diuiserit. Palam igitur, inquit, in foro & in triuijs, ab vnoquoque
res veneratione & silentio dignę, in contemptum adducebantur. Nam post Georgium
Xiphilinum, qui septem annis Ecclesiam gubernauit, Ioannes Camaterus Patriarchalem
sedem suscepit, quem cū oportuisset, quod Xiphilini tempore dogma pullulare cęperat,
radicius extripare, & subijcere quidem anathemati, qui fuit auctor illius psendo mo-
nachum Siciitam tanquam hęcresarcham, & noua introducentem dogmata, & alijs ip-
sius exemplo silentium imponere, vt mysterium rursus esset mysterium: nihil tale fecit.
Verūm differendi quadam arte, & demonstrationibus vsus est, quibus adduci possent
ad consentiendum contradicentes: in his, quę humani ingenij captum excederent, nec vl-
lius artificij indigerent: quin & catecheticas quasdam orationes composuit, quibus iei-
niorum dies instare nunciaret, vt ad spirituale certamen sese instruerent: ac ex parte do-
gmatis huius meminit, vnde ortum habuerit, & quę sibi de illo viderentur. Quę verō di-
cerent qui contra sentiant, silentio preterijt: puto propterea, quod esset refutationem ve-
ritus. Cumque in dogma tractandum incubuisset: ea objiciebat tanquam à contraria sen-
tientibus dicta, quę neq; norant, neq; cogitarant inquam. Nā cū in questionē vocare-
tur, vtrum quod percipitur à nobis sanctum Christi corpus, incorruptibile sit, quale fuit
post passionem & resurrectionem, an corruptibile: quale fuit ante passionem, Ortho-
doxi quidem dicebant incorruptibile, cū diuinorum mysteriorum perceptio, confessio
quadam sit & recordatio, quemadmodum pro nobis mortuus sit & resurrexerit domi-
nus sicut magnus ille Cyrillus in Theologia tradit: & quod si quis particulam acceperit,
totum eum Christum acceperit, quem Thomas palpauit: & quod man ducat eū qua-
lis fuit post resurrectionem: vt Ioannes Chrysostomus affirmatijs verbis. O rem admi-
randam, qui sedet ad dexteram patris, in manibus nostrum peccatorum intuenitur. Et ite-
rum. Floruit in lege, adoleuit in Prophetis, maturuit in cruce, manducatur post resurre-
ctionē. Et pauld post. Nihil aliud id est quod percipitur, quā illud corpus, quod mor-
te superata, vitę nostrę fuit exordium. Vt enim modicum fermentum, sicut ait Aposto-
lus, totam massam sibi reddit similem, sic immortale factum dei corpus, cū in corpore
nostro fuerit, totum id in se commutat & transfert. Illa quoque producta fuerunt Ecce-
sę luminaris Eutichij: Totum igitur sacrosanctum Christi corpus & sanguinem accipit
homo, etiam si particulam aliquam acceperit. Distribuitur enim indiuisibiliter inter om-
nes propter immixtionem. Quemadmodum sigillum vnū, omnes imagines suas & for-
mas omni materia, cui imprimitur, impartit, & nihilominus manet vnum post factam
communicationem: non immixtum nec mutatum, propter ea, in quibus expressum est,
etiam si numero plura sint. Itidem, quemadmodum vna vox ab vno aliquo prolata, & in
aere diffusa, & in eo qui protulit eam tota manet, & per aërem diffusa tota ad aures om-
nium perfertur, nemine auditorū plus aut minus percipiente: verūm tota est indiuisibi-
lis & integra apud omnes, quamuis ij, qui audiunt decem millium numerum superent,
cum tamen & ipsa sit corpus. Nihil enim aliud est vox, quā iētus aër. Nullus itaque du-
biter, post mysticum sacrificium & sanctam resurrectionem, incorruptibile & im-
mortale sanctum & viuificum corpus & sanguinem Domini, quod exemplaribus per
sacerdotes imprimitur, non minus, quā prædicta exempla, suas vires integras conser-
uare, & totum in totis inueniri. Ponit postea Nicetas diuersam Hęreticorum opinionē,
quā adscribere longum esset.

Ex quo colligere licet, quod etiam illo tempore fuerit de hoc sacramento nō leuis disci-
ptio. Quę tamen citō fuit sopita. Nondum autem intercesserunt anni ducenti, cū si-
cut Berengarius in Gallia, sic extitit in Anglia Ioannes Vicleff. qui cū de venerabili Eu-
charistię Sacramento nō diuersum à Berengario sentiret, quoniam tamē, quā fuisset error il-
lius omnibus detestabilis nō ignorabat, minimē fuit ausus id præ se ferre, sed sicut nar-
ratur de eo Thomas Valdęsis, qui pluribus voluminibus impios eius errores cōfutauit, se
nobiscum esse simulabat, cum non esset: volens videri Catholicus, & amulus scripturarū
in vultu, plenus Berengarius in fructu: dānat eum, inquit, in verbis, honorat & salutat in
sententijs. Præter hos vix fuit alius quisquam, qui palam hoc tam impium dogma per-
tinaciter tueri conaretur. Oriens præsertim, intactus ab hac peste fuisse videtur: cum præ-
ter Nestorium, de quo supra meminimus ex Anselmo, nemo secus de Sacramento hoc sen-
sisse credatur. Porrō Berengarij seculo Galliam solam & eam non totam, lucę hęc
fuit peruagata, nusquā extra fines Gallię progressa. Similiter & Vicleffi doctrina, trecentis
plus minus annis post, non ferē spargebatur, nisi in certis quibusdam Anglię locis.

Ceterum

Epiph. aff. 6.

*Nicetas.
Lib. 3. de rebuj
gestis Alexij
Angli.*

*Corpus Christi
totum, quomo-
do simul multi
sumus, decla-
ratur.*

Andr. Carolstadius sacramentariam heresim renouauit.

In epist. ad Fredericum Nicomium.

Sacramentariam heresim Lutherus & Lutherani abominantur. In epistola ad Albertum Marchionem in Prussia ducem. In conspectu cœna domini. Contra Zuinglium, & alios nouos Picelessitas. Arist. li. 2. phys. scorum. Sacramentaria heresis propagatio, & blasphemia.

Cæterum hoc infœlici æuo nostro, posteaquam non infœliciter audacia sua Luthero cessit, & eius uerbum apud multos, tanquam Dei uerbum adorari cœpit. Andreas Carolstadius, qui Lutheri fidus Achates initio fuerat, suum & ipse nomen ad posteros illustre transmittere cupiens, Berengarij veterem heresim renouauit, ac primus ætate nostra sectæ Sacramentariæ fuit auctor. Cuius ingenium non dissimile Berengarij fuisse narratur. Nam sicut Berengarius fuisse scribitur stupidus & arrogans, ac leuissimis moribus præditus, non aliter à Melanchtone depingitur Carolstadius. Sic enim de eo loquitur, ubi agit de causâ Sacramentaria. Carolstadius primus excitauit hunc tumultum, homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi, quem nullum unquam humanitatis officium aut intelligere, aut facere animaduertimus, tantum abest, ut in eo manifestatio aliqua Spiritus sancti animaduersa sit. Addit autem & hoc alio quodam loco. Quod sicut Lutherus Papæ, sic ille vicissim odio Lutheri non aliqua pietatis opinione, controuersiam hanc de cœna domini mouerit. Ab his itaque Ducibus Sacramentariorum heresis est profecta, Berengario & Carolstadio, qui stupidissimi fuisse feruntur. Carolstadium porro, quando quidem impune quiduis audendi cuique licentia fuit permessa, sequenti sunt Zuinglius, Oecolampadius, Caluinus, per quos tam longè, tamque latè heresis hæc spurcissima propagata nunc est, ut Lutherana iam extincta propemodum esse uideatur. Quæ de re gloriatur etiam Sacramentarij, quorum vnus libellum addidit, cuius hæc est inscriptio. Victoria veritatis & ruina Papatus Saxonici. Constat autem, etiam ipsi Lutheri, sectam hanc tantè semper ab ominationi fuisse, nihil ut sit uisus magis execrari. Itaque propagatores illius uocat Sathanæ ministros, mœdaces, imò mendacium ipsum. Et mouet omnes, ut haud aliter sibi caueant à Zuinglio, quam à Satanæ ueneno. Scribit & hoc in quodam libro suo nunquam se legisse turpiorem heresim, quæ statim initio tot inter se capita, tot sectas habuerit, etiam si in principali causâ, utpote in perseguendo Christum unanimes existant. Huius igitur exemplum, qui sunt hodie veri Lutherani, sectam hanc sic execrantur, ut aqua & igni illis interdicit, nec in suis terris Zuingliano, aut Caluiniانو cuiquam receptum impune dari permittant. Quis autem unquam futurum initio putasset, quæ secta non Catholicis magis, quam ipsis illis hereticis tam est detestabilis, eam intra paucos annos tam longè tamque latè propagatam iri? sed uerum est, quod scribit ille, quauis ethnicus *ἕως ἀρῶντος δολήσῃς, ἢ ἀλλὰ συμβῆναι*. Licere sibi uoluit Lutherus, in pluribus Ecclesiasticæ doctrinæ capitibus, Ecclesiæ iudicio, suum iudicium antepone, veteres ritus & cæremonias abolere, nouos instituere, sacramentorum numerum imminuere, Sacerdotium & sacrificium abrogare, atque ita Deum in ordinem quodammodo cogere, cui soli propriè debita seruitus est sacrificium. Plus aliquid permitti sibi uoluerunt Zuinglius & Caluinus, & quæ duo Lutherus reliqua fecerat Sacramenta, reiecerunt. Quin & Christum ipsum ex Eucharistia sustulerunt, neque mendacij ueritatem arguere ueriti sunt, de ueritate, deque præsentia sui corporis dicentem. Hoc est corpus meum. Quo magis autem blasphemiam hanc suam opinionem confirmare queant, negat Christum in ueritate sua transiuisse per clausum uirginis uentrem, negant, cum à mortuis resurgeret, clauso monumento exiuisse, negant à resurrectione per ostia clausa ad discipulos intrasse.

Quorsum autem rem ad extremum euasuram putamus? Quo d si non est uerum, quod ipsa dixit ueritas, accepto pane & uino, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, iuxta receptum tot sæculis in Ecclesia sensum, quid impedit, quo minus eadem hac ratione uerum esse negetur, iuxta sensum eiusdem Ecclesiæ tot sæculis approbatum, quod ueritatis dixit discipulus, Verbum caro factum est? Si nihil, nisi quod rationi consentaneum est, credere nos oportet, certè non minus abhorret à ratione, neque minus cum ea pugnat, eum, qui natura Deus est, carnem nostram indurum, tot & tantis calamitatibus subiectum, tot probis affectum, tot supplicij excruciatum, mortem ad extremum, & quidè non magis acerbam, quam ignominiosam crucis mortem oppetiuisse, quam quod idem Deus, panem in corpus, & uinum in sanguinem suum conuerterit. An autem defunt hoc infœlici nostro seculo, qui sicut illud, Hoc est corpus meum, sic & hoc negare non dubitent, Verbum caro factum est? Et fertur quidam, cum opinionem suam confirmare conaretur, non esse præsens in Eucharistiæ sacramento Christi corpus: hanc rationem protulisse, quod nullam de uirgine carnem Christus unquam sumpserit, sed haud aliter, atque sol pertransit per aquam, nec humoris ex ea quicquam contrahit, sic illum per uentrem uirginis transiuisse.

Nola.

Basilium.

Quis autem pius non nouerit aures suas ad has tantas blasphemias? Quis cum illo sancto uiro non exclamauerit, bone Deus, in quæ tempora te seruaui? Sed quod suo tempore dixit Basilium, resolutum esse quamuis blasphemam linguam, id hæc ætate nostra,

fra, non minus uerè dici potest. Nulla est enim tanta blasphemia, quam uel eorum lingua proferre non audeant, qui dum Ecclesiæ iudicio suum iudicium anteponunt, contra sensum & consensum illius uenire nihil dubitant: uel eorum aures ferre non possint, qui magistros hos sequuti, semel ab Ecclesiâ Dei uoluntarij se præciderunt. Hæc deum redacta res est, posteaquam sibi quicque licere uoluit, quamlibet occulta fidei mysteria pertractare, ac ore in cœlum posito, secreta cœlestia sic rimari, nihil ut suo non tribuat, nihil Ecclesiæ iudicio non derogat. Non potest hæc una re quicquam esse perniciosius. Si quidem homini Christiano credendum est. Non disputandum, non discutendum, non quærendum, quomodo. Instus ex fide uiuit, dicit scriptura, non ex argumentis, aut rationibus. Cœlestibus mysterijs fidem adhibendo, sit, ut ad fidei præmia perueniamus, sicut scriptum est: Credite & intelligetis. Fide autem omissa in ratione comprehendendis ijs, quæ sensum omnem & intellectum humanum superant, frustra laboramus. Hoc est, quod sapiens nos admonet: Altiora te ne quæsiueris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ tibi præcipit Deus, ea cogita semper, & in pluribus operibus eius, ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea, quæ sunt abscondita, uidege oculis tuis. Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Præclare dictum est ab Eusebio Emiseno. Non cogites nec intra te dicas: quomodo aut quo ordine hoc fieri potuit? Diuina opera non discutienda sunt, sed credenda. Non te confundat, nec trepidum faciat rerum nouitas. Sed sufficiat tibi omnipotens auctoritas: Sed sit pro luce rationis magnipotentiæ conditoris. Non causeris, si non subiaceat sensui tuo ordinatio quæ cœlestium magnitudo: excedit diuini officij dignitas, humana mentis angustias. Quid tibi speciale, quid proprium reseruaret incomprehensibilis illa maiestas, si semper comprehendere possit sapientia hominum, altitudines cœlestium secretorum? Quisquis ergo illes qui obscurorum profunda, non fide, sed curiositate rimaris, hoc potius insinua cordi tuo, ut diuinas dispensationes, quanto difficilius inuestigare uideris, tanto reuerentius admiris. Quid haberent superna pretiosum, si nostra familiariter scientiæ sublacerent: Et ideo quanto minus capis operis intellectum, tanto magis dispensatoris mirare consilium. Et iterum: Ne dicas, illud possibile est, illud fieri non potest, quia qui te magna credere iussit, omnipotens est. Diuinis rebus admiratio adhibenda est, non credulitas abneganda. In omnipotentem te credere confirmas, sed si de factis eius dubitas, imbecillitatem omnipotentis accusas.

Abac. 2.

Esai. 7.

Ecd. 3.

De Symbolo. Hom. 11. Opera diuina credenda, sed non discutenda.

Homi. proxime sequenti.

Hæc de ueritate corporis & sanguinis Christi in sacramento Eucharistiæ dicta sunt. Eub. materia. ficiant.

De Materia huius Sacramenti.

CAPVT XL.

Materia huius Sacramenti panis est, & uinum aqua mixtum. Neque enim aliter illud conficere licet, cum ita sit institutum à Christo, cuius institutionem ab homine uolari fas non est. Quam etiam ita firmiter obseruauit semper, & obseruat etiam nunc Ecclesiâ Dei, nunquam ut ab ea sibi discedendum esse putauerit. Quamobrem nec licuit per eam aliquando, nec licebit cuiquam aliter aut consecrare, aut post consecrationem offerre, aut oblatione facta fumere: nihil ut sit, quod arguere quisquam Ecclesiam institutionis Christi uoluntate iurè possit.

Verum hic uidere licet miram serpentis calliditatem: qui cum intelligat inuictam esse rem concordiam simul iunctam, omnia facit ut illam rumpat, ut unitatem scindat, ut coniunctos diuidat ac separat, quod non aliter suis insidijs eos oportunos fore percipit. Nam castrorum hanc aciem ordinatam perumpere nulla ratione, potest: sed qui deseruerint ordines, in his debellandis nihil est ei negocij. Huc ergo ut adducat homines, quo se segreget semetipsum, nihil cura, diligentia, ac laboris prætermittit. Quamobrem non statim orditur ab eo, quod solum habet maximè propositum, ut Christum tollat ex Eucharistiæ sacramento, ut corporis eius & sanguinis ueritatem negare doceat: neque enim non intelligit uersipellis ista bestia, quod hac ratione facile deterreret omnes. Quamobrem caprat initio beneuolentiam, cum sit in artis Rethorice præceptis diligenter exercitatus: fingit se Christi causam agere, illius iniuriam dolere: queritur huc audaciæ progressos homines, ut illius institutioni derogare, ut contra illam plebi calicem adimere ueriti non sint: Esse diserta Christi uerba, Bibite ex hoc omnes: contra hæc uentum esse, cum populo calix est subtractus. Non esse ferendam tyrannidem hanc Pontificum, qui tantum sibi licere uolunt, ut Christi etiam institutionem uiolent. Vides lupum, à quo ut caueremus monuit Christus, uelimentis ouium indutum, qui uides Satanam in angelum lucis transfiguratum? Dolet scilicet iniuriam Christi, qui studium suum omnè in hac una re consumit, ut Christum tollat non ex hoc modo sacramento, ue-

Satana fraudes in discipulis suis.

Cant. 6.

Matt. 26.

Hereticus lupus demoniatus. 2. Cor. 11.

to, verum ex omni etiam hominum memoria. Quid nos ad hæc? Vellera, quibus ob- uoluit se lupus, hoc est, è lege Dei prolatam sententiam, libenter amplectimur: grata no- bis est latratum hæc mollities, verum interea cauendum nobis est ab aculeis dentium lu- pi ferocis. Diximus hac de re non pauca, cum de Ecclesia sermo nobis esset. Quoniam verò temporum horum peruersitas hoc imprimis postulare videtur, inculcandum est etiam diligentius.

Libet autem hic ad scribere grauisimi doctissimi que viri, cui perpetuum fuit cum he- reticis certamen, sententia. Memento, inquit, neminem hereticorum esse, qui se nunc non secundum scripturas predicare ea, que blasphemant, mentiantur. Hinc enim Marcion, ver- bum Dei cum legit, nescit; hinc Photinus hominem Iesum Christum cum loquitur, ig- norat; hinc & Sabellius, dum: Quod ego & pater vnum sumus, non intelligit, sine Deo patre, & sine Deo filio est; hinc & Montanus per insanas feminas suas Paracletum aliud defendit; hinc & Manichæus & Marcion legem odit, quia litera occidit, & mundi prin- ceptus diabolus est. Omnes scripturas sine sensu loquuntur, & fidem sine fide præstunt. Scripturæ enim non in legendo sunt, sed in intelligendo non in præuacatione sunt, sed in charitate. Ex his Hilarij verbis illud discimus, ut non statim quicquid verbum esse Dei præstentur, id verbum esse Dei credamus. Non enim quod scriptum in libris Canoni- cis reperitur, sed quod sanè in illis intellectum est, hoc verbum Dei censendum est. Diximus de Arrio, quod scripturam protulit, Pater maior est me: Sed quo sensu ille protulit, non e- rat verbum Dei. Neque verò solus id Arrius. Omnes propemodum heretici scripturarum testimonijs ad errores suos confirmandos vsi sunt. Nulla enim est ad fallendum via faci- lior quam si vbi nefarij erroris subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum præda- tur auctoritas. Quomodo solent qui morti feros herbari temperat succos, incodito, aut in aliquo mellito poculo, nescientiibus propinare, quod gustus mèrita suauiate coponunt vi- rus amaritudinis, obcurant fraude dulcedinis. Prouocat prius odor poculi, sed præfocat infusus sapor in venis, mel est quod ascendit in labia, fel est, quod descendit in viscera: Sic isti sub specioso scripturæ & Evangelij titulo, suum legentibus virus, & fel propi- nant. Mel est, quod ascendit in labia, scriptum & Evangelij nomen: Fel & virus pestilens est, quod in viscera descendit, scripturæ prauus intellectus.

Heretici scrip- turam & ver- bum Dei præte- xunt suis dog- matibus. Rom. 10. 2. Cor. 11.

Scripturæ non in legendo, sed in intelligendo sunt. Hilarius in lib. ad Constanti.

Ioan. 14.

Ex Euseb. Enis. hom. 3. de Epiph. Heretici com- parantur phar- isæis.

Heb. 6.

Amb. lib. 2. de penitent. ca. 2. Aug. in ep. ad Rom.

Marc. 16. Matt. 26.

Hebr. 1.

Baptismus par- uulorum.

1 Tim. 2.

Heb. 2.

Paruuli bap- tizandi ex scri- ptura.

Matt. 16.

Matt. 18.

Vide hic Clem. Rom. 1. 6. c. 15.

Constant. Apostolic.

Heb. 9.

Scripturam proferebat Nouatus. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gusta- uerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus sancti & prolapsi sunt, rur- sus penouari ad penitentiam: Si hoc sensu protulisset, negari ut diceret per hæc verba se- cundum baptismum, quod, sicut ab Ambrosio, & Augustino animaduersum est, ipsum etiam renouationis verbum satis indicat, que in baptismi, non in penitentia Sacramen- to confertur. Dei verbum erat, neque fas esset cuiquam homini Christiano contradicere. Quoniam verò non secundum baptismum per hæc verba, sed lapsis negari penitentiam intelligi voluit, tuum hoc verbum erat o Satana per Nouatum loquentis, non erat Dei verbū. Nunquam enim, quod distat ante scriptis hæc Apostolus, Spiritus sanctus, qui sum- ma bonitas est, qui spem in nobis erigit, hoc sensu verba hæc accipi voluit, ut omnē ve- niæ spem præcideret, si post baptismum in peccatum prolapsi essemus.

Profertur & nunc scriptura. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Si hoc sensu profertur, ut quicunque rationis compos est, cum ad baptismum accesserit, fidem adferat, sine qua impossibile est placere Deo, quam nisi attulerit salutem consequuturus non sit, Dei verbum est omni veneratio- ne amplectendum: Sin autem per hæc verba paruulos à baptismi Sacramento velis exclu- sos, quod ij fidem non habent, quæ est ex auditu, tuum est hoc verbum Sanata, qui saluti mortalium inuides, & quibus potes modis etiam impedire conaris, non est verbū Dei. Nam qui vult omnes homines saluos fieri, qui gustauit mortem pro omnibus, qui san- guinem suum pro paruulis sudit atque pro adultis, nunquam eos exclusos à regno suo voluit, ad quod extra baptismum aut baptismi votum aditus mortalium patet nul- li: cum præsertim etiam in terris versatus, restatam omnibus voluntatem ea de re suam fe- cerit, dicens: Sinite paruulos venire ad me. Et nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quamuis illi suam fidem propriam ad ba- ptismum non afferant, sufficere tamen illis voluit benignus & misericors dominus Ecclē- siæ fidem, in qua, cum baptizantur (quoniam fidei sacramentum baptismus est) habitum in eo fidei consequuntur, & iam deinceps fideles vocantur & sunt: ut si eo ipso momen- to, quo baptizati sunt, decesserint, in fide & confessione Christi nominis decessisse creda- tur. Nam etsi propter defectum rationis actu fidem adhuc exercere non possunt, si tamē vita suppeditauerit, cum ad vsum rationis peruenerint, exercebunt.

Profertur ab alijs quoq; scriptura. Non in manu facta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum:

verorum: sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neque ut sciret se ferat semetipsum, quem admodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos, in san- guine alieno (alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.) Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam appar- uit. Et quem admodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Et iterum: Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextra Dei: de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione cō- summauit in sempiternum sanctificatos. Si quæ scripta sunt ab Apostolo sic accipian- tur, ut visibilibus & sensibilibus semel tantum Christi corpus in ara crucis oblatum fuisse dicatur, eo genere oblationis, quo insperante populo vniuerso mortem pro nobis op- perere dignatus est, quodque deinceps eiusdem generis alia oblatio non fit expectanda (nam neque necessaria est, cum ad redimendum genus humanum vniuersum, ad abluen- dos omnes à peccatis, ad sanctificandos, ad iustificandos omnes, vna illa hostia abunde suffecerit) Dei verbum est: certum enim est & indubitatum, quod Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est pec- cato, mortuus est semel. Sed si ita hæc verba interpretaris, ut incrementum illud sacrificiū (sic enim non à Gregorio modò Nazianzèno, verum & patribus in sacrosancto Cōcilio Ephesino congregatis appellari legitur) In quo memoria fit & representatio sacrificij pro nobis in cruce peracti per Pontificem nostrum dominum Iesum Christum, ut illud in Ecclesia deinceps amplius non esse celebrandum existimes: tuum hoc est verbum o Satana, qui per impium Caluinum, & eiusdem farina non paucos alios id populo per- suadere conaris: non est Dei verbum. Nunquam enim Spiritus sanctus, quo suggerente Paulus hec scripsit, sicut ea verba intelligi voluit. Cuius rei, ne ceteros cōmoueret, vel Ios Ioannes Chrysostronus, Pauli germanus interpres, lo cuples restis esse potest: qui scri- bens in illud caput ad Hebræos: Quid ergo nos, inquit? Nonne per singulos dies offeri- mus? Offerimus quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius: Et vna hæc est hos- tia, non multa. Quomodo vna est & non multa? Quia semel oblata est, oblata est in san- cta sanctorum: hoc aut sacrificiū, exemplar est illius: id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnunt, crastina alium, sed semper eundem ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium, hæc ratio. Alioquin quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam: sed vnus vbiq; Christus, & hic plenus existēs, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbiq; offertur, vnum corpus est, & non multa corpora: ita etiam & v- num sacrificium. Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit: ip- sam offerimus & nunc, que tunc oblata quidem consumi non potest. Hoc autem quod facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum est. Hoc enim facite, in- quit, in meam commemorationem. Non aliud sacrificium, sicut Pontifex, sed id ipsum semper facimus: magis autem recordationem sacrificij operamur.

Heb. 10.

Sacrificij missæ à Paulo non est litur.

Rom. 6.

In libris carni- um.

Hom. 17. Sacrificij Chrē si & nostrum idem est vnum: vbiq; offer- tur.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

Sacrificij Chrē- si in cruce ob- lati à Missæ sa- crificio differē- tia.

Quid dici potuit clarius ad quotidiani sacrificij nostri ratio nem explicandam? & ad Pauli, vel Spiritus sancti potius per Paulum loquentis sententiam explanandam? Pri- mum discrimen ostendit inter se sacrificium quod offertur à nobis in altari quotidie, & quod in cruce semel est oblatum à Christo, nunquam ad eundem modum amplius offe- rendum: quod illud in mortem oblatum fit, hoc fiat in mortis recordationem. De- inde eandem hanc & illam hostiam esse demonstrat: idem enim verum & viuum corpus immolatur in altari, quod semel in ara crucis fuit immolarum, quamuis immolationis eadem ratio non est. Propterea sacrificium hoc vocat exemplar illius, quod in cruce peractum est, ibi enim verè oblatum, verè passus, verè mortuus est Christus: hic eorum, quæ ibi acta sunt, fit representatio. Docet ad extremum, quicquid eius fiat Ecclē- siæ, eam ex Christi præcepto facere, qui, quod ipse corpus suum in mortem semel obtu- lit, à nobis in sue mortis recordatione iugiter offerri iusserit. Verum hac de re paulò pōt pluribus disseremus, nam nunc ideò tantum ista commemorare visum est, planum ut o- mmit faceremus, non esse statim tanquam Dei verbum accipiendum; quicquid è scri- pturis in prauum aliquem sensum detortis, profertur.

Scriptura fuit ea quoque, quam contra Christum ipsum tentans eum Satanas ad- duxit: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidē pedē tuum. Sed quo ipse sensu produxit, non Dei, sed ipsius fuit Satana verbum, qui si se transfiguratur in angelum lucis, non est magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ: Non est magnum si fue- runt semper & sunt etiā nunc pseudoapostoli & operarij subdoli, transfigurantes se in A- postolos Christi. Etiam ante natū Christum non nisi sub verbi Dei prætextu Satanas per-

Psal. 90. & Matt. 4. 2. Cor. 11. Satanas per- pseudoapostolos olim populi se- ducebat. He. 13. 24. 27. & 29.

pseudoprophetas populum seducebat. Quoties enim id apud Prophetas legitimus de illis dictum: quod currebant, cum eos non misisset dominus: quod subinde vociferabantur, verbum domini: os domini loquutum est: Haec dicit dominus: cum tamen haec dominus loquutus non esset, quae ipsi dicerent. Iam qui Galatis aliud annuntiabant, quam quod à Paulo acceperant, sub Euangelij titulo doctrinam suam populo venditabant. Sic enim ad eos Paulus loquitur: Miror quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Euangelium Christi. Quem locum enarrans Ioannes Chrysostomus: Huiusmodi, inquit, diaboli fraus est, haud quaquam nudos proponere laqueos, quibus venetur homines. Etenim si dixissent Desciscite à Christo Galatae, vitascent eos velut impostores & corruptores: Nunc verò, sinentes eos in fide manere, & interim fraudi praetextentes Euangelij nomen impunè, summaque audacia perfodiebant donum, videlicet ijs, quae dixi, obrentis velamentis, per haec nomina calanibus parietum perfossures. Quoniam igitur illi suam imposturam appellabant Euangelium, ipse etiam aduersus nomen repugnat, &c. Quid? an tibi non videtur his verbis eos graphicè depingere, qui Euangelium, qui Dei verbum nostro seculo sic sibi solis arrogauerunt, ut eius possessione Christianos omnes excuderent: adeo, ut nisi Lutheri quis amplectatur imposturam (hanc enim bona pars eorum, qui discesserunt ab Ecclesia, vocat Euangelium) Christianum censeri nolint, quamlibet is Christi se doctrinam & eius Apostolorum sequi profiteatur, & praeseferat. Quibus nos rectè cū Paulo dicere possumus: An à vobis Dei verbum processit, aut in vos solos peruenit?

Sed expendamus nunc & hanc scripturam, cuius gratia iam alias aliquot excusimus. Scriptum esse aiunt: Bibite ex hoc omnes.

Quibus autem verbis rectius istis respondebimus, quam quibus non dissimili Arrianorum insaniae respondit olim Ambrosius. Scriptum est, inquit: Nemo bonus nisi vnus Deus. Scriptum est, agnosco, sed litera errorem non habet, vti nam Arriana interpretatio non haberet. Apices sine crimine sunt, sensus sine crimine. Dictum Domini Saluatoris agnosco, sed consideremus quando dicat, cui dicat, qua circumspeditione dicat.

Hic si sensum esse vis, ut quibus hoc dictum est, non licere putes sacerdotibus aut cōfite re aut offerre, aut oblatione facta Christi corpus & sanguine sumere, nisi sub vtraque specie, Dei verbum est: quod obuijs, quod aiunt, vnus reuerenter amplectimur. Sic enim Christus instituit, sic vna, sancta, catholica, Apostolica semper obseruauit Ecclesia, neque faceret vnquam, ut istud Christi mutet institutum. Sin autē illud ex his verbis colligere conaris, quod eis tanquam Christi praepcepto cuncti compellantur ad vtriusque speciei cōmunionem, quod aliter saluo esse nemini liceat, tuum est hoc verbum à Satana, qui per hanc viam & opinionum, & animorum in Ecclesia Dei dissidium excitare conaris: non est verbum Dei. Legantur, quae praecedunt verba: totus ille locus accuratius expendatur, cuius erit perspicuum, cum in domo, ut Pascha cum discipulis suis Christus manducauit, quā fuisse, Mariae donum, quae fuit Marci mater, scribit Alexander monachus in laudatione, quam edidit in Apostolum Barnabam, ut haberetur in septimo tomo vitarum Lipomani: alij quoque nonnulli fuerint, neminem tamen in illi cena praesentem adfuisse praeter duodecim Apostolos. Quod etiam à Symeone Metaphraste memoriae traditum accepimus, qui scribit, quod cum traderet mysteria dominus, discipulos quidem vna habuit accumbentes, matrem autem iussit curam gerere mulierem, quae ministrabat. In oratione de vita & dormitione sanctissimae Deiparae, quae habetur inter tomos vitarum, quās in vnum collegit Aloysius Lypomanus Episcopus Veronensis, tomo 6. Claruit autem id à Clemente demonstratur libro vltimo Confit. Apostolicarum, & à Iustino in Apologico. Itaque solis Apostolis accumbentibus haec verba dicta esse videntur. Dicit Mattheus: Vespere autem factò, discumbebat cum duodecim discipulis. Dicit Marcus: Vespere autem factò, venit cum duodecim. Dicit Lucas: Et cum facta esset hora, discubuit: & duodecim Apostoli cum eo. Putasne temere factum esse, quod numerus iste duodecim ita diligenter ab omnibus Euangelistis expressus est? Praeuebant illi Spiritu sancto pleni, futuros nouissimis temporibus, qui ex verbis ipsorum, tanquam à Christo praepceptum esse defenderent, quod ab ipso praepceptum est nunquam: atque idē in exprimendo numero tam cauti fuerunt & diligentes, ad solos ut duodecim Apostolos, quos etiam tum sacerdotes instituit Christus, verba hęc pertinere demonstrarent: ut illi necessariò sumerent sacris operantes: ceteri verò, quin & illi ipsi extra sacrificium, Eucharistiam sub vtraque specie sumendi, nulla essent necessitate adstricti.

Quamobrem

Quamobrem nihil adferunt isti ad institutum suum probandum, ex eo loco, vbi cœna domini describitur. Nam quod praepceptum Christus, id ab Apostolis factum est, attestante Marco, quod biberunt ex eo omnes, & sic etiam nunc ab ijs, qui sacris operantur. Intellexerunt hoc, qui ante centum annos vetustum Ecclesiam morem, quo sub altera tantum specie communicatur, mutant priuata sua auctoritate sibi calicem usurparant, ex his verbis, Bibite ex hoc omnes, errorem suum confirmari non posse: quamobrem ad adferendum illum, verba potius Christi, quae sunt apud Ioannem, producenda putauerunt: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis: Quae tamen verba, qui triginta his annis prodierunt, de spirituali non de sacramentali manducatione intelligi voluit: Quae etiam si de sacramentali manducatione accipiantur (sicut accipi rectè possunt de vtraque) tamen in toto illo capite, neque calicis, neque vini sit vlla mentio, magis ut ad receptum Ecclesiae morem, quam ad istorum errorem probandum, facere videantur. Quamobrem non modò praepceptum vbi dari iussit, sed nec exemplum vbi deditur sub vtraque specie Christus alijs, quā Apostolis quisquam in scripturis reperit, cum ostendi contra possit à nobis, qui non erant ex Apostolorum numero, duobus illis in Emaus euntibus, hoc sacramentum sub altera tantum specie datum esse. Nam quem illis fraxerat panem Christus, non simplicem panem, sed sacramentum fuisse corporis & sanguinis Christi testantur vno ore Chrysostomus, Augustinus, Beda, Theophilactus. Quin & Hierosolymis vnus tantum speciei communionem in vtu fuisse, ex his, quae de fractione panis in actis Apostolorum scripsit Lucas, dicimus. Totum praeterea Ioannis caput textum, sicut paulò antè commemorauimus, nullam neque calicis, neque vini facit mentionem, nec obscure indicat, sufficere solam speciem panis, cum dicit: Qui manducat hunc panem, viuat in aeternum. Quod si spectes figuras, quibus hoc sacramentum in lege fuit praesignatum, agnum illum Paschalem, & manna quod de caelo Iudaeis fuit suppeditatum, figuram illius gessisse reperies: De ijs comedebant omnes, de liquore verbum nullum. Quin illud in Leuitico potius legitur, quae libamina iuxta ritum illius temporis oblata, consistebant in liquidis, in vsum sacerdotum omninò cessasse, neque sibi portio nem eorum aliquam offerentes laicos usurpasse: ut hac quoque figura ad eum, quem retinet Ecclesia catholica, morem confirmandum pertinere videatur. Ad quem abrogandum non modò nihil profertur & scripturis, verum etiam ex ijs sanè intellectis cuius perspicuum esse potest, vtramque speciem ab ijs tantum, qui sacris operantur, alteram extra sacrificium ab omnibus rectè sumi.

Quid ergo quiritaris à Satana praepceptum Christi violari, quod hac quidem de re nullum esse constat? Quid si ille ipse, quo tu quasi sabello quodam vsus es ad istos in Ecclesia Dei ventos & tempestates excitandas, cuius opera tam multos à Christo, & à corpore eius Ecclesia segregasti, testimonium contra te feret, nihil esse de vtraque specie sumenda à Christo praepceptum? Lege quae scripsit ad Boemos nondum in reprobum sensum datus: haec illius verba reperies. Quoniam pulchrum quidem esset vtraque specie Eucharistiae vti, & Christus hac in re nihil tanquam necessarium praepcepit, praestaret pacem & vnitatem, quam vbi que Christus praepcepit, sectari, quam de speciebus sacramenti contendere: Lege quae scripsit idem in Eucharistiae declaratione. Non dixi, inquit, neque consuli, neque est intentio mea, ut vnus, aut aliquot Episcopi propria auctoritate alicui incipiant vtramque speciem porrigere, nisi ita constitueretur & mandaretur in Concilio generali. Sic ille non prorsus adhuc odio erga catholicam Ecclesiam excecatus. Sed & postquam argumenta illi per te Satana suppeditata sunt, quibus sacrosacrum Missae sacrificium euertere, atque ita redemptionis nostrae per Christum in cruce factae memoriam omnem abolere penitus conaretur, scripsit his verbis in libro, qui de formula Missae inscribitur: Si quo casu Concilium statueret, minimè omnium nos vellemus vtraque potiri: imò tum primum in despectum Concilij vellemus aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri, & planè eos anathema habere, quicumque auctoritate talis Concilij potirentur vtraque. Haec iuratus ille tuus, ostro tuo percitus: in cuius scriptis, ut facile mendacem agnoscat liceat, vix vlla pagina reperitur, in qua secum ipse non pugnet.

Cum itaque scripturae, pro recepto magis Ecclesiae more, quam contra illum facere videantur, causae nihil est, quamobrem tanta contentione calix nunc exigatur. Sed fuit, aiunt, eius vsus in primitiua Ecclesia. Fuit, sed non in vniuersa. Didit vtramque speciem Corinthijs Paulus: dedit alteram tantum Hierosolymitanis Iacobus. Qua de re nullum extabat Christi praepceptum, abundabat vnusquisque in sensu suo. Etiam infan-tilibus mox ut lauacro regenerationis sanctificati sunt, Eucharistia dabatur in Ecclesia primitiua, sicut ex Dionysio Areopagita, Cypriano, Augustino, Innocentio, & Sozimo Pontificibus abundè liquet. Neque id sine obtentu verbi Dei fiebat. Nā siue illud proferas: Bi-

1 2 bite

Galat. 1.

1. Cor. 14. 21. Laicis subvna ne, an sub vtra que specie communicandum. Bibite ex hoc omnes quid sit. Matt. 26. De fide li. 2. c. 1. De scriptura exponenda consideranda circumstantia.

Cena Domini in domo Mariae matris Marci, solis Apostolorum praesentium.

Cap. 40.

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

In Cena Apostolorum sacerdotum ministrum.

1. Cor. 6. Communio sub vna specie.

Luc. 24.

Chryl. homi. 17 in Mattheum. Aug. li. 3. de cōsensu Euangelij. Beda in Luc. lib. 6. Theophi. in Luca.

Act. 2. Exod. 12. Exod. 16. Leuit. 4. 6. c. 16.

Communio sub vtraque specie. Laicis neque praeccepta, neque necessaria.

Tuth. ad Boemos.

Communio primitiua. Infantibus data olim Eucharistia. Dion. eccl. hierar. cap. 7. Cyp. praef. de lapsis. 5. Aug. epist. 107.

Et de peccat. meriti. & remissionis. ca. 20. Et cont. Iulian. li. 3. cap. 11. Et cont. Pelagianos, Hippolyticon. lib. 5. Innoc. epi. 26.

bite ex hoc omnes, si ad alios etiam, quam ad quos dictum est Apostolos, referendū existimas: siue illud, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius non habebitis vitam in vobis; vtrunque æquè ad paruulos atque ad adultos pertinere videtur. Nam qui dicit omnes, neminem excludit: excludi sunt nihilominus infantes ab vtriusque specie, vel potius ab ipsius corporis & sanguinis Christi sacramentali participatione, neque tamen quisquam est ex nouatoribus istis, qui propterea cœli terre miscendum putet.

Astor. 4.

Præcepta Dei mutata. Gen. 17. Exod. 20. Iosue. 1. 1. Mach. 2.

Matth. 23.

Astor. 8.

Christi nomen. Basil. ad Amphilocheum. 12. Ambros. li. 1. de Spiritu Sancto. c. 3.

Baptizari quid sit.

Affersio climi corum efficax. Lib. 4. epi. 7.

Quid autem causæ est, quam obrem, qua auctoritate fecit Ecclesia, vt ab omni sacramentali Christi corporis manducatione paruulos excluderet, eadem auctoritate non liceat illi iustis & grauibus ex causis, non ab ipsius Christi corporis & sanguinis, sed à speciei tantum alterius vsu, eos, qui sacris non operantur, arcere, cum sub vna æquè sit integer Christus, atque sub vtraque: neque sit in specie salus, sed in eo, qui sub specie continetur, domino nostro Iesu Christo, extra cuius nomen aliud non est, in quo nos fieri saluos oporteat, neque vel de altera, vel de vtraque specie extra sacrificium sumenda, Christi præceptum extet vllum, verum Ecclesiæ potestas concessa sit, quod ratio temporis postularet, ea de re statuendi. Quanquam & eius rei licet exempla proferre, vbi cum ratio postulabat, non modò ventum est sine peccato contra Dei præceptum, verum etiam illud ipsum sine expresso Dei mandato est abrogatum, Circumcisio & sabbatum, quin à Deo præcepta sint, inficias ire potest nemo: & tamen etiam sub lege & circumcisio in deserto, & sabbati sanctificatio bello ingruente sine peccato fuit à Machabæis intermissa: Quin etiam vtrunque posteaquam Christus morte sua, quod illa figurabât, impleuerat, ab ecclesiæ consuetudine remotum & prorsus fuit abrogatum. Non quòd vtrumq; obseruare malum esset, sed quòd sollicita de salute nostra mater Ecclesia, nihil nobis cum iudicis esse commune voluit. Sed ad nostra sacramenta veniamus. Nonne Christus formâ baptizandi præscripsit? In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Formam tamen hanc Apostolos non obseruasse legimus, quos in solius Iesu nomine baptizasse scribit Lucas, neque tamen vociferabatur quispiam Christi institutionem violari, contraque præceptum eius veniri. Quod apertius certè est de hoc sacramento quàm de Eucharistia sub vtraque sumenda specie. Postulabat hoc illorum temporum ratio, vt Iesu nomen & eius virtus quàm maximè inculcarentur fidelium mentibus: tum & illud intelligebatur, quòd solius huius nominis appellatio, totius esset deitatis confessio, sicut à Basilio scriptum, & ab Ambrosio legitur repetitum. Quare non hoc ipsum cogitatur in alterius speciei ademptione: quando quidem vnus sumptio, totius est Christi communicatio. Factum est tamen postea, vt quam Christus præscripsit formam, ad eam Ecclesiam redeundum esse putaret. Deinde verò, Nonne præceptum à Christo videtur, prius vt doceantur, qui baptizandi sunt? Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos. Et alio loco: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Velle videtur, vt fides, quæ ex auditu est, baptismum præcedat. His scripturæ locis vrgent maximè Anabaptistæ, clamant & ipsi, violari præceptum Christi baptizandis paruulis, qui doceri non possunt: Et tamen ab ijs, qui malunt Euangelici quàm Christiani vocari, quòd cuiusuis potius, quàm Christi Euangelium amplectuntur, illi ipsi Anabaptistæ pro hereticis habentur. Neque videtur eis (& quidem rectè, nam hac in parte cum Ecclesia sentiunt) quicquam fieri contra Christi præceptum baptizandis paruulis, cum ad solos adultos hæc verba pertineant. Iam verò quid est baptizare? Nonne immergere, & in aquam deprimere? Quem immergendi ritum religiose tenuit, & ad posteros etiam transmissit Ecclesia primitiua, neque tamen continuauit posteritas. Quanta autem religione mos hic in Ecclesia primitiua fuerit obseruatus, vel ex eo colligi potest, quòd cum clinici, hoc est, in lecto propter ægritudinem decumbentes, aspergi siue perfundi cepissent, dubitatum est de perfusione illa, quæ nunc etiam in vsu est, vtrum pro baptizatis habendi essent, qui perfusi tantum siue aspersi fuissent. Quam dubitationem discutienti Cyprianus nihil referre scripsit, perfunderentur ne, an mergerentur: quòd in Sacramentis salutaribus necessitate cogente, & Deo suam indulgentiam largiente, totum credentibus conferunt diuina compendia. Non putauit ille de vnam benignitatem externis rebus alligatam esse, sed fide potius excipi coelestem munificentiam. Ecce in vno baptismi sacramento quàm multa mutata sunt, non dicam contra præceptum Christi, sed quòd negari certè non potest, contra scripturæ verba: nullos tamen ea res in Ecclesia Dei motus peperit, neque est aliquis, qui tria verba cum quoquâ hoc nomine commutanda esse putet.

Quæ, malum, est hæc amentia? quòd de speciebus, ex quibus non est salus, tanta est altercatio, cum tamen neque recens, neque perpetuum sit hoc Ecclesiæ de vtraque specie sumenda interdictum? Non desunt etiam ex eorū numero qui segregauerunt semet ipsos,

ipfos, qui ante mille & centum annos in Ephesino Concilio, quod est vnum ex quatuor illis, quæ tanquam quatuor Euangelia à Christianis omnibus recipiuntur, fuisse scribunt decretum, vt sub specie panis tantum à laicis Eucharistia sumeretur. Inde traxisse putatur à nonnullis nomen, laici communio, cuius in Sardicenis, & in Agathinens Concilij decretis fit mentio. Decretum autem illud fuisse creditur propter abolendam hæresim Nestorij, qui sub specie panis carnem sine sanguine, hoc est cadauer: sub specie vini sanguinem absque carne, hoc est cruorem, contineri blasphemabat. Hic error durat etiam nunc, Scimus enim vtriusque speciei vsum permissum fuisse alicubi quibusdam, cætera catholicis, hæc verò sola in re ab Ecclesia segregatis, modò confiterentur, sub specie panis corpus & sanguinem, sub specie vini sanguinem & corpus contineri. Quorum sacerdotes cum deliberandi spacium sibi dari petiuisent, postridiè in templis populum è superiore loco admonuerunt: dixisse Christum, accepto pane, hoc est corpus meum non addidisse & sanguis: accepto verò calice, hic est sanguis meus, non addidisse & corpus: hominem verò velle, vt dicitur, hoc est corpus & sanguis: hic est sanguis & corpus. Quæsiuerunt deinde, vtri magis credendum sit, Christo ne Deo, Deique fitio, an homini? magnoque motus excitarunt, atque irritos Pontificis conatus in reducendis illis ad vnitatem Ecclesiæ fecerunt. Non videtur autem hic error esse dissimilis errori Luciani starum, simul & Apollinaristarum, sicut legitur apud Augustinum. Qui cum legerent, verbum caro factum est, negabant animam in Christo fuisse, quod nudè scriptum esset, verbum caro, non autem, caro & anima factum est. Quos reprehendens Epiphanius: Ecce, inquit, dicit scriptura, Formauit Deus hominem: & non dixit, fecit ipsi epar, aut pulmonem, aut cor, aut venas, aut neruos, aut alia quæ sunt in corpore. Per hoc intelligimus, vnum quid esse ex toto fabricatum hominem ipsum, eò quòd non particulatim compositionem totius animalis scriptura explicat.

Quæ fuerit igitur causa secundum quosdam interdicendi speciei alterius vsu, iam diximus. Porro sublata causa, non multo post cessauit hoc interdictum, & vtraque species vsurari rursus cepit. Qua tamen in re non idem apud omnes mos obseruabatur, quòd apud alios vtriusque, apud alios alterius tantum speciei fuit vsus, donec ad Gregorij tertij Pontificis Romani tempora ventum est: Quo ad Ecclesiæ gubernacula sedente, Germania Christi recepit Euangelium: ac ducentis post annis Polonia, & succedente tempore nonnullæ septentrionales aliæ nationes, apud quas vini vsus prorsus fuit incognitus. Nam & in Germania non multo amplius quam trecenti anni intercesserunt, cum excoli vineæ ceptæ sunt, quæ tamen & ipsa non vbique vini ferax est. Apud nos verò nunc qui dem frequentior, parentum vero nostrorum & auorum memoria, rarus & perexiguus vini fuit vsus, ac minor etiam, quo tempore primum nostris maioribus Euangelij lumè affulsit. Hoc itaque Gregorio tertio Ecclesiæ vniuersali præsidente ante octingentos plus minus annos tacito quodam populorum omnium consensu vtriusque speciei communio videtur abrogata. Nam qui vino abundabant, cum alios nuper ad Christi fidem conuersos propter vini penuriam vtraque specie vti non posse viderent, ne quid ea res pareret offendiculi, quòd non vnus & idem apud omnes ritus obseruaretur in hoc præsertim Sacramento, quòd propriè symbolum est vnitatis, ab vtriusque speciei vsu abstinent dum sibi esse putauerunt, altera tantum contenti.

Ac durauit hæc sub vna tantum specie communicandi consuetudo sine cuiusquam interpellatione vsque ad tempora Concilij Constantiensis, quòd fuit habitum ante annos centum triginta sex: in quo etiam presentes adfuerunt ex provincia nostra, Nicolaus Archiepiscopus Gnesnensis, Andreas Posnaniensis, & Nicolaus Plöcensis Episcopus, qui fuit iudex commissarius ad audiendas omnes causas nomine nationis Germanicæ constitutus: ex terris Prusie, Ioannes Varmiensis, Procurator Pomesaniensis, Culmensis, & Sambienis Episcopus. Ibi primum exorti sunt qui dicerent, populum sub vtraque specie, etiam sumpto prandio, vel cœna, suscipere Eucharistiam debere. Qua de re, cum esset ad patres concilij relatum, qui ex toto orbe conuenerant viri sacrarum literarū peritissimi, post maturam deliberationem habitam decretum est, quòd consuetudo ab Ecclesia & sanctis Patribus rationabiliter introducta communicandi populum sub vna specie tantum, & diuissimè obseruata, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, nec sine Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare: quòdque dicere quòd hæc consuetudinè obseruare sit facilem aut illicitum, censeri debeat erroneum, & pertinaciter asserentes oppositum, tanquam heretici sint arcendi. Decem & septem annis post habitum est aliud conciliū Basileæ, cui & ipsi Andreas Posnaniensis Episcopus, tunc à sacro concilio nationis Germanicæ præsidēs designatus, & Fraciscus Episcopus Varmiensis interfuerunt. In quo cum viderent de vtraque specie disceptaretur, decretum est & declaratum, quòd fideles laici communicantes

Erhamus Regius in prioribus locis communiis. Communio laici sub panis specie tantum in Ephesino Concilio decreta.

Aug. de anima & eius org. li. 1. cap. 18. Epiph. in Anacorat.

Speciei alterius vsus quando moluerit.

Germania fuit tempore Gregorij recepta. Deinde. 200. annis post, Polonia.

Concilio Constantiensi. qui Episcopi Poloni interfuerunt.

Sessio.

Communio sub panis specie ex cœna, probata. Communio sub altera specie consuetudinem sacrilegè esse asserentes pertinaciter arcendi.

Matt. 28.

municantes & non conficientes, non astringantur ex precepto domini ad suscipiendam Eucharistiam sub vtraque specie: sed Ecclesia, quæ regitur spiritu veritatis, & cum qua Christus est vsque ad consummationem seculi, ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministraretur: prout pro reuerentia ipsius sacramenti & salute fidelium videri expedire. Siue autem sub vna specie, siue sub duplici quis communicet (secundum ordinationem seu obseruantiam Ecclesie) proficit dignè communicantibus ad salutem. Nec vllatenus ambigendum est, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integrè totus Christus, Laudabilis quoque; conueniendi introducta, & hætenus diuissimè obseruata, & à doctolibus diuine legis, sacrarum scripturarum ac canonum multam peritiam habentibus, iam à longæuo tempore commendata, pro lege habenda est; nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesie ipsam immutare. Ecce duorum Conciliorum decreta, quibus vsus hic Ecclesie sub vna specie communicandi confirmatus est: in quibus presentes etiã adfuerunt ex hac prouincia nostra Episcopi, à rege missi, qui regni totius nomine ad ea, quæ sunt in illis constituta, suum assensum præbuerunt.

Fingamus autem controuersum adhuc esse, num adstringamur ex precepto domini ad Eucharistiam sub vtraque specie suscipiendam. Tibi sic, mihi tecus videbitur: quis erit contentionis huius nostre finis? Iudex ut scilicet quis oportet. Postulari nunc à multis audimus Concilium, atque id liberum: Quæ potuerunt autem esse Concilia magis libera, quàm hæc duo fuerunt in Germania congregata, in quibus ipsos etiam Pontifices loco suo moros legimus?

Vt admiranda sit eorum vel inscitia, vel impudens comminiscendi quiduis audacia, qui pontificia tyrannide calicem adeptum populo vociferantur, cum non modò nulli ostendere queant Pontificis alicuius de eo abrogando decretum, verum contrarium à nobis doceri possit. Nam post Ephesinum Concilium, cum interdicti causâ cessasse videretur, ad intermissum sub vtraque specie communicandi morem à Leone Pontifice populus inuitatus fuisse videtur. Sed isti verum an falsum dicant, nihil sua referre putant, dùm Pontifices quibuscunq; cõfictis criminationibus exofos populo reddant. Intelligit enim Satanas, quod à Cypriano scriptum antea commemorauimus, gubernatore sublato facilius circa Ecclesie naufragia se grassari posse. Quamobrem hoc laboret per membra sua, vt illius auctoritatem eleuet, vt ab illius obedientia homines abstrahat.

Cæterum que tyrannis est tueri Concilij decreta, neque permittere que sunt Ecclesie totius auctoritate constituta, vt absque eiusdem auctoritate obrogentur? Si que per principem in comitijs de cunctorum regni ordinum assensu constituta sunt, contra eorum aliquid princeps ipse venerit, quàm durum id multis videtur? Si verò contraria constitutione aliqua, quod in maioribus regni comitijs summa voluntate omnium sancitum est, id extra comitia solus ipse, paucis in Consilio adhibitis, antiquare conaretur, qui non ederent clamores? qui motus non excitarentur? Et quod principi licere noluist, id licebit monacho apostata, vt excæcatus erga monacham libidine, ac propterea fursum ac deorsum miscere volens omnia, tyrannidem hanc sibi vsurpet, vt que non de vnius alicuius regni, aut prouinciæ, sed de totius orbis Christiani, de tot regnorum prouinciæ, populorum, nationum assensu, doctissimis, grauisimis, sanctissimis viis in consilium adhibitis, in generali Concilio, & eo quidem duplici constituta sunt, ea priuata sua auctoritate, quid dicam auctoritate, quam nullam habet, quin potius affectata tyrannide quadam abrogare conetur? Si quæ paulò grauior est causâ dicitur hic esse comitalis articulus: neque principi fas esse putatur, extra comitia quicquam de ea decernere: Et de Eucharistia statuere articulus est monachalis, vt ipse cum sua Nonna decernat, num Constantiensis & Basiliensis Concilij decreta rectè se habeant, necne? Quæ est, si non hæc est extrema dementia, tantam aut monacho apostatæ, aut Rherorculo alicui tyrannidem permittere, vt is mihi de Conciliorum decretis, deus sanctorum patrum scriptis ferat sententiam? vt hoc rectum, illud minus rectum: hoc amplectendum, illud reiiciendum esse pronunciet? Certè si quis hoc de regni comitijs non rectè latam essetentaret, aut pro infano haberetur, aut sibi debitas pœnas non effugeret. Quid autem causæ est, cur sanctior esse debeat comitijs, quàm Conciliorum auctoritas? Cur non liceat in illa, quod licere voluit in hoc? Dicat qui spiam, Legem in comitijs non rectè latam esse, ac suum iudicium omnium eorum, qui legem hanc susceperunt in comitijs, iudicio anteponendum (neque enim deest illi rationes, modò non prorsus ingenio sic destitutus, quibus eam infirmare conetur) fortassis etiã contra vitam & mores eorum, qui legem sanxerunt, declamabit: verè, an falsò, non multum sua interesse existimans. (Neque

Non iudicandi de decretis maiorum primatis hominibus sed obediendum.

(Neque enim fuit maior vnquam nõ modò dicendi, verum etiã mentiendi quiduis impunitas & licentia, quàm sub isto Euangelio) atque ita seditionem concitet, num ferendus videbitur? Scilicet, quod contra terræ alicuius comitia factum fuerit, nemo tolerandum putabit: quod verò contra totius orbis comitia factum erit, id ferri poterit? Meritò commendatur ab Eusebio præclara Platonis illa sententia. Vobis quidem, inquit, si rectè cõstituta sunt leges, vna certè lex erit præclarißima, quæ iubeat, ne quis iuueni quærere audeat, rectè an e contra, se leges habeat: sed vno omnium ore, vnaque voce, rectè tanquam à dijs postas cõcedi præcipiat: nec vllò modo aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari. Senem autè, si quid excogitarit, principibus & aequalibus, nemine iuueni audiente, referre. Ne quærere quidè vir ille sapientissimus adolescentibus permittit, num Laconum, aut Cretensium lex rectè se an contrã habeat. Seni verò non plus concedit, quàm vt principibus referat: quòd si iustas & graues aliquas causas attulerit per quos cõdita lex est, per eos aut declarerit, aut mutetur, aut prorsus abrogetur. Vult autè id à senè fieri, nemine iuueni audiente, quòd hæc ætas affectionibus magis, quàm rationis magisterio gubernari cõsueuerit. Quam etiã ob causam Aristoteles, humane quoque Philosophiæ minus eos idoneos auditores esse cõset. Norũ est illud quoque; ex Nauij ludo: Percussantibus enim, cedo, qui vestram rempublicam tantam amissis tam cito? respondetur: Prouentibus oratores noui, stulti, adolescentuli. Temeritas videlicet est florentis ætatis, prudentia senectutis. Nunc non alij de Conciliorum decretis iudicant audaciùs ne dicã impudentiùs, quàm oratores noui, stulti, adolescentuli: qui simul vt audacius locos communes perlegerint, statim se Theologos profitentur: ac eiusmodi Theologos, vt non illud modo, Super senes intellexi: verum & id quod proximè præcedit, super omnes docentes me intellexi, sibi arrogare audeant. Ad eò verum est quod proterbio dicitur: Insicitia confidentiam, veriditio cunctationem parit. Dicit scriptura: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Et alio loco de Christi præcurßore, Heliã Propheta: Converter cor patrum ad filios. Nunc à filijs discunt parentes malè credere, aut nihil credere: illos interrogant, ab illis docentur, & per Antichristi præcurßorem corda filiorum in patres, non patrum in filios conuertuntur: vt non hoc filij, quod patres quõdam eorum, sed hoc credant superstites patres, quod ab imperitis sæpè adolescentulis filijs suis docetur. Quid esse potest magis absurdũ ac præposterum? Laconum aut Cretensium leges haberi Plato vult tanquam à Deo sanctas, vt neque mutire quicquam contra eas audeat: & quæ citra omnem dubitationem à Spiritu sancto latae sunt, qui Concilij præsideret, afflatuque suo fouet ac vegetat Ecclesiam, nec eam in errore vllum labi permittit, non modo quærere de ijs, verum etiã eas conuellere & labefactare velle; rerum imperito adolescentuli licet. Atqui in temporalibus etiam legibus, dicit Augustinus, quanquam de ijs homines iudicant cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ & confirmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Quamò magis obseruandum est in legibus diuinis, hoc est, auctore Spiritu sancto latis, cuius generis sunt, quæ feruntur in generali Concilio legitime congregato, vt ne cuiquam de illis iudicium permittatur. Atque hæc quidem de vtraque specie.

Hortamur autem, oramus, & per viscera misericordiæ Dei obsecramus fideles omnes in prouincia nostra constitutos, quandoquidem in hoc sacramento varia est & multiplex Satanae tentatio, fortiter vt illi resistant. Neque enim aliud ille agit, quàm vt hæc de speciebus altercatione à Christo & ab eius corpore Ecclesia segræget homines, quod legregatis facile se cetera, quæ velit omnia persuadere posse credit. Decet autem fideles omnes expendere, quod sicut in hoc sacramento verum est & viuum Christi corpus, sic qui voluit illud sumere ad vitam æternam, & non ad mortem æternam, eos & ipsos oportet esse Christi corpus. Considerent quid sit quod agatur in hoc sacramento. Quid enim aliud, nisi quod dicit Paulus, mors domini annuncietur? Quare autem mortuus est? Vt filios Israel qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ipse mortuus est idè, vt cõgregaret, tu propterea sub vtraque specie sumendum asseris, vt segræges, vt diuidas, vt dispergas, quod ille precioso sanguine suo collegit? Quid est, si hoc non est Antichristum esse? Quid hic est nisi sacramentum pietatis, nisi signum vnitatis, nisi vinculum charitatis? Quia tu fronte audes illud facere causam dissidij, materiam diuisionis, fomitem odij? Saltem signa ipsa attende, neque aliud esse velis, quàm quod per illa notatur. Neque enim sine causa Christus in specie panis hoc sacramentum esse voluit: Vnus enim panis, & vnum corpus multi sumus, qui de vno panè participamus. Nos ergò designauit in hoc sacramento dominus, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & vnitatis in hac mensa consecrauit. Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non pro se mysterium, sed contra se testimonium accipit: indignè enim sumit, ac reus erit corporis, & sanguinis domini: occisor

Iuuenes de legibus non iudicent. Plato lib. 3. de legibus. Euseb. lib. 12. de preparatiõne euangeli. ca. cap. 1.

Lib. 1. Ethicorum.

Rempub. Adolescentiam temeritas perdit.

Psal. 118.

Deut. 32. Luc.

Aug. de vna religione ca. 31. De legibus in constitutis non est iudicandũ.

Concordia in hoc sacramento paupissimus seruanda.

Mortis Christi causa. 1. Cor. 11. 10 an. 11.

Eucharistia sacramentũ Christi cur in panis & vini specie constituerit. 1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

Christi reputabitur: nec minus peccabit, quam si Christum ipsum crucifixisset, si sanguinem eius sudisset. Ex multis granis vnus efficitur panis: & nos ex multis membris effi-
 mur vnū corpus: corpus autē Christi. Hoc ergo corpus si lanias, si diuidis, quid aliud, quā
 denuō flagellas, denuō crucifigis, denuō Christum interficis? Qua crudelitate qua potest
 maior excogitari? Quamobrem iterum atque iterum obstestamur per eum ipsum, cuius
 vitium corpus in hoc Sacramento cōtinetur, vt ab hac tanta crudelitate sibi temperet, quin
 potius, quod mortis Christi beneficio facti sumus omnes, id esse & permanere velint.
 Fecit ille nos corpus suum, tradito pro nobis in mortem corpore suo, simus & perman-
 neamus huius, & quidem vnus corporis membra. Erimus autem vnus corporis membra
 sub Christo capite, si nos ab Ecclesiastici aedificij compage auelli non permiserimus: si id
 ipsum omnes dixerimus: si nō fuerint in nobis schismata: si in eadē fidei regula permāse-
 rimus: si cum alijs de rebus ad fidem pertinentibus, cum de hoc venerabili Sacramento
 vnanimēs idem omnes senserimus. Quamobrem non contendamus de speciebus, in qui-
 bus nihil est, quod aliquid fiducia quisquam collocet, in illo solo spes nobis est omnis
 defigenda, qui sub speciebus istis visibilibus inuisibilis ipse laet, vereque cōtinetur. Ne-
 que enim quod videmus, salutem nobis adfert, sed quē oculis carnis huius cernere non
 possumus, quem sola fide comprehendere licet, Dominus noster Iesus Christus, qui sub
 his, quae videntur, speciebus inuisibilis ipse & immortalis verē cōtinetur, ipse est & non
 alius, in cuius nomine nos omnes fieri saluos oportet. Qui cum aequē sit integer sub vna,
 atque sub vtraque specie, quorū attinet de speciebus disceptare, ex quibus non est fa-
 lus? Etiam atque etiam nobiscum reputemus, quid alijs acciderit, qui cum de vtraque spe-
 cie primum inter se cōtendissent, Christum ex vtraque paulō post amiserunt. Neque enim
 credit iam bona pars eorum quicquam in hoc Sacramento, nisi merum panem, & merum
 esse vinum. Quae quā sit horrenda blasphemia, quis non intelligit homo Christianus?
 Verum est, quod dixit quidam, quamuis ethnicus: Nimium altercādo veritas amittitur.
 Amiserunt illi veritatem, amiserunt Christum de hoc Sacramento, dum altercationi stu-
 dentes magis quā dilectioni mutuae, nō credūt veritati, de veritate sui corporis diserte
 dicētī, hoc est corpus meum. Huc perduxit miseris priuatus spiritus, cui plus fidendum
 esse putauerunt, quā ei, qui publicē promissus & missus est Ecclesiae vniuersae. Postue-
 runt in caelum os suum, & lingua eorum transiit in terra.

De speciebus non contendendum.

Act. 4.

Veritas nimis altercādo amittitur.

Matth. 26. Epilogus.

Col. 1.

Phil. 3.

Quamobrem cum nullum Christi institutum, nullum praerceptum videamus de cali-
 ce cuiquam extra Missae sacrificium dando, cum Christum etiā ipsum & Apostolos abs-
 que calice sub specie panis tantum Eucharistiam dedisse legamus: cum certō nobis per-
 suasum sit, nihilo plus sub vtraque, quā sub vna specie contineri, sub qua aequē vt sub
 vtraque integer Christus accipitur, ac eadē gratia confertur: non altercemur cum inimicis
 crucis Christi: qui quae pacificauit ille per sanguinem crucis, quae per mortem suam cōgre-
 gavit, ea spargere conantur: non contendamus de speciebus, ne quod illis accidit, & ipsi
 Christum amittamus, verum ad quod peruenimus, iuxta Pauli consilium, in eo permanē-
 tes, ideim sapiamus omnes. Ita futurum est, vt ipsi facti corpus Christi mysticum, non ad
 mortem aeternam corpus Christi verum sumamus, sed ad vitam aeternam. Verum ad re-
 liqua pergamus.

Quod hoc Sacramentum recte dicatur sacrificium.

CAP. XLI.

Inter omnia Sacramenta nullum est hoc vno Eucharistiae Sacramento excellentius:
 quam etiam ob causam à Dionysio sacramentum sacramentorum, & hostia vocatur
 hostiarum. Nam cum tria sint, quibus ritē Deus colitur, fides, spes, & charitas, bap-
 tismus fidei: ab eo enim fideles appellamur: confirmatio spei, per illud enim erigitur spes
 nostra, tutore nobis dato Spiritu sancto: Eucharistia verō charitatis est Sacramentū: quod
 in eo recolimus, quanta fuerit charitas Dei & domini nostri Iesu Christi erga nos, qui di-
 lectam animam suam dedit in manus inimicorum suorum, ac semetipsum tradidit obla-
 tionem & hostiam Deo patri pro nobis, vt sanguine suo nos emūdaret ab operibus mor-
 tuis, ac vicissim charitate erga tam pium & beneficium seruatorum nostrum accendimur,
 omnia & facere, & pati parati, dum gratos nos & memores tanti beneficij praestare pos-
 simus. Quare quanto est excellentior charitas, quā sit fides & spes, tanto praestat hoc sa-
 cramentum alijs omnibus, quod non modō significat & confert gratiam sicut alia sacra-
 menta, sed eum ipsum, qui fons est & largitor omnis gratiae verē in se cōtinēt dominum
 nostrum Iesum Christum.

In Eucharistia abolenda Sa-
crantē equatū

Intelligit hoc Satanus, quod nullius sacramenti dignitas maior est vel utilitas, proinde
 nusquam etiam grauius quā in hoc Sacramento fideles tentat, quod aut sublatum ex
 omni hominum memoria, aut certē debito honore spoliatum ac proflus contemptum esse

esse cupit. Qua tamen in re, vt paulō ante diximus, nihil agit festinante, sed illud molitur
 ante omnia, vt à Christo, & ab eius corpore Ecclesia segreget homines, quō segregatos fa-
 cilius, eō quō cogitat, perducatur. Itaque primum inicit altercationem de speciebus, vt per-
 suadeat hominibus, non hoc amplectendum esse, quod visum est Ecclesiae vniuersae, ne-
 que illius, sed priuato sensu scripturas interpretari oportere: Quod postea quā obtinuit,
 iam reliqua minore negotio persuadet. Nihil autem eque conatibus eius obstat, atque iu-
 gis recordatio sacrificij illius, quo semetipsum patri suo caelesti Christus in ara crucis ho-
 stiam obtulit pro peccatis nostris: videri illius virtuti se resistere nequaquam posse: quam-
 obrem illud oppugnat maxime: Neque tamen aperte, verum altitē prorsus & callidē.
 Predicationem illius permittit, à representatione tamē abstineri prorsus vult, quod ea su-
 blata, fore intelligit, vt praedicator quoque succedere tempore langueat. Quamobrem hic per
 uos suos omnes exerit: neque satis habet omnia dixisse, quibus persuadeat non esse à Chri-
 sto aut sacerdotium, aut sacrificium vllum institutum, verum assingit Ecclesiae multa, qua-
 si ea sentiat & doceat de hoc tremendo sacrificio, quae ne cogitare quidem illi in mentem
 venit vnquam. Quare quae sit Ecclesiae hac de re sententia, & quā multa, quā falso illi
 per membra sua Satanus impingat, de eo non nihil differendum esse putauimus.

Illud itaque scire imprimis oportet, quod cum diuersae sint res, quarum per hoc
 sacramentum admonemur, diuersae sunt etiam illius appellations. Nam quorum admo-
 nemur, partim praeterita sunt, partim praesentia, partim futura. Admonemur praeteritae
 Christi passionis, quae fuit logē gratissimum Deo sacrificium, quo nos ille Deo patri suo
 reconciliauit, pro peccatis nostris morte sua satisfecit, ac nō modō remissionem peccato-
 rum nostrorum nobis meruit, verum etiam dignos nos fecit in partem sortis sanctorum,
 dignos fecit, qui in filios eius & haeredes adoptaremur. Atque hac ratione vocatur hoc
 sacramentum sacrificium. Sic enim à Cypriano dictum est. Passio Christi, est sacrificium
 quod offerimus. Vocatur etiam Eucharistia, hoc est gratiarum actio, quod in hoc sacri-
 ficio grata quadā recordatione prosequimur, cum alia omnia, tum praesertim immensum
 illud redemptionis nostrae beneficium. Admonemur praesentis vnitatis, quam hoc sacra-
 mentum efficiat, atque ita vocatur Synaxis graecē, latinē communio, quod per illud, sicut
 à Damasceno traditum est, Christo communicamus, carnis eius & diuinitatis participes
 efficiamur, ac sicut cum illo, ita ipsi etiam inter nos vnum reddimur, vt simus omnes vnū
 corpus sub vno capite Christo, iuxta illud quod à Paulo dictum est: Vnum corpus, vnus
 panis multi sumus, qui de vno pane participamus. Admonemur postremō eius quod fu-
 turū est, quod sicut in hoc Sacramento Christo coniungimur & eo fruimur, non in sua,
 sed in panis & vini specie, ita posteaquam qui nō habemus hic manentem ciuitatem, ve-
 rum aduenā sumus & peregrini, ex huius vitae diuersorio in caelestem illam patriam, ad
 quam anhelamus, peruenerimus, non iam amplius per speculum & in aenigmate, sed facie
 ad faciem videbimus eum sicuti est, atque illius aspectu satiābimur, iuxta illud quod
 scriptum est, Satiabor eum apparuerit gloria sua. Hac ratioe vocatur viaticum, quod viā
 nobis praebet ad perueniendi, quando quidem in se verē continet eum, qui via nostra est,
 dominum nostrum Iesum Christum: Qui etiam est ostium illud, per quod solum, & nō
 per aliud, ad caelestem illam gloriam ingressus nobis patet.

Vt autem intelligi possit, qua ratione sacrificium vocetur, paucis non capitis nostri
 sumnia, neque cordis nostri visiones, verum quae doctissimis grauissimisque viris iam in-
 de à tot seculis ea de re visa sunt, enarrabimus. Inter quos cum principem locum teneat
 Augustinus, is vbi sacrificium definit, in haec verba scribit: Sacrificium visibile, inuisibilis
 sacrificij Sacramentum, ist est, sacrum signum est. Quoniam verō erant ipsius quoque se-
 culo, qui nullum externum & visibile sacrificium esse oportere in Ecclesia Dei dicerent,
 contra hos quoque his verbis loquitur. Qui verō putant haec visibilia sacrificia dijs alijs
 congruere, illi verō tanquā inuisibili inuisibilia, & maiori maiora, meliori que melio-
 ra qualia sunt puramentis & bonae voluntatis officia: profectō nesciunt hac ita esse si-
 gna illorum, sicut verba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque laudan-
 tes, ad nō dirigitur significantes voces, cui res ipsas in corde, quas significamus, offeri-
 mus: ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quā illi,
 cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Ac paulō post,
 de nostro sacrificio mentionem faciens. Verus, inquit, ille mediator (in quantum for-
 mam serui accipiens mediator effectus est Dei & hominum homo Christus Iesus)
 cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo & vnus Deus est, tamen
 in forma serui sacrificium maluit esse, quā sumere: per hoc & sacerdos est, ipse offe-
 rens, ipse & oblatio: cuius rei sacramentum esse voluit quotidianum Ecclesiae sa-
 crificium: cum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipsa sit corpus,

Eucharist. ap-
pellationes de
quibus nos ad-
monent.
Col. 1.
Sacrificiū quid
operetur.
Lib. 2. capit. 3.
Eucharistia
quid.

Synaxis seu cō-
muniō.
Lib. 4. cap. 14.

1. Cor. 10.

Hebr. 13.
1. Pet. 2.

1. Cor. 13.
1. Ioan. 2.
1. Sam. 6.
1. Tim. 2.
1. Ioan. 14.
1. Ioan. 10.

Sacrificij ratio,
Lib. 10. de ciuita-
ta. Dei cap. 5.
Sacrificiū quid.
1. Cor. 9.

Veritas officium
est mentis con-
ceptum signifi-
care.
Cap. 20.

Sacrificij aliarum
varia signa
erant.

tam ipsa per ipsam, quam ipse per ipsam factus offerri. Huius veri sacrificij multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam multis verbis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veroque sacrificio, cuncta sacrificia falsa cesserunt.

Contra Faustū
lib. 20. cap. 18.

Ex his Augustini verbis docemur, quale sit hoc Ecclesie sacrificium, de quo nunc differimus. Est enim sacramentum, hoc est sacrum signum, illius nunc quidem nobis inuisibilis sacrificij, quo Christus in cruce semetipsum visibiliter obtulit hostiam Deo in odorem suavitatis. Hoc est quod apertius alio loco scribit idem Augustinus. Hebraei, inquit, in victimis pecorum, quas offerebant Deo, multis & varijs modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futurae victimae, quam Christus obtulit: unde iam Christiani peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Ac apertius etiam paulo post discrimen ostendit inter sacrificia veterum, & quod in cruce Christus obtulit, & quod ex illius institutione nunc offertur in Ecclesia. Loquens enim de eo: Huius, inquit, sacrificij caro & sanguis ante aduentum Christi per victimas similitudinum promittebatur, in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacramentum memoriam celebratur. Quod ergo per figuras fuit significatum, & promissum & naturae & legis tempore, hoc in cruce redditum in altari nunc representatur, & oculis nostris subiicitur, ut iugis tanti beneficii sit memoria. Sacrificia praeferuntur, figura tantum fuerunt & adumbratio quadam: in cruce verè fuit in mortem oblata pro nobis victima nostra, dominus noster Iesus Christus: qui posteaquam in caelum ascendit, nihil nunc aliud sit in Ecclesia, quam illius oblationis, quae in cruce facta est, memoria quadam & representatio.

Cap. 21.
Sacrificia veterum
ad Christi
ecclesiam
sacrificia vetera
differunt.

Sacrificij missae
quando Deo
rectè offeruntur.

Amalarius

Opus operans
& operatum
quid.
Missae quomodo
prodest.

Hinc intelligimus quale sit sacrificium hoc, de quo nunc agimus. Est enim sacrum signum, quo admonemur illius sacrificij, quod non videmus, quod in cruce pro nobis peractum est. Docemur praeerea ex his, quae ex Augustino adduximus, quod ita demum sacrificium hoc visibile rectè Deo offertur, cum illius in cordibus nostris inuisibile sacrificium ipsi facti fuerimus. Quae de re, qui fuit quadringentis plus minus annis Augustino posterior, Amalarius Treuerensis Archiepiscopus, his verbis admonet: Illud intendendum est, inquit, in omnibus officijs immolationis, tali nomine censendum esse visibile altare, quale est cor offerentium. Quare falsum est, quod fingunt inimici crucis Christi, docere Ecclesiam, quod caeremonia Missae ex opere operato sine fide nos Deo reconciliat. Quin quod à Bucero scriptum fuit aliquando priusquam segregasset semetipsum, id docuit, docet, & docebit semper Ecclesia, quod Missa ex opere operato, id est, ex eo quod institutum domini est, id quod geritur, non ex opere operantis, hoc est, ex merito ministri prodest: sed his, qui in illa communicant per fidem & charitatem. Hoc est quod ex Augustino adduximus: Sacramentum in cruce peracti sacrificij, esse quotidianum sacrificium ecclesiae, cum ipsius corporis ipse sit caput Christus, & ipsius capitis ipsa sit corpus, tam ipsa per ipsum, quam ipse per ipsam consuetus offerri. Quo in loco non obcurè illud indicat, & ecclesiam per Christum, & Christum offerri per Ecclesiam: quae nisi capiti suo Christo fide sit & charitate connexa, ex ea oblatione, cuius representatio sit in altari, fructus percipi potest nullus. Hoc est etiam, quod à Bonaventura traditum legimus: quod virtus sacrificij dicitur ipsa fides, quae faciebat sacrificium valere: vel dicitur interna mentis contentio, quae faciebat externum sacrificium virtuosum.

In 4. li. sententiarum
dist. 14.

1. Cor. 5.
Pasche nomine
quid intelligendum.

Matth. 14.
Luc. 22.
Hier. 19.
Ezai. 53.

Ioan. 11.
1. Pet. 2.
Apoc. 13.

1. Pet. 2.
1. Pet. 3.

Sacrificium itaque nostrum non est aliud, quam illud, de quo dicit Paulus: Pascha nostrum immolatus est Christus. Nam quod Pascha nomine non solum illa diei solennitas, verum & agnus ille significatus fuerit, qui tum iuxta ritum legis immolabatur, & immolatus manducabatur, indicat videtur ille Marci locus: Vbi vis eamus & paremus, ut mādūces pascha? Et alius apud Lucam, Venit dies azimorum, in quo necesse erat occidi pascha. Pascha itaque nostrum est ipsemet Dei filius: Hic est ille agnus, de quo dixerat Hieremias: Ego quasi agnus mansuevis, qui portatur ad victimam: de quo praedixerat Esaias: sicut ovis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum: Hic est ille agnus, quem venientem ad se quasi digito Ioannis Baptista demonstrabat dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Hic est ille agnus, quem in Apocalypsi ab origine mundi occisum esse legimus. Quotquot enim ab origine mundi salutem consequuti sunt & consequentur, quam visque seculi salutem consequentur, non per alium consequuti sunt & consequentur, quam per agnum hunc pro nobis immolatum, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Agnus innocens pro nocentibus, iustus pro iniustus fudit sanguinem suum, crudelēque & ignominiosam crucis

crucis mortem obiuit, atque isto corporis & sanguinis sui sacrificio mundum Deo reconciliauit. Hoc est illud sacrificium, illud, inquam, vnicum & singulare sacrificium, quod adumbrabant, cuius figuram gerebant varia illa patrum sacrificia, quae & naturae, & legis tempore fuerunt, incipiendū ab Abel iusto, deinde per Noë, Melchisedech, Abraham, ad sacrificia legalia Aaron & filiorum eius transeundo: quibus non aliud actum est, quam ut fixum hoc in hominum memoria permaneret, quod à mundi exordio nulli salus aliter, quam per huius hostiam, quam illa sacrificia figurabant fiduciam, coningerit. Sicut autem illa sacrificia Deus patribus tradiderat, ut per ea magni huius, quod futurum expectabant, sacrificij memoriam in animis suis renouarent, fidem confirmarent, & credendo atque orando fructum eius in se transferrent, ac per eorum oblationem Dei beneficia grata recordatione prosequerentur: sic ecclesiae huius sacrificium mundum & salutarem sui corporis & sanguinis oblationem sub speciebus panis & vini commendauit, quae corporis eius in cruce pro nobis appensū & effusi sanguinis memoriam in animis nostris subinde renouemus, & fructu nihil oblationis in cruce factae perciperemus, eam nobis applicantes.

Sacrificia cur
data patribus.

Oblatio corporis
& sanguinis
Domini cur non
habetur.

Obiectorum haec
reticorum.

Cultus Dei sine
verbo Dei.
Gen. 4.
Gen. 8.
Gen. 22.
Iob. 1.

Ceterum quod obijcitur ab inimicis crucis Christi, nusquam praecipisse Christum offerri sed manducari tantum carnem, & bibi sanguinem suum iussisse, ac idololatram esse extra verbum & sine verbo cultus instituisse. Si verum est quod ab illis dicitur, ergo idololatra fuit Abel. Quod enim praecipit habuit de suis primogenitis & eorum adhibitis offerendis? & tamen dicit scriptura, Quod respexit Deus ad Abel & ad munera eius. Idololatra fuit Noë: Na & ille quod praecipit, aut quod habuit Dei verbum ad altari edificando, & holocaustis in eo offerendis? Idololatra fuit Abraham: idololatra fuit Iob: idololatra fuerunt & alij nonnulli, quos obtulisse Deo sacrificia, atque ea illi grata & accepta fuisse legimus. Quod dicere quàm sit absurdum, quis non intelligat?

Quam falsum autem est, idololatram & impium atque ingratum Deo cultum esse, qui sine cerere & expresso Dei mandato sit institutus, tam falsum est, eum cultum, quem vocamus Missae sacrificium, sine verbo Dei & citra mandatum eius institutum esse: Clarum enim est & apertum Dei verbum, Hoc facite in meam commemorationem: quo non illud modo praecipit Deus, ut distribuatur sacramentum corporis & sanguinis eius, verum etiam ut benedicatur siue consecretur, ac deinde immoletur, immolatum verò manducetur. Habet autem hoc Hebraeorum idioma, ut facere pro offerre dicat: sicut etiam à Marco legitimus usurpatum. Sic facere agnos anniculos in Exodo: facere hircum pro peccato in Leuitico: facere turtures in Numeris: facere haedum in libro Iudicum: facere holocaustum in libris Regum: facere septem arietes & septem vitulos in Ezechiel: legimus. Quod visque id non eunt inficias illi ipsi, qui Missam sacrificium esse negant, ut cum aliter elabi se non posse videant, hoc genere cauillis vtantur. Esse quidem apud Hebraeos idem facere quod offerre: sed cum additamento, sicut dictum est, facere holocaustum: facere hircum: facere haedum: Quasi verò non legatur apud Lucam: ut faceret pro eo iuxta legis praescriptum, sine additamento. Et ex Leuitico citat Hieronymus iuxta interpretationem septuaginta: Accede ad altare, & fac pro peccato tuo: ac paulo post. Descenditque, cum fecit pro peccato. Quae postea idem vertit ex Hebraeo. Accede ad altare & immola pro peccato tuo. Et rursum: Completis hostijs pro peccato descendit. Unde perspicuum cuius esse potest, quod facere etiam absque additamento nihil aliud sit, quam immolare & hostias offerre. Sed demus hoc illis, quod non aliter apud Hebraeos facere significet offerre, quam cum additamento. Quid hoc ad eam rem facit, de qua nunc est sermo? Nunquid hic additamentum non est cum dicitur? Hoc facite. Praemiserat: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, subiunxit est igitur: Hoc facite, corpus meum offerre: Quae de re ergo quiritaris? cum additamentum videas.

Sacrificij Christi
sine verbo esse
verbo Dei.

Luc. 22.
1. Cor. 11.
Facere pro offerre.

In Buxol. Etlog.
16.

Exod. 30.
Leuit. 23.
Num. 6.
Iud. 6.

3. Reg. 8.
Ezech. 45. cap. 43.

Luc. 22.
Leuit. 9. i.

Hier. 14. cont.
Pelagianum.

Vide Iohannem
in 3. pariem
quell. 22. ad se
xtum.

Hoc facite.

Porro nemini dubium est, fuisse Christum sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, quod & Paulus testatur, & ante illum propheta dicens, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Vbi autem hoc sacerdotio fructus sit, in Euangelio nunquam reperimus, praeterquam in nouissima illa cena. Nam quale fuit sacerdotium, quale sacrificium Melchisedech? Scribitur in Genesi: quod panem & vinum obtulerit. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Nonne Melchisedech Christum sacerdotem adumbrabat? qui & ipse sub speciebus panis & vini corpus & sanguinem suum obtulit: in qua oblatione se sacerdotem esse secundum ordinem Melchisedech declarauit. Na in ea oblatione, quae facta est in ara crucis, magis expressa fuisse videtur figura sacerdotij secundum ordinem Aaron, quam secundum ordinem Melchisedech. Ibi enim cruentam vicimiam obtulit, & semetipsum verè morti tradidit: Tales autem victimas offerebant sacerdotes secundum ordinem Aaron. At in nouissima cena eandem illam hostiam corporis sui & sanguinis

Christi sacrificij
causa in vltima
cena.
Iob. 7.
Ipsam 109.
Gen. 14.

Rom. 10. Christus in cruce sine impositione sacrificijs aduinitis.

Et. 4. aduersus Marcionem. Matt. 26. Matt. 5. Exod. 12.

Agnus paschalis figura Christi immolatus. Exod. 14.

Exod. 12.

Oblatio corporis & sanguinis Christi in panis & vini speciebus in missa quid.

Homil. 13. in Matth.

Luce. 22. 1. Cor. 11.

Malach. 1. 10. eius explicatur.

Oblatio munda in omni loco.

guinis obtulit, sed sub ijs, quæ Melchisedech obtulerat antea, panis & vini speciebus. Nihil aliud Melchisedech, quam panem ipsum & vinum: Christus corpus & sanguinem suum sub panis & vini speciebus obtulit. Et sicut in ara crucis, qui finis legis est Christus, sacrificijs, quæ sacerdotes Aaronicæ offerebant, finem imposuit, ita in nouissima cœna nouum sacerdotium, nouum sacrificium instituit secundum ordinem Melchisedech. Constat etiam, quod in illa cœna pascha cum suis discipulis mâducabat: Pascha autem non veruecinum, sed multo præstantissimum. Quemadmodum etiam Tertullianus testatur, dicens: Professus, inquit, Christus se concupiscentia concupisse edere pascha vt suum, indignum enim vt quid alienum concupisceret Deus: Acceptum panem & distributum discipulis, corpus suum illum fecit. Si autem (quod in confesso est) pascha cum suis discipulis celebrabat, proculdubio, qui non venerat soluere legem sed implere, iuxta ritum legis celebrabat, iuxta quem immolabatur prius agnus, deinde pascha cum discipulis suis mâducarer Christus, prius offerret corpus suum & sanguinem Deo patri, postea verò manducandum traderet, Nam & illud certum est & indubitatum, quod agnus ille paschalis in veteri lege figura fuit agni incontaminati domini nostri Iesu Christi: qui semetipsum in ara crucis oblaturus erat hostiam Deo patri. Atque ea figura non omni ex parte respondet rei gestæ in ara crucis, sed magis ei quæ gesta est in cœna. Nam agnus ab Hebræis immolatum legimus in recordationem eius beneficij, quo liberatus erat populus Israël de seruitute Pharaonis, & eductus de Ægypto: At immolatio agni immaculati, qua semetipsum obtulit hostiam pro nobis in ara crucis, non fuit facta in recordationem alicuius beneficij, sed fuit ipsum beneficium: fuit ipsa liberatio à peccatis: fuit ipsa redemptio de durissimo iugo diabolicæ captiuitatis. Quamobrem necesse fuit, vt per illam immolationem agni paschalis, alia quædam præter illam in cruce peractam immolatio significaretur, quæ per Christum in nouissima cœna facta est: quam etiam à sacerdotibus fieri deinceps in suam commemorationem, in passionem & mortis recordationem instituit. Præcepit Deus, cum essent agnum illum immolaturi Iudæi, filios vt suos docerent, quid sibi vellet hæc immolatio. Cum dixerint, inquit, vobis filij vestri, quæ est illa religio? Diceretis eis: Victimam transitus domini est, quando transiit super domos filiorum Israël in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos nostras liberans, Huius beneficij sui perpetuam memoriam in immolatione illa celebrari Deus voluit. Non dissimile quiddam fit in hoc altaris sacrificio. Nam & hic si interrogentur filij Israël (non secundum carnem, sed secundum promissionem) quænam est ista religio? quid sibi vult quoddam sacro sanctum corpus & sanguis Christi sub panis & vini speciebus offertur in Missa? Rectè respondere possunt, Grata quædam sit commemoratio immensi illius beneficij, quo Dei filius homo factus, corpus suum ex virgine assumptum pro nobis in mortem tradidit, sanguinem suum in cruce fudit, vt mundum vniuersum à peccato, & ab æterna damnatione liberaret.

Hic videre licet agni immolationem magis repræsentare eam, quæ fit in altari, quam quæ facta est in cruce. Nam sicut in Paschate Iudæorum, ita & hic præteritæ redemptionis sit recordatio, in cruce autem ipsa præsens fuit redemptio. Quod etiam Chrysostomus indicat, enarrans illa verba: Hoc facite in meam commemorationem. Vides, inquit, quomodo ab Iudæis abducit & auocat moribus? Nam sicut illud in rememorationem miraculorum, quæ in Ægypto patres vestri viderunt, faciebatis, sic & hoc in meam facite commemorationem. Quamobrem cum & mandatum Christi habeamus dicentis, hoc facite in meam commemorationem, & constet Christum sacerdotem fuisse secundum ordinem Melchisedech, neq; reperiat in scripturis, vbi sit functus hoc sacerdotio, præterquam in cœna: illud præterea manifestum sit, quod in illa cœna Pascha cum discipulis mâducauerit, quod offerri priusquàm mâducari iuxta ritum Iudæorum consueuerat, quis est qui dicere iam audeat, sine Dei verbo cultum hunc institutum esse? quem non his modò scripturæ testimonijs, verum etiam Prophetarum oraculis altrui legitimus. Apud Malachiam Prophetam ad sacerdotes Iudæorum loquitur dominus: Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra: Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Quibus in verbis tria nobis consideranda veniunt. Primum, quod abolitum Deus voluerit vetus illud sacerdotium, quod erat secundum ordinem Aaron, quo solus vtiebatur populus Israël. Deinde, quod illi succedere voluerit nouum & æternum sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, non ex vna Aaron familia, sed ex omnibus gentibus eligendum. Tertio, quod oblatio per sacerdotes nouos offerenda, futura erat munda, & quæ in omni orbis totius loco offerretur. Si quis propheta locum hunc ad eam, quæ in cruce facta est, oblationem referre velit, constat, nec inter gentes, nec

nec in omni orbis loco, sed in vna Iudæa Christum in mortem semetipsum obtulisset: vt hic sensus ei propheta loco quadrare non possit. Si autem de contriti & humiliati cordis sacrificio, de quæ puræ mentis & bonæ voluntatis officijs intelligendum existimet, quæ in omni orbis loco offerri Deo dubium non est: ne id quidem procedet. Et si enim dubium non est, huius generis sacrificia Deo accepta esse, quis tamen erit, qui gloriari possit se mundum cor habere, atque illius oblationem mundam esse? cum omnes iustitias nostras esse dixerit alius propheta, velut pannum menstruata, nulla vt alia munda oblatio rectè intelligi possit, præter illam quæ semel in cruce oblata est, cuius in Ecclesia iugis sit commemoratio. Deinde cordis contriti sacrificium non magis huius Ecclesiæ, quæ sequuta est Christi passionem & mortem, quam illius quæ præcessit, proprium esse videtur, vt æquè in lege atque nunc offerri poterit. Quinetiam non ad sacerdotes magis eiusmodi oblatio pertinet, quam ad alios cuiuscunque tandem ordinis fideles. Iam & iuge sacrificium illud, quod nouissimis temporibus per Antichristum sublatum in Daniel prædixit, quid aliud intelligi rectè potest, quàm istud Christi corporis & sanguinis sub speciebus panis & vini sacrificium? quod vsque ad consummationem seculi duraturum esse, dubitandum non est, quantumlibet nunc etiam illud per suos præcursores oppugnate conatur Antichristus. Sed & similia, quæ pro mundatis à lepra solebat offerri ex more, quemadmodum à Iustino scriptum legimus, figuratè significabat panem Eucharisticum, quem in memoriam passionis suæ purgantis ab omni peccato animas hominum, Iesus Christus dominus noster tradidit posteris, vt interim gratias agamus Deo cum pro mundo propter hominem creatum, tum ceteris, quæ hoc continentur, tum pro redemptione, qualiberati sumus à peccatis, principatibus ac potestatibus in vniuersum debellaris iuxta diuinum consilium.

Habemus itaque iam ita clara & aperta scripturæ testimonia, de quotidiano hoc Christi corporis & sanguinis sub panis & vini speciebus Ecclesiæ sacrificio, nihil vt magis perspicuè dici scribere poterit. Facit nihilominus omnia Satanas, vt clarum etiam scripturarum intellectum obscurer, ac pretium redemptionis nostræ ex omni hominum memoria deleat. Ac primum quidem, quod ad Melchisedech attinet, aiunt ministri Satanae, Apostolum, vbi de sacerdotio illius tractat, singula accuratè ac propemodum scrupulosè excutere: nomen hominis: sedem regni: perpetuitatem vitæ: ius decimarum: benedictionem persequi, in quibus omnibus minus momenti sit, quam in oblatione panis & vini, de qua tamen verbum nullum fecerit. Nunquid existimandum sit obliuione lapsus esse Dei spiritum, vt dum rebus minutis immoratur, quod erat præcipuum, & ad causam maximè valebat, id omiserit? Quàm ineptum autem hoc est argumentandi genus, non scripsit Paulus, ergo non est? Non scripsit in tota illa epistola esse Christum conceptum de Spiritu sancto, esse natum ex Maria virgine, nunquid ideo negabimus ita esse? Nō est obliuione lapsus Dei spiritus à Satana, quin eo potius vsus est consilio, quo Christus olim, cum diceret: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis ea portare modò. Clarè hoc ipsa Pauli verba indicant, statim enim vt fecit Melchisedech mentionem: De quo nobis, inquit, grandis sermo, & in interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Illorum itaque imbecillitas in causa fuit, quod lætè adhuc opus habebant, nec solido cibo vti poterant, quod nō omnia, ea præsertim, quæ captum illorum excedebant, de Melchisedech Apostolus fuit persequutus. Quod etiam testatur his verbis Hieronymus: Super quo multus nobis sermo est & in interpretabilis: Non quia Apostolus non potuerit id interpretari, sed quia illius temporis non fuerit. Hebræis enim, id est, Iudæis persuadebat, non iam fidelibus, quibus passim prædeter sacramentum. Verum etiam, si vas electionis stuper ad mysterium, & de quo disputat ineffabile confiteretur, quātò magis nos vermiculi & culices, solam debemus scientiam in scititè confiteri, & amplissimam domum patris quasi foramine ostendere: vt dicamus duo sacerdotia inter se ab Apostolo comparari, prioris populi, & posterioris, & hoc agit tota disputatione, vt ante Leu. & Aaron sacerdos fuerit Melchisedech ex gentibus, cuius tantum prædicat meritum, vt futuris sacerdotibus Iudæorum in lumbis benediceret Abraham, totumq; quod sequitur in laudes Melchisedech ad Christi typum referri, cuius profectus Ecclesiæ sacramenta sunt.

Extat oratio Gregorij Nazianzeni digna, quæ teratur manibus omnium, in qua præclare de eo disserit, quod non omnia, nec omnibus, nec ab omnibus, nec omni loco & tempore dici oporteat. Tum enim vnaquæque res bona dicitur, si benè fiat. Neque tam est rectum aliquid, quod si desit prudentia, non æquè perniciosum enadat, atque sapienter administratum futurum fuerat salutare. Docere nos hoc vel Christi potest exemplum: qui de sua morte, qua vna re nihil esse potuit humano generi vniuerso salubrius, verba facturus, K cturus,

Prono. 30.

Esaiæ. 64.

Sacrificium iuge est missa.

Daniel. 8.

Leuit. 14. Simila quid significabat, in colloquio quod habuit cum Tripbone Iudæo

Sacrificium Melchisedech.

Iuan. 16. Hebr. 5.

Ad Euzegrium Tomo. 3.

Sacerdotia prioris & posterioris populi inter se comparata.

De Theologia lib. 1.

Matt. 20.
Deus in aperit
dote hominib.
oportunitatem
spectasse vide-
tur.

Lit. Theologic

Psalm. 111.

Act. 17.

Auditorum ra-
tio habenda.
Is. 6. in Luc.

Lib. de spiritu-
sancto cap. 27.
Mysteria in si-
lento tradita
obscuro.

De spiritu san-
cto cap. 27.

Psalm. 109.

Com. sacrificii
oblationum
solutions.

Eturus, cum discipulis ratum seorsum comunicandam esse putavit, quod vulgo my-
sterium hoc recte committi non possit. Permultum in eo positum est, quam oportu-
no loco & tempore fiat aliquid, cum etiam Deum ipsum, si quis consideret diligentius,
opportunitatem quandoque spectasse videamus, praesertim dum se mortalibus aperire,
dum luce suae veritatis mentes eorum illustrare conatur. Nonne vetus Testamentum pa-
trem aperte predicavit, de filio vero loquutum est obscuris? At nova lex Deum filium
palam est professus: sancti vero Spiritus diuinitatem non ita late patentibus argumentis
explicavit: quae postea tamen intellecta & ipsa est. Neque vero non maxima ratione id
ita factum est: sicut a Gregorio quoque Nazianzeno legimus annotatum. Nam non-
dum patris diuinitate confessa, manifeste filium Deum praedicare: ac rursus nondum Deo filio
declarato, Spiritui sancto diuinitatem aperte tribuere, quid futurum erat aliud, quam in-
fantibus lacte alendis solidum cibum manducandum dare? Fecit itaque Paulus, quod
propheta faciendum admonet, disposuit sermones suos in iudicio, ut ea tantum pro-
ferret, quae profutura putaret, caetera reamuis cognitu dignissima atque adeo necessaria,
in tempore aliud magis opportunum reseruaret. Quod idem fecisse legitur, cum sermo-
nem apud Athenienses habuisset. Neque enim statim a primo destruendas putauit ca-
remonias idolorum: Statim namque sermonem eius aures gentiliū respiciunt: verum
ab vno Deo operatore mundi incipit dicens: Deus qui fecit mundum, & cuncta quae
sunt in eo. Negare non potuerant vnum operatorem esse mundi, vnum Deum, vnum om-
nium creatorem. Adiunxit eo quod caeli & terrae dominus in manufactis non digne-
tur habitare. Deinde quod intra auri argentiq; cassam materia nequaquam verisimile sit arti-
ficio hominis vim diuinitatis includi: erroris remediū docens esse studiū penitenti. Tūc
venit ad Christum, nec tamen Deum maluit quam hominem nuncupare, dicens: In viro
quo definiert omnibus fidem, suscitās eum ad inferis. Qui enim tractat, inquit, Ambro-
sius, debet audientium considerare personas, ne prius irrideatur quam audiatur. Quan-
do enim Athenienses crederent, quia verbum caro factum est, & de spiritu virgo conce-
pit, qui irridebant, quia resurrectionem audierant mortuorum? Tamen & Dionysius A-
reopagites credidit, & alij crediderunt in virum, ut in Deum crederent. Quid interest,
quod quisque credat ordine? Non in principijs perfecta quaeruntur, sed de principijs ad
ea quae perfecta sunt, peruenitur.

Neque vero Paulus modò, verum & alij Apostoli, sicut a Basilio scriptum legi-
mus, mysteriorum reuerentiam & auctoritatem silentio conseruandam esse putave-
runt, ne si vulgo essent omnibus cognita, in contemptum venirent. Inde etiam vocata
sunt mysteria, quod ea occulta esse, neque in vulgus prodi oporteret. Quae etiam cau-
sa fuit, quod literis non mandabantur, sed per manus tantum tradebantur: Sicut
de hoc ipso sacrificio loquens dicit Basilius. Inuocationis, inquit, verba, dum Eucha-
ristiae panis ostenditur, & poculum benedictionis, quis sanctorum scripto nobis reli-
quit? Quia etiam illum locum explicans. Tu es sacerdos in aeternum, Augustinus: Vi-
dent Iudaei perisse iam sacerdotium secundum ordinem Aarōn, & non agnoscunt sa-
cerdotium secundum ordinem Melchisedech. Tu es sacerdos in aeternum secundum or-
dinem Melchisedech. Fidelibus loquor, si qui non intelligunt cathecumeni, auferant
pigrum, festinent ad notitiam. Non ergo opus est mysteria promere: scripturae vobis
intiment, quid est sacrificium secundum ordinem Melchisedech. Si Augustinus non
putauit omnibus prodenda mysteria, quo tempore terrarum orbis magna ex parte Chri-
stum agnoscebat, quantum minus id factum oportuit a Paulo, cum ad eos, qui recens
ad fidem Christi conuersi fuerant, neque tanta mysteria capere adhuc poterant, scriberet.
Non recte itaque colligitur, non meminit sacrificij panis & vini Paulus, male igitur
ad Christi sacrificium refertur.

Quod vero dicunt, Melchisedech panem & vinum obtulisse non Deo, sed Abraham,
& comitibus eius ad eos rescindendos, Hebraeorū opinionem sequuti: Si fidem illis haben-
dam putant potius, quam toti coetui sanctorum Ecclesiae doctorum, qui Deo dicunt ob-
latum in sacrificium, non Abraham in refectionem: credant eisdem affirmantibus, quod A-
braham susceperit a Melchisedech decimas diuitiarum eius, non Melchisedech ab Abra-
ham decimas spoliōrū: & incogitantē damnent Dei spiritum, a quo non fuit hoc animad-
uersum: Saltem verisimile aliquid comminiferentur. Nam quod aut Abraham post de-
uictos hostes & opima spolia deportata necesse habuerit vinum & panem mendicare, ut
se suosq; reficeret, aut sacerdos Melchisedech tantum panis & vini in promptu habuerit,
quantum ad alendos trecentos decem & octo sufficere posset, nullam habet verifi-
cilitudinem. Quamobrem commentum hoc non succedit: Quemadmodum nec illud, quod

quod adferunt ex epistola ad Hebraeos. Neque ut saepe offerat semetipsum. Alio qui o-
portebat eum frequenter dari: Semel oblarus est ad exhaurienda multorum peccata:
Vna oblatione consummavit in aeternum sanctificatos. Nā quod a Paulo dictum est libe-
ter accipimus: Quod verò per hęc verba Satanā intelligi vult, reiiciendum esse putamus.
Quotquot enim sanctificati & iustificati sunt aut erunt, per vnam oblationem illam in
ara crucis factam, sanctificatos non obscure ferimus.

Præclare dictum est a Bernardo. Christus pro salute mundi semel factus est ho-
stia salutaris, rei reconciliatio generalis, omnibus sacramentis, tam precedentibus,
quam subsequendis virtutem dedit & efficaciam, ut tanta & tali hostia san-
ctificarentur omnes liberandi per illam, vnde legitur. Quia Agnus occisus est ab
initio seculi, ijs videlicet, qui fuerunt ab initio, ita ut per hoc, quod dicitur, ab
initio, determinet, non tempus occisionis, sed salutis. Prius enim mors eius pro-
fuit, quam suis. Prius promissio, ac deinde exhibitio. Ab initio ergo seculi occi-
sus est. Ex his cuius periculum esse potest, ab origine mundi, nullum vnquam
iustificatum, & sanctificatum esse, nisi per vnam illam oblationem, in ara crucis,
vel praesentem, vel exhibitam. Sed nec deinceps quenquam iustificatum & sanctifi-
catum iri, nisi per vnam illam oblationem, iam exhibitam. Caeterum sicut oblatio-
ne illa praesentem, non fuisse sublata, quae pro peccatis offerebantur, vel ante legem
vel sub lege sacrificia, quin ea Deo grata potius accideret, quatenus ad praesentem il-
liud in ara crucis, quod praesentem, Christi sacrificium referebantur: sic per eandem
oblationem exhibitam, non tollitur quotidianum hoc quod Ecclesia frequenter sa-
crificium, sed est. Deo tanto magis acceptum, quanto crebrius, & religiosius, per id
oblationis in cruce facta memoria representatur. Cum ergo dicit Apostolus: semel
oblarus est, ad exhaurienda multorum peccata, vna oblatione consummavit in aeternum
sanctificatos. Hoc dicere videtur, quod nulla fuit, necesse, nec erit vnquam
oblatio, qua sint exhausta peccata, vel exhauriantur, qua fuerunt homines sanctifi-
cati, vel sanctificarentur, praeter vnam illam in ara crucis factam. Quae tam accepta
Deo fuit, ut propria sua virtute, ac merito sanctificet, quotquot Deo patri reconcili-
antur, & reconciliando sanctificantur. Quotquot autem alia sacrificia pro peccatis offe-
rebantur, exhaurienda peccata, & sanctificandi vim, ab hoc vno mutuabantur, huius vi-
nius virtute, ac merito sanctificabantur, quatenus ad hoc vnum referebantur. Huic
igitur vnico sacrificio veterum omnia sacrificia celsisse, quae typum huius immolatio-
nis gesserunt, & vmbra eius fuisse ab Ecclesia docti confitemur.

Siquidem oblatione, hoc est, morte sua, Christus illud ipsum perfecit, & con-
summavit, quod hostiae, victimae, sacrificia veterum promittebant. Promittebant au-
tem fore, ut aliquando Dei filius in assumpta carne morte sua, & profuso precioso
sanguine suo genus humanum redimeret: Quod illa vna oblatione perfectum est,
cuius oblationis futurae fide, Deo reconciliati sunt, & sanctificati, quotquot recon-
ciliati sunt & iustificati. Nec alia fuit vnquam, necesse, nec erit reconciliandi ratio.
Quamobrem adueniente veritate cesserunt figurae, adueniente luce celsit vmbra, nec
deinceps adumbratum illud amplius oportuit, quod iam exhibitum est, & omni-
bus reuelatum. Sed non propterea tanti beneficii iam nobis reipsa praesenti memo-
ria debuit intermitteri. Hoc vero cum illa pugnaret Euangelij voce. Hoc facite ad
meam commemorationem, oblationis illius in cruce factae memoriam, hoc quoti-
diano sacrificio perpetuo Deus in Ecclesia sua celebrari voluit, nec vnquam ante
consummationem saeculi intermitteri, ut iugiter coleretur per mysterium, quod semel
offerebatur in pretium, & illa perennis victima, viueret in memoria, & praesens
esset semper in gratia. Et sicut priorum temporum oblationes, ad exhibendum
olim Christi sacrificium in cruce, sic nouae legis hoc sacrificium ad exhibitum iam
refertur. In carnalibus illis victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis
nostris, ipse sine peccato fuerat oblarus & sanguinis, quem erat effusus in remis-
sionem peccatorum. In hoc sacrificio praesens adest caro Christi, quam pro nobis
obtulit, & sanguis quem pro nobis effudit: In sacrificijs illis, quid nobis do-
nandum esset, figurate significabatur: in hoc, quid iam donatum sit euidenter
ostenditur. In illis praenunciabatur Dei filius, pro impijs occidendus, in hoc au-
tem occisus annunciat. Et sicut illa non propterea non fuerunt vera sacrificia,
quia signa fuerunt veri sacrificij, quod erat in cruce peragendum, sic & hoc non pro-
pterea, non est verum sacrificium, quia signum est, eiusdem veri sacrificij, quo
semetipsum ara in crucis pro nobis Christus obtulit. Nisi quis forte sic insaniat

Hebr. 9.
Hebr. 10.

Ser. 2. de cena
domini.
Oblatio Christi
virtutem & ef-
ficaciam omni-
bus sacramentis
dedit.

Christus ab ini-
tio seculi occi-
sus.

Sacrificia vete-
ra ob promissi
sacrificij in cruce
offerebatur. Re-
lationem exerce-
bantur ita sacri-
ficium non ad
memoriam il-
lius in cruce ita
oblati sacrificij
quotidie Deo
patri offerunt.

Veritate & lu-
ce praesente cof-
fiti quidem vmbra,
tamen re-
uoluit seu tantū
exhibiti benefi-
cij memoria
ob id intermit-
ti non debuit.

Sacrificiū quo-
vidianum est
veri sacrificij
imago & verū
sacrificium in
quo verum cor-
pus & sanguis
Christi offertur
& sumitur.

Lib. 4. Mys-
teriorum Euan-
gelice legis.

Theo. in ca. 10.
ad Hebræos.
Chryl. hom. 17.
ad Hebræos.

In sacrificio cru-
entio mors crue-
ta, in sacrificio
incruentio mors
incruenta &
mystica.

Catechesi mys-
tologo. 5.

Ser. de cena do-
mini.

Dam. li. 4. par.
24.
Hom. 5. de Pa-
schate.

Sacrificio misse
omnium pecca-
torum remissio-
nem tribuunt
doctores.
Hosmiadem
diuerso modo
oblata.

Hom. 17. in ep.
ad Hebræos.
Hostia incruen-
ta. Greg. Naz.
in li. car. & o-
vat. cont.

vt magis ad rationem sacrificij pertinere putet, quod rem faciendam significet, quam, quod rem iam factam commemoret. Certè sicut cœna nostra non esset commemoratio cœnæ dominicæ, immago quæ illius & exemplar, nisi vere manducarem, ita nec Eucharistia nostra, verum exemplar, & imago foret sacrificij, quod in cruce Christus obtulit, nisi verè sacrificarem. Cuius autem rei apud S. Patres mentionem fieri legimus crebriorem quam huius, quæ fit à sacerdotibus Christi corporis & sanguinis oblationis. Quod si Christi sanguis offertur in hoc mysterio, quis iam negare poterit, quin id verè sit sacrificium, etiamsi nihilominus exemplar sit illius hostiæ cruentæ, cum in pretium redemptionis nostræ profusus Christi sanguis in ara crucis offerebatur. Quapropter meritò quosdam ridet Innocentius Pontifex, qui crederent in Eucharistiæ Sacramento, non esse Christi corporis, & sanguinis veritatem, ex eo, quod non rarè mysterium, imaginem, & exemplum id vocari legimus. Quorum errorem refellens. Si quia figura, inquit, est sacramentum altaris veritas esse negatur, ergò nec mors, nec resurrectio Christi veritas est, si quidem eas imaginem, & similitudinem esse tradit Apostolus, quin & Petrus, exemplum in sua passione Christum nobis reliquisse scribit. Nihil igitur impedit, quominus in externo sacrificio forma sit, species imago, & exemplar sacrificij crucis, in corpore vero & sanguine quæ sunt res intus inclusæ veritas existat eiusdem sacrificij. Sed quoniam in cruce palam, & sine mysterio fuit hostia cruenta, in altari verò occultè, & mysticè abscondita, ne nos eodem, quo Christus modo sacrificare putarem, cum suo Theophilacto, rectè Chrysostomus admonuit. Nos non immolare Christū, sicut seipse in cruce immolauit, sed illius in cruce facti sacrificij recordationem facere. Quæ tamen recordatio, siue commemoratio, non est ociosa, nec vmbra, verum efficit, quod significat. Nam & si Christū denuò non occidimus, qui resurgens ex mortuis iam non moritur, mortem tamen illius haud aliter, quam si nunc eam oppetijisset, applicamus, nec sola fide, nec solis verbis, verum & Symbolis id facimus. Quæ non minorem habent vim, quam ipse res haberent, si, cum earum commemoratio sit, vere patrerentur. In cruentio sacrificio crucis, mors quoque cruenta fuit, in hoc incruentio mors etià est mystica & incruenta, hoc est, effectus mortis, haud aliter, quam si præsens nunc adesset. Sic enim in hoc mysterio Christi mors, & eius fructus nunc applicatur, ac si nunc ille moreretur. Ex quo facile perspicere quibus potest, quicquid fuit propitiati- nis, vel in veteris legis sacrificijs, quæ signa fuerunt futura, vel in hoc nostro quod præteritæ mortis Christi signum est, id omne tribui ei, quæ facta est in cruce oblationi, quæ licet semel peracta, semper tamen viget, adeo quæ perpetua est, quoad efficaciam. Atque illius virtute, quod nunquam excidit æternum Christi sacerdotium; quod ministris etiam suos fungi voluit fulcitor. Cyrillus Hierosolymitanus, de Missa verba faciens, vocat illam. Τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀνομιμακτον λατρείαν, hoc est spirituale sacrificium & incruentum cultum. Christi verò corpus, quod præsens adest in altari, vocat ibidem, τὴν θυσίαν ἱλασμοῦ, hoc est hostiam propitiatiōis. Non obscure indicans quicquid est propitiatiōis, non tam actioni sacerdotis, quam illi hostiæ deberi, quæ pro nobis oblata est in ara crucis, propter quam vocatur Missa, propitiatorium sacrificium, quandoquidem præsens adest, in altari corpus illius & sanguis, qui factus est propitiatio pro peccatis nostris, domini nostri Iesu Christi. In cuius præsentia, sicut verè dictum est à Cypriano, non superuacue mendicant lachrymæ veniam, nec vnquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Quam etiam ob causam Hermanus Patriarcha Constantinopolitanus, θυσιασθριον, hoc est altare, vocat θυσιασθριον id est propitiatoriū, propter præsentiam illius in ipso, qui est propitiatio nostra. Nec Alexander modo, verum & Iulius Pontifex, omnia crimina, & peccata deleri dicunt hoc Sacrificio: per quod etiam Cyprianus. Athanasius; & Damascenus, omnes expiari sordes affirmat. Eusebius vocat redemptionis oblationem: Chrysostomus, & eum secutus Theophilactus, remissionem ei peccatorum tribuere videntur, vt non temere sacrificium hoc, non Eucharisticum tantum, verum & propitiatorium esse dictum intelligas, propter eam, quæ præsens adest in altari propitiatiōem nostram. Quam obrem cum Ioanne Chrysostomo vnā hanc esse dicimus hostiam cum illa, quæ in cruce peracta est: vnū sacrificium & non aliud, nisi quòd offerendi modus non est idem. Ibi facta est oblatio in mortem, hic sit in mortis recordationem: illa fuit immolatio sanguinea, hæc verò est incruenta: Sic enim appellatur non modò à Gregorio Nazianzeno Cyrillo, Eusebio, Athanasio, verum etiam à patribus in sacrosancto Cōcilio Ephesino, congregatis, tum ab Isthirione Diacono in Chalcedonenasi Cōcilio. Et Epiphantio in secunda Nicæna Synodo. Cuius verba sunt hæc. Nemo enim vnquam sanctorum Aposto- rum,

rum, qui tubæ sunt Spiritus sancti aut gloriosorum Patrum nostrorum, incruentum no- strum sacrificium in memoriam passionis. Christi domini Dei nostri, & totius suæ dis- pensationis factum imaginem corporis illius dixerit. Quo loco pluribus verbis Epipha- nius Iconomachos infectatur, qui negabant veritatem Christi corporis in Eucharistia, sed imaginem tantum & figuram vocabant, quos posteaquam conuincit multis locis ex scriptura prolatis, tandem his verbis vitur. Legas quousque voles, nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apostolos, neque Patres, incruentum illud sacrificium, quod à Sacerdote offertur imaginem dixisse, verum ipsum corpus & ipsum sanguinem. A tramè ante sanctificationis consecrationem, quibusdam Patribus pie sanè viliū est εὐχριστοῦ hoc est, exemplar similis formæ nominare, quorum de numero Eustathius, constans is propugnator ortho doxæ fidei & Arrianicæ insanæ expugnator clarus, item Basiliius e- iusdem superstitionis atteruncator, quorum verbis recitatis, ante sanctificationem, in- quit, εὐχριστοῦ vocauerunt, post consecrationem autem corpus & sanguinem Domini. Athanasij verba citantur hæc à Ioanne Damasceno ex quodam sermone de ijs qui obdor- miuerunt: Si quis, inquit, diem obierit, licet in aère deponatur inhumatus, ne omiseris oleum, & cerā inuocato sacrificio Deo ad sepulchrū accendere, accepta enim Deo sunt, plu- rimaque; scilicet referunt retributionē. Oleū enim & cerā holocaustū est: incruentæ autē ho- stie oblatio, propitiatio est. Sed & ante hos omnes Clemēs Petri successor ita loquitur de sacerdotib' assistentibus ad altare Dei παρασποντες αὐτῷ γον τὰς λογικὰς, & ἀνομιμακτες θυσίας, διὰ τὸ εἶναι τὴν μετὰ τὸν ἀρραπέως, hoc est, offerentes ei rationales & incruentās hostias per Iesum magnum pontificem. Et alio loco: Pro sacrificio cruento λογικὴν, καὶ ἀνομιμακτον, & τὴν μυστικὴν, hoc est, rationale & incruentum ac mysticum sacrificium instituit, quod in mortem domini per symbola corporis & sanguinis sui celebratur. Et iterum. Offerentem tibi ἡγάρασαν, & ἀνομιμακτον θυσίαν, hoc est puram & incruentam hostiam, quā per Christum instituiti mysterium noui testamenti. Cruentum igitur sacrificium se- mel est oblatum in cruce, sed incruentum offertur quotidie. Sic ab Augustino dictū est: Sæpe ita loquimur, vt pascha propinquante dicamus, crastinam vel perendinam esse domini passionem, cum ille ante tam multos annos passus est, nec omnino nisi fem- illa passio facta sit. Nempe ipso die dominico dicimus: Hodie dominus resurrexit: cum ex quo resurrexit, tot anni transierint. Cur nemo tam ineptus est, vt nos ita loquentes arguat esse mentitos: nisi quia istos dies secundum illorum quibus hæc gesta sunt, simili- tudinem nuncupamus, vt dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed reuolutione temporis si- milis eius: & dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod non illo die, sed iam olim factum est. Nonne semel immolatus est Christus in seipso? & tamen in sa- cramento non solum per omnes paschæ solennitates, sed omni die populis immola- tur. Nec vtique mentitur, qui interrogatus responderit eum immolari. Pascalius, inquit: Iteratur autem hæc oblatio in conspectu patris, intercessionē pro peccatis nostris filij e- ius, summi ac veri pontificis, quotidie: licet Christus semel passus in carne, per vnā e- andem mortis passionem semel saluauerit mundum, ex qua morte idem resurgens ad vitam, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quia profectò sapientia Dei patris pro multis causis necessarium hoc prouidit. Gregorius. Debemus quoti- dianā Deo lachrymarum sacrificia, quotidianas carnis eius & sanguinis hostias immo- lare. Hæc namque singulariter victima ab æterno interitu animam saluat, quæ il- lam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur: tamen in seipso immortaliter atque in- corruptibiliter viuens pro nobis iterum in hoc mysterio factæ oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur: eius caro in populi salutem patitur, eius sanguinis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij sem- per imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa, immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse summi is ima focari, terrena cœlestibus iungi: vnū quoque ex visibilibus atque inuisi- bilibus fieri? & alio loco. Singulariter namque ad absolutionem nostram oblata cum la- chrymis & benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur, quia is, qui in se resurgens à mortuis iam non moritur, adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hostiam suæ passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostrā passionem illius reperamus.

Adferuntur etiam causæ à solitario quodā in eo libro, quem inscripsit gemmā animæ. Cum Christus semel, inquit, sua morte credentes redemerit, hoc tamen sacramentū quo- tidie ob tres causas Ecclesia necessario repetit, Vna aſt causa, vt in vinea laborantē quo-

Sacrificium in-
cruentum quod à
sacerdote offer-
tur inſignitum
imago dicitur.

Cyrl. in inter-
pret. anathema
ſtymi. Et alibi
cō. Neſt. ſcribit
Euſeb. lib. 10.
cap. 4. Et-
ele. & in viſi-
ōe conſtantini l. 4.
Cle. l. 2. ca. 29.

Lib. 6. cap. 23.

Lib. 8. cap. 3.

Damaſc. in ora-
tione quam in-
ſcripſit: Quod
qui nuda in ſi-
demigraſit, eos
liturgie vniuerſi
beneficia inueni.

De sacrificio al-
tari cap. 9.

Greg. li. 4. dia-
log. cap. 58.

Hom. 37.

Cap. 30.
Oblationis quo-
tidiane cauſa
tres.

Ioan. Cochleus. 4. causas assignat.

tidie eo reficiantur. Alia, ut hi, qui numero fidelium quotidie associantur per illud Christo incorporentur. Tertia ut memoria passionis Christi quotidie mentibus fidelium ad imitationem incalceetur. Est & alius liber veneranda vetustatis, quem & ipsum sicut priorem hunc in lucem produxit vir bene meritus de Ecclesia Dei Ioannes Cochleus, qui inscribitur Expositio Missae, in quo proposita quaestione cur quotidie iteratur ista oblatio, cum Christus saluauit mundum per vnâ passionem suam, & mors illi ultra non domineretur. Respondetur, quod pro multis causis. Prima quia peccamus quotidie. Secunda eo quod corpus Christi poenitentibus post peccata offerri iubeatur, ut salutem per corpus Christi inueniant, atque exeant post poenitentiam. Tertia, ut magnum beneficium passionis domini obliuioni non tradatur. Quarta, ut simul et in Ecclesia diem iudicij, in quo iusti ab iniustis separabuntur. Scripsit ante annos quingentos versus quosdam de concordia veteris & noui sacrificij Canonomanensis Episcopus Hildebertus: inter alios etiam leguntur hi versus.

Mortuus ille semel, licet, rursus non moriatur: Idem quotidie sine vulnere sacrificatur. Nam quia peccantes medicina semper egemus, Hanc pro peccatis medicinam semper habemus.

Cap. 22. de sacramentis altaris lib. 1. cap. 16.

In eandem sententiam scripsit propemodum aequalis Paschasij, vel qui paulo eum precescit Rabanus, qui quae subsequutus est postea Algerus.

Ex eo facile colligimus, quale sit hoc sacrificium, de quo tractamus. Est enim idem cum eo, quod in cruce peractum est, nisi quod non eodem modo fit: In cruce cruento modo oblatum est dominus noster Iesus Christus, in altari incremento. Ibi passibilis & mortalis, hic impassibilis & immortalis: ibi visibilis, hic invisibilis: ibi in humana specie, hic sub speciebus panis & vini: ibi oblatum, credentibus omnibus remissionem peccatorum, & plenam redemptionem obtinuit, hic non ut peccatorum remissionem, & animarum salutem iamprimum ex eo quod per sacerdotem fit, promeriarum, sed ut pridem promeritam, per Christum in cruce pendente, per hoc sacrificium, quod passionem & mortem eius representat, ac memoriam eius nobis reficit, fide & deuotione nobis applicemus. Quamobrem externo hoc, quod in Ecclesia celebratur sacrificio, non modo non obscuratur illud, quod in cruce peractum est, verum etiam illustratur magis. Neque enim aliud confugimus, quam ad vnicum illud, quod defunctus est Pontifex noster Iesus Christus in cruce, quod corpus suum tradidit in mortem, per quam nos, qui inimici eramus, Deo patri suo reconciliauit: quod sanguinem suum fudit in remissionem peccatorum nostrorum.

Rom. 5. Math. 16.

Semel reconciliati an opus habeant alia reconciliatione.

Ro. 3. et Psal. 115

Math. 19.

Psal. 37. Esa. 26. Psal. 118. Psal. 16. Math. 12. Rom. 5.

1. Cor. 5.

Hic iterum obganniunt isti: Si credis te reconciliatum, peccataque tibi per sacrificium in cruce peractum esse remissa, quid ergo denuo te reconciliari, peccataque tibi remitti postulas, ac Deum iratum fingis, quem credere potius oportuit filij morte placatum? An illa tibi parum sufficiens videtur oblatio: aut de promissis Christi dubitas? Minime verò dubitamus: quin illud potius libenter cum Paulo confitemur, quod omnis homo mendax, Deus autem verax, atque adeo veritas ipsa. Neque potest qui equam esse certius, quam quod ab illo dictum aut promissum est. Ceterum qui dixit, hoc est corpus meum, quod pro vobis traderetur, nimirum in redemptionem vestram: idem dixit, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quoniam verò concij nobis sumus nos ea saepe transgressos esse, à facie peccatorum nostrorum non est nobis pax, & à facie irae eius spiritum timoris concipimus, & cum propheta à iudicij eius timentes, qui reddidit vnicuique iuxta opera sua, etiam de verbo ocio lo rationem exacturus, illi reconciliari postulamus per Iesum Christum, quem posuit propitiato rem pro peccatis nostris per fidem, in sanguine eius. Quamobrem pro illi sanguinis illius & corporis pro nobis traditi memoriam subinde renouamus, ac quam ille obtulit in cruce hostiam, eam patri sistimus, supplices orantes, ut illius contemplatione nobis placat & propitius esse velit, & propitiis, ac fructus illius quem illa mundo attulit vniuerso, nos participes esse velit. Scilicet ignorabat Christus remissionem omnium totius mundi peccatorum sacrificium illud crucis allaturum? & tamen, etiâ post obtentâ illam suae mortis beneficio, cum sanctos orare docuit, Dimitte nobis debita nostra. Quod quorsum attinebat petere secundum istos, quandoquidè semel iam per sacrificium crucis remissio nobis est obtenta? Deinde verò, quandoquidè Paulus per sacrificium illud in ara crucis oblatum, esse mundum Deo reconciliatum? & tamen clamat ad Corinthios: Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. An ille parum illi in cruce factae reconciliationi fidebat? Imò verò fidebat plurimum: sicut & nos omnem spem & fiduciam nostram non alia in re, quam in vnicâ illa oblatione collocamus, per quam Deo mundum Christus reconciliauit, Ceterum intelligebat ille spiritu Dei plenus, adferri ali-

ri aliquid à nobis oportere, quo fructum illius consequi possemus. Quamobrem non sunt audiendi, qui dicunt: oblatum est semel Christus ad exhaurienda peccata nostra, & fuit illa oblatio sufficiens precium redemptionis nostrae, non est igitur vlla in ecclesia deinceps oblatio facienda. Nam ad eundem modum argumentari licebit: Oratur pro nobis Christus, & fuit eius oratio sufficiens ad obtinenda omnia ad salutem nobis necessaria, nam exauditus est pro sua reuerentia, nihil itaque necesse est nos orare: tulit crucem Christum pro nobis, nihil opus est ut nos crucem feramus: Quae quàm sit absurda collectio, quis non intelligit?

Verum ut planum fiat omnibus, quid illi semel in cruce peracto, quid huic quotidiano sacrificio tribuat Ecclesia, paucis de eo differemus: Sic enim rem accipi volumus. In Christi latere, quod in cruce pro nobis apertum est, fontem esse aquae vitalis salientis in vitam aeternam. Ex hoc fonte qui quis haurit, quisquis aqua illius abluitur, ab omnibus iniquitatibus suis mundatur: Per hunc enim fontem abluti, per hunc sanctificati, per hunc redempti, per hunc vitam aeternam sumus consequuti. Ceterum qui vult hoc fonte irrigari, & quae salus ex eo permanat ad omnes, eius particeps fieri, ad eum accedat necesse est. Patet hic quidem fons omnibus, & est ita copiosus, ut ad abluendasordes omnium, ad salutem omnibus conferendam abundè sufficiat. Sed nisi accedas ad illum, nisi haurias ex illo, nihil est, quod alicui vsui fore tibi speres. Quam multi sunt Turcae, quam multi haereticis & infideles; quam multi mali Christiani, quos neque abluit fons iste, neque salutem illis adfert. Atqui apertus est omnibus: Gustauit enim Christus mortem pro omnibus: dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: factus est saluator omnium, factus est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi: Interè tamen pereunt multi, non solum infideles, verum etiam mali fideles, qui confitentur quidem se nosse Deum, sed factis abnegant. Vident mensam apparatus: vident delicatissimis epulis instructam: vident fontem aquae salientis in vitam aeternam, fame nihilominus & siti moriuntur. Quam eius rei causam esse dicimus? quam aliam? Nisi quod non attingunt id, quod vident, non eo fruuntur. Quamobrem confitemur, & quidem libenter cum ecclesia Dei cõfitemur, quod solus Christus per illud in ara crucis oblatum sacrificium Deo patri suo cumulatae satisfactione: peccatorum nostrorum remissionem, cum Deo patre reconciliationem, filiorum eius ad optionem, regni caelestis hereditatem nobis sufficienter promeruit. Admiris & hoc, quod ad haec omnia denuo promerenda, nullis sacramentis, nullis sacrificijs, nullis operibus nostris opus nobis est: quod hæc omnia, tradens semetipsum pro nobis hostiam & oblationem Deo in odorem suauitatis, abundè nobis Christus promeruit. Hæc est clara & aperta confessio nostra.

Dicit hic aliquis è satana ministris, Ergo tu sententiam nostram confirmas: neque vlla est eius pro quo tantopere pugnas sacrificij vtilitas. Absit à nobis ut impiam satanae & ministrorum eius sententiam confirmemus: verum hoc dicimus, non in hoc, aut sacramentis, aut hoc tremendo sacrificio nos vti; quod noui aliquid nos denuo promereri per hunc vsum persuasum habeamus: verum ut quod pridem promeruit Christus in ara crucis, id in nos transferre, & eius fructum nobis applicare possimus. Hanc ad rem opus est nobis operibus: opus est nobis sacramentis: opus est nobis quotidiano sacrificio, quod in Ecclesia celebratur.

Quo magis autem intelligi possit, quod dicimus, exemplo id illustrabimus. Est fons in medio ciuitatis collocatus, omnibus expositus, à quo nemo arcetur, quin eo liberè vsus possit: tam est autem copiosus & redundans, ut ad sordes omnium abluendas, ad sitim omnium sedandam, ad reliquas necessitates omnes omnium explendas, abundè sufficiat. Num ideo tu sitim tuam expleuisti, aut sordes abluisti, quod hic fons est in medio omnibus expositus tam copiosus? Certè nisi ad eum accesseris, nisi ex eo haueris, neque sordes ablueris, neque sitim sedaueris, neque vllum ex eo fructum perceperis, quamlibet sit copiosus & redundans. Proinde qui vult ex eo fonte fructum capere, non spectat illud opiosus, ac illius tantum copiam & abundantiam admiratur: verum illud agit, ut quocumque omnibus communicatum, eius ad se quoque partem aliquam derinet: fistulas admouet, siue tubos aut canales, per quos communem aquam in suum quoque priuatum & proprium vsum transferat. Non dissimilis est ratio fontis huius vitae perennis, qui in latere Christi in cruce pendente apertus est. Est fons peteninis, fons copiosus & redundans, qui ad abluenda totius mundi peccata, ad salutem omnium mortalibus conferendam profus sufficit. Sed si vis vsum aliquem huius fontis habere, si vis fructum ex eo consequi, necesse est, ut ad Christi latens in cruce pendente fistulam applices, & per eam, qui solus peccata nostra abluit salutemque nobis confert, Christi sanguinem ad te

Sacrificij vtilitatisque effectus.

Ioan. 4.

1. Heb. 2. 1. Tim. 2. 1. Cor. 2. Tit. 1.

Sacrificij in cruce pro acti fructus.

Sacrificij Christi sufficientiam exemplo ostenditur.

Sacrificij eius sacramentis vtilitas.

deriuus atque attrahas : vt per eum ablurus & sanctificatus, eternam beatitudinem adipisci queas : non ipfius fistulae siue canalis, verum Christi sanguinis te per canalem irrigantis, virtute.

Hinc videre licet, quod omnia quaecunque ad salutem nostram pertinent, non nisi illi soli sacrificio in cruce peracto, non nisi fonti, qui apertus est in Christi latere, tribuuntur: verum fructum ex illo fonte capere non possumus, nisi qui fusus est ex Christi latere, sacrosanctus Christi sanguis, eum per instrumenta, & quasi canales quosdam ad nos deriuemus. Eiusmodi canalis est baptisimus: eiusmodi canalis est quotidianum hoc sacrificium, quam vocamus Missam, per quam illius in cruce peracti sacrificij, & fusi pro nobis preciosi sanguinis, fructum in nos transferimus, nobis applicamus & appropriamus. Falso itaque nobis impingunt Satanae ministri, quod per quotidianum hoc sacrificium, illud in cruce peractum obscuretur, cum illustretur magis. An non absurde facere censetur, si quis baptizare se volentem infimularer, quod is per baptismum obscurare velit redemptionis beneficium in cruce nobis obtenta? & redemptionem suam in aqua baptismi collocare potius, quam in Christi sanguine, quo solo redempti sumus? cum baptismi nihil aliud agatur, quam vt redemptionis in cruce nobis obtenta participes fieri, qui baptizatur, & eius fructum in se transferre queat. Atqui non minus absurde faciunt, qui nobis obijciunt, quod per quotidianum istud sacrificium, illud quod in ara crucis peractum est, obscuremus, & eius dignitati ac merito detrahimus: cum nihil aliud agatur, nihil aliud quaratur a nobis in hoc quotidiano sacrificio, quam vt quod Christus nobis promeruit vnica illa oblatione in cruce facta, id in nos transferre, & eo ad salutem nostram vti queamus.

Ceterum ne quis existimet nos cordis nostri visiones loqui, quae fuerit patrum de hoc sacrificio sententia, paucis adscribendum esse putauimus. Ac primum quidem, quod his verbis, hoc facite in meam commemorationem, Christus hoc in Ecclesia fieri sacrificium praeceperit, testatur Ioannes Chryostomus, epistolam ad Hebraeos enarrans, quemadmodum antea commemorauimus. Qui etiam illa verba Apostoli explicans, Calix cui benedicimus; nonne communicatio sanguinis Christi est? In veteri quidem testamento, inquit, cum imperfectiores essent, quem idolis offerebant sanguinem, eum ipse accipere voluit, vt ab idolis eos auerteret, quod etiam inenarrabilis amoris signum erat: hic autem multo admirabilius & magnificentius sacrificium praeprauiit, cum sacrificium ipsum commutaret, & pro brutorum caede seipsum offerendum praeceperet. Ac vetustior etiam illo Cyprianus. Si Iesus Christus, inquit, dominus & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris, & sacrificium Deo patri ipse primum obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem praecepit, vti que ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur. Et sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum vident obtulisse. Ac vtroque vetustior Irenaeus. Suis, inquit, discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec instructi, nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est accepit, & gratias egit dicens, hoc est meum corpus: & calicem similiter, qui est ex ea creatura, quae est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis praestat primitias suorum munerum in nouo Testamento: de quo in duodecim prophetis Malachias sic praesignificauit: Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum: quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens: Manifestissime significans per haec, quoniam prior quidem populus cessauit offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum. Eusebius quoque. Post omnia quasi mirabilem quandam victimam sacrificiumque eximum patri suo operatus, pro nostra omnium salute obtulit, eiusque rei memoriam vt nos ipsi Deo pro sacrificio offerremus, instituit, idem & Ambrosius Deum alloquens. Accedo, inquit, ad altare tuum, vt offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti & offerri praecipisti in commemorationem tui pro salute nostra. Et aequalis eius Gaudentius. Et i deo discipulis fidelibus mandata, quos primos Ecclesiae suae constituit sacerdotes, vt indefinenter ista vitae aeternae mysteria exerceant, quae necesse est a cunctis sacerdotibus, per singulas totius orbis Ecclesiae celebrari, vsque quo Christus iterum de caelis adueniat, quo & ipsi sacerdotes, & omnes pariter fidelium populi exemplar passionis Christi ante oculos habentes, quotidie & gerentes in manibus, ore etiam sumentes, ac pectore redemptionis nostrae, incredibilem memo-

Sacrificium Missae.

Chryost. homil. 17.

Hom. 3. in epist. ad Ephes.

Cyp. lib. 2. epist. 3.

Irenae. lib. 4. cap. 32. & 34. in sum.

Euseb. lib. 1. de monstra euangelica cap. 10. Amb. in orat. preparatoria ad Missam. Gaudentius serm. 2.

memoriam teneamus, & contra venena diaboli dulcem medicinam sempiterni tutaminis consequamur. Et qui fuit proximus Apostolorum temporibus Dionysius Areopagita. Ipse, inquit, noster primus & Augustissimus Pontifex, discipulos ad sacerdotalem functionem promouens, quamuis esset tanquam Deus, mysteriorum Princeps, ad patrem tamen sanctissimum diuinumque spiritum, huiusmodi con summationis officium re fert, discipulos vt legitimus admonens, ne ab Hierusalem discederet, sed expectarent promissionem patris. Quibus verbis docet, in nouissima cena, promouisse quidem Christum Apostolos ad sacerdotalem functionem, quam τελειωσιν vocat, Ceterum τελειωσιν quod vertit interpres consummationis officium, clarius autem explicabitur, si quis exercitium dicat sacerdotalis functionis, id in illud vsque tempus reiecit, dum acciperent promissum Spiritum sanctum. Primus igitur natura Pontifex & vnigenitus Christus, qui non sibi ipsi honorem arripuit, sed constitutus fuit a patre, qui propter nos factus homo & spirituale sacrificium offerens Deo & patri suo ante passionem nobis solis praecepit hoc facere, quanquam praesentes essent nobiscum alij, qui in ipsum crediderunt. Sed non omnino omnis, qui credit continuo sacerdos est, & pontificum consequitur honorem, post autem assumptionem ipsius nos oblato secundum eius ordinationem sacrificio puro & inuicentio, constitutum episcopos, presbyteros & diaconos numero septem, e quorum numero erat Stephanus, Iustinus quoque, Apostoli enim in Com mentarijs suis, quae Euangelia dicuntur, ita sibi Iesum praecepisse tradiderunt, cum ac cepto pane cum gratias egisset, dixisse: Hoc facite in mei memoriam, hoc est corpus meum, dixisse etiam accepto poculo cum gratias egisset, hie est sanguis meus, sibi que solis dixisse. His autem omnibus posterior Leo: Iesus, inquit, discumbentibus secum discipulis ad edendam mysticam cenam corporis & sanguinis sui ordinans sacramentum, doce bar qualis hostia deberet offerri Deo. Bernardus sacerdos alloquens: Audite modò & ob stupescentes admiramini. Nulli angelorum, nullis spiritibus (uperbis, sed hominibus: nec tamen omnibus, sed ordini vestro tantum, mandatam esse tanti sacramenti celebra tionem in altari, quod Christus fecit manibus suis in cena paschali. Expositis igitur for ma & efficacia sacramenti, restat dicendum, quibus in verbis mandauerit Christus illud celebrandum: Hoc facite, ait, in meam commemorationem. O verba nimis affectuosa, o verba pungentia & penetrantia vsque ad animam. Hoc facite, inquit, in meam commemorationem. Propheta etiam dixit: Memoriam abundantiae suauitatis tuae erudabunt. O summe pia & verè suauis memoria, annunciare mortem domini, donec veniat. Gregorius vero Nyssenus docet, quod in illa cena nouissima se obtulerit his verbis. Qui pro dominica potestate & auctoritate administrat omnia, non expectat vel ex prodicione necessitatem, vel Iudaeos grassantes, vel iniquum Pilati iudicium, vt illorum scelus ac ma litia principum & causa communis hominum salutis esset. Verum praecipit Oeco nomia quadam violentum impetum, & iuxta quandam ineffabilem sacrificij modum, & qui ab hominibus cerni nequit, seipsum offert oblationem & hostiam pro nobis, idem simul & sacerdos & agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Quando autem id fecit? Quando tale suum corpus effecit, vt manducari, talem sanguinem, vt potari posset a suis familiaribus. Qui igitur dedit discipulis suis corpus suum ad manducandum, manifestè demonstrat, iam perfectam & absolutam esse factam agni immolationem. Ne que enim fuisset corpus, vt manducari posset idoneum, quamdiu animatum es set. Itaque quando praebuit discipulis manducandum corpus & sanguinem ad bibe ndum, iam latenter pro potestate mysterium hoc administrantis, ineffabiliter & inuisibi liter corpus immolatum erat, & anima ibi erat, vbi eam potestas administrantis colloca uerat, permixta sibi diuina virtute locum illum in corde terrae peragrans. Quam obrem, ex quo tempore oblatum est Deo sacrificium a magno Pontifice, qui suum agnum pro communi peccato ineffabiliter & inuisibiliter obtulit, si quis ex eo tempore tempus im molationis in corde terrae numerauerit a veritate non aberrauerit. Ex quo Gregorij Ni sseni loco verba quaedam in suis Matthaei commentarijs Theophylactus quoque tran s. It. Indicat autem ex his vterque Christum in cena sacerdotio secundum ordinem Melchisedechi fundum fuisse. Testatur autem & hoc Hieronymus dicens: Postquam typicum pascha fiterat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, allumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Paschae transgreditur Sacramentum: vt quomodo in praefiguratione eius Melchisedech summi Dei sacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem sui corporis & sanguinis repraesentaret. Et in E pistola quadam Paulae & Eulochij nomine scripsit ad Marcellam, Melchisedech, inquit, in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in saluato ris sanguine, & corpore dedicauit. Testatur Ambrosius, vbi docet anteriora esse myste ria

Dionys. de Eccl. hier. cap. 5. parte 3.

Cena vltima Apostolorum ad sacerdotalem functionem Christus promouit. clemens lib. 8. Const. Apo. cap. vltimo.

In Apologia secunda.

Leo serm. 7. de pas. Sermon. 2. de cen. d. Domin.

Luc. 22. Psal. 144. Greg. Nyss. de s. f. Pasche Orat. prima.

Hier. in ca. 27. Math.

Cap. 4. 1.

DE SACRAMENTO

Amb. lib. 4. ca. 7. de sacramentis. Et de his qui militantur cap. 8.

Euseb. lib. 2. in Guegim.

Aug. lib. 16. de civitate Dei cap. 22.

Aug. lib. 7. de civitate Dei. ca. 17. & 20. Epi. 95. in Psal. 33. & 106. Euseb. lib. 5. de monstra Eum. cap. 3.

Epiph. lib. 2. contra haer. Euseb. 55.

Chrysostrato. 4. contra Iudeos. Damasc. lib. 4. cap. 4. 14.

Amobius in psalm.

Cyp. serm. de eua domini. Robert. lib. 5. de trimi. cap. 12.

Melchisedech sacerdos.

Rab. Samuel.

ria Christianorum, quam Iudaeorum, & diviniora Sacramenta. Ibi, inquit, sacramentorum horum figura praecessit, quando Abraham victor venit, occurrit illi Melchisedech sacerdos, & obtulit illi panem & vinum. Ipse ergo auctor sacramentorum. Quis est Melchisedech? Rex iustitiae, rex pacis. Quis ergo Rex iustitiae nisi iustitia Dei, qui est Dei pax, dei sapientia, qui potuit dicere: Pacem meam do vobis. Testatur & Eucherius dicens: Christus non ex tribu Levi, sed ex tribu Iuda ortus est, ex qua tribu nihil de sacerdotali precepto accepit, utique propter mysterium sacramenti, quod Christianis celebrare preceptum est, ut non secundum Aaron pecudum victimas, sed oblationem panis & vini, id est, corporis & sanguinis eius, sacramentum in sacrificium offeramus, ibi primum quippe apparuit sacrificium, quod nunc a Christianis offertur Deo toto orbe terrarum. Testatur Augustinus, cum ait: Tunc benedictus est a Melchisedech, qui erat sacerdos Dei excelsi, de quo in epistola, quae inscribitur ad Hebraeos, multa & magna conscripta sunt. Ibi quippe primum apparuit sacrificium, quod nunc a Christianis offertur Deo toto orbe terrarum: impleturque illud, quod longe post hoc factum per prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat venturus in carnem: Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech: non scilicet secundum ordinem Aaron, qui ordo fuerat aufertendus, illucescentibus rebus, quae illis vmbri praenotabantur: Complura sunt autem Augustini loca, in quibus figuram fuisse docet Melchisedech sacrificium eius, quod nunc offertur in Ecclesia. Verum adducere singula longum foret, neque necessarium. Et his omnibus veritior Eusebius: Et sane oraculi exitus admirabilis, ei qui contempletur, quem admodum saluator noster Iesus, qui est Christus Dei, ipsius Melchisedech ritu ea, quae ad sacerdotium in hominibus gerendum spectant, per suos ministros perficit. Nam quemadmodum ille, qui sacerdos gentium erat, nusquam videtur sacrificijs corporalibus functus, sed vino solo & pane, dum ipsi Abraham benedicit: ita sane primus ipse saluator ac dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt sacerdotes in omnibus gentibus, spirituale secundum Ecclesiasticas sanctiones sacerdotij munus obeunt, vino ac pane & corporis illius, & salutaris sanguinis mysteria representant: quae sane mysteria Melchisedech tanto ante spiritu divino cognoverat, & rerum futurarum imaginibus versus fuerat, sicut etiam Moysi scriptura testificatur, ubi ait. Et Melchisedech rex Sal obtulit panem & vinum: Erat autem sacerdos Dei altissimi. Vide eundem libro octavo, capite secundo. Epiphanius. Visum est, ut in veteri sacerdotio sacerdotalis dignitas ne constitueretur, verum ad id, quod ante Levi, & ante Aaron fuit secundum ordinem Melchisedech sacerdotium transferatur: quod sane nunc in ecclesia viget a Christo & hucusque: Ioannes quoque Chrysostratus Melchisedech typum gessisse scribit nostri sacerdotij. Ioannes Damascenus: Pane & vino suscepit Melchisedech Abraham ex caede alienigenarum revertentem, qui erat sacerdos Dei altissimi: illa mensa hanc mysticam praefiguravit mensam: Sacerdos ille, Christi veri sacerdotis figuram praese ferebat & imaginem. Tu es, inquit, sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Arnobius ante mille trecentos annos, explicans illum locum: Tu es sacerdos in aeternum, ita de Christo loquitur. Hic qui per mysterium panis ac vini sacerdos factus est in aeternum secundum ordinem Melchisedech, qui panem & vinum solus obtulit in sacerdotibus, dum Abraham victor reverteretur de praelio. Qui vero praecessit hos omnes Cyprianus: Significata, inquit, olim a tempore Melchisedech prodeunt sacramenta, & filijs Abraham facientibus opera eius, summus sacerdos panem profert & vinum. Hoc est, inquit, corpus meum. Ex recentioribus Rupertus: At vero Christus rex Salem, id est pacis, rex inquam idemque pontifex magnus, illorum talium hominum diebus natus, sacerdotio suo functus est secundum ordinem Melchisedech: protulit enim panem & vinum dicens, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus: & sic obtulit semetipsum pro fidei Abraham verum sacrificium. Eusebius Emisenus inquit, Melchisedech fuit Sacerdos Dei summum a praepurio, id est a gentili circumcisio futura benedicitur, Ecclesiae gloria praedicatur, & Synagoga infideli plebis ex gentibus acquisita praeparatur. Hic ergo Melchisedech, cuius genealogia vel origo notitiam illius temporis laetit, oblatione panis & vini hoc Christi sacrificium praesignavit. De quo Propheta praenunciat. Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Haec ille Homil. 3. de Paschate.

Ac ne Iudaeorum quoque testimonia deesse putentur. Ante quingentos quinquaginta annos, scripsit Rabbi Samuel ad Isaac in haec verba: Secundum quod David dicit de eo (Christum intelligit) ipse est ille, cuius sacerdotium in aeternum erit secundum ordinem Melchisedech, qui fuit rex & sacerdos Dei altissimi ante Aaron. Et attende dominus mi, quanta sit differentia inter sacerdotium Aaron, & domini iusti illius. Dixit dominus domino meo, tu es sacerdos in aeternum: Sacrificium Aaron fuerunt carnes: & sacrifici-

crificium iusti domini, fuit panis & vinum, quod est secundum ordinem Melchisedech. In quibus verbis Deus per Prophetam manifeste ostendit, quod sacrificium finiretur, quando inciperet istud sacrificium in aeternum: & ordinatio sacrificandi secundum ordinem Aarō ex toto cessaret, quando inciperet sacrificium in pane & vino aeternaliter duraturum.

Malachia quoque locum, quem adduximus de hoc sacrificio interpretatur, praeter antiquissimum Irenaeum, Augustinus his verbis. Haec quippe Ecclesia est Israel secundum spiritum, a quo distinguitur ille Israel secundum carnem, qui serviebat in vmbri sacrificiorum, quibus significabatur singulare sacrificium, quod nunc offert Israel secundum spiritum, cui dictum atque praedictum est: Audi populus meus, & loquar tibi, Israel, & testificabor tibi: & cetera, quae iam supra commemoravi. De huius enim domo non accipit vitulos, neque de gregibus eius hircos. Ille immolat Deo sacrificium laudis non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech. De eo enim dictum est: Iuravit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Nouerunt, qui legunt, quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abraham, & si iam sunt participes eius, videtur tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Dei autem iuratio, incredulorum est increpatio, & quod Deum non poenitebit, significatio est, quia hoc sacerdotium non mutabit. Mutavit quippe sacerdotium secundum ordinem Aaron: Unde alius propheta dicit ad eum, qui carnaliter est Israel, Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus omnipotens & hostia non accipia de manibus vestris. Ecce quod est secundum ordinem Aaron. Cur autem hoc accipiat, addit & dicit: quia ab ortu solis ad occasum glorificatus est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur incensum nomini meo, & hostia pura. Ecce quod est secundum ordinem Melchisedech. Eusebius. Haec omnia quae ab initio diuinitus praedicta sunt in praesenti tempore per Euangelicam Saluatoris nostri doctrinam, ab omnibus gentibus celebratur, propheticae voci testimonium afferente veritate, per quam vocem Deus Moais reiecit sacrificijs, quod futurum erat, nostrum ipsorum institutum nunciat dicens: Quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco offertur incensum nomini meo, & hostia munda. Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis: sacrificamus Deo plenum, & odore afferens, & sacrosanctum sacrificium: sacrificamus novo more secundum novum Testamentum, hostiam mundam. Ac paulo post: Sacrificamus & incendimus alias quidem memoriam magni illius sacrificij, secundum ea, quae ab ipso tradita sunt mysteria celebrantes, & gratias Deo pro salute nostra agentes. Quem admodum Melchisedech, qui sacerdos gentium erat nusquam videtur sacrificijs corporalibus functus, sed vino solo & pane, dum ipsi Abraham benedicit: ita sane primus ipse saluator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt Sacerdotes in omnibus gentibus spirituale secundum Ecclesiasticas sanctiones Sacerdotij munus obeunt, vino ac pane & corporis illius & salutaris sanguinis mysteria representant.

Ioannes quoque Chrysostratus hunc ipsum Malachiae locum adferens: Vides quam luculenter, quamque dilucide mysticam interpretatus est mensam, quae est incruenta hostia. Ac paulo post: Vides quod ubique concessum est angelicum illud sacrificium in clarere: vides nullis finibus circumscriptum, neque altare, neque canticum: in omni loco thymiamata offertur nomini meo. Est igitur hostia pura prima quidem mystica mensa, caeleste summeque venerandum sacrificium. Copiosius etiam ac magis disertè in secunda contra Iudaeos oratione, cum eundem prophetam locum adduxisset. Quando, inquit, haec euenerunt Iudae? Quando in omni loco incensum oblatum est Deo? Quando sacrificium purum? Non possis aliud tempus proferte, quam hoc, posteaquam Christus aduenit. Quod nisi de hoc tempore praedixit, nisi de nostro sacrificio vaticinatus est, sed de Iudaeo: etiam legi repugnat propheta. Nam cum Moses veteri illo alio in loco sacrificium fieri, praeterquam quem elegit dominus Deus, quumque ille in vnum locum sacrificia illa conluserit: nimirum propheta dicens, quod in omni loco incensum adolendum sit, ac sacrificium purum, aduersatur ac repugnat Moysi. Verum nulla est inter eos pugna, neque dissensio. Ille de alio loquutus est sacrificio, & hic de alio post vaticinatus est. Vnde hoc declaratur? Tum ex his quae dicta sunt, tum ex alijs plurimis signis. Ac primum ex ipso loco. Non enim in vna ciuitate, quemadmodum sub Iudaeis, sed ab exortu solis usque ad occasum praedixit hanc culturam esse celebrandam. Praeterea ex sacrificij modo, siquidem puram illam appellans, declarauit de qua loqueretur. Denique a personis offerentium. Non enim dixit, in Israel, sed in gentibus. Ac ne putares, quod in vna duabusue aut tribus ciuitatibus hoc culturae genus instaurandum esset, non simpliciter dixit in omni loco: sed ab ortu solis usque ad occasum: demonstrans, quod quantum sol terrae aspici-

Mal. cap. 1. Aug. com. ad uer. leg. con. prophet. lib. 3. cap. 20. Malachia locus de hostia munda explicatur.

Iuratio Dei incredulorum increpatio.

Euseb. lib. 1. de m. m. Euang. cap. 10.

Sacrificijs corporum Melchisedech non sunt ius, sed pane in vino.

Chrysostr. in Psal. 115.

ſua exiſtetur. Ac paginis aliquot interiectis, quibus tranſubſtantiati-
 onem probat, quod panis in carnem, vinum cōmutescitur in ſanguine, poſtquam de iugi quog; ſacrificio mul-
 ta præclara dixerat, de iteratione illius his verbis vtitur. Iam illud quod nō modò ab in-
 credulis opponitur, ſed à fidelibus quaeritur, cur hoc ſacrificiū toties iteratur, cum Chri-
 ſtus ſemel in cruce oblatuſ ad tollenda totius mundi peccata ſufficiat; maximè cum non
 hic aliud, & ibi aliud, ſed hic & ibi idem proſtus ſacrificiū, hoc eſt, idem Chriſtus offer-
 rat, vidèdum eſt: Si enim illud in cruce ſufficit, ſuperfluum hoc in altari videtur. Sed
 non eſt ſuperfluum: quia certa de cauſa à Dei filio, qui eſt iuxta Apoſtolum Dei ſapientia,
 factum & traditum eſt: quæ ſapientia quia ſummè rationalis, imò totius rationis
 ſons & perfectio eſt; nihil agere, nihil iubere irrationabiliter potuit. Vnde cum hoc dixit,
 cum hoc ſacramentum ſuis tradidit, non abſque certa ratione, vt certum eſt, fecit, quæ
 ſola omnibus ratio ſatisfacit, quituncque Chriſtum huius ſacramenti auctorem Deum &
 Dei eſſe ſapientia credunt. Placuit tamè largitori rati muneris cauſam reddere tantæ largi-
 tionis, quàm cauſam dando ipſum ſacramentum aperuit. Nam poſtquam dixit: Hoc fa-
 cite, ſtatim addidit, in meam commemorationem. Hæc eſt ergo cauſa ſacramenti com-
 memoratio Chriſti. Nouerat ſaluator quid fecerat, quid facturus erat propter hominè:
 nouerat ſingulare opus quod geſſerat induendo hominem: nouerat ſtupendum quod
 geſſurus erat moriendo propter hominem. Sciebat ſe hoc opere ſaluatorum hominem,
 ſed abſque huius operis dilectione nullū ſaluari poſſe hominem. Sciebat quia humani-
 tatis & mortis ſuæ opus, ſicut ſuper omnia opera ſua ſummè celebratum, ſic mortalibus
 pro quibus fiebat, ſummè erat commendandum. Commendandum erat, vt pote cuius ca-
 ro pro illis torquebatur, cuius anima pro iſtis triſtabatur, cuius nouiſimè mors illorum
 vitæ miniſtrabatur. Hoc certè ſolenniter commendandum erat, vt Chriſtus diligere-
 tur, dilectus haberetur, habitus nunquam perderetur. Sed hæc eius dilectio ab hominibus
 ſeruari non poterat, memoria pereunte, nec fugax memoria diu retineri valebat, niſi ſi-
 gno congruo apparente. Ne igitur à corde fugeret, quod maximè cordi in eſſe oportebat,
 ſigno rei congruente, veluti fune inſolubili, colligata eſt cordi memoria, qua fortiter vir-
 gente, ſemper redemptus redemptionis pretium cogitare, indeque redemptori agēs gra-
 tias, fidè, quæ per dilectionem operatur, nequaquam ſe ingratum tantæ gratiæ demon-
 ſtraret. Et poſter quidem mentibus humanis huius rei vtiſſimè abſque ſigno viſibili in-
 eſſe memoria, ſicut multarum rerum, tam diuinarum quam humanarum reſcordatio, fama,
 lectio, doctrina in eis aut gignitur, aut conſeruatur: ſed quia iuxta quendam:

Sacrificiū corpo-
 ris & ſanguinis
 Chriſti quæ
 re toties itera-
 tur.
 1. Corin. 11.

Miſſe ſacrificio
 memoria Chri-
 ſti beneficiorum
 in nobis excita-
 tur.

Horatius in ar-
 te poetica.

Sacrificij vete-
 ris & noui ſi-
 gna differunt.

Chriſtus quo-
 modo in altari
 dicitur immo-
 lari.

1. Corin. 11.

Mortem domi-
 ni annuntiabi-
 tū quid.

*Segnius irritant animos demiffa per aures,
 Quam qua ſunt oculis ſubiecta fidelibus:—*

Et res tantæ erat, vt & ad eam cogitandam, amandam, amplectandam, non ſegniter, ſed
 inſigniter humani animi mouendi eſſent, dignum & iuſtum fuit, vt humanitatis & mor-
 tis Chriſti memoria non tantum auditu per aures, ſed etiam viſu per oculos iuaretur. Ea
 de cauſa ſignum hoc à Chriſto propoſitum eſt, quod ita ſignum eſt, vt ſit tamen idem
 quod ſignat. Hoc autè contra veteris ſacrificij multipliciter, quæ in nullo erat idem
 quod ſignabat, præter hoc, quod, hoc illud ſacrificiū erat, & iſtud ſacrificiū eſt: & illud Deo
 offerrebat, & iſtud eidè Deo offertur: Signabat verò (addo illud) hoc, noſtrū noſtri tem-
 poris ſacrificiū, ſed non erat hoc, quod iſtud: quia illud vmbra, hoc corpus: illud ſig-
 nara, hoc veritas: illud de cadaueribus & cruore animalium, hoc de corpore & ſanguine fi-
 lij Dei. Idcirco non erat idem quod ſignabat: ſed iſtud noſtri ſacrificij ſignum nō aliud,
 ſed ipſum eſt quod ſignat. Ita verò eſt ei eidem quod ſignat, vt quantum ad corpus, id eſt,
 ad veritatem carnis & ſanguinis Chriſti pertinet, ſit idem quod ſignat. Neque enim ibi
 Chriſtus, vt olim dolorem & mortem patitur, cum tamen immolari dicitur. Dicitur au-
 tem immolari, cum, licet inuolubiliter in altari fragitur, diuiditur, comeditur: cum ijs, &
 quibusdam alijs ſignis, in quantum fieri poteſt, mors domini maximè reſtatur. Vnde,
 ſicut dixi, quantum ad veritatem corporis & ſanguinis Chriſti pertinet, eſt idè quod ſi-
 gnat, quæ tamen maximè ſignat, maximè autem dixi, quia hoc apertiſſimè Apoſtolus di-
 cit in verſu, què ſupra cōmemorauit: Quotiescūq; ait, manducabitis panem hunc, & calicem
 bibetis, mortè domini annuntiabitis. Quare hoc? Quare nō ſimiliter à Apoſtolo Dei di-
 xiſti, in carnatione domini, natiuitate domini, circūciſione domini, baptiſmū domini,
 vel quod magis videretur reſurrectione dñi, aſcenſione domini? Quare dixiſti mortè dñi
 quare illa, quæ glorioſa videtur, dimiſiſti, & quod erat ignominioſi elegiſti? Vt, inquit,
 oſtenderè, in morte dñi ſingulariter conſtare ſalutē mundi: vt oſtenderè iſtud opus eius
 præponderare omnibus operibus eius: vt oſtenderè tormēto illo requiè, ignominia illa
 gloria, morte illa mortuus reddita vitam. Ita planè & iuxta Apoſtolū, quando māduca-
 tur panis domini, hoc eſt corpus dñi: quando bibitur calix domini, id eſt, ſanguis domi-
 ni, an-

ni annūciatur, hoc eſt, reſtatur mors domini, quam paſſus eſt in cruce, nō alia, ſed
 eadem, quæ eſt ſanctus caro domini: qua ſuſus eſt, non alius, ſed idem qui ſumitur ſan-
 ctus domini ſuſceptione, quæ poſit excitari verbi domini admonitione in amorem eius;
 quem non tantum audit, ſed etiam videt & ſuſcipit, in ardeſcat: & videns verbum carnem
 factum vt habitaret in nobis, habitans etiam corporaliter, & in ſe obliuiſci iam nullate-
 nus poſſet, quem fide credit, amore amplectitur, manu contrectat, ore ſuſcipit: què quon-
 dam pro ſe mortuum ipſa ſuſceptione recolens, & morte illa vitæ ſibi paratam agnoscens
 à mortis operibus abſtineat, & ſic eidem Chriſto domino ſub immortaliter iā viuenti in
 ſempiternum contiuat. Hoc igitur Eccleſiæ ſacramentum, quoniam ſic aſidua ſui repræ-
 ſentatione memoriā in nouat, fidem auget, ſpem roborat, charitatem confirmat, non ſu-
 perfluum, ſed valde neceſſarium eſt. Ea propter vt dictum eſt, dominus hoc in ſui com-
 memoratiōe fieri iuſſit, ea de cauſa mortem domini iſto ſacramento denunciari A-
 poſtolus docuit: vt Chriſti & mortis eius memoria auelli de cordibus humanis nullā
 mundi inquietudine, nulla temporum prolixitate valeret. Quæ memoria amorem ex-
 citans, de animi recessibus mala omnia eſugaret, virtutibus vniuerſa repletet, ſicq; quo-
 tidie per hoc ſacramentum in nouans redemptionem, quotidianam penitentibus pecca-
 torum gigneret remiſſionem. Soluit quidem, & plenè tollit peccata mundi agnus Dei
 in cruce immolatus, nec tamen idcirco, vt dixi, ſuperfluum eſt in altari oblatuſ. Et vt in te
 ipſo, à te ipſo, hoc diſcas, aduerte quicunq; hæc legis, teque ipſum interroga; quando
 magis mouearis (ſi tamen quod proſteris firmiter credis) vtrum quando dicitur: Chri-
 ſtus olim inter homines apparuit: aut quando dicitur: Chriſtus nunc inter homines cō-
 uerſatur? quando dicitur: Olim in cruce pependit: an quando dicitur: nunc in altari of-
 fertur? Vtrum, inquam, te magis moueat, & ad admirandum, & amandum accendat, eius
 prædicata abſentia, an demōſtrata præſentia? Sed ſcio, quia nō diſſeris, quod verum eſt;
 magis humana corda moueri præſentibus, quàm abſentibus rebus, mouetur igitur ma-
 gis ad præſentem quàm ad abſentem: mouetur magis ad viſum, quàm auditum Chri-
 ſtum: mouetur ad admirandum: mouetur ad amandum, quò amore amanti generatur
 remiſſio peccatorum. Cui quantus erga Chriſtum amor eſt, tanta eſt & indulgentia,
 ipſo domino teſtante, qui de peccatore Maria ſic ait: Dimiſſa ſunt ei peccata multa,
 quoniam dilexit multum. Et cum ruruſ ſcriptum ſit: Charitas operit multitudinem
 peccatorum. Quantam multitudinem peccatorum operit charitas in Chriſtum, ſi tantū
 operit charitas in proximū? Non eſt ergo, vt dictum eſt, ſuperfluum C H R I S T I
 corporis & ſanguinis ſacramentum, quò viuacior memoria excitatur, quo ſeruacior dile-
 ctio prouocatur, quo plenior peccatorum remiſſio comparatur. Non eſt ſuperfluum:
 quia non tantum per id, quod Deus eſt, ſed etiam per id, quod homo eſt, nobiſcum eſt
 vſque ad conſummationem ſæculi. Non eſt ſuperfluum, quia qui per corpus ſuum rede-
 mit nos, per idem corpus ſuum reſcit nos, vt redempti per corpus eius, & reſecti corpo-
 re eius, nutriamur & paſcamur humanitate eius, donec ſatiemur deitate & gloria eius:
 Hactenus Petrus Cluniaceniſis.

Quid autem dici potuit magis piè, magis religioſè, magis etiam diſertè, vel ad ratio-
 nem huius ſacramenti & ſacrificij explicandam, vel ad immenſum illud redēptionis no-
 ſtræ beneficium illuſtrandum, vel ad mentes hominum amore tam benefici redemptoris
 inſtāmandas, quàm quod ab hoc venerabili patre ſpīritu Dei pleno dictum eſt? Ex cuius
 nos libello propterea tā multa deſcribēda, atq; huic loco inſerēda curauimus, vt quæ ſue-
 rit Eccleſiæ fides de hoc ſacramento ante quadringētos annos, planū omnibus fieret: ſi-
 mul intelligi poſſet, quàm impudēs commentū ſit eorū, qui quadringētis his & amplius
 annis extingta Euangelij lucem in Eccleſia Dei, Chriſtiq; beneficia omnia obſcurata eſſe,
 literatum monumentis prodeſſe veriti nō ſunt. Cum ſi vtiſſimè antea, illo tēpore vel ma-
 ximè clara, aperta, reſtataq; fuerint omnibus: Quæadmodum ex eorū ſcriptis videre licet,
 qui vixerunt illo ſæculo, quod ſerax doctiſſimorū hominum fuiſſe cōſtat. Nam intra cō-
 ſuetū ſpaciū tulit atas illa viros inſignes, Anſelmū & Lanfrancum Canthuariē-
 ſes Archiepiſcopos, Guimundum Episcopum Auerſanum, Algerum preſbyterum & Pe-
 trū Abbatem in monaſterio Cluniaceniſi, Bernardum Clarauallemſem, Hugonem de ſan-
 cto Victore, Richardū de ſancto Victore, Petrum Lombardum, fratrem eius Gratianū,
 & alios nōnullos nō doctrina magis, quàm virg ſanctitate claros & illuſtres. Atqui horū
 omniū, & cū ea, quæ præceſſit, quæ ſuit ab ipſis Apoſtoliſ, & eorū ſucceſſoribus, & cū ea,
 quæ ſequuta eſt Eccleſia, vſq; ad hæc noſtra tēpora, cū de rebus alijs omniū, tū de iugi hoc
 ſacrificio mirus cōſentus, & incredibilis quædā eſt cōſenſio. Nā quod Arnobio, Cypria-
 no, Auguſtino, Fulgentio in Africa, idem viſum fuit Irenæo, Remigio, Antiſiodoreniſi,
 L. 2 & Pe-

Ioan. 11.

Mentis domini
 quotidianæ
 memoratio
 quid nobis dās

Luc. 7.

1. Pet. 4.
 Miſſe ſacrificij
 quotidianæ ef-
 fectus.

De ſacrificio
 miſſe patrum
 conſuetudine.

& Petro Cluniacensi in Gallia: idem patribus in sacrosanctis Nicæno, & Ephesino Concilijs, ex toto orbe Christiano congregatis, idè Ambrosio in Italia, Chrysofostomo in Thracia, Theophylacto in Mœsia, Hieronymo & Iohanni Damasceno in Syria, Cyrillo in Aegypto, Eusebio in Palestina, Lantfranco in Anglia, Epiphania in Cypro, Amalario, Rabano, & Ruperto Tuitiensi in Germania, Adalberto Gnefensi Archiepiscopo, & Stanislao Cracouiensi Episcopo, qui nostræ gentis Apostoli fuerunt in Polonia: qui Euangelium sanguine suo signatum nobis reliquerunt. Quod ergo isti omnes, & qui eos usque ad hæc nostra tempora sequuti sunt, unanimiter senserunt, prædicauerunt, literis etiam consignauerunt, atque ad nos transmiserunt, vicissim à nobis ad posteros nostros transmittendum: isti, inquam, omnes, in tam diuersis regionibus commorati, tãto & locorum & seculorum intervallo disuncti, quod nos tanto consensu docuerunt, non hominum hanc magis quam Dei per os Ecclesiæ suæ loquētis, doctrinam existimare debemus. Quomimùs ferendus est inflatus ille sensu carnis suæ, qui nihil morari se scribit, quid tãto consensu loquatur vetusti scriptores. Sicilicet tu ille es incircūcisus Philistæus, qui exprobrare audeas aciei Dei viuētis? qui Ecclesiam vniuersam, quæ colūna & firmamentum veritatis, erroris arguere: qui grauissimum etiam idololatriæ crimen illi impingere non vereris? Sed qua alia ratione agnosci posset illius minister, qui dixit: In celum cōscendam, super astra Dei exaltabo solum meum, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo: Qui postea ad in fernum detractus est in profundum lacu. Nisi quod impius hic non vult esse similis altissimo, sed vult esse supra altissimum. Altissimus enim promisit se missurum spiritum suum, qui doceret Ecclesiam suam, & cum ea maneret in æternum: & iste nescio quis Satanista audeat altissimum arguere mēdacijs, cum tot seculis Ecclesiā spiritu Dei destituta, ac in idololatria versatā esse impudēter asserit. Percurre Ecclesiam totius orbis vniuersam: Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Vngariam, Boëmiam, Insulas in mari Oceano, Angliam, Scotiam, Hiberniam, Suetiam, Noruegiam, deinde quæ sunt mediterranei maris, Siciliam, Cretam, Cyprum, Rhodum, Sardiniam, Corsicam: Adde Græcos, Ruthenos, Moechos, tametsi iam schismaticos: adde quotquot in Syria & Armenia Christi nomen profitentur: adde postremò numerosissimos Indiæ populos, toto propemodum orbe à nobis disunctos: in omnibus his regnis & prouincijs (præterquam si qui alicubi se viginti aut triginta his annis à Christo & ab eius corpore segregauerūt) iuge hoc sacrificium corporis & sanguinis Christi, & nunc sacerdotes celebrare, & ex quo tempore omnes isti populi Christum cognouerunt, nunquam celebrare intermisisse reperies: Quod à Christo vt diximus institutum, ab eius Apostolis per longam successionem sacerdotum & Episcoporum vt manus traditum, & obseruatum in Ecclesia fuit ad hæc vsque tempora, & non prius intermitteretur, quam finis mundi aduenerit. Et huic totius orbis Christiani consensui vnus alicuius hominis fanatici, nihil sibi nō arrogantis, omnia sanctis patribus detrahentis, omnē omnium Conciliorum auctoritatem eleuantis, sensum anteponemus? O Christe, qui es via nostra, veritas nostra, vita nostra, prius fortunas nostras omnes, prius vitam hanc nostrā mortalem, prius omnia, quæ sunt in hoc seculo mortalibus charissima, nobis eripe, quam in hanc nos mentē impelli patiaris. Nullū est discrimen tantū, quod nō alacriter subire: nulla tãta difficultas, quam inconstanter perferre: nullum tantum certamen, cui non intrepidè nos prius offerre sumus, & esse parati debemus, etiam si eundem illum gustare nos calicem oporteat, quem tu pro nobis amarissimum bibere dignatus es, te vires suppeditante nō modò non fugiendum nobis, verum etiam expetendum esse putamus, priusquam id faciāmus, quod nos impij isti facere iubent, vt te redemptorem negemus, vt redemptionis nostræ pretium sacrosancti corporis & sanguinis tui iuge sacrificium per Satanam & ministrōs eius auferri nobis patiantur.

1. Reg. 17.
2. Tim. 3.

Esa. 14.

Sacrificium iuge per omnes mundi partes celebrari.

Vnūc hominū fanatici sensum totius Ecclesiæ sensui anteponendum nō esse

In missæ sacrificio enūciando Satanae adiutoria.

Heb. 9.

Heb. 8.
Hier. 9.

quæ & in hoc, & in proxime in sequenti capite scripta sunt, & sacerdotium, & sacrificiū externum abrogare niteris: vnde occasionem isti sumpserunt, idem de externa, quam vos in Ecclesia solam esse vultis, predicatione sentiendi. Qui magis autem vobis vestro, quam illis, quos merito fanaticos vocatis, suo iudicio scripturas interpretari licebit? Estis autē vtri que fanatici, qui vos à Christo, & ab eius corpore Ecclesia segregastis, atque ideò tanta errorum caligine oppressi estis. Verum est enim, quod vt diceretis, dum fanaticos istos in seclatris, ipsa abs te inuito veritas extorsit, sanæ intelligentiæ lucem Ecclesiæ promitti. Ac rectè admones, peculiariter id notandum esse. Nō est enim extra illam sanæ intelligentiæ scripturarū lux, cui promissus & missus est Spiritus sanctus, à qua, cum vltro ipse te præcideris, mirandum nō est, si sanæ intelligentiæ lux à te recessit. Scit Satanas, quemadmodum ab Augustino quoque scriptum legimus, externum sacrificium Deo deberi, atque hoc vno signo diuinum scripturam ab humanis obsequijs discerni. Nam obsequia cetera, quæ diuinitati debentur, aut sunt sibi etiā magis superbiæ fastu homines arrogare: Rati sunt autem comminorantur, qui sibi, vt sacrificaretur cū regia potestate possent, aut fuerint imperare. Quicūque tamen aut sunt, per hoc se deos haberi voluerunt. Quam obrem vt ne quod esset discerni inter diuinam maiestatem, & inter mundi principes, vt nullus peculiaris illi cultus tribueretur, hoc summo studio cōtendit & elaborat, vt externū tollat sacrificium, quo nulla vnquam ætas ab orbe condito caruit, etiam si nunc apud plures, nūc apud pauciores vsus eius fuerit: quod sic tandem dicat impius, dicat insipiens in corde suo, nō est Deus. Hic est scopus, ad quē tendit Satanas, cuius si notam hanc doctrinā de externo sacrificio abrogando (quod pro sua misericordia procul Deus auertere dignabitur) mundus exaudiat, faciet, quod nunquam fecerat, & more captiuati illius populi se debet abique lege, abique rege, abique sacerdotio, abique Ephor & Teraphin: cumque Deo sacrificare cessauerit, & ipse Dei esse cessabit. Erit his temporibus gratia, quod nunquam fuit nec tempore iræ, vt Christianis Deo sacrificare cessantibus, cultus qui semper in mundo fuerat, omnino de mundo pereat: & qui Deū ritu suo colens, Deo subditus esse probatur, cultum eius abijciens abique aliquo Deo prorsus esse videatur.

Intelligentiæ sanæ lucis Ecclesiæ promissa.

Lib. 1. contra aduersarium leg. & Prophetarum cap. 18. de ciuit. Dei lib. 1. ca. 4.

1. Cor. 3.

In sacrificio abolendo Satanae adiutoria.

Sacra ad peragendam sunt lingua, quæ cuiusque vernacula ad alit. 22. Cantare vel legere diuinā scripturam nō intellegendam Deo etiam acceptū esse ostendunt. Esai. 8.

Ioan. 8.

Fidem maiorū suorum sequentur vulgus. legis & mysteriorum secreta non scrutentur. Malach. 2.

Cum itaque detectæ iam sint Satanae fraudes, cum quorsum tendat serpens hic astutus, planum & manifestum factum sit (neque enim aliud illi propositum est extrinsecus sacrificio abolendo, quam vt redemptorem, vt redemptionis nostræ pretiū auferat: denique vt nos sine Deo esse faciat) viriliter illius conatibus resistamus, ac quātō magis ille cultum hunc Deo debitum, & ab ipso Deo institutum oppugnare fuerit adortus, tãto nos eū maiore pietate frequentemus, tãto crebrius iuge sacrificium hoc, per quod reconciliationem in cruce factam, & peccatorum nostrorum remissionem ibidem nobis obtentam, in nos transferre conamur, in Ecclesia celebremus. Neque moueat quenquam, quod non ea lingua peragatur, quæ ab omnibus intelligi possit. Iam enim antea satis docuisse videmur, non in eo quantum intelligamus, sed in eo quam pie Deum colamus, salutem nostram positam esse. An exitimandum est, intellexisse pueros Hebræorum, quid agerent, cum in templo clamarent: Osanna filio Dauid? Atqui ad eò non fuit hæc eorum quamlibet imperitorum pietas ingrata. C H R I S T O, adeo non aspernatus est non intelligentium laudem, vt eum principes Sacerdotum & Scribæ indignari dixissent, Audis quid isti dicunt? non obscurè rulerit, se laude eorum delectari, ac iam pridem à Propheta fuisse prædictum admonuerit: Ex ore infantium & lactentium perfecti tui laudem: Qui vel solus scripturæ locus docere nos potest, non quæ ab eorum supercilio proficiuntur qui sibi nihil non arrogant, sed infantium & lactentium laudem gratam esse Deo.

Iam verò quotusquisque fuit in populo Israël, qui quid sibi vellēt ritus, ceremoniæ, sacrificia veteris legis, perfectū haberet? Certè præter Sacerdotes, Scribas, & Phariseos, vix nullissimus quisque, quid ea sibi vellēt, assequeretur, vt nō temerè dictū fuerit à Phariseis: Turba hæc, quæ non nouit legē, maledicti sunt. Et tamen ex hac turba, quæ legem ignorare visa est, nō ex sapientibus fecit cum carne, elegit Christus, per quos Euangelij sui luce mundū illustraret: cum interea qui de verbo Dei, de scripturarū, de legis peritia tanto peior gloriabatur, & sibi solis earum intelligentiam arrogabant, sibi cum sua arrogantia relictū, filij gehennæ facti sine. Non scitabantur curiosi qui fuerant e turba, qui diuinitatis sacrificijs istis fieret: illud scire cōtenti erant, venturum aliquando mediatorum, per quem salutem ipsi sequi liceret: illum expectabant, illum coli, & adumbrati sacrificijs istis persuasum habebant. In cæteris omnibus, maiorum suorum, hoc est eorum, ex quorū ore legem requirere iussi fuerant, fidem sequebantur, in qua non pauciores proculdubio ex imperia multitudine & simplici plebecula, quam ex illis, qui diuinæ legis præ cæteris esse periti videbatur, salui facti sunt. Nō alia ratio existimanda est eorum, qui Christum sequuti sunt. Etiam si non omnia vulgus intelligat, quæ geruntur in hoc altaris sacrificio,

saltem nouerit Iesum Christum, & hunc crucifixum, atque illud sacrificium quo semetipsum in cruce Christus obrulit hostiam Deo in odorem suauitatis, in altari representari intelligat, tam facile, ac facilius etiam in hac sua simplici fide saluari poterit, quam qui anxie disputant, vtrum ea iusticia, qua Christus ipse iustus est, an ea, quam nobiscum communicat, & suo modo nostram facit, nobis tam imputans, an (quae est Ecclesiae sana doctrina) ea quae Christi merito nobis communicata nobis inhaeret, iusti efficiamur.

Hom. 20. in
Ioh. 10.

Cum locum illum produxisset Origenes ex Paulo, in quo spiritum in nobis ita orare docet, vt sensus sine fructu sit: Intelligit, inquit, ex hoc, quia fit aliquando noster quidem sensus sine fructu: Spiritus autem, id est, virtutes illae, quae animam nostram in adiutorium dant sunt, pascuntur & reficiuntur ex auditu animae sanctae, velut ex diuinis & rationabilibus cibis. Quid dico? quia diuinæ virtutes pascuntur & epulentur in nobis? Si nos verba diuinæ scripturae proferamus ex ore, ipse dominus noster Iesus Christus si nos inueniat his vacantes, non solum pasci & refici dignatur in nobis, verum etiam si has epulas apud nos viderit apparatus, patrem secum dignatur adducere. Ac pasci interiectis, etiam malignarum virtutum insidias effugari sermonibus eiusmodi docet, haud aliter atque precationibus sopitus serpens portatur in manibus. Si legis, inquit, scripturam quam non intelligis, interim hanc primam sulcipe vtilitatem, quod solo auditu velut incantatione quadam noxiarum virtutum, quae tibi insidiantur, virtus depellitur. Et iterum post pauca: Haec idcirco diximus, ne fastidium capiamus audientes scripturas, etiam si non intelligimus: sed fiat nobis secundum fidem nostram credentibus, quia omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est, etiam si non sentiamus vtilitatem, credere tamen debemus, quia vtilis est. Sicut medici praebere interdum cibum aliquem vel potum (verbi gratia) ad discutiendum caliginem visus: nec tamen in edendo sicut potando sentimus, quia vtile est & prodest oculis, sed cum transferit visum cibi illius aut potus virtus, paulatim purgat aspectum, & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille aut potus profuit oculis. Hoc ergo modo credendum est etiam de scriptura sancta, quia vtilis est, & animam prodest, etiam si sensus noster ad praesens intelligentiam non capit: quoniam vt diximus, & bonae virtutes reficiuntur, & malae torpescent & effugantur.

Eucharistia, Eleuatio quare fit, & quae inter eleuandum meditari debeat. Leuit. 23.

Quamobrem recte populum institutum fuisse videmus a maioribus nostris, cum Eucharistiam sacerdos eleuat, quod est sacrificij signum (nam & in lege quaecumque sacrificabantur, eleuari consueuisse docemur ex Leuitico) vt in genua proidentes, Christum in Eucharistia praesentem adorent: simul in memoriam redeat illius sacrificij, quo ille in cruce sublatu, se pro nobis hostiam obtulit Deo. Recogitent etiam secum, quam acerbos cruciatus, quam ignominiosam mortem sustinuit, quodque his illius tam grauibus supplicij non nisi peccata nostra causam dederunt. Quare iustum de commissis illis dolorē concipiant, atque modis omnibus ea sibi odio esse, seque vel maxime ea detestari declarent, & pectorum tonsionibus, & quibuscumque rebus alijs externis. Quoniam verò tam preciosa morte sua pro peccatis nostris omnibus Christus plane satisfecit, nulla vt esse possint flagitia tanta, quae per illam abolita non sint, concepta inde fiducia, adeat ad thronum gratiae Dei, & cum nostra merita non habeamus, quae allegare possimus, alleget Christi merita, hoc ipsum corpus, quod pro nobis in cruce pendit, hunc ipsum sanguinem, qui fuentus est in remissionem peccatorum nostrorum, Deo patri sistentes: ac supplices illi precatur, qui protector noster est, vt auertat faciem suam a peccatis ipsorum, & respiciat in faciem Christi filij sui vnigeniti: qui cum esset speciosus forma patris filij hominum, factus est nostra causa despectus, & nouissimus virorum, vir dolorum, & sciens infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius & despectus: Ipse languores nostros tulit, & ipse dolores nostros portauit: ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: ipse oblatu est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: Sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit. In huius itaque faciem respiciat, huius merito peccata remittat: atque concedat, vt quem fructum crucis illud sacrificium quod in altari representatur, toti mundo attulit, eum in se transferre queant. Sic a maioribus nostris vulgus fuit institutum. Quod si nihil praeter ea de hoc sacrificio intelligeret, vel hoc solum intellexisse satis illi foret ad salutem.

Heb. 4.

Psal. 26.
Psal. 44.

Isa. 53.

Michaelis Episcopi Mersburgensis de Missa sermoni.

Quoniam tamen id horum temporum ratio postulat, dabitur a nobis opera, vt è superiore loco doceatur populus de omnibus his, quae ad Missae sacrificium pertinere videbuntur: De quo conscripti sunt sermones aliquot viri cum primis docti & pij, vereque catholici Michaelis Episcopi Mersburgensis, quos interim omnibus commendatos esse, atque manibus omnium teri cuperemus, quod pro eo, vt haec tempora postulabant, nemo diligentius est omnia, quae ad hoc argumenti genus pertinent, persequutus.

Neque tamen existimet aliquis temere ac sine causa factum esse, quod vna & sola Latina

lingua in occidentali Ecclesia sacra peraguntur, in qua sicut vna est fides, ita visum est æquum, vt vna esset quasi catholica lingua communis omnium gentium & nationum, quae res diuina fieret, per quam vnitas etiam fidei retineretur. Non est in orbe Christiano gens vlla, in qua non multos reperire liceat, ex ijs praesertim, qui sunt liberalius educati: qui linguam latinam si minus exacte, vt cumque tantum calliant. Ac si qua gens alia, nostra praecipue permultos habet eius linguae non omnino rudes: cum etiam colonos & agricolas reperire liceat in Ecclesia laudes Deo decantantes, ac verba latina vtrūque sonantes, eaque praesertim, quae cantantur in Missa sacrificio intelligentes. Quam pulchrum autem & decorum est, cum peregrinus venerit aliquis, si ea lingua sacra peragi audiat, cuius & ipse rudis non sit? cum ea quasi propria sit gentis Christianae: si vnanimis, vno ore, vna etiam lingua glorificant omnes Deum & patrem domini nostri Iesu Christi, si eisdem ritus, eadem caeremonias obseruantes videat: vt vel ea res documento esse queat, totius quae est in orbe Christiano multitudinis credentium esse cor vnum, & animam vnā: Cum longe diuersimodum cerneret licet apud eos, qui ab Ecclesia discesserunt, apud quos sicut fides instabilis est neque vna, sic ritus quoque & caeremoniae, quae cum doctrina simul quotannis variantur. Neque tamen suis locis & temporibus etiam in templis vernacula lingua cantari prohibuit Ecclesia: iam antea commemorauimus, quemadmodum etiam vulgaribus cantilenis quam maxime voluerit inculcata nobis Christi beneficia sitiens nostrae salutis mater Ecclesia: quod in festis Christi natalitij, festis etiam Paschae, & Pentecostes dudum recepto more fieri videmus, vt hac quasi nouitate mentes hominum magis etiam excitentur ad spiritualem laetitiam, & cuius beneficij fit in Ecclesia commemoratio, eius memoria tenacius eorum animis infigatur. Ceterum, illud ferendum non est, priuatum vt aliquis, cui nulla mandata est auctoritas, quin decet eum potius, ei qui potestatem hanc a Deo concessam habet in omnibus dicto esse audientem, is hoc sibi sumat, aliquid vt in Ecclesia suo iudicio mutare, aut ritus novos, nouas etiam cantilenas inducere licere sibi putet, cum ne ipsis quidem Episcopis eius rei plena potestas concessa sit. Vel Ozae regis exemplum deterrere profanos debet, ne, quid eiusmodi sibi arrogent. Longum autem foret omnia persequi, quae ad Missae sacrificium explicandum pertinere videntur, neque est hoc praesentis instituti: Quamobrem hic finem faciemus.

Sacra in ecclesia peraguntur sola lingua latina.

Poloni studiose latine linguae.

Rom. 15.

Act. 4.

Lingua vernacula vsu in templis carissimus.

2. Reg. 11.

Missae, an officio praestet.

Rom. 12.
Luc. 12.

1. Cor. 3.
Sep. 8.

Missae post communionem.

Lib. 10. consess. cap. 31. & 39.

De incomprehensibili Dei natura cont. Anomaeus, homil. 3.

Adhortatio Chrysostrami elegans.

Quoniam verò quae sunt hoc tempore multi, num Dei verbum è superiore loco praedicantem, an sacris operantem sacerdotem audire praestet: vicissim ab illis recte queri potest, Scire ne praestet an facere voluntatem domini? Non auditores, dicit Paulus, sed factores legis iustificabuntur. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, dicit Christus, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit plagis multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Porro cum sacerdotem audis è superiore loco scripturas enarrantem, fit vt intelligas, quae sit voluntas domini, vt autem facias, id ab eo praestari non potest, qui praedicat: sed neque tu quicquam potes viribus tuis solis: opus est eius auxilio, à quo tanquam à fonte quodam perenni manat, quicquid est rerum bonarum. Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus: hoc est quod ille dixit sapiens: Vt sciu, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus est, & hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum, ad iudicium & deprecatus sum illum. Huius exemplum diuinitus inspirata sequi nos docuit Ecclesia, simul vt cognouissemus è superiore loco voluntatem domini, statim vt adiremus ad dominum, ac deprecaremur illum, quo tempore illius in cruce factae oblationis fit representatio, vt eam explendi facultatem nobis concederet: cum Augustino dicentes, Da quod iubes, & iube quod vis: Da, non nostro merito, sed eius qui corpus suum pro nobis tradere, qui sanguinem suum pro nobis fundere dignatus est, cuius rei nunc representatio fit in altari: Huius meritis concede nobis, vt iuxta voluntatem tuam, quam è sacerdote verbum tuum annunciantem cognouimus, vitam nostram instituere, & quem fructum acerba mors tua toti mundo attulit, eius participes esse queamus. Sic olim factum est in Ecclesia Dei, non vt hoc infelici seculo nostro: quo simul vt audita est conicio, si im prostrant omnes è templo, quasi vel sufficiat non esse voluntatem Dei, neque facere sit necesse, vel si necesse sit facere, quasi ipse ex se satis virium habeat homo ad faciendum, nec opem diuinam implorare oporteat.

Liber hic adscribere verba, quae fecit ad populum hac de re Ioannes Chrysostramus. Ingentem, ait, & penè inauditam hanc populi multitudinem, quae modo affluxit, tantae cum attentione sermonem audit meum, sapenunero tempore illo perhorrendo requisivi, & tamen nunquam videre potui, atque ita me vehemens cepit suspirium, quod cum ego disputo vester conferuus, studiū adhibetis & ingenium, contenditis animam, alter alterū impellit & iacet, vt ipse propius adit, frequentes ad finem vsque dicendi patientissime

de conuiuio hominis nisi prius expeditum fuerit, non discedimus? Nisi quia & ventrem forte plus quam expedit implere volumus, & hominem ledere formidamus. Quare de spirituali & diuino conuiuio citò discedimus? Timeo dicere, ne forte aliqui irascantur, sed tamen tam propter meum, quam propter vestrum periculum, dicturus sum. Hoc ideo facimus, quia nec de cibo animæ curamus, nec Dominum timeamus, nec hominem reueremur. Et quia Deo propitio, non sunt toti in hac parte culpabiles, sed multi inueniuntur, qui usque quo benedictio super populum detur, de Ecclesia non discedunt, & humiliter orare non solum pro se, sed & pro alijs non desistunt. Illis quibus tantam compunctionem Deus dedit, ut in Ecclesia perseverarent, retribuatur mercedem: eos vero, qui negligentes sunt, iusto iudicio damnabit. Et ideo fratres, monete eos, qui nec Orationem Dominicam dicere, nec benedictionem accipere volunt, & non delinente castigare, dicentes eis, & infiniti similè comminantes, quia nihil eis prodest quod lectiones diuinas audiunt, si antequam diuina mysteria compleantur, abscedunt. Illis tamen qui in publicis necessitatibus occupantur, & eis qui aliqua infirmitate prohibente expectare non possunt, imputare non possumus, nec debemus. Ipsi tamen videant in conscientia sua, utrum eos necessitas retrahat, an voluntas. Vnde iterum atque iterum rogo, pariter & confessor, ut omnino die Dominica, & præcipue in maioribus festiuitatibus, donec mysteria diuina compleantur, nullus ab Ecclesia abscedat, nisi forte (de quibus supra diximus) quos aut grauis infirmitas, aut publica necessitas, stare diutius non permittit. Verè dico fratres, satis durum & prope nimis impium est, ut Christiani non habeant reuerentiam diei Domini eo, quam Iudæi obseruare videntur in Sabbato. Cum enim ipsi infelices ita Sabbatum obseruent, ut in eo nihil terreni operis exercere præsumant, quanto magis illi, qui non argento, neque auro, sed pretioso sanguine Christi redempti sunt, debent attendere pretium suum, & resurrectionis die orationi vacare, & de salute anime sue attentius cogitare? Ad extremum, si toto die dominico lectioni insistere, & Deo supplicare negligentes, non leuiter in Deum peccamus, quantum mali est, si vel vnus vel duarum horarum spatium, cui diuina mysteria celebrantur in Ecclesia, standi patientiam non habeamus? Sed quod peius est, ita nos amor seculi huius inebriat, ut nos umbra volatilis falsitatis, ad vana & falsa gaudia, quæ veros dolores pariunt, hoc est, voluptas mundi atque cupiditas iugiter trahat. Vnde iterum atque iterum rogo, ut nullus ex vobis de Ecclesia discedat, nisi cum diuina mysteria ad integrum fuerint celebrata. Et ita vos in Ecclesia continere, ut nullus ex vobis, otiosis aut terrenis se fabulis studeat occupare: Ego quod & mihi expedit dicere, & vobis audire, humiliter admotheo, pariter & confessor. Qui contemnit præconem, sentiet iudicem. Ille autem qui melibenter audierit, & quod supplicauit implere contenderit, credo in Dei misericordia, quod illi & in hoc seculo, & in futuro replefabuntur præmia gloriosa. Ille verò qui contemnere voluerit, non se poterit ante tribunal Christi excusare, dicendo, se nec à malis prohibitum, nec ad ea, quæ sunt sancta, & Deo placita, ad monitione assidua vocatum. Sed credimus, de Dei misericordia, quod non de contemptu incursumus austeri iudicium, sed magis pro benigna obedientia, peruenietis ad regnum, Præter qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum Amen.

Concil. Agath.
Canon. 47.
Concil. Aurelian.
Canon. 28.

Gen. 3.
Ioan. 9.

De effectu Sacramenti Eucharistia.
CAPVT XLII.

Cum est ligni vetiti parens noster prolapsus esset in mortem, quam vnà cum peccato propagauit ad vniuersum genus humanum, seipsum Christus in nouissima cœna cibum fidelibus instituit, per quem in vitam resurgere, & illam amissam recuperare liceret, ut quemadmodum per vitium cibum lethali ter sumus laucati, ita per hunc nobis præceptum sanemur: & vnde vnus est ortum, inde medicina prodiret: vnde subrepsit mors, inde vita veniret. De illius cibi gustu dicitur: Quacunque die comederitis, morte moriemini. Contrà verò de hoc: Si quis comederit ex hoc pane, viuere in æternum. Hoc ergo primum nobis præstat hoc sacramentum, ut viuamus. Vita porò duplex est. Est enim vita gratiæ, quæ nobis re ipsa confertur Eucharistiam summentibus: est vita gloriæ, quam spe quidem consequitur manducantes corpus & sanguinem

nem domini, re ipsa verò non prius adipiscemur, quam corruptibile hoc induerit corruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. De vita gratiæ dicit Christus: Qui manducat me, viuere propter me. De vita gloriæ: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Tanta est igitur huius cibi vis, ut si quis eum dignè manducauerit, non spiritali modo coniunctione, verum etiam naturali quadam & ea artissima Christo copuletur, particeps effectus verè viuificatricis, quæ verbi propria facta est, carnis, & pretiosi sanguinis Christi. Quæ sumptâ faciunt, ut & Christus in nobis sit, & nos in Christo, non animum tantum reformante, sed carnem etiam nostram ad vitam, incorruptionem, & immortalitatem preparante: sicut & ab Hilario, & à Cyrillo ante mille ducentos annos traditum legimus. Hæc ergo prior est vita, quam qui vita nostra est Christus, qui præfens adest in hoc sacramento, sub alia quidem formâ, sed in propria tamen substantia, nobis confert, cum corpus illius & sanguinem dignè sumperimus, ut iam viuamus propter Christum, hoc est, ut mortui peccatis, viuamus deinceps iustitig, quæ Christus est: ut cum Paulo dicere possit vnusquisque nostrum, Mihi quidem viuere Christus est, mori autem lucrum. Viuo autem iam non ego, viuunt verò in me Christus. Hanc vitam posteaquam consequuti fuerimus per Dei gratiam (illius enim donum est) fieri non potest, quin qui viuunt in nobis Christus, cuius spiritu agimur, posteaquam bonum certamen in hoc seculo certauerimus, cursum consummauerimus, fidem seruauerimus, concedat nobis coronæ loco vitam gloriæ, ut quæ ipsi tanquam ei, qui natura est filius Dei, regni cœlestis hereditas debetur, eam nos ex huius vitæ diuertorio migrantes, per adoptionis gratiam consequamur. Atque hic primus est effectus huius sacramenti.

Quoniam verò cum illud sumimus, Christi passionis & mortis recordari iussi sumus, fit ut quem illa toti mundo fructum attulit, eius per sumptionem Eucharistia participes efficiamur. Pustus enim est de Christi latere in cruce pendens sanguis in remissione peccatorum nostrorum. Hanc nobis confert istud sacramentum. Quam obrem enarrans illum locum Iohannes Chrysostomus, Et continuò exiuit sanguis & aqua. Sciunt, inquit, hoc initiati, per aquam enim regenerati, sanguine & carne nutriti: hinc mysteria ortu habuerunt, ut quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens accedas. Neque tamen, quod de remissione peccatorum diximus, id ita accipi velimus quasi eundem effectum Eucharistia, quem baptismi & penitentia sacramento, tribuimus. Remittuntur quidem in eo peccata, sed venialia tantum. Cum enim in hoc sacramento insignis illa Christi charitas ante oculos nostros subijciatur, qua adductus semet ipsum redemptionem dedit pro nobis, fit ut vicissim erga illum charitate inflammemur, quæ operit multitudinem peccatorum. Charitas autem cum peccato mortali consistere non potest. Quam obrem prius id expiatum oportet per penitentia sacramento, quam ad mensam hanc terribilem accedatur: ad quam si quis venerit criminis alicuius capitalis reus, non vitam, sed mortem habebit æternam: reus erit, ut dicit Apostolus, corporis & sanguinis domini. Quare monet ille, ut probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

Ex his Pauli verbis non obscure colligi potest, quod non omnes, qui Sacramentum accipiunt, rem accipiunt Sacramenti, posterius enim hoc non accipiunt nisi pij: cum illud prius commune sit pijs cum impijs. Sacramentum autè vocat hoc loco Theologi proprium Christi corpus de virgine natum: rem verò sacramenti spirituales Christi carnem. Bonus igitur utramque Christi carnem accipit, malus autem tantum Sacramentum, id est, corpus Christi sub sacramento & non rem spirituales, hoc est, non accipit effectum salutatis sacramenti: non enim efficitur membrum corporis Christi, quam Augustinus vocat rem siue virtutem sacramenti non consequitur effectum siue fructum Sacramenti, quamuis verum & proprium Christi corpus manducet. Quod ab indignis quoque manducari, docemur his Pauli verbis, & sic habet Ecclesiæ traditio. Itaque verè dixit ille: Sumunt boni, sumunt mali, forte tamen inæquali, vitæ vel interitus. Mors est malis, vita bonis, vide pariter sumptionem, quam sit dispar exitus. Ipsum quidem sacramentum nihil est aliud, quam vita, quam etiam ob causam à Punicis Eucharistiam vitam appellari solere scribit Augustinus. Sed præclare dictum est ab eodem. Mutet vitam, si quis vult accipere vitam. Nam si non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam, & magis ex ipsa corrumpitur, quam sanatur, magis occiditur, quam viuificatur. Constat in nouissima cœna, Christum discubuisse cum duodecim, inter quos & Iudas fuit ille proditor, qui factus est & ipse particeps corporis & sanguinis domini, sicut aperte docent Chrysostomus, Augustinus, Theodorus, & alij nonnulli. Sed quoniam non mutauit vitam, ad iudicium accipit

Vita duplex per Eucharistiam. 1. Cor. 15.
Eucharistia sacramenti efficitur. Hil. l. 8. de trinitate. Cyril. lib. 10 in Ioan. cap. 13. 1. Pet. 2.
Phil. 1. Galat. 2.
2. Tim. 2.
Remissio peccatorum. Chrys. hom. 84. Ioan. 19.
Eucharistia digne sumenti, venialia peccata remittuntur. 1. Pet. 4.
Sacramenti res quid. 1. Corint. 11.
Au. ser. 1. de sermone.
Cœna domini Petrus & Iudas à domino acceptum. Chrys. Ho. 28. in Mat.
Et in hom. 29. quod nemo leditur, nisi à seipso.

Et ea que proximè sequitur in dicti Apolo oportet hereses esse. An. epi. 162. et sequitur in ps. 10 ser. de ablutione pedum. Et ser. 11. de verbis domini. Aug. de bapt. cont. Donatistas li. 5. cap. 8. Cent. Donat. lib. post. colat. ca. 8. Anselm. ca. 9. de Sacramento corporis Christi.

Bern. in 2. ser. de cena domini Joan. 6.

Panis speciem rotundus, sed non Christi carnem

Christo capiti membra eucharistiae similitudine uniuertur.

Corpus Christi efficitur. 1. Cor. 11. 1. Cor. 10.

pit vitam & magis occisus est ex illa, quã uiuificatus. Sicut Iudas, inquit, Augustinus, cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se diabolo præbuit. Sic indignè quisque sumens dominicum sacramentum, non efficit, ut quia ille malus est, malum fit, aut quia non ad salutem accepit, nihil accepit, corpus enim Domini, & sanguis Domini nihilominus sunt etiam illis, de quibus dicebat Apostolus: Qui manducat indignè, &c. Et alio loco: De ipso pane, & de ipsa dominica manu & Iudas partem & Petrus accepit, & tamen quæ societas, quæ consonantia, quæ pars Petro cum Iuda? Et iterum alio loco. Ex vna re sancta, Iudas sibi sumebat iudicium, Petrus salutem: Et aliquantò antè et Cyprianus Christum alloquens ad mensæ tue participationem, inquit, Iudas est admissus. Què sequutus Anselmus in libro, quem inscripsit de corpore & sanguine Domini. Sicut sol vno radij sui calore, hinc ceram soluit, inde lutum strin- git, & non diuersus in se, diuersa operatur in rebus, vteris earum materijs, sicut eas inuenit: sic Christi gratia, quantum in ipsa est, vno modo se in omnes effundit, sed diuersos inueniens animos, diuersè in eis operatur: hunc in amorem sui misericorditer emolliens, illi iuste non miserendo indurans. Nam cui vult, miseretur, & quem vult indurat. Talis fuit Iudas in conuiuio saluatoris, cui fuit venenum buccella dominica, quam de manu eius suscepit. Quam cum suscepit, inimicus in eum intravit. Non quia malum, sed quia bonum malus malè accepit. De vno enim pane, & Iudas accepit & Petrus: sed tamen quæ pars fidei cum infidei? Petrus enim accepit ad vitam, Iudas ad mortem. Quæ postrema verba mutuatus est Anselmus ab Augustino, cuius diligens admodum scetator fuisse videtur. Et qui fuit propemodum Anselmi æqualis Bernardus, adducens illa Christi verba. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. De bonis, inquit, & dignè sumentibus hoc sentiendum est, non de flagitiosis & pessimis. Sanè in mensa vna in cœna Domini, de vno pane consecrato, Petrus & Iudas accepit, bonus in vitam, pessimus in pœnam. Bonus in beneficium, pessimus in testimonium. Bonus in salutem, pessimus in mortem. Quod totum vsque adhuc in Ecclesia complectur in sacramento altaris: bonis quidem in bonum sumentibus, canibus verò, & immundis, nõ sic. Canes sunt qui irreuerenter accedunt, & ideo iudicati abscedunt. Qui enim secundum carnem viuunt, & post carnalia euagantur, catena vitorum compediti, cum Iuda proditore venenum accipiunt, spiritualis suspensij laqueum incurunt, grauissimè damnanditum pro multiplici reatu, tum pro Sacramenti contemptu, quod reuera accipiunt, sed effectua, non salubri efficacia.

Et paucis interiectis. Tria in sacramento altaris attendere debes, speciem panis, veritatem carnis, virtutem gratiæ spiritualis. Vsq; ad speciem panis, sensus pertingit exterior, ad veritatem carnis fides interior, ad virtutem gratiæ spiritualis, charitas superior. Specie panis, roditi ali quãdo forex paruisissimus, veritatem carnis, Christianus etiam recipit pessimus, virtutem gratiæ spiritualis, non nisi prædestinatus accipit. Quod itaque videmus, species est panis & vini. Quod autem sub specie illa credimus, verum corpus est, & verus Christi sanguis, quod pendit in cruce, & qui fluxit de latere. Comestio itaque Sacramentalis, quantum ad visibilem speciem, & quantum ad corporis Christi veritatem, cõia uenit bonis & malis communiter. Sed est alia comestio, sicut iam diximus, bonorum solummodo, quam per Dei gratiam, & per fidem ex dilectione operantè, vitæ meritum efficit, & affectus mentium in cordibus percipiendum vel ministrantiũ intercedente spiri- tuali & subtiliori quadam vnione capitis & membrorũ. Vnde est illud. Vt nobis fiat corpus & sanguis filij tui. Nobis, inquit, fiat. Fit enim proculdubio corpus Domini in mensa altaris semper, cum solene illud celebratur mysterium, ritu debito: Sed non semper eis fit per quos fit. Vnde illud itè in Canone. Vt quotquot ex hac altaris participatione Sacramentum filij tui sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur. Nõ enim omnes qui corpus Domini sumunt, ex participatione altaris spiritualiter illa benedi- ctione cœlesti & gratia replentur. Vnde est illud. Vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Item. Vt quæ visibilibus mysterijs sumendo percepiimus, inuisibili consequamur effectũ.

Ex his quoque Bernardi verbis perspicuum fit, quod multi sumunt sacramentum corporis & sanguinis Christi: rem verò sacramenti siue fructus eius & effectus nõ ita multi. Inter quos effectus, est & hic non postremus, quod sumentes verum & viuũ Christi corpus, efficitur & ipsi corpus Christi mysticũ, de quo dicit Paulus: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Ac significantius alio loco: Vnus panis & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus. Huius rei quadam iudicia sunt species illa, sub quibus latet hoc sacramentum, sicut & ab Augustino, & ante eum à Cypriano scriptum legimus. Nam dominus noster corpus & sanguinem suum in ijs rebus cõmendauit, quæ ad vnum

ad vnum aliquid rediguntur. Nam panis ex multis granis in vitum constat; & vitum ex multis racemis in vnum confluit, vt vel ex hoc, quid significet hoc sacramentum, ad- moneri possimus. Significat enim; quod & nos ad eundem modum cum simus multi; vnum tamen corpus sumus in Christo; singuli autem alter alterius membra. Similiter Eusebius Emislenus. Homil. 5. de Paschate. Etiam in hoc ipso, inquit, quod numero si tritici granis confici nouimus, vnitatem constat assignari populorum. Sicut enim frumentum, quod solita purgantis sollicitudine præparatum in candidam speciem molarum labore perficitur, ac per aquam & ignem in vnus panis substantiam congregatur: sic vtriq; gentes, diuersaq; nationes in vnã fidem conuenientes, vnum de se Christi corpus efficiunt: & Christianus populus quasi tritici innumerabilia grana, à sacrilegis nationibus fide purgante atque cribante discernitur: & in vnum quasi infidelium loto pertransente colligitur: & duorum testamentum instructione, velut frumentum gemino molarum opere curatum, nitescit: & in illam primæ originis dignitatem nativo candore mutatur: ac per aquam baptismi, vel per ignem Spiritus sancti, æterni illius panis corpus efficitur. Sicut ergo separari grana ab illius confecti panis ad- natione non possunt: sic & fideles quique, atque sapientes, qui redemptos se Christi sanguine & passione cognoscunt, ita debent quasi inseparabilia membra capiti suo fidei conferua- tione, & ardentissima religione sociali: vt ab eo non voluntate, non necessitate seiu- ngi, non vlla terrenæ spectant ambitione, non denique ipsa possint morte auelli. Nec dubi- tet quisquam primarias creaturas, natiuitatis potentie, presentia maiestatis, in dominici corpo- ris transire posse naturam, cum ipsum hominem videat, artificio cœlestis misericordie Christi corpus effectum. Ex quibus verbis colligitur, quod sacramentum hoc non si- gnificat magis, quàm efficit hanc vnitatem. Neque verò significat magis, quàm efficit hoc ipsum. Hæc est enim huius sacramenti virtus & efficacia, si dignè sumptum à nobis fue- rit, vt vnum cum capite nostro Christo, vnum etiam ipsi inter nos efficiamur. Quod e- nim ex hoc mundo migraturus patrem suam cœlestem precatu est Christus, vt quos de- derat sibi, eos seruaret, vt omnes vnum essent, sicut pater in ipso, & ipse in patre, vt & ipsi in vtroque vnum essent, hoc perficitur in hoc sacramento. Vnum enim efficiatur cõ Deo patre, cui voluntate adheremus: vnum cum Christo, cui tanquã vnus corporis membra capiti connectimur. Ipsum enim dedit Deus caput super omnem Ecclesiam, quæ est cor- pus ipsius. Vnum etiam ipsi inter nos, cum simus membra multa, quæ corpus vnum effi- ciunt, cuius caput est Christus.

Ad hoc autem Christi corpus non ij modò pertinent, qui sunt in hac vita superstites, verum & pij omnes, qui cœlestibus iam gaudijs perfruuntur, & ij simul, qui felicitatem quidem eandem expectant, sed quoniam purgationis indigent, abditis adhuc receptaculis continentur, ex quibus nisi purgatis illis egredi, regniq; cœlestis, quo nihil iniqui- natum introibit, potiri non licet. Quæ causa est, quod cum tremendum illud corpus & sanguinis Christi sacrificium peragitur, quod facilius obrineri possit, quod illius immola- tionis merito, quæ in cruce facta est, cõcedi nobis petimus, corpus hoc vniuersum simul quasi congregatur. Adest enim in eo caput huius corporis Christus, vnum cum illo ma- nens cui offertur, vnum ipse facies eos, pro quibus offertur, vnus ipse, qui offert: & quod offertur, ipse & sacerdos: & sacrificium, cuius passio & mors in altari representatur, quã ille propter eã dignatus est optetere, vt filios Dei, qui erant dispersi, cõgregaret in vnum. Est itaque inter alios fructus, quos nobis attulit Christi mors, etiam hic, quod per illam congregamur in vnum. Quam obrem congregantur in hoc sacrificio, non modò qui cor- poribus presentes ad sunt, & hac vita mortali fruuntur, verum & ij, qui iam in cœlis cum Christo triumphat, & qui purgatione adhuc opus habent, superstitum precibus adiu- uantur, quod celerius ad illorum societatem peruenire possint.

Terribilis est hæc quasi castrorũ acies ordinata Satana: Videt enim præsentè in altari Christum cum omnibus corporis sui membris, cuius ipse caput est: Quare cõ aperto Marte nihil sibi profici posse intelligat, quibuscumque potest artibus & insidijs, vel solui possit hæc acies cõtendit & elaborat. Ac primũ quidè caput ipsum petit: quod quauis adesse in altari nõ ignoret, aliud tamen persuadere membris suis conatur, vt aut esse omnino ne- gessent nõ alio tempore, quã quod manducatur, esse cõcedat: oblationis etiã nomè ipsum ferre non potest. Deinde verò nec membris parcat, quæ & ipsa graniter oppugnat. Dixi- mus hoc antè quoque, quod nihil obstat æquè conatibus eius, atque vnitas. Quare sicut Christus omnia fecit, ac mortem etiam acerbam & ignominiosam oppetijt, vt congre- garet dispersos: sic iste contra nihil non facit, vt congregatos dispergat. Vult ab isto corpo- re, quod in terris adhuc militat, diuisos & segregatos eos; qui cõ & ipsi membra sunt eiũdè

Aut. Trah. 6. ius
Joan.
Cyp. li. 1. epi. 6.
Rom. 12.
Panis mysticè
interpretatio.
Joan. 17.
Eph. 1.
Ad Christum cor-
pus pertinent
eius desinit.
Joan. 11.
Mortuorũ me-
moria in sacrifi-
cia.

corporis, de uictis hostibus nostris sempiternis, carne, mundo, & diabolo, iam cum Christo triumphant in caelis. Vult & eorum memoriam proflus abolitam, qui quamuis in fide & confessione Christi nominis obdormierint, non ita tamen in hoc seculo vixerunt, vt statim ex eo migrantes, ad sedes beatorum recipi mēserentur. Atqui non heri, quod aiunt, & nudius tertius, sed iam inde ab ipsis Apostolorum temporibus, vt & sanctorum martyrum, & aliorum in Christo defunctorum in sacrificio Missae fieret memoria, per manus nobis traditum accepimus. Meminit huius consuetudinis Augustinus his verbis: Habet Ecclesiastica disciplina, quod fideles nouerunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vt non pro ipsis oretur, pro ceteris autem commemoratis defunctis oretur. Iniuria est enim pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari. Et rursus alio loco: Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos commemoramus, quē admōdum alios, qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus: sed magis vt ipsi orent pro nobis, vt eorū vestigijs adherēamus, quia impleuerunt ipsi charitatem, qua dominus dixit non posse esse maiorem. Et clarius etiam contra Faustum scribis: Populus, inquit, Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concēlebrat, & ad excitandam imitationē, & vt meritis eorū confocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen vt nulli martyri, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memorias martyrum constituamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum absens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit apud memorias eorum, quos coronauit: vt ex ipsorum locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari possumus, & in illū quo adiuuante possumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quō in hac vita coluntur sancti Dei homines, quorū cor ad talem pro. Eūangelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tantō deuotius, quantō securius post incerta omnia superata: quantō etiam fidentiore laude praedicamus, iam in vita felice viatores, quam in ista adhuc vsque pugnantēs. At illo cultu, qui Graece latria dicitur, Latine vno verbo dici non potest, cum sit quaedam diuinitati propriē debita seruitas, nec columus, nec colendū docemus, nisi vnum Deum. Cū autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, vnde idololatria dicitur eorum qui hoc etiā idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum praecipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctae animae, vel cuiquam angelo. Neque dissimilia scribit in libris de ciuitate Dei. Atque his verbis abunde declarat, quod sit discrimen inter cultum, qui sanctis tribuitur, & eum qui Deo soli debetur. Illos enim vt pro nobis intercedat orare possumus & debemus, sacrificium autem praeterquam soli Deo offerre fas nos est. Quod properea tantopere cupit abrogatum Satanas, vt ne sit aliquod discrimen inter Deum & homines, quō sine Deo nos esse faciat. Neque verō solus Augustinus, verum & ante eū Cyprianus commemorationis huius sanctorum, quae sit ad altare per sacerdotem, mentionē facit, vt longē vetustissimum morē hunc fuisse facile cuius conijcere liceat. Quēadmodū & illū quo ceterorum quoque, qui in Christo defuncti sunt, sit memoria, de quo & ipse his verbis meminit Augustinus: Neque enim piorum animē mortuorū separantur ab Ecclesia; quae etiam nunc est regnū Christi: alioqui nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communione corporis Christi. Et alio loco, cum protulisset illud ex Machabaeorum libris, de oblato pro mortuis sacrificio: Sed et si, inquit, nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, nō parua est vniuersae Ecclesiae, quae in hac consuetudine claret auctoritas, vbi in precibus sacerdotis, quae domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Chrysostomus verō Apostolicū hoc esse institutum asserit dicens: Non frustra ab Apostolis sanctum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorū, qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Stante siquidem vniuerso populo, manus in caelos extendente, ceteri item sacerdotali, verendōqueposito sacrificio, quomodo Deum nō placemus pro istis orantes? Verum istud quidem de illis dicimus, qui in fide abscesserunt. Eadem repetit in Homilijs ad populum Antiochenum scriptis. Sed & ante illum idem proditum est memoria per Dionysium Areopagitam, qui & ipse commemorationem defunctorum in Missa sacrificio, Apostolicam vult esse traditionem. Quod vel inde certius cognosci potest, quod a Petri quoque successore Clemente scriptum legimus in hac verba: Conuenite, inquit, in caemeteria, sacros libros in his legentes & psallentes pro his qui dormierunt, martyribus atque animabus sanctis, qui a seculo fuerunt, proque fratribus nostris, qui in Domino obierunt, & antypon regalis corporis Christi, acceptabilemque Eucharistiam offerre in ecclesijs & caemiterijs vestris, atque in exitu mortuorum psallentes eos deducite si fideles fuerint in domino: Ioannes verō Damascenus v-

Aug. Hom. 17. de verbis Apo.

Sanctorum inuocatio.

Tract. 84. in Ioan.

Ioan. 15. Lib. 20. cap. 21.

Latria vno verbo proprie reddi non potest.
Deo soli & non ipsis sanctis sacrificij & altaria sunt.
Li. 8. c. 27. & li. 22. ca. 10. & Ho. 71. de verbis Apo. & Tract. 84. in Io. cultus duplex alter Dei, alter verō creaturae.
Cyp. li. 3. ep. 6. & li. 4. ep. 5. Au. li. 20. de ciuitate Dei c. 9. In li. de cura pro mortuis ger. cap. 5. i. Mach. 12.

Chry. in epist. ad Philippens. hom. 3. Defunctorum memoria & sepultura in caemeterijs est cantu.
Hom. 69. & in ad Cor. ca. 15. Ho. 41. in epist. ad Heb. ho. 32. In act. Apost. Hom. 21. In Matt. 32. Hom. 1. Ecl. Hier. c. 7. L. 6. cap. 30. vultus. Aposto.

troque posterior, librum etiam scripsit de ijs, qui in fide hinc migrarunt, quod sacris orationibus & vinorum orationibus multum iuuentur, quem Ioannes Oecolampadius cum aduocasset catholicis, in latinam linguam transtulit. In eo, illud ipsum quod Chrysostomus, attestatur his verbis: Diu autem Apostoli discipuli saluatoris, qui totum mundum circūm uicium cepere praedicando verbum, quod suis oculis viderant, in tremendis vitalibusque sacramentis memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt, habendam edixerunt. Idem ante Ioannem Damascenum testatur Isidorus dicens: Sacrificium pro defunctorum requie offerri, quia per totum hoc orbem custoditur, credimus quod ab ipsis Apostolis traditum sit. Exat missa D. Iacobi cum praefatione Procli Archiepiscopi Constantinopolitani, qua testatur eam ipsis esse. Exat & Aethiopum missa. In vtraque fit & sanctae Mariae virginis, & aliorum multorum sanctorum commemoratio. In posteriore verō formulam hanc videre licet Latinis inuicem. Per Stephanum prothomartyrem. Zachariam sacerdotem, Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos martyres &c. Itē per preces & intercessionem quam pro nobis facit domina nostra sancta & immaculata virgo Maria, & per preces maiorum Angelorū, &c. Fit etiam dormientium & quiescentium in fide Christi memoria. Exat Missa Basilij: exat & Chrysostomi: exat vtriusque in libro sacerdotali Graeco explicatio. Similiter in vtraque sanctissimae & intemeratae, super omnes benedictae dominatricis nostrae Dei genetricis & semper virginis Mariae sancti Ioannis praecursoris & Baptistae, sancti etiam, cuius dies celebratur, & omnium sanctorum simul & dormientium in spe resurrectionis vitae aeternae, fit memoria. Legimus autem & Liturgiam quandam Diui Clementis, in qua itidem preces sunt, & pro viuuis, & pro mortuis. Vtitur autē his verbis. Offerimus tibi pro omnibus, qui a seculo placuerunt tibi, sanctis patriarchis, prophetis, iustis, Apostolis, martyribus, &c. Et paulo post pro Regibus & his, qui in sublimitate sunt constituti, oremus vt in pace per ipsos viuamus, vt quietam & tranquillam vitam agentes, versetur in omni pietate & sanctitate. Sanctorum martyrum memoriam colamus, vt, qui participes certaminum, quae ipsi pertulerunt, digni efficiamur. Pro his qui in fide quiescunt oremus. Quod verō dicit Clemens. Offerimus pro sanctis patriarchis &c. non sic accipiendum est, quasi precibus & oblationibus nostris ipsi indigeant, sed magis offerimus in gratiarū actionem. Certum est, quod sancti martyres simul vt occisi fuerint pro nomine Christi, caelestium regnum sine vlla cunctatione retinent: quemadmodum ipsi ipsis verbis scribit etiam Cyprianus: Et tamen idem de martyribus loquens: Sacrificia, inquit, pro eis semper offerimus. Quod non ita accipiendum est, quasi ipsi indigeant, sed magis, vt gratias agamus Deo de victoria illorū, & vt ipsi intercedat pro nobis. Quod etiā indicat Cyrillus Hierosolymitanus cum ita loquitur. Hoc sacrificium tibi offerimus, vt memores simus etiam eorum, qui obdormierunt, primum patriarcharum, prophetarum, Apostolorum, Martyrum, vt Deus orationibus & intercessionibus eorum, suscipiat nostram deprecationem. Deinde etiam pro defunctis sanctis patribus, & Episcopis, denique pro omnibus, qui nos praecesserunt, magnā vtilitate credentes accessurā eorū animabus, pro quibus offerunt deprecatio, praesente sancto & tremendo sacrificio. Et volo vobis id exemplo demonstrare. Scio enim multos hoc dicere, quid inde capit emolumentū anima, si postquam in peccatis migrauerit ex hoc seculo, in precibus quae funduntur ad altare, eorum fiat memoria. Age igitur, si Rex quipiā, eos, a quibus offensus est mittat in exilium, deinde qui sunt illi necessitudine coniuncti, corona contexta pro his, qui sunt ea poena mulctati, eam ipsi offerant, an illis nō remittat aliquid de poena constituta? ad eundem modum & nos pro his, qui obdormierunt, Deo preces offerentes, etiam si peccatores sint, non coronam contextimus, sed Christum immolatum pro nostris peccatis offerimus, deprecantes pro ipsis, & pro nobis benignum Dominum. His verbis Cyrillus, quorum postremam partem a Dionysio Areopagita mutuatus videtur, non obscure significat, in memoriam martyrum offerri sacrificia: non quod nos oremus pro ipsis, sed vt ipsorum potius precibus & meritis iuuemur. Cur autem ea fiat rationem reddit Nicolaus Cabasilas in eo libro, quem de diuino altaris sacrificio inscripsit: Vbi simul & illud ostendit, plus ad sanctificationem proaeque sacrificio hoc animabus, quae sunt soluae corporibus, quam ijs, quae viuunt in corporibus: quod expurgantur, & peccatorum remissionem accipiunt per orationes sacerdotis & donorum intercessionem, nihil minus quam eorum, qui viuunt. In eo autem sunt meliore conditione, quod non peccant amplius, nec noua veteribus crimina adiungunt, sicut faciunt vt plurimum viuentium animarū. Haec tenus de sacramento huius effectū.

Isidor. lib. 1. de officijs cap. 18.

Li. 8. ca. 18. Constitutum.

Pro defunctorum animabus misse celebrantur. Pro martyribus & alijs sanctis quomodo celebrantur.

Li. 4. epist. 5. li. 5. epist. 12. Catech. huius vlt. mystagogica.

Pro animabus in peccatis hinc discedentibus cur celebratur.

Cap. 33. 4. 4. 7. & sequentibus.

Quemadmodum affectus ad hoc Sacramentum accedere oporteat.

1. Cor. 11. Eucharistiam sumpturus quomodo se probet.

Tract. 26. in Ioan.

Epist. 118. ca. 3.

1. Cor. 6.

2. Cor. 6.

Ho. 6. in Ioan.

1. Cor. 11. Eucharistiam qui indignè accipiunt infirmum ex dormiunt multi. Heb. 6.

1. Cor. 11.

Psal. 68. Athan. in epist. ad Antiochenos in Apologia ad Constantium, & in ea. que sequitur de fuga sua.

Qualiter autem affectum esse oporteat, qui dignè manducare corpus, & bibere vult Christi sanguinem, indicat Paulus cum dicit: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Quod si in veteri lege, ubi figura tantum fuit non permittebatur accedere ad altare, qui maculam haberet, quanto minus illud licere debet in hoc sacramento, in quo verum corpus, & verus est Christi sanguis? Quamobrem suam quisque conscientiam diligenter examinet, priusquam ad hanc mensam accedat, ne quod bonum est malè malus accipiat. Hoc est, quod fideles admonet Augustinus: Videre, inquit, fratres, panem cœlestem spiritualiter manducare, innocentiam ad altare apportate, peccata etiam sunt quotidiana, vel non sint mortifera. Antequàm ad altare accedatis attendite quod dicitis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi, securus accede, panis est non venenum: sed vide si dimittis. Nam si non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes: Deum fallere non potes. Nouit ille quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat, aut coronat. Et alio loco, indignè dicit eum accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam. In summa, quisquis ad salutem vult accipere corpus & sanguinem Christi, hoc inprimis eum contendere & elaborare oportet, vt sit membrum Christi, hoc est, vt per fidem & charitatem Christo adhaereat. Nescitis, dicit Paulus, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhæret domino, vnum spiritus est.

Ex hoc Pauli loco discimus, eius quèq; membrum esse, cui adhæret. Qui adhæret Christo, membrum est Christi; qui adhæret meretrici, membrum est meretricis: qui adhæret Satanæ, membrum est Satanæ. Quamobrem nisi quis hoc egerit, vt sit membrum Christi, nihil est quod communicet corpori & sanguini Christi. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? Non est autem Christi membrum, qui plus diligit creaturam, & ei magis adhæret, quàm creatori redemptori què suo Christo. Non est membrum Christi, qui fratrem ad Christi corpus pertinentem odio habet. Non est membrum Christi, qui segregat semetipsum à corpore Christi. Denique quicumque criminis alicuius capitalis reus est, non est membrum Christi. Quamobrem si quis eius rei sibi conscius est non prius ad sumendum vitium & verum Christi corpus accedat, quàm corporis eius mystici membrum factus fuerit, atque vnde auulsus est peccatis suis; Christi corpori se rursus inseri curauerit. Quod ita demum futurum est, si & cum Deo, & cum proximo, qui eiusdem corporis membrum est, reconciliari studuerit, & offensam ipsè remittens, & remitti sibi vicissim hanc accessurum, nihil tamen æquè illi aduersatur, atque diuisio, atque voluntatis alienatio, atque ira, odium, æmulatio. Rectè enim vocatur hoc ab Augustino sacramentum pietatis, signum vnitatis, vinculum charitatis. Rectè idem admonet, quod qui accipit mysterium vnitatis, & non seruat vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testium nium contra se. Annunciatùr in hoc sacramento Christi mors, dicit Paulus. Porro Christus mortuus est, vt morte sua nos Deo patri suo cœlesti reconciliaret, vt reconciliatos vnum cum illo, vnum secum, vnum nos ipsos inter nos faceret. Quisquis igitur hanc vnitatem rumpit, & vel à Christo se lethaliter peccando separauit, vel ab eius corpore, quæ est Ecclesia, suo plus quàm illius iudicio tribuendo, segregauit, vel à quocunque eiusdem corporis membro per odium & malevolentiam se diuisit, quid aliud quàm rursus crucifigit sibi mempro filium Dei, & ostentui habet: dum eadem illa designat, propter quæ Christus crucifigit & mori dignatus est: quem peccata nostra de cœlo detraherunt, ac tam acerbis illius cruciatibus causam dederunt. Atque ita fit, vt non ad vitam, sed ad mortem sumat vitam. Verus enim efficitur corporis & sanguinis domini. Quapropter quisquis vel Deum, vel proximum se offendisse sibi conscius est, non prius ad hanc mensam accedat, quàm reconciliatus fuerit: ne illud ei eueniat, quod à Propheta dictum est: Fiat mensa eorum toram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Qua de causa monet Athanasius, vt omnes qui pacem amant, inter se conciliantur, ac deinde vbi conciliati fuerint, Synaxis celebretur. Narrat idem fuisse morem tunc obseruatum, vt in orationibus peruigilarent & in vigilijs pernôtarent Synaxim celebraturi. Quoniam verò reconciliatio eiusmodi, fit per pœnitentię sacramentum, de eo nobis dicendum deinceps restat.

De

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAPVT XLIII.

PER lauacrum regenerationis nouam quandam vitam ingredimur. Nam in eo vultus homo noster crucifigitur, neque uiuit iam in nobis, nisi is qui propter nos & propter nostram salutem homo fieri dignatus est, Deus & dominus noster Iesus Christus, quem Baptizati induimus. Ingradimur autem in hanc vitam, non vt ocio vacemus & delicijs, sed vt contra mundum, carnem, & diabolum in acie semper stemus. Ad quos hostes, postros superandos, datur nobis in sacramento confirmationis adiutor sanctus spiritus, cuius virtute facilius impetum eorum propulsare possimus; Datur etiam ad sustentandos nos in Eucharistia, non quiuus cibus, sed pretiosi corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Sit nihilominus, quod in prælijs vsu venire solet, vt sæpè grauius ab hostibus nostris sauciati corruamus, & quam per lauacrum regenerationis adepti vitam fueramus, eam morte commutemus. Sed ne sic quidem oblitus est misericordiæ suæ pater, ille misericordiarum, & Deus totius consolationis. Ipse enim est, qui alienat omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos: Cuius tanta est benignitas & clementia, omnem vt humanam affectionem longo intervallo superet. Magna est matris erga puerum suum infantem benignitas, sed hanc superat patris nostri cœlestis bonitas. Quod hæc ipsius per Prophetam loquentis verba restantur: Nunquid obliuisci, inquit, poterit mulier infantem suum, vt non gemiscatur filij vteri sui? est illa obliuisci fugit, ego tamen, inquit, non obliuiscar tui. Non vult ille benignus & misericors, patiens & multæ misericordiæ; & præstabilis super malicia, quenquam de venia lapsum desperare, sed huic quoque rei remedium instituit, pœnitentię sacramentum, per quod ipso resurgere liceret. Quamobrem sicut baptismus intrantium, confirmatio pugnantium, Eucharistia vires resistentium: sic hoc resurgentium sacramentum esse dicitur, cuius virtute sit, vt cum corruerimus, eleuemur, vt si in ista colluctatione, quæ nobis est aduersus principatus & potestates tenebrarum harum, nos prosterni contigerit, nō propterea statim animum abijcere, verum ad hoc pœnitentiæ remedium confugere nos oporteat, per quod erigi prostrati, ac vires ad pugnam recuperare possimus. Nam qui non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, non vult mortem impij, sed magis vt conuertatur & viuat. Sic enim per Prophetam loquitur: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Ac paulò post: conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, in quibus preuaricati estis, facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israël? quia nolo mortem morientis dicit dominus Deus, reuertimini & viuite. Ad eò ipse nos inuitat pius & misericors pater, vt reuertamur potius & viuamus, quàm vt in peccata prolapsi, de illius benignitate desperemus. Prior est ad miserendum, quàm nos ad misericordiam ab eo petendam. Iucundius enim dat Deus, ait Gregorius Nazianzenus, quàm alij acceptant: vt rectè dictum est ab Anselmo, cum Deum alloquitur, ex naturali bonitate tua in insinuatum prior est ad exaudiendum quantum in te est, quàm nos auidi ad rogandum. Simul, vt dereliquerit impius viam suam, ac vir iniquus cogitationes suas, ac ad dominum conuersus fuerit, obuijs, quod aiunt, manibus eum ad se reuertentem excipit. Estque magis gaudium in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis.

De materia & forma huius Sacramenti.

CAPVT XLV.

NE quis verò dubitandum est, quin hoc ipsum Pœnitentiæ sacramentum ab ipso Christo fuerit institutum: cuius hæc clarissima verba sunt ad Petrum: Dabo tibi claves regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in cœlis: Tum & ad reliquos Apostolos: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Ac post resurrectionem ad eosdem: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quibus verbis & materiam & formam huius sacramenti satis expressisse videtur: Est autem duplex materia, propinqua & remota. Sicut statua propinqua materia est metallum, remota ta verò aqua: sic & in hoc sacramento, remota materia sunt peccata, nō quatenus amplectenda, sed quatenus detestanda, ac quæ longissimè propulsanda sunt, quorum sit à Christo mentio. Proxima autè materia, sunt actus ipsius pœnitentis. Cū enim aliquis iusto dolore concepto de peccatis admissis firmo etiã proposito nō modò cauèdi deinceps, verum etiã satisfacièdi pro illis,

Ephe. 6.

2. Cor. 11.

Psal. 14. 4.

Esai. 39.

Ioel. 2.

Sacramentum in ordine viuis.

Ephe. 6.

Matt. 9.

Exer. 18.

In oratione in iustis laudat.

In li. de mensura ratione crucis.

Esai. 55.

Pœnitentiæ Christi instituta.

Matt. 16.

Matt. 18.

Ioan. 20.

Pœnitentiæ materia duplex.

ea sacerdoti confessus fuerit, hac ipsa confessio ad hunc modum facta, signum est visibi le sacræ rei, hoc est, inuisibilis gratiæ, qua sic confessio peccata remittuntur: & quidem effi- cax signum. Nam simul vt ad confessionem huiusmodi verbū accesserit à sacerdote pro- latum, ego te absoluo, statim peccata omnia contrito & confesso remittuntur.

Penitentia & aliorum sacramen- torum materia diuersitas.

Est autem in huius & aliorum sacramentorum materia, nonnullum discrimen. Nam in alijs substantiæ quædam exteriorès materiæ locum obtinent, sicut in baptismo aqua, in confirmatione chrisma, in Eucharistia panis & vinum, in extrema vnctione, & in or- dine, vnguentum olei: in hoc ipsa hominis actio materia loco est, quodque fieri vide- mus in medicinis, quibus corpus curatur, idem etiam vsu venit in sacramentis, quæ me- dicinæ quædam sunt animarum. Sicut enim quædam sunt medicinæ, quæ in sola illius, qui curatur passione consistunt, cuius generis est sectio vulneris: quædam verò in actioe, cuius- modi est exercitatio corporis: Sic in sacramentis cernere licet alia, quæ consistunt in eius pas- sione, qui sanctificatur, & nõ actione nisi per accidens, vt illa quinq; quorū antea meminimus: alia verò in actu eius qui sanctificatur, cuiusmodi sunt hoc penitentia, matrimonij- que sacramentū. Quamobrem actus isti, materiæ locum obtinet, qui sunt tres, contritio, confessio, satisfactio: formæ autem absolutio. Neque verò propterea rei debet ea for- ma absolutio, quæ vtitur Ecclesia, quod ea à Christo instituta aut præcepta esse non le- gitur. Nam eadem ratione baptismi quodq; formam reiiciendam esse dixerimus. Neq; e- nim alia auctoritate dicit sacerdos: Ego te absoluo, quæ qua dicit: Ego te baptizo. Sicut baptizandi formam ex Christi verbis mutuatur, Euntès docete omnes gentes, baptizates eos &c. sic & ab soluendi formam ex eiusdem Christi verbis mutuatur, dicens ad Petrus: Quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in caelis. Et ad Apostolos omnes: Quo- rum remiseritis peccata.

Sacramenta quinque in pas- sione, & duo in actione consi- stunt.

Penitentia a- ctus tres, mate- ria, absolutio, po- nitæ forma. Mat. vii.

Matt. x6. Ioan. 20. Greg. li. 6. ca. 1. in primâ Reg. Penitentia tres partes.

Cæterum in penitente veraciter tria considerari scribit oportere Gregorius: conuersio- nem mentis, confessionem oris & vindictam peccati: quæ vulgo vocant contritionem, confessionem, & satisfactionem. De singulis ordine differemus: ac primùm de contritio- ne, siue conuersione mentis.

DE CONTRITIONE. CAPVT XLVI.

Contritio quid. Gene 4. Ierem- dum lxx. Esai 55. Esai. 1.

Contritionem rectè dixerimus iustum esse dolorem de peccatis conceptum, cum eorum detestatione. Dolere autem de peccatis nemo potest, nisi prius ab illis ces- sauerit. Propterea monet scriptura: Peccasti, quiesce. Et in alia scriptura prius il- lud legitur: Derelinquat impius vias, & vt iniquus cogitationes suas: Postea adijcitur & reuertatur ad dominum. Atque apud eundem Prophetam: Quiescite agere peruersè: de- inde: Dilicite benefacere. Paulus etiam cum esset hortatus Romanos vt induerent arma lucis, prius admonnit, abijcerent opera tenebrarum. Et Ephesios prius deponere iussit se- cundum pristinam conuersationem veterem hominem: deinde dixit. Renouamini spi- ritu mentis vestræ, & induite nouum hominem. Qui reconciliari vult amico, quibus eum ante hac iniurijs afficiebat, ab eis deinceps iam abstinet, quod facilius redire possit in gra- tiam. Quæ autem est alia penitentia ratio, quam vt reconciliemur Deo, remissione pec- catorum nostrorum impetrata? Cessamus itaque à peccatis necesse est, in quibus quàm diu persistat aliquis, dolere de illis, eaque ex animo detestari non potest. Primùm itaque cessandum est à peccatis: quod tamen solū non sufficit. Doleamus in super oportet, quod ea patrauerimus aliquando: ac sicut ea placuerunt antea, sic deinceps detestemur & odio habeamus.

Rom 13. Eph. 4.

An. li. de vili- tate penitentia cap. 10.

Tertul. li. 2. cõ. Marcionem.

Est quidem ita, quod optima penitentia est, noua vita: verum & illud verum est, quod ab Augustino dictum existimatur. Neminem nouam vitam inchoare, quem vete- ris non penituerit. Quis namq; fieri potest, vt proponat deinceps aliquis, nihil se nisi be- nefacere velle, cui, quæ præterierunt malefacta, non displicerint? Quam Latini peniten- tiam, eam Græci vocant Metanoian, quæ latinè dici potest mentis mutatio, siue respicen- tia: ipso etiam Tertulliano teste, qui scribit in Græco sono penitentia nomen non ex de- lecti confessione, sed ex animi demutatione compositum esse. Quæ autem esse potest ani- mi demutatio, vbi quæ prius placuerunt, ea deinceps non displicent? Quomodo mutasse priorem affectionem animi dici poterit, cui placet aliena rapuisse, verum in posterum ni- hil eiusmodi patrare delibatum habet? Quamobrem vel communitis ipse sensus indicat, ad nouam vitam inchoandam, opus esse detestatione vitæ prioris & displicentia. Etiam homini si quis reconciliari vult, ostendit sibi displicere, quod eum aliquando offenderit. Quod si delectari se offensionibus illis indicauerit, atque eo nomine sibi placuerit, tantū abest, vt in gratiam redeundi potestas illi fiat, maiorè etiam vt iram sibi cumulet. Si ad huc modum agi par est cū homine, atque vt nos mortali, quò ore ad Deū accedemus? qua fronte

fronte ei reconciliari postulabimus, nullum de eo quod ostenderimus, quodque iustam illius contra nos iram protocauerimus, dolorem præ nobis ferentes?

Quamuis autem ineptum sit ad huncmodum colligere: Non est scriptum, ergo appro- bandum non est: tamen & res & hominè ipsum contritionis & scripturis ostendi potest. Nam quod vnus ex Prophetis auerionis ab impietate meminit; quid aliud significare vult hoc nomine, quam odium eorum & displicentiam, quæ prius placuerunt? Nā quem odimus, ab eo libenter nos avertimus. Iam verò ille locus: Postquam conuertisti me, egi penitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussis cor meum: confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adulescentia mea, nõnne aperte vim contritionis demõ- strasti quo conteritur & percutitur cor, sitque vt confundamur & erubescamus de his, quæ patrata sunt per nos. De hoc genere confusiois dicit Augustinus: Est quædam con- fusio temporalis, vtilis perturbatio animi respicientis peccata sua, respicente perhorren- tis, horrore erubescens, erubescencia corrigentis. Vnde dicit Apostolus. Quam enim glo- riam habuistis tunc in ijs, in quibus nunc erubescitis? Ergo erubescere eos dicit iam fide- les, non de presentibus donis, sed de præteritis peccatis. Hanc confusioem nõ formidet Christianus, inò si hanc nõ habuerit, æternam habebit. Quam in sententiam scribit etiã auctor operis imperfecti in Matthæum, his verbis: Nunquid nescimus, quia confessio pec- catorum habet pudorem? & quia hoc ipsum erubescere pœna est grauis? Sed ideò magis iubet nos Deus confiteri peccata nostra, vt verecundiam patiamur pro pœna. Nam & hoc ipsum pars est iudicij. Et Cæcilius: Erubescimus modo paruo tempore penitentiam age- re, & non timemus sine vilo termino æterna supplicia sustinere! O infelix homo, de ipso vulneris non erubescis, & de ligaturis vulneris erubescis? Peccatum enim vulnus est, pœ- nitentia ligatura vulneris est. Tu qui penitentiam non vis agere, sine dubio dissimulas medicamenta tuis vulneribus adhibere, & non agnoscis, quia plus factum est, & maiore horrore vulnus generat deopertum, quàm si esset medicamentis appositis inuolutum. Neque minus clarus & manifestus est ille locus, quo dominus non contentus dixit: Cõ- uertimini ad me in toto corde vestro: addit in super, in ieiunio, in fletu, in planctu, & scin- dit corda vestra, & non vestimenta vestra. Quando flere, quando plangere, quando scin- dere cor iubet, quid aliud quàm contritionem præcipit, sine qua in toto corde nostro cõ- uerti ad Deum nõ posse videmur? Sed non hoc modo quod significatur eo nomine, ve- rum ipsum etiam contritionis nomen in scripturis reperire licet. Quod aperte illa verba indicant: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritū & humiliatum Deus non despicies. Et illa alterius Prophetæ: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contri- tum spiritu, & trementem sermones meos? Et apud eundem alio loco: Euangelizare pau- peribus misit me, sanare contritos corde. Ex quo vel solo discere possumus, qui sanari vult per penitentiam, eum contrito corde esse oportere.

Contritio scripturis ostenditur. Exzech. 18. et 33. Hier. 31.

Aug. Concione 1. in Psal. 30.

Rom. 6.

Homil. 3.

Homil. 6.

1. cor. 13.

Psal. 50. Esai. 60.

Sanctorum verò doctorum vix quisquam est, qui ad contritionem compunctioneque cordis non inuitet. Inter Augustini opuscula, etiam vnum illi inscriptum videre licet, de contritione cordis. Cerrè Cyprianus grauius eos obiurgat, qui penitentia partem hanc sublatam voluerunt: Agite, inquit, penitentiam plenã doloris, ac lamentantis animi pro- bate mœstiam. Neque vos quorundam moueat aut error improvidus, aut stupor vanus, qui cum teneantur in tam grandi crimine, percussis sunt animi cecitate, vt neque intelli- gant delicta, neque plãgant. Ac si quanto post: Qui penitentiam criminis tollunt, satisfactio- ni viam præcludunt: ita fit, vt dum temeritate quorundam promittitur salus falsa, vel creditur, spes veræ salutis adimatur. Sed & verustior Cypriano Tertullianus scripsit li- brum de penitentia: in quo inter cætera de exomologesi in hunc modū loquitur: Exo- mologesis proferendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem iniun- gens misericordiæ licem: de ipso quoque habitu atque vultu mandat: Sacco & cinere in- cubare, corpus sordibus obcurare, animū mœroribus deijcere, illa quæ peccati tristi tra- ctatione mutare. Cæterum passum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ causa. Plerunque verò ieiunij preces alere, ingemiscere; lachrymari, & mugire dies nõ- et quæ ad dominum Deum tuum, presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari. Scri- psit Ambrosius quoque de penitentia libros duos: Et inter Augustini libros recensentur vnus de vtilitate penitentia, alius de medicina penitentia. Chrylostomi verò complures de ea sunt Homilia: de compunctione verò cordis libri duo: ac totidem etiam eadem de re libri beati patris Ephrem: quem ad tantam venisse claritudinem scribit Hieronymus, vt post lectionem scripturarum, publice in quibusdam Ecclesijs eius scripta recitaren- tur: qui de penitentia quoque libros duos, & sermonè vnum conscripsit: neq; alia in re magis occupatur, quàm in mentibus hominum ad compunctionem excitandis. Cuius etiam hæc verba sunt: Projice abs te onera peccatorum; offer munera obsecrationum, sup- pone

Cyp. sermo. 5. de lapsis.

Tertullia. in li. de penitentia.

Penitentia con- ditiones.

Ephrem in pri- mitua ecclesia auctoritas. Hier. de vitijs illu. Confessarij ep.

ad compunctio- nem mentem excitare. Ephem. de pe- nitentia, cap. 11.

De extremo in- dicio, cap. 5. Compunctio- nis effectus.

1. Regum 1. Luca 7.

Homil. 25. Nazian. in ser- de sanct. lami- nibus: Epipha. lib. 5. Gre. in hom. ad eos, qui durius alios indicant. Penitentia tem- pus definire no- bonnis esse vi- detur. Leo epi. 39. ad Theod. Exech. 18. Esai. 43. Psalm. 129. celesti. ad Epi- scop. Gall. ep. 2. ca. 2. Luca 23. Isidorus de pe- nitentibus cap. 16. August. serm. 66. de tempore

Penitentia affe- ctus, potius qua- longum tem- pus considerat Deum. Chrys. hom. 27. in cap. Gene. 8. Iona cap. 3.

Cyp. sermo. de scena domini.

Penitente gra- tia Dei omni te- pore recipit.

pone lachrymas in putredine vulnerum. Intantum enim celestis medicus bonus est, vt lachrymis & gemitibus donet vulneribus sanitatem. Accede peccator, & procidens huic benignissimo medico offer lachrymas, quæ ad huiusmodi medicamentum proficiunt. Sic enim vult celestis medicus sanare vnumquenque, medicamentum diligens lachrymarum. Nihil est enim, quod non cedat & sanetur medicamento penitentia. Hoc enim medica- mentum non vsquequaque detinet ægrotum, sed statim sanat. Expectat ergo medicus vi- dere lachrymas tuas: accede, noli timere. Ostende ei vulnus, & offer medicamentum la- chrymarum & fletum. Ecce enim apertum est os suum penitentia. Festina peccator, prius- quam claudatur. Et alio loco: Beatus homo qui habet compunctionem iugiter secundum Deum. Compunctio fratres sanitas animæ est, illuminatio mentis est: compunctio fratres remissionem delictorum nobis conquirat: compunctio fratres, lesum vniuentum facit in nobis habitare, cum eum desideramus & querimus. Volo vobis fratres enarrare potentia lachrymarum: Anna per lachrymas à Deo Samuelem Prophetam accepit, ad sublimitate & gloriationem animæ suæ. Mulieris etiam peccatricis debita in domo Simonis à Chri- sto domino dimissa sunt, quæ lachrymis pedes eius rigabat, & crine tergebat. Grædis vir- tus est lachrymarum, multumque proualeat lachrymæ, quæ secundum Deum sunt. Fidu- ciam domini semper acquirunt lachrymæ, fordidas cogitationes expellunt, nec proxima- re eas permittunt animæ compunctionem cordis habenti. In quam sententia pleraque scri- buntur etiam à Macario. Gregorius quoque Nazianzenus vocat penitentiam baptismum lachrymarum. Sic Abdias quoque de quodam: Vberioris, inquit, lachrymarum suarum fontibus iterum baptizatur. Sic & Gregorius Nissenus: Lachrymarum, inquit, effusio, ba- ptismi vim habet: gemitusque reducit gratiam, quæ paulisper excelebat.

Quamobrem & è scripturis, & ex consensu doctorum omnium Ecclesiæ, pars hæc pen- nitentiæ probari potest. Quantum autem temporis ad eam requiratur, non videtur homi- nis esse definire. Præclare enim scripsit Leo Pontifex, quod misericordie Dei nec mēsuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quæ nullas patitur venire moras cōuersio, dicente spirita Dei per Prophetam: Cum cōuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et alibi: Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Et iterum: Quia apud dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio. Sed & ante eum Cælestinus Papa: Salutem, inquit, homini adimit, quisquis mortis tempore penitentiam denegauerit, & desperat de clemētia Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdi- disse latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum vnus horæ peniten- tia non iuisset. Cum esset in pœna, promittit: & per vnus sermonis promissionem, ha- bitaculum Paradisi promeruit. Post quem etiam Isidorus: Lachrymæ, inquit, peniten- tiam apud Deum pro baptisate reputantur. Vera ergo ad Deum conuersio in vlti- mis positum, mente potius est æstimanda, quam tempore: Propheta hoc taliter asseren- te: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et æqualis eius Augustinus: Penitentia quamuis sit exigui temporis, si intima cordis amaritudine agitur, non despicitur apud ia- dicem iustum Deum, qui cordis secreta considerat. Non enim longitudinem tēporis tan- tum requirit Deus, quantum affectum sinceritatis penitentis pœtat. Et qui præcessit hos Ioannes Chrysostomus, cum esset horatus populum, vt ablueret peccata, tum maximè, cum adhuc relicta esset quadragesimæ pars, subdit: Hoc autem dixi, non quod solum tan- to tempore opus habet peccatorum correctio, sed quia dominum habemus misericor- dem & benignum, & non indigent magno tempore, tantum magno seruo & sobrieta- te ad ipsum accedamus, reiectis secularibus curis omnibus, & supernæ gratiæ innitamur. Nam & Niniuitæ tanta peccatorum multitudine aggrauati, quia magnam & veram pen- nitentiam egerunt, non indigebant ampliori quam trium dierum tempore ad prouocan- dam Dei bonitatem, & irritandam, quæ aduersus se lata erat, sententiam. Et quid dico Ni- niuitas? Latro in cruce neque vno die opus habebat: Et quid dico die vno? neque breui hora. Tanta est erga nos Dei misericordia. Nam vbi viderit volūtatis nostræ firmum pro- positum, & feruentem nos desiderio ad se accedere, non retardat, neque differt, sed accelerat, suamque solitam liberalitatem exhibens, dicit: Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum. Ac qui fuit omnibus his vetustior Cyprianus: Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima festinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerferit, penitentiam clemē- tissimi Dei benignitas non aspernatur, nec serum est quod verum, nec irremissibile, quod voluntarium, & quacunque necessitas cogat ad penitendum, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas, si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia, sed in amplitudine sinus sui, mater charitas prodi- gos suscipit reuerentes, & velit nolit Nouatus hæreticus, omni tempore Dei gratia reci- pit penitentes. Ac latronis mentionem faciens: Latrocinium, inquit, damnationem me- ruerat

ruerat & supplicium, sed cor contritum pœnam mutauit in martyrium, & sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem, & statim con- summatus cuius sanctorum & domesticus Dei permissus est in pietatem. Quos omnes secutus Isidorus. In actione, inquit, penitentis, non tam consideranda est mensura tēporis, quam doloris, si quis circa finem suum per penitentiam desinat esse malus, non ideo debet desperare, quod in termino est vltimæ vitæ: quoniam Deus non respicit quales an- tea fuimus, sed quales circa finem vitæ existamus. Ex fine enim suo vnumquenque aut iustificat aut condemnat. Sic ut scriptum est: Ipse iudicat extrema terræ. Et alibi: Vniuer- sorum finem ipse considerat.

De Confessione, & quæ illi respondet, Absolutione.

CAPVT XLVII.

Ceterum in penitentia hominis Christiani post lapsum, non solum à peccatis ces- satio continetur, & eorum detestatio, aut cor contritum & humiliatum, verum etiam eorundem sacramentalis confessio, saltem in voto, suo tempore facienda: Confessio, & sacerdotalis absolutio. Nam cum sacramenti hoc medicina sit à summo medico Chri- sto instituta, qui sanitatem omnium ipse confert, sed in ea conferenda sacerdotis virtus mi- nisterio, quem admodum etiam Origenes admonet, oportet hos morbum nostrum coram eo, quo ministro Deus in curando eo vitur, non celare. Fortassis enim, inquit, sicut ij qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humores, vel phlegmata, stomacho grauius & molestè immittentia, si vomuerint, releuantur: ita etiam ij, qui peccauerunt, si quidem occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus virguntur, & propemodum suffocantur à phlegmate vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semet- ipsum & confitetur, simul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam.

Ac ne quis hoc de ea accusatione confessioneque dictum interpretetur, quæ coram Deo fit, subdit mox, tantummodo circumspicere diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere: qui sciat infirmari cum in- firmante, flere cum flente: qui & condolendi & compatiendi nouerit disciplinam, vt ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius & eruditum medicum ostenderit, & misericor- dem, si quid consilij dederit, facias & sequaris. Si intellexerit & prouiderit talem esse lan- guorem tuum, qui in conuentu totius Ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & ceteri edificari poterint, & tu ipse facili sanari, multa hoc deliberatione, & satis peri- tioso medicum consilio procurandum est. Quem sequuntur Pacianus: Rogo vos, inquit, fratres, per illum dominum, quem occulta non fallunt, desinite vulneratum tegere conscientiam. Prudentes ægri medicos non ventur, ne in occultis quidem corporum partibus, etiam securos, etiam perusturos. Meminimus quosdam, remota etiam & verecundia me- brorum, non erubescētes, in ferro & cauterio, & grauisima illa pulueris mordacitate, durasse: Et quantum est illud, quod homines præstiterunt? Peccator timebit? peccator erubescet perpetuam vitam præsentem pudore mercari? & offerret manus domino vulne- ra male tecta subducat? Et habet aliquid quod illo erubescat, qui dominum læsit. An sic il- li melius est perire, ne tu pudore timidus sine pudore moriaris, non faciens pudori locum, plus de detrimento eius acquiras, cui pro te melius est perire? Quod si fratrum oculos erubescitis, consores casuum vestrorum timere nolite. Auctor operis imperfecti in Marthæ, Confessio peccatorum est testimonium conscientie timentis Deum. Qui enim timer iudicium Dei, peccata sua non erubescit confiteri: qui autem erubescit, non timer. Perfectus enim timor soluit omnem pudorem. Illic enim turpitudine confessionis aspicitur, vbi futu- ri iudicij pœna non creditur. Nunquid nescimus, quod confessio peccatorum habet pu- dorem, & quia hoc ipsum erubescere pœna est grauis? Sed ideo magis nos iubet Deus con- fiteri peccata nostra: vt verecundiam patiamur pro pœna. Nam & hoc ipsum pars est iudi- cij: o misericordia Dei, quem toties ad iracundiam extitauimus, sufficit ei solus pudor pro pœna.

Sic & Ambrosius: Ostende medico vulnus tuum, vt sanari possis & si non monstra- ri uouit. Sed à te expetit audire vocem tuam. Neque dissimilia sunt, quæ scribit Hiero- nymus, illud enarrans ex Ecclesiaste: Si morderit serpens in silentio, non est amplius ha- benti linguam. Si quem, inquit, serpens Diabolus occultè morderit, & nullo conscio eum peccati veneno intecerit, si tacuerit, qui percussus est, & non egerit penitentiam, nec vulnus iuam fratri & magistro voluerit confiteri, magister, qui linguam habet ad curan- dum, facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Et æqualis eius Augustinus: Quomodo potest medicus vul- nus sanare, quod ægrotus ostendere erubescit? Deus confessionem nostra desiderat, vt iusta habeat cognoscendi causam. Ante quæ etiam Basilius: Confessio, inquit, peccatorum hanc habet

Isid. de penite- tibus cap. 16.

1. Regum 2. Iob 28.

Confessio.

Homil. 2. in Psalm. 37.

Confessio cui se- cerdoti facienda.

In paranesi ad penitentiam.

Eil. 2. de Pe- nitent. cap. 8. Confessio peccat- orum est testi- monium con- scientie Deum- timentis. In cap. Math 3. Homil. cap. 3.

Hieron. in Eccl. 10.

Aug. serm. 66. de tempore. Basil. in regula Monach. ca. 98.

Et in quest. compendiosis. 288. quæst. Confessarius peccata querens. Rom. 15. Cap. 21.

habet rationem, quã habet vulnus aliquod corporis vel passio, quã medico demonstranda est. Si ergo non omnibus, qui vitia vel vulnera corporis sui reuelat, nec quibuslibet, sed ijs tantummodo, qui summa peritiam testimonium habent, & curã ac medelã disciplinã, ita confessio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo, qui curare hæc prævalent, & emendare secundum quod scriptum est: Vos qui fortiores estis, infirmitatem infirmorum portare, hoc est, auferte & exportate per curatiõnem. Et in eodẽ libro aliquantõ antè. Necellarium, inquit, videtur ijs, quibus dispensatio mysteriorum Dei commissã est, confitèda esse peccata. Sic enim & ijs, qui antiquitus pœnitebant, inueniuntur apud sanctos, confessi esse peccata sua. Scriptum est in Euangelio: Quia Ioanni Baptistã confitebantur populi peccata sua: & in Actis Apostolorum Apostolis ijs, qui baptizabantur.

Math. 3. Act. 19.

Tert. lib. 1. de tri. unitate. Confessio instituta à Christo. Math. 16. Ioan. 20. Proverb. 12.

Ex quibus verbis colligere licet, quãta sit confessiois antiquitas, quã à domino institutã esse scribit Tertullianus, vt Ecclesiã cõsensu obtinet. Videtur autè illis verbis instituta, quibus Petro ceterisque Apostolis ligandi soluendiq; remittendi, retinendiq; peccata, potestas à Christo concessa est. Quã vt quemadmodum potuerint Apostoli, vel etiã nunc possint eorũ successores, intelligi non potest, nisi prius cognouerint, cuius generis ea peccata sint, & quã medicina sit illis adhibenda. Rectè dicitur à Sapiente: Qui iudicat quod nouit, iustitiã iudex est. Verum est & illud, quod ex Hieronymo proximè citauimus, quod ignorat medicina, non curat. Cùm itaque sacerdos, & iudex vice Christi sit, & medicus ab ipso constitutus, quomodo aut iudicabit de incognitis, aut morbum, quem cuiusmodi sit ignorat, curabit? Deinde verò non sola remittendi, verum etiam retinendi, neque sola soluendi, verum etiam ligandi potestas illi data est. Quid autem retinere, quid remittere, quid ligare, quid soluere debeat, quis scire poterit, si non fuerit illi vulnus, in dicitur, si peccatum non fuerit manifestatum? Ac fatendum quidem est, quod ab ignorantibus nonnunquam sacerdotes absoluit, sed nõ ab his tamen, quos scies aliquis proferre nolit, verum ab ijs, quã vel peccata esse nescit, vel eorum reminisci non potest. Verum est enim quod ait propheta: Delicta quis intelligit? Neq; raro fit, vt etiã grauiã peccata per ignorantia committantur. Quin & illud ab eodem propheta nõ sine causa dictum est: Ab occultis meis munda me. Quamobrem ad ea manifestada, quã vel esse peccata nescimus, vel memoria non tenemus, nemo fuit vnquam obligatus.

Absolutio ignorantium peccatorum.

Psal. 18. Psalm. eodem.

Clemens epist. 1.

Iacob. 5. Locus de confess. explicatur.

Hugob. 2. de sacramentis, par. 14. cap. 11.

Non est itaque dubitandum, quin sicut absolutio à Deo est instituta, ita & confessio, quã sit per peccatorum enumerationem Dei ministro sacerdoti factam. Quã duo ita sibi mutuo respondent, vt vbi non est confessio, ibi nulla esse possit absolutio. Sed si quis alium scripturarum locum à nobis exegerit, vbi Christus confessionem præcepit, præterea, quã per nos adducta sunt, ad Petrum & ad reliquos Apostolos dictã, ab eo vicissim exigere licebit, vt & ipse locum ostendat, vbi primùm Ecclesia confessionem præcepit. Quod cum graue multis onus videatur, certè nemine præcipiente susceptum à fidelibus vitro fuisse, verisimile non est. Quin & illud difficile esse creditur, hominis alicuius auctoritate ad hanc rem tam grauem fideles, adigi potuisse. Atqui ostendi non potest, quod ea fuerit ab Ecclesia instituta, cùm ab ipsis Apostolorum temporibus adhuc vsque nostra in vsu semper fuerit. Ex quo colligere licet, quod viuã voce proculdubio fuerit à Christo tradita, cuius multò maxima ditorum & factorum pars mandata scripturis nõ est. Clemens Petri successor hanc Petri doctrinã fuisse refert, quã illi à magistro suo Christo accepisse dubiũ nõ est, vt si fortè alicuius cor vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum latenter irrepserit, non erubescat, qui animã suã curam gerit, confiteri hæc ei, qui præest, vt ab ipso per verbum Dei, & consilium salubre curetur. Quo facilius autem perspicere possit, eum de occultis peccatis loqui, subiungit hæc verba. Abijcenda prorsus e corde est omnis intrinsecus latens amaritudo peccati, si qua fortè ex desiderijs iniquis, velut ex cibis noxijs, congregata est.

Iam illis verbis: Confitemini alterutrum peccata vestra: non tam institutam à Iacobo & præceptam sacramentalem confessionem, quã eã, quã pridè instituta esset & præcepta, promulgata, rectè viri quidam pij & docti existimauerunt. Neque mouere quenquã debet vox hæc alterutri, vt putet eam ad sacramentalem confessionem, quã sacerdoti fit, referri non posse. Vir fuit excellens & doctrina & vitã sanctimonia Hugo de sancto Victore, Bernardus æqualis: is cùm adduxisset hunc Iacobi locũ: Quid est, inquit, alterutrum? Ac mox respondet: non solum homo Deo, sed inter vos alter alteri, homines hominibus, oues pastoribus, subiecti prelati, ijs qui peccata habent, ijs qui peccata dimittere potestatem habent. Et certè cõmunis hoc loquendi mos obtinet, vt dicatur aliquando ab Episcopo, siue eius Vicario: Confiteare cui vis. Quã tamẽ verba nõ ita accipiuntur, quasi nõ sacerdotibus etiã cõfiteri potestas permissa sit: verum illud cõcedi verbis ijs videtur, vt non proprio sacerdoti, cui iure tenetur, verũ cuiquãq; velit alij, modo sacerdoti, cõfiteri possit.

Constat

Constat hoc, Iacobum nõ prius hæc verba protulisse, Cõfiteamini alterutrum, quã presbyterorum fecisset mentionem, vt ex vi cuiusdã consequentiã de illis dicta videantur. Inter opuscula, quã adscribuntur Augustinõ, extant etiã duo de visitatione infirmorum: In eorum altero scribit his verbis: Sunt quidã, qui sufficere sibi ad salutem aurumant, si soli Deo, cui nihil occultum est, quem nullius later cõscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubescunt, siue dedignantur ostendere se sacerdotibus, quos tamẽ inter lepram, & lepram discernere per legislatorẽ constituit dominus: Sed nolo, vt ipsa decipiaris opinione, quatenus cõfundaris confiteri coram domini vicario, tabesces præ rubore, vel cervicofosus præ indignatione. Nam ipse humiliter subeundum est iudiciũ, quem dominus sibi nõ dedignatur vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotem, & fac ipsum cõscientiarum tuarum penitus participem. Nolo seducat te somniantiu illa superstitio, quã in visitatione confirmat, quia saluare, sacerdote inconsulto, ad Deum peccatorum confessio. Nos autem non denegamus, quin sit ad Deum frequenter cõferenda peccatorum confessio: Beatus enim qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram, petra autem Christus est: Sed testamur, & testatur illud sana doctrina: Ne tibi applaudentium fauce aurius, quoniam prius egesset sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuũ salubri iudicio: Alio qui & sub lege & sub gratia, te, & ostendat te vos sacerdotibus, responsum domini quomodo consummaretur? Confitemini alterutrum peccata vestra, quomodo completeretur? Ergo tibi exitum tuarum arbitror, Dei vice presbyteri dadi beatus, & reuelat ei vias tuas, & ipse tibi exhibebit auridum reconciliatiõis. Beda quoque diligens Augustini lector, verba hæc Iacobi itidem de sacramentali confessione interpretatur, quã esse necessariam cùm alio quodã in loco, cùm in libro quinquaginta homiliarum, testatur Augustinus, dicens: Qui post vxores vestras vos illicite concubitu maculastis, sperate vxores vestras, cũ aliqua concubuitis, agite poenitentiam, qualis agitur in Ecclesia. Nemo sibi dicat occulte ago, apud Deũ ago, nonit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago: Ergo sine causa dictũ est: Quã soluere in terra, soluta erunt in celo: ergo sine causa sunt clauis. datæ Ecclesiã Dei? Frustramus Euangelii Dei, frustramus verba Christi, promittimus vobis quod ille negat, nõne vos decipimus. Sed hæc de necessitate, utilitate quẽ confessionis, autere, aut saltem voto, de quẽ eo quod à Christo sit instituta, dicta sufficiant.

August. cap. 4. p. dno. 176.

p. dno. 176. 1. Corinth. 10.

Luce 17. Iacob 5. Beda in Iacobum.

August. homil. 49. Mar. 19.

Math. 26.

Absolutio peccatorum solus sacerdos non licet.

Rom. 3. Ambros. lib. 1. de paen. cap. 2. Chrysostomus de sacerdotio. Sacerdotibus dignitas, que animam etiam attingit, secularibus dignitatibus præferatur. Canone 16. in Math.

Absolutio vis que fit.

Cyp. lib. 1. epist. 2. ad Cornelium. Bernar. serm. 1. in die Petri & Pauli.

Chrysostomus 3. de sacerdotio.

Ceterum confessioni respondet absolutio: Ac illa quidem præcepta est omnibus, siue ij è clero sint, siue è populo. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Ius autem ligandi & soluendi, sicut ab Ambrosio quoque scriptum legimus, permissum est solis sacerdotibus. Quamobrem crassus est error eorum, qui dicunt non magis absolueret sacerdotem, aut episcopum, aut Papam, quã vi mulierem, vel puerũ (addere debebant potestatem quoq; nã & is æque vt puer aut mulier doceri potest vt dicat, ego te absoluo). At nõ ita Ioannes Chrysothomus, vir non doctrinã magis, quã vite sanctitate cõspicuum, qui vel hoc nomine sacerdotij dignitatem cuius alteri anteferebant esse censet, quod de terrestres dignitates habent quidem vinculi potestatem, sed in corpora tantum: At sacerdotũ vinculum ipsam etiam animam attingit, atque ad celos vsque peruenit, vsque adeo, vt quãcumque infernẽ sacerdotis confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac seruo iuramento dominus confirmet. Quã potestatem non modo nullis regibus & principibus, verum ne ipsis quidem angelis, aut archangelis datã esse dicit, De qua Hilarius quoq; Petrum alloquens ita dicit: O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiã fundamentum, dignaq; adificatione illius petra, quã infernas leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret: o beatus celi ianitor, cuius arbitrio clauis æterni aditus traduntur, cuius terrestris iudicium præiudicata auctoritas fit in celo, vt quã in terris, aut ligata sint aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineant. & in celo.

Ex quibus verbis illud simul discere possumus, quã sit absolutiois vis, neque enim hoc est absoluere, quod nonnulli somniant, absolutum ostendere, sed quod dixit Christus peccata remittere simul etiã à pœnis, quã illis debentur soluere. Quod prius in terris, quã in celo fieri etiam Cyprianus indicat, dicens: Cùm permissit ipse, qui legem dedit, vt ligata in terris etiam in celis ligata essent, solui autem possent illic, quã hic prius in Ecclesia soluerentur. Quos sequutus Bernardus, de Petro scribens, ait, quod clauis regni celorum tam singulariter accepit, vt præcedat sententiã Petri, sententiã celi. Ac ipse quidem hoc auctoritate sua Deus efficit, sed in ea tamen re ministerio sacerdotis vitur. Itaque quicquid eius sacerdos facit, non sua propria, sed à Deo sibi concessa potestate facit. Hunc errorem nota se videtur Ioannes Chrysothomus, his verbis: Corporis leprã purgare, seu verius dicam non purgare quidem, sed purgato probare, Iudæorum sacerdotibus solis licebat: Neque nescis quanta cum ambitione, quanto cum studio ac cõcertatione sacerdotalis dignitas id temporis acquirerebatur. At verò nostris sacerdotibus non corporis

Absolvere non est absolutio ostendere. Hugo lib. 3. de sacramentis par. in cap. 8.

1044. 20.

Richard. cap. 12 de potestate ligandi & solvendi.

Claves regni cel. Regnum colorum clauduntur per peccatum.

Clavis Ecclesie triplex.

Ter. in lib. de penitentia, satisfactio est sequela dicitur satisfactio operis & efficitur.

Chryl. in serm. de penitentia Tom. 5.

Amb. in cap. 11 ad Rom.

Arnob. in Psal. 106.

poris lepram, verum animæ sordes, non dico purgatas probare, sed purgare profuturum con-

cessum est. Ante quadringentos plus minus annos fuerunt, qui absolueri interpretarentur, absolutos ostendere. Sed eos viri pij & docti, Hugo, & Richardus de sancto Victore graviter admodum reprehendunt. Ille quidem his verbis: Non dicit quodcumque solueris, hoc est, ut illi aiant, solum ostenderis, fuit solutum, sed erit solutum: quia sententiâ Petri non præcedit, sed subsequitur sententiâ cæli. Ac interiectis nonnullis, de eo quod commune fuerit hoc omnibus Apostolis & eorum successoribus, quoniam omnibus ipsis dictum est: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c. continenter subdit: Vbi dixit: Si ostenderitis fuit: Nusquam dixit hoc: sed dixit: Si feceritis, erit. Richardus autem etiâ acriter: Extat, inquit, quorundam de potestate ligandi atque solvendi sententiâ, ut ridenda videatur potius, quam refellenda. Putant enim & prædicant, sacerdotes non habere potestatem solvendi & ligandi, sed ostendendi homines esse solutos siue ligatos. Sed nâquid dominus dicit: Quodcumque ligatum ostenderitis, erit ligatum, & quodcumque solutum ostenderitis, erit solutum? Non ostendendi aliquem ligatum aut solutum, sed ipsa ligandi solvendi que potestas sacerdotibus à Christo data est, quæ dauium nomine appellatur. Scimus autem, quod clavis instrumentum est, quo ostium aperitur & clauditur. Regni autem cælorum ostium per peccatum clauditur, & quo ad maculam, & quo ad poenitæ reatum. Clauium itaque nomine potestas significatur, quæ oblatum eiusmodi remouetur. Hæc potestas est in summa trinitate per auctoritatem, ut recte penes illam dicatur esse clavis auctoritatis: in Christo homine fuit hæc potestas: ad remouendum prædictum oblatum per meritum passionis, quæ etiam dicitur ianuam aperire, & ideo dicitur à quibusdam habere clauis excellentiæ: Quoniam verò ex latere Christi dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricata est, ideo in sacramentis Ecclesie manet efficacia passionis: propterea ministris, etiam Ecclesie, qui sunt dispensatores sacramentorum aliqua potestas ad prædictum oblatum remouendum est collata, non propria, sed diuina virtute, & merito passionis Christi: & hæc potestas metaphorice clavis. Ecclesie dicitur, quæ est clavis ministerij. Clavis auctoritatis est penes Deum trinum & vnum: clavis excellentiæ penes Christum hominem, cuius passionis merito, quæ clausa fuerat antea, nobis ianuâ regni cælestis est aperta. Clavis ministerij est penes sacerdotes, qui potestate vtuntur ligandi & solvendi sibi à Christo concessa. Sed hæc de re factis.

De Satisfactione.

CAPVT XLVIII.

Tertia penitentiae pars est ea, quam Tertullianus confessione disponi scribit, Satisfactio quam si quis malit sequelam appellare, nulla est ligandi causa. Nâ quæ præcedebat olim absolutionem, nunc sequi plerunque cõsuevit. Fit autem satisfactio per ieiunia, elemosinas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia. Quod etiâ indicat Chrysostronus, cum ait: Si oraueris & ieiunaueris, & elemosinam iuste feceris, complesti pretium, redisti illi peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est vita tua: non quidem pro poena aeterna, quæ vel sacramento, vel sacramenti voto vnâ cum culpa remittitur, verum pro poena temporali, quæ vt sacra literæ docent, nâ tota semper (vt in baptismo fit) dimittitur illis, quæ gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati, Spiritum sanctum contristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti.

Diximus initio cum de sacramentis agere cõpissimus, quod baptismus fidei, confirmatio spei, Eucharistia charitatis est sacramentum, penitentia verò refertur ad iustitiam, maxime in ea parte quæ dicitur satisfactio, quæ videtur iniuriæ illate quædam esse recõpensatio. Iam enim baptisatis non perinde facilis, neque tam liberalis & gratuita via patet ad misericordiam diuinam, quam fuit ipsis baptismus, quem qui suscipiunt, nulla requiritur ab eis satisfactio. Sic enim scriptum est ab Ambrosio: Gratia Dei in baptismate nõ quaerit gemitum, aut plañctum, aut opus aliquod, nisi solam ex corde professionem, verum quia grauiter deliquerant non recipiẽdo promissum Dei: & quia, quæ grauiter peccantur, non nisi seruo & gemitu ad veniam pertingunt, ne ideo, illos non posse iam accipere misericordiam putarent, quia dolere illos non videbant. Ostendit hoc inter primordia fidei non requiri. Donum enim Dei gratis donat peccata in baptismo. Et ante eũ Arnobius Nouatianum alloquens: Tu dicis, inquit, qui adhuc non sunt redempti, ipsi possunt ad indulgentiam per penitentiam peruenire. Nos dicimus, illi per fidem solam ad indulgentiam attingunt. Illi autem qui iam redempti sunt non per fidem solam, quia iã crediderunt. Sed per penitentiam perueniunt ad misericordiam saluatoris. Cõtra igitur est in hoc penitentiam sacramento. Quãto enim grauius peccat homo fidelis per baptismum Christo semel incorporatus, tantò maior illi difficultas impendet in misericordia di-

dia diuina impetranda: Vt iure merito Ioanes Damascenus verè laboriosum baptismum penitentiam appellauerit. Iustum itaque est, vt ipse à se peccati poenâs exigat, vt illud impleatur quod scriptum est: Pro mensura peccati erit plagarum & luctum. Et alio loco: Quãtum se glorificauit & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Si magnus est lapsus tuus, dicit Chrysostr. maior sit lachrymarum tuarum torrens. Grãdi plaga, dicit Ambrosius, alta & proluxa opus est medicina. Et æqualis eius Eusebius Emisissenus: Non punitus tam facile remitti posse iniusta semel crimina, & profundo vulnere in animâ impressus impressa visceribus. Multo opus est seruo, multo gemitu, multo dolore cordis ad sanãdos ipsius cordis dolores. Tota insistendũ est spiritus contritiõne, vt vetusta mala, tanquã sagitte de cõscientia euellantur. Nõ sufficit summis labijs dicere: Peccauit: pacre, remitte. Saul dicebat: Peccauit, sed non obtinuit illa veniã, quã Dauid vna poenitentiæ voce promeruit. Et hoc quare? Quia confessione nuda magis verba, quã veri gemitus exprimebant. Quia non cõpensabat magnitudinẽ criminis leuã humiliatio supplicanti. Nõ leui agendum est cõtritiõne, vt debita illa redimatur, quibus mors aeterna debetur. Nec trãstoria opus est satisfactiõne pro malis illis, propter quã paratus est ignis aeternus. Quæ omnia verba repetit Casarius in suis Homilijs. Et iterum Homilia decima: Ieiunia ac vigiliae, ac sanctæ afflictiones, humiliata corda macerant, sed maculata corda purificant, membris subtrahunt fortitudinem, sed conscientijs addunt nitorem. Nihilominus de cõtritiõne animi redduntur crimina voluptatum. Per durã crucis exercitia, decepta dudum carnis gaudia puniuntur. Ac sic mortificatione præsentis, futuræ mortis sententiã præuenitur, & dum culpæ auctor humiliatur, culpa consumitur, dumque exterior afflictio voluntariæ districtiõnis infertur, tremendi iudicij offensa sedatur, & ingentia debita labor soluit exiguis, quæ vix consumpturus erat ignis aeternus. Tractantes ergo causam salutis nostræ, faciamus intra nos, quod circa nos facere solent medici, si lesura aliqua vel querela in prima corporis cute sentitur, curatio medicamenti blandioris apponitur: si verò in ossibus vlnus absconditũ, aut in viscera profunda immersum est, aucterem & fortiorẽ poscit vis occulta medicinã, vt vlcis magnitudo aut sectiõne, aut exustione supercuretur, & dolor dolore pellatur. Similis ratio est in agitudine hominis interioris adhibenda, si leuia sunt fortasse delicta. Verbi gratia: Si homo vel in sermone, vel in aliqua reprehensibili voluptate, si oculo peccauit, aut corde, verborum & cogitationum maculã quõtidianã oratione curanda, & priuata cõpunctiõne tergendã sunt. Si verò, quisquam conscientiam suam intus interrogans, facinus aliquod capitale commiserit, aut si fidem suam falso testimonio expugnauerit, ac sacrum veritatis nomen periurij temeritate violauerit: Si veram baptismi tunicam cœno commaculati pudoris insecerit, si in seipso non num hominẽ nec hominẽ occiderit, si per augures & diuinos atque incantatores captiuum se diabolo tradiderit: hæc atque huiusmodi commissa expiari penitus communi & mediocri, vel secreta satisfactiõne non possunt, sed graues causas, grauiores & acriores publicas curas requirunt, vt qui cum plurimorum destructiõne se perdidit, cum plurimorum adificatione se redimat. Homo enim seipsum decipit, si quum in medullis ferture sibi sentiat morbum, per superficiem corporis molle deducat vnguentum. Sic & Theodorus in præclaro illo libello, quem inscripsit diuinorum Decretorum epitome. Sunt ergo medicabilia etiã, quæ post baptismum sunt vlna, medicabilia autẽ non, vt olim per solam fidem data remissione, sed per multas lachrymas, & seruos, & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem, facti peccati quantitati commoderatum. Qui enim non sic affecti sunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec diuina, sunt eis manu impartienda. Nolite, inquit, sanctum dare canibus, nec margaritas porcis.

Et aliquot seculis ante Clemens. Quod eum qui deliquit, oportet proprii delicti pudore affici, satis demõstrat sermo Moysi pro Maria dictus, quando rogabat, vt ei peccatum remitteretur, ait enim Deus Moysi: Si pater eius fuisset in faciem illius, nõne verocundia affecta esset septem dies ei ciatur extra castra, & postea ingrediatur, idem non facere debemus, & eos qui se peccatorum poenitere dicunt, segregare per certum tempus secundum proportionem peccati, deinde penitentia peracta recipere, tanquam patres filios. Et post aliqua interiecta: Nolite pro omni peccato eandem sententiam ferre, sed vniciquẽ propriam poenam statuite cum multa prudentia, iudicantes singula delicta parua ac magna, atque aliter quidem æstimabitis peccatum operis, vel sermonis, aliter propositi vel conuicij vel suspitionis. Atq; alios quidem minis subijcietis, alios subsidijs pauperum, alios ieiunij affliges, alios segregabis pro delicti magnitudine. Nâ lex quocumque non omnibus delictis eandem poenam decreuit, sed aliter puniebat: quæ in Deũ, &

Penitentia laboriosus baptismus.

Damas. Lib. 4. cap. 10. sua Theol.

ad virginem lapsam cap. 8. Dem. 25.

Apostol. 18. Chryl. Homil. 22. ad populum Antiochen. Euseb. hom. 5. ad monachos.

Homil. 25.

Hominem interiorẽ & exteriorẽ similiter curandi ratio.

Theodo. cap. de penitentia.

Absolui qui nõ possunt. Math. 7. 1. Ioan. 2.

Lib. 2. cap. 19. Cõst. Apostolic.

Peccati proprii pudore affici oportet.

Satisfactio seu penitentia cuius qualis imponenda.

quæ in sacerdotē, & in sacrum, & in hostiam cōmittentur: aliter quæ in Regē & Princē, atq; ea quæ in militem, & in subditum æqualem, siue quæ in seruū, vel in bona, vel in bruta delinquebatur. Et rursum nō erat eadem ratio peccati in parentes, atque cōsanguineos, & non eodem modo vindicabantur, quæ ex proposito fiebant, & quæ casu, atque illis quidem mors per crucem, vel per lapides pœna statuebatur, ijs multa vel verbera vel talionis pœna. Quare vos quoq; diuersis delictis, diuersas pœnas inponatis, ne forte aliqua iniuria interuenies, prouocet Deum ad iram. Nam si quod in iustum iudiciū exercēbitis, eius à Deo mercedem capietis, sicuti enim iudicio iudicatis, iudicabimini.

Satisfactio duplex.

Fit autem eiusmodi satisfactio non ad culpam vel pœnam æternam expiandam, hæc enim satisfactio soli Christo tribuenda est. Solus ille factus est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris tantum, verum & totius mundi. Solus ille mortē moriēdo destruxit, per eā pro peccatis nostris abundē satisfecit, per eā patri suo cœlesti nos reconciliauit. Non de hac itaque satisfactione nunc loquimur, sed de ea quæ in ijs maximē pœnitentiæ fructibus consistit, quos iustitiæ nomine Christus dignatur, in ieiunio, oratione, & elemosyna, siue à nobis ea suscepta, siue per parochos nostros sacramentorum quæ dispensatores nobis iniuncta sūt: quæ cum ex fide & charitate peragitur, peccatorum causas excindit, peccati reliquijs medetur, ac temporalem pœnam vel tollit, vel mitigat: denique & in exemplum adhibetur.

Matth. 6.

Satisfactio ijs.

Est quidem ita, quod Christus pro peccatis nostris abundē satisfecit, pro nobis tot cruciatu, ac mortē etiam ipsam perferendo: sed nū idēd passus est? nū idēd satisfecit, vt nos nihil iā patiamur, nihil faciamus, pro peccatis nostris, posteaquā semel à gratia illa exciderimus, quā illi commortui, per baptismū consequuti fueramus? Quin ille nobis exemplum dedit potius, vt eius vestigia sequamur: vt sicut ipse tulit crucē suam, carnem nostram indutus, verum ab omni peccato prorsus immunis, ita & nos tot peccatis cōtaminati, tollamus & ipsi crucē nostram. Hoc est quod nos admonet, dicens: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Explicans illa verba Samuelis ad Saulem Gregorius: Ecce quod remansit, pone ante te. Remansit quidē, inquit, quia non omnia nostra Christus expleuit. Per crucē quidem suā omnes redemit: sed remansit, vt qui redemi & regnare cum eo nititur, crucifigatur. Hoc profectō residuū videat qui dicebat: Si cōpatimur, & conregnabimus. Quasi dicat: quod expleuit Christus, non valet, nisi ei, qui id quod remansit, adimplet. Hinc beatus Petrus Apostolus dicit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Hinc Paulus ait: Adimpleo ea, quæ defunt passionum Christi in corpore meo.

1. Pet. 2.

Matth. 16.

Greg. Lib. 4. in librum Regum cap. 4. 1. Regum 9. Rom. 8.

Colos. 1.

Satisfactio vis à Christo.

Dicit hic aliquis: Quid ergo mihi contulit crux Christi, si nihilominus opus est assidue portare me crucem propriā, quasi illa non suffecerit? Multū aded contulit. Nullus enim esset nostræ crucis visus, neq; fructū ex ea caperemus vllū, nisi Christi crux præcessisset, cuius merito valet nostra crux, quicquid valet. Ad eundē modū & satisfactionis nostræ pro peccatis nulla esset prorsus utilitas, nisi Christi satisfactio præcessisset, per cuius mortē & sanguinē efficacia reddūtur, & Deo grata, quæ sunt à nobis in satisfactionē pro peccatis nostris. Quod ergo prodest nobis nostra satisfactio, nō aliter prodest, nisi virtute, merito, & efficacia Christi passionis, quæ fons & fundamentū est omnium bonorum operū nostrorū: quæ iā nō nostra magis sunt, quā eius qui viuit in nobis, qui operatur in nobis Christi. De quo dicit Propheta: Dñe, omnia opera nostra operatus es in nobis. Hinc itaque passionis, crucis & sanguinis Christi fructū habemus, quod quæ opera nostra qualibet in specie bona, nihil antea fuerat profutura, ea posteaquam Christi sanguine tincta sunt, prodesse nobis incipiunt ad placandam iram Dei, & ad satisfaciendum pro peccatis nostris. Nōluit Christus passionem & mortem suam operculum esse turpitudinis & asylum iniquitatis nostræ, vt quoniā ille satisfecit pro nobis, licere nobis existimemus; vt deinceps ventri iam liberē seruiamus, in omni peccatorum ceno volutemur, atque omnia quæ libido nostra fert, faciamus. Non propterea passus est, non propterea satisfecit pro nobis: sed sicut Petrus docet, idēd peccata nostra, hoc est, pœnam nobis pro peccatis nostris debitam, ipse pertulit in corpore suo, super lignum crucis, vt peccatis mortui, non modō non peccemus deinceps, verum etiam iustitiā viuamus, & exhibeamus nos Deo, tanquā ex mortuis viuentes, vt sicut exhibuimus antea membra nostra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita deinceps exhibeamus membra nostra seruire iustitiæ in sanctificationem, he tanti redemptoris mortem & sanguinem, quo sumus à peccatis nostris abluti, pro nihilo habuisse videamur.

1. Pet. 2.

Roma. 6.

Satisfactio vera.

Baruch 4.

Ex hoc, quod nos satisfactionē vocamus, exhibere mēbra nostra seruire iustitiæ in sanctificationem, sicut antea exhibuimus ea seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: fiat illud quod est apud Prophetā: Sicut fuit sensus vester vt erraretis à Deo: decies tantum

tantum iterum cōuertentes requiritis eū. Hoc est enim satisfacere, quantum offendisti Deum peccādo, tantū dare operam, vt eum tibi placatum reddas, nō tantū à peccatis abstinento, verum etiam in debita quadam bona opera faciēdo: vt quo ad eius fieri possit, in seclum reddere coneris, quod perperam factum est, & præcedentis vitæ studia in diuersum mutes. Qui furabatur, iam non furetur, dicit Paulus, magis autem laboret operando manibus, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Non furari eū, qui furatus antea fuerat, sed honestis operibus se alere, est respicientiæ: suis verò laboribus etiam indigenti victum parare, satisfactionis est: non illius, qua dominis ablata restituntur, nam hæc restitutio vocari proprie consuevit, sed huius, quam veræ penitentiae partem esse dicimus. Quamobrem Christianus homo non solum aliena non tollere iubetur, sed & de labore suo penuriam patientibus subministrare, vt bonis operibus deditus, rependat quæ prius abstulerat, & de cætero thesauris sibi in futurū. Quid enim magnum, aut cuius meriti est ab alienis temperare? Faciunt hoc etiam ethnici viri boni: illud verò ad meritum proficit, cum quis de proprio tribuit egenis. Talis fuit satisfactio Zachari, qui verē, & ex animo pœnitens, dixit: Ecce dimidium bonorum meorū Domine, do pauperibus, & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum: Quæ tā grata Christo fuit, vt mox ei diceret: Hodie salus huic domui facta est. Ad talē satisfactionem inuitat nos Ambrosius, dicens: Nos quoq; si tam graue peccatū fuerit, vt minimē solis fletibus ablatur, addamus misericordiae oleum, ac in omnia quæ ieiunij. Nullum enim tantum graue delictū est, quod non purgetur abstinentia, elemosynis extinguitur. Ait enim sanctus Propheta: Sicut aqua extinguit ignē, ita elemosyna extinguit peccata. Magna est ergo elemosyna, quæ ardentium criminū globos, beneuolentiæ suæ fonte refrigerat, & quodā irriguo largitatis obruit in cœdia delictorum, vt quamuis offensus Deus, quāuis criminibus prouocatus, cogatur liberare elemosynis, quæ disposuerat punire peccatis. Cogitur enim à nobis quodāmodo, dum cōpellitur pro delictibus nostris mutare sententiam, & in pœno eodēq; homine nunc federtate iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Patet enim nobis Deus est, cum benē agimus, iudex noster est, cum peccamus. Cōpellitur ergo operibus nostris dominus, vt nobis misericordiam suam largiatur: atque idēd ipse in Euangelio sancto dicit: A diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum cogitur.

Satisfacere quid.

Ephes. 4.

Luc. 9. Satisfactio Zachari.

Ambros. ser. 15.

Eccles. 3.

Deus cogitur à nobis quomodo

Matth. 11.

Basil. in oratione de laudibus ieiunij.

Hinc perspicuum cuius esse potest, quantum ei satisfactioni tribuat Ambrosius, quæ sit per ieiunium & elemosynam. Neque verò solus ille. Nam & Basilius, per ieiunium, inquit, satisfacite Deo. Et Eusebius Emilsenus: Omnia, inquit, quæ illic finiri non potuerunt, hic credimi possunt per emendationem prioris vitæ, per elemosynas, per lachrymas, per humilitatem cordis, per corporis castitatem, per exercitia iustitiæ & misericordiae. Nullus est sanctorum, qui non idem cum ipso sentiat.

Est autem admirabilis eorum cœcitas, qui non verentur affirmare, per hæc opera satisfactoria meritis & satisfactionis Christi derogari. Nōne sicut ille pro peccatis nostris copiose satisfecit, ita copiose quoq; nos ab illis redemit, perfectē nos patri suo reconciliauit, omnia peccata nostrā pertulit in corpore suo, ac ex condigno meruit omnibus vitam æternā? Atqui non obstantibus ijs, fatentur isti, qui nihil iudicio suo nō tribuunt, atq; illud Ecclesiæ totius iudicio anteponunt, nasci nihilominus paruulos iræ filios, & nisi baptizati fuerint, condemnari: quin & adultos vt iustificentur, & fide & baptismo opus habere: iustificatis idem, præcepta decalogi, lapsis penitentiam interiorē esse necessariam. Si nihil derogat plenissima Christi satisfactioni fides, si nihil derogat baptismus, si nihil derogat interior penitentia, cur secus iudicant de exteriorē penitentia, quæ interioris in dex est, de quæ ijs operibus, quæ Christus ipse, qui est iustitia nostra, iustitiæ nomine dignatur, quibus etiam mercedem pollicetur? quæ tamē & ipsa, quod iam toties admonuimus, non aliunde pretium habent, quā ex Christi sanguine, quo resperſa sunt: ad quem si referantur, non possunt Deo grata non esse. Quemadmodum rursus si quis aliud referat, nihil aliud sunt omnes iustitiæ nostræ, quā pannus menstruatus.

Matth. 6.

Eph. 6.4.

Verum & illud in scripturis non reperiri dicant. Non dissimili ratione reijciebant vocem homouison Arriani, quod eam in scripturis non reperiri dicerent. Ac fuit hoc proprium & perpetuū hæreticorum, vt nihil reciperent, quod in scripturis nō esset, quod admodum fufus à nobis antea scriptum est. Quasi verò de nomine magis, quā de re la borandū sit. Atqui reperitur ipsa res. Quid enim aliud sibi volunt digni fructus penitentia, ad quos faciēdos hortatur Ioānes? Quid aliud sibi vult, quod annūciabat Paulus, vt penitentia agerēt, & conuerterentur ad Deū, digna penitentia opera facientes? Quid aliud hæc significant, quā eā, de qua nūc loquimur, satisfactionē? Dignos fructus penitentia facimus, dicit Chrysol. siue quicquid illi fuit auctor operis imperfecti in Mattheū

Satisfactio ad in scriptura sua darentium habent. Hæreticorum mos.

Matth. 3. Penitentia dignos fructus facere quid sit.

Chryl. Hom. 10. opera imperfecti

Penitentia opera.

Basil. in Psal. 32. homil. contra ebriosos.

In Homilia contra ebriosos.

Proverb. 13. In Catec. 4.

Serm. 50. de tempore. Gre. in orat. ad eos, qui duntaxat alios indicant.

Hom. 41. ad populum Antiochenum. Basil. in ebriosis, in regulis contritionum. Aug. lib. 27. de civit. Dei. cap. 27. ser. 50. cap. 66. Greg. Hom. 20. Ilichius lib. 4. cap. 12. Levit. Druhm. in ser. 3. Math. Irenaeus lib. 3. cap. 35. Cyp. tract. 5. de lapsis.

Psal. 53.

1. Ioan. 2. Penam non semper cum culpa simul remittit. Psal. 88.

cum commissis peccatis aduersa facimus. Aliena rapuisti, incipe donare propria: longo tempore fornicatus es, à legitimo quoque coniugij viti suspendere, ac perpetuam continentiam paucorum dierum castitate saepius meditare: iniuria vel opere quenaquam sermone affecisti, refer benedictionis verba: coniucij te percipientem, nunc officij, nunc beneficijs placare contende. (Neque enim vulnerato sufficit ad salutem spicula de corpore euellere, sed etiam remedia vulneribus oportet adhibere.) Delicij ante & remulencia diffuebas, ieiunio & aqua potum vtrique; cõpensata, vt fame superes imminere: Vidisti impudicij alienum decoro oculis, feminam omnino iam non videas, maiore tactus cautione post vulnera. Similiter & Basilij explicat illa Psal. 32. verba: In psalterio decachordo psallat tibi. Quandoquidem in corpore peccauimus, inquit, cum membra nostra ad iniquitatem exhibuimus, corpore etiam constitemur, eodem instrumento vtentes ad peccati dissolutionem. Cõuiciatus es, benedictio: Plus quam oportet accepisti, reddito: ebrius fuisti, ieiunato: arrogas fuisti, humiliare: inuidisti, consolare: occidisti, martyrium pro gratia tibi, vel quod par est, martyrium per tuam exemologesin proprium corpus affigere: & tunc post confessionem dignus es psalterio decem chordarum. Medicina, inquit, sanat peccata magna, ieiunium ebrietate curet, psalmus turpem cantum, lachryma fit risus medicina, pro saltatione genu Deo stectatur, pro tripudio peccatus pulsetur, pro vestitu ornato succedat humilitas: super omnia aut elemosyna redimat te à peccato: Redemptio enim viri diuitijs eius. Cyrillus verò Hierosolymitanus, dignos poenitentiae fructus intelligi vult illud, quod ab eodem Ioanne Baptista dicitur: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Vis, inquit, fieri particeps gratiae spiritus sancti, & non dignaris cibo sensibili pauperes? Magna petis, parua communicare non vis. Quia illius interpretatio sequitur etiam Augustinus. Praclare Gregorius Nissenus, peccatoris poenitentem cum aegrotato morbo suo remedij adhibente comparat. Non est contentaneus, inquit, vt qui se aegrotare confitetur, eadem victus ratione vtatur, qua vtuntur illi, qui prospera vult valitudine. Quod cum pluribus verbis demonstrasset, tandem ad peccatoris conuersus: Tu verò, inquit, cuius animus aeger est, cur non ad medicum properas? cur non ei consistendo morbum ostendis tuum? Quid pateris, vt depascatur, vt serpat, vt inflametur? Tandem aliquando respice, & te ipsum nosce. Deum offendisti: Procuratoris tui irritasti: eum qui & praesentis vitae potestatem habet, & futurae dominus ac iudex est. Delicij indulgens in morbum delapsus es, eum inedia & ieiunij cura. Animus laborat incõtinencia, adhibeatur temperantiae medicamentum. Multiplici ac nimia pecunia cupiditate in febre incidisti, liberalitate & elemosyna depellatur: haec enim est nimium expleta mentis curatio. Lesit te rerum alienarum direptio, quae rapta sunt ad proprios dominos reuertantur: mendacium te proxime duxit ad interitum, veritatis studio periculum euertit. Quid autem aliud est satisfacere, quam quod his verbis exprimitur, quodque Ioannes admonuit, dignos poenitentiae fructus facere? Quem locum de hoc genere satisfactionis recte intelligi non modo Ioannes Chrysostomus, verum etiam Basilij, Augustinus, Gregorius, Ilichius, Christianus Druthmarus, & alij scriptum reliquerunt. Irenaeus de primo parente nostro scribit in hunc modum: Per succinctorium in factum ostendit suam poenitentiam, folijs ficulneis semetipsum cõtegens, existentibus, & alijs folijs multis, quae minus corpus eius vexare potuissent: condignum tamen inobedientiae amictum fecit, conterritus amore Dei, & retundens petulentem carnem impetum: velut tale quid significans, quoniam quam habui à spiritu sanctitatis stolam, amisi per inobedientiam, & nunc cognosco, quoniam sum dignus tali regimento, quod delectationem quidem nullam praestat, mordet autem & pungit corpus. Ex quo loco licet illud colligere, etiam in paradiso quodam genere satisfactionis primū parentem nostrum vsum esse. Cyprianus quoque lapsos ad satisfactionem inuitat, his verbis: Ne cesserit, inquit, in agenda poenitentia atque in domini misericordia deprecanda, ne quod minus esse in qualitate delicti videretur, in neglecta satisfactione cumuletur: Cõfiteantur singuli quae frater delicti sui, dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti cõfessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotem, apud dominum grata est. Cõuertamur ad dominum tota mente, & poenitentiam criminis veris doloribus exprimeres, Dei misericordiam deprecemur: illi se anima prosternat, &c. modumque satisfaciendi pluribus verbis postea persequitur. Quod autem semel & iterum admonuimus, satisfaciendum hanc non ita velimus accipi, quasi culpae propitiatoria, & aeternae poenae sit abolitio: soli Christo tribuendum est hoc, solus est ille qui delet iniquitates nostras, solus est ille qui factus est propitiatio pro peccatis nostris, solus est ille, qui mortem aeternam moribus destruxit. Sed solus Deus in hac vita, temporariam poenam, aeternae loco, peccatis nostris infligere. Sic enim ait per Prophetam: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Qui locus non obscure indicat, quam poenam comminatus est dominus, ea non ad interitionem, sed ad correptionem vti voluerit.

rit. Multa in scripturis eius rei exempla reperire licet. Remissum est peccatum diffidentiae Moyse & Aaron, non tamen est remissa poena temporaria: neque enim ingressi sunt in terram promissionis. Hoc de reliquo populo Israel: hoc de Maria sorore Moyse: hoc de Dauid rege factum legimus: quibus omnibus remissis peccatis, non sunt remissa poenae temporariae: quas effugere nobis licet, quando ieiunio, oratione, elemosyna Deum nobis placatum reddere conamur, sicut Ninuitas, sicut Ezechiam, sicut Achab, & alios fecisse legimus. Hoc est quod à Paulino dictum est. Ninuita probant, quantum apud diuinitatem demerentem peccatorum remedium sit, ne sibi ipse non parcat, quandoquidem suffragio poenitentiae reconciliari Deo, meruerunt denunciarum euadere excidium, quia se ipso taneis lucubris cruciatum, diuinam sententiam praueuerunt sua. Hoc est, quod ab Eucherio Lugdunensi Episcopo scriptum est: Si peccatum Dauid tam detestabile dominus transulit, quid est quod omnia, quae de eodem peccato, per Prophetam, ei à Domino dicta sunt, postmodum tolerauerit? sed proculdubio dominus delictum: sed sine vltione non deserit: Aur enim ipse hoc homo in se poenitens punit, aut hoc Deus cum homine vindictam percutit. Nequaquam igitur peccato parcat, quod nullatenus sine vindicta dimittit. Sic enim Dauid audire post confessionem meruit: Dominus transulit peccatum tuum: tamen & multis post cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum quem perpetrauerat, exoluit. Sic nos salutis vnda à culpa primi parentis absoluti, sed tamen reatum eiusdem culpe diluentes, absoluti quoque, adhuc carnaliter obimus: quia delicta nostra, siue per nos, siue per seipsum secat, etiam cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studeat temporalis afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult vindicare. Quod isdem prope verbis in Moralibus à Gregorio scriptum legimus, qui fuisse videtur ductus plus minus annis posteriori. Idem & ab Angelomo in his commentarijs, quos in libros Regum scripsit, vbi Davidis hanc historiam tractat.

Qui verò fuit proximus Apostolorum temporibus Iustinus Philosophus, quare: Cum omnium regum Israelitarum & Iudaeorum ardentissimum religionis studium praestiterit Iosias, qui factum sit, quod gentili gladio vitam violenter posuerit: Ac respondet, hoc ideo factum esse, quia non obrepauerit Hieremiae praepro, qui denunciauerat ei iussu Dei, ne exiret obuiam Aegypti in praetium. Vt igitur eum purum à peccatis ex vita reciperet dominus Deus, propterea permisit eum gentili gladio dare poenas huius inobedientiae, ad docendum in posterum homines, ne Prophetis non obediant: cum etiam ad docendum quid sit illud: si iustus aegre seruetur, improbus & impius vbi cõparebit? Verum & Augustinus contra Faustum scribens, in eadem est sententia: Qui recte colligit, si dimissa culpa nullus reliquus esset ad poenam reatus, quod neque mortuus Adam, neque fuisset alij miseris, & huius vitae calamitatibus obnoxius fururus, posteaquam, teste Salomone, eduxit eum Deus à delicto suo. Quin & nos morri & multis alijs arumnis huius vitae subiecti non essemus, posteaquam originale peccatum nobis in baptismo remissum est, si omnes in vniuersum poenae inflatae pro peccatis, simul cum culpa deleterentur.

Ceterum videre licet, quod ipsi sibi non constant, quodque ipsi secum pugnant, qui volunt dimissa culpa, simul dimitti poenam omnem, etiam temporariam. Cum enim agunt de peccato originali, quod aliena voluntate contraximus, sic nobis illud remitti per baptismum asseuerant, vt concupiscentia carnis, quae poena ipsius est, semper nihilominus in nobis maneat, neque vlla satisfactio, etiam Christi, possit impediri, quominus proprie sit peccatum. Interea tamen illi ipsi ex his sceleribus & flagitijs, quae re ipsa voluntarie peccantur, nullum sequi reatum contendant, qui non simul cum ipsis per satisfaciendum Christi deleatur, vno actu fidei peccatoribus applicata. Quid autem hoc est aliud, quam peccatum originis grauius facere, quam actuale? & poenitentiam vel fidem magis efficacem remedium ad abolenda peccata ex illam, quam baptismum? Quae quam sint absurda, quis est qui non videat? Indicat hoc etiam ille Pauli locus: Quod si nosmetipsos diiudicemus, non vti que iudicauerimur, ita demum fore, sicut etiam ab Ambrosio traditum est, vt ne bis parcat Deus, si nobis ipsi non pepererimus. Hoc Tertullianus quoque testatur dicens: In quantum non pepereris tibi, in tantum tibi Deus (crede) parcat. Quae sequuntur Patricianus: Rogo vos, inquit, per fide Ecclesiae, fratres, per sollicitudinem meam, per communes omnium animas obtestor, & deprecor, ne pudeat in hoc opere, ne pigeat oportuna quam primum remedia salutis inuadere: deijcere mortibus animum, sacro corpore inuolueret, cinere perfundere, macerare ieiunio, macerare cõficere, multorum precibus adiutare. In quantum poena vestra non pepereritis, in tantum vobis Deus parcat. Et qui fuit Tertullianus pro pemo equum aequalis. Origenes: Non expectes, inquit, vt humiliet te Chusarfator, & inuito necessitas extorqueat poenitentiam, sed ipse praueui tororis manus: quia si te ipse humiliaueris, si te ipse correxeris, pius est Deus & misericors, qui vindictam tempore ab eo, qui

Num. 11. Num. 14. Num. 20. 1. Reg. 12. 1. Ion. 2. Eja. 28. 3. Reg. 2. Ad Senec. epist. 10. Euc. in lib. 2. Reg. cap. 8. 2. Reg. 12. Greg. lib. 9. cap. 27. Iust. in quaest. ad Tribodaxos quaest. 79. August. de pecc. mer. & remiss. lib. 2. cap. 34. Sapient. 10. Culpa dimissa an remittatur poena simul tota. Si nosmetipsos diiudicauerimus, explicatur. 1. Corin. 11. Ad vrb. lap. 1. Jam, cap. 8. Lib. de punit. in Paro. ad poenitentiam. Homil. 3. in lib. Audientia.

Augusi. de penitencia medica cap. 2.

Chryf. de Lazari conversione 3.

Homil. 28. Cyp. in serm. de passione.

Maxi. in 2. Heratolade ca. 41.

Homil. 6. Homil. de penit. Nihilominus.

Bernard. ser. 55. in Cant.

Heb. 10. 1. Corin. 2. Viam hic corrigendam esse ostenditur. Luca 17. Sopbon. 10.

Naum. 10.

Eccle. 21.

Culpam non tantum penitus abolere per penitentiam. 2. Regum 12. Elym. 50.

Chryf. Hom. 20. in Psal. 50. Peccati reliquias piji exercitijj semper morificare debemus.

illam penitendo praeuenit. Ac qui fuit eiusdem cum Tertulliano gentis Augustinus: In hac, inquit, penitentia maiorem in se seueritatem vnusquisque debet exercere, vt a seipso iudicatus, non iudicetur a Deo: sicut Apostolus ait: Si enim nos iudicaremus, a domino non iudicemur. Ioannes quoque Chrysofomus eundem illum locum adferens, si nos ipsos diiudicaremus, non vtiq; iudicemur: Vides, inquit, quomodo hic in ista poena, liberat a poena, quae illic est. Et in ea Homilia, quae proxime sequitur, post adducta eadem illa verba: Vt igitur, inquit, neque puniamur, neque poenas demus, in suam quisque conscientiam ingrediatur, vitaeque explicet, cunctisque comisissis diligenter excusissis, condemnet animam, quae hic patruit, puniatque cogitationem, affligat, crucietque suam ipsius mentem, suppliciumque a seipso exigat pro peccatis, per condemnationem, per diligenter actam penitentiam, per lacrymas, per confessionem, per ieiunium, per elemosinam, per continentiam & charitatem, vt possimus omnes, omni modo hic depositis peccatis, multa cum fiducia illuc proficisci. Sic & Casarius: Omne peccatum, quod in hoc mundo non corrigitur, in futuro seculo punietur. Cyprianus. Nec eos qui vitae suae quocumq; articulo temporis veri sunt iudices iterum iudicari: quia cum iudicis & tortoris vices non parcens, peccator affumit, semetipsum persequens dum Confessionem confessione honorat. Holocausti huius incensio in conspectu Dei veniam impetrat. Neq; enim bis in idipsum iudicat Deus, sed impoenitentes ipse iudicat & damnat: Poenitentes vero quia a seipso suscipit iudicatos, abfoluit: Maximus: Omne peccatum committitur propter aliquam voluntatem, quae extinguitur aut *δοκιμοει*, id est, dura quapiam exercitatione corporali, aut dolore voluntario per penitentiam, aut economicè illata aliqua calamitate. Si enim non diiudicaremus, non vtiq; iudicemur a domino. Casarius: Si enim, inquit, nosmetipsos propria seueritate distinguimus, sententiam futuri iudicis, Qui enim pro peccatis sibi ipsi non parcat, Deus cito illi indulgentiam tribuit. Eusebius quoque Emisenus ait: Qui placiturus est Deo, ipse sibi displicet, ipse sibi quodam modo sub priuata cognitionis sententia, & testis, & accusator, & iudex est. Ad tales meritis ipsi dominus loquitur: Non iudicabo bis in idipsum, id est, quod tu in te seuerus agnoscis, ego propitius ignoscam: quod tu tristis accusas, ego laetus absolutam: quod tu recordaris in publicum, ego obliuiscar in aeternum. Et quia per penitentiam tuam, praueuisti sententiam meam, recondam gladium meum: ac me tibi ad remunerationem tempora reseruo. Ergo charissimi, vnusquisque respiciens se arguat intra se gesta improba, & ante se constituat peccata sua, pronuncians cum Propheta: Et delictum meum contra me est semper. Ante vos sit, vt contra vos esse non possit. Ita illud: conuersatio obliuiscatur, vt compunctio recordetur: Ita illud, reatus confessionis ostendat, vt virtus satisfactionis abscondat: Ita viuat in conscientia, vt moriatur in vita. Bernardus quoque: Vnum est, inquit, si nosmetipsos iudicauerimus, non vtiq; iudicabimur. Bonum iudicium, quod me illi districto diuino; iudicio subducit & abscondit: profus horreo incidere in manus Dei viuentis: volo vului irae iudicatus presentari, non iudicandus: Spiritus homo omnia diiudicat, & ipse a nomine iudicatur. Iudicabo proinde mala mea, iudicabo & bona mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lacrymis, punire ieiunijs, ceterisque sanctae laboribus disciplinae: In bonis de me humiliter sentiam, & iuxta praecipitum Domini, seruum me inutilem reputabo, qui quod facere debui tantum feci. Dabo operam, neclolia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ego vias meas & studia mea, quo is qui scrutaturus est Hierusalem in lucernis, nihil in scrutatum in me siue indiscussum inueniat: neq; enim iudicaturus est bis in idipsum. Ex his, & alijs multis, quorum verba longum foret recensere, colligere licet, remissa culpa superesse adhuc reatum ad poenam temporariam. Quamobrem rectè Sa piens admonuit: Fili peccasti, ne adicias iterum. Et ne hoc solo securum se quisquam esse putaret: & de pristinis, inquit, deprecare, vt tibi dimittantur: parum esse iudicans recedere a peccatis, si praeterita curare neglexerimus.

Neque vero poena tantum remanet dimissa culpa, verum & ipsa culpa non ita per penitentiam aboletur, vt non illius aliqua maneant reliquiae, quibus poena debetur. Hoc David exemplo discimus, cui dixerat quidem Nathan, Dominus transtulit peccatum tuum, sed quia remisso peccato reliquiae peccati remanent, orat nihilominus Deus David, vt secundum multitudinem miserationum suarum deleat iniquitatem eius, atque amplius lauet eum ab iniquitate, & a peccato mundet: Non satis habet curatum, esse vulnus (ait Chrysofomus) etiam cicatricem sanari, pristinum etiam decorare sibi petiit. Quod fieri videmus in baptismo, vt remissio originalis peccati reatu, reliquiae tamen eius maneant, fomes ille concupiscentiae, quae tota vita piji exercitijj oportet mortificare: hoc & in praenitiae sacramento euenit. Manent, quasi fomes quidam, quaedam reliquiae peccati, quas purgare satisfactione salubri necesse est: Cui praeteritum praeteritum peccatum in consuetudine

fuerunt abijt, quod quatuor fixerat radices altius, tanto maiore & longiore purgatione opus habet. Nalauari quidem citò possumus, dicit Bernardus, ad sanandum vero opus est curatione multa. Has peccati reliquias pulchre describit Chrysofomus his verbis: Non in hoc solum laedimur a peccato quòd peccamus, sed & aliud grauatur, quòd anima recipit habitum: sicut in corpore per exemplum manifestius videre licet. Sicut enim qui febre laborat, non in hoc solum laeditur, quòd aegrotat, sed etiam, quòd post morbum infirmior sit, licet a morbo diutino ad bonam valetudinem redeat. Ita sanè & de peccato dicendum, licet sanemur, adhuc tamen egemus magna fortitudine. Vide enim, quae so, quendam qui contumelia affecti, & non supplicio affectum: non propter hoc solum debet lacrymari, quia non contumeliae dat poenam, sed etiam propter aliam causam, vt luceat dignum. Et qualis haec? Quia impudentior facta est anima. Nam vnusquisque peccatum, vbi patratum fuerit, & ad finem perueperit, relinquit in animo venenum. Non audis quosdam dicentes, quando a morbo confirmati fuerint: Non ausim aquam bibere? quamuis sanus sit, sed ita morbus laetit. Athanasius hoc interesse scribit inter baptismum & penitentiam. Quòd cum poenitet homo, cessat quidem a peccando, sed habet vulnerum cicatrices: Ceterum qui baptizatur, veteres quidem homines exuit, renouatur autè vt denuò renatus per spiritus gratiam. Et Basilus in Homilia de penitentia: Est spes etiam post peccatum, est sanatio etiam post vlcus, sed manet cicatrix. Et frater eius Gregorius Nilenus, Si quo perturbationum impetus duxerit, bestiarumque pellem, ad vitia ministram & adiutricem habeat, aliud ei deinde inuendum erit consilium, vt ad bonum perueniat: cum è corpore egressus, cognita quae inter virtutem & vitium est differentia, non poterit diuinitatis patriceps fieri, nisi maculas animo immixtas, purgatorius ignis absteruerit. Ac paucis interiectis. Alijs autè post hanc vitam purgatorio igne materiae labes & proxiensionem ad malum abstergentibus, & ad gratiam initio naturae concessam, voluntaria bonorum cupiditate redeuntibus. Et his omnibus vetustior Origenes: Transi hunc ab ista legis umbra ad veritatem eius, & intuerè quomodo anima, quae peccati vulnus accepit, si curetur, tamen habet in loco cicatricem vulneris residentem, quae cicatrix non solum a Deo videtur, sed ab ijs, qui acceperint ab eo gratiam, per quam videre possint animae languores, & discernere, quae sit anima ita curata, vt omni genere vestigium illati vulneris abiecerit: & quae curata sit quidem, sed ferat adhuc veteris morbi ipso vestigio cicatricis indicia. Et Cyprianus: Quam necessaria, quam benigna est diuina clementia, quae cum sciat non deesse sanitatis quaedam postmodum vulnera, dedit curandis sanandisque, denuò remedia salutaria. Gregorius Nazianzenus, in oratione, qua ad baptismum cohortatur: Praesertim cum alia non detur generatio neque resurrectio, neque pristinum in statum restituitur: licet ea maximis gemitibus & lacrymis, ex quibus, vt ego quidem sentio atque statuo, vix cicatricis obductio sequitur, inquiramus. Et his omnibus vetustior Philo Iudaeus: Manet nihilominus in animis cicatrices quaedam & vestigia haerentia pristinae purgatorij pufi hanc vitam.

Neque vero tantum in viuentibus, verum etiam in vita functis manent & cicatrices quaedam, ac macula peccatorum per ignem purganda, & poena per quas pro peccatis satisfactis sit, venialibus tantum, pro quibus debita poenitentia in hoc seculo peracta non est. Quorum vtrumque necessarium credi oportere, grauisimis rationibus discimus. Primum enim illud constat, quòd illa cum Christo triumphanti iam ecclesia, sicut Apostolus testatur, sine macula est & ruga: de qua scriptum etiam legimus, quòd non intrabit, in eam aliquod conquinatum. Nam & illud ad eam referri potest, quòd via sancta vocabitur, nec transibit per eam pollutus. Quamobrem purgatio necesse est cicatrices & maculas peccatorum, priusquam ad Ecclesiam illam, quae est sine macula & ruga, peruenire liceat. Quod ex illo Esaiæ liquet loco: Abluet dominus sordēs siliarum Syon, & sanguinem Hierusalem lauabit de medio eius, in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et ex altero Malachiae loco: Ecce venit, dicit dominus omnipotēs, & quis sustinebit diem introitus eius? aut quis ferre poterit vt aspiciat eum? ipse enim quasi ignis conflagans, & quasi herba fulsitum, & sedebit quasi conflagans: & emundans argentum, & colabit filios Leni, & colabit eos, quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Ex vtroque hoc loco rectè id colligit Augustinus. Qui simul ex illis verbis, vbi dicitur, peccatum in Spiritu sancto non dimittit, neque in hoc seculo, neque in futuro, docere esse quaedam peccata, quae si non in isto, tamen remittantur in futuro seculo. Quod non tantum de poena peccati, quam de ipso peccato rectè intelligi, cum ipse Augustinus, tum sequenti illum Gregorius, Beda, & Bernardus, atque alij complures, auctores sunt. Deinde vero ista misericors est Deus, vt sit iustus nihilominus neque boni quicquam est, quòd non reuerteretur, neque malij, quòd poena aliqua non prosequatur. Remittit itaque poenam aeternam pro sua misericordia, sed exigit nihilominus temporalem pro sua iustitia, ne sic

Ber. in ser. de ca na domini. Chryf. in acta Apost. bo. 4. Peccatum relinquit in anima venenum.

Anima impudentior per peccata efficitur & infirmior. Ath. in lib. de blasph. in spirit. sanct.

In oratione, non esse dolendum ob eorum obitu, qui in fide decesserunt.

Purgatorius ignis. Orig. Hom. 8. in Leuiticum.

Cyp. ser. 1. de elemosyna.

Philo lib. 2. de monarchia. Purgatorij pufi hanc vitam.

Eph. 5. Apoc. 21. Esai. 35.

Esai. 4.

Malac. 3.

An. li. 20. de ciuitate Dei. c. 25. Matt. 12.

An. li. 21. c. 24. de ciuitate Dei. Gre. li. dial. 4. cap. 39.

Beda in cap. 3. Marci. Ber. Ho. 66. in Cant.

1. Cor. 3.

Orige. Ho. 7. in Exod. 8. in Lenuit. & super Hier. ho. 12. Rom. 8. in psal. 37. Hier. in fine comment. super Es. Au. li. 21. c. 26. de ciuit. Dei. et in psal. 37. ser. 3. c. 41. de Iustis.

In Enchir. & hom. 16. in 1. 50. homil. Gre. lib. did. 4. cap. 7. Ambros. in ch. 12. Luc. lib. 7. Philip. 2. Apoc. 5. 2. Mach. 12.

Ho. 71. de verbis Apostoli.

Gen. 4. Gladius flammeus & versa tiliis quid sit prolixè exponitur.

Amb. in psal. 118. serm. 20. Rupe. li. ca. 32. in Genesim. Oratio. 2. in 40. Martyres.

In psal. 11. ser. 3.

Sermo. 20.

malum profusè impunitum. Quamobrem certò persuasum esse debet pijs omnibus, restare post hanc vitam pœnas ignis purgatorij, quibus expiantur leuiora peccata eorum, qui dum viuerent, ipsi pœnas de illis fumere conati non sunt. Hic est ille ignis, de quo dixit xiste Apostolum: Saluus erit tanquam per ignem: vetustissimus Origenes, & eum sequuti, Hieronymus, Augustinus, Sedulius, Gregorius, Cæsarius, Anselmus memoriae pro diderunt: Sed liber Augustini verba adscribere. Dicitur, inquit, Saluus erit, sic tamen quasi per ignem: & quia dicitur Saluus erit, contemnitur iste ignis. Ita planè quamuis salui per ignem: grauior tamen erit iste ignis, quam quicquid potest homo pati in hac vita. Hunc esse carcerem, de quo Christus loquitur: Non exibis inde donec reddas nouissimū quadrantem, intelligi vult Ambrosius. Iam illa Apostoli verba: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: Et illa rursus ex Apocalypsi: Quod nemo inuentus est, nec in cœlo, nec in terra, nec sub terra, qui dignus esset aperire librū: nunquid non apertè purgatorium indicant? Cui enim dubium esse potest, qui sub terra in gehenna sunt, eos in Iesu nomine genua non flectere, quem iugiter potius blasphemant? Sed nec aperiendi libri vlla de eis est probabilitas, vt non de alijs intelligi locus hic possit rectius, quam de ijs, quorum in purgatorio delicta expiantur. Sed & ex illo Machabæorum libri loco: Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur: rectè colligi potest, esse quædam abdita receptacula, in quibus eorum animæ detinentur, qui cum signo fidei in confessione Christi nominis ex hac vita decesserunt. Nā pro his qui sunt in cœlo nihil ardet Deum precari, qui cum summa beatitudine perfruantur, gratiæ potius agenda sunt Deo, qui tantæ beatitudinis eos participes facere dignatus est, quam, vt orare pro illis necesse sit. Iniuriam facit martyri, dicit Augustinus, qui pro illo orat. Qui verò sunt ignis æterni supplicij destinati, pro eis superuacanea est omnis oratio. Nam in inferno nulla est redemptio. Si itaque salubris est cogitatio pro defunctis exorare, neque necesse est orare pro ijs, qui sunt in cœlo, quò nulli patet adirus, nisi prius omni peccati reatu sit solutus, superuacaneum autem sit pro ijs orare, qui sunt in gehenna, quid restat aliud nisi tertium esse locum aliquem, in quo poena quadam temporaria purgantur ij, qui non satis purgati ex hac vita migraverunt? Legimus in Genesi, flammeum gladium atque versatilem ante paradisum esse collocatum. Quid autem sibi vult flammeus iste gladius? nisi quòd quicumque deinceps admittendi sunt, illos transire per examinatorium ignem oporteat, sicut Ambrosius, & eum sequutus Rupertus, locū hunc interpretantur. Scribit Gregorius Nissenus de gladio hoc, quod non semper ingredientibus, ex aduerso eum stantem scriptura demonstrat. Verum etiam verti fingit, vt indignis quidem aduersus appareat, dignis verò versus à tergo existat, expeditum eis aditum patefaciens ad vitam, intra quam illi fiducia certaminum, illæsi flammam transgressi penetrarunt, qua etiam non intrepide superata, intra Paradisum perueniamus per illorum intercessionem confirmati ad bonam Confessionem in Domini nostri I E S U C H R I S T I: Quem secutus Ambrosius, plura genera baptismatum enumerat. Est etiam, baptismum, inquit, in Paradisi vestibulo, quod antea non erat, sed posteaquā peccator exclusus est, cœpit esse: Rompha ignea, quā posuit Deus, quæ ante nō erat quando peccatum non fuit: culpa cœpit, & baptismū cœpit quo purificentur, qui in Paradisum redire cupiebant, vt regressi dicerent: Transiuim⁹ per ignem & aquā. Hic per aquam, illic per ignem: Per aquam, vt abluantur peccata: per ignem, vt exuratur, Et paucis interiectis. Et si aliquis vt Petrus sit, vt Ioānes, baptizatur hoc igni: Veniet ergo baptista magnus, mouebit Rompheam versatilem; dicit his qui à dextris sunt, non habentibus grauiā peccata. Intrate qui presumitis, qui ignem nō timetis. Et aliquando post in eundem psal. scribens: Omnes oportet per ignem probari, quicumq; ad Paradisum redire desiderat. Non enim otiosè scriptum est. Quod eiectus Adā & Eua de Paradisi sede, posuit Deus in exitu Paradisi gladium ignem versatilem. Omnes oportet transire per flammā: Sive ille Ioannes Euangelista sit, quem ita dilexit dominus, vt de eo diceret ad Petrum: Sicut volo manere, quid ad te, tu me sequere. De morte eius aliqui dubitauerunt, de transitu per ignem non possumus dubitare, quia in Paradiso est, nec separatur à C H R I S T O: Sive ille sit Petrus: qui clausi accepit regni cœlorum, qui supra mare ambulauit oportet dicat. Transiuimus per ignem & aquam, induxisti nos in refrigerium. Sed Ioanni citò versabitur igneus gladius, quia non inuenitur in eo iniquitas, quem dilexit æquitas. Sed si quid in eo fuit humani vitij, charitas diuina decoxit. Alæ enim eius, sicut alæ ignis. Qui habuerit hic charitatis ignem, illic ignem gladii timere non poterit. Ipsi Petro qui mortem suam toties pro Christo obtulit, dicit: Transi, recumbe, sed ille dicit, igne nos examinabit, sicut examinauit argentum. Etenim in quo aqua multa excludere non potuit charitatem,

tem quomodo eam ignis excludet? Sed ille examinabitur vt argentum, ego examinabor vt plumbum, donec plumbum tabescat, ardebo, si nihil argenti in me inuentum fuerit, heu me! in vltima inferni detrudar aut vt stipula torus exuratur.

Quòd si scripturis etiam probari purgatorium non possit, cum tamen vnanimis, vno ore sancti doctores omnes à Christo nato ad hæc vsque nostra tempora, vel pœnarum ignis purgatorij, vel orationum & sacrificiorum pro defunctis meminerint, cum plerique eorum, nominatim verò Augustinus & Ioannes Damascenus etiam libros de cura pro mortuis gerenda conscripserint, quis est, qui dubitare queat Apostolicam hanc esse traditionem, quæ tanto omnium consensu, tot seculis in Ecclesia semper fuit obseruata? Cui qui contradixit Aërius ante mille ducentos annos, pro heretico habitus est, quòd superuacaneas esse diceret orationes & oblationes pro defunctis, sicut apud Philastrium, Epiphanium, Augustinum legimus. Ante quadringentos etiam annos fuerunt Henriciani quidam & Petrobrusiani: qui cum ad eundem lapidem offendifsent, per Petrum Cluniacensem, & Bernardum Abbatem Clarenalensem cōfutati sunt: Liber autem vnicum hic Augustini locum adscribere: Hi qui temporalibus pœnis, inquit, digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem: per fluitum igneum, de quo propheticus sermo commemorat: Et fluiuis igneus crebarat ante eum; per fluiuium igneum & vada feruentibus globis horrenda transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & pertransiendi mora: Quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis disciplina. Et quantum stulta iniquitas suggesserit, tantum sapiens pœna desuetit. Et quia sermo diuinus quodam loco anægollè comparat dicens: Pone ollam super prunas vacuam, donec incalescat æs eius, & stagnum eius desinat: illic sermones oculos, & cogitationes iniquæ vel fordida, illic multitudo lenium peccatorum; quæ puritate nobilis natura insecerat exudabunt: illic stagnum vel plumbum diuersarum passionum, quæ aurum diuinæ imaginis adulterauerant, consumentur. Quæ omnia hic ab anima separari per Eleemosynas & lachrymas compendiosa transactione potuissent: Quæ eadem ad verbum ferè seruiuntur apud Eusebium Emisenum. Qua de re qui volet plurè legere, poterit apud Lactantium lib. 7. institutionum cap. 21. Prudentium in Hamartigenia, Hieronymum cap. 20. in fine commentariorum in Esaiam, Et Gregorium Nissenum in disputatione de anima & resurrexione cum sorore Macrina: Nam nobis hoc loco propositū non est, hoc argumenti genus tractare, obiter tantum illud significandum esse duximus: Si volumus pœnas effugere temporarias, vel in hoc, vel in futuro seculo pro peccatis nostris nobis infligendas, opus esse, vt ipsi nos indicemus, vt ipsi supplicij de nobis sumamus, vt pro ieiunijs, orationem, & eleemosynam peccata nostra expiantes, Deum nobis placatum reddamus, vt cum ipsi nobis non pepercimus, parcat ille nobis, atq; à pœnis quas longè grauiores examus commeriti, nos liberet.

Atque hæc est satisfactiois ratio; quæ inter partes sue actus penitentiæ tertio loco numeratur, quæ tollitur tamen non tantumquam per indulgentias, quæ & ipse valent ad peccatorum remissionem. Quò magis autè intelligi possit, quæ sit indulgentiarum vis, sic accipi oportet. Dominus noster Iesus Christus, sicut ab Augustino traditum legimus, vnus est homo cum capite & corpore suo, saluator corporis & membrorum corporis, dgo in carne vna, & in voce vna, & in passione vna, & cum transierit iniquitas in requie vna. Passiones itaque Christi non in solo Christo, imò passiones Christi, non nisi in Christo. Si enim Christum intelligas caput & corpus, passiones Christi non nisi in Christo. Si autè Christum intelligas caput solum, passiones Christi non in solo Christo. Si enim passiones Christi in solo Christo, siue in solo capite, vnde dicit quoddam membrum eius Paulus Apostolus, vt supplicem, quæ defunctis passionum Christi in carne mea? Nunquid aliquid passionum deerat in Christo capite? non passus est, quicquid pati debuit? Nonne ipse dixit, Consummatum est? Quibus verbis significatitiam de mensura passionum suarum, nihil deesse, quæ omnia, quæ dicitur de se fuerant, completa essent. Nihil ergo deerat passionibus Christi, quatenus caput est, sed restabat adhuc, & restant Christi passiones in corpore, in eo corpore, de quo dixit alibi Paulus: Vos estis corpus Christi, & membra de membris. In hui⁹ ergo corporis membris, hoc est, in pijs hominibus, qui tantquā caput semel passus est, passus est sepe, & patitur Christus. Nam vnusquisq; pro modum suo excoluit, quòd debet, & pro posse virtutum suarum quasi canone passionum in seferat: quoniam non erit finis, nisi cum seculum finitum fuerit, Sic patiebatur Christus à Saulo, quando dixit illi: Sate, Sate, quid me persequeris? Membra persequatur, & tamen se in membris suis pati Christus interpretatur. Quomodo solet lingua dicere calcato pede de calcas me: Linguam nullus tetigit: compassione clamat, non attritione: Ita Christus, si quis

Art. 170.

Tab. 50. Homil. Iarum. Ho. 16.

Ho. 3. Epiphani.

Satisfactio tollit in indulgentia. Indulgentiarum vis. Au. in psal. 68. c. 80.

Christi duplex acceptio.

Colof. 1.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Christi passiones in corpore comm.

plentur.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Christi passio-
nes adimplere.

Meritum passio-
nis ac mortis
Christi et san-
ctorum eius su-
perat multo om-
nia flagitia io-
annis orbis.

Mat. 16.
1. Cor. 4.
1. Cor. 9.
2. Cor. 2.
Indulgentiarum
fructus et effe-
ctus.

Sanctorum vie-
rita, ad remissio-
nem peccatorum
valeri ex scriptu-
ris probatur.
Orig. Hom. 10.
in Num.
2. Cor. 12.
2. Tim. 4.

Homil. 14. ibi
Numer.
Sacerdotis offi-
cium est in al-
tari pro populi
peccatis suppli-
care.

quis membro suo faciat iniuriā, si quis illud persequatur, sibi fieri quicquid illi sit, impu-
tat. Hanc qui capitis cum corpore coniunctionem intelligit, facile perspicere potest, quæ
sint Christi capitis, quæ sint corporis & membrorum eius merita. Nam sicut vivit Chri-
stus in membris suis, ita patitur in membris suis, ita satisfacit in membris suis. Hoc est,
quod dicit Paulus, adimplere se quæ defunt Christi passionum in carne sua. Non quod
congeries Christi passionum, quas tanquam caput pertulit, non fuerit sufficiens ad exo-
lutionem peccatorum, quæ totius Ecclesie peccatis debebatur: sed quod multa pars pas-
sionum eius adhuc corpori eius, quæ est Ecclesia, deest, priusquam persequationū Chri-
sti sit finis: quia vsque in finem seculi patitur Christus in suis membris.

Hinc colligere licet, quod meritum passionis & mortis Christi, ac sanctorum eius, in
quibus patitur & patietur Christus vsque ad consummationem seculi, multo fuerit &
sit abundantius, quam fuerint & sint & esse possint omnia totius orbis flagitia, ad illa
abluenda, pro quibus vel vna gutta sanguinis sui satisfacere poterat. Nam si potuit dice-
re beatus Iob: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quæ
patior, in statera: quasi arena maris grauior hæc appareret: certe multo rectius de Christo
dici potest, quod calamitas, quam pertulit iustus pro iniustis, multo grauior est si in stera
appendatur, quam sint omnia peccata in vnum collecta, non vnus, verum etiam si di-
ci possit multorum mundorum, pro quibus eam sustinere dignatus est: meritum vt illius
in finitibus partibus omnes iniuirtutes & scelera totius orbis superare videatur. Ex hac ita-
que superabundantia meritorum & satisfactionum Christi & sanctorum eius, hoc est,
capitis & corporis, pendet & constat indulgentiarum thesaurus: cuius dispensatio cum
ad alios Episcopos, tum ad summum Pontificem præcipue pertinet, qui totius Ecclesie
sub Christo capite caput est: cui Christus ipse peculiariter clausas regni cælorum commi-
sit. Hoc est, quod dicit Apostolus: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispê-
satores mysteriorum Dei. Et iterum: Dispensatio mihi credito est. Et rursus alio loco: Cui
donastis aliquid, & ego. Nam & ego quod donauim, si quid donauim, propter vos in perso-
na Christi. Effectus ergo siue fructus indulgentiarum hic est, quod per eas illius, quæ sit
per opera pœnitentiæ, & per sacerdotem alicui in sacramento pœnitentiæ iniungitur &
præcipitur, satisfactionis sit remissio siue condonatio. Quoniam verò per iniunctam sa-
tisfactionem, quam verè pœnitens exequitur, soluitur & aufertur poena temporalis, quæ
peccato, quod patratum est, ex iustitia diuina debetur: consequens est per indulgentias ve-
luti satisfactionis poenas (tantum enim valent, modò dignè ac rectè administrantur) & cac-
quirantur) tantundem remitti poenæ temporalis apud iustitiam diuinam, quantum apud
eam ipsam, quas aliquis accipit, valent indulgentiæ.

Ac nec uiuam videatur, quod etiam sanctorum passionis & merita valere dici-
mus ad remissionem peccatorum, liber hic ad scribere, quid ea de re vetustissimus & idem
doctissimus vir senserit Origenes. Quod dominus noster Iesus Christus venerit, vt tol-
leret peccatum mundi, & morte sua peccata nostra deleteret, nullus qui Christo credit, ig-
norat. Quomodo autem & filij eius auferant peccata sanctorum, id est Apostoli & mar-
tyres, si poterimus ex scripturis diuinis probare tentabimus. Audi primum Paulum di-
centem: Libenter enim, inquit, expendam & expendam pro animabus vestris. Et in alio
loco: Ego enim iam immolor, & tempus regressio nis siue resolutionis meæ instat. Pro his
ergo quibus scribebat, expendi se & immolari dicit Apostolus. Hostia autem cum immo-
latur, ad hoc immolatur, vt eorum pro quibus iugulatur peccata purgentur. De martyri-
bus autem scribit Iohannes Apostolus in Apocalypsi: Quia animæ eorum, qui iugulati
sunt propter nomen domini Iesu, adsistant altari: qui autem assisit altari, ostenditur
fungi sacerdotis officio. Sacerdotis autem officium est, pro populi supplicare peccatis. Et
in eodem libro: Vide, inquit, ne forte sicut dominus & saluator noster quasi agnus ad oc-
casionem ductus, & in sacrificio altaris oblatus peccatorum remissionem vniuerso præ-
stiterit mundo: ita forsatis ceterorum sanctorum ac iustorum sanguinis fusus est, ad expian-
dum pro parte aliqua populorum. Ac interiectis nonnullis, posteaquam docuit, quod etiã
Paulus hostiam se obrulerit iugulandam, similiter & alij sancti: Sed in his omnibus, in-
quit, vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum: & idè cessauerunt cæ-
teræ hostiæ, quia talis hæc fuit hostia, vt vna sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæ-
teri enim precibus peccata, hic solus potest esse dimisit. Dicebat enim: Filij remissa sunt ti-
bi peccata tua. Detrahere itaque meritis sanctorum, nihil est aliud, quam detrahere meri-
tis Christi. Christus est enim qui vivit in illis: Christus est qui patitur in illis: Christus
est qui meretur in illis: cuius fuso pretioso sanguine sit, vt illorum quoq; fusus pro Chri-
sto sanguis valeat nobis ad remissionem peccatorum, quamuis hæc remissio non per aliū
detur, quam per Christum.

Sed hæc obiter de sanctorum meritis, quæ mirò quodam consensu semper fuerunt ab
omnibus & doctrina & pietate viris præstantibus, omnibus seculis in ecclesia celebrata,
deq; pœnitentiæ & eius partibus dicta sufficiant. Nunc de sacramento extreme Vnctio-
nis dicendum nobis restat.

De Sacramento extreme Vnctionis.

CAPVT XLIX.

Mediator Dei & hominum, qui cum venisset saluum facere quod perierat, dedit
semetipsum redemptionem pro omnibus, non solum Iesus, verum etiam Chri-
stus vocari voluit. At illud quidem nomen inde sortitus est, Matthæo etiam E-
uangelista teste, quod ipse saluum facturus esset populum à peccatis eorum. Neque enim
est nomen aliud sub celo datum hominibus, in quo nos fieri saluos oporteat, præter no-
men Iesu. Christus verò ex eo appellatus est, quod cum regia simul & sacerdotali digni-
tate fungeretur, vnctus erat non ab hominibus, verum ab ipso Deo: non confecto oleo,
sed diuino spiritu. Sic enim dicit de eo Propeta: Spiritus domini vnxit me. Neque ve-
rò propterea tantum. Christus nominari voluit, quod vnctus ipse, verum etiam quod vn-
ctionis gratiam in alios diffusurus esset.

Legimus Dauid regem tribus vicibus vnctum esse. Primum in domo patris sui. Hæc
vnctio significabat illam, quæ sit in baptismo, quæ & ipsa signū est, futuros nos regni il-
lius participes quod expectamus, regni sempiterni, regni cuius non erit finis, regni quod
parauit nobis Deus à constitutione mundi. Secundo vnctus est in Hebron, vt regnaret su-
per domū Iuda, post quam vnctio nem mala & aduersa multa passus est. Hæc significa-
bat vnctio nem in sacramento confirmationis, per quam nobis cōfertur Spiritus sanctus
ad resistendum diaboli tentationibus, qui nos per omne vitæ nostræ tempus grauior op-
pugnare nunquam intermittit, nihil vt aliud sit vita hominis super terram, quam militia.
Tertio iterum vnctus est in regem super omnem Israël. Post hanc vnctio nem in pace re-
gnauit. Hæc significabat vnctio nem istam, extremam de qua nobis nunc sermo est. Post
hanc enim superatis hostibus diuino beneficio nobis datur, vt in regno illo, ad quod in
baptismo inuncti sumus & inuagurati, pace fruamur sempiterna.

Quemadmodum autem baptismus est intrantium, sic hoc extreme vnctio nis sacra-
mentum est ex hac vita mortali exeuntium. Nam cum calcaneo nostro serpens calli dissi-
mus insidietur maximè, neque vilo alio tempore nos oppugnet grauius, quam cum ex
hac vita migraudū est, quod eam etiã ob causam agoni vocatur, quod tum pugna validis-
sima, tum certamen instat grauisimum, noluit Christus in extremo periculo nostro sua
nos ope destituros esse, verum sacramentum hoc extreme vnctio nis instituit, per quod
non solum ad sustinendos, verum etiam ad propellendos demonis impetus firmiores ef-
ficeremur. Quamobrem sicut pœnitentiã ad iustitiam, sic hoc extreme vnctio nis sacra-
mentum ad fortitudinem refertur, quod in eo & animæ & corporis robur nobis cōfer-
tur: Nam vtriusque morbus propulsatur, animæ cum peccata remittuntur, quibus nulli
possunt esse morbi grauiores: corporis cum alleviatur homo: quod tamen non semper
euenit. Rectè igitur inter sacramenta hoc quoque extreme vnctio nis numeratur. Est e-
nim sacræ rei signum efficax: est visibile signum inuisibilis gratiæ, nimirum peccatorum
remissionis, quæ confertur in hoc sacramento: cuius principalis iste fructus est, vt aufera-
tur peccatum eius, qui sacro oleo iniungitur: Secundarius autem est corporis quoque sa-
nitas. Legimus apud Marcum, quod exeuntes discipuli prædicabant, vt pœnitentiam a-
gerent, & demonia multa eieciabant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabantur.

Quem locum explicans Beda, adducto Iacobi quoque ea de re testimonio: Vnde pater,
inquit, ab ipsis Apostolis hunc sacræ Ecclesie morem esse traditum, vt enectum, vel
alij quilibet ægroti, vnctum oleo pontificali benedictione consecrato. Theophilactus
quoque locum eundem enarras: Quod vnixerant, inquit, oleo Apostoli, solus Marcus nar-
rat. Quod & frater domini Iacobus in Catholica epistola dicit. Infirmatur quis inter vos,
inducatur presbyteros Ecclesie, & orent super illum, vnctes eum oleo. Est igitur oleū &
ad labores vile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectuum, significatque Dei misericor-
diam, per quam à labore liberamur, & lucem ac gaudium, ac hilaritatem spiritualem acci-
pimus. Expressus autem Iacobus effectum huius sacramenti demonstrat: Cuius hæc ver-
ba sunt: Infirmatur quis in vobis, in dicit presbyteros Ecclesie, & orent super eum vnctes
eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum do-
minus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Ex quibus Iacobi verbis discimus, nihil extre-
mæ vnctio nis deesse, quod ad sacramenti rationem pertinet. Est enim elementum siue si-
gnum visibile, quod materie locum obinet, oleum pontificali benedictione consecratū,
valde accommodatum ad demonstrandum id, quod perspicitur in hoc sacramento. Quod

1. Tim. 2.
Luc. 19.
Iesus.
Mat. 11.
Act. 4.
Christus dicitur
quod iherosolan-
to vnctus sit,
et in a. m. vn-
ctionis siue gra-
tiam diffundat.
Eph. 6.1.
Vnctio vniuersa.
David rex ter
vnctus, et quid
deprecat.
1. Reg. 16.
Vnctio duplex.
Luc. 1.
2. Reg. 2.
Vnctio confir-
mationis.
Iob. 7.

2. Reg. 5.
Vnctio extrema
Agnus mortis
vnde dicitur.

Vnctio nis extre-
mæ effectus im-
plex.

Esai. 27.

Mar. 6.

Vnguntur enet-
gumini et eo-
gum.

Iacob. 5.
Oleum quid
confert.

Infirmatur
quis in vobis
expliator.
Vnctio nis extre-
mæ materiæ

enim olei natura prae se fert, hoc in huius sacramenti dispensatione in homine egroto diuina virtute per fidei efficaciam efficitur. Nam sicut oleum conducit ad labores, & lucis fomentum, & hilaritatem, ita extrema vnctio conducit ad liberandum hominem a labore corporis, ex morbo, & anima, ex peccatis contracto, lucemque, gaudium, & spiritualem hilaritatem confert, modo fides aegrotantis accedat. Ad hoc olei elementum, cum accedit verbum, fit sacramentum: Verbum autem est oratio fidei, quando presbyter vngens dicit: In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, adiunctis pijs & speciosis precationibus, ab Ambrosio & Gregorio compositis, vt quicquid illicito visu, auditu, ceterisque sensibus aegrotus deliquit, per huius olei vnctionem expietur, cum imprecatione pacis. Atque hec est gratia quae confertur accedente verbo ad elementum, expiatio remissioque peccatorum. Qui vero secundarius est effectus huius sacramenti, eum quod non semper egrotus consequitur, vel ideo fit, quod anima non semper expedit, vel quod oratio non ex firma fide proficitur. Vbi enim fides magna est & ardens, facile quiduis a Deo impetrat, vbi vero modica fides est aut nulla, nihil obtinet. Legimus quod in sua patria Christus nullam potuit facere virtutem, propter incredulitatem eorum. Quamobrem non queuis oratio, sed fidei oratio, quando quis orat in fide, nihil habitans, ea demum quiduis obtinet. Vbi ergo est oratio fidei, modo ne quid ea res aegrotantis animae salutis officiat, nihil dubitandum est, quin corporis quoque sanitatem per vnctionem hanc sit adepturus. Scribit Sulpitius Seuerus in vita sancti Martini, quod oleo sanctificato puellam quandam dira paralytici aegritudine correptam, vt iam nullo ad humanos vsus corporis officio fungeretur, sanitati restituit. Commemoratur Rufinus quoque non dissimilia de discipulis Antonij, quod multos infirmos oleo perunctos curabant. Meminit huius sacramenti Chrysostomus, vbi tractat de sacerdotio. Meminerunt Hieronymus quoque, & Rusticum scribens, & Augustinus in locis aliquot; & eius synchronus Innocentius epistola prima, quam scripsit ad Decentium capite octauo, vbi inter cetera scribit: Penitentibus istud fundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo genus vni putatur posse concedi? Sed iam ad sacramentum Ordinis accedamus.

De Sacramento Ordinis.

CAPVT. L.

Cum quae sunt a Deo, ordinata sint, non alibi magis requiri videtur, vt sint ordinata omnia, quam in Ecclesia: quam a Deo esse, dubium non est. Ipse enim Deus & dominus noster Iesus Christus collegit eam, & edificauit sanguine suo, qui propterea mori dignatus est, vt filios Israel, qui erant dispersi, congregaret in vnum, vt esset vnus pastor, & vnum ouile. Quamobrem recte in Canticis castrorum acies ordinata vocari legitur: Neque alia magis re est aduersarijs potestatibus terribilis, quam eo ipso, quod est ordinata. Est igitur ordo cum primis in ea necessarius, de quo praclare scriptum est ab Augustino. Ordo est quem si tenuerimus in vita, perducet ad Deum, & quem nisi tenuerimus in vita, non perueniemus ad Deum. Si ergo non peruenitur ad Deum, nisi sit ordo retentus, omnia prius & facere & pati nos oportet, quam vt eum desideramus, ne si deseruerimus, eum (quod absit) nos venire contingat, vbi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Recte autem ordinem, quatenus est Ecclesiae sacramentum, de quo nunc a nobis oratio suscepta est, signaculum Ecclesiae quoddam esse dicimus, per quod spiritualis potestas traditur ordinato, ad quam exercendam non licet cuiquam seipsum ingerere, verum vocatione expectare necesse est, quae nihil aliud esse videtur, quam ordinatio. Hoc est quod Paulus admonet: Ne quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Et rursus alio loco: Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur?

Quod autem ordo, vel quod rectius dici potest, ordinatio sit sacramentum, vel ex eo liquet, quod est sacrae rei signum efficax. Est enim visibile signum, siue forma visibilis inuisibilis gratiae, quae multiplex in hoc sacramento confertur, cum etiam ipse sit ordo multiplex, quemadmodum paulo post docebimus. Signum seu elementum huius sacramenti, siue quis materiam vocare malit, est in sacerdotibus vnctio, siue manuum impositio, in reliquis actus eorum, quae tangenda sunt. Ad quod elementum, cum accedit verbum, fit sacramentum. Nam non significatur modo, verum etiam re ipsa confertur inuisibilis gratia, per quam fit vt tradita sibi spirituali potestate recte fungi possit ordinatus.

Quod autem conferatur in hoc sacramento gratia, testis est Paulus, cum Timotheum suum his verbis alloquitur: Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam,

Quare non semper post vnctionem conualescit aegrotus. Fidei oratio officium. Matt. 13. Iacob. 5.

Sulp. cap. 21.

Ruff. li. 2. ca. 4. Ecd. Hist. Chryl. lib. 3. Au. de visitat. infr. li. 2. ca. 4. et de virtutibus Cathol. conuersationis.

Rom. 13. Ordo in ecclesia necessarius.

Ioan. 11. Ioan. 10. Can. 6. Lib. 1. de ordine cap. 9.

Job. 10.

Ordo sacer sacramenti esse probatur.

Hebr. 6. Rom. 10.

Ordinis seu ordinationis materia.

Gratia conferatur in hoc sacramento.

1. Tim. 4.

phetiam, cum impositione manuum presbyterij. Et iterum ad eundem dicens: Admoneo te, vt resuscites, gratiam Dei, quae in te est per impositionem manuum mearum. Meminit hoc loco Paulus elementis visibilis manuum impositionis: meminit simul inuisibilis gratia: quae per eam confertur. Quisquis enim eo, quo debet, affectu ad hoc sacramentum percipiendum accedit, is virtute diuina ad ardui muneris, quod ei mandatur, executionem preparatur & instruitur, simul etiam datur ei diuinitus auctoritas & potestas, rata vt sint & efficacia, quae cumque sic ordinatus in eo, quod suscepit, officio, iuxta Christi capitulis & eius corporis Ecclesiae institutionem, rite gesserit. Non enim persona sacerdotis attendi debet, qui eadem est quae ceteri infirmitate praeditus, verum eius a quo missus est potestas, eius qui dixit: Sicut misit me pater, & ego mitto vos: qui baptizandi, qui ligandi & soluendi, qui consecrandi, distribuendi, & offerendi Eucharistiae, quique ceterorum mysteriorum suorum dispensandorum potestatem tradidit. Recte itaque inter sacramenta ordo numeratur. Quod nomen illi ab Augustino quoque tribui legitimus, cuius haec verba sunt. Nam illud quod quidam eorum veritate conuicti dicere coeperant, baptismum quidem non amittit, qui recedit ab Ecclesia, sed ius tamen dandi amittit: multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primum, quia nulla ostenditur causa, cur ille qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi amittere possit. Vtrunque enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque homini datur, illud cum baptizatur, illud cum ordinatur: ideoque in catholica vtrumque non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes, etiam praepositi, pro bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt: & si visum est opus esse, vt eadem officia gererent, quae gerebant, non sunt rursus ordinandi, sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra, quia in praecisione fuerat vitium, quod vnitatis pace correctum est, non in sacramentis, quae vbiunque sunt, ipsa vera sunt. Et cum expedire hoc videatur Ecclesiae, vt praepositi eorum venientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non admittant: non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne uero homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Et in libro de bono coniugali, vocat itidem sacramentum ordinationis, cap. 24. Similiter & de baptismo scribens contra Donatistas, vbi vocat etiam illud Sacramentum dandi baptismi. Sic enim loquitur: Sacramentum baptismi est, quod habet qui baptizatur. Et Sacramentum dandi baptismi est, quod habet, qui ordinatur. Ex quibus locis, illud discimus, aequo ordinationem sacramentum esse vt baptismum. Et sicut baptismus non iteratur, ita neque ordinatio, quod aequum in illa atque in baptismum character siue signum imprimitur, quo discernuntur fideles ab infidelibus, sic in ordinatione character imprimitur, quo discernuntur clerici a laicis. Leo quoque pontifex primus eius nominis, sacramenti nomen tribuit ordinationi, dicens: Praeter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nonimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex praeposito Spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent praedicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus, vt intelligamus, quanta & dantium & accipientium deuotione curandum sit: ne tanta benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. His verbis docemur, non modo sacramentum esse ordinationem, verum etiam gratiam in ea conferri. Quid enim opus esset ieiunio, oratione, tantaque deuotione dantium & accipientium, nisi gratia conferretur? Inde illud institutum videmus, quod non ordinantur sacerdotes, nisi praecedente ieiunio, vel quadragesima, vel eo quod vocatur quatuor temporum: quod ea etiam ex causa institutum esse videtur, vt vno animo vnoque consensu, placato per ieiunium & elemosynas domino precentur Deum omnes, quo dignos operarios mittat in messem suam.

De distinctione Ordinum.

CAPVT. LI.

Diuidentur autem ordines in minores & maiores. Minores quatuor nominantur: Ostiarii siue Ianitores, Lectores, Exorcistae, Acolythy. Maiores tres: Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes. Praecedat autem hos omnes prima tonsura, quae non est ordo, sed magis dispositio quadam ad suscipiendos ordines. In qua quod capillorum in modum coronae quadam fit resectio, illud significat, eum cui capilli resecantur, in illius ministerium assumi, cui seruire regnare est, atque in regnum quoddam spirituale transferri.

Ianitorum siue Ostiariorum officium est, stare ad ostia templi, quos dignos esse sciri admittent: quos indignos nouerint, eos repellere. Hos Ignati custodes appellat sanctarum portarum. Consecratur autem in digni pagani siue ethnici, catechumeni, haeretici, excommunicati, energumeni, flagitiosi, poenitentes, qui excluderentur ab adytis templorum: sicut apud

Ordinationis effectus si recte suscipiatur.

Heb. 5.

Ioan. 20.

Au. li. cont. epi. Parmeniam. c. 13.

Ordinatio est baptismus non iteratur.

Au. li. 1. ca. 1.

Character in baptismo est ordinatione inlebilis imprimitur. Leo epi. 81.

Ordinatio sancte est deuote fiat. Astor. 13.

Ordinationes sacrae cur tempore ieiunij conferantur, ieiunium quatuor temporum. Luc. 10.

Ordinationes duplices minores quatuor, & maiores tres. Tonsura prima.

Ostij.

Ignatius epi. 8. c. 12.

Chryf. hom. 60
et 41. ad pop.
Antiochen.
Amb. epist. 33.
Dion. ca. 3. Eccl.
hierarch.
Ignat. epist. 8.
Terul. aduer-
sus hereticos.
Matt. 11.
Ioan. 10.
Lectores.

Luc. 4.
Esa. 61.

Cyp. li. 2. epi. 5.
Lib. 4. epist. 5.
Lib. 3. epist. 22.
Nazian. li. 6. c.
3. in monodia
in Basilium.
Exorcista ordo
quid.

Acolythi latine
ceroferaij
Cerei in templo
accendantur.
Matt. 5.

1047. 8.

Causa pap. ordi
nandorum ordo.

Navis materia
lis gubernatio
nis cum spiri-
tuali navi com-
paratio.

Hier. in epist.
ad theod. in
Epistaph. Nepo-
tiani.

Cyp. li. 4. epi. 2.
Sozim. ad lsi-
ordinum cap. 3.
In ordinationi-
bus faciendum
in cruce.

Chrysofomum & Ambrosium videre licet. Videtur hic ordo etiam Apostolorum tem-
poribus fuisse, & ab ipsis institutus esse: quando quidem synchronus Apostolorum Dio-
nysius, & qui non magno intervallo eos sequuti sunt, Ignatius & Tertullianus huius or-
dinis meminerunt. Dantur ostiario cum ordinatur, claves Ecclesie: simul admonetur ab
Episcopo, sic agat quasi rationem Deo redditurus de rebus, quae clauibus ijs recludun-
tur. Officium hoc expressisse videtur Seruator noster, quando flagello de funiculis facto
erementes & vendentes eiecit de templo: Qui etiam ostium seipsum appellare dignatus est.
Per me, inquit, si quis introierit, saluabitur.

Ex hoc ordine prouehitur ordinandus ad officium Lectoris, ut ex Ecclesie traditione,
legat in ea Prophetias & lectiones Apostolicas. In cuius rei signum traditur illi codex di-
uinarum scripturarum, simul admonetur ab Episcopo, ut accipiat, & sit verbi Dei rela-
tor: habiturus, si officium suum impleuerit, partem cum ijs, qui bene ministraverunt. Quod
officiu exhibuit dominus noster in propria persona, quando in medio senioru librū E-
saie aperuit atq; in eo legit: Spiritus domini super me, &c. Functus officio lectorum le-
gimus apud Cyprianum, Aurelium, Celerinum, & Satyrum: apud Gregorium Nazian-
zenum, Basilium, apud Socratem in Ecclesiastica historia, Ioannem Chrysofomum.

Tertius est exorcistarum ordo, cuius est officium eijcere demones, & dicere populo,
ut qui non communicat, det locum: ac aquam in ministerio fundere. Datur huic per Episc-
opum codex, in quo scripti sunt exorcismi. Dicitur illi, ut accipiat & commendet me-
moriam, & habeat potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, si-
ue catechumenos. Hoc officio sapē Christum & Apostolos eius functos esse legimus,
quando demonia ex obsessis corporibus eiecerunt.

Quarto loco ordinantur Acolythi, qui latine vocantur ceroferaij, quod accensos ce-
reos ferunt, cum legitur euangelium, vel cum offertur sacrificium: non ut propellant tene-
bras has visibiles, sed ut sicut lumen visibile gestant manibus, quo noctis tenebre pro-
pulsantur, sic luceat lux illorum coram hominibus, ut videant opera illorum bona, & glori-
ficient patrem nostrum, qui in caelis est. Hi cum ordinantur, accipiunt ab Episcopo can-
delabrum cum cereo: simul ab eo audiunt, ut accipiant ceroferaium cum cereo, & sciat
se ad accedenda Ecclesie luminaria mancipatos in nomine domini. Accipiunt simul ve-
ceum ad suggerendu vinum & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi. Hoc officium
se testatur habere dominus dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in
tenebris. Huius officij formam illi gerebant in veteri Testamento, qui lucernas candelab-
ri componebant, & accendebant igne coelesti ad illuminandas tenebras aquilonares. In
argumento vtriusque epistolae ad Thessalonicenses sit Onesimi Acolythi mentio. Unde
colligi potest fuisse hunc ordinem, sicuti de alijs quoq; recte creditur, Apostoloru tēpori-
bus. Extat Epistola Caij Papae & martyris, qui vixit Diocletiani temporibus: In qua mo-
net, ne aliter ordinandi ad ordines Ecclesiasticos accedant, quam ut sit aliquis primū O-
stiarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde sacretur Acolythus, demum Subdiaconus,
deinde Diaconus, & postea Presbyter, & exinde si meretur, Episcopus ordinetur. Sic gra-
datim ad Episcopi dignitatem perueniendum esse decreuit. Quae etiam ratio est, quod
sacramentum hoc ordo vocatur. Aequum enim esse visum est, quod in gubernatore nauis
obseruatur, ut id multo diligentius obseruetur in Ecclesie nauis gubernanda. Sicut
enim in illa non statim alicui gubernacula creduntur, sed primū adhibentur ad remos,
postea in proram deducitur, inde paulatim ad vteriora procedit, ac ubi multam rerum
maritimarum experientiam consequutus est, tandem ad gubernacula admittitur. Sicut
etiam in rebus bellicis, militis primū officio fungitur aliquis, postea decurio fit, dein-
de centurio, ac posteaquam ordines duxit aliquandiu, tādē si sit repertus idoneus, dux
& imperator militum designatur. Ita fieri oportet in Ecclesia, ut ne quis ad summū gra-
dum subito proficiat, verum in minoribus aliquandiu se exercent, ac pedetentim ad ma-
iores progrediantur. Quod etiam ita fieri oportere in Monodia Basilij docet Gregorius
Nazianzenus. Et eius discipulus Hieronymus ad Pammachium scribens de erroribus Io-
annis Hierosolymitani. Quin & ita factum esse narrat à Nepotiano, itidem & à Corne-
lio Cyprianus, & à Chrysofomo Leo imperator qui vitam illius conscripsit. Sozimus
verò Pontifex, qui fuisse videtur Augustini synchronus, etiam intervallum temporis de-
scribit inter vnumquemque gradum, ita ut inter lectores siue exorcistas quinquentio te-
neatur, exinde Acolythus vel subdiaconus quatuor annis, & sic ad benedictionem Dia-
conatus si meretur accedat, in quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit, herere de-
bebit: exinde suffragantibus stipendijs per tot gradus datis propriae fidei documentis,
presbyteri sacerdotum poterit promereri. De quo loco si eum exactior ad bonos mores
vita perduxerit, summum pontificatum sperare debebit.

Hinc

Hinc videre licet, quod suo quisq; fungebatur ordine in primitiua Ecclesia, & erat cer-
to numero ex vno quoq; ordine constituti: Sicut etiam ab Eusebio scriptum legitimus, v-
bi recenset Episcopus vnum, Presbyteros quadraginta sex, Diaconos septē, Subdiacono-
s septem, Acolythos quadraginta & duos, exorcistas & lectores cū ostiarijs quinqua-
ginta & duos. Epiphanius, ubi ordines enumerat, meminit episcopi primo loco, deinde
Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectorum, Laboratorum, & Ianitorum. Ignatius verò
salutari iubet primū Presbyterum, deinde Diaconos, Lectores, Catores, Ostiarios, Laborantes,
Exorcistas, atque Confessores, extremo verò loco cultodes
sanctarum portaru. Clemens ita recenset ordines, Episcopi sunt Pontifices vestri, Sacer-
dotes vestri sunt presbyteri, Leuitae vestri sunt, qui nūc Diaconi vocantur, Lectores, Can-
tores, Ostiarij. Meminit autem & Hypodiaconorum, quos manere iubet, ad mulierū, Dia-
conos verò ad virorū portas. Tradit etiam formulam Hypodiaconos ordinandi. Ceterū
ordines ijs minoribus inter sacros non numerabantur, sed hi tres tantum ad sacros or-
dines pertinere creduntur, Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium.

De sacris ordinibus, qui maiores vocantur.

C A P V T L I I I.

Inter sacros ordines qui maiores appellantur, primū locum obtinet Subdiaconatus.
Est autem officium Subdiaconi, aquam ad ministerium altaris preparare, ac tan-
tū de oblationibus in altari ponere, quantum sufficere possit populo Dei, cum epi-
stolam cantare: In cuius rei signum accipit patenam & calicem vacuum de manu Episc-
opi, & admonetur ut videat eiusmodi ministerium sibi tradatur, atque idē ita se ex-
hibeat, ut Deo placere possit. Datur etiam liber epistolarum, diciturque ei ab Episcopo,
ut eum accipiat, & habeat potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro viuis,
quam pro defunctis, in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Hoc officio dominus vi-
sus est, quādo facta coena cū discipulis linteo se praecinxit, & mittens aquam in peluim, pedes
discipulorum lauit & linteo extersit. Qui suscipit hunc ordinem, ei continentia lex in-
dicatur, ut impleatur illud quod à Propheta dictum est, Mundamini qui fertis vasa Domi-
ni. Aequum enim est ut seipos exhibeant vasa in honorem non in contumeliam, atque
ab omni carnis inquinamento se contineant, qui altari appropinquantes vasa illa ferunt,
in quibus corpus & sanguis domini consistit. Meminit Cyprianus, qui fuerunt in Ec-
clesia Carthaginensi, Subdiaconorum, Melsiar, & Clementis, per quos ad Cornelium Pa-
pam literas dedit. Quin ipsum Cyprianum ordinasse legimus subdiaconum Optatum.
Meminit etiam Philomeni Hypodiaconi.

Hunc ordinem sequitur ordo Diaconorum, qui latine possunt dici ministri. Hic or-
do Leuitarum appellatur in veteri Testamento. Praecepit enim dominus Moysi, ut
post ordinatione Aaron & filiorum eius, tribus Leui ad diuini cultus ministerium ordi-
naretur & consecraretur domino, & seruirent pro Israel in tabernaculo Dei coram Aa-
ron & filiis eius. Legimus in Actis Apostolorum, septem viros boni rēstimonij Spiritu
sancto plenos ad hoc officium electos, & oratione praemissa, manus eis impositas esse.
Fuit inter eos Stephanus protomartyr, fuit & Nicolaus antea secte viuis omnium fla-
gitiosissima. Inde mos inoleuit, quin etiam decretum intercessit, ut in omni matrice Ec-
clesiae, septem Diaconi circa Christi aram, sublimiori gradu, tanquam columnae septem,
Episcopo assistat: habitiq; sunt Diaconi tanquam oculi Episcopi, oberantes & circum-
lustrantes cū verecundia actus totius Ecclesiae: perscrutates diligentius, si quae videant vici-
num fieri praecipitio & proximū esse peccato, ut referant haec ad Episcopum, ut cōmo-
neseri ab eo possit, sicut à Clemente scriptum est. Qui etiā alio loco: Esto, inquit, Dia-
onus Episcopi auditus, os, cor, anima. Ac plura de ea re scribit libro sequenti cap. 19. Erat
autē & hoc Diaconorum officiu, quod sustodiebant Episcopu à maleuolis hominibus,
& cōsensum eius praebant sacrificio. Origenes autem Sacerdotes maualt oculos Ec-
clesiae dici: quod speculatores vocentur: Diaconos autem ceterosque ministros maualt
existimari manus quoniam pereos opera spiritalia vniuersa geruntur: populum verò pe-
des. Te...poribus Apostolorum, sicut in Actis legimus, mens ministrabant, hoc est pecu-
niam dispensabant, quae dabatur Apostolis, & in pauperum vsum conuertebant: sicut ex
eodem Origene, Chrysofomo, & qui praecessit eum, Cypriano discimus. Ordinantur
autem per manum impositionem, daturque illis Euangelium liber, & potestas legen-
di illud conceditur: Neque legendi modo, verum etiam praedicandi: Quamuis eodē suo
scribat Ambrosius praedicandi potestatem Diaconis ademptam fuisse. Hos Aposto-
lus vult esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpelicrum sectan-
tes, habentes mysterium fidei in conscientia pura: quos primū etiam probare iubet, &
sic ministrare, nullum crimen habentes. Officio Diaconi functus existimatur Christus,
quando

Subdiaconi of-
ficium.

1047. 13.
Subdiacono con-
tinetur lex in-
dicatur.
Esa. 52.

Cyp. li. 2. epi. 10
Lib. 3. epist. 21.
Lib. 3. epist. 22.
Lib. 5. epist. 35.
Diaconi qui.
Num. 3.
Leuit. 8.

Astor. 6.

Diaconi septem
in ecclesia & co-
rum officia.

Clem. epi. 3. ad
laob. frat. do-
mini.

Orig. tract. 5. in
Matt.

Ast. 6.
Diaconi cleemo
synarij. disticta
rover.

Orig. tract. 15.
in Matt.

Chryf. hom. com-
tra concubinaros
Cyp. li. 2. epi. 8.
Amb. in 4. cōs.
ad Eph.
1. Tim. 3.

1. Cor. 10. Sacerdotibus multiplex data potestas.

Luc. 22. Corin. 11.

1. Cor. 10. Sacerdotibus multiplex data potestas.

Luc. 22. Corin. 11.

1. Cor. 10. Sacerdotibus multiplex data potestas.

1. Cor. 10. Sacerdotibus multiplex data potestas.

1. Cor. 10. Sacerdotibus multiplex data potestas.

Sacerdos nihil aliud quam Christi legatus minister dispensator.

Pax repetita quid significet.

Malach. 2.

Hier. 42.

Lib. 2. de monarchia.

Hier. in cap. 1. Malach. Chry. de verbis Hiat. Hom.

quando post cenam proprio ore & proprijs manibus sacramenta confecta dispensavit, & quando dormientes Apostolos ad orationem inuitavit dicens: Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.

De Sacerdotio.

CAPUT LIII.

Vnus autem omnium excellentissimus est ordo sacerdotum, cui reliqui omnes subseruiunt. Versatur eius officium circa corpus Christi. Est autem corpus Christi duplex: Verum, quod a sacerdote consecratum offertur in altari, ac sumere volentibus distribuitur: Mysticum, est Ecclesia, sicut iam antea non vno loco copiose disseruimus. Vnus enim panis, vnu corpus multi sumus, qui de vno pane participamus. Circa vtrunque versatur sacerdotis officium, cui varia & multiplex potestas conceditur. Nam quod attinet ad verum & viuum Christi corpus, datur illi potestas consecrandi, offerendi, & ijs qui sumere voluerint distribuendi: id quod ex institutione Christi, qui in cœna illa nouissima sacerdotes instituens secundum ordinem Melchisedech, ac dicens: Hoc facite in meam commemorationem: potestatem hac illis largitus est, quemadmodum vbi de sacrificio Missæ sermo nobis fuit, pluribus verbis testimonio sanctorum patrum confirmauimus. Quod verò attinet ad mysticum Christi corpus Ecclesiam, datur illis potestas baptizandi: Sic enim Christus dixit Apostolis: Eūtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti: Datur potestas absoluenti, quod illa Christi verba indicant. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: Datur potestas prædicandi: Dicit enim idem Christus: Euntes in mundum vniuersum, predicare Euangelium omni creaturæ: Paulus Apostolus vocat sacerdotes ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Quale sit autem sacerdotis ministerium, docet idem alio loco, cum dicit: Quod Deus nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & non reputas illis delicta ipsorum: & posuit in nobis verbum reconciliationis: Pro Christo ergo legatione fungimur: tanquam Deo exhortate per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliationis ministerium. Hoc legationis munus tunc mandauit Christus: Apostolis & eorum successoribus, cum post iteratam salutationem, Pax vobis: Sicur me misit pater, inquit, & ego mitto vos: Quomodo enim, vel ad quid, misit filium, pater, nisi, ut iuxta Deum, & homines pacem faceret? Ad hoc igitur ipsum suos in vniuersum orbem missus, misit sacerdotes & Episcopos, ut eorum ministerio reconciliarentur Deo, si qui se ab illo disunxissent, peccatisque suis eum offendissent. Quod ergo dixit Christus: Misit me pater, idem est cum eo quod dicit Apostolus: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quod verò subiungit, Ita & ego mitto vos: idem est cum eo quod dicit Apostolus, posuit in nobis verbum reconciliationis: Pro Christo legatione fungimur. Et: Obsecramus pro Christo, reconciliationis ministerium. Quamobrem non contentus semel dicere, repetita vice dixit: Pax vobis: ut insinuaret, & pacem se fecisse illis, & pacem se per illos mittere nobis.

Ex quo loco colligitur, sacerdotem nihil aliud esse, quam Christi legatum, qua etiam ex causa dictus est à Propheta angelus Domini exercituum. Quando autem Christi legatum dicimus esse sacerdotem, & capitis, & corporis intelligi volumus. Totus enim Christus, & caput est & corpus, Pro Christo capite legatione fungitur sacerdos, quando ex loco superiore verba facit ad populum, & voluntatem eius explicat, simul obsecrat nomine Christi, ut vitia sua detestati, atque ab illis auersi Deo reconcilietur. Pro Christi corpore, hoc est Ecclesia legatione fungitur, quando stans ad altare, eam qua, per suum pro nobis Christi sanguinem, in cruce facta est reconciliationem, Deo patri offerens, atque illius eum commonefaciens, supplex rogat in persona totius Ecclesie, ut illius reconciliationis virtute, populo suo propitiis esse, ac fructum illius ad ipsum redundare velit. Hoc est quod apud Hieremiam legimus, quod missus fuerit ab vniuerso populo, ut oraret pro illis: ad dominum Deum suum. Et dixerunt ad Hieremiam: Sit dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus. Voci domini dei nostri ad quem mittimus te, obediemus: Sic ille deferebat preces ad Deum, & vicissim populo Dei voluntatem annuntiabat. Et apud Philonem. Postulat enim in Sacerdote lex præstantiorem hominem indolem, quippe qui Deo sit familiaris præ ceteris, situs in quodam diuinæ humanæque nature (si verum fateri licet) conuincio, ut hoc mediatore, Deus propicietur hominibus, eiusdem ministerio, porrigat eis largiatque suam gratiam. Hoc est quod Hieronymus sacerdotem Dei vocat questrum & hominum. Hoc est, quod Chrysostomus medium stare dicit sacerdotem inter Deum & humanam naturam, illinc venientia beneficia ad nos deferentem, & nostras petitiones illuc perferentem, dominum itatum vtrique naturæ reconciliantem, & nos qui offendimus

mus ex illius manibus eripientem. Hoc est, quod idem alio loco, Sacerdotem pro vniuerso terrarum orbe legatum intercedere, deprecatoresque esse apud Deum dicit, ut faceretur. hominum omnium non vniuersum modò, sed etiam mortuorum peccatis propitiis fiat: itaque quasi mundus vniuersus illi concreditus, atque omnium sit pater, sic ipsum ad Deum accedere. Ac paulò post: Cum autem ille & Spiritum sanctum, inquit, inuocauerit, sacrificiumque illud horrore ac reuerentia plenissimum perfecerit, eommuni omnium domino manibus assidue pertractato, quæro ex te, quæto illum in ordine collocabimus? Per id tempus & angeli sacerdoti assident, & cœlestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, angelorum choris plenus est. Et idem alibi Hieremiam, inquit, mediatorum Deus facit. Hoc est, quod Ambrosius quoque Iesum alloquens: Quoniam (inquit) me peccatorem inter te & eundem populum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis credere non recuses, nec per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima factus, salutatis dignatus es esse redemptio. Hoc est, quod Gregorius quoque Nazianzenus scribit, esse speciale sacerdotis officium populi mediatorum apud Deum effici. Qui & Basilium vocat mediatorum inter Deum & hominem: Et eius cognominis Gregorius Romanus pontifex: Quid antistes, inquit, ad dominum, nisi pro delictis populi intercessor eligitur. Et qui fuit his omnibus vetustior, quartus à Petro pontifex Romanus Anacleus: Sicut, inquit, ipse filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos eius vice in Ecclesia estis constituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini. Hac ille scribens ad Episcopos per diuersas regiones constitutos. Hoc est, quod à Cœlestino quoque primo scribitur: Cum sanctorum plebium præfules mandata sibi legatione funguntur, apud diuinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum conueniente Ecclesia postulant & preceantur, ut infidelibus donetur fides &c. Et qui vixit eodem seculo Augustinus. Tunc, inquit, Antistes velut aduocati susceptos suos, per manus impositionem, misericordiam offerunt potestati. Et à Cypriano multò ante scriptum est: Sacerdotibus maior labor incumbit in asserenda, propitianda, & procuranda Dei maiestate. Sacerdos igitur nihil aliud esse videtur, quam, sicut Paulus dicit, reconciliationis minister. Et qui præcessit hos omnes, Clemens Petri successor. Vos o Episcopi, inquit, quibus cum versamini Laicis, mediatores inter Deum & fideles eius, receptores verbi & annuntiatores, periti scripturarum & vocum Dei, & testes voluntatis eius, qui omnium peccata portatis, & de omnibus rationem reddituri estis. Ac quibusdam interiectis. Episcopus ipse est verbi minister, legis custos, mediator inter Deum, & vos, in eo, qui præstat Deo cultu: ipse est doctor pietatis, ipse est secundum Deum pater vester, qui per aquam & Spiritum sanctum regenerauit vos in adoptionem filiorum Dei, ipse princeps, & dux vester, ipse vester Rex, & potestatem in vos habens, ipse vester terrestris Deus secundum Deum, qui debet apud vos in honore haberi. Nà de eo dixit Deus: Ego dixi dii estis & filij altissimi, Et Dijs non detrahes. Fungitur autem hoc ministerio, primum quando annunciat populo per Christum in cruce pro nobis mortuum remissionem peccatorum nobis obtentam, ac Deo patri nos esse reconciliatos: Deinde cum eum admonet, quando quidem facta iam sunt per Christum omnia, que ad reconciliandum Deo patri genus humanum pertinerent, nihil vt ex illius parte desit hominibus ad salutem consequendam, vt ne sibi deesse ipsi velint, sed pro se quisque reconciliari Deo conetur. Neque enim existimare quenquam oportere, quod hoc solum sufficiat scire & credere, quod cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: Verù necesse est, vt ipsi quoque adferamus aliquid ad reconciliationis illius in cruce factæ fructum in nos transferendum, vt peccata detestemur, quæ diuiserunt inter nos, & inter dominum Deum nostrum, quæ nobis illum offensum reddiderunt, atque ab illis auersi, conuertamur ad dominum Deum nostrum in toto corde nostro illi nos credamus, in illo spem & fiduciam nostram omnem collocemus, illius amore inflammemur, ac per fidem viuam, & per sacramentorum susceptionem, quæ ab illo sunt instituta, tanquam instrumenta quædam salutis nostræ, denique per orationem adentem, ac passionis & mortis illius iugem commemorationem, cuius in altari per sacerdotem sacris operantem representatio fit, illud efficere conemur, vt quem fructum vniuerso mundo mors Christi attulit, eius participes esse queamus. Quamobrem non solum, cū prædicat Euangelium sacerdos, minister est reconciliationis, verum etiam cū baptizat, cū penitentem absoluit, cū Eucharisticum sacramentum porrigit, cū orat pro peccatis populi, cum corporis & sanguinis Christi sacrificium offert, in omnibus his nihil aliud est,

Chry. lib. 6. de sacerdotio.

Hom. de Adam & Sodomis. Amb. in oratione prioris preparatoria ad Missam.

Greg. Naz. in apologia. Ad simpliciter hereticam epi. 88.

Greg. li. 1. epistolarum, epi. 24.

Celest. epistola. 1. cap. 11.

An. epist. 89. ad Paulinum respondens quinque questionibus. Ep. li. 1. epist. 33.

Li. 2. const. Apo. stolice. cap. 30. Episcoporum functiones.

Li. 2. const. Apo. stolice. cap. 29.

Reconciliandi cum Deo quid facere debeant. Malach. 2.

Can. 6.

1. Cor. 14.

Sacerdotes & sacerdotium regale. Psalm. 109. Zach. 9. Basil. ser. 2. de baptismo. ca. 8. Au. li. 20. de civi. Dei. ca. 10. Rab. ca. 24. de sacram. alt. Apoc. 20. 1. Pet. 2.

Hier. 29. Sacerdotio transferatur regnum.

Hic. c. Lucif.

Sacerdotium duplex.

Apoc. 10. 1. Pet. 2.

Hom. 16. in Matth.

Sacerdotium laicum baptismum est. Matt. 6. Laicus divina exercens. Rom. 12. Clem. li. 2. cap. 10. Const. Apostolica.

dere, qui celum terre, qui sacra profanis, qui sursum & deorsum miscere conaris omnia. Quonia vero conatibus hisce tuis opponit se castrorum acies ordinata, quae non alio nomine tibi magis terribilis est, quam quod est ordinata, in hoc totus es, in hoc omnes cure & cogitationes tuae consumuntur, ut ordinem ex ea tollere possis, ut ne sit illud, quod Paulus praecipit, omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. Atqui non hoc per Petrum, non hoc loquitur per Joannem Spiritu sanctus, quod tu vis: non hoc dicit, quod cuius de fece vulgi, quod cuius baiulo, zonatio, quin etiam carnifici (quod apud istos, qui haec te docti tradiderunt, vsu veni se scimus) praedicare, consecrare, baptizare, absolvere, sacris operari, & quocumque alio reconciliationis ministerio frangi liceat, verum illud ipsi verbis significare voluit, qui Christo nomen dederunt, atque illius corpori per baptismum in fide sunt, eos rectius vocari genus electum, & regale sacerdotium, quam Hebraeos, qui non aliunde magis gloriari solebant, quam quod secundum carnem ex Abraham essent propagati, qui neque rex fuit, neque sacerdos, cum nos in Christum credentes, qui & sacerdos iuxta ordinem Melchisedech dictus est, & rex mansuetus, iustus & saluos faciens, multo rectius id nobis vindicare possimus, sacerdotis illius & regis membra facti, quando per laucarum regenerationis corpori eius sumus in fide. Sic Didymus, sic Basilus, sic Oecumenius, sic Augustinus, sic qui libenter eum sequitur Beda, sic qui non multo fuit illo posterior Rabanus, scripturarum haec loca interpretantur. Aclibet Augustini verba adscribere: sic enim scribit. Quod autem enim cum dixisset in istis secunda mors non habet potestatem, adiunxit atque ait: Sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabit cum eo mille annis: non utique de solis Episcopis & presbyteris dictum est, qui proprie iam vocatur in Ecclesia sacerdotes, sed sicut omnes Christianos dicimus propter mylticam christiana, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis: de quibus Apostolus Petrus, plebs, inquit, sancta regale sacerdotium.

Quibus in verbis duo nobis consideranda veniunt: primum, quod cum vocat nos Petrus regale sacerdotium, non hoc vult quod omnibus reconciliationis ministerijs aequè cuius è plebe frangi liceat, atque ijs, qui legitime sunt ad eam ordinati, sed illud modò indicat, omnes in Christum credentes fieri per baptismum unius sacerdotis Christi membra: deinde quod non alij proprie vocentur sacerdotes, quam Episcopi & presbyteri, ad quos proprie ministeria reconciliationis pertinent, cum alijs è vulgo haec appellatio non conveniat, nisi per metaphoram quandam. Doct Epiphanius, quod cum sacerdotes in aeternum secundum ordinem Melchisedech sit dominus Iesus Christus, idem & rex, oportebat eum simul cum lege transferre tum sacerdotij tum regni ordinem. Nam regnum eius non erat terrenum. Manet autem thronus ipsius, & regni illius non erit finis, & sedet super thronum David: hoc utique regnum David simul cum pontificatu largitus est ecclesiae suae, hoc est servus suis pontificibus ecclesiae catholicae, translato in eos throno David non deficiente in aeternum. Tractat hac de re Hieronymus quoque; contra Luciferianos scribes, quare enim, quare laicum venientem ab Arrianis recipiat, Episcopi non recipiat? Respondet Luciferianus. Recipio laicum, quia errasse se confitetur. Hieronymus contra. Recipere & Episcopum, quia errasse se confitetur. Ad haec Luciferianus: Si errasse se confitetur, cur Episcopus perseverat? deponat sacerdotium laicum, id est, baptismum, & ego deo veniam pernitenti. Scriptum est enim: Regnum quippe nos & sacerdotes Deo patri suo fecit, Et iterum: Gentem sanctam, regale sacerdotium, populum acquisivimus. Hic quoque non obscure significat, Hieronymus: Quod ipsum etiam Chrysostomus explicat, in illum locum: Cum offers munus tuum ad altare.

Longè diuersum esse sacerdotium, de quo Petrus & Joannes loquuntur, ab eo, quo presbyteri funguntur & Episcopi: Loquuntur enim illi de sacerdotio laico, quod est baptismus. Nam simul ut quisque baptizatus est, ex ira filio, Dei filius efficitur, inde fiduciam accipit orandi, ac laeundam puras manus ad Deum, ut praecipis salutaribus monitus, ac diuina institutione formatus dicat confidenter, Pater noster, qui es in caelis, ac exhibeat corpus suum hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, in odorem suauitatis. Atque hoc est sacerdotium laicum, non autem predicare, baptizare, absoluerè, consecrare, & sacris operari, quae ad solos pertinet Episcopos & presbyteros. Quod etiam testatur Clemens, cum ait, Sed neque Laicos concedimus aliquod sacerdotale munus exercere, veluti sacrificium, baptismum manus impositionem vel benedictionem, Non enim sibi quis sumit honorem, sed qui vocatur ad Deo, Nam per Episcopi manus, datur haec dignitas. Qui vero ad eam promotus non est sed eam sibi vsurpat, Oziae poenam sustinebit.

Ausus fuit Ischyas, quemadmodum in historia sua Ecclesiastica scribit Socrates, facinus

nus patrare multis mortis generibus dignus. Cum enim nunquam esset sacerdotium sortitus, imposito sibi ipsi presbyterij nomine, quae sunt sacerdotis obiuir. Tractat eandem historia quoque Theodoretus, & eum carceri fuisse propterea inclusum narrat Sozomenus. Et extat epistola Synodi Alexandrinae in secunda Apologia Athanasij, in qua negatur fuisse presbyter Ischyas, quod nec ab Ecclesia electus, nec ab Episcopo esset ordinatus. At quo tandem inquit, auctore constitutus est? inquit, a Colycho: atqui Colythum in gradu presbyterij mortuum, omnesque eius manus impositione rescissam, omnesque ab eo constitutos, in laicorum ordine redactos esse, & sub nomine Laicorum ad Synaxim admissos: adeo apud omnes constat, ut nemo ea de re dubitandum putet. Hic multa sunt notata digna: Primum quod carceribus mancipatum fuisse tradit Sozomenus: Deinde, quod facinus hoc multis mortis generibus dignum esse dicit Socrates. Tertio, quod Presbyteri, nullam habeant presbyteros ordinandi potestatem, quae penes solos est Episcopos, quod verba Synodi Alexandrinae planum faciunt. Epiphanius quoque reprehendit Zacheum quendam, quod audent sacra mysticam contraebat, & sacrificia cum laicis esset, impudenter tractabat.

Ceterum quis est, qui non intelligit, si ita sunt accipienda scripturarum ista verba, ut quoquoque baptizati fuerint, veri sacerdotes conferri debeant omne, futurum, ut illud necessario sequatur, reges quoque ut sint omnes. Nam qui dicti sunt sacerdotes, idè & regnum, & regnari dicuntur. Erunt itaque reges omnes, neque subiectum esse quenquam cuiquam oportebit. Hoc est, quod maxime laborat Satanas, ut sub lato ordine, quam maxime fieri possit perturbet omnia. Neque vero non pulchre illi processerunt consilia sua apud vicinos nostros, quibus simul ut persuasit, nihil pontifici, nihil Episcopis & sacerdotibus esse tribuendum, quod omnes regale, sumus sacerdotum, excusso iugo pontificis & episcoporum, quando quidem non sacerdotes modò, verum reges esse, omnes eadem scriptura docet, facile persuasit, ut principum quoque legitinamque suae potestatis iugum excuteret, serui bello concitato, neque multò post, eod quoque perduxit amentiam miseris, ut Christianissimi Imperatoris iugum excutere molirentur, quem iam scriptis suis de Imperio deturbatum, non amplius Imperatorem, verum Carolum à Gandauo appellare aucti sunt. Sic illi nihilo fuerunt mitiores erga legitimum dominum suum, virum inter alias heroicas virtutes, quibus excellit, incredibili simul erga Deum pietate, religio, neque praedictum, verbi que illius pro dignitate acerrimum, quam antea fuerant erga Romanum pontificem, ceterosque Episcopos & sacerdotes, Adeo videre licet, quod multò sibi cohaeret utraque dignitas, Regalis & sacerdotalis, ruere ut altera non possit, quin eodem motu labefacta concidat altera. Neque alios in Regum & principum fama libellus, quos famulos vocant, proscindendis magis audaces esse, quam qui prius in laceranda pontificum & sacerdotum existimatione calamos suos & linguas exaceruerunt, dubium erit nemini, si modò rem diligenter explorare velit. Hi sunt praedicti fructus istius, quemadmodum ipsi vocant, Euangelij. Si Tulca Germaniam, quamlibet numerofo exereuit peruasissent, maiorem cladem & exitium adferre non potuissent, quam quantum cacangelium istud attulisse videmus. Cognitus habebat istorum mores Erasmus Roterodamus, ut qui complures annos inter eos fuerat comoratus. Is in libro, quem scripsit in hos pseudoeuangelicos, hoc de illis praebet testimonium. Aperte, inquit, populus tam Euangelicus, etiam Turcarum principi dicitur detestabilis, quem ait seditioni natum: Quos subinde tumultus excitat? quoties quam leuibus de causis procurrat ad arma? ne suis quidem Ecclesiasticis satis obtemperans, nisi dicant blanda auribus: profigandam etiam, si liberidem Ecclesiasticis vitam eorum in uehantur, aut ab opinione dissentiant. Initio tantum non Deus erat illis Lutherus, nunc hie idem proflus delirat, quod non uum de Eucharistia dogma non recipiat. Nouam vero libertatem Euangelicam, impune facere sentire quod cuique libitum est. Huc nimirum tendunt artes Satanae, ut rupta acie ordinata perturbatione inducat, ut fiat illud, quod scriptum est in libro Iudicum: In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Vult ut simus sine lege, sine regere, sine sacerdotio, sine sacrificio: quod cum perferret, simul & illud nullo negotio perferret, ut simus sine Deo. Nam ubi non est sacerdos & sacrificium, ibi nullus Deus agnoscitur: sicut autem quoque copiosius de eo differimus.

Ac satis iam planum fecisse videmus, quando quidem est Dei cultus in Ecclesia, esse in ea sacerdotium, esse & sacrificium. Quod verò isti dicunt, nusquam reconciliationis ministerios in libris noui Testamenti sacerdotes appellari, sed presbyteros tantum, demus hoc illis. Fieri enim potest, quam diu durauit sacerdotium Iudaeorum, ut ne quid cum illis habere commune Christiani viderentur, quod suos appellari sacerdotes noluerint, sed presbyteros, hoc est, antiquiores, siue digniores, ut Augustinus quoddam Christianorum quam Iudaeorum sacerdotium esse demonstrarent, & cuius maiorem haberi rationem aequum

Socrates lib. 8. cap. 27. Eccle. historia. Laicus missam celebrans. Theodoretus li. 2. cap. 8. Sozomenus lib. 2. cap. 25. ordinati ab eo qui non est episcopus.

Laicus divinae conuersionis. Epiph. contra haereses. Tom. 2. lib. 3. in compendiosa fidei doctrina. Si omnes baptizati, sunt sacerdotes, ergo & reges.

Carolus V. Imperator.

Potestas secularis & dignitas peruenit sine sacerdotali dignitate.

Dignitas secularis & sacerdotalis munus coherere.

Germania per pseudoeuangelicos infusa damna passa fuit.

Evangelium testimonium de pseudoeuangelicis.

Sacerdos & sacrificium ubi non sunt ibi non agnoscitur Deo. Reconciliationis ministerios nusquam in nouo testamento sacerdos vocatur, sed presbyter quare id factum sit.

æquū foret. Hoc enim Græci *πρεσβύτερον*, Latini vocat antiquius. Quod autē hoc est collectio- nis generis? ministros reconciliationis siue presbyteros non reperimus in nouo Testa- mēto vocari sacerdotes, ergo nō sunt sacerdotes? Nōnne ad eundē modū argumētari vicil- sim licebit? Nōmē personæ nō modō in nouis, sed ne in veteris quidē Testamēti libris de Deo dictum reperimus, nou sunt ergo tres personæ Deus vnus: Quin & ipsum trinitatis nomen in scripturis nusquam inuenitur, non est ergo sancta Trinitas? Quis non vider, quā hęc absurda sint? Sic ita, non fuerit appellatio sacerdotum inter Christianos ante euerſam Hierosolymam, & prorsus abolito iudæorum sacerdotio: At simul vt illud est deletum, statim à Clemente Petri successore, à Dionysio Areopagita Pauli discipulo, ab Ignatio, & deinceps ab omnibus alijs ad hęc vsque nostra tempora sacerdotum no- men in Ecclesia frequentari cœpit. Cū autem Esaias futurum prædixit, vt ex gētibz assumeret dominus sacerdotes & Leuitas, qui quomodo solebant cum Israël, dū eorum staret religio, & templi cæremonia seruarentur, offerrent victimas cum psalmis in domo domini, nōnne clare de Christi sacerdotibus est loquutus? Verū quorsum attiner de vocula disceptare? Vbi fuit sacrificium, ibi sacerdotium quoque fuisse nemo sanus dubi- tat. Nam hęc duo sic inter se coniuncta sunt, vt ab inuicem separari non possint: Neq; sa- cerdos sine sacrificio, neque sacrificium esse potest sine sacerdote.

Sacerdotium no-
men in eccle-
sia quando fre-
quentari cœpit.
Ista. 66.

Iudic. 17.
Sacerdos & sa-
crificium con-
iuncta.

Sacrificium et-
iam apud Apo-
stolos.
Act. 13.
Λειτουργία.

Λειτουργία
quid.

Λειτουργία appella-
tur liturgia per
Antonomasiam.

Luc. 2.
Ἡμέρα.

Sacrificium vo-
catur officium.

1. Corin. 11.
Philip. 2.
Ephes. 5.
Ephes. 5. 4.

Fuisse autem sacrificium Apostolorum temporibus si quis ambigit, vel ille in actis lo- cus omnem illi dubitationem ademerit, vbi scribitur: Sacrificantibus illis domino & ie- iuanantibus, dixit illis Spiritus sanctus, & cætera. Quamuis enim vulgata interpretatio ha- beat ministrantibus, Erasimus tamen quod est in Græco *λειτουργιών* significantius vertit, cū sacrificarent. Siquidem *λειτουργός* non simpliciter sonat ministrum; sed plerunq; sacrorum ministrum, & qui fungitur officio sacerdotis pro alijs: & *λειτουργία* non simpliciter ministrare, sed sacrum ministerium peragere, sacris operari si- ue sacrificare: & *λειτουργία* nō quoduis ministerium, verū illud, vocatur, quod nos Mis- sam vocamus. Hinc est, quod Basilus & Chrysostomus Missas suas inseri pserunt *λειτου- ρίας*, Sic autem appellatur Missa *χρηστική*, tanquam vnum omnium excellentissimum, Deoque gratissimum ministerium, qua ratione Tullius orator, Aristoteles Philosophus, Paulus vocatur Apostolus: Ad hunc modum sacerdos quoque minister: & sacrificium, quod offert, vocatur ministerium: Non quod alij quoque non reatē ministri dicantur, nam & principes Dei sunt & Ecclesie ministri: Sic enim de illis Paulus loquitur: *Λειτουργοί γὰρ θεῶν εἰσὶν εἰς αὐτὸ τοῦτο πρὸς καρτεροῦσθαι*, hoc est, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum ser- uientes, sed quod illud longē præstantissimū omnium est ministeriū, quo funguntur sacer- dotes. Quod autem *λειτουργία* sacrum ministerium siue sacrificium significet, indicat ille locus apud Lucā: *ὡς ἐπιήδησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτῶν*, hoc est, vt impleti sunt dies offi- cij eius. *Λειτουργία* translulit interpret officium, nihil aliud intelligere volens, quam sacri- ficium: Loquitur enim de Zachariae sacerdotis officio. Pontifices autem & sacerdotes ex hominibus assumptos pro hominibus constitutos veteri lege fuisse in his que sunt ad Deum, vt offerrent donā & sacrificia pro peccatis, cū à Paulo scriptum sit, nemo est tam proteruē improbus, qui negare audeat (quanquam illud temerē nonnulli negant) ad nostri quoque temporis sacerdotes hęc Pauli verba rectē referri posse.

Cæterum apte atque appositē admodum etiam nūc sacrificium vocatur officium. Sic enim dici solet, celebratur nunc officium. Nam cū officium rectē factum dicatur, nos autē nulla rectē facta proferre possumus, quæ quatenus nostro sunt, ad iram Dei placan- dan, & remissionem peccatorum obtinendam sufficere nobis queat, proferimus illud, quod omium rectissimē factum est à saluatore nostro pro peccatis nostris abolēdis, pro- ferimus corpus illius & sanguinem, qui factus est nobis iustitia & sanctificatio, & redē- ptio, factus pro nobis obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis: simul sup- plices deprecamur, vt auertat faciem suam à peccatis nostris, & respiciat in faciem Chri- sti sui, pro nobis in cruce pendētis & morientis: vt non faciat nobis secundum peccata nostra, non iudicet nos secundum actus nostros, non retribuatur nobis secundum iniqui- tates nostras, sed faciat nobis, iudicet nos, retribuatur nobis secundum iustitiam filij sui, quam ille luens obedientia sua, peccatum inobedientia nostræ, pro sua ineffabili miseri- cordia nobiscum communicare, nobis impartiri, & nostram facere dignatus est, postea- quā semel ipsum per fidem & baptismum induci sumus. Estne quod officij nomine re- ctius appellari queat, quā vnum hoc? Quæ enim sunt officia? quæ sunt rectē facta no- stra? quæ coram oculis Dei & domini nostri proferre, quibus illum, qui iuste peccatis no- stris irascitur, propitium nobis & placatum reddere possumus? Cerrē nisi vni illi officio, quod ille nobis pro sua immensa bonitate, in cruce moriens, prestetit, innitantur, nulla sunt. Qui igitur sunt isti tam impij, tam à Christo auersi, qui nobis hoc quod solum verē dici

dici meretur officium, eripere conantur? Qui alij, quā iurati Satanae ministri, quorum omne studium vna hac in re consumitur, vt immensum illud redemptionis nostræ bene- ficium, in quo solo confidimus, in quo solo gloriamur, sempiterna quadam obliuione obruatur? Nobis verō extrema quæque perferre prius contingat, quā vt tantum hoc flagitium patrarī permittamus, quod ne sol quidem ipse æquis oculis aspicere possit.

Verū istū dolore commoti ab instituto sumus non nihil digressi. Nūc eō vnde cœpit redeat oratio. Illud enim orsi eram dicere, quando quidem sacrificatē constat. Apostolos, quemadmodum clare liber Actuum docet, sacerdotes re ipsa fuisse, etiam si detur illud, quod propter discrimen sacerdotum legis, ante euerſam Hierosolymam & extinctum iudæorum sacerdotium, presbyteri, quā sacerdotes appellari maluerint. O- biter autem explicauimus, quid sibi velit Liturgiæ nomen: Significare enim ministerium siue officium per excellentiam quādam, id quod nos Missam vocamus, siue sacrificium, vnde & sacerdotes alicubi vocari officiantes audiimus, quod illorum proprium est mu- nus & officium sacris operari; hoc est missas celebrare, quod ante mille quoque trecen- tos annos his verbis restatur Fabianus martyr & Pontifex: Sacerdos dominus sibi ele- uat vt sacrificet ei & offerant oblationes domino. In quam sententiam scripsit etiā ple- raque Chrysostomus, epistolam ad Corinthios explicans. Nam & si prædicare quoque præclarum sit, ac Deo maxime gratum officium, non tamen hoc sacerdotum quondam proprium fuisse videtur: quod ex Possidonio colligi potest: qui cū fuisset auditor Au- gustini, vitam illius conscripsit. Narrat is, Valerium Hipponensem Episcopum, ordinato in presbyterum Augustino, exultasse & Deo gratias egisse, suas exaltatas à Domino fuisse preces, quas frequentissimē fuderat, vt sibi diuinitus homo concederetur talis, qui pos- set verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Dei edificare, cui rei se, homo natura Græ- cus, minus quæ Latina lingua & literis instructus, minus vtilem præui debet. Dedit igitur potestatem eidem Augustino presbytero coram se in Ecclesia Euangelium prædican- di ac frequentissimē tractandi, contra vsum quidem & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum, vnde etiam ei nonnulli Episcopi detrahebant. Clarius etiam hoc in dicit So- crates in sua Ecclesiastica historia, causam etiam explicans, quam obrem verbi ministerio presbyteris fungi non liceret: Presbytero, inquit, Alexandria non committitur verbi mi- nisterium, quod ab eo tempore cœpit, quo Arius Ecclesiam turbauit.

Ex his Possidonij & Socratis verbis cernere licet, quā crassa sit istorum inscitia, qui putant ad hoc ordinari potissimum presbyteros, vt sint verbi ministri, cū verbi mini- sterium proprium olim fuerit in multis Ecclesijs Episcoporum, ad quod sacerdotibus aspirare non liceret: nō quod maior in eo sit dignitas, quā in altaris ministerio, quod omnia alia excellere, satis iam docuisse videmus: verū quod ad prædicandi munus nō æquē quiuis est idoneus, ac ad sacrificandum. Nam in ordinando Sacerdote nō tam spectabatur excellens doctrina, quā pietas & vitæ sanctimonia. In eligendo autem E- piscopo minimē sufficere visum est, si vitæ esset inculpatæ, si etatem suam omnem sine crimine transegiſset: sed requirebatur præterea, potens vt esset exhortari in sana doctrina, & eos qui contradicunt arguere. Sed hac de proprio Sacerdotum officio dicta suf- ficiant.

Quod autem ordo Sacerdotij Sacramentum sit, vel ex eo cuius perspicuum esse po- test, quod quæ requiruntur ad Sacramenti rationem, eorum ipsi deest nihil. Est enim sa- creæ rei signum, & quidem efficax: est visibile signum inuisibilis gratiæ. Signum aut ele- mentum visibile, siue quis materiam dicere malit, est manuum impositio. Neque tamen ea sola præcedit enim illam benedictio & inunctio, sequitur autem calicis portectio. Præ- cipuum tamen in hoc Sacramēto signum est, manuum impositio: Nam per benedictio- nem ordinandus diuinis officijs mancipatur: per vnctionem ad Christi corpus tangen- dum idoneus redditur: per calicis Porrectionem officij ministerijque sui adiuuatur: per impositionē vero manuum, omnis ei gratiæ plenitudo confertur, accedēte verbo, quod profertur ab Episcopo ordinante, quæ est forma huius Sacramenti. Nam simul vt acce- dit verbum ad elementum, sit Sacramentum, ac omnis ordinando gratiæ plenitudo con- fertur, vt quæcūque pertinet ad officium Sacerdotis, ea efficaciter exequi possit omnia. Hinc est, quod non in conferendis modō Sacramētis efficax est Sacerdotis ministerium, verū etiam si quis præoccupatus in delictis fuerit, oratio tamen eius magis efficax esse creditur, quā cuiusvis alterius non Sacerdotis, quantalibet is fuerit vitæ in tegetate præditus.

Esti autem nulla fit in libris noui Testamēti inunctionis mentio, sed solum manuum impositionis, non idēo tamen existimandum est recens hoc inuentum esse, vt ordinandi Sacerdo-

Sacerdotes offi-
ciantes.
Fab. epi. 2. ad o-
rientales Epiſc.
Chryſ. 2. ad
Corin. 11. c. 13.
Prædicare eu-
ang. sit officium.
Possid. c. 5. de
vita Augustini

Socr. 1. 5. ca. 22.

In eligendo sa-
cerdote, vel Epif-
scopo quid spe-
ctabatur.
1. Tim. 3.

Sacerdotij ordi-
nem sacramen-
tum esse.

Ordinationis.
sacra materia
& forma.

Sacerdotis ora-
tio magis effi-
cax.

Impositio sacerdo-
tium.

Anat. epi. 2. Ordinatō sacerdotum quomodo celebranda

Clem. epi. 2. ad Iacofras. dom. Epif. obidiendū

Luc. 10. Dion. eccl. Hier. cap. 4. Tertul. de carnīs refurrectio.

Manuum impositio.

Gen. 48. Lenti. 1. 3. 4. 8. Num. 27. Marc. 10.

Malach. 2.

Mat. 24. Dion. eccl. Hier. cap. 5.

2. Par. cap. 29.

Episcopatus nō est ordo.

Episcopii officio.

Cassini referentia rudi.

Exod. 18.

Tertul. li. de peccatis uicinis.

Sacerdotes oleo inungantur. Apostolorum hanc esse non scriptam traditionem testis est Anacletus Petri successor. Ordinationes, inquit, Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem provincia fuerint Episcopis sunt celebranda; qui simul conuenientes, scrutinium diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum sanctis Euangelijs, quæ prædicaturæ sunt imponentes, dominica die hora tertia orantes, sacraque vnctione, exemplo Prophetarum & regum capita eorum, more Apostolorum & Moyfi ungentes, quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis sancto Chrismati est permixta: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem. Clemens quoque: Omnis, inquit, pontifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate constitutus, scripturis sacris eruditus, charus & pretiosus hominibus oppido esse debet: quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent, eique seruire, & obediens ad salutem suam fideliter existere: scientes, quod siue honor, siue iniuria, quæ ei defertur, in Christum redundet, & à Christo in Deum. Scripsit de eo copiose Pauli discipulus Dionysius Areopagita: Scripsit & Cyprianus in libello de chrismate edito: meminit Tertullianus. Neque quisquam est veterum penè scriptorum, qui non cum quadam etiam honoris præfatione meminerit. Quominus ferendi sunt, qui nostro hoc æuo sine quadam subfannatione sacri huius ungentis meminisse non possunt. Quod si propterea putant esse reiiciendum, quod Iudæorum quondam fuerit cæremonia genus hoc ungenti, reiiciant & manuum impositionem, quæ & ipsa traxisse videtur ab Hebræis originem, quibus admodum ea fuit familiaris, cum aliquid commendabatur, aut offerrebat Deo. Sic Iacob imponit manus duobus filijs Ioseph. Eodem ritu Moyses ordinat Iosue ad populi Dei gubernationem. Numero: 27. Eodem ritu Christus benedicit pueris Mar. 10. Ad eundem modum & super caput hostiæ immolanda manus ponebatur.

Verum hæc de sacramento ordinis dicta sufficiant, quod ministrantium est, nam pertinet ad ministerium reconciliationis. Quaterus autem hæc reconciliatio docendo sit aut prædicando, rectè referri posse videtur ad eam virtutem, quæ prudentia dicitur: quæ doquidem scriptum est, quod labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius requirent: quem etiam in Euangelio vocat dominus seruum fidelem & prudentem, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Hoc est, quod Dionysius quoque sacerdotum ordinem vocat illuminatum & lucidum, quod eorum proprium est munus luce doctrinæ per salutis iter ducere proximos. Et in libris Paralipomenon legitur: Applicuerunt hircos pro peccato, imposeruntque manus super eos, & immolauerunt eos sacerdotes.

De ministro Huius Sacramenti.

C A P V T L I I I I.

Minister huius sacramenti est Episcopus: cuius hoc solius proprium est munus ordinare. Est autem Episcopatus non ordinis nomen, quatenus ordo sacramentum est, verum dignitatis & officij. Nam quemadmodum paulo ante commentorauimus: ex presbyteris, qui multi erant in vna aliqua Ecclesia, vnus eligebatur, qui non reliqui magis gregis totius, quam ipsorum etiam presbyterorum curam gereret. Ac in sacramentis quidem consociendis & ministrandis, excepta ordinatione & confirmatione nihil maius est Episcopi, quam sacerdotis auctoritas, nisi quod ligandi & soluendi que potestas tantò maior est penes Episcopum, quanto plus ad eam rem doctrinæ iudicijque requiritur: quibus præ cæteris Episcopum abundare præsumitur, qui vel ipsa reliquis rebus ijs præstat, vel adiunctos habet saltem lateri suo viros eruditione iudicioque præfatos, ut quod vulgus sacerdotum de grauioribus peccatis perinde facere non potest, quid ligandum quidue soluendum sit, facile discernere queat. Inde est illa casuum, ut vocant, reseruatio: quorum nonnulli ad ordinarij cuiusuis, alij verò, qui sunt grauioribus, non nisi ad summi pontificis iudicium spectant. Neque verò non iuxta scripturæ auctoritatem, in quibus Iethro Moyfi consilium dedisse legitur, ut partiretur in alios iudicandi onus. Quicquid maius, inquit, fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantum iudicent. Hoc igitur exemplo videmus in Ecclesia Dei constitutum, ut grauioribus casibus Episcopi, grauisissimi Pontificis Max. iudicio referantur. Interest autem Ecclesiæ, ut non omnes ab omnibus peccatis absoluedi potestatem habeant, cum difficultas absolutionis peccandi sæpè frenum iniiciat. Quanquam vbi mortis periculum imminet, à quibusuis quamlibet enormibus peccatis absoluedi cuiuslibet sacerdoti potestas esse concessa. Sic igitur in auctoritate ligandi atque soluendi maior penes Episcopum, quam sacerdotem, maxima penes pontificem est potestas, cum illi præ cæteris dictum sit: Tibi dabo clauem regni cælorum. Quæ verba sic Tertullianus interpretatur, ut per ea soluendi & alligandi potesta-

potestatem, personaliter Petro collatam esse dicat, non Ecclesiæ. Quod ad reliqua attrinet, æquè baptizat, æquè confecat, æquè sacerdos absoluit vt Episcopus: In hoc ergo pares sunt Episcopus & Sacerdos, Cæterum quod in humano corpore fieri videmus, vt sit corpus quidem vnum, membra verò multà, omnia autem non eundè actum habeant, idem & in Christi corpore, quæ est Ecclesiæ, cernere licet. Multi namque corpus vnum sumus in Christo, singuli autè alter alterius mèbra. Hæc cõnexio totius corporis vnanimitatè requirit, sed præcipuè concordia exigit sacerdotum, quibus, vt à Leone pōtifice vere maximo scriptum est, eisdè dignitas non est communis, est tamen ordo generalis: Quoniam & inter beatissimos Apostolos, in similitudine honoris, fuit quedam discretio potestatis: & cum electio par esset omnium, vni tamen datum est, vt cæteris præmineret: De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est; ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia; & rursus quidam in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem susciperent amplio rem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura confluere, & nihil vnquam à suo capite disideret. Ex quibus verbis, quæ apud Iulium quoque Papam in Epistola ad Orientales scripta reperiuntur, illud discimus, qui non dissensionis, verum pacis & dilectionis Deus est, eum vt pax & vnitas in Ecclesiæ sua retineri possit, hanc rationem constituisse, vt non modò discretus esset ordo sacerdotum ab ordine laicorum, verum & inter ipsos etiam sacerdotes & Episcopos, quamuis ordo generalis non esset, tamen dignitas communis. Non est enim alius Episcoporum, quam sacerdotum ordo, verum dignitas maior est Episcoporum. Inter Episcopos autem honoris quidem est similitudo, verum discretio potestatis. Idem honos, eadem est dignitas Episcopi, qui infimo loco sedet, atque vel Archiepiscopi, vel Patriarchæ, vel summi etiam Pontificis, qui Papa, hoc est pater patrum appellatur, qui non magis est Episcopus, quam quiuis alius ex alijs, qui sunt extremo loco: Apud Hieronymum scriptum legitimus. Pessimæ consuetudinis est, inquit, in quibusdam ecclesijs, tacere presbyteros, & presentibus Episcopis non loqui. Hoc tantum differt ab alijs quod illi in partem sunt vocati sollicitudinis, penes hunc verò est plenitudo potestatis. Nā si ex quo possent omnes omnia retineri vnitas non posset. Quare, sicut antè docuimus, à Christo fuit institutum, vt de maioribus fidei præsertim causis, ad vnū illum, qui sedet in Petri cathedra, pontificem Romanum referretur, quod ab Apostolorum temporibus ad hæc vsque nostra semper quidem à Catholicis, sæpè etiam fuit ab hæreticis obseruatum.

Si quis autem secum diligentius expendat, quam admirabili consilio hic in Ecclesia sit ordo constitutus, facere nō poterit, quin dicat, A domino factū est istud. Neque enim humani ingenij, verum diuinæ res est sapientiæ. In principio, nemo illud ibi inficias, res sacras non oportere nisi reuerenter tractari. Quæ autem adhiberi poterit reuerentia, si promiscuè cuius è scæpe vulgi ad tractandas illas aditus patebit? si baiulis & zonarijs, si carnificibus etiam, quod apud istos factum videmus, qui volunt ordinem ex Ecclesia sublātum, si deniq; feminis, quas ne loqui quidem in Ecclesia permittit Apostolus, verbū Dei prædicare, baptizare, absoluere, consecrare licebit? De Marcione scribit Epiphanius, quod is mulieribus fecerit potestatem baptizandi: mox subdit: Apud ipsos enim omnia sunt libidinis plena, & nihil aliud. Reuera nihil aliud sunt apud istos, quam ludibria sacramenta omnia, diuinaque omnia dum ita peruulgantur, ac profanantur, quæ non nisi maxima cum reuerentia tractari oportebat. Ac rectè de hoc genus hæreticis scripsit Tertullianus. Ipsæ mulieres hæreticæ quàm præcæces? quæ audeat docere, contèdere, exorcismos agere, curationes reprobmittere, forsitan & tingere. Ordinationes eorū temeraria, leues, inconstantes. Nunc neophitos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros, vt gloria eos obligent, quia veritate nō possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, vbi ipsum esse illic, pro mereri est, & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Quam obrem summā quadam, neque humana, sed diuina ratione institutum est, vt Ecclesiæ ministrorum ordo distinctus esset à laicis.

Iam inter ipsos Ecclesiæ ministros & hoc prudenter admodum est excogitatum, vt ne derepente cuius ad sacerdotij gradum proflire liceret: Prius in minoribus exerceretur, ad ostia stabat aliquandiu; quo munere cum rectè functus esset, dabatur ei potestas legendi prophetias, ac paulò post dæmonia expellendi. In quibus officijs cum diligenter versatus fuisset, iam admittebatur intra cancellos vbi mysteria peragebantur non excluderetur cum cæteris: quin Episcopis & presbyteris præsto semper aderat, & eos continuè sequebatur, quæ etiam ex causa acolythos dictos existimant. Postquam verò ex diuturna cum sacerdotibus consuetudine, ritum sacerdotum peragendum aliquæ ex parte cognouisse visus est, tū primū ad ordines, qui sacri vocantur, promoti

Rom. 170

Epist. 1. 4. Episcoporum ordo

Papa seu pontifex max. eminentia.

Sacerdotes ab Episcopis in quo distinguantur.

Ad Neptianū de vita clericorum.

Papa pater patrum penes hunc potestatis plenitudo.

De maioribus fidei causis ad pou. Rom. referendum.

Epist. 17. Res sacre reuerenter tractanda.

1. Cor. 14. 1. Tim. 2.

Epiph. li. 3. contra hæreses. Hæres. 42.

Mulierum hæreticarum prociuitas.

Tertul. præsertim aduers. hæret.

In ordinationibus subordinata progressio, pacis & unitatis reseruatio.

si licebat. Neque sic tamen statim sacerdos ordinabatur, verum Subdiacono facto, dabatur ei tantum potestas vasa sacra, calicem, & patenam contrectandi, & ad sacerdotis vsum ferendi, ac epistolam cantandi. Ad Euangelium verò cantandum & prædicandum non admittebatur, nisi prius Diaconus esset ordinatus. Cum verò Lector in scriptis Prophetarum, Subdiaconus in epistolis Apostolorum, Diaconus autem in Euangelij legendis iustum tempus posuisset, ac per suprascriptos gradus omnes, ritum omnem sacrorum peragendorum diligenter inspexisset, tum primum ad conficiendum & offerendum Christi corpus & sanguinem, ad verbum eius annunciandum, & ad sacramenta fidelibus ministranda admittebatur.

Atque ita omni ex parte perfectus tandem est ordo, quatenus est sacramentum, nondum tamen perfectus est, quatenus facit ad vnitatem Ecclesie tuendam & conseruandam, quæ sine ordine constare non potest. Nam si par esset sacerdotum omnium auctoritas & potestas, effugere schisma non liceret. Futurum enim esset, quod hoc infelici seculo nostro euenisse videmus apud eos, qui semetipsos segregantes, Euangelici quam Christiani dici maluerunt, vt secundum suum quisque sensum scripturas interpretaretur, suo quisque iudicio atque arbitrio sacrorum peragendorum ritus veteres abrogaret, ac novos institueret, atque ita non esset iam Ecclesia terra vnius labij & sermonum eorundem, sed futura esset Babylon quadam, confusis prædicantium linguis, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui, qualis reuera est apud eos, apud quos omnis Episcoporum iurisdicctio & auctoritas est abrogata. Miserandam ibi videre licet Ecclesie faciem, non solum quod secus in vna ciuitate docetur quam in alia, quodque fidibus luditur, non fides vna retinetur, verum etiam quod in vna & eadem ciuitate aliud hic in templo, aliud ille à loco superiore detonar. Huic ille Suermerus, ille contra huic hæreticus est: atque ita præclarum istud, si dijs placet, Euangelium secum ipsum pugnat. Interea verò, scinditur incertum studia in contraria vulgus. Hic dicit, ego sum sancti Lutheri; alius, ego verò sancti Zuinglij; alius, ego verò sancti Caluini; alius ego verò sancti Balthasaris Anabaptista; alius, ego verò sancti Schuenckfeldij; alius, ego verò sanctorum omnium Suermerorum. Sic huic sanctum videtur quod Lutherus; illi, quod Calpinus, vel alius quisquam hæreticorum scripsit, neque minus habere id vult auctoritatis, quam ipsum Apostolorum symboli: neque iam scripturarum canonicarum, sed alicuius ex hæreticis auctoritate sententiam suam confirmare conatur. Quid hic aliud expectandum est in hac ipsorum inter se, qui se à Christi corpore auulserunt, dimicatione? quam quod à Propheta dictum est? Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Vtinam autem saluis ijs, qui errauerunt, primo quoque tempore exror ipse intereat. Huius itaque generis schismata ne orientur in Ecclesia, aut si quæ orta essent, vt priusquam radices altius agere cepissent, extirpari tempore possent, providere volens Spiritus sanctus, posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo: qui ex eo nomen sortiti sunt, quod omnes in spiciant, cunctasque speculerent, ac diligenter attendant, non modo de populo, verum etiam de clero, quomodo vitam quisque suam instituat: ac imprimis de doctrina cuiusque; accuratius inquireant, quæ si sana non sit, nihil vira præderit quamlibet laudata. Nam sicubi fidei firmum & stabile fundamentum iactum non est quicquid superstruxeris, corruet.

Quamobrem hæc prima & præcipua Episcoporum cura est & esse debet, sana vt in ecclesia doctrina conseruetur, neque fas cuiquam sit somnia sui capitis pro Euangelio populo venditare. Planum id antea fecimus, verbi ministerium peculiariter ad Episcopos pertinere, quare non est cuiquam licitum illud sibi sumere, nisi mandatum ab Episcopo fuerit. Neque enim alicuius profani magistratus munus est, arbitrato suo verbi sacrorum que ministros instituere, multo minus autem vulgi: de quo præclare scripsit quidam, quod non est in eo consilium, non ratio, non discernimen, non diligentia: semper que sapientes ea, quæ fecisset populus ferenda, non semper laudanda duxerunt. De quo sic scribit Chrysostomus. Quod si quid sit populus, percontaberis. Est quiddam tumultus perturbationisque plenum: Est stultitia maiori ex parte constans, atque compositum, temere per maris fluctus, varia: & pugnante sententia sapenmero iactat. Ad solos Episcopos ea cura proprie pertinet. Legimus Timotheum & Titum à Paulo constitutos Episcopos. Tito verò mandatum ab illo fuisse, vt ipse, non vt populus, qui docendus, non sequendus est, aut profanus magistratus aliquis constitueret per ciuitates presbyteros. Legat qui volet & acta, & epistolas Apostolorum omnium, nusquam reperiet quod quicquam in hac parte sibi iuris vel populus, vel profanus magistratus, usurpauerit.

Sed fuit aliquando penes populum electio. Fuerit: verum hoc nunquam fuit, vt ipse sibi constitueret sacerdotem aut Episcopum: ostendebat quidem quem sibi dari vellet, verum institutio sacerdotis non fuit nisi penes Episcopum, Episcopi verò penes Romanum ponti-

Hæreticorum discordia.

Genes. 11.

1. Cor. 13.

Luc. 11. Ofes. 10. Episcoporum in eccle. necessitas.

Act. 20. Episcopi vnde dicit. Vita bona sine doctrina bona præderit nihil.

Episcoporum munus.

Cicero pro Plancio vulgus quid. Rom. 2. in ca. 1. Roan.

Titim. 1. Episcoporum aut sacerdotum laicis non conuenit institutio.

Episcoporum electio laicis non conuenit.

pontificem. Meminit Chrysostomus electionis, quæ fiebat per populum, verum ita, minime vt laudanda, quin reprehendenda potius existimet: his enim verbis vitur: Itò iam hinc, ac publica festa spectato, ea dico, in quibus dignitatum Ecclesiasticarum electiones de more fiunt, & tam multis videbis ibi criminationibus lacerari Episcopum, quanta est tota illa subditorum multitudo, quibus eligendi potestas concessa est. Hos omnes tam in multis factionibus scindi, neque inter se consentire, neque cum eo, cui forte Episcopatus delatus est, conuenire videas: sed vnusquisque à suis vnus partibus stat, alius hunc, alius illum eligens: cuius rei causa hæc est, quod id ipsum non spectant, quod solum spectandum fuerat, nempe animi virtutem, sed aliæ sunt cause quibus honoris conciliatur. Verbi gratia: Hic quod clero genere natus sit, in Episcopatus, inquit, ordinem cooperetur: ille quod opibus abundet, neque indigeat alimentis ex Ecclesie prouentibus quaesitis: alius quod ab aduersarijs ad nos transfugerit: alius sibi genere propinquum ac necessarium, alius adulatorum ceteris antepōnere maualt: Nemo est qui cum qui idoneus sit spectare velit, aut animi partes explorare curet. Hæc fuit apud orientales eligendi per populum ratio Chrysostomi temporibus. A qua non diuersa fuit ea, de qua scribit Hieronymus cum dicit. Nonnunquam errat, inquit, plebis vulgusque iudicium, & in sacerdotibus comprobandis; vnusquisque suis moribus fauet, vt non tam bonum quam sui similem querat præpositum. Non dissimilia in laudatione Basilij & Athanasij scribit Gregorius Nazianzenus. Et in libro de sacerdotali dignitate Ambrosius cap. 5. Similiter errabatur & in Aphrica: Quæ etiam ex causa faciendum putauit Augustinus, vt quemadmodum ipse non successerat, sed accesserat Valerio, sic viuens Ecclesie suæ, de successore prouideret, quod sciret per ambrosios & cōtentiosos homines, Ecclesias perturbari solere. Neque verò fecit hoc sine exemplo. Nam & Alexander Alexandrinus Episcopus Athanasium, sicut Epiphanius, & ex Apollinario Sozomenus, & Athanasius Petrum sibi successorem delegit, sicut Rufinus & Theodoritus tradiderunt. Idem Alexandrum Constantinopolitanum, de Paulo Sozomenus, & aliquanto ante Theodorus Casariensem, de Anatalio fecisse scribit Eusebius. Quin & eadem ex causa constitutum fuisse videtur sub idem tempus in Laodicensi Synodo. Non esse permittendum turbis, electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi. Quod idem in capitulis Græcarum Synodorum, reperitur postea legimus, & in 8. Synodo Constantinopolitana. In quadam ad Cornelium epistola Cyprianus de Episcopi electione mentionem faciens, diuini primùm iudicij, dein de populi suffragij, postremò coepiscoporum consensus meminit. In ea verò que proximè sequitur, de vniuersæ fraternitatis suffragio, de que Episcoporum qui in præsentia conuenerant iudicio, Sabino delatum Episcopatum scribit. Extrat apud Theodoritum Epistola Petri Alexandrini de Lucio, qui mercatus erat Episcopatum. Non hunc, inquit, constituerat conuentus orthodoxorum Episcoporum, non verorum clericorum suffragia, non populi postulatio, quemadmodum Ecclesiasticis iubetur sancti onibus. Contra verò in secunda Athanasij Apologia, extrat epistola Synodi Alexandrinæ, in qua testimonium hoc datur Athanasio, quod omnis multitudo, populisque Catholica Ecclesie in vnũ coactus, quasi in speciem vnius corporis, & animæ, clamoribus, vociferationibusque postularerit Athanasium Ecclesie Episcopum dari, atque vt id facerent Episcopi, qui tum ibi fuerant cōgregati, per multos dies ac noctes obstestati fuerint, cum interea, nec ipsi ab Ecclesia discederent, nec Episcopis discedendi facultatem permetterent.

Neque dubium est, quin quo tempore vigeat persecutio Christianorum, cum episcopatum desiderare nihil tum fuerit aliud, quam velle martyrem fieri, & ambitio minor, & in eligendo maior fuerit populi grauitas & constantia. Posteaquam verò secundis Christianorum rebus paulatim irrepit ambitio, corrupto ià Ecclesie statu, cōmutata fuit ea ratio, ita vt sacerdotum quidem electio, fidelis verò populi consensus tantum adhiberetur, quemadmodum ex Stephani, & Nicolai pontificum epistolis docemur, ita tamen, vt penes Pontificem Romanum aut certe Metropolitani, constituendi episcopum potestas esset cui nisi quid impediret, non inuitus cleri, plebisque cōsensum & desiderium sequeretur. Morem hunc describit Leo Pōtiffex his verbis: Vota, inquit, ciuium testimonia populorum, honorarum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum conueniunt. Origenes requirit scribit in ordinando sacerdote & præsentiam populi, vt (ciat omnes & ceteri sint, quia qui præstator est ex omni populo, qui doctior, sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium, & hoc astate populo, ne qua postmodum retractatio cuiquam, ne quis scrupulos resideret. Sic in veteri quoque lege coram omni synagoga iubet Deus constitui sacerdotem. Hoc, inquit, Cyprianus, instituit & ostendit, ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis cōscientia fieri oportere.

Chry. li. 3. de sacerdotio. Electionem popularem reprehendit Chry.

Nota.

Lib. 2 contra Iovinianum.

Aug. epist. 110. Ambrosij perturbant ecclesiam.

Hæres. 68. Lib. 2. cap. 17. Lib. 2. cap. 3. Lib. 4. cap. 2. Lib. 7. cap. 3. Cap. 13. Cap. 1.

Cyp. li. 1. epi. 3.

Lib. 2. cap. 22.

Athanasius.

Ambrosio minor in primitiua ecclesia. Steph. ad Rom. Archiep. R. Ave. Nicol. ad Rom. Raucum. archi.

Leo epi. 84.

Orig. hom. 6. in Leuit.

Nam. 8. Cyp. epi. 4. li. 1.

vt plebe presenti vel delegantur malorum crimina, vel bonorum merita praedicentur, & sit ordinatio iusta & legitima.

Ordinandorum ad sacerdotium electio populo presentie.

Patroni ecclesiarum quid iuris habeant.

Pontifex Romanus omnium Episcoporum in omnibus provinciis tanquam vnus communis pater est.

2. Tim. 4.

Aflor. 17.

Episcoporum in iudicio secundum Protestantes.

Clem. li. 2. c. 40. constit. Apolo.

Com. eos qui causantur impetritiam Episcopo vnum.

Canonicorum officium. Exod. 18.

Ambr. in c. 5. ep. ad Timoth.

Prout. 9.

Quamuis autem hoc nostrum seculum sit longè corruptissimum, obseruari tamen etiam nunc videmus, vt ordinationes fiant presente populo, cuius & si suffragia non requiruntur, admonetur tamen is, vt si quid habeat quod obijcere possit contra ordinandum, dicat intrepidus: Quod si tacuerint, omnes consensisse iam in inordinandum videtur. Quod autem attinet ad aliquem huic vel illi Ecclesiae praeficiendum, non tam imperit & multitudine, quam patronorum voluntatis & desiderij ratio nunc habetur: Hi quem dignum esse censuerint ad gerendum in Ecclesia sacerdotium, offerunt Episcopo, qui si cognouerit idoneum, nihil iam impedit quominus ipsius auctoritate Ecclesiae illius ministerio fungatur. Sic fieri videmus, vt de minoribus Ecclesiae ministris penes Episcopos, de Episcopis verò constituendis iudicium & potestas penes eum sit, qui pater est patrum, Romanus pontifex: Sic vnitas in ecclesia retinetur: sic schismatibus obuiam iturific vt id ipsum sapiant, id ipsum dicant, idem sentiant omnes, prouidetur: dum vnus dioeceseos vnus est Episcopus, cui tanquam patri, non reliquus modò grex à Deo ipsi concreditus, verum & sacerdotes omnes dicto sunt audientes. Omnium autem Episcoporum in omnibus totius orbis Christiani prouincijs, vnus tanquam communis pater est Romanus Pontifex, ex quo pendunt, cuius auctoritate sequuntur, ad quem de causis maioribus omnibus referunt omnes. Hac ratione visum est Spiritui sancto concordem in Ecclesia Dei doctrinam conseruare. Nam si vel magistratui, vel populo cuiuscunq; ciuitatis aut oppidi, iudicio suo, non relata prius re ad Episcopum, citra ipsius auctoritatem constituere sibi presbyteros liceret, tot essent schismata, quot sacerdotes: ad sua quisque desideria coaceruarent sibi magistratos prurientes auriibus: cum praeferrim idem nunc de plebique in prouincia hac nostra dici possit, quod de Atheniensibus in Actis Apostolorum scriptum legimus, quòd ad nihil aliud vacant, quam aut dicere, aut audire aliquid noui. Iudicium itaque de verbi ministris deque doctrina eorum, non aliorum esse quam episcoporum adeò certum est & indubitatum, vt illi ipsi, qui non tam eorum, quam Christi suauè iugum per eos ecclesiam suam regentis excusserunt, in confessione sua Augustana diserte scripserint. Hanc Episcoporum esse iurisdictionem de doctrina cognoscere, & doctrinam ab Euangelio dissentientem reijcere, simul etiam impios, quorum nota est impietas, excludere à communione ecclesiae. Tanta est vis veritatis, vt vel inuitis etiam & repugnantibus ijs, qui eam oppressam cupiunt, per ipso nihilominus iugulum erumpat. Quamobrem verissimè scriptum fuit à Clemente Petri successore, quod solis Sacerdotibus concessum est vt iudicent, quoniam dictum est eis, Iustum iudicium iudicate. Et rursus: Estote trapezita probati, vobis enim Laicis permissum non est, imò contrà, ijs, qui iudicandi potestate carent, dictum est, Nolite iudicare, & non iudicabimini.

Verum hic isti causificantur, esse plerisque indoctos Episcopos, vt de sana doctrina iudicare non possint. Quid si causificatores isti nihil non suo iudicio tribuentes, multò ipsi sint indoctiores? Neque enim nescimus, qui sint isti, qui res nouas in hac prouincia moliantur, adeò literarum omnium rudes plerique omnes, vt vix etiam paulum aliquid vltra prima elementa progressi videantur. Est autem Deo gratia, cuius hoc est solius beneficium, quod nullum fuit vnquam tempus, ex quo lux Euangelij nobis affluerit, quo non habuerit Episcopos hac nostra prouincia viros & prudentia, & doctrina insignes. Verum demus hoc illis, reperiri nonnunquam inter eos aliquem non doctissimum: at qui prouidit huic quoque rei Spiritui sanctus: Magna enim ex parte ita videre licet Ecclesias dotatas, vt minime defint Episcopis facultates, quibus viros doctos in comitatu suo alere queant. Deinde verò sunt in vnaquaque Cathedrali ecclesia sacerdotum collegia constituta, quos Canonicos vocant, qui sunt à consilijs Episcoporum, in quibus & ipsis reperiantur sepe non pauci doctrina praestantes. Quamobrem sicut Moyses cum solus haberet potestatem praesse populo, septuaginta presbyteros elegit, quibuscum populum iudicaret: sic Episcopus quamuis principem in Ecclesia locum teneat, adfiscit tamen & ipse presbyteros, quoties de re aliqua grauiore suscipi deliberationem oportet, sine quorum consilio etiam nihil agi fuisse solitum in ecclesia scribit Ambrosius. Sed tanta nunc est morum in quibusdam peruersitas, vt cuiusuis potius, quam Episcopi sui iudicium de doctrina requirant. Aquae furtinae dulciores, & panis absconditus illis est suauior. Sit alius quispiam neque doctus, neque virtute vlla praeditus, quin ex omni vitiorum genere conflatus, modò noui proferat aliquid, quòd cum sanctae catholicae Ecclesiae recepta doctrina pugnet, statim audiunt, & in oculis ferunt, quamlibet improbum & indoctum. Atqui non hoc habet Augustana confessio, quae isti se tanquam Christianam amplecti

amplecti non obscure ferunt, & in eam se nonnulli conceptis verbis iurasse profitentur: quae certe iurisdictionem concedit Episcopis de doctrina cognoscendi, & doctrinam ab Euangelio dissidentem reijcendi. Atq; hic necessariò & iure diuino debere dicit eis Ecclesias praestare obedientiam, iuxta illud: Qui vos audit, me audit.

Verum disidet, aucto Episcoporum doctrina ab Euangelio. Quam autem sibi isti non constant, quamque secum ipsi pugnant. Docent Episcopos iurisdictionem competere de doctrina cognoscendi, & interea doctrinam eorum, tanquam ab Euangelio dissidentem, reijciunt & condemnant. Est ne hoc de doctrina iudicium Episcopis permittere, ac non tibi potius hanc auctoritatem arrogare, tu vt iudices illum, cuius te iudicio subiectum, quem haud aliter quam seipsum te Deus audire voluit? Inde autem schismata & haereses obortae sunt & oriuntur, dicit Cyprianus, dum Episcopus, qui vnus est, & ecclesiae praest, superba quorundam praesumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur. Quis enim hic est superbia tumor, quae arrogantia animi, quae mentis inflatio, ad cognitionem suam praepositos & sacerdotes vocare: ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluta, per te iam sex annis nec fraternitas habuerit Episcopum, nec plebs praeposita, nec grex pastorem, nec ecclesia gubernatorem, nec Christus antifitem, nec Deus sacerdotem. Subueniat Pappianus & sententiam dicat: & iudicium Dei & Christi in apertum referat, ne tantus fidelium numerus, qui sub nobis accesserunt, sine spe salutis & pacis exisse videatur, ne non us crederentium populus nullam pecnos consecutus esse baptismi & Spiritui sancti gratiam iudicetur: ne tot lapsis & penitentibus pax data, & communicatio nostra tui examinatione concessa iudicij auctoritate soluat. Annue aliquando & dignare pronuciare de nobis, & Episcopatum nostrum cognitionis tuae vigore firmare: vt Deus & Christus eius agere tibi gratias possint, quòd per te sit antistes & rector altari eorum pariter & plebi restitutus. Apes habent regem, & ducent pecudes, & fidem seruant latrones mancipi, cui obsequio plenae humilitatis obsequerant. Quanto simpliciores & meliores vobis sunt brutae pecudes, & muta animalia & cruenti licet ac furentes inter gladios atq; inter arma praedones? Praepositus illic agnoscitur & timetur, quem non sententia diuina constituit, sed in quem factio perdità & nocens caterua consensit.

Quod Pappianus sanctus pontifex & martyr Cyprianus, hoc sibi quoque dictum isti putent, in quibus tantus est superbia tumor, tanta animi arrogantia, tanta mentis inflatio, vt ad cognitionem suam Episcopos vocare audeant, ac nisi apud eos purgati, ac eorum sententia sibi absoluta, non sex, quemadmodum scribit Cyprianus, sed sexcentis annis, neq; sacerdotes, neque Episcopos, neq; sanam Euangelij doctrinam Polonia habuerit, neque Christus vnquam agnouerit. Non fuerit Episcopus Adalbertus, non fuerit Stanislaus, qui Christum Euangelium sanguine suo signatù nobis reliquerunt. Quid autem aliud illi docuerunt? quam quod successores eorum docuerunt, quod nunc etiam docent illi, qui loca eorum tenent, nimirum de quò initio scripsimus, Iesum Christum, & hunc crucifixum? Hunc non modò sermonibus & scriptis, verum & tertorij dierum obseruationibus, & signis, & imaginibus, & habitu, & gestu, & actione, varijsq; caeremonijs, deniq; omni quacunq; fieri potuit ratione, non tantum animis fidelium insingere, verum & rudium oculis ingerere conati sunt, vt si quis mente comprehendere non posset, vel manus ei contrectare liceret. Istorum doctrina disidet ab Euangelio, ac non vestita potius, qui, sicut antea per nos fuit demonstratum, Christi crucifixi memoriam omnem ex omnium animis euellere, sempiternaq; obliuione obruere nixi estis, externis illis signis, quibus ea rudiorum animis insculpebatur, abolendis: Vnde etiam antea data est alijs, quandoquidem externa omnia in contemptum adduxistis, externum etiam verbi ministerium arrogandi. Quid autem aliud est ab Episcopo se segregare, non namq; sibi cathedra constituta, quam à Christi corpore, quae est Ecclesia separari? Recte enim praclarus idem Pontifex & martyr Cyprianus: Illi sunt, inquit, ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pastoris suo grex adherens. Vnde scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, & ecclesiam in Episcopo, & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse.

Ceterum quam graue sit crimen ab Episcopo se velle seternerè, docet idem aliò loco Cyprianus. (Libenter enim sanctissimi martyris vtimur testimonio) cuius haec verba sunt: Auerfandus talis, inquit, atque fugiendus, quisquis fuerit ab ecclesia separatus. Peruersus est huiusmodi, & peccat, & à semetipso damnatus. An esse sibi cum Christo videatur, qui aduersus sacerdotem Christi facit? qui se à cleri eius, & plebis societate fecerit? An ma ille contra ecclesiam portat, contra Dei dispensatione repugnat? Hostis altaris aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis Episcopis & Dei sacerdotibus derelictus

Augusta. confessio concedit iurisdictionem Episcopis.

Episcopalis iurisdictionis est de doctrina cognoscere & ab euangelio dissidentem reijcere. Luc. 10. Schismata & haereses vnde, Cyp. li. 4. ep. 9.

Polonia quam dicit Christianam fuisse. Adalbertus & Stanislaus Episcopi sancti. 1. Cor. 12.

Ab episcopo se segregare, est à christi corpore separari. Cyp. li. 4. ep. 9. Episcopus in ecclesia, & ecclesia in episcopo. Schismatis criminis grauius qualis. Cyp. tract. 8. vnde ecclesia. Tit. 2. Rom. 13.

ctis constituere audeat aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominica hostie veritatem per falsa sacrificia profanare, nec scire, quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduersione puniunt. Sic Chore & Dathan & Abiron, qui sibi contra Moysen & Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam vendicare conati sunt, poenas statim pro suis conatibus pependerunt. Terra compagibus ruptis in profundum sinum patuit, stantes atque viuentes recedentis soli hiatus absorbit. Nec tatum eos qui auctores fuerant, Dei indignantis ira percussit, sed & ceteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris & criminis: qui coagulati cum iisdem simul ad audaciam fuerant, exiens a domino igitur properata ultione consumpsit, admonens scilicet & ostendens contra Deum fieri, quicquid improbi fuerint ad destruendam ordinatione Dei humana voluntate conati. Sic & Ozias rex, cum thuribulum ferens, & contra legem Dei sacrificium sibi violenter assumens, resistente sibi Azaria sacerdote, obtemperare nollet & cedere, diuina indignatione confusus, & lepra varietate in fronte maculatus est, ea parte corporis notatus, offenso domino, ubi signantur, qui dominum promerentur. Augustinus grauius esse censet schismatis quam idololatrie crimen: inde argumetio sumpto, quod multo de schismatis sumptum est supplicium atrocius, quam de quibuscumque alijs, quibuscumque tandem flagitijs & sceleribus cooperitis. Tempore, inquit, illo, quo dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum atque adoratum est, & propheticum liber, ira regis contemptoris incensus, & schisma tentatum, Et idololatria gladio punita est, exultio libri bellica caede, & peregrina captiuitate schisma hiatu terrae, sepultis auctoribus viuus, & ceteris caelesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum? Vel hinc discant, quanto se scelere obstringant, quamque grauiorum suppliciorum se debitores constituent, qui discessione facta a pastore suo, & a reliquo grege illi adhaerente, altare contra altare erigere, nouamque sibi cathedram constituere conantur.

Episcopus quid si erret.

Verum hic decet aliquis. Quid tu? Nunquid Episcopus non esse putas homines, qui & errare possunt, & docere nonnunquam, quae cum Euangelio palam pugnare videantur? Quam multos autem non tantum Episcopos, verum & primi nominis patriarchas commemorare licet, qui in haesim lapsi discesserunt a fide? Nonne hoc Constantinopolitano, nonne Hierosolymitano, nonne Antiocheno, nonne Alexandrino patriarchis euenisse legimus? Num igitur si quis talis contingat Episcopus, eius mihi nihilominus error se quendus, num eius doctrinae adhaerendum est? Est ita ut dicis, homo est Episcopus, eade infirmitate qua ceteri mortales praeditus, ut & errare ipse, & alios in errorem inducere possit. Ac vidimus nostra quoque aetate quosdam Episcopos a fide discessisse: Verum, quod antea demonstrauimus, non sine causa constituta sunt collegia sacerdotum, ad quae de doctrina, si quae parum sana propagari videtur, referre licet, quae videmus alicubi puram Euangelij doctrinam retinuisse, quam Episcopus fraudibus hereticorum seductus deseruerat. Deinde sunt synodi dioeceseanae, est Metropolitanus Episcopus, quae Archiepiscopum vocant, sunt synodi prouinciales, est postremo pater patrum omnium Romanus pontifex, sunt concilia Oecumenica: adeo multa remedia Deus instituit ad quae confugere liceret, si doctrina Episcopi alicuius suspecta haberetur. Ceterum ut tu, ad cognitionem tuam voces Episcopum, ut de doctrina illius iudices, ut eam priuato tuo iudicio condennes, teque ab illo propria tua auctoritate segreges, sacrilegae cuiusdam temeritatis insolentissimaeque ac minimae ferendae est infaniae.

Sacerdotum praemores.

Sed hic iterum vscata illa cantilena nobis occiditur: Non fungi officio suo Episcopos, & sacerdotes: esse mores illorum perditos: esse vitam omni viciorum genere contaminatam. Atque vitam domus est vscata, tam esset falsa cantilena haec, verum, pro dolor, veriora sunt & omnium oculis restatiora in plerisque, quam vt negari possit. Declinatum est ab officij religione, desectum est de recto vitae curriculo. Omnes declinauimus & inutilis facti sumus: Deque eo ordine, qui vnus est omnium nobilissimus atque excellentissimus, recte dici potest, Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Neque tamen haec iusta causa est, sicut antea docuimus, propter vitia eorum, qui praesident, ecclesiae communionem deserere velle. Ac responsum quidem est his, ubi de Ecclesia tractauimus: Verum hic quoque non nostris, sed verustissimorum eorumque & doctrina & pietate excellentissimorum virorum, Origenis & Ioannis Chrysolomi verbis respondere visum est. Quorum ille in Ezechielem scribens ita loquitur, explicans illum locum: Accepisti vestimenta varia & operuisti illa. Varia vestis, inquit, est & hic vnus in scripturis locus, quo induimur assumentes viscera misericordiae, benignitatis, mansuetudinis, longanimitatis ad sufferendum inuicem. Has varias vestes & pulchros

Psalm. 13. Psalm. 48. Ecclesiae communitio non deserenda propter vitia praesulum.

Ezech. 16. Orig. hom. 7.

chros amictus, quos nobis largitus est Deus, si laceramus atque conscindimus ac circumdamus falsa doctrinae ad deceptionem hominum, non dubium est, quin varijs vestibus operiamus idola. Intelligens autem hoc quod dicitur, si rem ipsam manifestius describamus. Vide mihi aliquem Marcionistam, siue discipulum Valentini, aut certe cuiuslibet haeresis defensorem, & considera, quomodo idola sua, id est, figmenta quae ipse composuit, mansuetudine & castitate vestiat, vt in aures audientium facilius ex vitae bonitate ornatus sermo subrepat: & cum hoc fecerit, intellige eum assumpsisse vestem variam motum, & conuersationis optimam, & idolis subiecisse, quae ipse contruxit. Ac iuxta mei quidem animi sensum, multo nocentior est haereticus bonae vitae, & plus in doctrina sua habet auctoritatis, eo qui doctrinam conuersatione maculat. Qui enim vitae pessimae est, non facile homines ad falsum dogma sollicitat, nec potest per umbram sanctitatis audientium decipere simplicitate: qui vero sermone peruersus est, & disciplinis saluti contrarius, mores autem compositos & ornatos habet, nihil facit aliud, nisi accipit indumenta varia instituti boni & conuersationis quiete, & circumdat ea idolis suis, vt magis decipiat audientes. Idcirco solliciti caueamus hereticos, qui conuersationis optimae sunt, quorum forte vitam non tam Deus, quam diabolus instruxit. Nam quomodo quaedam illecebras escaram accipere proponunt, vt facilius aues capiant per oblectamentum gulae, sic, vt audacius dicam, est quaedam castitas diaboli, id est, decipula humanae animae, vt per istiusmodi castitatem & mansuetudinem, & iustitiam, possit facilius capere, & falsis sermonibus iri retire. Diuersi diabolus pugnat in sedijs, vt miserum perdat hominem, & bonam malis tribuit vitam ad decipiendos videntes, & malam bonis induit conscientiam. Mihi ipsi qui in Ecclesia praedico laqueos saepe tendit, vt totam Ecclesiam ex mea conuersatione confundat: & ideo plus ijs, qui sunt in medio oppugnantur ab inimico, vt per ruinam vnus hominis, quae celari non potest, omnibus scandalum fiat, & impediatur fides per conuersationem pessimam clericorum. Omnia vt diximus diabolus operatur, & ea quae videntur esse bona nec sunt, & ea quae per naturam suam mala sunt, omnia aduersus humanam commentatur animam. Vnde qui curam habet vitae suae, neque mansuetudine haereticorum capitur ad consentiendum doctrinae eorum, neque meis delictis, qui videor in Ecclesia praedicare, scandalizabitur, sed ipsum dogma considerans, & pertractans Ecclesiam si dem, me quidem auersabitur, doctrinam vero suscipiet, secundum praecceptum domini, qui ait: Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei: Omnia quae uinque uobis dicunt, audite & facite, iuxta opera autem illorum nolite facere: dicunt quippe, & non faciunt. Iste sermo de me est, qui bona doceo, & contraria gero, & sum sedens super cathedram Moysi quasi scriba & pharisaeus. Praeceptum tibi est o popule, si non habueris accusationem doctrinae pessimae, & alienorum ab Ecclesia dogmatum, conflexeris verò meam culpabilem vitam atque peccata, vt non habeas iuxta docentis vitam tuam instituire, sed ea facere, quae loquitur. Nullum imitemur, & si volumus imitari quempiam, propositus est nobis ad imitandum Christus Iesus, descripti sunt actus Apostolorum, & Prophetarum gesta de sacris voluminibus agnoscimus: illud exemplar firmum est, illud propositum solidum quod qui sequi cupit, securus ingreditur. Si verò querimus nobis culpabiles ad emulandum, vt cum dicamus ille docet, & ijs quae docet facit ipse contraria, aduersus praecceptum domini facimus, qui mandauit doctrinas magistrorum magis considerari debere, quam vitas.

Ioannes verò Chryostomus alteram ad Timotheum epistolam enarrans: Hoc nempe, inquit, est malorum omnium causa, quod rectorum auctoritas perijt, nulla illis reuerentia habetur, nullus honor, nullus metus. Obedite, inquit, praepositis vestris, & subditi estote illis. At nunc peruerfa confusa sunt omnia. Neque haec praepositorum gratia dico. Quid enim illi de nostro honore lucrantur, nisi in quantum obtemperantes habebunt, idque pro utilitate nostra: Hi enim licet honorentur, nihil ex eo honore in futurum lucrantur, maioremque damnationem inde suscipiunt. Et si patiantur iniurias, nihil ex eis detrimenti in futurum acquirunt: imò & meritum illis accedit cumulus, atque defensio. Vestri denique causa cuncta illi faciunt. Nam siue honorantur a subditis, & hoc illis fieri iubet, quemadmodum dicebat Heli: Assumpsit te de domo patris tui: siue iniurijs afficiantur hoc in se Deus ipse perperitur, sicut ad Samuelem ait: Non te spreuerunt, sed me. Itaque illis contumelia lucrum, honor verò onus est. Non ergo haec illorum gratia, sed vestri causa dico. Qui honorat sacerdotem, Deum quoque honorat: qui verò sacerdotem spernit, ad id sensum prolabitur, vt in Deum ipsum aliquando contumeliosus euadat. Qui vos, inquit, suscipit, me suscipit. Et sacerdos, ait, eius in honore habere. Hinc Iudaei Deum aspernari didicerunt, quia Moysen contempserunt, quia lapidibus illum imitebant. Nam qui pie sacerdoti afficitur, longè maiori pietate Deum reuerbitur. Etsi enim

Haereticus quandoque uisum non doctrinae pallium bonestate dicit.

Haereticus bonae vitae periculo suscipitur.

Castitas diaboli

Matth. 23

Chryf. Hom. 2.

Heb. 13.

Sacerdotes contemere quam periculosum.

1. Reg. 2.

1. Reg. 8. Honor sacerdotis, honor Dei.

Matth. 10.

Num. 11. & 16.

Sacerdos indignus etiam honorandus. *Matth. 23.*

Matth. 23.

Sacerdos est angelus domini. *Malach. 2.*

Num. 22.

Matth. 7.

Sacerdotes non iudicandi.

1. Corin. 4.

Rom. 14.

Exod. 22.

Num. 16.

1. Reg. 2.

Galat. 3.

Genes. 18.

Sacerdoti obtemperandum vultu Christi.

1. Corin. 11. 7.

2. Corin. 13.

Matth. 12.

Luc. 11.

malus fuerit sacerdos quispiam, attēdit Deus, quod sui causa illum etiam, qui dignus honore non est, obsequijs foues, ipseque tibi prāmia exoluit. Si enim qui propheta in nomine prophetae suscipit, mercedem prophetae, accipiet: profectō & qui cedit & obtemporat sacerdoti, mercede sua non destituetur. Nam si vbi de hospitalitate agit tantum, vbi quem suscipis ignoras, tantum prāmiorum accipis: si ei subijciar, cui imperat Deus, nō multo magis mercede donaberis? Super cathedram, inquit, Mosi sederunt scribae & pharisaei: omnia ergo quaecunque dixerint vobis facere, facite, secundum autem opera eorū ne faciatis. An ignoras quid sit sacerdos? Angelus vtiq̄e domini est: Non ex seipso loquitur. Si despicias, non illum despicias, sed Deum, qui illum ordinauit. Sed vnde, inquires, constat, Deum fuisse illius ordinationis auctorem? Nemp̄ nisi tu hanc habeas opinionem, spes tua inanis facta est. Nam si nihil per illum operatur Deus, neque lauacrum habes, neque mysteriorum particeps es, neque benedictionibus fruieris. Non ergo Christianus es. Quid ergo? Deus omnes ordinat, etiam indignos? Non omnes quidem ille ordinat, per omnes tamen ipse operatur, salutem populi moliens, non illorum intuens merita. Nam si per asinae os, si per Balaam scelestum hominem populi causa loquutus est: multo magis loquitur per sacerdotem, plebis suae gratia. Quid enim non agit Deus salutis nostrae causa? quid non loquitur? per quem non operatur? Si enim per ludam operatus est, & per prophetas, quibus dicitur est: Non noui vos, discendite à me, qui operamini iniquitatem: perque illos, qui daemones in nomine suo eiecerunt: non magis per sacerdotem diuino ministerio famulantes operabitur? Namque si praepositorum vitas discutere pergimus, ipsi doctores nostros ordinare contendimus, peruerfosq̄ ordine naturali, quae supra sunt, infra esse volumus, vt superius pedes, inferius verò sit caput: Audi quid Paulus dicat: Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicaretur ab humano die. Et iterum: Tu quid iudicas fratrem tuum? Si fratrem iudicare non expedit, quanto minus magistrum? Nam siquidem hoc statuit Deus, benè facis, peccasque ni facias: sin verò contraria praecipit, noli praesumere, neque ea coneris, quae supra te sunt. Insurrexerunt aduersus Aaron, post vituli formatam effigiem, Core, Dathan, & Abiron. Quid ergo? Nōne illi perierit? Et ab vrsis duobus 4. 2. pueri, Propheta Eliseo illudentes, Deo vindice lacerantur. Quilibet, quae ad se pertinent sollicitè curet. Nam siquidem fidei dogma peruerat, etiam si angelus sit, obaudire noli: sin verò recta docet, noli vitae, sed verbis intendere. Habes Paulum verbis te operibusque moderantem. Non distribuit pauperibus, inquires, non bene dispensat Ecclesiae res. Vnde tibi id constat? Noli illum culpae antequam discas. Reatum caue. Plurima quippe ex simplici suspitione iudicantur: Imitare Deum tuum, audi ipsum dicentem: Descendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita vt sciam. Quod etsi didicisti, & examinasti, & vidisti, iudicem sustine. Noli praeripere Christi iudicij ordinem, illius est munus ista discutere, non tuum. Tu seruus vltimus, non dominus es. Illis ipse es, pastorem noli curiose discutere, ne eius quoque criminis reus tenearis, quod illum accusare praesumis. Et quomodo, inquires, id mihi dicit, quod ipse non facit? Non tibi ipse dicit: Nā si illi obtemperas, mercede priuaris. Christus haec admonet. Plus aliquid dicam: Paulo quidē obedire oportet, si quid dixerit proprium, si quid humanum, sed Apostolo Christum in se loquentem circumferenti. Non igitur aliena iudicemus: sua quisq̄ discutat, vitāq̄; diu dicat suam. At debet ille, inquires, melior esse, quam ego. Cur obsecro? Quia sacerdos est. Et quid non habet ille amplius quam tu? Non labores, non angores, non xrumnas? Debet esse te melior? Quid ergo? Nisi sit melior, te ipsum perdis ac perimis. Sunt verba ista plena arrogantiae. Vnde enim nosti illum te nō esse meliorem? Furatur inquires, & sacrilegus est. Vnde hoc nosti d homo? Cur te ipsum per precipitia impellis? Nep̄ si quis dixerit, ille purpurā habet, quamuis id scias, aurē obruis: & si arguere possis, protinus resistis, teq̄; (sire dissimulas, nolēs gratis subire periculū. Quid ergo hoc in loco periculū minime necessariū suscipis? Nō caret reatu haec verba. Audi quid dixerit Christus: Dico autē vobis, quod omne verbum oculosum, quodcūq̄; loquuti fuerint homines, reddet rationē de eo in die iudicij. Cur te ipsum quouis arbitraris esse meliorem? Cur non in gemiscis magis ac pectus tundis, atq; in humum respicis, imitando scelerem publicanū? Etsi enim melior sis, tamē haec feoda existimatione tua cuncta perdidisti. Melior es, tace, vt persistas esse melior: Quod si loquaris, omnia exinanisti. Si te putas esse, desisti: si non putas, multum sanē proficisti. Si enim qui peccator aduenerat vbi confessus est, iustificatus descendere meruit, qui peccator non est & esse se putat, quid oro non lucrabitur? quantum ex ea humilitate suis adijciat commodis? Vitam tuam diligentius discute. Fur non es? at rapis, at violas, at innumera eiusmodi perpetras, Neque id, vt furtū probem, dixerim. Absit: imò illud valde execror, & eum qui est eiusmodi desseo: Nam dici non potest quam sit sa-

fit sacrilegium malum: sed vobis parco. Nolo enim virtutem vestram alios accusando minuerē. Quid, oro, publicanō dederis? At cum esset innumeris peccatis obnoxius, Pharisaeus quē id solum diceret. Non sum sicut publicanus iste, omnia perdidit: tu de sacerdotē dicit, non sum sicut iste sacrilegus, & non omnia profusis amittes? Ista necessariō dicere, ac plurimis verbis prosequi cogor, non sacerdotum tantum gratia, sed vestri. Nam ve reor ne hac elatione virtus exhauriatur vestra, in iudiciumque decidatis. Audi denique quid dicat admonens Paulus: Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantum habebit gloriam, & non in altero. Nā, dic oro, si saucius profici scaris ad medicum, num omnia cura vulneris tui, studiōsē medicum percurritaris, vulnus ille habeat necne? An verò etsi ille sit saucius, vulnus tuum idcirco nō curas, dicitis que sanum illum esse oportuit medicum cum sit? Quando verò sanus medicus non est, abscedo, vulnus meū insanabile referens. Nunquid enim si sacerdos malus sit, in de solatium capiet subditus? Nihil minus. Ceterūm dabit ille quidem scelērum suorum debitas penas: dabis etiam & tu tuorum criminum penas. Etenim magister solum iam ordinem implet: Erunt enim, inquit, omnes docibiles Dei: neq; dicent, Agnosce dominū. Omnes enim agnoscent me à minimo vsque ad maximum eorum. Cuius ergo rei gratia, inquires, praesidet? cur praepositus est? Ne quāso, doctores nostros maledictis imperamus, vt ne nosmetipsos laedamus. Nostra, vt dixi, omnia discutiamus, & neminem penitus maledicemus. Reueremur diem illam, quā illuminati ab illis sumus. Patrem qui habet, etsi mille patiatur in cōmoda, omnia patris reuerentia conteget. Noli enim, inquit, gloriari in ignominia patris tui; neque enim tibi tam gloria, quam probum est: Etsi sensum amiserit, veniam habet: Longē haec magis in parte spiritali dicenda sunt: Reuerere illum quod tibi diebus singulis diuina ministrat, scripturas relegi facit, tui gratia exornat domum, propter te vigilat, propter te vota persoluit, pro te Deum precaturus adstat, tui causa preces exoluit, pro te apud illum religio, cultusque & obsequium est, pro te ista omnia: Reuerere haec ergo, atque considerā, accede ad ea summa cum reuerentia. At malus ille est. Et hoc ad te quid? Nunquid enim qui malus non est, ipse tibi magna ista & diuina largitur? Absit. Etsi des enim tua ad omnia valet: neque tibi iustus quispiam proderit, nisi ipse fidelis sis: neque nocēbit malus, si fueris ipse fidelis. Per vacas in arca operatus est Deus, cum populū saluare vellēt: num enim sacerdotis vita, num virtus tantum conferre potuisset? Nō possunt quae Deus ipse largitur, veluti sacerdotali virtute perfici: omnia quippe diuina sunt gratia. Huius tantum munus est aperire os, ceterum Deus cuncta operatur: symbolū iste tantummodo implet. Intueere quantum inter Ioannem & Iesum interest, & audi dicentem Ioannem. Ego opus habeo ad te baptizari. Et, non sum dignus soluere ipse corrigia calciamenti. Sed tamen cum tantum interest, descendit spiritus, quem non habebat Ioannes (de plenitudine enim, inquit, ipse nos omnes accepimus) prius tamen quam baptizaretur, non ille descendit, neque Ioannes ipsum descendere fecit. Cur ergo istud sit? Vt scias, sacerdotem symbolum implere tantummodo. Nemo homo tantum distat ab homine, quantum à Christo Ioannes. Descendit tamen spiritus, vt discas Deum omnia operari, Deum omnia facere. Volo quiddam adijcere planē mirabile, & nolite mirari, neque turbemini. Quid verò istud est? Sacra ipsa oblatio, siue illam Petrus, siue illam Paulus, siue cuiusvis meriti sacerdos offerat, eadem est quam dedit Christus ipse discipulis, quamque sacerdotes modo quoque conficiūt. Nihil habet ista, quā illa minus. Cuius? Quia non hanc sanctificant homines, sed Christus, qui illam ante sacrauerat. Quemadmodum enim verba quae loquutus est Christus, eadem sunt, quae sacerdotes nunc quoque pronuntiant: ita & oblatio eadem est, eademque baptismi ratio est, ad eod omnia in fide consistūt. Cornelium spiritus repente repleuit, quia prius ipse alacritatem voluntatis ostenderat, si demque plenissima deuotionis obtulerat. Et hoc igitur Christi corpus, & illud est: Qui autem hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Christum esse, qui nunc etiam adest atque operatur. Ista vobis non absque certa ratione diximus, sed vt sententiam vestram sensumque corrigamus, cautiōresque in posterum faciamus.

Hic Ouenis & Chrysostoi verbis abudē responsum esse videtur ijs, qui cum aliud non habeant, quod obijcere possint, plaustris quibusdam conuictorum in vitam & mores sacerdotum & Episcoporum intuehantur: quorum vesana rabies pios mouere non debet, etiam si vera essent, quae ab illis dicuntur, quae tamen ex magna parte ficta sunt & commentitia. Parendum est nihilominus etiam ijs praepositis, quos iratus Deus dedit, ita populi peccatis exigentibus. Nam contemnendis illis Deus ipse contemnitur, audientis illis Deus ipse auditur. Si mali sunt praepositi, non vita, sed doctrina eorum est amplectenda, de qua nihil est quod arroget sibi priuatus aliquis cognoscendi potestatem, quae propria est Episcoporum. Vna est in vnaquaque diocesi Christi cathedra, vnde etiam Ec-

Galat. 6.

Ioan. 16.

1. Cor. 3.

Nosce te ipsum.

Eccles. 3.

Sacerdotis munus.

2. Cor. 16.

1. Reg. 6.

Sacerdotis est ministerium tantum.

Matth. 3.

Ioan. 11.

Sacerdotis est Christi oblatio eadem est.

Apost. 10.

Os. 13.

1. Cor. 34.

Luc. 11.

Eccl. 11.

Cathedralis ecclesia ab una cathedra Christi in unaqueque diocesi dicitur. Nimm. 6.

clesia cathedralis dicitur: Ex ea cathedra quod docetur, id reuerenter & obedienter audiendum est. Contra hanc si quis nouam sibi cathedram constituitur sit conatus, etiam atque etiam videat, ne quæ Core, Dathan, & Abiron, eadem illum grauiæ & iniurata supplicia maneant. Nullum enim facinus æquè Deus vlciscendum putauit vnquam, atq; hoc, quod est vnum omnium atrocissimum. Sed nos reliqua iam persequamur.

De Sacramento matrimonij.

CAPVT LV.

Sacramentorum anacephaleosis. Galat. 2. Galat. 3. Baptismus sacramenti fidei.

1. Pet. 2.

Job. 7.

Confirmatio sacramenti spei.

2. Cor. 1. Ioan. 6.

Eucharistia sacramentum carnis et vitæ. 1. Cor. 11. 4.

Psalm. 50. 14. 38. 2. Cor. 13.

Pœnitentiæ sacramentum. Eph. 4. 1. Cor. 3.

Extrema vinctio. sicut fortitudinis.

Eph. 6.

Chry. in epi. ad Eph. hom. 20.

Diximus iam quemadmodum nati mundo, per lauacrum regenerationis felicitus Christo renascimur in vitam quandam nouam, qua non iam ipsi viuimus, verum viuunt in nobis Christus, quem in baptismo sumus induiti. Quod autem viuimus deinceps in carne, in fide viuimus filij Dei, qui dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis: quæ etiam de causa, fidei sacramentum baptismus vocatur. Simul & illud docuimus, postquam in baptismo semel Christo desponsi sumus, non ad fidem ociofam, sed ad pugnam periculofam nos vocatos esse. Dolet enim Satanas ereptum sibi bolum esse faucibus, quamobrem omni telorum genere nos oppugnat, ut à sponso nostro, cuius pretioso sanguine subarrati sumus, abstractos, in suam nos rursus redigar potestatem. Contra quem cum perpetuo nos in acie stare oporteat: neque enim frustra scriptum est, Militia est vita hominis super terram: quod finis in prælio gerendo fortiores, signamur in fronte signo crucis, & vngimur chrismate salutis: quo signo datur nobis Spiritus sanctus, qui præsto nobis ad sit: pugnantibus robur præstet, fiduciamque resistendi suppeditet. Itaque vocatur confirmatio spei sacramentum, quod per illum in bonam spem erigimur ex hostibus victoriam deportandam. Ostendimus postea, quando quidem qui non modo viuunt, verum etiam pugnant, alimoniam in digere videntur, quod alioqui vires non essent suscitaturæ, de hac quoque, prouidisse nobis patrem misericordiarum Deum. Qualis vita, qualis pugna, talis & alimonia. Nihil in ijs omnibus non est spirituale. Spiritus enim est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Quamobrem non ea carne, quæ videri, quæ tangi, quæque sensu aliquo comprehendi possit, sed ea quæ fide sola cõplecti licet, sua ipsius vera, & viuæ carne, suo ipsius vero & viuo sanguine nos reficere dignatur. Quia in re cõ maximè sit illustris illius in nos charitas, qua nos vicissim ad amandum illum inflamamur, qui prior dilexit nos: rectè dicitur Eucharistia sacramentum charitatis, per quod vnũ cum Christo capite, vnũ etiam ipsi inter nos corpus efficiuntur. Illud quoque demonstauimus, quando quidem nostra culpa sit, ut cum hostibus dimicantes aliquando succumbamus, grauitatq; fauciati prosternamur, hac quoque in parte de remedio nobis patrem nostrum celestem pro sua ineffabili bonitate prospexisse: pœnitentiæque medicinam concessisse, qua sanati resurgere possemus. Quoniam verò non nisi nostra culpa sit, ut victi in nostri hostis potestatem recidamus, meritò nobis Deus irascitur, cui per hoc pœnitentiæ sacramentum reconciliamur: Neque tamen iam omnino gratis sicut in baptismo, sed requiritur deinceps à nobis, si redire cum Deo velimus in gratiam, ut à peccatis cõlemus, ut ea detestemur, & odio habeamus: ut corde contrito & humiliato, quod Deus non despiciat, non solum recogitemus in amaritudine peccata nostra, verum etiam ministro reconciliationis sacerdoti ea confiteamur, & absolutionis ab eo beneficium peramus: denique ut per ieiunia, orationes, elemosynas, & alia pia vitæ spiritalis exercitia, digna pœnitentiæ opera satisficiamus: non quidem pro pœna æterna, quæ merito Christi passionis & mortis per sacramentum vel sacramenti votum vnã cum culpa nobis remittitur, sed pro pœna temporaria, quæ non tota semper ut in baptismo sit, remittitur. Quare sacramentum hoc ad eam virtutem refertur, quam iustitiam vocamus: iustum enim est, ut qui gratia, quam acceperat, ingratus, Spiritum sanctum contristauit, & templum Dei violare non est veritus, non sine aliqua satisfactione reconcilietur. Illud præterea planum fecimus, quod non alio tempore grauius & periculosius certamen instat, quam cum graui morbo constitutis ex hac vita migrandum est: quod quæ ne tum quidem deesse nobis dignata est Dei benignitas: deditq; sacramentum vnctiois, quam extremam vocant, quod vires tam corporis, quam animi refocillari possint, ut ad congregandum cum tam potenti aduersario illius gratia adiuti non omnino impares esse possemus. Hoc sacramentum ad fortitudinem refertur, cuius pars est perseverantia, quam huius vnctiois beneficio cõsequimur, fortes in pugna perseverantes, ac sumpto scuto fidei, omnia tela nequissimi ignea extinguentes. Declaratum est & illud, quando sine ministris vita constare non potest, etiam de illis Deum Ecclesiæ suæ prouidere voluisse, non sine quodam ordine, qui non solum ad decorem facit plurimum, verum etiam ad concordiam & vnitatem retinendam. Dedit minoros quosdam, Ostriarios, Lectores, Exorcistas, Acolythos, Dedit maiores quoque ministros, Subdiaconos, Diaconos, Sacerdotes. Quia verò, sicut præclarè dictum est à Chrysolomo, vbi hono-

honoris est æqualitas, aut omnes principatum gerunt, ibi nunquam poterit esse pax, quod ista verò tenetur æqualitas, sicut antea quoque fuit à Philone scriptum, in æqualitate rerum pariat. Nam æqualia dignitate imparibus tribuere, est in æqualitas: in æqualitas verò fons malorum: dedit quosdam etiam qui cum quadam in ecclesia potestate versarentur, non solum cognoscendi de ijs, quæ ad forum Ecclesiasticum pertinent, præcipuè verò de doctrinæ genere, verum etiam flagitiosos coercendi, & eos, qui doctrinam impiam sectarentur, ab Ecclesiæ septis arceudi, ac ex piorum cõteru exterminandi. Hos ordines per Paulum significatos putat Ambrosius, cum dicit: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, quosdam in opus ministerij. Apostoli, inquit, Episcopi sunt: Prophetæ verò explanatores sunt scripturarum. Euangelistæ Diaconi sunt, sicut fuit Philippus: quamuis non sint sacerdotes, Euangelizare tamen possunt sine cathedra: pasto res sunt lectores, qui lectionibus faginent populum audientem: magistri verò exorcistæ sunt, qui in ecclesia ipsi compefcunt & verberant inquietos. Refertur autem hoc sacramentum ad prudentiam: quando quidem fidelem esse seruum & prudentem oportet, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Atque hæc quidem dicta iam à nobis sunt. Quoniam verò, cum vnus hominis ætas longa non sit, breui defuturi erant, qui per baptismum renati, Christi se militiæ adscriberent, etiã huic rei Deus remedium prospexit, ac matrimonij sacramentum in ipso paradiso instituit, ex quo noui Christi milites conscriberentur: si modo, quod fieri dubitandum non est, non alia voluntate liberos parentes procrearent, quam ut per baptismum ex membris primi hominis in membra Christi translati in eisdem Christi militum album referrentur, nunc dicendum est, quod antequam peccasset Adam, in officium tantum & ministerium post admissum verò peccatum, iam non in officium tantum, verum etiam in remedium est institutum. Quapropter ad eam virtutem refertur, quæ téperantia dicitur, ut esset incontinentiæ remedium. De hoc sacramento sic scribit Paulus: Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut & Christus caput Ecclesiæ: Ipse est saluator corporis eius. Sed ut ecclesiæ subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras: sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta & immaculata: Ita & viri debent diligere vxores suas ut corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius, & de ossibus eius. Propter hoc reliquet homo patrem & matrem suam, & adhæret vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesiâ. Verum tamen & vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit: vxor autem timeat virum suum.

Nullus est septem, de quibus nobis nunc sermo est, cui sacramenti nomẽ in scripturis Canonice tribui legamus, præter vnũ hoc: quod non modo sacramentum, verum etiam magnum sacramentum vocat Paulus. Neque defunt tamẽ, qui inter sacramenta matrimonij numerari non sicut. Nã à Paulo, qui Græcè scripsit, non sacramentum, sed mysterium vocari dicunt. Quasi verò aliud sonet Græcè mysterium, quam quod Latini vocant sacramentum. Cyprianus, Cyrillus, Chrysolomus, Eucharistiam sæpè vocant mysterium, nunquid idẽ sacramentum non est? Ac latè quidem patet mysterij nomen, sicut & sacramenti, verum & ea significatione, qua nunc vtimur, sacramentum appellari matrimonium à Paulo dubitandum non est, quando quidem ita multis & disertis verbis omnia illi competere ostendit, quæcunque ad sacramenti rationem (quomodo nunc de eo loquimur) pertinent. Quid est enim aliud sacramentum, nisi sacræ rei signum? Docuimus autem antea tria esse signorum genera: Nam & præteritã, & futurarum rerum per ea admonemur. Omnia nunc hæc verum nos admonet signum: huius sacramenti, siue quis materiam aut elementum vocare malit: quæ est visibilis illa coniunctio, quæ fit stipulatione verborum, data arrã, iunctis dextris, alijsque solennibus ceremonijs. Primum admonet præteritæ mysticæ coniugationis diuinae & humanæ naturæ: Christi, sponsi & Ecclesiæ sponsæ: quomodo dominus noster Iesus Christus reliquit quodammodo patrem suum Deum, posteaquam exinanuit semetipsum formam serui accipiens: reliquit matrem suam synagogam, ex qua secundum carnem natus est: reliquit domum suam dimisit hereditatem suam: dedit dilectam animam suam in manus inimicorum suorum. Quam tandem ob causam? Ut adhereret vxori suæ Ecclesiæ, quàm ex gentibus sibi copulauerat: ut quam

Phil. li. 2. de monarchia. Inæqualitas malorum fons.

Amb. in epi. ad Eph. cap. 4.

Astor. 8. 21.

Ordo sacramentum prudentiæ. Matt. 24.

Gene. 1. 2.

Matrimonij causa.

Matrimonium sacramentum temperantiæ. Eph. 5.

Matrimonij sacramentum. Mysterium idẽ quod sacramentum.

Signorum tria genera.

Matrimonij significationes. Ioan. 16. Phillip. 2.

Hierem. 32.

scdam

Ephes. 5.

foedam intenerat ac omni turpitudinis genere pollutam, eam sanguine suo ablutam sanctificaret, ac exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam. Huius præteritæ rei, futuros coniuges, primum admonet signum istud visibile. Admonet autem non in hoc tantum ut merentur, verumetiam ut imitentur: ut viri diligant uxores suas, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: ut neq; patris neq; matris amor illius amori anteponendi esse putet: ut sicut Christus tradidit semetipsum pro sponsa sua Ecclesia, ita vir pro vita, pudicitia, fama uxoris suæ, non dubitet vitæ quodvis discrimen adire. Sicut Christus adamavit immundam, & acerbissima quæque passus est, ut mundam & incontaminatam redderet: sic & vir si non vsquequaque munda sit uxor, si qua sit vel corporis vel animi infirmitate prædita, non statim abijciendam existimet, verum infirmum infirmitatem toleret, atque omnia prius & facere & pati in animum inducat, quo vel corporis vel animi illius morbo mederi possit. Huius rei, coniunctionis Christi sponsi cum sponsa ecclesia, sic signum est visibile coniunctio viri cum foemina, ut eius admoveat tantum, non autem eam efficiat: Cæterum admonet præterea præsentis rei, præsentis gratiæ, quam in hoc sacramento confert Deus: qui quod iubet non modo verbo, verumetiam exemplo, idem etiam dat pro sua bonitate. Siquidem visibile ista copulatio, quæ fit datis aris, iunctis dextris, admonet invisibilis gratiæ quam largitur Deus. Nam simul ut ad elementum visibile accesserint verba, quæ præeunte sacerdote profert uterque coniunx, fit sacramentum, per quod peculiare donum spiritus infunditur: quod & firmiores redduntur ad perpetuam concordiam, & robustiores ad pariter toleranda huius vitæ incommoda, & instructiores ad sobolem pijs moribus educandam. Quod quidem donum si deum infunditur, si quemadmodum oportet, ita sacramentum hoc susceptum fuerit. Nam si secus factum sit, sicut in alijs sacramentis, ita & in hoc iraparatur pro gratia. Infunditur autem hoc donum ex pacto diuino, qui promisit hoc ita futurum, dicens: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Quod sacramentum & si in viro quoque & in muliere esse dicit Paulus, maius tamen esse vult in Christo & in Ecclesia. Quod autem ad virum quoque & mulierem pertineat mysterium hoc siue sacramentum, testatur Chrysostomus, eum locum enarrans, his verbis: Reuera nanque, reuera, inquam, mysterium est, & magnum mysterium relicto patre, eo qui genuit, eo qui aluit, etiam ea quæ peperit, quæ miserè & cum labore parurij, illis videlicet desertis, qui tanta beneficia præstiterunt, quibus cum consuetudo tracta est, adhærere virum illi, quæ antea neque visa sit, neque aliquid commercij cum illa habuerit, atque hanc etiam omnibus præferre. Verè mysterium est. Et parentes etiam, cum ista fiunt, non offenduntur, sed magis offenduntur ac dolent cum non fiunt, expensis quoque pecunijs ac sumptu facto larantur. Magnum reuera mysterium & ineffabilem quandam sapientiam habens. Istud supra præfatus dixit, in Christo & in Ecclesia. Veruntamen non propter ipsum solum ita dictum est. Sed quid? Ut uxorem scilicet tãquam propriam carnem foueat, quæ admodum & Christus Ecclesiam: uxor verò ut reueretur virum. Et in Genesim scribes: An non audis, inquit, Paulum dicentem, quod sacramentum sunt nuptiæ & imago dilectionis Christi, quam erga ecclesiam declarauit. Neque dissimilia scribit Augustinus quoque: cuius hæc sunt verba. Quoniam non tantum secunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verumetiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, unde dicit Apostolus, Viri diligite uxores vestræ, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: huius proculdubio sacramenti res est, ut mas & foemina connubio copulati, quamdiu viuunt, inseparabiliter perseuerent, nec liceat excepta causa fornicationis, à coniuge coniugem dirimi: Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia, ut viuens cum viuentem in æternum nullo diuortio separetur. Cuius sacramenti tanta observatio est in ciuitate Dei nostri, hoc est, in Ecclesia Christi, quibusq; fidelibus coniugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut cum filiorum procreandorum causa vel nubant foemina, vel ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, ut alia foecundo ducatur. Quod si quisquam fecerit, non lege huius seculi, ubi interueniente repudio sine crimine conceditur cum alijs alia copulare connubia, quod etiam sanctum Moyse Dominus propter duritiam cordis eorum, Israëlitis permisisse testatur: sed lege Euangelij reus est adulterij: sicut etiam illa, si alteri nupsit: Et vsque adeo manent inter viuentes semel in iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges, qui ab altero separati sunt, quam cum his, quibus alijs adhæserunt: Ac aliquanto potest adducens illa verba, relinquet homo patrem & matrem, quod magnum Sacramentum dicit Apostolus in Christo & in Ecclesia. Quod ergo est in Christo & in Ecclesia magnum, hoc in singulis quibusque viris atque uxoribus minimum, sed tamen coniunctionis inseparabilis sacramentum. Ad eundem modum scripserunt Ambrosius quoque, Theophilactus, Leo pontifex,

Matrimonium recte suscipiendi bus infunditur spiritus sanctus, dicitur gratia. Genes. 2.

Chrys. ser. 20.

Rom. 5.6. Aug. de nuptijs et concupiscentia. li. 1. ca. 10.

Ephes. 5. Matrimonij inseparabilitas.

Matt. 5.19.

Psal. 47.

Matt. 19. Del. 24. Thori separatio non soluit coniugij vinculum.

Cap. 21.

Genes. 2. Ephes. 5. Ambrosius in epistola ad Ephes.

isef, & alij nonnulli, qui omnes eadem ratione, qua septem reliquis, huic quoque sacramenti nomen tribuunt. Dupliciter itaque resignum esse docuimus hoc sacramentum, præteritæ coniunctionis Christi cum Ecclesia, & præsentis gratiæ quæ nobis confertur: cuius non admonet modo, verumetiam causa illius est, & eam efficit hoc sacramentum. Est etiam tertiæ rei signum: Admonet enim ista coniunctio visibile matrimonio copulados futura coniunctionis cum sponso nostro Christo, quando quidem per vas suum electum loquutus est Spiritus sanctus, quod saluabitur mulier per generationem filiorum, si permanferit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.

Fuerunt apud gentes quoque matrimonia, qui lege quadam naturæ menti diuinitus instita sanctam esse rem matrimonium & magis quiddam, quam ut humanum inueterum existimari posset, intelligebant, atque ideo vagos concubitus arcebant, ac de ijs, qui stuprum aut adulterium commississent, poenas capitibus legibus sumebant, matrimonij tamen sacramentum apud eos non fuit, cum liceret eis etiam nulla causa matrimonium rescindere. Sed neque apud Iudæos, apud quos maior etiam fuit matrimonij sanctitas, fuit matrimonij sacramentum, eadem illa ratione, qua apud nos sacramentum est, quibus & ipsi ob duritiam cordis permittitur erat uxores dimittere, quamuis leuem ob causam. Solum ergo Christianum matrimonium sacramentum rectè dicitur, & est: Cuius cum tria bona recensat Augustinus, primum dicit esse fidem, secundum prolem, tertium sacramentum. In fide attenditur ne præter vinculum coniugale, cum altero vel altera concubatur. Uxor enim non habet potestatem sui corporis, sed viri: Similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. In prole ut amanter suscipiatur, benignè nutriatur, religiosè educetur: Huius enim potissimum gratia contrahi debet matrimonium: Ita enim dicit Apostolus: Volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse. In sacramento autem, ut coniugium ne separetur, & dimissus aut dimissa ne prolis causa alteri coniungatur, Hoc enim est Christi verbum: Dicitur est, quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam moechari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Et rursus: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et sequutus magistrum suum Paulus: His, inquit, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed dominus: uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere in nuptiam, aut viro suo reconciliari. Quæ & Christi & Apostoli verba, non alio sensu acceperunt, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & ante eos Origenes & Chrysostomus, ac qui sectator ipsius est Theophilactus, alijque sancti doctorum, quàm quod per ea significari existimarent tãni sacramenti rem esse foedus, illud in iuramento nuptiale, ut nec ipsa separatio ne irritum fiat: quando quidem viuentem viro, à quo relicta est, moechatur si alteri nupsit. Neque dispar est causa viri, quem non oportet esse meliorem conditione, quam sit mulier.

Magna itaque est firmitas vinculi coniugalis, quam non designat modo, verumetiam efficit accedente verbo, visibile illa, quæ fit per sacerdotem, copulatio. Confertur enim per illam donum perseuerantiae peculiare, modo quis animum præbeat capacem, & eo quo debet affectu ad sacramentum hoc accedat: Qui qualis esse debet, docet nos oratio Saræ filiaë Raguels, quæ matrimonium susceptura sic orauit: Tu sis domine, quia nunquam concupui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concubitu. Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in leuitate ambulant me participem præbui. Virum autem cum timore tuo non cum libidine mea. consensi suscipere. Contracturus matrimonium concipere debet animo, quantum sit hoc sacramentum, nepe quod Deo auctore copulatur, neque aliter affectus esse, quàm si presentem Deum videat, uxorem sibi copulantem. Ministerium enim sacerdotis est, Deus autem est, qui nexu quodam insolubili coniungit, iuxta illud quod dictum est: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Debet etiam animo secum reputare, quanta sit signi maiestas quod similitudinem refert coniunctionis Christi sponsi cum Ecclesia sua sponsa. Hoc affectu qui accesserit, dubitare non debet, quin gratiæ, quæ confertur in hoc sacramento, sit parti us futurus. Qui verò prophano affectu sacramentum hoc percipiunt, tantum absunt à gratia percipienda, ut iram etiam sibi thesaurisent in die iræ. Neque enim alijs ex causis contrahendum est matrimonium, quàm propter sanctam societatem, religiosæ posteritatis amorem, ac fornicationis odium ac detestationem: ut dicere possit uxorem ducturus cum sancto Tobia: Domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum amen. Nam si qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem damnationis super eos, ac formidare debent, ne idem illis eueniat, quod septem illis viris, qui cum luxuriæ causa Saram uxorem ducere voluissent, ordine omnes

Theod. ilidem Leo ep. 92. Matrimonium tripliciter significatur est.

1. Tim. 2.

Deut. 24. Matt. 19. Matrimonij bona tria.

Aug. de gen. li. 9. cap. 7. De bono coniug. cap. 24. de pec. origina. cont. Pelag. li. 2. cap. 24. 1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

Matt. 19. 1. Cor. 7.

Ambrosius in 1. Cor. 7. lib. 8. in Lucam.

Hier. ad quest. Annali presbyteri et in epistola Fabiola. Aug. de conjugali. cap. 7. Origenes in Matt. hum. 7. Chrys. hom. 17. in ca. 5. Matt. Tob. 3.

Matrimonium suscipientes quomodo affectus esse oportet.

Matt. 19.

Rom. 2. Cause contrahendi matrimonij. Tobie. 8. Tobie. 6.

Matrimonium solum libidinis gratia suscipiunt, ut Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem damnationis super eos, ac formidare debent, ne idem illis eueniat, quod septem illis viris, qui cum luxuriæ causa Saram uxorem ducere voluissent, ordine omnes

Epist. 1.

Matrimonium legitimum quo modo contrahitur.

Tob. 6.

Tert. li. de pudicitia.

Lib. 2.

Oblatio pro missa ponitur.

Amb. epist. 70.

Chry. Hom. 48. in Genes.

Genes. part. 2. ca. 9. quæst. 10.

Benedictio nuptialis an sit necessaria.

In 4. sent. dist. 34.

Veneri.

Lib. 1. cap. 17.

Lactan.

Lib. 1. cap. 19.

Lutheri & Bucerii consilium.

Soc. li. 4. ca. 31.

Valentinianus factum.

prima statim nocte propter incontinentiam suam a dæmonio sunt suffocati. Libet hic adscribere sancti pontificis & martyris Euaristi verba, de eo, quo ritu legitimum matrimonium contrahi oporteat. Legitimum, inquit, ut patribus accepimus, & sanctis Apostolis eorundemque successoribus, non est matrimonium, nisi ab his qui super ipsam foemina dominatione habere videtur, & a quibus custoditur, vxor petatur, & a parentibus, propinquo iuribus spõsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotali ritui, ut mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paranymphis, ut consuetudo docet, custodita & sociata a proximis, tempore congruo, petita legibus detur, & soleniter accipiatur, & bi-duo vel triduo orationibus vacet, & castitate custodiatur, ut bonæ soboles generentur, & deo suis in actibus placeant. Taliter enim placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque heredita-biles generabunt. Et paulo post, aliter presumpta, non coniugia, sed adulteria, aut concuberna, aut stupra vel fornicationes potius quam legitima coniugia esse dicitur: nisi propria voluntas susfragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Quæ Euaristi sententia Tertullianus quoque securus videtur, cum ait: Occultæ coniunctiones, id est, non prius apud ecclesiam professæ, iuxta mœchiæ & fornicatione iudicari periclitantur. Hoc fuit vtriusque; de Clædestinis iudicium. De legitimis verò, scribes ad vxorē: Vnde sufficiat, inquit, ad enarrandam sollicitate eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & ob signatū angeli renūciat, pater ratū habet. Oblationis nomine sacrum intelligit, quæ vulgo Missa vocat. Ad hæc spõsus & spõsa cõueniebant, ibi per Ecclesiam, hoc est, per sacerdotē ecclesie ministrū reconciliabatur matrimonium, & ob signatur oblatione facta. Frequens est autē apud Tertullianū ob signatū verbū, quoties de sacramētis agit. Videtur autē vterque; tã Euaristus, quã Tertullianus ministeriū sacerdotis in hoc sacramēto requirere. Nec diuersum ab illis Ambr. quod que sentire videtur, cum oportere dicit coniugium velamine & benedictione sacerdotali sanctificari. Idē vult etiam Chryso. ubi de nuptijs Isaac & Rebecca tractat. Vt non temerē dixisse videatur vir pius & doctus Guiljelmus Parisien. Episcopus proposita quæstione: Verū sacramētū veri nominis, & sacramētalis virtutis matrimonium sit, si præter nuptia se benedictione & oratione, quādo haberi potest contrahatur: Respondit, verū: certū est, quia & sacri signū est, & sacra siue sanctificas virtute essentiali siue cõtraheratis, & forsitan merito dummodo nuptialis benedictio non contemnatur, sed virtutem sacramē-talem omninō non habet, nec veri nominis est sacramētum, nisi sicut diximus.

De Impedimentis Matrimonij.

CAPVT. LVII.

Sunt quædam de essentia matrimonij, sunt alia quæ sicut in cæteris sacramētis, ita & in hoc magis ad solenitate quandā pertinet. Quæ sunt posterioris generis, contrahendum quidē impediunt matrimonium, sed non dirimunt contractū: Quæ verò prioris, non solum impediunt contrahendum, verum etiā dirimunt contractum: De vtriusque, quod facilius memorie commendari possent, hos versiculos, ante aliquot secula conscriptos legimus.

*Ecclesie vetitum, nec non tempus seriatum
Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri.
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus dispãritas, vis, ordo, legamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibus:
Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.*

Nobis de duobus tantum dicere nunc est propositum, de quibus hoc tempore controuerti maxime videmus, de voto & de ordine.

Venerem nosse fuisse incontinentiæ feminam; aded, peruulgatum est apud omnes, ut inde nomen etiam traxerit omnis obscenitas & libido. Hæc prima fuisse dicitur in Cypro auctor mulieribus, ut vulgo quæstum corpore facerent. Quod ided scribit eam imperasse Lactantius Firmianus, ne sola præter alias mulieres impudica, & viro-rum appetentis videretur, quam tamen inter numina sua gentes retulerunt. Huius exemplo duo Martini, quod & ipsi possent inter hæreticorum numina referri, numinis huius æstio perciti, violato iure iurando quod præstiterunt, ut in castam libidinis suæ explerent, non quibusuis mulieribus; verum eiusdem, cuius & ipsi fuerant ordinis, hoc est, Nonnis: siue quis Sanctimonialis appellare malit, quasi matrimonij coniuncti, auctores fuerunt omnibus, qui corpora sua domino consecrassent, & perpetuam professi continentiam, se voto castitatis obstrinxissent, quo & ipsi contra iuramentum sui religionem perfractis pudoris repagulis, ac ruptis pudicitie claustris, eadem se nefaria turpitudine contaminarent. Quamuis autem non par crimen, non omninō tamen dissimilis causa fuisse videtur imperatoris Valentiniani: qui cum altera vxorem dixisset priore superflite, nec repudiata, quod leuius videri posset facinus a se paratum; si plures eiusdem culpæ affines facti essent, legē tulisse, ac eam promulgati passim iussisse legitur, per quam cuius simul duas

duas vxores habere liceret. Martinorum itaque sacrilega audacia factum est, ut in dubiū illud reuocari cœptum sit, liceat ne voto se castitatis obstringere, aut si quis obstrinxisset se, matrimonium nihilominus contrahere. Quamuis autem nemini, qui catholicæ fidei est, dubium sit, quin & licitum sit vouere castitatem aut continentiam, & quod semel quis vouerit, id ab eo præstari oporteat, quod tamen magis id persuasum esse queat etiam his, qui vacillare non nihil videntur, paucis de eo differendum esse putauimus.

Quod & vouere pium, & quod voueris, præstare necessarium sit, apertiora sunt scripturæ testimonia, quam ut negari possit. Sic enim per prophetā Deus loquitur: Vouete & reddite domino Deo vestro. Et iterum: Cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere. Quod autem cœlibatus votum, pium Deo; gratum sit; vel ex eo cuius perspicuum esse potest, quod & a Christo laudantur eunuchi, qui se propter Dei regnum castrauerunt. Et apud Esaiam sempiternum se illis daturum nomen Deus promissit, quod non peribit. Et de virginibus consilium dat Paulus: qui simul iudicat ad Timotheum scribens, quod quæ vidux ex Ecclesiæ stipe alebantur, voto se perpetuæ continentie obstringebant. Et Philo testatur (quanquam Iudæus) qui fuit Apostolorum æqualis, fuisse tum inter Christianos, qui suam Deo castitatem desponderent. Quam obrem quod afferunt castitatis hostes & continentie, votum cœlibatus fieri contra mandatum Dei, tam aperte vanum est, ut refellere necesse non sit. Nullum enim Dei mandatum proferre possunt, de non vouendo continentiam, quam Deo gratam & acceptam esse, tot locis non obscure scriptura testatur.

Sed hinc illi aliam æquē friuolam rationem adferunt, qua votum cœlibatus parum esse pium demonstrent. Displicere, aiunt, Deo infidelem & stultam promissionem: esse autē infidelem & stultam promissionem, vouere quod præstare non possis: cuius generis esse volunt continentiam: De qua non dubitauit alter ex eis dicere, æquē non esse arbitrij sui, ut se a foemina commixtione seruaret, quā non arbitrij sui, mas sitan foemina. Aded nihil puduit impudens istud os, orbi toti suam incontinentiā restatam facere. Quis autem non videt, si nihil vouendum sit, quod a nobis tanquā a nobis præstari non possit, omnē iam vouendi rationem profus esse sublatam? Nam non modò facere, verum ne cogitare quidē aliquid ex nobis tanquam ex nobis, idonei sumus, ut rectē in altero Concilio A-rcausiano ante mille & centū annos habito scriptū sit: Nemo quicquā domini recte vouerit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur: Quæ de manu tua accepimus, dāmus tibi. Quod si quia periculum est in vouendo, vouendum non est, ergo nemo militet, inquit, Ambrosius, ne aliquando vincatur, nec pedis vratur obsequio, qui gradiendi periculum reformidat, nec oculi intendat officio qui concupiscentie timet lapsum. Locum illum ex Psalmis enarrans Augustinus, Vouete & reddite: monet ut quisque quod potest voueat & reddat. Non sitis, inquit, pigri ad vouendum, non enim viribus vestris implebitis: deficientis, si de vobis præsumetis, si autem de illo cui vouetis, vouere securi, reddetis. Quo in loco cū de alijs votis, tum de voto castitatis & continentie, tanquā pio, Deo; grato copiose disserit. Quod etiā ad Pollentiū scribens inter ea numerat, quæ rectissimè vouentur. Ac inter cætera: Non eos, inquit, terreat sarcina continentie, Lewis erit si Chuffi erit. Christi erit si fides aderit, quæ impetrat a iubente, quod iusserit. Nō eos fragat quod videtur eorum continentia necessitatis esse, non voluntatis, quia & illi qui eam voluntatem delegerunt, fecerunt eam esse necessitatis, quoniā vani sine damnatione ab ea deuiare non possunt, & qui in eam necessitate contrufi sunt, faciunt eam esse voluntatis, si non de seipsis, sed de illo, à quo est bonum omne confidunt. Qui etiam in confessionum libris ad Deū orationem conuertens, ait: Totā spēs mea in magna valde miseratione tua: Da quod iubes, & iube quod vis. Imperas nobis continentiam. Et cum scirem, ait quidam, quia nemo potest esse continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientie scire cuius esset hoc donum, alij dominum & deprecatus sum illum.

Quamobrem non modò non impossibile, verum etiam facile, iucundum, suaue nobis futurum est continere, illo adiuuante qui dixit: Iugum meum suaue est, & onus meū leue. Verum quod dixit Comicus: Nihil est tam facile, quin difficile fiat, si inuitus facias. Sed & illud verum est, quod a Ioanne Chrysolomo scriptum est: Nihil est quod non superet amor cum desiderio: neque potest tam esse quicquam difficile, tam durum, tam molestum, quod non facile, iucundum, & suaue sit amanti. Sicutbi vera est fides, non illa sola, quæ triginta his annis prædicari cœpta est, quam Iacobus vocat mortuam: sed illa de qua dicit Paulus, quæ per charitatem operatur, nihil credenti & amanti difficile, atque aded nihil non erit cum primis leue & suaue. Qui Pythia cantat, scripsit quidam, abstinentuit Venere & Baccho. Deinde verò, qui ferarum capiendarum desiderio tenentur, eorū quanta sapē sit abstinentia, vel Hyppolitū docemur exēplo. Postea verò, quā iam ijdē in fri

Vouere pium, & præstare necessarium.
Psalm. 75.
Deuter. 23.
Cœlibatus votum pium.
Matth. 19.
Esa. 56.
1. Corin. 7.
1. Timoth. 5.
In libro de viri-
na Apostolicis
Conueniam
& castitate
seruari posse.

Eccles. 5.

Lutheri impu-
dentia.

1. Corin. 3.
Cap. 11.

1. Par. 19.
Ambros. de
viduis.

Psalm. 75.

Aug. lib. 1. cap.
24. de aduer-
sariis coniugij.

Matth. 11.

Iaco. 1.

Lib. 1. cap. 19.
Sapient. 8.

Amanti nihil
difficile.
Chryl. hom. 64.
ad populu An-
tiochenum.
Iacobi. 2.
Galat. 5.

Venatorum & mercatorum abstinentia.

gore & astu perferendo patientes sunt, quæ non adeunt vitæ pericula? Ab equis, à fossis, à præcipitijs, à fluminibus, à feris, quibus aliquando temerè sese committentes, immaturam quandoque mortem obeunt, nullam tamen ex eo sentiunt molestiam, quin magis voluptatem maximam. Quem verò faciendæ rei tenet studium, dum

Impiger extremos currit mercator ad Indos Per mare pauperem fugiens, per saxa, per ignes.

Nonne & illius videre sæpè licet abstinentiam singularem? qui plurimis præterea vitam suam exponit periculis & molestijs.

Si tantum potest amor & desiderium ferarum capiendarum, si tantum potest amor & desiderium pecuniæ cumulanda, quam tamè relinquit homo necesse est, cum ex hac vita migraverit, sicut scriptum est: Dormierunt summum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis: non multò poterit amplius amor & desiderium illius, qui vita nostra est, & quidem vita sine fine beata. Itaque verè dictum est ab Augustino. Nihil est tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cum se anima rapit in Deum, super omnem carnificinam libera & admiranda volitabit pennis pulcherrimis & integerimis, quibus ad Dei complexum amor castus innititur. Nisi verò amatores auri, amatores laudis, amatores sceminarum, amatoribus suis Deus sinat esse fortiores, cum ille non amor, sed congruentius cupiditas vel libido nominetur. In qua tamen apparet quantus sit impetus animi ad ea, quæ diliguntur indeflexo cursu per immania quæque tendentis, argumento que nobis est, quam sint omnia perferenda ne deseramus Deum, si tanta illi vt deserant perferunt. Huius igitur amoris igne inflammati sancti Apostoli & martyres, non ab vxorum complexu tantum abstinerunt, verumetiam cum cæsi essent, ibant gaudentes à conspectu concilij, quia digni habitii sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quibus vsque eo durum non fuit, aut, quod isti volunt, impossibile, suauem Christi in continendo, vt non modò carnis concupiscentias frenarent, verumetiam vltro pro Christo mori expeterent. Sic Andreas cum crucem sibi paratam esse conspicatus exclamasse legitur: O bona crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens venio ad te, ita & tu exultans suscipe me, discipulum eius qui pependit in te. Sic Laurentius vltro Sixto commori cupiens: Quò progredieris, inquit, sine filio patris? quò sacerdos sine ministro properas? cum que extrinsecus arderet beatus martyr in craticula positus tyranni sceleris incendijs, maior eum intrinsecus Christi amoris flamma torrebat: & quamuis rex improbus ligna subijceret, ac grauioribus incendijs cruciaret, tamen sanctus Laurentius has flammam si dei calore non sensit, & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est ei omne quod patitur. Sic Paulus cum quinquies quadragenas à Iudæis accepisset, ter virgis cæsus, semel lapidatus esset: Quis ergo nos, inquit, separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius, Sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis: Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Voluptatè, quæ mortem vincere facilius.

Hic mihi respondeant isti delicati martyres, qui siue animi, siue corporis aliquo modo laborent, nullum sciunt aliud remedium, præter scemineas carnes, aut quadrupedum & volatilium: utrum sit difficilius, vtrum ab homine præstari minus queat, carnis vt stimulis resistat, an imminens mortis terrorem superet, ac illos cruciatus non difficulter ferat, quos tot millia sanctorum martyrum, etiam ex fragili femineo sexu tanta animo rum alacritate legimus perculisse? Certè cessare stimulos carnis fateamur necesse est, vbi vel metus tantum grauioris alicuius periculi impenderet: adeò motus huius est & impulsio vehementior. Et tamen potuerunt illi, quæ sunt multò grauiora, potuerunt non solum viri, verumetiam scemina & sexus & ætatis tenerioris: potuerunt autem in illo, qui confortat omnes in se sperantes, Christo. Qui cum viuat in nobis, cum operetur in nobis & velle & perspicere, quid est quod illo faciente, vt faciamus, facere non possumus?

Christus vincit in nobis. Phil. 4. Philip. 2.

Ipe enim est qui in pugna nostra congredditur. Considera, inquit, Chrysothomus, præsentem te Deo te cum hoste pugnare: fauet ille vt vincas, fauet vt obtineas, ac paulò post: In tua pugna dominus congredditur, dominus dimicat, dominus præliatur, & victoria tibi adscribitur: certamen tuum, Dei certamen est: prælium tuum, Christi prælium est, Quid trepidas? Quid formidas? quasi tua virtute deuincas. Prehede arma, procede in bellum, fortiter dimica, vt dimicanti vnde ille qui vinci non potest. Quem sequutus Augustinus: Non enim, inquit, nõ habes vnde pugnes, Deus tuus in te est, spiritus bonus datus est tibi: spiritus Dei est, qui

Hom. 43. de verbis domini Luc. 11.

qui pugnat in te, aduersus te, aduersus illud quod est in te, contra te. Hoc est quod de Antonio scribit Athanasius: Adiuuabat feruum suum dominus, qui nostri gratia carnè suscipiens, victoriam corpori contra diabolum largitus est, vt singulis ita certantibus, apostolicum liceret proferre sermonem: Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Franciscitur cum habeamus quæ adiuuet infirmitatem nostram, confidenter dicat quilibet homo Christianus, claraque voce pronunciet: Omnia possum in eo, qui me confortat. Continentiam iubet Christus? da quod iubet, & iube quod vis. Iubes vt non modò carnis, verumetiam oculorum concupiscentiam superes? da quod iubet, & iube quod vis. Iubes vt à fastu quoque me contineam? da quod iubet & iube quod vis. Iubes vt cruciatus pro tuo nomine perferam, vt vitam etiam cum sanguine profundam? da quod iubet, & iube quod vis: Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Si consistat aduersum me castra, nõ timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Omnia possum in te, qui confortas me. Si dicat, sic faciat strenuus Christi miles: neque cum in acie fuerit contra hostem cõllocatus, simul vt leuis aliqua impressio facta fuerit, abiecto fidei scuto, statim fugiat & clamet: Non possum, non habeo Dei donum. Mulier quadam filium in prælium euntem, dato illi clypeo, sic adhortata legitur: Fili, aut hunc, aut super hunc, Laconica breuitate filium instruens, ita rem in bello gerendam, vt aut victor clypeum laxaret, aut mortuus in eo domum reportaretur. Hoc sibi quoque Christi miles, contra carnem, contra mundum, contra diabolum prælium inturus, dictum existimare debet, vt aut cum fidei scuto vincat hostes, aut in fide moriatur intrepidus: neque dicat, non possum, sed Christo dicenti credat, omnia possibilia sunt credenti: & iterum atque iterum repetendo dicat cum Paulo, claraque voce pronunciet, omnia possum in eo, qui me confortat. Neque dispiciat in qua re confortetur à Deo, qua non: impium est hoc de Deo cogitare, quod aut nolit is, qui fons est totius bonitatis & liberalitatis, omnes in omnibus æquè confortare, aut non possit, quem omnipotentem in fidei nostre simbolo profiteamur. Omnibus ad omnia semper præstò adit gratia Dei Saluatoris nostri, qui dat donum castitatis coniugibus, qui confortat eos, vt quo se sacramento inuicem obstringerunt, id iniuoluntur obseruent, etiam si vel per absentiam, vel per aduersam valetudinem alter alterius corporis potestatem habere non possit: idem & cõlibatum professis continentia donum dat, & aduersus carnem pugnantem confortat, modò postulent ab eo, qui dat omnibus affluere: postulent autem in fide nihil hæsitantes. Quòd si non impetrant, non Deo culpam assignent, quasi vel noluerit is, vel non potuerit, cum & velit omnia nostra causa, & possit omnia, sed se potius, non eam fidem ad apostulandum attulisse putet, quæ potuerit impetrare.

Paulus cum hanc materiam tractaret, noluit dicere: Qui non possunt continere nubam, sed qui non continentiaque; Christi exemplo, qui & ipse non dixit: non omnes possunt capere: ne quis fati rem esse putaret, sicut Origenem secuti, Hieronymus & Chrysothomus annotarunt: Sed non omnes capere verbum hoc. Possumus enim in eo qui nos confortat, sed non volumus omnes non adhibemus illud studium quod oportet, non accedimus ea fide qua oportet, ad eum precandam, cuius hoc misericordia possumus. Non enim sumus sub lege bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus sub gratia, quæ id quod lex iubet facies nos amare, potest liberis imperare. Gregorius Nazianzenus explicans illum locum, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Cum audis, inquit, quibus datum est, adde, datum quidem his qui volunt & qui assentiuntur. Quem præceptorè suum secutus Hieronymus, datum est, inquit, his qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperet, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & querens inueniet, & pulsanti aperietur. Omni, inquit, petenti non coniugato tantum, sed & cõlibi cuiuscumque sexus, cuiuscumque sit ordinis, omni petenti dabitur. Ac ne quis putaret hoc aut illud petenti datum iri, dicit alio loco: Quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. Quòd dicitur que petieritis patre in nomine meo, dabit vobis. Omnia quecumque orantes petitis, credite te quia accipietis, & etenient vobis: nihil profus excludendo, cum omnia que habemus dona sint illi: neque boni quicquam illi dono illius habere possumus. Ioannes Chrysothomus, Non dixit, si quadam libidinis vi cogatur, si transuersè agantur, si non possunt. Nihil omnino posuit eiusmodi, quod aut vni allatam ostendat, aut venia dignum sit. Verum qui dicit, inquit: Si verò se non continent, nubant: quod eorum voluntati tribuendum est, qui propter pigritiam nolunt elaborare. Demonstrat enim, ipsos rei facultatem habere; ob id minus eam perficere, quod laborem defugiunt. Etiam pudicitiam coniugalem Dei donum esse beatissimus Paulus ostendit, vbi de hac re loquens, ait: Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, & si infert quidè sit, alius verò sit. Ecce & hoc, inquit, Augustinus, donum esse dixit à Deo, & si infert

In vita eia. 1. Cor. 15. Rom. 8. Phil. 4. Mat. 5. Iob. 17. Psal. 26. Phil. 4. Ephe. 6. Plutarcius in Apophthegmat. Laconicis. Mar. 9. Phil. 4. Deus præstò adest semper. 1. Cor. 7. Iacob. 3. 1. Cor. 7. Mat. 19. Ori. tract. 7. in Mat. Hic. l. 3. in Mat. Chryl. hom. 63. in Mat. Aug. de continentia cap. 3. Naz. oratio. 31 Rom. 6. Math. 19. Math. 7. Ioan. 15. Mat. 11. De Virginitate cap. 39. 1. Cor. 7. Pudicitia coniugalis Dei donum. 1. Cor. 7. Au. de nuptijs & concupiscentia ad Valerium lib. 11.

Et de bono per-
seuerantia 1.14

rius quam illa continentia, in qua volebat omnes esse sicut seipsum, tamē donum à Deo. Vnde intelligimus, cum hæc præcipiuntur vt fiant, nihil aliud ostendi, quam inesse nobis oporteret ad hæc accipienda & habenda, etiam propriam voluntatem. Non solum carnis desideria frænare, sed oculorum etiam concupiscentiam domare, factum quoq; calcarē, deniq; à quocunq; alio crimine abstinere Dei donum est.

Blasphemia
Phil.

Quid ergo? non posse me dicam, quia non est mihi datum? Non ergo penes me culpa erit, sed penes Deum, qui mihi donum hoc non est impartiri dignatus. Huc tandem impietatis prolapsi sunt isti, vt Deum malorum auctorem, quin etiam impulsorem facere non dubitent: dum nihilo plus in nobis libertatis esse asserunt, quam in stipite vel in trunco: Quorum etiam hæc est blasphema vox: Non minus proprium opus esse Dei iude proditorem, quam Pauli vocationem. Sic error alius ex alio gignitur, & illa vet' ac pridem iam sopita Simonis hæresis & Manichæi resuscitatur. Interea tamen qui hæc tam impia dicere veriti non sunt, tanquam idola quædam coluntur à multis, & quod scriptum ab illis est, quamlibet pugnet cum Euangelio, Dei tamen verbum & Euangelium vocatur: neque alio iam loco, quam quo scriptura Canonica habetur: Adeo sunt, proli dolor, mentes hominum excæcata. At non ita nos docet Chrysostronus. Omnium, inquit, facilis virtus est, si velimus & in cælum ascendere, velle tantum oportet, & omnia poterunt. Propterea quod Paulus dixit, volo omnes homines esse sicut me ipsum. Sed qui fit, ais, quod multi non possunt, quia multi nolunt: Nam si voluerint, omnes poterunt. Propterea quod Paulus dixit, volo omnes homines esse sicut me ipsum. Quandoquidem sciebat quod omnes poterant esse sicut ipse. Neque enim ita dixisset, si foret hoc impossibile, vis fieri sicut fuit Paulus, incipe modò, & opus ipsum aggredere. Dic mihi si quam artem assequi cupimus, num nobis velle sufficit, an rem etiam ipsam aggredimur? ac nonnullis interiectis: sic & in omnibus alijs, non sufficit velle tantum, sed oportet opus ipsum aggredi. Cum enim cælum ingredi velis, nihil aliud quam velle te dicis. At, inquis, paulò ante dixeras, quod sufficit velle: sufficit, inquam, velle, sed cum opere quando quis laborat vt rem ipsam aggrediatur. Habemus quippe adiutorem & cooperatorem Deum, modò vt rem aggrediamur, modò ad opus accedamus, modò solliciti simus, modò animum aduertamus, & omnia sequentur. Si verò dormierimus, & stertentes putauerimus nos ingredi cælum, nunquam regni cœlestis hereditatem assequi poterimus. In te est vt possis, quia in te est vt velis. Quia Zachæus idcirco potuit, quia voluit: & alius idcirco nō potuit, quia noluit. Ita enim velle efficit posse, vt efficit nolle nō posse. Magna enim vis est voluntatis, quæ nōs efficit posse quod volumus, & nō posse illa quæ nolumus. Et ex voluntate nostra diuinitus celebratur iudicium, vt homo quicquid non voluerit eligat, & quod elegerit ex eo ipso iudicio cœlesti subiaceat. Nec enim quisquā poterit excusari quasi voluerit, & nō potuerit, cum constet eum idcirco non potuisse quia noluit, & nolens volentis exemplo damnetur, & volens voluntate propria quia impleuit quæ voluit inuneretur. Sed nos ad institutum redeamus.

Chryf. hom. 16.
ca. 9. ad Hebr.

Planum iam fecisse videmur, neque aduersari Dei mandata votum cœlibatus, nec esse eiusmodi, quod homo Deo fretus præstare non possit. Est quidem ita, si nostras ipsorum spectemus vires, nos non posse: sed possumus, si fiduciam omnem in illo collocemus, qui paratior est ad præstandum, quam simus nos ad petendum cum vera fide. Quem autem offendit, quod continere facile, iucundum, & suaue esse dixerimus Deo adiuuante, quid is diceret, si Chrysostroni locum illum inspexisset, vbi contra eos declamans, qui similiter concubitum, voluptatis quiddam habere, continentem autem voluptatem habere non posse: vt qui bellum cum natura tyrannide sine intermissione gereret, vociferabatur. Imò contra, inquit, res est, violentia, nanque & turba penes impuros est maior, tumultus ingens & qualibet tempestate sauior: sic ille habet, vt nunquam ad cupiditatis congressum consistat, vinctus assidue cadat, quemadmodum dæmoniacci malignis spiritibus agitati. Contingens autem ille, prælio victor, hanc assidue prostermit, nobilissima & infinitis præstantiore voluptate potitur, simul ipsa victoria & conscientia bona & splendidissimis trophæis perpetuo fulgens. Itaque dici non potest, quanta continentium hominum voluptas sit, vt qui coronam sibi ipsi concinnent: & præmia consuetudinem angelorum, & toto orbe terrarum præconium, libertatem, spem certam & immortalem. Certè quod cum tanta voluptate coniunctum est, id non potest esse non facile, iucundum & suaue. Quid diceret si Basilium legisset his verbis ea de re disserentem? Ne dixeris, quomodo ascendam in cælum, vt virginis meæ integritatem inde deducam: aut quomodo descendam in abyssum, vt eam dudum à Diabolo corruptam mihi ipsi recuperem? Sed quid? propè te est, inquit, & secundum naturam tibi ingene-

Chryf. hom. de
Zachæo.

In priorem ad
Corin. hom. 37.

Continentiæ vo-
cupat.

Basil. in li. de
virginitate.
Rom. 10.

ingenerat virginitas: Neque igitur maria transferre, vt eam acquiras tibi opus est, neque aërem immensum peruolare, neque terrarum tractus hanc inuestigando circuire, aut è terris euolare, cœlumque pro ea inuenienda lustrare: sed omnia cura superflua locorum spacia & interualla peragrando, teipsum vt te habeas diligentius inspicere, atq; hanc in te per naturam operam abditamque reperies. Quod secundum naturam est, sicut scribit Basilium, qui d in eo difficultatis, quid esse potest laboris & molestiæ? quid non voluptatis potius? Quid diceret? si Theodoretum legisset: qui vitam describens Domina, quæ trigessimum in religiosa historia locum obtinet: cum innumeras fuisse virginum & continentium scholas dixisset, non in sua tantum regione, sed in toto oriente, quod earum & Palestina & Ægyptus, & Asia, Pontus & tota demum Europa plena esset: causam redere volens, cur genus hoc vitæ plurimi turmatim sequerentur. Ex quo enim, inquit, Christus Dominus honorauit virginitatem, vt qui natus sit ex virginitate, præta virginitatis natura germinauit, & hos suaue olentes & qui non marcescunt, flores offert creatori. Nos tamen quicquid esse facilitatis in ea re diximus, illius gratie tributimus, qui adiuuat infirmitatem nostram: qui simul vt sui charitatem diffuderit in cordibus nostris, nihil potest esse tam difficile, quod nō facile etiam statim fiat, iucundum & suaue. Quod ipsum facit idem ille Theodoretus, cuius paulò ante meminimus: qui sanctorum certamina describitur, quomodo mundum, diabolus, & carnem vicerunt: Eis autem, inquit, præbuit victoriam non natura, ea enim est mortalis, & innumerabilibus que impetus: Diaboli autem procellas strenuè repulerunt. Hæc Theodoretus in historiae suæ religiose præfatione. Quem librum concludens: Nullus, inquit, ex his, qui sunt extra horum Philosophiam, horum offendit tolerantiam: Si autem nullus ex alijs hominibus potest talibus resistere laboribus, clarum est, quod amor in Deum efficit, vt naturæ terminos transirent, & superna flamma atensis, libenter ferunt impetum frigoris, & qui à superis descendit rote flammam radiorum mitigant.

Rom. 8. 5.

Theodor. in
Theophili.

Theodoretus in
præfatione hist.
religiosæ.

Quam facilitatem qui nondum est consequutus, extat apud Cassianum Ioanis Chrysostromi discipulum, Cheremonis consilium, quemadmodum ad eam peruenire possit: id sequatur licebit. Interrogatus Cheremon, quanto tempore possit acquiri & perfici castitas? Temerarium est, inquit, super consummatione castitatis, in tanta præsertim vel voluptatum diuersitate vel virium, certam temporis definire mensuram, rationem tamen obseruanti & temporis modum quomodo eius possibilitas agnoscat, constantissimè possumus præfinire. Quisquis abstractus à cunctis ociofis confabulationibus, & mortificatus, ab omni solitudine, curaque mundana, duobus tantum paximacijs fuerit quotidiana refectio contentus, & aqua facietate subtrahita, quietem somni trium, vel vt alij statuerunt, quatuor horarum spacio terminauerit, nec tamen laborum aut continentie huius merito, sed miseratione domini eam se crediderit adepturum, quia sine hac fide va na est omnis laboris humani intentio, non amplius quam sex mensibus perfectionem ipsius impossibilem sibi esse cognoscat. Sed & ante Cheremonem Origenes: Nutrimen ta spiritus sunt, diuina lectio, orationes assidue, sermo doctrina: his alitur cibus, his conualecit, his victor efficitur. Quod quia non facitis, nolite queri de infirmitate carnis: nolite dicere quia volumus, sed non possumus: volumus continenter viuere, sed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ: tu eam aduersus spiritum tuum armas, & potentem facis, cum eam carnibus fatias, vino nimio inundas, omni mollicie palpas & ad illecebras nutris.

Cass. in colla-
tionibus patrū
col. 12. cap. 15.
Continentia seu
Castitas quan-
to tempore acquiri
et persequi possit.

Continentie
nutrimen ta
remedia.
Orig. homil. in
Leuit.
Galat. 5.

Cœlibatus vo-
to cur se impli-
cent nonnulli.
Hier. 17.
Malact. 1.

Philip. 2.

Ioan. 10.

Euangelicis
cupiditas.

Verum adduci multi creduntur, vt se voto cœlibatus implicent, non vt quod voverint præstent, sed vt, cuius rei causa voverint, honoribus & opibus potiantur. Sed hac de re solus Dei iudicium est, qui scrutatur corda & renes. Vtinam autem non multi sint, de quibus id non verius quam Ecclesiæ expedit: existimari possit. Vetus est autē illa Dei querela, quod nemo vel ostia claudat, vel incendat altare gratuito: Quin & quo tempore quo Episcopi & presbyteri, tot fuerunt propè martyres, à Paulo scriptum ad Philippenses legitimus his verbis: Spero, inquit, Timotheum me cito mittere ad vos, vt & ego bono sim animo cognitis quæ circa vos sunt: neminem enim habeo tam vnanimem, qui syn-cera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt quaerunt, non quæ Iesu Christi. Quod si verè dictum est illo tempore, nōstro seculo multò verius dici potest, quo mercenarios multos, raros admodum pastores videre licet. Apud eos etiam, qui Euangelici malunt appellari, quam Christiani, quocumqueque reperire licet, qui gratias prædicet Euangelium? Quorundam ex his tanta fuisse fertur cupiditas, vt expleri nō possent.

thionium an pu
guent inter se.

Ang. de nup. &
concupisc. ad
Valerium.
lib. 1. cap. 7.

Nuptia bone
sunt, sed libido
mala est & cu
ord. sacro pug
nat.

1. Cor. 7.

Peccatum orig.
1. Sam. 50.

1. 1. de libero
arbitrio. cap. 2.

Hebr. 13.

Coniugium cō
munitio sine vo
luptate fieri nō
potest, ideo cul
pa non caret.
Interrogationū
cap. 10.

sacramentum est, à sanctis patribus didicimus: Caterum que sunt à matrimonio iun-
ctis, quæ citra ruborem nominari non possunt, ea cum sacerdotio pugnare vehementer,
ab Origene, Ambrosio, Hieronymo, Beda, cæteri que viris non doctrina magis quam pie-
tate præditis excellenti, docemur. Neque verò mirum id alicubi videri debet, si matrimo-
nii siue nuptiarum bonum à malo concupiscentiæ discernimus: quod aliquando fecisse
Augustinum Pelagius, Iulianus, Cælestius hæretici reprehendebant: Caterum is, non so-
lum ratione subtili, verametiam vulgarissimo iudicio naturali, quod in primis illis hō-
minibus apparuit, hodieque tenetur etiam ab hominibus coniugatis, illud discerni do-
cuit. Quod enim, inquit, illi postea propagatione fecerunt, hoc est connubij bonū: quod
verò prius confusione texerunt, hoc est concupiscentiæ malum. Proinde nuptiæ quia etiā
de illo malo aliquid boni faciunt, gloriantur: quia verò sine illo fieri non potest, erubescunt,
Tanquam si quispiam pede viciato ad aliquod bonum etiam claudicans perueniat:
nec propter claudicationis malum, mala est illa peruentio, nec propter illius peruentio-
nis bonum, bona est claudicatio, ita nec propter libidinis malum nuptias condemnare,
nec propter nuptiarum bonum, libidinem laudare debemus. Bonæ sunt itaque nuptiæ,
sed sine qua bonum nuptiarum fieri non potest, mala est libido. Atque hæc est, cui repu-
gna ordo, quæ tam turpis est, vt eam etiam ipsi turpes, turpitudinem vocent? cuius licet
sint amatores, ostentatores esse non audent. Cuius tanta est feditas, vt etiam copulatio
coniugalis, quæ secundum matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum sit
causa liberorum, latebras ad subterfugiendum hominum conspectum, & remotum ab
arbitris cubile conquirat. Certè non qui bene, sed qui malè agit, odit lucem, dicit Chri-
stus: Omnia verò rectè facta in luce collocari volunt. Hæc igitur opera tenebrarum pu-
gnant cū sacerdotio maxime, cuius opera in luce collocari volunt. Quod si illa sic exerce-
ri possent, quemadmodū ante peccatum ea primi nostri parentes exercuissent in paradiso,
nihil vt aliud quam liberorum procreatio spectaretur, cum sacerdotio non pugnaret.
Nunc illorum peccato factum est, vt sine peccato (quod tamen nisi modum excedat non
imputatur) opera nuptiarum exercere non liceat. Et hoc est illud peccatum quod voca-
tur originis, de quo dixit etiam Propheta: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in pec-
catis concepit me mater mea. Qui verò sequutus est Augustinum Faustus: Ordinatio nu-
ptialis, inquit, ex benedictione cœpit. Interim nuptiarū munus adhuc in paradiso à crea-
tore concessum, & earum vsus extra paradysum iam sumpsit exordium. Peccatum in me-
dio fuit igitur generationem & concupiscentiam: Quicquid præcepto diuina constituit,
hoc laudo: quicquid humana præuaricatio adiecit, hoc reprobo. Quomodo si aliquis a-
tro inquinamento cædorem vestis aspergat, non displicet factura, sed macula, vestimenti
non amittit vsum, & si perdidit dignitatem: futura enim erit indubitanter casta & syn-
cera generatio, si non intercessisset inimica transgressio. Sed immaculatos thoros caro
maledictioni addicta maculauit, & per superbiam spiritum, simplicem corruptum affectum:
& sicut immortalitatis priuilegium, ita donum perdidit puritatis. Non in querelam voca-
tur nuptialis gratia, sed obscenæ passionis iniuria. Non aurum in culpam venit, sed
quicquid auro obrizo adulterinum fraus iniquitatis admiscuit. Ante vtrunque verò Am-
brosius. Non habebant, inquit, parentes nostri in paradiso quo cōfunderebantur. At nunc
licet bona sint coniugia, tamen habent quod inter se ipsi coniuges erubescant. Quæsiue-
rat autem Augustinus à Gregorio pontifice, qui miserat eum in Angliam. An vir suæ con-
iugis permissus, antequam aqua lauaretur, Ecclesiam intrare posset, vel ad mysterium sa-
cre communionis accedere? Cui post alia multa sic respondet Gregorius. Romanorum
semper ab antiquioribus vsus fuit, post admixtionem propriæ coniugis, & lauacri puri-
ficationem querere, & ab ingressu Ecclesiæ paululum reuenter abstinere. Nec hæc dicē-
tes deputamus, culpam esse coniugium, sed quia ipsa licita admixtio coniugum sine volu-
ptate carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse
sine culpa nullatenus potest. Non enim de adulterio vel fornicatione, sed de legitimo cō-
iugio natus fuerat, qui dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis
concepit me mater mea. Qui enim in iniquitatibus conceptum se nouerat, in delicto se
natum gemebat, quia portat arbor in ramo humorem vitij, quem traxit ex radice. In qui-
bus verbis non ipsam admixtionem coniugum iniquitatem nominat: sed voluptatem
admixtionis. Sunt enim multa licita, ac legitima, & tamen in eorum actu aliquatenus
scdamur, sicut sæpè irascendo culpas insequimur, & tranquillitatem animi in nobis per-
turbamus. Et cum rectū sit quod agitur, hoc est tamen improbable, quod in eo animus
perturbatur. Contra quippe vitia delinquentium iratus fuerat qui dicebat: Turbatus
est à furore oculus meus. Quia enim non valet nisi tranquilla mens in contemplationis
lucem se suspendere, in ira suum oculum turbatum dolebat, quia dum malè acta deor-
sum

sum insequitur, confundi atque turbari à seniorum contemplatione cogebatur. Et lauda-
bilis, ergo est ira contra vitium, & tamen molesta, quia turbatum se reatum aliquem in-
currere aestimabat.

Quod si sacerdotem esse, nihil esset aliud quam prophetam esse, verbi que ministerio
fungi, ne sic quidem licitum illi futurum existimat Epiphanius, vt mariti officio funga-
tur: sic enim ille scribit: Nunquid inhonestæ sunt nuptiæ? num impurum cubile? ar à pro-
phetis & pōtificibus prohibetur propter maius ministerium. Nā postquam prophetauit
Moyse, nō amplius vxori coniūctus est, nō amplius liberos genuit, nō amplius gignit ta-
lis: habet em̄ vitā domino vacante: Vacare autē domino nō potest, qui mariti officio fun-
gitur. Multò min⁹ licitū esse videtur ei, qui sacrificiū indefinēs oblaturus est, quod impe-
diri certū esse scribit Origenes his, qui coniugalibus necessitatibus seruiūt. Ac videtur ei
quod illius solius est offerre sacrificium indefinēs, qui indefinēti & perpetua se de-
uouit castitati. Si laicus & quicumque fidelis, dicit Hieronymus, orare non potest, nisi
careat officio coniugali: sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, sem-
per orandum est: ergo semper carendum matrimonio. Nam & in veteri lege, qui pro po-
pulo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad te-
& vxoribus separati: & vinum & siceram non bibebant, quæ solent libidinem pro-
uocare. Et alio loco. Quod si indignè, inquit, accipiunt mariti, non mihi irascantur, sed
scripturis sanctis, imò Episcopis, presbyteris, & diaconis, & vniuerso choro sacerdotali
& leuitico, qui se nouerunt hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali. Sic &
Ambrosius enarrans illa verba: Diaconi sint vniuersi vxoris viri. Veteribus idcirco conce-
ditur leuitis aut sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multum temporis ocio va-
cabant à ministerio aut sacerdotio: multitudo enim erat sacerdotum, & vnusquisq; cer-
to tempore seruiēbat diuinis ceremonijs. Nunc autem septem diaconos esse oportet, ali-
quos presbyteros, vt bini sint per Ecclesias, & vnus in ciuitate Episcopus: ac per hoc
omnes à conuentu feminae abstinerere debent: quia necesse est eos quotidie præsto esse in
Ecclesia, omni enim hebdomada offerendum est, etiam si non quotidie peregrinis, inco-
lis tamen vel bis in hebdomada. Si plebeis hominibus orationis causa abstinere se præci-
pit, vt vacent orationi: quantò magis Leuitis aut sacerdotibus, quos die nocte que
pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiores ergo esse debent ceteris, quia actores Dei
sunt. Eadem in fine primi lib. officiorum repetit. In eandem sententiam scribit, qui eius
fuit æqualis Syritius epistola. 4. cap. 9. Beda quoque venerabilis: Vicis sua tempore pon-
tifices templi tantum officijs mancipati, non solum à complexu vxorum, sed ab ipso quo
que domorum suorum abstinēbant ingressu: vbi nostri temporis sacerdotibus, quibus
semper altari seruire iubetur, perperuō seruanda castitatis exemplū datur. Quia enim vti
sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quæretur, necessariò tempus substituenda sobo-
li procurabatur: quia nunc non carnalis successio, sed perfectio spiritualis inquiritur,
consequenter sacerdotibus, vt semper queant altari assistere, semper ab vxoribus conti-
nendum, semper castitas obseruanda præcipitur.

Non pugnat igitur esse maritum & sacerdotem: sed pugnat inter quotidianos vxoris
amplexus versari, & celestia mysteria tractare: cum præsertim sui corporis maritus pote-
statem non habeat, sed vxor: quam quoties id exigit, ei fraudare fas non est. Porro diuina
mysteria liberum hominem requirunt, qui suæ sit, non alienæ potestatis. Quam obrem
non apud orientales modò, verum & in nostra hac occidentali ecclesia nihil impedit, quo-
minus qui maritus est, fiat idem sacerdos: modò consentiente vxore, ac se quoque ipsa
Deo deuotē, quæ mariti sunt, ea præstare desinat: His enim præstandis ita totus ani-
mus & corpus impenditur, vt submergi mens, & caro tota fieri videatur: sicut ab Augu-
stino quoque legitur annotatum, Corpus autem Christi quod sacerdos cōficat, cum sit
spirituale, nihil est quod magis resurgat quam carnem. Quod vel illa Dei verba satis indi-
cant: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt. Qui semel
vxorē duxit, quoad illa vixerit, etiā si diuortij factū sit, maritus tamē illius esse nūquam
desinit: Caro viri, caro semper vxoris est: caro vxoris, caro viri est: neutri⁹ vt potestati ter-
tius aliquis habere possit. Sed si cesserit vltro cōiunx iure suo, quod habet in viri carnē, ac
suā quoque Deo carnem consecrauerit, iam & marito licebit ad eundem modum se Deo
dicare, sacerdotio que fungī. Sic Petrus non fuit vxor impedimento, quò minus Christi sic
ret Apostolus: sed quò eam tamen reliquerit Christum secutus, vel hæc ipsius verba tes-
tantur, cum dicit: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?
Clarius autem id ex responso Christi colligitur: Omnis, inquit, qui reliquerit domum,
vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem propter nomen meum, centu-
plum accipiet. An autem reliqui Apostoli coniuges habuerint, quoniam hoc de illis rela-
tum non est, videtur Hieronymo verisimilius esse quòd non habuerint.

Epiph. her. 7. 8.
cont. Antidoma-
mianitas.

Amb. in exhor-
tatione ad vir-
gines.
Ori. hom. 23. in
Num.
Hier. cont. Iou.
lib. 1.
1. Cor. 7.

Leui. 10.
Ezech. 4. 4.

Num. 6.
Hier. in apolog.
pro libris aduer-
sus Iovin. Ier. p.
Amb. in epist.
ad Tit. cap. 1.
Diaconi septem
sacerdotes bini
per ecclesias, &
episcopus in ciui-
tate vnus quid
facere debeant.

Beda in 1. cap.
Luc.

1. Cor. 7.

Mysteria diui-
na liberum ho-
minem requirunt

Aug. 1. 4. cō. 10.
Iuan. ca. 14. &
de ciuit. Dei
li. 1. 4. ca. 16.
Gene. 6.

Apostoli Chri-
sti sequentes re-
liquerunt vxores
Matt. 19.

Apostol. reli-
qui à Petro an-
vxores habue-
runt.

Quod

Hierol. i. cont. Iovinianum.

Questio Corinthiorum.

1. Cor. 7.

Hierol. i. cont. Iovinianum.

Tertul. in li. de monog.

Amb. in Pauli Aug. in ep. 100

in li. 1. de serm. doctin. in monte.

Greg. li. 6. ca. 1. in li. Reg. 1.

Cle. li. 3. Strom. Chys. in com. mentarijs.

Epip. Har. 78.

Theod. in Epit. decret.

Oecum. in com. mentarijs.

Theoph. ibidem Fulg. epist. 2.

ad Galliam de statu vid.

Et ad Probam de virginit.

1. Cor. 7.

Vnusquisque uxorem suam habeat, explicatur.

Quod autem est nouum hoc Apostolorum genus, qui cum veri Christi Apostoli dicitas vxores reliquerint, Euangelij studio, nec duxerint, cum nulli fuerit interdictum: non putant se suum Euangelium profiteri posse, nisi contra ecclesiam interdictum vxores duxerint? Inter septuaginta discipulos, maritos fuisse nonnullos credibile est, quos tamen & ipsos posteaquam Christi discipuli facti sunt, Petri exemplo, cum vxoribus commercij deinceps nihil habuisse dubitandum non est. Ea res occupationem dedit Corinthijs ex Paulo sciscitandi, quandoquidem videbant Christi discipulos vxores suas relinquere, neq; deerant, qui id ab omnibus in Christum credentibus fieri oportere dicerent, num sibi quoque relinquendę vxores essent posteaquam semel in Christum credere coepissent. Inter cetera dicit Hieronymus, Cotinthij per literas quęsierant, vtrum post fidem Christi cęlibes esse deberent, & continentię causa vxores, quas habebant dimitterent, an se virgines credidisset, iniret matrimoniu. Quibus respondes Paulus. De quib; inquit, scripsisti mihi, querętes an ad fidę cōuersis cū vxorib; cōmmerciū habere maritis liceret: bonū est homini mulierē nō tangere, hoc est, ab vxore abstinere: propter fornicationē autē vnusquisque habeat vxorem suam, & vnaquęque virum suum. Non dixit, ait Hieronymus, vnusquisque ducat, sed vnusquisque habeat vxorem suam: inquit, habeat, sua vtatur, quā habet antequā crederet. Neque solus Hieronymus, verū & ante eum, Tertullianus, & æquales Hieronymi, Ambrosius & Augustinus, & qui secuti sunt vno & altero post seculo, Gregorius & Fulgentius latini: tum autem Clemens Alexandrinus, Ioannes Chrysostomus, Epiphanius, Theodoritus, Oecumenius, Theophilactus greci, Pauli locum hunc de coniugatis intelligunt. Liber autem adscribere verba Sixti, in libro de castitate, quemadmodum à Francisco Torrense in secundo libro dogmaticorum characterum verbi Dei, hoc ipso anno 611. ab illo ædito, producuntur. Is itaque cum adduceret illa verba: Bonum est homini mulierem non tangere: Sed de qua, inquit, muliere illud dixisse credendum est: De aliena: Non puto. Neque enim Corinthij tam vecordes erant, vt hoc Apostolum interrogarent, an aliena eis liceret matrimonia violare: quod citra vllius disciplinę interdictum, etiam ipsa natura damnabat. Deinde subiungit, quasi in Euangelicos istos, & in eorum similes intuens: Hoc propter eos dixi, qui nimio ardore libidinis, scripturarum veritatem, peruersa nituntur interpretatione subuertere. Si ergo ratio non concedit, vt de aliena dixerit, restat vt de propria dixisse credatur. Quod inde etiam probatur, quod in secunda parte ait: Dico autem non nuptis & viduis. Quibus si iam superius fuerat locutus, superuacaneum fuit iterare sermonem. In tertia autem de virginibus. Deinde subiungit, Sed reuertamur ad primam, in qua non viduis & virginibus, vt quidam imperiti existimant, sed matrimonio iudicis proprię scripsisse manifestum est: Bonum est homini mulierem non tangere. Non dixit: Bonum est homini non ducere, qui de ijs qui iam duxerant disputabat. Hactenus Sixtus.

Sed momenta rationum, ait quidā, pluris facimus in disputando, quā auctoritates. Quasi verō fuerint ista tot tam præclara rotis orbis Christiani lumina rationibus destituta: ac solus tu sis, qui momenta rationum adferas. Quis est hic superbię tumor: quæ atrogantia animi? quæ mentis inflatio? Sed ipsum verba sua Paulum explicantem audiamus. Cum enim dixisset, propter fornicationem vnusquisq; habeat vxorem suam, & vnaquęque suum virum habeat: vt ne cui dubium esse posset quid sibi vellet dicens, habeat vxorem, habeat virum: statim subiungit: Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Quasi diceret: si non intelligis quid sit, habeat vir vxorem, habeat vxor virum: ecce dicam clariùs, vxori vir debitum reddat, & vxor viro. Quod minus autem ambigi queat de quo debito dicat, subdit euestigio: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem. Dic cedo quisquis es, qui te solum sapere, te solum videre putas, cęlebs habeat sui corporis potestatem nec ne? Tum autem, quem fraudet cęlebs, si non faciat alteri sui corporis potestatem, cum eius rei nemini sit debitor? Vel cæco appareat, non de alijs hæc verba dici quā de coniugibus: hic vt sit germanus Pauli verborum sensus: Cōmodum quidem illud foret, quandoquidem tempus breue est, neque procul iam dies ille supremus abest, vt aut relinqueretis vxores Apostolorum exemplo, aut eas haberetis tanquā non habentes, nec aliō quā quo sorores essent apud vos loco: ita vt in totum ab eorum carnali commercio vobis temperaretis: Quoniam verō periculum est, ne qua datur occasio fornicandi, vnusquisque maritus habeat, hoc est, retineat vxorem suam, nō dimittat illam, vtatur ea, reddat ei quod ex lege coniugij debet: neque enim hactenus est sui corporis dominus, vt quod ad vsum coniugalem attinet, eius copia frandare possit vxorem. Ad eundem modum vnaquęque vxor habeat, hoc est, retineat virum suum, nō discedat ab eo, quin reddat potius quod illi debet ex iure matrimonij. Nam quod ad v-

sum

sum pertinet matrimonij, ius vxorij corporis penes maritum est, non penes vxorem, quę sui copiam negare marito non debet.

Ex eo videre licet, quanta sit illorum cęcitas, qui ex his Pauli verbis longę diuersam sententiam colligere conantur, quasi præcipiat is omnibus, qui sunt cęlibes, vt vxores ducant: cum tamen etiam Erasmus ipse Roterodamus, quamuis cum primis iniquus cęlibatui, paraphrasi locum hunc explicans; de coniugatis eum interpretetur? Sic enim scribit: Ad quęstiones de quibus me per literas consulistis, paucis respondebo, quid faciendum ijs qui matrimonio sunt ireriti: quid ijs qui in cęlibatu degunt, & viduis, item quid ijs, qui matrimonio sunt molesto aut impari impliciti: postremō quid virginibus elocandis aut non elocandis. Quamobrem, quo quasi fortissimo telo vsi sunt rerum nouandarum cupidi, ad cęlibatum oppugnandum, id magis aded contra ipsos facere manifestum est. Tanrum enim abest, vt his Pauli verbis vocentur cęlibes ad nuptias, vt ne ijs quidem, qui matrimonio iam ireriti sunt, vt quequaque liberum esse velit Paulus quouis tempore præstare, quę debent inuicem ex lege matrimonij: seque magis indulgere quā præcipere scribat, vt mutuum sibi præstent debitum. Sic enim loquitur: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tenet vos Satanas propter incontinentiam vestram: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Quę verba non ita sunt intelligenda, quasi permitrat, vt ne precum tempore sese coniuges attingant, si cut quidam somnari, non intelligens neque quę loquatur, neque de quibus affirmet: Sed hoc (ait) dico per indulgentiam, vt exacto precum tempore, ne fraudetis deinceps inuicem, sed ad intermissum vsum coniugij reuertamini. Non hoc dico scribentibus aut præcipiens, cum aut carere vos prorsus vxoribus, aut eas loco sororum habere cupiam: sed dico hoc infirmitati vestrę condescendens. Quamobrem ex his verbis colligit Hieronymus, nuptias indulgentiam vocari debere, non præceptum. Augustinus verbō: Posset, inquit, putari, non esse peccatum miseri coniugi non filiorum procreandorum causa, sed carnalis etiam voluptatis, nisi addidisset: hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Quis autem iam esse peccatum neget, cum dari veniam facientibus, Apostolica auctoritas fateatur? Et in alio quodam libro dicit idem Augustinus, Pauli locum hunc adducens: Euidenter dum tribuit veniam, denotat culpam. Et contra eundem scribens: Apostolus tempora præscribit orandi temperantię coniugali, & secundum veniam concedit non vtique illum prolis, sed qui sit voluptatis intentione concubitus. Hunc audiant fideles Christi, qui sunt connubio alligati, vt ex consensu temperent, quo vacent orationi, & cum ad idipsum redeunt propter intemperantiam suam; nouerint etiam inde dicere Deo, Dimitte nobis debita nostra. Quod enim secundum veniam non secundum imperium à tanto doctore dicitur, vtique ignoscitur, non iubetur. Et veroque vetustior Tertullianus, eundem Pauli locum enarrans: Ostendit, inquit, suis, qui in matrimonio à fide deprehessi verebatur, ne non liceret eis matrimonio suo exinde vtique, quia in carnē sanctam Christi credidissent. Et tamen secundum veniam cęcedit, non secundum imperium: id est, indulgens nō præcipiens ita fieri. Ceterum malebat omnes id esse, quod & ipse. Proinde & de repudio rescribens demonstrat quosdam de isto quoque cogitasse: vel maximē, quia & in ethnicis matrimonijs non putabant post fidē perseverandum. Nec diuersum eorum verborum sensum adferunt Oecumenius & Theophilactus. Anselmus verō: Dico, inquit, vt in idipsum reuertamini, sed hoc secundum indulgentiam, non secundum imperium. Quia hoc nobis indulgetur non præcipitur, & ideo non peccat qui aliter agit, imō peccat qui sic agit, sed lenius, non enim sine vitio est, quod ignoscitur, & non præcipitur, sed cum in dubijs constringimur, vt iliter in minimis subdimur, ne in magnis peccemus. Culpa quippe esse innuitur, quod indulgeri perhibetur, sed quę tanto citius relaxatur, quanto non per hanc illicitum quid agitur. Si hoc quod est licitum sub moderamine non tenetur, Tunc enim solum coniuges sine culpa sūt: in admittione, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscntur. Sed tamen & alia commissio quę sit pro sola voluptate veniam accipit propter nuptias. Qui verō præcessit hos duos Gregorius pontifex ad interrogacionem quandam Augustini, qui fuit in Angliam ab eo missus, respondens. Cum, inquit, non amor procreandę sobolis, sed voluptas dominatur in corpore commissionis, habent coniuges etiam de sua commissione quod desleant. Hoc enim eis concedit sancta prædicatio, & tamen de ipsa concessione metu animū cōcutit. Nam cum Paulus Apostolus diceret: Qui se continere non potest, habeat vxorem suam: statim subiungere curauit: Hoc autem dico secundum indulgentiam; non secundum imperium. Non enim indul-

R

getur

Erasmus in præfati.

Cęlibes ad matrimoniu nō invitantur.

1. Cor. 7.

1. Tim. 1.

Hierol. i. cont. Iovinianum. Aug. in euech. iudic. cap. 78.

De peccat. originali cont. Pel. & cęlestina lib. 2. cap. 38. Lib. 2. Lib. 5. cap. 7.

Tertul. de Monogamia.

Matrimonij à His pro prole suscipienda sine culpa exercetur

Greg. ad interrogat. Augusti. Cap. 10.

1. Cor. 7.

getur quod licet & iustum est. Quod enim indulgeri dixit, culpam esse monstravit. Sed nemo nodum hunc melius explicat, quam Thomas Aquinas. Dico, inquit, quod iterum post continentiam determinati temporis revertamini in idipsum. Hoc autem dico secundum indulgentiam, id est, parcens infirmitati vestra, non secundum imperium. Sed videtur, inquit, Apostolus, inconuenienter loqui. Indulgentia enim non est, nisi de peccato. Per hoc ergo quod Apostolus secundum indulgentiam se dicit matrimonium concessisse, videtur exprimere quod matrimonium sit peccatum. Sed ad hoc potest responderi dupliciter. Vna quidem de minus malo sicut Moyses permisit Iudæis dare libellum repudij ad vitandum vxoricidium ad quod erant proni. Talis permissio non fit in nouo testamento propter sui perfectionem. Alia est permissio de minus bono, cum homo præcepto non cogitur ad maius bonum. Et hoc modo Apostolus hic indulget, hoc est, permittit matrimonium, quod est minus bonum quam continentia, quæ nõ præcipitur, quæ est maius bonum. Alio modo potest accipi indulgentia prout respicit culpam, & secundum hoc indulgentia refertur ad actum cõugalem, secundum quod habet annexam culpam, venialem tamen propter bona matrimonij, sine quibus esset mortalis. Persequitur hæc postea pluribus verbis, quæ ne longiores essemus prætermittenda putauimus.

Ex his omnibus liquere satis potest quod his verbis. Hoc autem dico secundum indulgentiam datur venia reddendi debitum non abstinendi. Quamuis enim vel proliis procreandæ, vel stupri vitandi causa rectum sit vxorem ducere, & ea vii, rectius tamen est, sine periculo peccati grauioris vel relinquij vxorem, vel cum ea tanquam forora habitare. Et hoc est quod monet Paulus cum dicit: Tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores tanquam non habentes sint: Nam & absque vsu coniugali constare posse matrimonium, non solum Ambrosius & Chrysostomus Christiani, verum etiam Ethnicis docuerunt. Non enim desloratio virginittis facit coniugium, sed pactio coniugalis: Denique cum iungitur puella coniugium est, non cum virili admittione cognoscatur, Nisi forte non fuit inter Mariam & Ioseph coniugium, vbi nihil intercessisse carnalis commercij certum est. Negabat quidem coniugium id fuisse Pelagij sectator Iulianus, sed eum veritatis Evangelicæ apertissimo testimonio confutauit Augustinus. Qui non dubitauit etiam dicere, quod beatiora coniugia iudicanda sunt, quæ siue filij procreandis, siue etiam ista terrena prole contenta, continentiam inter se pari consensu seruare potuerint: quod neque contra illud præceptum fit, quo dominus dimitti cõiugem vetat: Non enim dimittit, qui cum ea non carnaliter, sed spiritualiter viuit: & illud seruatur, quod per Apostolum dicitur: Reliquum est, vt qui habent vxores, quasi nõ habentes sint. Ad huiusmodi ergo coniugia maritus inuitat Paulus, quoad per vxores licuerit: quibus vt reddatur debitum permittit, maioris peccati vitandi causa. Verum vt vn de deslexit eò redeat oratio.

Non esse pugnantia docuimus matrimonium & sacerdotium: sed esse pugnantia reddere debitum vxori, & reddere debitum Deo, iuge sacrificium offerendo. Quare cui debitum hoc per vxorem fuerit remissum, ei & fuisse semper & esse nunc etiam licitum non in orientali modo, verum & in hac ecclesia nostra sacerdotio fungi. Obseruatum autem hoc fuisse legimus & in orientali ecclesia, vt maritus cum sacerdos esset factus, assentiente vxore, mariti officium facere desineret: ad eum id est ex diametro, quod aiunt, cum sacerdotis officio pugnat. Quod hoc ita sit, docet Hieronymus, cum de Vigilantio loquitur, his verbis: Proh nefas, Episcopos dicitur sui sceleris habere consortes: si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos nisi primùm vxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam: imò ostendentes quàm sanctè viuant, qui male de omnibus suspicantur: & nisi prægnantes vxores viderint clericorum infantesque de vlnis eorum vagientes, Christi sacramenta nõ tribuunt. Quid facient orietis Ecclesie? quid ægypti, aut sedis Apostolicæ? quæ aut virgines clericos accipiunt aut cõtinentes, aut si vxores habuerint, mariti esse desunt. Hoc docuit Dormitantius, libidini frena permittens, & naturalem carnis ardorem, qui in adolescentia plerumque feruescit, suis hortatibus duplicans, imò extinguens coitu foeminarum, vt nihil sit quo differamus à porcis, quo differamus à brutis animantibus, quo ab equis, de quibus scriptum est: Equi insauientes in foeminas facti sunt mihi. Docet, qui videtur æqualis Hieronymi fuisse, Socrates quoque Græcus: Si quis, inquit, in Thessalia clericus factus cõ vxore quã ante clericatũ legitimè duxit, dormierit: abdicator, cum omnes qui præclari sunt in oriente abstineant: præcipue verò in Thessalia, Macedonia, & Hellade, Cui suffragatur ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum scribens Leo pōtiffex: Cum extra clericorum, inquit, ordinem constitutus nuptiarum societati & procreatione filiorum studere sit liberum: ad exhibendã tamẽ perfectã

perfectæ continentie puritatem, ne subdiaconibus quidem carnale conubiũ conceditur: vt & qui habent sint tanquam non habentes, & qui non habent permaneant singulares. Quod, si in hoc ordine, qui quartus à capite est, dignum est custodiri: quantò magis in primo, ac secundo, aut tertio seruandum est: ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate vxoria necdum frenasse detegit. Clarius autem Epiphanius Constantiæ Cypri Episcopus: qui adducto eo loco: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum. Reuera, inquit, non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui à nuptijs mortua ipsorum vxore secundum nuptijs coniuncti sunt: & hoc certè sancta Dei Ecclesia cum synecritate obseruat. Sed & adhuc viuente & liberos gignentem vnus vxoris virum non suscipit: sed enim qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit, diaconum & presbyterum, & episcopum, & hypodiamonum: maximè vbi synecriti sunt canones ecclesiastici. At dicis mihi: Omnino in quibusdam locis adhuc liberos gignere presbyteros, diaconos, & hypodiamonos: At hoc non est iuxta Canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit. Quamobrem etiam apud orientales, vbi synecriti fuerunt Canones, ecclesiastici, fuisse legitimus obseruatum, vt sacerdotes mariti deinceps à maritorum officijs abstinere.

Quod verò scripsit alicubi Stephanus Papa, orientalium sacerdotes matrimonio copulari, id ibi factum intelligi debet, vbi synecriti Canones non sunt. Et quamuis rideat Philippus glossatorem, quod is interpretetur copulantur, id est, copulato vtuntur, hunc tamen, quem glossator vult, Stephani verborum sensum esse, certum est & indubitatum. Quamuis enim cuius Papæ Stephani verba sint hæc, quæ in Decretorum librum retulit Gratianus, non satis liqueat (nouem enim eius nominis fuisse constat) neque reperitur inter decreta Stephani Papæ, cuius epistola libris Conciliorum est inserta, nequaquam tamen credendum est, quicumque tandem fuerit iste Papa Stephanus, ad eum rudem cum & rerum omnium imperitum fuisse, vt illud ignoraret, in nulla vnquam orbis Christiani parte matrimonia contrahere sacerdotibus licuisse. Ac ex alijs nonnullis locis, quæ per Gratianum proferuntur, cuius manifestum esse potest, copulantur, hoc loco aliter accipi non posse, quàm sicut intellectum est à glossatore, nimirum copulato vtuntur: ac lege matrimonij, quod pridem inuitum est, carnaliter commiscerent. Adfertur ab eodem Gratiano rescriptum Nicolai pontificis ad Salonitanum Episcopum: cuius hæc verba sunt: Nolle desideras, vtrum mulier, quæ viri filium ex alia foemina genitum de sacro fonte leuauit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quis non videret, copulari hoc loco, non pro eo accipi, quod est matrimonio iungi, quod iam pridem factum fuisse verborum sequentium contextus indicat: sed carnaliter misceri. Qua significatione vsus etiam est verbo copulationis Augustinus dicens: Copulatio maris & foeminae generandi causa bonum est naturale nuptiarum: sed isto bono malè vtitur, vt sit eius intentio in voluptate libidinis, non in voluntate propaginis. Et cum sequitur Gregorius: Postquam copulatione coniugij viri atque mulieris vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti & ex parte manere in seculo. Et alio loco: Dum vnum verorum que corpus coniugij sit factum copulatione, incongruum est partem conuerti, & partem in seculo remanere. Ad eundem modum Anianus interpres Chrysostomi: Habitare etiam sponsis nondum sibi copulatis lege coniugij. Certè copulatio & copulari, in his locis non cõtractum, sed vsum significant matrimonij: Quod etiam illa verba Concilij Aurelian. declarant, vbi vis dictiois eius, copulerur, sic est explicata: Nec ipsi adultero vnquam in coniugio copuletur: hoc est, ne propriæ vxori sibi licet reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nonne manifestè hic ostenditur, coniugio copulari non aliud esse, quã reddere debitum? Sed fit non raro, quod quæ non intelligunt, ridet imperiti. Hic itaque germanus est verborum Stephani sensus, quod orientalium sacerdotes maritorum officijs funguntur, & præstant vxoribus ea quæ debent ex lege matrimonij: occidentalium verò, nequaquam: verum si qui sint etiam, quos vxores habere continent, sunt iuxta Pauli consilium tanquam non habentes, neque deinceps quicquam eis cum vxoribus est commercij. Quod illis verbis indicatur, Occidentalium sacerdotum nullus licentiam habet coniugium, fortiendi. Nam coniugium eo loco significat coniunctionem carnalem, quam vulgo copulam vocant, quemadmodum in Synodo Turonensi secunda: Quosdam dicit canon, inhiibita coniugia, id est, coniunctiones corporum vetitas repetisse comperimus. Non habet itaque licentiam coniugium fortiendi, idem est, ac si diceret. Non habet licentiam carnalem cum ea consuetudinem habendi, nec aliter sacerdotio officio fungi potest, quàm si Deo continentiam illa suam vouerit, & in monasterio reliquum vitæ tempus traxerit.

Qui verò præcepit. Thomas in epi. Pauli ad Corin. cap. 5.

Permissio duplex.

1. Cor. 7. Matrimonium consensus facit non concubitus.

Et. 5. cont. Tull. cap. 8. De ser. dom. in monte lib. 1. Matt. 19.

1. Cor. 7.

Reddere debent vxori, & reddere debitum Deo, pugnantia sunt.

Hierem. 5. Socrat. di. 5. ca. 12. eccl. hist.

1. Cor. 8. 4. in epi. 92. ad Narbonneus. Episcopum.

Epiph. l. 1. c. 59.

1. Tim. 5.

Stephani papæ sententia expetitur.

20. quæst. 3. Nolle. Copulari pro carnaliter misceri.

Aug. de nupt. et concup. di. 1. c. 4.

Greg. 1. 9. epist. 44. 1. Cor. 6. Idem li. 5. epist. 149.

Anian. in hom. 4. in Matt. 27. quæst. 2. Qui dormierit.

1. Cor. 7.

Canon. 12.

Canon. 25.

Constant. syn. Canon. 3.

Dist. 28. c. prebiterum & 31. Quoniam & 32. Dist. ca. si quis. Nica. 2. syn. Astito. ca. 1. tomo. 1.

Florent. concil. sessio. 5. sacerdotib. matrimonium leuissime inire oportet non potest.

33. quest. 1. latio rem.

Laicorum oblationes.

De conse. di. 1. Omnis. Exod. 34. Cap. 4. Offerre quidam prohibentur. Dent. 23. Conc. Carth. 4. cap. 93. Cap. Oblationes. Clem. const. apo. stal. li. 2. cap. 8. & l. 4. ca. 6. et sequentibus. 1. Cor. 7. 1. Tim. 3. Vnius vxoris vir.

Tertul. li. priore ad vxorem de exhort. castitatis, & de monogamia.

Orig. hom. 17. in Luc.

Chryf. hom. 10. ad Tim. & Titum. Epiph. here. 59. Hier. li. 1. cont. Iovin. & ad Titum.

Amb. li. 1. de officijs: ap. 50. & epist. 82. Leo epist. 45. & 49. Theoph. in 1. Tim. 3.

Hic sanus cum sit Stephani verborum intellectus, facile apparet, quā nihil Philippū hic locus adiuer, quo probare nititur, sacerdotibus aliquando matrimonium contrahere licuisse, cum etiam Apostolorum canonibus id veritum esse legamus, extat enim iuxta alios hic quoque. Qui cum celibes essent clerici facti sunt, ex his solis lectoribus & cantoribus, si modò sic eis visum sit, matrimonium contrahere licere volumus. Quò canone quid aliud statuitur, quam quòd hypodiatonibus, diaconis, & presbyteris posteaquam ordinati fuerint, vxorem ducere fas non est? Tales enim nuptias, vocant patres sub Iustiano Imperatore in Trullo regij palatij Constantinopoli congregati ducenti vigintri senario, illegitimas, & illegitimum eiusmodi contubernium solui iubent. Quia synodo ante annos propè noningentos habita, cum posterior fuisse videatur Stephanus hic pontifex, quincunque tandem is fuerit (nam primùm nō fuisse liquet) est ne verisimile eū aut canonem Apostolicum, aut istorum patrū decretum ignorasse? Quorum synodum, sextam quidem synodum vocat Gratianus, cum eius decreta nonnulla producit, sed ex Nicæna secunda synodo, tum ex actis quoque Florentini concilij, & ex præfatione Anastasij Abbatis in octauam synodum, liquere potest, quod quatuor aut quinque post annis fuerit congregata. Quam cum præcesserint aliquanto interuallo Socrates, Hieronymus, Epiphanius, Leo, qui non vxores modò ducere, verum etiam cum his, quas duxissent ante susceptos sacros ordines, rem habere sacerdotibus etiam orientalibus licitum non esse scripserunt: non potest ostēdi tēpus vllum, quo vel orientaliū, vel quarumcumq; aliarū ecclesiarum sacerdotibus matrimoniū inire fas fuerit: siculneum vt planè sit prælidium hoc Philippi, quo nititur ad incæstas magistri sui nuptias defendendas.

Iam illud quàm ridiculum, quàm ineptum, quàm prorsus puerile, quod adfertur ex Nicolao Papa de matricida quodam: cui dum penitentia præscribitur, à propria & legitima coniuge non separari iubetur: quem fuisse sacerdotem ex eo colligere volunt, quod oblationes facere prohibetur. Quasi verò soli sint sacerdotes, qui oblationes offerant: aut quali non sit alia oblatio præter eam, de qua superius scripsimus, qua semetipsum in ara crucis Christus obtulit, cuius representatiō fit per sacerdotē in altari. Poterat iste Theologus, iuris vtriusque consultus, Grammaticus, Rhetor, Medicus, Geometer, Aliptes, Augur, Schænobates, & quid non? poterat ex illo ipso decretorum libro, in quo tam diligenter versatus esse videri vult, hoc quoque legisse, quod profert Gratianus ex Gregorio: Quod omnis Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriā quod Deus per Moſen dixit: Nō apparebis in conspectu meo vacuus: atq; inde discere, suas etiam laicos oblationes habere, quas offerant ad altare: quas etiam apud Catholicos nunc offerri videmus, & fuit hic vsus offerendi antiquissimus. Quod etiam canones Apostolorum indicant. Ab hoc genus oblationibus offerendis, repellēbatur penitentes, qualis fuit iste matricida: repellēbantur, ex decreto Concilij Carthaginensis quarti. capite 9 3. fratres disidentes, tum qui pauperem oppressissent, qui sacrilegium commississent, & vi seruum suum ad ecclesiam profugum extraxissent: raptores, v. l. iurarij, meretrices, & aliorum atrocium criminum affines quemadmodum X. C. distinctione, multis canonibus allegatis, glossator indicat. Apparet etiam ex Clemente, qui negat à certis hominibus, oblationes aliquas accipiendas esse. Non ergo statim sacerdos est, si quis oblationem offert, quòd nō viris magis, quàm fœminis licet, modò ne sint ex earum numero, quarum oblationes recipere veritum est.

Hinc videre licet quàm anxie querendo, quàm nihil inuenire possint nouatores isti, quo demonstrent, aliquando sacerdotibus matrimonia contrahere licuisse. Quanta est autem ista temeritas, quod per mille quingentos annos nunquam in ecclesia catholica licuisse legitur, id nunc demùm licitum vt sit sacerdotibus, contendere? cum tempus multò iam sit breuius, quàm fuit illud, quo Paulus etiam eos qui haberēt vxores voluit esse tanquam non habentes. Manifestum ergo iam est, sacerdotibus in ecclesia catholica neq; licuisse vnquam, neque nunc etiam licere matrimonia contrahere.

Quod verò adfertur ex Paulo oportet Episcopum vnus vxoris esse virum, id ad excludendos bigamos à sacerdotio, dictum esse sancti patres omnes vno ore testantur: quemadmodum apud Tertullianum, Origenem, Chrysoſtomum, Epiphaniū, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Leonem, Theophilactum, & alios videre licet. Illud autē per ridiculū, quod ex his Pauli verbis colligere volūt, non fuisse, sed esse oportere Episcopum vnus vxoris virum, atq; cum liberos etiam actū habentem, vt nisi se strenuum vereq; masculum in illis procreandis præstiterit, parū sit idoneus qui Episcopi munus obeat. Quorum si sententiā recipimus, non erit sacerdos & Episcopus Christus, non Paulus ipse qui hæc scripsit, non Ioannes Euangelista, de quo indubitatū est virginem fuisse, non alij quidam Apostoli, qui celibes fuisse leguntur, non Titus, nō Timotheus,

motheus, non Dionysius, non Ignacius, non Basilius, non Chrysoſtomus, non innumeri alij sacerdotes & Episcopi, quos omnes, vt aliarum virtutum, ita castitatis & continentia laude cum primis celebres fuisse legimus. Quid hac vna re dici potest absurdius? Reclamant huic sententiā, omnes omnium ætatum viri doctissimi sanctissimiq; non Latini magis quàm ipsi Græci. Ac primùm Eusebius: Oportet enim, dicit sermo diuinus, Episcopum vnus vxoris virum esse: Veruntamen eos qui sacra sunt, atque in Dei ministerio occupati, continere deinceps se ipsos ab vxoris commercio decet. Epiphanius contra Montanistas scribens: Vnus, inquit, nuptias honorat Ecclesia, etiam si maxime sacerdotij dona per eos, qui ab vnis etiam nuptijs se continerunt, & in virginitate vitam degunt, se ornasse præexpressit, velut etiam Apostoli ipsius ecclesiasticam sacerdotij regulam ordinatē ac sanctē constituerunt. Et alio loco: Vertex autem horum omnium aut mater, vt ita dicam, est sanctum sacerdotium, ex virginibus quidem vt plurimum procedens si verò non ex virginibus, ad solitariam vitam degentibus si verò non suffecerint ad ministerium solitariam vitam degentes de his qui continent à proprijs vxoribus, aut ab vnis nuptijs viduitatem seruantibus: nam eum qui secundas nuptias contraxit, non licet ad sacerdotium suscipere. Ioannes Chrysoſtomus: Tito dicit Paulus, constitue Episcopos, sicut ego disposui tibi: si quis est sine crimine, & vnus vxoris vir: non ea ratione quòd id nunc in Ecclesia obseruetur: oportet enim omni prorsus castitate sacerdotem ornatum esse. Idem in epistola ad Timotheum: Non hoc velut faciens dicit Apostolus, quasi non liceat absque vxore Episcopum fieri, sed rei modum constituens. In eandem sententiā Græcus ille scolasticus: vnus vxoris virum. Non de hoc legem fert, vt vxorem omninò habeat Episcopus: sed si sit, inquit, ex mundanis, ne sit tamen is, qui secundis se nuptijs implicauerit, vel vt nouerit vnā vxorem esse legitimam ad ea præstanda, quæ debent inuicem coniuges iure matrimonij. Posteaquàm verò vocatus ad Episcopatum fuerit, illud impleat quod à Paulo scriptum est, vt sint qui habent vxores tanquam non habentes. Et Volo omnes esse sicut & ego. Neque disidet ab his Theophilactus. Quinetiam ducenti vigintri septem patres, de quibus paulò antè meminimus, qui in Trullo regij palatij sub Iustiano conuenientes, Canones ediderunt, inter ceteros, hunc etiam cō scripserunt: Vxor eius qui ad episcopalem dignitatem promotus est, simul vt is electus & consecratus fuerit communi sui viri consensu prius separata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus, monasteriū ingrediatur, quod ab ædibus Episcopi procul absit. Quid hi tot sancti patres, tam excellenti doctrina præditi, nunquid Pauli locū hunc, de eo quod Episcopus vnus vxoris vir sit, non intellexisse iudicandi sunt? per quos nulli vnquam Episcopo effelicuit nisi aut virgini: aut cuius vxor communi consensu Deo continentiam suam dicasset: quod etiamnum apud Græcos & Ruthenos obseruari videmus, qui quamuis plus aliquid sacerdotibus permittant, neque eos ab vxoribus suis separant, quas ante sacerdotium duxerunt, tamen Episcopos non ordinant, nisi vel virgines, vel continentēs.

Quorsum autem attinet Latinorum quoque super hunc Pauli locum interpretationes adducere: quos nunquam eum aliter intellexisse recepta totius Ecclesie consuetudo manifestum facit. Ne quis tamen de eo ambigat, ex multis paucorum testimonij profereamus. Extat epistola Syritij, ante annos mille ducentos propè scripta, cuius hæc verba sunt: Fortè queritur, quia scriptum est vnus vxoris virum: non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentia futuram: neque enim integros nō admittit qui ait, vellem autē omnes sic esse sicut & ego. Quæ verba repetit ad Exuperium scribens, qui post Anastasium Syritico successit Innocentius. Hieronymus quoque: Non dicit Apostolus Paulus, Eligatur Episcopus qui ducat vnā vxorem & filios faciat, sed qui vnā habuerit vxorem. Et aliquantò post: Vnius vxoris virum, qui vnā vxorem habuerit, non habeat. Et Ambrosius ad Vercellensem scribens Ecclesiam: Vnius vxoris virum esse præcipit Episcopum, non quo exortem excludat coniugij, nam hoc supra legem præcepit est, sed vt coniugali castimoniam seruet ablutionis suæ gratiam, neque iterū vt filios in sacerdotio creare Apostolica inuiteretur auctoritate, habentem enim dixit filios, non facientem. Ex eo apparet, Apostolicam hanc esse traditionem, continentes vt sint sacerdotes, præsertim autem Episcopi: ac totis mille quingentis annis nunquam aliter in vniuersa totius orbis Christiani Ecclesia obseruatum fuisse. Quis igitur dubitauit, qui quidem sanæ sit mentis, quin totius Ecclesie sensum & consensum sequatur potius, quàm vt Martinus audiat, ventris & Veneris impudentissimos patronos? qui dum suos inaccessos ac nefarios concubitus, omni religione sprete & conculcate, defendere moluntur, ne ipsi impietatem peccasse videantur, in idem in quod se præcipitauerunt im-

Euseb. Demost. Enan. li. 1. ca. 9. Epiph. her. 4. In compendia de doctrina de fide catholica.

Chryf. hom. 2. de patient. 1. 12.

Idem hom. 10. 1. Tim. 3.

1. Cor. 7.

Consi. cont. cæno. 48.

Syr. epist. 4.

1. Tim. 3.

1. Cor. 7.

Innoc. epist. 3. Hier. li. 1. cont. Iovinianum. Ambro. epist. 20. 1. Tim. 3.

pietatis baratrum, reliquos etiam quos possunt omnes remis, velis, manibus ac pedibus obnixè pertrahere conantur.

Verum adfertur aliud ex Paulo telum: Qui non continent nubant: melius est enim nubere quam vri. Sed hoc quoque, modo sanus adfit verborum intellectus, facile retunditur. Proferebat enim idem ante mille ducentos annos monachus quidam. Ad quem scribens beatus Ephrem, sicut citatur à Francisco Torrensi in secundo libro eorum quos inscripsit de dogmaticis characteribus verbi Dei: Audi, inquit, Apostolum dicentem: Volo omnes homines esse sicut ego sum. Sed vnusquisque proprium donum habet à Deo: alius quidem sic, alius verò sic, Scilicet distinxit duos ordines hominù Βιωτικοὺς καὶ ἀποτακτικοὺς, id est, seculares & renunciantes, cum dixit vnusquisque proprium donum habet à Deo, alius quidem sic, alius verò sic, Βιωτικοὺς quidem, id est, seculares, permittit, quod ait, Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat. Et rursus: Honorabile coniugium & thorus immaculatus, ἀποτακτικοὺς verò, id est, renunciantibus mandat illud. Omnis qui in agotie contèdit, ab omnibus se abstinet: Ac paulò post. Secularibus quidem permittit nubere legitimè, renunciantibus verò mandat continere. Duos itaque ordines demonstrat Apostolus, tu autem monache, vide in vitro sis postus, & quod signù aut notà indueris, quæ vota feceris, quæ pacta cù deo cõstitueris. Secundù enim pactiones & spõsiones, rationem repositet deus, sicut ipse dixit: Ex ore tuo te iudicabo. Deinde subiungit. Quod si omnibus permisisset illud: Melius est nubere quam vri, nemo vnquam virtutem castitatis coluisset. Non Elias, non Eliseus, non Ioannes, non ceteri omnes, qui se castrauerunt propter regnum celorum: neque Apostolus continens fuisse, nisi in præmium aspexisset. Ambrosius verò: Hoc dictum ad non pollicitam pertinet ad nondum velatam: Ceterum quæ se spopondit Christo, & sanctù velamen assumpsit, iam nupsit, iam immortalis iuncta est viro, & iam si voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Chrysostomus autem. Viduæ omninò si voluerit, potestatem nubendi facit: At eam quæ coniuge mortuo se in reliquum tempus Deo castam fore promiserit, si postea nuperit, vehementer accusat, vt quæ si dem quam Deo dedisset, fefellerit. Non is ergo, sed illis dixit, si se non continent, nubant: melius est enim nubere quam vri. Extat historia quedam cum primis pia de Barlaam Zosemita, & Iosaphat Indiarum rege. In ea scribitur quemadmodù satanas sub specie pulcherrimæ mulieris persuadere conatus fuerit Iosaphat, vt matrimonio sibi iungi vellet: sic enim futurum, vt cum esset idololatra, ad Christianam fidem cõuerteretur. Iosaphat autem: Frustra peris, inquit, mulier hæc à me, ego nanque licet magnam salutis tuæ sollicitudinem geram, de quæ profundo perditionis eripere te cupiam, inquinare tamen corpus meum per turpem coniunctionem mihi graue est, & omninò impossibile. Mulier contra vel satanas potius in humana specie: Vt quid, inquit, pollutam rem & turpem vocasti commissionem. Nõnne scriptum est in quodam librorum vestrorum: Honorabiles nuptiæ & thorus immaculatus. Et: Melius est nubere quam vri. Et: Quod Deo cõiunxit, homo nõ sepat. An nõ oēs antiquos iustos Patriarchas, sed & Prophetas vxores habuisse docent vestra scriptura? Nõnne Petrus illi, quem principè Apostolorum dicis fuisse, coniugem scriptum est habuisse? Quibus igitur auctoritatibus sultus, nuptias pollutionem audes appellare? Valde mihi videris à veritate dogmatù vestrorum errare. Cui ille respondit: Eriam mulier, sic se habent ista quemadmodum dixisti. Nam permittitur volentibus vxores ducere, sed non eis qui semel promiserunt Christo virginitatem illibatam seruare. Ego enim ex quo lauacro purificatus sum, diuini baptismatis à iuuentutis & ignorantie meæ delictis me mundum seruare Christo spopondi: Et qua ratione quod Deo promisi violare potero? Itidem & Casarius: Ego hodie, qui videor esse monachus, si rupeo propositum meum, Christum negaui. Et patris interfectis, Denique & Apostolus, quid loquitur de viduis: quæ secundos duxerunt maritos? Quid dicit? Habetes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Viduæ quid dicit? O vidua, antequam mihi promitteres, quod esses vidua, in tua erat potestate, vt nuberet. Ex quo tempore confessa es: quod mihi permaneres, ex eo tempore mea esse cõcepisti: Si volueris secundum maritum ducere me contempsisti. Sic & tu monache, antequam mihi promitteres, in tua volutate erat facere, quod velles: vox tua ligauit te mihi. Nunquid te cõpuli? Nunquid ex necessitate fecisti? Nõnne liber eras? in tua fuit potestate promittere. Promisisti, & meus esse cõcepisti. Meum nolo dimittas. Non tibi licet ea licentia dimittere, quia mecum habes causam: Promittere tuum fuit, dimittere non est tuum. Si dimiseris, non te habeo in illo gradu, in quo te prius habui. Primum liber eras. Eras quidem de familia mea, non eras ante oculos meos, non eras de ministris meis: tamen eras de familia mea: Non eras mecum, sed tamen creatura mea eras. Ex quo militare cõpisti, si

Qui non continent, nubant, 1. Cor. 7.

Hebr. 13. 1. Cor. 9.

Luc. 19. 1. Cor. 7. Matt. 19. Amb. ad virginem lapsam cap. 5. De virginitate capite. 19. 1. Tim. 5. Epiph. her. 6. Hier. li. 1. cont. Iouinianum. Aug. de bono viduitatis. c. 8. Et ad Pollentium de adult. coniugijs. lib. 1. cap. 15. Damasc. in vita eius.

Matrimonium monacho suadet diabolus.

Hom. 21.

1. Timoth. 5.

Post continētia votum coniugio vti nemo potest.

sti, si recesseris, non te habeo de familia, sed certè fugitiuum & præuicatorè. Non enim inuenies vbi me possis fugere. Ideo hoc totum dico, quia in nostra est potestate Deo promittere, non est in nostra potestate dimittere. Promisisti, præmium habebis: Negasti, pœnam habebis. Vtrunque propter confusionem est. Dicimus iterum atq; iterum dicimus. Ecce ante oculos tuos via mortis, & via vitæ, elige quod volueris. Hoc totum dico (fratres charissimi) ne quis de vobis putet, se habere liberam potestatem discedere, & perdescedere cum Diabolo in infernù. Ergo ego, qui sum monachus, qui desij esse secularis, & factus sum monachus, aut monachus saluor, aut aliter non saluor.

Photius enarrans illud: Si nuperit virgo non peccat. Virginem, inquit, hic intelligit, non illam Deo consecratam, sed in nuptam puellam: illa enim quæ Deo iam consecrata sit, si nuperit, adulterum introducit Christo cui nupta est. Ad eundem modum hæc Pauli verba interpretati sunt ante Photium Epiphanius Græcus, & Hieronymus atque Augustinus, Sedulius & Anselmus Latini, vt ad sacerdotes, & eos, qui continentiam suam Deo vouerunt minimè referri possint. Cum dixisset, inquit, Augustinus, quòd si se non continet, nubat: melius est enim nubere quam vri: non dixit, melius est mœchari, quam vri. Mœchatur autem, quisquis post votum factum continentię ducit vxorem.

Quamobrem necesse est, vt alia querant remedia, nimirum ea quibus vsus est Paulus, qui castigauit corpus suum, & in seruitutem redegit, necesse est vt occasiones omnes fugiant, vt vigilijs, ieiunijs, laboribus carnem atterant. Postquam verò fecerint omnia, quæ ad frenanda carnis desideria pertinere visa fuerint, nihil sibi tribuant, verum omnem de suis viribus fiduciam prorsus abicientes, in eo solo spem suam positam & defixam habeant, cuius hoc donù est, de quo cum scripsit Propheta: Quod propè est omnibus inuocatus se, cum ipse etiam dixerit: Petite & dabitur vobis: omnis qui petit accipit: quoniam impossibile est mentiri Deum, accedant cum fiducia ad thronum gratiæ eius, precentur eum supplices in fide nihil hesitantes, facere non poterit benignus & misericors Deus, quin ita precantes exaudiat. Sic fecisse Paulù legimus, cui & ipsi cum datus esset stimulus carnis, qui eum colaphizaret, non ad nuptiarum remedium sibi confugiendù esse putauit, sed cum ter esset dominum deprecatus, posteaquam audiuit, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur: illius gratia fretus fortiter contra stimulum carnis pugnavit, & in ea pugna superior euasit. Sic Hieronymum, sic Benedictum, sic Bernardum, sic sexcentos alios, quos enumerare longum foret, fecisse nobis narrat historia.

Quamobrem non hoc solum remedium datum est his, qui tentantur libidine, statim vt vxores ducant. Quid enim si quam semel duxerunt, eius propter diurnam & insana bilem ægritudinem nullus sit vsus? Quid si longius maritus abesse cogatur, vel quòd legatione fungatur, vel militia, vel mercatus gratia, vel captiuitate separatus, vel quacunque tandem alia ex causa, num statim sibi dictum putabit, melius est nubere quam vri, & ad quacunque ciuitatem peruenerit, aliam atq; aliam vxorem ducet? Quid si illicita animositate vxor continere voluerit, qualem scribit Augustinus Maximillam regis Egerij vxorem, nunquid erunt admittenda incontinentium murmura, & permittenda adulteria? Scimus hoc permittum ab istis in cœstatarum nuptiarum auctoribus, & propugnatoribus, à quibus etiam libelli scripti sunt, polygamiam approbantes. Verum ea res in Ecclesia Christi magnæ semper fuit abominationi. Ceterum quorum Deus vèter est, & qui diligenter colunt, quæ sub ventre sunt, nihil pensi habent: non eos religio, non eos honestatis publicæ ratio mouet quicquam, dummodo libidinè suam in cœstam expleant. Fuerunt Augustini temporibus qui dicerent: Si qui dimisisset vxorem causa fornicationis, licere sibi supersistere illa, aliam ducere, quod melius foret nubere quam vri. Ceterum Augustinus nequaquam id licere contendit, & eiusmodi non esse coniugia, sed adulteria dicit. Quamobrem non vult, vt nuptijs incontinentiæ suæ medeantur, sed suadet, vt voto potius continentię, factò supplicent Deo, quò donum eis præbet continentię. Neq; carnalis infirmitatis excusationem admittit, sed muliebrem illis castitatem imitantem proponit, quæ cum æquè carnem habeant vt viri, tale tamen aliquid illis viri licere nolunt. Cum, inquit, à fœminis vriq; carnem habentibus tantam flagitant castitatem, vt quando ab vxoribus diutissimè peregrinantur, velint eas ab adulterino concubitu in contamina tas, feruorem transire iuuentutis, & plurimæ pudicissimæ transigunt, & maximè Syra, quarum mariti negociandi questibus occupati, iuuenes adolescentulas deserunt, & vix aliquando senes ad aniculas reuertuntur: eo ipso euidentius conuincunt, non esse impossibile, quod se non posse causantur. Si enim hoc non posset infirmitas virorum, mulrò minus id posset (exus infirmitatis) feminarum: Vnde istos, qui virilè excellentiam non putant nisi peccandi licentiã, quando terremus ne adulterinis coniugijs herendo pereant in æternum, solemus eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerunq; ad eandem

Votum continētie relinquunt, & perdescedunt.

Aug. li. 2. adul. coniugijs. ca. 12.

Remedia fugiendi libidinem. 1. Cor. 9.

Psal. 144. Luc. 11. He. 4. Iacob. 1. 2. Cor. 12.

De fide contra Manium c. 25.

Phil. 3.

Aug. li. 2. ad Pollentium de adult. coniugijs cap. vltimo. Vxor adultera vitia cum alia marito contrahere non licet.

Syrarum militum continētia

farcinam subeundam capiuntur inuiti, eamq; susceptam vsq; ad debitum finem domi- no adiuuante perducunt. Dicimus ergo eis: Quid si & vos ad hoc subeundum populo- rum violentia caperemini? nonne susceptum casti custo diretis officium?

Scortarum an matrimonium contrahere tale rabilius sit vobis obligatis.

Erasmii testimo- nium de incon- tinentia mini- strorum Euan- gelicorum.

Sed hic queritur ab istis, vtrum sit melius, alligatum voto continentie fornicari, an matrimonium contrahere. Quasi vero vbi vtrumq; malum est, ibi possit alterutrum esse melius, aut quasi non multos videre liceat, qui cum alligati voto continentie matrimo- nium contraxissent, nihilo continetiores fuerunt, quales videre nonnullos licet, in catho- lica coelibatu professos: Possemus nos quoque non pauca istorum incontinentie exem- pla producere: sed qui vixit inter eos, Erasmi Roterodami testimoniu adferre malumus: Sic enim ille loquitur scribens ad fratres inferioris Germanie. Efferunt honorabile con- iugium & thorum immaculatum, sed innui nonnullos Evangelicos (nam in genere lo- quutus sum) nihilo castius colere coniugium quam catholicos. Iubent me proferre fabu- las. Quid attinet, cum vulgo narrentur. Negat esse notissima cum falsa sint, & tamen ipse fatetur de duobus. Ego noui monachum qui pro vna duxerit tres: noui sacrificum, viru alioqui probum, qui duxit vxorem, quam post coeperit alteri nupsisse. Similia permulta de monachoru & monacharu coniugijs referuntur, qui ductas repudiari eode iure quo duxerant. Iam an inter Evangelicos minus indulgeatur libidini, an minus sit adulterioru? Quid Argendorati fiat nescio: quid alibi compertum sit, necum nouit populus. Iam vt donemus istis Euangelij preconibus, esse fas vxores ducere, quis non iure admiretur o- nticulas mactationi destinatas, nihil in hoc mundo querentes preter Christi gloriam, tot curis distractos, tot afflictionibus obnoxios, quibus accedit & paupertas, onus tu miserum, tum graue, non posse viuere sine vxoribus, quas tam multi ob leuiore causas aut non ducunt, aut ductas nollent. At istis omnis tragedia exit in catastrophem comi- cam: Vbi contigit vxor, occiditur, valet & plaudire. Quae malum est ista tanta salacitas, quam tot mala non possunt excutere? Vnde tanta rebellio in his, qui se iactant agi spi- ritu Christi? Hec Erasmus.

Sacerdos forni- cans minus pec- cat, quam con- trahit. Pighius defen- ditur.

Reprehenditur a Philippo Pighius, qui non vere magis quam pie scriptum reliquit: Minus peccare sacerdotem, qui ex infirmitate carnis in fornicationem sit prolapsus, qua qui nuptias coaraxit. Turpis illi videtur haec oratio: contra catholicis honestissima. Pro- bat autem hoc Pighius verbis his a simili: Tu vide, inquit, quis peior seruus est, an qui ga- reatus seruitio fortasse negligentius aut incautius agens cadit sub onere, an qui iugum in totum proicit? Quis peior discipulus, an qui ex praescripto ediscit non quidem vniuer- sum, quod forte potuisset, nisi crapula & somno securius indulgisset, tam e parte: an qui scholam prorsus deserit? Quid in hac oratione turpe? quid non pium potius & hone- stum? Non dicit Pighius, Bonum est fornicari: Quod si diceret, turpis esset oratio: sed di- cit, minus malum esse, quam spreta & conculcata iurisuradi religione nubere. Quod no- modò Pighio, sed Paulo etiam Apostolo tam graue visum est flagitium, vt no modò nu- bere, verum & velle nubere voto obligatis damnabile esse diceret. Quid restat igitur a- liud, quam vt Pauli orationem turpem esse dicat Philippus, qui, quod isti fingunt, prohi- bendo nubere, doctrinas demoniorum docuerit, docens non modò nubere, verum etiam velle nubere contra fidem iureiurando interpositam, esse damnabile?

1. Tim. 5. 1. Tim. 4.

Sed quid in re sit de qua agitur, videamus. Querunt, plus ne mali sit in nuptijs, an in fornicatione eorum, qui se voto continentie alligarunt? An istis non recte Conici ver- bis responderi poterit? Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae: Sunt incesta adulte- ria. Sic a Cypriano, sic ab Hieronymo, sic ab Ambrosio, sic a Basilio, Chrycostomo, Pho- tio, sic ab alijs viris pijs & doctis vocari legimus. Quam igitur boni rationem habere po- test incestum adulterium? Contrahat nuptias qui nulla est voti religione obstrictus, li- benter cum Paulo dicemus, honorabile connubium & thorus immaculatus: Sed si con- trahat sacerdos aut monachus, quid aliud recte dicere possumus, quam ab ominabile a- dulterium, & thorus incestu contaminatus? sic enim appellant eiusmodi nuptias sancti doctores, quorum supra meminimus. Ac ne quis de eo dubitet, liber etiam eorum ver- ba subscribere. Ac Cypriani quidem, Ambrosij, Photij, iam commemorauimus: Hiero- nymi verò verba sunt haec: Virgines quae post consecrationes nupservnt, non tam adul- terae sunt, quam incestae. Basilius verò pluribus ea de re verbis differit, quae vel ob hanc causam huic libro visum est inserere, vt planum omnibus fieret, quod fuerit sanctorum patrum de Martinatorum nuptijs iudicium. Horrèdum vocat ille sacrilegium, si quis sub ministri nomine & habitu, Christi sponsae adulter efficitur. Cum enim, inquit, virgini- tatem domino professae sint, carnali postmodum voluptate male blanda delinitae ac de- titatae, stupri scelus honesto coniugij nomine obregere cupiunt. Non ignorant huiusmo- di, quae sponsi dextram & foedera praeruaricata sit, eam nec illius vltra esse sponsam, quem

Hebe 13. Sacerdos vel monachus mat- rimonium contrahit adulter est. Hier. lib. 1. cont. Iovinianum. Basili. de vera virginitate.

nequitia dans manus dereliquit, neque eius vxorem per vllas leges dici posse, cui se de- fertio sponso libidine incitata coniunxit. Ac paulò post: Non se fallat, inquit, qui a virgi- nitatis curriculo ad carnis vitia deflexit, coniugium quippe illi in peccatum reputabitur: primum quidem, quia pessimum huius coniunctionis fundamentum voluptatem iecit praeruaricationisque malum: deinde, quia causa non est libera, neque enim mortuus vir eius vt cuius nubat, viuente immortalis viro, merito censetur adultera, quae mortale ho- minem ob carnis vitia domini thalamis intulit. Nam quòd solenne legitimumque con- nubium sponso ille occuparit, & virginitatis habitus, & foedera, & conuenta cum illo, & praeterea processus ipse testatur, huiusmodi quippe nobilitata viro processit in publi- cum. Porro si connubium istud & processu, & testibus, cum etis denique iudicij illustre & apertum est, nec est vir eius mortuus, moechatur, quae huiusmodi admittit scelus, viuè te viro semper adultera. Nec sanè video qua ratione, imò quo sacrilegio ipsa pro immor- tali viro Dei filio mortalem hominem in malum suum ambire praesumat, ante viro oculo- los in ipsum impuris ac nequissimis semper amplexibus impia: quo item ferore homo ille cubile domini conscendere, ac violare non metuat: Nempe ex rebus humanis eorū, qui sic delinquant, poenas coniectare possumus. Quae, quo cruciatu digna censeretur mulier, quae nobili coniuncta viro, seruo suo se ipsam violandam impudicè substerneret, ac seruum infidiosè nequiterque domini thoris inueheret? Qua verò poena dignus est seruus, qui in dominam suam domini que cubile se ipsum petulantèr immisit? Sed e- nim vasa ista quid faciunt, quae tantum impietatis contra se ipsas per carnis flagitia ad- mittere non metuerunt. Non modò non lacrymantur, aut ingemiscunt, vt vel lacry- mis remittant peccatum suum leuiore; suscipiant poenas, verum virginitatem insuper, quam antea professae fuerant, abnegant, quippe virginitatis limites transgredi, vt volup- tibus inferuiatur, turpissimum esse, plenumque dedecoris non ignorantes huiusmodi negatione, maiore scilicet scelere, virginitatem solari sese arbitrantur amillam, homines miserè & infeliciter eligunt, sub quibus ad excusationem praeruaricationis abnegat, quod fuerant ante pollicite, nec dominum metunt, cum quo foedera castitatis iniierant, cuiq; dederant dextras, eo quòd in malorum profunda deciderint. Ignorat misera, quia apud Deum & apud homines contra se crimen exaggerant, cum hi quidem ex precedente, cu- ctisque cognito virginitatis instituto, quòd se illa professas esse negant, vesaniam sum- mamque impudentiam auersentur, atque oderint? Christus verò praeter violata virginita- tis foedera huiusmodi negationem, quam vice poenitentiae patrocinium criminis sumit, acrius ac feruenter suo illo iudicio vindicet. Itaque ne specioso charitatis nomine virgo in hoc peccati baratrum corruat, charitatem puram omni que mortali affectione liberam sumat. Neque enim prolapsa ad voluptatem, quicquam ad excusationem proderit vmbra solatiumque connubij, neque viuente virum sub praetextu coniugij non soluta cir- cumuenire aut fallere poterit, cui mortalem hominem post eximios illos, quos ab illo perceperat honores, impie per adulterij nefas in honore praetulerit. Nec sanè incongruè his qui sunt eiusmodi illud apostolicum aptari potest: Quoniam cum fornicare a Chri- sto fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fe- cerunt: non coniugium, sed adulterium male consummant. Nullus itaque seruitus ad id impietatis erumpat, vt sponsam domini contingere audeat: nullus adeò infans ac sa- crilegus sit, vt immaculatam hostiam impudicis manibus tractet: nemo in tantum auda- cie meritarique prosiliat, vt eiusmodi vltionem sacrilegis impendere considerans, non vasa inanimata ex auri argentique materia elaborata, sed animata ipsa & viuata donaria la- tronis more profanis manibus temerare atque incestare praesumat, imò verò nullus a- dedò impius, atrox, impurusque sit, vt non inanimata templi vasa, sed ipsum domini tem- plum, virginem scilicet corpus, ipsamque omnium preciosissimam animam in templo Dei sacratissimi donarij vice locatum, libidinis facibus barbarica immanitate succendat. Verum & si sponse sua se virgo sponsi foedera transgressa substernat, cunctaque simul & templum, & donaria, & charitatem sponsi, communi onemque ac societatem regni, perni- ciosa volu- tatis gratia confundere atque calcare nitatur, noli huiusmodi ad scelus vri neque te peccati communi onem commacules. Quòd si te renuente alij se virgo in matrimo- nij consortium tradiderit, ille poenas sceleris luat, tu te mundum atque integrum serua, ne sceleris impij in dominum particeps fias. Oportet, inquit, filium hominis tradi: Vt autè illi per quem tradetur, vile illi esset si natus non fuisset. Nonne de illa pari ratione iudica- bitur, quae virginitatem ante professae, postmodum poenitens, fruendae voluptatis gratia mortali se viro immunda coniunxit? Et si dixerit oportet me viro coniungi in matri- monium, quemadmodum oportebat filium hominis tradi, verum va illi per quem illa sponsi foedera transgressa, sua impleuerit impura libidinem: vtilius fuerat (audeo dicere) homini

Prou. 18. 1. Tim. 5.

Matt. 26.

Matt. 19.

homini illi non esse natum, quàm socium tanti in dominum flagitij damnari. Non au-
dis, quoniam qui dimissam duxerit, mœchatur. Etsi enim, inquit, pro culpa dimissa est,
viuit tamen vir eius. Quid ergo dimissam perturbas? cur illi spacium non das, vt & de
his agat pœnitentiam, quorum gratia dimissa est, & vir à se dimissa pœnam emendatio-
nemque miseratus, ad se rursus proprium reuocet membrum? Quid emendandi se spa-
cium præcipis viuente viro sic dimissam ducens? Permite aut ad viuentem virum remea-
re meliorem factam mulierem, aut certe cum neque vidua, neque vxor sit, pro remissio-
ne culpæ qua peccauit in virum, semper pœnas dare. Tu cur antequàm peccatum suum,
pro quo dimissa est, planè intelligere possit, eam ad coniugium rapiens, impudentiorem
ad scelera deinceps facis? Nempe viuente viro alienam ad altera coniugem, facilemque
illi ad nequitiam reditum per connubium pandis. Si autem qui dimissam à mortali viro
ducit, adulter atque impius est, qui immortalis viri sponfam nunquam dimissam viola-
re præsumit, multò profectò funestius adulter atque impius erit.

Hæc aduersus Martinos Basilius, ac plura etiam, nisi quòd longum esset omnia adscri-
bere quæ ideò pluribus verbis in hunc locum transcribenda duximus, vt quæ fuerit san-
ctorum patrum de inceffis eiusmodi nuptijs sententia, cunctis constare: simul illud pla-
num omnibus fieri posset, non primum fuisse Pighium, qui tolerabilius esse peccatum
dixerit, voto obligatum ex infirmitate carnis cadere, quàm nuptias contrahere: cum hoc
expressis verbis à Basilio dictum videamus, qui maius esse scelus dicit, negationem virgi-
nitatis, nuptiasque contractas, quàm lapsum virginis. Editæ sunt nuper Venetijs 24. ho-
milij Basiliij: inter quas, quæ quartum locum obtinet, eiusdem ferè argumenti est. Nam
cum vxorem duxisset monachus quidam, vocat id adulterium, & ad pœnitentiam inui-
tat. Sed Ioannem quoque Chrysoftomum eadem de re differentem audiamus: Bonum
quidem, inquit, nuptias & ipse confiteor. Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatum,
fornicatores autem & adulteros iudicat Deus. Sed te iam seruare non conuenit priuile-
gia nuptiarum, Angelorum enim societate semel iunctum, illud relinquere, & vxoris la-
queis implicari, adulterij crimen incurrere est? quamuis frequenter hoc ipsum nuptias
voces, ego tamen & adulterio illud tanto peius affirmo, quanto maior ac melior morta-
libus angelus. Neque vllus tibi fortè persuaserit dicens, nihil de non accipienda vxore
dominus præcepit. Nec me ignorare confiteor, quòd adulterium interdixit, non nuptias
vetuit: verum in te adulterij nomen accipier, si volueris vnquam, quod ab sit, nuptias cogi-
tare. Et quid mirum si nuptiæ tales, quibus offenditur Deus, adulterio comparantur?
maius longè audies. Homicida iustorum laude donatur: & misericors, plusquam homi-
cida punitur: quoniam hoc veritate fit domino, illud d. volente. Et Phinees quidem ad iu-
stitiam reputatum est, quòd impudicum cum turpi femina virum suo gladio percussisset:
Sautem autem Samuel sanctus Dei, in luctibus, lachrymis, precibusque pernoctans,
damnatione, cui illum addixerat Deus, liberare non potuit, quando hostium duci, quem
debuerat trucidare, inuito parcendum credidit Deo. Cum hæc ita sint, super desiste si nu-
ptiæ peiores adulterio iudicantur, quoties Christus offenditur. Hæc Chrysoftomus ad
Theodorum scribens, qui monachus cum esset, cuiusdam se femine copulauerat, quam co-
pulam, matrimonium videri voluit. Sed idem postea quàm hanc legit epistolam Chryso-
stomi, nuptijs valedixit, de quæ suo peccato pœnitentiam egit, quemadmodum à Zosimo
no scriptum est & habetur in bibliotheca Vaticana epistola, qua Chrysostomo respon-
det, de quæ admonitione gratias agit. Sic Apostolus Matthæus Apud Abdiam, cum de
laudibus matrimonij multa dixisset, tandem conuersus ad Hirtacum regem qui cupie-
bat virginem à se velatum Iphigeniam vxorem ducere: Si hodie, inquit, desponsatam re-
gi, seruis regis vsurpare audeat: non solum offensam, sed etiam crimen tam grande incur-
risset dignoscitur, vt meritò viuens tradatur flammæ incendij: non ideò quidem quia
duxerit vxorem, sed quia sponfam sui regis accepit. Ita etiam tu fili, sciens Iphigeniam si-
liam regis decessoris tui, sponfam regis cœlestis effectam & sacro velamine consecratam
esse, quomodo quæso poteris sponfam potentiore tollere, & eam tuo matrimonio copu-
lare?

Sed Augustinus, aiunt, vitæ sanctitate & doctrina istis minimè inferior, nec adu-
teros vocari vult, qui post votum nupserint, & qui tales diuidunt grauer peccare asserit.
Cuius hæc verba proferuntur non sicut ab illo scripta, sed sicut à Gratiano sunt in decre-
torum librum relata: qui citat hæc verba ex Augustino de bono coniugali: Quidam nu-
bentes post votum asserunt adulteros esse: Ego autem dico vobis, quod grauer peccat,
qui tales diuidunt. Quid si in eo libro scripta non reperitur? Quid si ne in libro qui-
dem de bono viduitatis his verbis? Quid si is liber de bono viduitatis Augustini non est,
verum Iuliani potius, quemadmodum annotatum ab Erasmo legimus? Quid si palam
Augu

Chry. ep. 6. ad
Theodorum 110
nach.
Heb. 13.

Num. 25.
i. Reg. 15. et 16.

Zosim. li. 2. ca.
2. et lib. 1.
Abd. de vitis
Apoll. li. 7.

Obiectio ex Au-
gustino.

27. distim.
Quidam.
Liber de bono
viduitatis, po-
tius Iuliani
quàm Aug. est.

Augustini sententiæ aduersatur locus hic? cuius hæc verba alibi leguntur: Virgo quæ si nu-
beret non peccaret, sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. Nunquid ip-
se sibi contradicit Augustinus? nunquid vnus huius quam omnium aliorum, quæ etiam
sua ipsius alio in loco plus valere debet auctoritas? Sed nos tamen dabimus hoc Gracia-
no, cuiuscunque sit auctoris liber hic, vt parem tamen, ac si ab Augustino scriptus esset, au-
thoritatem & pondus habeat, modò vt verba illius non truncatim excerpta, sed quòd me-
lius cognosci sententia possit, paulò altius repetita diligentius excutiantur. Dixerat in
præcedenti capite: Quæ se non continent, nubant, antequàm continentiam profitean-
tur, antequàm Deo voueant, quod nisi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de ta-
libus dicit: cum enim in delicijs egerint, in Christo nubere volunt, habentes damnatio-
nem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id est, voluntatem ad nuptias à proposito
continentiæ deslexerunt. Irritam quiuque fecerunt fidem, quam prius vouerant, quod per-
seuerantia implere noluerunt. Mox paucis interiectis in proximè sequenti capite: Quo-
niam, inquit, sicut ait dominus, non omnes capiunt verbum hoc: quæ potest ergo cape-
re, capiat: quæ se non continet, nubat: quæ non cœpit, deliberet: quæ aggressa est, perseue-
ret: nulla aduersario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. In coniugali quip-
pe vinculo si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali
continentia muneris amplioris expetit, qua expetita & electa & voti debito oblata,
ià non solù non capessere nuptias, sed etià si nò nubatur, nubere velle dånabile est. Nà vt
hoc demonstrat Apostolus, nò ait, cum in delicijs egerint in Christo nubunt, sed nubere
volunt, habentes, inquit, dånationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubedo,
tamè volèdo, non quia ipsæ nuptiæ, vel talis damnanda iudicatur, sed dånatur propo-
siti fraus, dånatur fracta voti fides, dånatur nò susceptio in bono inferiori, sed ruina ex bono
superiori. Postremò damnatur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed
quia continentiam primam fidem irritam fecerunt: Quod vt breuiter insinuat Apo-
stolus, noluit eas dicere habere damnationem, quæ post amplioris sanctitatis propositum
nubunt, non quia non damnentur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ damnari putarentur. Sed
cum dixisset, nubere volunt, continud addidit habentes damnationem, & dixit quare:
Quoniam primam fidem irritam fecerunt, vt voluntatem, quæ à proposito cecidit, appa-
reat esse damnatam, siue sublequantur nuptiæ, siue desint. At paucis interiectis: Quapro-
pter non possum quidem dicere à proposito meliore lapsas feminas, si nupserint, adu-
teria esse, non coniugia: sed planè non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate san-
ctiore, quæ vouetur Deo, adulterijs esse peiores. Si enim, quod nullo modo dubitandū
est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non seruat marito, quan-
to grauius offenditur in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Nun-
quid autem hæc cuiuscunque tandem scriptoris verba pro te faciunt? qui falli putat eos,
qui talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria dicunt, & fieri per opinionem
hanc non paruum malum, vt à maritis separentur vxores. Demus hoc Gratiano, vt quæ-
uis hæc Iuliani potius, Pelagij sectatoris, contra quem scripsit Augustinus, quam Augu-
stini censei possint, non minus tamen auctoritatis habere patiamur, quàm si citra du-
bitationem vllam ab ipso Augustino essent prolata. Da tu vicissim eidem Gratiano, quæ
toties in libro tuo testem citas, vt quo ille sensu hæc dixisse vult Augustinum, eo accipi
velis, & erit omnis controuersia sublata. Sic autem prolatis in vtranque partem auctori-
tatibus nonnullis loquitur Gratianus: Hic distinguendum est quod vouerunt alij sunt
simpliciter vouentes, de quibus Augustinus & Theodorus loquuti sunt: alij sunt, qui-
bus post votum benedictio accedit consecrationis, vel propositum religionis, de quibus
Hieronymus, Nicolaus, & Calixtus scripserunt. Neque verò solus Gratianus, verum &
Petrus Lombardus, quem omnis postea Theologorum est schola sequuta, hoc iuter sim-
plex siue priuatum, & solenne votum discrimen posuerunt, vt hoc matrimonium coh-
tractum dirimeret, illud verò non. Vides igitur, quòd qua tu vis ex parte, nihil hæc ver-
ba pro te faciunt? Vbi verò dicitur, lapsus & ruinas eiusmodi esse adulterijs peiores, aper-
tè Pighi, sententia confirmatur. In quem dum tu facis impetum, clarissima Dei ciuitatis
lumina, sub illius nomine lacerare, & quæ sectari fideliter debebas, ea non dubitas hosti-
liter insectari, dum non contentus cum Philippo turpem hanc esse Pighij orationem di-
cere, minus malum esse si fornicetur alligatus voto continentiam, quàm si nuptias contra-
hat, blasphemam in super vocas. Scilicet, blasphemus sunt Cyprianus, Hieronymus, Am-
brosius, Augustinus, Basilius, Chrysostomus, de quibus non doctriinæ magis, quam san-
ctimoniam excelsens est apud omnes opinio, quàm latè pater orbis Christianus? His tu
talibus viris ore blasphemus tam horribile crimen objicere audeas? Fortasse vim vocis hu-
ius ignoras? Si scholam Xenocratis, sicut Polemo, ex antelucano conuiuio temulentus
intraf-

Cap. 3.

1. Tim. 5.

Matt. 19.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.
Presbyter vel
monachus con-
trahens cur dån-
natur.

Cap. 11.

Distin. 7. Presb.

Lib. 4. sen. dist.
38. cap. 1.
Votum duplex,
simplex & so-
lennè.

intraffes, non tanta, quanta in isto cœtu tot sanctorum deberes verecundia coerceri. Hic enim certe tantò maior debet esse verecundia, quantò verior addiscitur sapientia. Tanto amplius reuerendi sunt tot venerabilium Episcoporum, quam vnus Xenocratis vultus, quantò Platone Xenocratis doctore, doctòr istorum maior est Christus. Nunc tu vi de, quam illis reuerentiam tribuas, qui non tam antelucano conuiuio temulētus, quam infano conuiuio turbulentus eos blasphemos vocare non vereris, in quibus Christum ipsum loqui dubitandum non est: Neque enim Pighij, verum istorum est, quàm tu blasphemam vocas, sententia, qui iam inde à mille & amplius annis pro columnis Ecclesie sunt habitii: ipsi sunt qui nuptias eorum, qui continentia voto sunt alligati, & adulteria vocant, & adulterijs esse peiores affirmant.

Nuptie sacerdotum & monachorum peiores adulterijs sunt. Peccatum delibetatum grauius quam casuale.

Quis autem est qui non grauius esse crimē iudicet adulterij, quàm fornicationis? Sed fac vtrumque esse adulterium, siue ducat vxorem alligatus voto continentie, siue fornicetur. Nunquid non grauius est quod quis ex proposito, dataque opera committit, quàm in quod ex humana sit infirmitate prolapsus? Nunquid quod perpetui, quàm quod intermittitur tamen, magis flagitiosum non est? Non sumus hi, qui sacerdotum & monachorum incontinentia patrocinarum velimus: Procul à nobis abist hac tam impura cogitatio: Quin eos disciplina seueriore iuxta sanctorum Canonum sanctiones coercendos esse censemus. Quæ quidem disciplina, per istud nuper natum Euangelium sic est multis in locis abolita, vix vt vllum iam illius vestigium appareat. Quamobrem clara voce pronunciamus, ingens esse flagitium & graui animaduersione puniendum, fornicationes & concubinarum sacerdotum & monachorum: Sed interea tamen, non possumus Augustini, Basilij, Chrystostomi, ac aliorum sanctorum doctorum sententias nò probare, qui nuptias istorum esse multò sceleratiores affirmant. Nam qui peccat ex prolapsione carnis, agnoscit persæpe peccatū suum, & eius admisiſi pœnitet, quo fit, vt à patre misericordiarum, qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat, facilius misericordiam impetrare possit. At qui ducit vxorem, tantum abest, vt se peccasse confiteatur, vt aliquem ex eo dolorem animo concipiat, vt etiam tanquam Sodoma prædicet peccatum suum, vt gloriatur in malitia qui potens est in iniquitate, vt virtutis etiã nomine paliare conetur. Nisi forte non palliat suum flagitium virtutis nomine, qui, quod præclara illa ciuitatis Dei lumina non modò adulterium, verum & incestū & sacrilegium appellauerunt, id honorabile concubium & thorum immaculatum dicere non pertimescunt. Quid est hoc aliud, quàm cum his, quibus Propheta vix sempiternum comminatur, dicere malum bonum, & ponere tenebras lucem? Quid est hoc aliud, quàm in spiritum sanctum peccare, quod peccatum etiam ipse Christus tam graue esse dicit, vt nec in hoc, nec in futuro seculo remittatur. Sed excutiamus adhuc rem diligentius.

Exib. 18.

Esai. 3.

Esalm. 51.

Esai. 5.

Matth. 23.

Bona res mala sunt, si non recte fiant. Luc. 10. Lib. 7. in Luc.

Salutare in vita eius prohibuit Christus.

Aug. de quaest. 11. noni. veteris testamenti. quæst. 11. in 1. 1.

Dei causa negotia omnibus preferenda. 2. Cor. 13. 5.

Quærent quid mali sit in nuptijs, quibus ipse Christus etiam interesse, & eas primo edito miraculo honestare dignatus est, quibus tot tam præclara Paulus tribuit elogia? Viciſsim ab eis quaeramus licet: Quid est mali in salutando? cum hic communis vsus sit gratia, & tamen dixit Christus: Neminem salutaueritis in via. Nò hic salutationis officium & sedulitas aufertur, inquit Ambrosius, sed obstaculum impedienda deuotionis amouetur, vt quando diuina mandantur, paulisper sequeſtratur humana. Pulchra est saluatio, sed pulchrior quo maturior diuinorum exequutio, quæ per morã sapè traxit offensam. Ideo autem & honesta prohibentur, ne solennis gratia obrepat officij, & impediatur ministerium, cuius mora culpa sit. Quod de salutatione dixit Ambrosius, hoc totidem verbis de nuptijs dici potest. De quibus ita loquitur Augustinus: Si licet, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet vxores habere? id est, vt ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat vnumquodque suam legem habere? Est enim quod omninò generaliter omnibus non licet, est item quod alijs licet, & alijs non licet, & est quod aliquando licet, & aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet: negociari verò aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari: factò iam, non licet. Et Christiano cum vxore sua conuenire aliquando licet, aliquando verò non licet. Propter dies enim processions aliquando nò licet conuenire: quia etiam à licitis abstinentium est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Vnde Apost. Ex consensu, ait, abstinentium ad tempus, vt vocetur orationi. Nam secundum legem in ieiunio cædi & iurgari nò licet, postea licet: quia maior reuerentia debetur Dei causis. Nunquid omne, quod ante cæteros licet, ante Imperatorem licet? Quantò magis in Dei causis? Ac per hoc antistitem eius puriorem cæteris esse oportet, ipsius enim personam habere videtur: est enim vicarius eius, vt quod cæteris licet, illi non licet: quia necesse habet quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo aut offerre, aut tingere. Et non solū huic concubitus non licet, verum etiam & ministro eius: quia ipse mūdior debet esse, quia sancta sunt,

etia sunt, quæ ministrat. Nam sicut ad comparisonem lucernæ, tenebræ non tantum obscuræ, sed etiam sordidæ sunt, ad comparisonem autem stellarum, lucerna caligo est: ad solis verò cõparatione stella nebuloſa sunt: ad Dei aut claritatē, sol nox est: Ita & quæ ad nos et licita & mūda sunt, ad Dei dignitatē quasi illicita & immūda sunt: quoniam enim bona sunt, Dei tamē personæ non competunt. Nunquid non tunica medio cruris hominis, quāuis munda, imperatori tamen sordida & illicita est. Ac per hoc antistites Dei puriores esse debent, quàm cæteri: quia & Christi habent personā, & ministros Dei mūdiores esse oportet. Nemo enim imperatori ministrat, nisi vestimentis claris & mundis indutus: Deus autem quia natura clarissimus est, ministros eius natura magis, quàm vestibus mūdus esse oportet. Hæc ille.

Quæramus adhuc ex illis, quid mali fuit in arca sustentanda, quæ minari ruinā visa est: an nò pietatis id potius videri poterat? & tamē qui sustentauerat Oza indignante domino mulctatus est. Sic quod natura sua piū erat, ratione personæ factū est impium. Quid mali est in adolēdo incenso? Certè scribēs ad Demophilū Dionysius, nihil inconueniēs fecisse regē existimat, & tamen qui facere id aggressus erat Oſias rex, cum quod sacerdotū munus erat propriū, id vsurpare sibi conaretur, lepra percussus moritur. Quid mali est in sacrificado? Proprius hic est Dei cultus, & illi soli debitus: Chore tamē, Dathā, & Abiron, cū id facere seorsum tentassent, dirupta est terra sub pedibus eorū, & aperies os suū deuorauit eos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderūtq; viui in infernum operi humo: quin & ignis egressus à domino interfecit ducetos quinquaginta viros, qui offerrebāt incensum. Quæ de re sic aliquando scripsit Basilius: Fieri potest, vt sit aliquid propria sua ratione, & voluntas Dei, & bonum: quando verò præter personam vel tēporis rationē vsurpatur, iam Deo acceptū non fit. Vt exempli gratia: Voluntas Dei erat, & bonum erat, incensum offerre Deo: Verum acceptum illi nò erat, cum fieret à Dathan & Abiron. Nihil igitur in arca sustentanda, nihil in adolendo incenso, nihil in sacrificando mali fuit, sed quoniam nò ab his fiebat, à quibus factum oportuit, quoniam in diuisione fiebat, quæ per se bona, quæ sancta sunt res, quia non benè facta est, mala facta est, & in perniciem cædit his, à quibus fiebat. Sic & nuptiæ bona sunt, sed bonum quòque malum fit, si non benè fiat, si fiat ab his, à quibus fieri non oportet. Quòd si verum est, quòd à Gregorio scriptum legitur, quòd peccata carnalia, maioris quidem infamie, sed minoris culpæ sunt, quàm spiritalia, quòd ad eò verum esse credit Augustinus, vt audeat dicere, quòd superbis cõtinētibz expedit cadere, vt in eo ipso, in quo se extollit humiliatur. Quòd pluribus etiam verbis prosequitur Angelomus in suis commentarijs in lib. Regum vbi de casu Dauidis loquitur. Chrystostomus autem inuidum scortatore, furere, homicida deteriorē esse scribit: simulatorem & inuidum furiosū & iracundū tantò deteriorē esse dicit, quòd oculum malum aperto alterius est. Super illud: Beati pacifici: quis dubitabit affirmare, plus in nuptijs eorū esse culpæ, qui voto continentie sunt alligati, quàm in fornicatione? Hoc enim carnis tantū est vitii: ibi verò carnis vitii simul adiunctū est illud, quòd è spiritus vitij vnū est omnium grauissimū, nimirū arrogancia, si qui dem abominatio domino est omnis arrogancia. Quæ maior autē esse potest arrogancia, quàm si quis hoc ipse sibi tribuat, vt se plus intelligere putet, quàm omnes omnium artatū homines, qui fuerunt ex eo tēpore, quo Christus homo fieri dignatus est, quibus visum est vnanimiter omnibus, neq; licere sacerdotibus vxores ducere, neque deesse alia præter nuptias incontinentie remedia? Hæc arrogancia vna omnium maxime est Deo abominabilis, hæc primū hominem de paradiso deiecit: neq; enim gustando pomo grauissimè peccauerat, sed in hoc erat crimen maximum, quòd contra Dei præceptum venerat, quòd esse siccut Deus volebat, quòd serpentis concilium sequutus quid è re sua foret, se melius quàm Deum intelligere sibi persuadebat. Hæc Luciferum quoque de cœlo derurbauit. Neque enim ob scortationem, aut adulterium, aut furtum deiectus est de cœlo, sed superbia illum inde præcipitavit infra ipsam abyſsum, cuius hæc verba sunt: Ascendam & ponam solium è regione Dei, & ero æqualis altissimo. Et ob hæc verba deiectus est, inquit Athanasius, ignisque æternus eius hæreditas & portio factus est. Hæc est quæ schismata semper generat & nunc generat. Huius fons est cæcus amor sui, quando quis ita se, ita sua idola, hoc est, commenta suarum opinionum amat, ita sibi ipsi placet, vt contemptis patrum sanctorum theorematibus, sua illis theoremata non dubitanter anteponat. Hinc hæreses & schismata oriū Petrus etiam indicat, cum dicit eos esse maxime cruciados, qui post carnē in concupiscētia immundicia ambulāt, dominationemq; siue potestatem contēnunt, audaces, inquit, sibi placentes, sectas nò meruunt introducere. Cum enim sibi placent, cum adeo seipsos amēt, vt nihil nisi quod ipsi sentiunt rectū esse putēt, ita fiunt in sententia sua pertinaces & præfracti; vt ab eo quod semel in animum indu-

2. Reg. 6. Peccatum fit, si fiat ab eo, à quo non oportet. Epil. 8. 2. Para. 26.

Nun. 16.

Basilius in reg. cont. ad. q. 176.

Nota.

Superbis continētibz expedit cadere. Aug. ser. 52 de verbis domini. Chry. Hom. 36 in Ioan. lib. 2. Prover. 16. Greg. Nilſenus.

Genes. 3. Arrogancia criminis grauissimū

Esai. 14.

Athan. in li. de virgin. Amor sui quid efficiat.

2. Pet. 2.

Aug. li. 14. de civi. dei. ca. 16.

Schisma criminis gravissimum.

Cyp. de unitate ecclesie. 2. Reg. 11. Num. 16.

Idem li. 1. ep. 6.

Aug. cont. epi. Parmeniani li. 2. cap. 13.

Idem de unitate ecclesie. cap. 4. Ephe. 5. Ecclesie unitate non communicans, Christo non communicat.

29. quest. 2. Sors.

Matth. 8. Ethnicum esse quid. Aug. tractat. 89. in Ioan.

terunt, nulla ratione deduci posse videantur. Hinc existunt postea sectæ: Sequuntur enim qui sunt hoc ingenio præditi, non quod vniuersæ Ecclesiæ, sed quod suo capiti videtur. Hinc ædificatur Babylon, quàm ædificat, sicut ab Augustino scriptum est, amor sui. Nam dum quisque opinionem suam solitariam amat, & eam tuetur mordicus, nec dimoueri se de ea patitur, fit Babylon: fit confusio linguarum & opinionum tanta quantâ nunc videre licet in ea Babylone, cuius primus architectus fuit Lutherus. Quando igitur queritur plus ne vitij sit in nuptijs, an in fornicatione voto continentie alligatorum, illud in quæstionem venire videtur, maior ne sit schismatis, an fornicationis culpa, neque dubitandum est, quin multo maior sit in schismate: quod Cyprianus tam graue crimen esse scribit, vt ne sanguine quidem expietur. Dauid adulterio iunxit homicidium, virtute tamè crimè remissum est illi, simul vt confessus est: De Chore, Dathan, & Abiron, nihil eius generis commemoratur, nullius criminis affines deesse leguntur, quin vt scribit idem Cyprianus, eundem cum sacerdote Aaron & Moïse Deum nouerant pari lege & religione viuèntes, vnû & verû Deû, qui colendus, atque inuocandus fuerat inuocabatur, ob hoc solû facinus, quod seorsum sacrificabat, quodque loci sui ministeriû transgressi, contra sacerdotem Aaron & Moïsem insurgentes, se ab illis segregauerant, diuinitus percussis, pœnas statim pro illicitis conatibus pependerunt. Itaque quod olim Donatistis dixit Augustinus: Non in sacramentis, sed in præcisione vitium est hoc & nos istis rectè dicere possumus: non tantum in nuptijs voto continentie alligatorum, quantum in separatione crimen esse, quando quis seipsum separat à Christo: Separat autem seipsum à Christo, quisquis ab eius corpore, quæ est Ecclesiæ, se segregat. Etenim totus Christus, quemadmodum ab eodem Augustino scriptum legimus, caput & corpus est. Caput est vniuersus Dei filius, corpus eius Ecclesiæ: sponsus & sponsa, duo in carne vna. Quicumque de ipso capite à scripturis sanctis dissentiunt, etiâ si in omnibus locis inueniantur, in quibus Ecclesiæ designata est, non sunt in Ecclesiâ. Et rursus: Quicumque de ipso capite scripturis sanctis dissentiunt, & unitati Ecclesiæ non communicant, non sunt in Ecclesiâ: quia de Christi corpore quod est ecclesiæ, ab ipso Christi testificatione dissentiunt, Verbi gratia: Qui non credunt Christum in carne venisse de virgine Maria ex semine David, quod apertissime scriptura Dei loquitur, aut in corpore ipso resurrexisset, in quo crucifixus & sepultus est, etiam si per omnes terras inueniantur, per quas est Ecclesiæ, non vique sunt in Ecclesiâ, quia ip sum caput Ecclesiæ non tenent, quod est Christus Iesus: nec in aliqua diuinarum scripturarum obscuritate falluntur, sed notissimis & apertissimis earum testimonijs contradicunt. Item quicumque credunt quidem quod Christus Iesus, ita, vt dictum est, in carne venerit, & in eadem carne, in qua natus & passus est, resurrexerit, & ipse sit filius Dei, Deus apud Deum, & cum patre vnum & incommutabile verbum patris, per quod facta sunt omnia, sed tamen ab eius corpore, quod est Ecclesiæ ita dissentiunt, vt eorum communio non sit cum toto, quacunque diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur, manifestum est eos non esse in Ecclesiâ.

Ex his Augustini verbis discimus, quod quisquis unitati Ecclesiæ non communicat, Christo non communicat: quod à Christo se separat, quisquis ab eius corpore sancta catholica Ecclesiæ se separat. Nunquid autem is communicat unitati Ecclesiæ, qui, quod vno ore affirmant omnes iam inde à mille quingentis annis, continentie voto alligatis nuptias contrahere fas nos esse, contra id venire, & contrarium asserere audeat? Nunquid non apertè à Christi corpore se præcidit, qui quod tam constanter Christi mēbra sancti Catholici & Orthodoxi doctores omnes tot seculis docuerunt, id oppugnare non dubitat? Est non nemo, qui propterea minus peccare putat sacerdotem si ducat uxorem, quod non in aliud peccet, quàm in legem Ecclesiæ: Et citatur Augustinus, qui dixerit, Gratiano referente: Copulam sacerdotalem vel consanguineorû, nec legalij, nec Evangelica, vel Apostolica auctoritate prohiberi: cum tamè neque scripserit hoc alibi Augustinus, neque ex Augustini, verum ex sua ipsius sententia hæc verba proferat Gratianus. Sed nos, si quis dixerit Ecclesiastica lege copulam sacerdotalem interdicti, cum eo tria verba non commutabimus. Nunquid autem qui contra legem eiusmodi venit, idèd minus peccat, quia non in aliud, quàm in Ecclesiæ legem peccat? Vis audire quantum committat flagitium? Audi non Augustinum, non Hieronymum, non hominum quemquam, sed ipsum Deum & hominem Christum, huius peccati grauitatem demonstrantem. Si non audierit, inquit, Ecclesiæ, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Nunquid leue tibi videtur crimen ethnicum esse: nunquid non multo grauius quàm fornicatorem aut adulterum esse? Quid est autem ethnicum esse, nisi infidelem esse? in Christum non credere? Potest autè extra Christum spes esse salutis vlla? Certè peccatum infidelitatis tantum esse vult Augustinus, vt

vt sub hoc vno, quasi generali nomine, putet peccata omnia contineri. Et sicut cum dicitur, Apollolus, etiam si non exprimat quis Apollolus, non intelligitur ramen nisi Paulus, ita cum dicitur, peccatum, etiam si non imprimatur quod peccatum, non intelligitur nisi infidelitatis. Quod etiam illa Christi verba videntur indicare, cum dicit de Spiritu sancto: Ipse arguet mundum de peccato. Ac mox quasi exponens: de peccato quidè, quod non crederent in me. Itaque tantum esse crimen infidelitatis vult Augustinus, vt etiam quæ bona videntur opera, si fiant ab infideli, peccata esse doceat, quod omnis infidelium vita peccatum sit.

Quod cum ita sit, cum ecclesiam non audire sit ethnicum & infidelem esse, nunquid esse dubium cuiquâ poterit, quin multo sit flagitium grauius, in Ecclesiæ contemptum continentie voto alligatis nubere quàm vri? Certè nullum est vitium heresi, schismate, infidelitate deterius. Congerantur, inquit Erasmus, in vnum sacerdotem, luxus, libido, ambitio, auaritia, & si quid præterea criminum est, omnem hanc vitiorum lernam vna superat hæresis. Eadem est & schismatis, & infidelitatis ratio. Sed hac de re, cum de traditionibus humanis agemus, dicendi locus erit vberior. Nunc illud scire sufficiat, honorabile conubiû & thorum immaculatam, nos cum Paulo prædicare: sed ecclesiæ cõtèptum, sed schisma, sed infidelitatem siue ethnicismum execrari. Quare, quicumque non ita credit sanctam catholicam Ecclesiæ, vt eam tanquam parentem audiendam, vt eius legibus tanquam à Spiritu sancto latis obtemperandum esse putet, schismaticus est, hæreticus est, ethnicus est & publicanus. Nec est quod existimet, non in aliud se peccare quàm in legem Ecclesiæ; peccat in Christum ipsum. Neque enim sponsus à sponsa sua, neque caput à corpore suo disiungitur. Qui vos audit, dicit Christus, me audit: qui vos spernit, me spernit. A Christo itaque separatur, quisquis ab eius corpore separatur, & quantumlibet laudabiliter viuere se existimet, hoc fole scelere, quod à Christi vnitatem diuinitatem est, non habebit vitam, ait Augustinus, sed irâ Dei manet super eum: contra, qui permanet in Ecclesiæ unitate, quamlibet grauis sit flagitijs coopertus, quacumque tamen hora ingemuerit, nihil est quod dubitet, quin posteaquam ex animo patrorum criminum eum perituerit, remissionem peccatorum consequutus, ad vitam peruenire possit æternam. Neque enim est alibi remissio peccatorum & æternæ vitæ consequendæ spes, quàm in ea, quæ corpus est Christi, sancta catholica Ecclesiæ.

De ijs, quæ restant ex symbolo, Peccatorum remissione, Carnis resurrectione, & vita æterna.

CAPVT LVII.

Atque hæc est causa quamobrem in symbolo, posteaquam credere nos professi sumus sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, mox subiungimus: peccatorum remissionem, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Nulla est vitæ æternæ spes, nisi remissis peccatis sine quibus nemo nascitur mortalium: Quibus cum inquinetur anima (nihil autem coinquinatum intrare possit in illam ciuitatem, in qua est vita æterna) necesse est inquinamenti eiusmodi mundari per peccatorum remissionem, quam assequi non licet, nisi in sancta catholica ecclesiæ, idque per sanctorum, hoc est sacramentorum communionem. Remissis autem peccatis, non est dubitandum homini Christiano, quin sit compos futurus vitæ æternæ. Atque hic est scopus ad quem omnes tendimus: hic est finis, propter quem omnia illa credimus, quæ sunt in hoc libro commemorata. Quoniam verò totum Deus hominem saluandum suscepit, constat autem homo ex anima & corpore, ex eo factum est, vt carnis prius, hoc est corporum resurrectionem, posteriori verò loco vitam æternam nos credere profiteamur. Quæ carnis resurrectione cum in Christo præcesserit, licet sperare corpori, quod præcessit in capite. Caput Ecclesiæ Christus est, Christi corpus Ecclesiæ: caput nostrum surrexit, in celum ascendit, vbi caput, illic & membra. Carnis autè nomine, corpus humanum: resurrectionis reuiuiscētia intelligitur, de qua nemini Christiano dubitandum est: quando quidem, vt à Ioāne Chryostomo scriptum est: qui docēdus est esse resurrectio, is profectus non est Christianus. Quamobrem inconcussa fide tenenda est: Cuius fidei magna est utilitas. Nam & pijs in hoc mundo afflictis præcipium solatijs, & impijs terrore adfert: qui sine modo in omnia collaberetur vitia, si post hanc vitam non sua cuiusque factis merces tribueretur. Præclare Cyrillus Hierosolymitanus. Radix omnis bonæ operationis, est resurrectionis spes. Nam expectatio retributionis, attrahit mentem hominis ad bene operandum. Paratus est enim omnis operarius ad perferendos labores, cum perspexerit laborum suorum mercede se fraudatû non iri. Hęc est basis totius fidei nostræ, quam solidam esse oportet: quæ si vacillet, reliqua penè frustra creduntur. Cur autem vacillet causa non est, quado quidem resurrectione hanc vel reuiuiscētia quotidie videmus in feminibus,

Contra d. aseph. pelagianorum lib. 3. cap. 3. Peccatum infidelitatis omnia reliqua in se includit. Ioan. 16. Lib. 4. cont. Iulianum cap. 3. Hæresis criminis grauisimâ. Eras. ad fratres Insuperioris Germaniæ.

Luc. 10. In schismate non saluatur. Epist. 150.

Apo. 21.

Peccatorum remissio extra ecclesiæ non est.

Resurrectio carnis istam corroborat.

Carnis & resurrectionis nomine quid in illis genitum. Chryl. homil. 44. in Ioan. Cath. vltim.

Resurrectio est mortuis si sed nostra basis.

1. Cor. 15. Resurrectio similitudinis seminis reuiviscens probatur

1. Cor. 15.

Resurrectio duplex. 1. Cor. 15. Danie. 12.

1. Cor. 15. Danie. 12.

Rom. 8.

Esai. 64. 2. Cor. 3.

1. Cor. 15.

2. Cor. 3.

Fidei obiectum.

Fidei & spei comparatio. Chry. sermo 4. iuxta finem. Hom. de fide, spe & charitate.

1. Cor. 3. Spei fructus.

que spargimus in terram, à quorum similitudine probat etiam Paulus carnis resurrectionem. Sic enim loquitur: Sed dicit aliquis, Quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore venient? Inspiciens tu, quod seminas, quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius ceterorum: Deus autem dat illi corpus sicut vult, & unicuique feminum proprium corpus. Stultum vocat Paulus eum, qui miretur semel id posse prestare Deum in resuscitandis corporibus, quod quotidie natura facit in eliciendo semine. Tu, inquit, semen aridum aut mortuum conijcis in terram, ibi rursus putrefactum interijisse videtur, atque ita demum exiliens è terra velut renascens & reuiviscens, nec aliter reuiviscit granum frumenti, nisi cadens in terram mortuum fuerit, ac alia multò specie renascitur, quam in scrobe conditum fuerat. Pusillum vile, nigrum, ac siccum granulum infoditur humo, id putrefactum in limo, suo tempore velut reuiviscens in teneram herbam erumpit, mox culmi, dein aristæ. At nihil horum apparebat in illo granulo, quod terra tradidisti. Sua cuique femine vis inest, ea se profert, ubi rursus emerferit, ut iam aliud omnino videatur cum idem conspicias, sed renatum in meliorem formam. Ex quantum grano quantum arbore enatam vides? quod stirpis robur? que radices ambages? quâ latè sparsi rami? quæ pompa frondium? quæ florum amœnitas: quæ festum ubertas? Nihil horum erat cum tu vile illud ac minutum granum in sepelires humo, & tamen hæc omnia audebas sperare naturæ viribus fretus, & non audes idem à Deo sperare fretus illius omnipotentia? Hæc similitudine carnis resurrectionem probat Paulus, quæ evidentior est, quam ut de ea dubitari debeat.

Est autem duplex resurrectio: Nam procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitam: qui verò mala fecerunt, in resurrectionem iudicij, id est condensationis. Quod & Daniel testatus est dicens: Tunc resurgent qui sunt in terra pulvere, ij quidem in vitam æternam, ij autem in opprobrium & confusionem sempiternam. Vnde Athanasius ita symbolum suum concludit: Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & redditori sunt de factis proprijs ratione: Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum. In Apostolorum autè simbolo neque ignis, neque opprobrij, neque iudicij fit vlla mentio, sed post carnis resurrectionem mox concluditur, & vitam æternam. Et si autem animæ impiorum æque vitam æternam habebunt atque piorum, impiorum tamen immortalitas mors potius æterna, quam vita æterna in scripturis dicitur. Moriuntur enim vitam, morti sine fine victuri. Sicut præclare dictum est ab Eusebio Emisleno, vel si mauis ab Augustino, nam in vtriusque sermone hæc verba reperiuntur. Vnde & Paulus: Stipendia autem peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Neque vnquam in scripturis vita æterna nisi in bonam partem accipitur: in qua quid non sit, quam quid sit dicere facilius est. Non est ibi mors, non est ibi luctus, non est lassitudo, non est infirmitas, non est fames, non sitis, non æstus, non corruptio, non indigentia, non tristitia. Vis nosse quid ibi sit? Dicit Esaias: Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Si in cor hominis non ascendit, cor hominis illuc ascendat. Mûdetur cor ab omni immunditia, ut possit eum videre qui est vita æterna. Hæc est autem vita æterna, dicit dominus, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ea cognitio hic incipit per fidem, ibi consummabitur cum reuelata facie gloriæ domini speculabimur. Quod ut nobis contingat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi dicamus omnes, Amen.

De Spe.

CAPVT LVIII.

Porro ad Deum piè colendum non est quod quisquam existimet solâ fidem sufficere. Hæc est enim qua credimus. Credimus autem non modò promissionibus, verum etiam comminationibus Dei. Quoniam verò peccatorum nostrorum nobis conscij sumus, fieri non potest, quin ea nobis timorem incutiant, qui rum salubris est, quando spe misericordiæ sustentatur. Hæc igitur indiuidua fidei comes esse debet. Hæc est enim quæ accipit, quod fides credit. Ad eò sunt hæc duo sibi inuicè cõiuncta, ut altera sine altera stare nõ possit. Nã quemadmodum à Chrysolostomo præclare scriptum est, fides gloriæ inchoat, spes sustinendo consummat. Illa fundamentum ponit, hæc ipsum hominem construit. Illa dat principium, hæc Christianum perducit ad summum. Illa inchoat dulcitate aggreditur, hæc ad cõsummationem virtutis meditatur. Illa quod promittitur, credit: hæc quod sperat iam cernit. Videmus nunc, inquit Apostolus, per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nec enim quisquam poterit fidei fructum percipere, nisi qui spei gloriæ voluerit consummare. Ut enim sine fide non habet firmitatem

spei,

spes, ita sine spe fides non habet mercedem: Itaque summam perfectionis esse dicit Apollonius in Deum sperare. Qui sperat, inquit, ipse credit in Deum, & qui credit omnia quæcûq; promissit siue impijs pœnã, siue refrigera iustis reddituro, huic perfecta manet regni cœlestis dulcedo. Hæc est quæ filij prodigij ad pœnitentiã erexit: De hac per Prophetam dicit dominus: Quoniam speravi in me, liberabo eum: De hac scripsit Paulus: Spe saluti facti sumus: Hanc vocat galeam salutis: quod quemadmodum galea præcipuum corporis nostri membrum tuetur & conseruat, dum caput circumdat & vndiq; regit, ita & spes cogitationem nostram non sinit concidere, sed capitis instar erigit, nihil extraneum in illam incidere permittens. Hanc calibi comparat anchoræ, quod sicut anchora iacta de nauis, non permittit eam circumferri, licet in numeri venti cõmoueant, sed iactam fixam reddidit & immobilem, ita spes fixam reddidit animam in Deo, quæ scilicet quæcûq; tærationum procellis ac tempestatibus ea iactetur atque agitetur. Hæc est, quæ nos petere facit ut accipiamus. Neque enim satis est credere daturum Deum quæ promissit, sed oratione contendendum est, ut accipere, quæamus. Orandi autem formulam præscripsit nobis magister nostræ, dominus noster Iesus Christus: cuius explicationem non ita multò post ex Cypriano subiungemus. Verum ita Deus à nobis orãtus est, nihil ut hæsitemus, ac plenam in eo spem ac fiduciam colloceamus. Cum enim pater noster sit, proculdubio non committet vnquam aliquid ut neget à se perceptibus ijs, quos nimia charitate in filios adoptauit: cû præsertim Christi promissum habeamus dicentis: Petite & accipietis, Et: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Impossibile autem est mentiri Deum, qui veritas est: Deinde cum sit omnipotens, nihil est quod dubitemus, quin præstare queat, quæ petierimus. Quando itaque cerè nobis constat, quod d. & vult, & potest ea præstare nobis omnia, quæ precati fuerimus, accedendum nobis est ad thronum gratiæ & misericordiæ eius indubitata spe certaq; fiducia quæ petierimus obtinendi. Quod plures autem acceperimus, hoc facilius impetrabimus. Verè enim scripsit Hieronymus, quod impossibile est multorum preces non exaudiri.

Quamobrem non ipsi modò Deum deprecemur, verum etiam sicut Iob admonitum legimus, ut conuerteretur ad aliquem sanctorum: Sicut Paulum quoque non semel fecisse videmus, ut se fratrum orationibus peteret adiuari: sic & nos adiuari nos sanctorum intercessionibus postulemus nõ eorũ tantũ qui in hac lachrymarum valle nobiscũ degunt, sed magis etiã illorum, qui cũ Christo felicissimè viuunt. Nam qui corpus hoc mortis circumferunt, cũ & ipsi non sint absque peccato, ut necesse habeant nobiscũ vna dicere. Dimitte nobis debita nostra, non possunt ipsi de se quoque non esse solliciti: Quare fieri nequit, ut pari sint erga nos affectione, similiterque res illis nostre curæ sint atque ijs qui cũ sint absq; macula iam & ruga, omni cura & sollicitudine de se vacui, ex iam ad quam nos anhelamus cœlesti patria sunt potiti. Qui cũ fratres nostre, cũ eiusdè cuius nos corporis membra sint, atq; idè nos non diligere non possint, cũ præsertim fides & spes cessatura sint in patria, charitas autem non modò non cessatura, verum etiam tum demum perfecta sit futura, facere nulla ratione poterint, ut salutis nostre cura non tangatur. Preces autem eorũ tantò plus apud Deum ponderis obtinere dubium non est, quanto certius exploratum habemus, eos apud illum gratia valere plurimum: quod de ijs certò sciri vix potest, qui nondum sunt de corpore mortis huius liberati.

Quapropter ferendi non sunt, qui dicunt cum Vigilantio, pridem cœlestis iudicio condemnato, quod dum viuimus, metuè pro nobis orare possumus: postquam verò mortui fuerimus, nullius pro alio exaudienda est oratio. Nam sicut verè scriptum est ab eo, qui duobus libris errorem hunc illius confutauit, Hieronymo, Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris, quando pro se debent adhuc esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias & triumphos? Si piè dicebatur Paulo in terris degenti, ora pro me dominum: cur impius habeatur, qui totidem verbis eum nunc appeller in cœlis agentem? Verum nec eos audiamus qui mortuorum hanc vocant inuocationem: Quin ipsum potius Christum veritatis magistrum audiamus dicentem: Deus Abraham, Deus Isaac, non est mortuorum Deus, sed viuorum. Scilicet eos mortuos recèdè dicemus, per quos dæmones pelluntur, morbi fugantur, & qui mortui sunt, vitam restituntur? Nostra hæc, mors potius, quam vita dicenda est. Nam quotidie morimur, neque est hora vlla, qua est non fiat aliqua vita nostra diminutio: illorum autem vita sempiterna cũ sit, nulli iam est morti deinceps obnoxia, nos ut præ illis verè mortui dici possimus. Itaque præclare dictũ est à Petro Chryologo: Iustus tunc inchoat viuere, cũ pro Christo meretur occidi: transfertur ista morte vita martyris, nõ auferretur: morte magis claruit, qui ob hoc mortu' est, ut viueret in æternũ. Ac mox ad Herodè cõuertens. Ecce tu iaces, inquit, in morte, Ioãnes viuit occisus. Idè & Eusebi' Emislen' in Genesim

Luc. 15. Plalm. 98. Rom. 8. Ihes. 5.

Heb. 6.

Orandi ratio Mat. 6.

Spes orare non facit. Ios. 1.1.

Mat. 7. Iuan. 15. Heb. 6. Iuan. 14. In Cantica Cantic. lib. 1. Heb. 4. Hier. in cap. 18. Mat.

Iob. 5. Rom. 15. Coloss. 4. Sanctorum intercessio & inuocatio.

Vigilantij error

Mat. 22.

Sancti viuunt

Chry. serm. 174.

Amb. ser. 67.

scribens: Vita, inquit, perennis initiu de mortis sine fumentes. Et Ambrosius de Petro & Paulo loquens. Non enim mortui sunt, inquit, quorum curamus natalem hodie, sed reati viuunt, quia participes effecti sunt Christi, qui vita est omnium. Quamuis enim cor pora passioe caesa sunt, interruptus tamen non est ordo viuentium: lugiter enim & Deo gratias agunt, & laudes saluatori referunt: nisi quod resoluta membrorum sarcina magis adherent Christo. Sicut ait Paulus: Dissolui & esse cum Christo quod melius. Non est ergo dicenda mors, quae inueniente caremus persecutoribus, & Christo connectimur. Non est plane dicenda mors, quae Christo mortuum socians, lucrum efficit morientis: sicut ait beatus Apostolus: Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. Illa autem vera est mors, quae etiam hominem viuentem peccatorum morte constringit: qui quamuis vi uere videatur, sceleribus tamen suis morti iam videtur addictus: sicut ait Apostolus de il la deliciofa vidua. Haec autem viuens mortua est.

Peccatoru & nro
sanctorum pro
prie mors est.
Phil. 1.

1. Tim. 5.

Inuocatione san
ctorum non ob
scuretur gratia
Christi.

Gloriam suam
Christus com
municat cum
fidelibus.
1. Tim. 6.
Ioan. 14.
2. Pet. 1.
Phil. 2.
Matt. 9.

Athor. 5.
Athor. 19.

Aug. de Petro
& Paulo ser. 5
Reliquiarum
sanctoru virtus.

Honor Dei &
sanctorum di
uerfus.
Ejai. 42.
1. Tim. 11.
Deutr. 16.
Matt. 4.
Rom. 1.
Genes. 33.
Iud. 10.
1. Reg. 5.
Daniel. 4.
Genes. 19.
Iosue. 5.
Rom. 2.

Iam verò quod dicunt, inuocatione sanctoru Christi gloriam obscurari, tantum abest vt ita se res habeat, magis etiam vt illustretur, quando non in alium tota fiducia, quam in Christum transfertur. Nisi forte si quis parum sibi bene conficiat, atque adeo regis conspectum reueritus, deprecatores ad eum allegauerit, quos apud eum esse gratiosos existi met, is quoniam ipse non adiit, regis gloriae detraxisse sit putandus. Certè & pudor ho minis, quòd cum suam indignitatem agnoscit, tum regis magnitudinem reueretur, adeo non offendit regem, vt reddat illum ei commendatorem. Et sit non raro, vt princeps per alios dare malit quod petitur, nimirum si qui sunt, quibus gratiam & auctoritatem apud populum hoc pacto velit conciliare. Quod facere nonnunquam ipsum etiam regem regum & dominum dominantium non est incredibile: qui vsque adeo suae gloriae iactura nihil metuit, vt discipulis suis dicere non dubitauerit: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Sic visum est illi gloriam suam communicare cum his, quibus dignatus est communicare regnum suum, quorum non est indignatus fieri minister, quos vt naturae suae diuinae confortes faceret, idèd non exhorruit formam serui suscipere, carnem nostram indutum. Neque verò non praestitit, quod credentibus in se pollicitus est. Contactu simbricæ Christi sanata est mulier profluuii laborans. Magnum fuit hoc: Sed maius illud, quod vmbra Petri sanabat aegrotos: quòd sudarijs & semicinctijs, quae Pauli corpus contigissent, à demonijs pleriq; liberabantur. Quae res tantum abest vt aliquid Christi gloriae detraxerit, magis etiam vt illustrem eam reddiderit. Neq; enim ad alium, quam ad ipsum Christum omnis gloria transferebatur, in cuius nomine haec ab Apostolis miracula fiebant.

Augustinus de Petro loquens inter Apostolos meruerit audire: Tu es Petrus & super hanc petra edificabo Ecclesiam meam: dignus, qui aedificandis in domo Dei populis, lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clauis ad regnum. De hoc, inquit, ait sermo diuinus. Et tunc opem ferre poterat vmbra corporis, quanto magis nunc plenitudo virtutis? Si tunc supplicantibus proderat aura quaedam pertranseuntis, quanto magis gratia nunc permanentis? Merito per omnes Christi Ecclesiam, auro pretiosius habetur ferrum illud poenaliu vinculozum. Si tam medicabilis fuit obumbratio visita tis, quanto magis cathena vincientis? vt vmbra, inquam, transseuntis Petri obumbraret eos. Si inanis quaedam species vacuae imaginis habere potuit in se vim salutis, quanto plus de corpore meruerunt attrahere salubritatis, ferreo pondere sacris impressa membris vincula passionis? Si ad praesidia supplicantium tam potens fuit ante Martyrium, quanto magis efficax post triumphum?

Sed hic obijcitur nobis Dei verbum. Scriptum est, aiunt, Gloriam meam alteri non dabo: Soli Deo honor & gloria. Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias: Quamobrem impie faciunt, qui contra Dei verbum ita clarum & manifestum, Deo debitum cultum in homines transferunt. Scriptum est o Satana: sed non hoc est Dei verbum, quod tu persuadere membris tuis conaris. Neque enim secum ipse pugnat Dei spiritus, qui per Paulum alibi locutus est: Gloria & honor omni operanti bonum, Iudaeo primum & Graeco: non enim est acceptio personarum apud Deum. Scriptum est & illud, quòd Iacob adorauit septies obuiantem sibi fratrem: quòd Iudith Holofernem in conopaeo sedentem: quòd Nathan, quòd Bersabaa regem David: quòd Nabuchodonosor Daniele: quòd Abraham & Iosue angelos adorauerunt. Audebis ne sanctos hos Patriarchas & Prophetas idololatriae reos pronunciare? audebis ne, quòd Paulus ipse sibi contraria sit loquutus, affirmare? Qui cum dixerit vno loco, Soli Deo honor & gloria, dixit alio, Gloria & honor omni operanti bonum. Vides igitur non de verbo Dei, non de scriptura controverti inter nos, sed de eo, quemadmodum quod Dei digito scriptu est, intelligi

intelligi oporteat. Absit opinio scientia, quae inflat: adfit charitas, quae adificat, non deeerit nobis, sicut aliarum, sic & harum scripturarum sanus intellectus. Quòd si verba cap tiose scrutatus fueris, cum dicitur: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias, nunquam ex illis colliges solum Deum esse adorandum, verum illud potius, soli Deo esse seruendum. Ex quo consequens illud erit, hominem homini seruire non debere. Nulle ergo seruiet alteri, nisi qui velit idololatrie reus pronunciar. Atqui Paulus adeo non pro hibet hominem homini seruire, vt etiam de eo, quemadmodum seruire oporteat, praecpta dederit. Serui, inquit, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplici tate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi. Tam longè Paulus ab eo absuit, vt seruire hominibus prohiberet, vt haud aliter etiam seruos dominis carnalibus quam ipsi Christo voluerit obedire. Quae verba si quis inflatus sensu carnis suae remota charitate interpretari voluerit, quid aliud ex illis, quam idololatriam docuisse Paulum colliget? qui non alio loco dominos à ser uis haberi voluerit, quam quo Christum ipsura. Verba sunt clara & aperta: Sed nunqua id vel cogitare Paulo in mentem venit, vt diuinum honorem ad homines traslatum vel let. Quid igitur dicemus? patiemur ne notam hanc iniuri Paulo? patiemur hac eum aspergi infamia, qua nunc Ecclesiam vniuersam ab his qui segregauerunt semetipsos, aspersam videmus? quae vel errare cum Paulo satis ducit, quam cum istis rectè sentire. Certa enim est, quòd neque Paulus errare, neque possunt isti rectè sentire, qui se à compage Christi corporis auulserunt, atque ita ex membris Christi facti sunt membra diaboli, qui mendax est & pater eius. Qui quemadmodum iam ante docuimus, quòd facilius incautus o uibus obrepit, sese diuinae legis sententijs, velut quibusdam velleribus obuoluit, subin de vociferans, scriptum est enim. Sed de eo quid scriptum sit, non est vlla nobis dubita tio, de eo verò, quemadmodum quod scriptum est, accipi oporteat, controvertitur.

Ridèd isti qui nihil sibi non arrogat, nihil Ecclesiae non detrahunt, tanqua à scholasticis Theologis inuentu, quod de duplici cultu, seu adoratione, seu seruitute, traditum ab illis legimus: cu tamen id non trecentis his annis, quod isti volunt, ab illis excogitatu, sed ante mille prope ducentos annos ab Augustino literis mandatum esse legamus. Ac nisi di stinctionem hanc ad lucem scripturis asserendam attulerimus, quemadmodum defendi possint, quin ipse sibi contradicant, inueniri ratio vix poterit. In scholis itaque Theo logorum haec à priscis per manus tradita didicimus, neque fuit ferè quisquam liberalius eductus, cuius aures his vocibus non personuerint, esse duplicem cultum, adorationem, seruitutem: vnam latrae, duliae alteram: illam soli Deo deberi, hanc etiam hominibus re cte tribui. Hanc seruitutem, hunc honorem duliae Paulus hominibus praestari voluit, latrae verò nequaquam. De quo duplici cultu in secunda Nicæna synodo multa scripta sunt, vbi inter cetera etiam haec leguntur: Cum crucem viuificam salutamus, conuenien tes, canimus: tuam adoramus domine: quae sane adoratio nihil aliud est, quam saluatio, siue amplexum malis dicere, & est vox multae significationis. Adoratio enim est cum veneratione, desiderium, & timorem significamus. Ita nos vestrum victorio sum & placidissimum imperium adoramus. Est adoratio quae tantummodo timorem significat, quemadmodum Iacob adorauit Esau: est quae gratiam notat, quomodo Abra ham pro agro, quem accepit à filijs Heth, in sepulchrum Saræ vxoris suae, adorauit illos. Rursus qui sperant beneficium se accepturos à potentioribus, eos adorant, quemadmo dum Iacob adorauit Pharaonem. Sumitur etiam pro cultu adorationis in spiritu, qui Deo tribuitur. Hinc diuina scriptura dicens, Deum tuum adorabis, & illi soli cultum exhibebis, quòd Græcè est latreusis, Adorabis, absolute ponit, neque adijcit soli, vt signi ficetur vox diuersae notionis & æquiuoca, cultum autè exhibebis siue seruias, quòd græ cè est latreusis soli adijcit, quam ob causam latram soli Deo tribuimus, ad illumq; refe rimus. Et in secunda actione: Qualis verò est iste adorationis honor? profectò non alius quam is, quo nos peccatores quoque inuicem prosequimur, salutantes nos inter nos per honorationem & dilectionem. Sunt autem verba Stephani Episcopi Bostrorum. Et in ea episto la, quam praeposuit actis synodi Tarasius: Soli Deo latram exhibentes, posci mus intercessionem intermeratè dominae nostrae sanctae Deiparae, sanctorum item ange lorum, omniumque sanctorum. Extant autem tres libri Ioanis Damasceni aduersus eos, qui sanctis imaginibus & sanctorum inuocationi detrahunt scripti, in quibus adora tionis modi diligenter, explicantur: & quaecunque vel contra imaginum, vel contra san ctorum venerationem obijciuntur, praeclare diluuntur. Libet autem & Eusebij Emisse ni sententiam ea de re adscribere. Sanctos, inquit, non tam pro Dei parte, quam pro Dei honore veneramus. Non sunt sancti pars illius, sed ille probatur pars esse sanctoru. Qua re? Quia quod sunt de illuminatione & de similitudine eius accipiunt: In sanctis autem

Paulus seruire
hominibus iubet
Eph. 6.

Ioan. 8.

Cultus duplex.

Aug. li. 8. de ci
uit. Dei. ca. 27.
E. li. 10. cap. 10
c. 3.

In epi. Tarasij
de vniuersae
sanctae synodi
ad imperato
res, quae est in
fine 7. ab Iosio.
Adorationis
multiplex accè
ptio.

Ho. de symbolo,
Dei rei & non
pars in sanctis
sunt.

*Crederet in eccle-
siam.
Hier. Adversus
Iuciferianos.*

*Hier. in epi. ad
Philonem.
Exod. 14.*

*Chrys. Tomo. 3.
in ser. de fide &
lege nativ.*

*Aliter Deum,
quam sanctos
inuocamus.*

*Sancti in celo
& in terra eo-
dem modo inuo-
canti.*

1. Ioh. 2.

*Claudian. de sta-
tuta l. 1. ca. 3.
Litania.*

Cap. 7.

*Mediatores enim
sancti.
Rom. 15.
1. Cor. 1.
Colos. 4.
2. Thess. 1. 3.
1. Tim. 2.*

Dent. 5.

Fidem quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos. Ex quo etiam loco nonnulli colligunt recte in symbolo dici posse: Credo in sanctam catholicam Ecclesiam. Quo genere loquendi vsus est Hieronymus quoque dicens: Cum solenne sit in lauaero, post Trinitatis confessionem interrogare, credis in sanctam Ecclesiam? In quam Ecclesiam credidisse eum dicis? In Arrianorum? Sed non habent. In nostram? Sed extra hanc baptizatus non potuit in eam credere, quam nesciuit. Qui etiam Pauli locum hunc exponens, adfert illud, quod est in Exodo scriptum: Credidit populus Deo & Moyse seruo eius. Vna, inquit, atque eadem credulitas in Moyse refertur & in Deum: ut populus qui credebat in dominum, æque credidisse dicatur in seruum. Hoc autem non solum in Moyse, sed in omnibus eius sanctis est, ut quicumque credidit Deo, aliter eius fidem recipere nequeat, nisi credat & in sanctos eius. Non est enim in Deum perfecta dilectio & fides, quæ in ministris eius odio & infidelitate teneatur: Sed & Chrysostomus eundem Exodi locum adferens, negat imminui Dei dignitatem, quod ei coniunctus est Moyses: coniunctus est enim, inquit, non ut honore par Deo, sed ut minister Dei. Origenes quoque, recitante Pamphilo in apologia eius. Est, inquit, fides nostra, primo quidem omnium in dominum nostrum Iesum Christum: consequenter verò etiam in omnes sanctos Patriarchas, vel Apostolos Christi. Si ergo recte credimus in sanctos, recte etiam inuocamus sanctos. Quem admodum autem aliter in sanctos credimus, quam Deum, sic aliter etiam eos inuocamus, quam Deum. Deum inuocantes dicimus, concede quæsumus, da quæsumus, præsta quæsumus, largite quæsumus, tribue quæsumus: Sanctos inuocantes nihil aliud dicimus, quam, ora pro nobis. Neque plus illis tribuimus inuocatione nostra in cælis cum Christo triumphantibus, quam cuius est fratribus in terris nobiscum adhuc militantibus: Quæ malum igitur intemperæ agunt istos, qui soli Deo debitum honorem in mortuos homines à nobis transferri quiritantur? Scilicet ita Deum inuocare fas est, ora pro nobis sanctæ Dei genitæ? Est quidem ita, quod aduocatus noster Christus etiam nunc ad dexteram sedens patris interpellat pro nobis: verum hoc inuocationis genere nemo pius, nemo catholicus Christum inuocauit vnquam, ne cum Arrio creaturam esse Christum sentire, aut aliquid eius potestati detrahere videretur, quasi non æque largitor ipse sit ut pater, aut Spiritus sanctus. Etenim quatenus est homo. Pontifex est noster pro nobis interpellans: quatenus autem æqualis est patri, non tam preces fundit, quam preces exaudit: Cum enim sit vnus ex diuersa substantia, ipse est, inquit Claudianus, qui quodam modo petit, ipse est qui se quodam modo pro nobis exaudit. Quamobrem ut omnibus manifestum faceret mater Ecclesia, nullum se diuinum honorem in sanctos transferre, in illa solenni supplicatione, quam Litaniam vocant, quid creaturæ creaturæ tribuendum sit, disertè docet, dum aliter Deum vnum in substantia, trinum in personis, qui creator est omnium: aliter sanctos, qui Dei creaturæ sunt, inuocat. Ad Deum enim ita loquitur: Pater de cælis Deus, miserere nobis. Filii redemptor mundi Deus, miserere nobis. Spiritus sancte Deus, miserere nobis. Ad sanctos ubi ventum est, non misericordiam, sed intercessionem tantum ab illis postulat, sicut ab alijs in hoc seculo nobiscum degentibus. Sic enim illos alloquitur: Sancta Maria, ora pro nobis: Sancte Petre ora pro nobis. Hoc est quod à beato Ephrem scriptum legimus. Sanctorum esse pro peccatoribus intercedere, Dei verò misericordiam impartiri, ubi seipsum reprehendit & peccata sua confitetur. Sic in concilio Tolerano octauo, quod secundam Nicenam synodum præcessit, ubi forma præscribitur orandi: Solo Deo, aiunt, creatore suo adorato, inuocet sanctos, ut pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. Vides iam quisquis es, qui cum Saulo Christum in membris suis persequi, quam eorum, quæ pro nobis sollicita sunt ad Christum intercessione cum Paulo uti mauis, quod nullus diuinitati proprius honos in litania sanctis tribuitur, nec plus ab illis petitur in beatorum sedes translatis, quam ab alio quouis adhuc mortis corpus hoc circumferente.

Sed in hoc, ais, Christi gloriæ derogatur, quod alijs à Christo mediator quæritur, dū à sanctis intercessio postulat. Derogabat igitur, Christi gloriæ Paulus, qui toties ad sanctorum intercessionem confugisse legimus. Alios scilicet præter Christum mediatores agnoscebat? Quid magis absurdum dici potest? Sciebat verò Paulus, quod ab eo doctum confitetur Ecclesia, vnum esse mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum: sed tantum absuit, ut propterea sanctorum inuocationem esse putauerit excludendam, ut in eo ipso capite, ubi mediatoris vnus facit mentionem, pro regibus & pro omnibus, qui in sublimitate constituti sunt obsecrationes fieri voluerit. Quid est autem obsecrare pro aliquo, nisi mediatorem inter eum esse, quæ petis, & eum pro quo petis? Qualem se fuisse Moyses testatur inter Deum & populum Israël, cum dicit: Ego medius & sequester fui. Talem ut mediatorem non esse nisi solum Christum diceret, nunquam, ne cogitar

cogitare quidem in mætem venit Paulo. Sed audiamus Cyrillum ea de re loquentem: Mediator, inquit, Dei & hominum, Iesus Christus est, non solum quia reconciliauit homines Deo, verum etiam quia naturaliter & substantialiter & Deus & homo in vna substantia est. Hoc enim modo naturam nostram sibi Deus reconciliauit: Nam aliter quomodo vnum mediatorem Christum Paulus dixisset: multi enim sanctorum mediationis minister vsi sunt, & ipse Paulus clamabat: Rogamus pro Christo reconciliamini Deo. Moses quoque mediator fuit, ministravit enim filijs Israël legem datam à Deo. Mediator etiam fuit beatus Hieremias, præcipue quando clamabat ad Deum: Recordare mei stantis coram te, ad loquendum pro ipsis bona. Quid multa? singuli Prophetarum mediatores fuerunt, Apostolorum quoque singuli. Quomodo igitur vnus mediator Dei & hominum Christus? nisi noua inauditaque in alijs mediatio sua sit. Sed modum quoque perstringere non alienum est. Quod igitur duo quædam sicut medium coniungit, ab vtroque necessario tangitur, & hoc modo diuersa per medium coniunguntur. Hactenus Cyrillus. Bernardus de Petro & Paulo loquens: Hi mihi traditi sunt, inquit, in magistros & in mediatores, quibus me securè committere possum: quia & notas mihi fecerunt vias vitæ, & mediatis illis ad illum mediatorem ascendere poterò, qui venit pacificare per sanguinem suum, & quæ in cælis, & quæ in terris sunt. Idem Sanctum quoque Victorium vocat aduocatum & mediatorem: Est autem Christus mediator Dei & hominum, quia in eo vno Deus & homo coniungitur. Verum & ipse Paulus qualem vnum & solum mediatorem Christum intelligi velle, mox explicauit post ea verba: Vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, mox illa subiiciens: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Vides nullam hic intercessionis, verum solius redemptionis fieri mentionem. Talis ergo mediator, qui pretioso sanguine suo nos redemerit, non est nisi solus Dominus noster Iesus Christus. Sic enim docti sumus à Leone pontifice, quod quamuis in conspectu Domini multorum sanctorum pretiosa sit mors, nullius tamen infontis occisio propitiatio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas, & de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ: Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo funere soluit: cum inter filios hominum solus dominus noster Iesus existerit, in quo omnes crucifixi, oes mortui, oes sepulti, omnes etiam suscitati: de quibus ipse dicebat: Cū exaltatus fuero, omnia trahā ad meipsum. Sic & à Maximo dictū legimus. Licet Christi passio nobis sufficiat ad salutem, tamē etiam horū martyriū nobis contulit ad exemplum. Similiter & Cyrillo sumus instituti, quod vnum mori oportuit, sufficientem pro vita omnium redemptionem, ut & mortuorum & viuorum imperium acciperet, ne quis illud ridiculum verum esse putaret, Apostolorum mortem ad destructionem interitus aliquid contulisse: Cum liberatis enim ab interitu etiam Apostoli iure connumerantur: vnus enim nobiscum illos nature fuisse constat, in quos imperium mors suam exercuit. Sic æqualis eius Augustinus: Solus Christus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, ut nos per illum sine bonis meritis consequeremur gratiam. Et rursum: Esti fratres pro fratribus moriamur, tamen in fraternorum peccatorum remissionem nullius martyris sanguis funditur, quod fecit ille pro nobis.

Quamuis idem auctor alio loco sic dicat: Quotiescunque Martyrum memorias celebramus, prætermisissis omnibus seculi actibus sine aliqua dilatione concurrere debemus ad domum Dei, reddere illis honorificentiam, qui nobis salutem effusione sui sanguinis pepererunt, qui tam factatam hostiam pro nostra propiciatione domino se obtulerunt, præsertim cum dicat ad sanctos suos omnipotens Deus: Qui vos honorat, me honorat, & qui vos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat Martyres, honorat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit Christum dominum nostrum. Sed quæ admodum ea verba velit intelligi de effusione sanguinis, de quæ propiciatione, mox in eo, qui sequitur sermone, planum facit, cum ait: Cū dominus Orientis regionem propria illustrauit passione, Occidentis plagam, ne quid minus esset, vice sui Apostolorum sanguine illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martyrium nobis cõtulit ad exemplum. Nisi quis hæc ad Ambrosium auctorem referre malit, aut Maximum, cum idem hic apud vtrumque sermo reperitur: Gregorius Nyssenus de Theodoro scribens: Ipse quidem (inquit) igni confici iussus, præclaro itinere abiit ad Deum. Nobis verò memoriam certaminis pro doctrina reliquit, populos congregans, Ecclesiam erudiens, damonias arcens & fugans, angelos pacificos reducens, rogans à Deo pro nobis vtilia, variorum morborum medicinæ officinam hunc locum efficiens, portum eorum qui afflictionum tempestatibus iactantur, pauperum abundans & copiosum ærarium, viatorum quietum diuersorium, locum celebrem conuentus ac dies festos continenter agentium. Esti enim anniuersarijs ferijs hunc diem celebramus: ac nunquam

*Cyrill. lib. 12.
Thestau.
Cap. 10.*

2. Cor. 5.

*Bernard. de S. Petro
& Paulo
serm. 1.*

*Bern. 2. serm. in
natali S. Petri
viti.*

*Christus mediā
tor redemptor.*

*Leo ser. 12 de
passione domini.
Epi. 83. et 34.*

*In natali Apo-
stolorum ser. 5.
Cyril. li. 11. in
Ioh. cap. 30.*

*Ad Bonifacium
lib. 4. cap. 4.
Tract. 84. in
Ioh. 1.*

*De S. Petro &
Paulo serm. 2.*

Amb. ser. 76.

*In oratione
laudatoria Theo-
dore Martyris,
Martyrum pro
nobis auxilia.*

quam cessat studiose aduenientiū multitudo, ac fornicarum similitudinē seruat, ea qua huc pertinet via publica, quum alij quidem ascendunt, alij verò venientibus cedant.

Cap. 14. in Matth.

Sic & qui præcessit hos Hilarius: Domino, inquit, seculi motus tempestatesque calcæti, non esse quisquam passionis particeps poterat: Solus enim passurus pro omnibus, omnium peccata soluebat, nec socium admittit quicquid vniuersitati præstatur ab vno, ita cum esset ipse redemptio vniuersorum, erat etiam Petrus ante redimendus ad redemptio nis istius fidem, cum in Christi martyrem referuatur.

Xerxi. in lib. de pudicitia.

Sic & is, qui fuit magis vicinus Apostolorum temporibus Tertullianus: Sufficiat Mar tyri propria delicta purgasse. Ingrati vel superbiest: in alios quoque spargere, quod pro ma gno fuerit consecutus. Quis alienam mortem sua soluit, nisi solus filius Dei?

Lib. 1. Sent. dist. 71.

Sic post hos quoque aliquot seculis docuit Petrus Lombardus: quem auctorem qua dringentis his annis secuti sunt, quotquot sacre Theologiæ professores dici & esse vo luerunt. Christi passio causa est nostræ salutis, quod non est passio alicuius sancti, Nul lius enim passione redempti sumus nisi Christi. Profuerunt quidem non modò ijs, qui passi sunt, verum etiam alijs fidelibus ipsorum passionis, veruntamen nostra redemptio non sunt, hoc enim passio illius sola potuit, qui Deus est & homo. Ambrosius libr. 7. in Lucam. Nullius sanguis profuit, sicut sanguis Christi, neque enim redimere potuit san guis prophetarum. Neque redemit nos Petrus & Paulus. Christi solius passione redem pti sumus, solus ille nos redimere morte sua potuit, qui & Deus est & homo: quod qui purus homo fuisset, præstare nunquam valuisset: Vt unquam sanctorum quoque passio nes nobis, verum iam redemptis profunt. Quamobrem qui redemerit nos, mediatorem eum, nunquam agnouit alium vna, sancta, catholica, apostolica Ecclesia, quam vnum & solum dominum nostrum Iesum Christum in cruce pro nobis mortuum: à quo docta, vt in ipsius nomine patrem peteret, simul à Paulo admonita, vt per Christum hostiã lau dis offerret Deo, omnes orationes suas, quas collectas vocant, ad patrem ferè dirigens, cū cludit, non per Petrum, neque per Paulum, neque per alium quempiam sanctorum, sed per dominum nostrum Iesum Christum: per solius illius passionis & mortis meritum, qua nos redemit, quæ petit, omnia concedi sibi postulat. Vides ergo Satana, quòd non ignorat mediatorem Christum Ecclesia, quem admodum tu rudi plebecula heu nimium credula persuadere conatus es: quòd que iuxta sanam Pauli doctrinam non alium redem ptorem agnoscit, & confitetur, quam dominum nostrum Iesum Christum, etiam si cum eodem Paulo sanctorum sibi putat intercessionibus vtendum.

Ambros. in Lucã.

2 Reg. 15. 1. 12.

Sed Paulus, inquit, ad viuorum non mortuorum intercessionis confugit. Atqui Deo viuunt illi, cuius cõspectu fruuntur, præ quibus nos rectè mortui esse censi possumus. Tum autem, vbi Paulus, vbi scriptura aliqua, sanctos cœlo iam potitos inuocare, & eorum intercessione vti prohibet? Sed nusquam id faciendum esse præcipit, neque vllum eius rei in scripturis extat exemplum. Non præcepit: Verum ille tamen scripturæ locus, quo benedicens Iacob filijs Ioseph, ait: Inuocetur super eos nomen meum, nomina quo que patrum meorum Abraham & Isaac: quid aliud quam sanctorum, qui de corpore mortis huius liberati iam sunt, inuocationem confirmare videretur? A qua non abhorret etiam illud, quòd à Mose dictum est: Quiescat ira tua, & esto placabilis super malicia po puli tui. Recordare Abraham, Isaac, & Iacob, feruorũ tuorum, quibus iurasti per temet ipsum dicens, &c. Quòd que dixit apud Daniëlem Azarias: Nec auferas à nobis miseri cordiam tuam Domine Deus noster, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Iacob sanctum tuum. Chryostomus diuinę humanitatis exemplum adducens, Quando, inquit, inter viuos homines, quibus loquendi fiducia sit, qui que peccatores res tituere possit, nullos prorsus inuenerit, tunc verò ad mortuos ille profugiens, per eos, in quit, peccata remitto. Quomodo enim fatur? Hanc ego, inquit, mea ipse gratia tutor vr bem, Dauid etiam filij mei causa, qui ab hac iam pridem vita discessit. A spice, sanctorum quanta sit virtus. Neque enim sua verba tantum aut corpora, sed ipsa etiam corporum tegmina semper omni possessione sunt augustiora. Helix siquidem leonina pellis Iordanem discindere fecit: Trium puerorum calcei per ignes ambulauerunt, Helisei lignum potuit vndarum mutare naturam, quas quidem superficie sua quasi tergo ferrum sustine re coëgit: Mosis virga mare rubrum debilitare iussit, petram distrumpere valuit: Pauli ves tes morbos fuderunt: Petri vmbra mortem fugarunt: sanctorum martyrum cinis imprò bos dæmones expulit. Non desunt itaque scripturæ testimonia, quibus & intercedere pro nobis sanctos, & ad eos rectè nos confugere, doceri possit.

Sufficit in casu recepti innocenti

Genes. 48.

Exod. 32.

Daniel. 3.

Chryf. Tomo. 5. in hom. de vir tibus & vi tijs.

1. Reg. 20.

4. Reg. 2.

Daniel. 31.

4. Reg. 7.

Exod. 24.

Exo. 17.

1. Reg. 19.

1. Reg. 5.

1. Reg. 30.

Verum facta esse, quòd nusquam id scriptum sit. At si nihil nisi quod scriptum est, re cipiendum putaueris, ne Symbolum quidem recipi debebit, quod in scripturis nusquam continetur. Enumerauimus autem iam antea pleraque de voce homoussios: de diuinitate sancti

sancti Spiritus: de perpetua Mariæ virginitate: de baptismo paruulorum: de quæ alijs nonnullis, quæ Arrius, Macedonius, Eluidius, Donatus, reiicienda esse putauerunt, quòd è scripturis probari non possent. Nunquid igitur eadem hac ratione & nos explodemus hæc omnia? Quin nos potius genus istud collectionis. Non est scriptum, igitur amplectendum non est, cum ipsis illius auctoribus hereticis, quorum semper prop rium fuisse videtur, explodemus, & quod Paulus admonet, non scripta etiam traditio nes veritate consecratas, ac totius Ecclesiæ perpetuo consensu comprobatas, mordicus retinebimus.

Non est quisquam ferè sanctorum Patrum, qui à Christo in cœlum translato ad hæc vsque nostra tempora vixerunt, cuius calculo sanctorum cum Christo triumphan tium intercessio non fuerit approbata. Neque fuit illis inusitata hæc interpellandi for mula, qua nos in litanij vtur. Origenem longè vetustissimum ita legimus orantem: O beate Iob, viuens in perpetuum, & victor permanens in conspectu regis Domini, ora pro nobis miseris. Et alio loco: Incipiam me genibus prosternere & inuocare om nes sanctos, vt mihi, non audenti petere Deum, propter nimietatem peccati, succurrant. O sancti Dei, vos lacrymis & steru pleno dolore deprecor, vt prociatis misericordijs eius pro me misero. Beatus Ephrem Edissenæ Ecclesiæ diaconus, ante mille trecentos an nos in sermone de laudibus sanctorum martyrum: Precamur, inquit, beatissimi marty res, qui pro Domino tormenta verbis sustistis, atque idèd familiaris Domino coniuncti estis, vt pro nobis miseris Dominum interpellare dignemini, &c. Idem in Treno, Mariam allo quens: Esto, inquit, nostra conciliatrix & aduocata in hora iudicij, libera nos à futuro igne & tenebris: Tu nanq; es spes apud Deum Christianorum. Gregorius quoq; Nazianzenus, quem Theologum Græci vocat: Tu autem, inquit, Basili sacrum ac diuinum caput ex alto nos respice, & carnis stimulum, instructionem nostram à Deo nobis datam, aut tuis siste precibus, aut fortiter nos ferre persuade. Et alibi Cyprianum alloquens: Tu nos, inquit, ab alto propitius respice, nostrum que sermonem ac vitam dirige, & sanctum ouile hoc pasce aut vna rege. Et Athanasius, si adoras hominem Christum, eo quod tibi inhabitet Dei verbum, vna opera adora quoque sanctos, Iob Deum, qui in illis domici lium habet, De incarnatione verbi Dei. Et Nazianzeni discipulus Hieronymus. Vale, in quit, o Paula, & tui cultoris vltimam senectutem orationibus iuua. Fides & opera tua Christo te sociant, presens facilius quod postulas impetrabis. Ac synchronus huius Au gustinus: Orate dominum, orate pijsimi, orate omnia agmina sanctorum: Et qui sequi tus Augustinum eodem vixit seculo, Victor. Deprecamini Patriarchæ, de quoru stirpe na ta est, quæ nunc laborat in terris Ecclesia, orate sancti Prophete cognoscentes afflicta, quæ antea vaticinante præconio cecinitis. Estote Apostoli suffragatores eius, quam vt cogre garetis, vniuersum orbem, ascendente in vobis Domino, velut equi velocissimi curstra tis, præcipue tu Petre beate, tu sancte Paule gentiũ magister, vniuersique ingemiscite san cti simul pro nobis Apostoli: Sed scimus quia indignum est vobis pro nobis orare, quia ista quæ venerunt nobis, non ad probationem quomodo sanctis, sed malis meritis (sup plicia debebantur. Sed & pro malis orate iam filijs, quia & Christus orauit pro inimicis. Iudæis: prostrati rogamus, vt non spernatis vestros miseros peccatores, per eum, qui vos ad Apostolicum culmen prorexit humiles piscatores: Et æqualis eius Antonius Episco pus Cõstantiensis ad Arcadium scribens: Qualis eris, inquit, cum Petri & Paulum, quos rogare solebas vt patronos, habebis amicos? Et qui præcessit hos Prudentius, ad Lauren tium verba faciens: O Christi decus, inquit, audi potèram rusticum, cordis latentem cri mina, & facta prodentem sua: Indignus agnosco & scio, quem Christus ipse exaudiat: Sed per patronos martyres, potest medelam cõsequi. Et Paulinus Celsum alloquens. Sed tamen & nobis poterit tua gratia longum viuere, si nostri sis memor ad dominũ. Et pau cis interiectis: Celse iuua fratrem socia pietate laboras, vt vestra nobis sit locus in requie. Et Gregorius Nissenus Theodorum alloquens. Intercede, inquit, ac deprecare pro patria apud cõmunem regè & dominum: Nã patria martyris est etiã locus passionis, ciues item et fratres et cognati, qui et habent eum et tuetur, et ornant, atq; honorat. Timemus affli ctiones: expellamus pericula; non longe absunt scelesti Scythæ bellum aduersus nos par turientes. Vt miles, propugna (pro nobis) vt martyr, pro conferuis vt ere libertate loquen di. Etiam si superasti seculum; at nostri affectus, et vsus necessitate que humanæ condi tionis. Pete pacem, vt hi publici conuentus non desinant: ne debacchetur atque grassetur aduersus templa altariaue rabiosus et sceleratus barbarus: ne concul cet sancta prophanus et impius. Nos enim, etiam quod incolumes et integri conseruati sumus, tibi beneficium acceptum referimus. Petimus etiam futuri tem poris præsidium atque securitatem. Quod si maiori etiam opus fuerit aduocatione

Testimonia s. patrum de inuo catione sanctorum. Ori. li. 2. in bea tum Iob. In lamenta.

Ephrem in ser. de laudib. mar ty.

Naz. in mono dia Basilij.

In orat. in Cyp.

Athanas.

Hier. in Epita pho Paulæ.

Aug. in medijs ap. 23. Vlt. li. 2. de persequit. Vandalicis.

Antonius Episcopus Constant.

Ode 2. Peristephanon.

In panegyrico de obitu Celsi.

Gregor. in orat. laudatoria Theo dori martyris.

Cultus quidam sic Deo proprius ut alij non conueniat, quod etiam alij committit est.

Nunquid non perspicue satis declarauit Augustinus hoc loco, qui cultus, quæue seruitus proprie diuinitati debeat, quæ contra mortalibus quoque tribui recte possit, imitatio, honor, inuocatio, debentur quidem Deo, verum non ita proprie, vt non etiam ad homines recte transferri possint: Cæterum offerre sacrificium ita est proprie diuinitati debita seruitus, vt qui homini eam tribuerit, idololatriæ crimen effugere non possit. Sicut etiam ex quarta & sexta actione secundæ Nicolænæ Synodi colligere licet. Hic ergo cultus, hæc seruitus non tribuitur in Ecclesia nisi soli Deo. Imitari vero sanctos, honorare sanctos, dicere sancte Petre ora pro nobis, & licuit in Ecclesia Dei semper, & licebit: Neque alij sunt, qui cultum hunc debere sanctis negant, quam qui sacrificium proprie diuinitati debitam seruitutem ex Ecclesia sublatum prorsus esse cupiunt. Sic suum prius ministris vel amicis, aut filijs potius Dei honorem auferre conantur, quod facilius postea, qui soli Deo cultus deberetur, sacrosancti corporis & sanguinis Christi sacrificium abrogare queant, vt omni sacrificio atque sacerdotio spoliatos nos absque Deo esse faciant. Et hoc est quod paulatim Satanas molitur. Primum vt amicos filiosq; Dei, & membra Christi corporis, deinde vt Deum ipsum nos contemnere faciat, & omnem beneficiorum eius memoriam sempiterna quadam obliuione obruat.

Sancti quomodo cognoscant preces uiuentium Hier. 17. 4. Reg. 6.

Astor. 5. Diuini qui disti. Eccl. 48. Eccl. 49. Prophetia quid.

Zuc. 18.

Demone unde dicitur. Au. l. 9. de ciu. Dei. c. 20. et 22. Cass. Colla. 7. cap. 11. Greg. li. 4. dialo. go. cap. 25. Aug. de gen. ad lit. li. 22. c. 26. Mat. 22. Zachar. & Ioh. 1. & Apoc. 5. Dion. ca. 4. cælest. Hier. Hier. cæ. Vigil. Greg. li. 4. dialo. ca. 27. & li. 22. moral. cap. 13. Dion. ca. 11. cælest. Hier. Atha. in quaest. quæstio. 22. Prud. in li. Pev. 11. O de. 1. Sanctos iam esse cum Christo.

Verum hoc, aiunt, est diuinum honorem in homines transferre: quod solius Dei proprium esse videtur qui dixit: Ego Dominus scrutas corda, & probas renes, id hominibus tribuere, quasi possint aut audire sancti petitiones nostras, aut motum cordis eius qui precatur, iudicare. Cæterum si quis nefas esse putat hoc homini tribuere, scripturam arguat, quæ tribuit Elisæo, quod is absens cognouerit, quæ Giesi discipulus eius fecerat, cū a Naaman Syro munera accepisset: quod omnia verba quæcūq; locutus esset in conclauis suo Syria rex, cognita habuerit: nec illud ignorauerit, missum esse ab rege Israël, qui caput suum præcideret. Tribuit eadem & Petro, quod sciuerit is Ananiæ & Saphiræ fraudasse de pretio agri. Quod si diuini latine uocantur, qui vel præterita vel futura cognoscunt, cur hoc diuinitatis genus non recte tribuatur sanctorum spiritibus, quādo corpus etiā Elisæi mortuum ossa Ioseph quæ uisitata fuerant, post mortem propheta se legitimus. Quid autē aliud est propheta, quā quod a Cassiodoro scriptum est, inspiratio siue reuelatio diuina? Est ne autē uerisimile, quod pleraq; reuelata sunt Elisæi cadaueri, reuelata sunt ossibus Ioseph, reuelata sunt Elisæo, reuelata sunt Petro, reuelata sunt alijs quoq; sanctis in terris adhuc agentibus & non reuelabitur eorumdē, aut aliorū etiam sanctorum spiritibus, in beatorū sedes receptis, quid a se petant, quæ degunt adhuc in hac uita mēbra corporis eiusdē, de quorū salute cum primis illos cōstat esse sollicitos? Sepultus in inferno diues, quid sui fratres ageret, qui in hoc seculo reliquerat, non ignorabat: & ignorabūt spiritus celestes, quid agant, quid a se precētur fratres corruptibile corpus hoc adhuc circūferentes? eruntq; meliore conditione dæmones, quos non omnino latere cordis nostri cogitationes, & singularem quādam rerum scientia pollere (unde etiam nomen traxerunt) Augustinus, & apud Cassianum Serenus memoriz prodiderunt, quam animæ beatorum suauissimo Dei conspectu fruuntur? Ipsam animarum vim subtilitate sua pleraq; præuidere maximē cū a sensibus corporis abstrahuntur, Gregorius & cante eum Augustinus testantur: Quāto plura præuisuros certum est, cū eum uidebunt, qui uident omnia, in quo uidebūt omnia, quæcūq; Deo uisum fuerit eis reuelare? Quod si uerum est, quod dixit ueritas, quæ mentiri nescit, quod in resurrectione erimus sicut angeli in celo: angelos autem non modò scire quid precentur in hoc seculo degentes, uerum etiam Deo preces eorum offerre manifestè scriptura docet, quid est quod iam dubitet quisquam, quin animæ piorum desideratissimi Deo conspectu fruentes, non ignorent quid a se petant fratres in terris agentes, siue reuelantibus angelis, quod Dionysio uisum est: siue quod Hieronymo placuit, celeritate quadam percipiendi, cū similes angelis facti sint: siue quia uidentes uidentem omnia, in eo & per eum uident omnia. Quid enim est, inquit Gregorius, quod ibi sanctorum animæ nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Quis ibi aliquid nesciat, ait ante Gregorium Dionysius, ubi omnes fontem scientiæ Deum uident? Certè qui intus omnipotentis Dei claritate uident, nullo modo credendum est, quia foris aliquid sit quod ignoret: Quærit Athanasius, An memoriam nostri habeat abeuntes animæ? Et responder: Animæ quidem sanctorum omnino, peccatorum uero, nequaquam. Et æqualis eius Prudentius, de Hymetrio & Chelydonio martyribus scribens. Non sinunt inane ut uillus uoce murmur fuderit. Audiunt, statimque ad aurem regis æterni ferunt.

Verū ut qui semel, à uia recta deflexerunt, eos in aliū atq; aliū errorem incurere uide licet, sic in ijs, qui à uero semel aberrauerunt, error alius alium trudit: Neq; enim desunt, qui cū fallam opinionē suam de non inuocandis sanctis alia ratione confirmare non possunt, eo tandē audaciæ atq; amentiz prorumpat, ut asseuerare non dubitent, non dū esse

potitos sanctos eius conspectu suauissimo, in quæ angeli prospicere desiderant, sed ad huc in abditis uicibus receptaculis, extremum expectare generalis iudicij diem: in quo redditurus quicquid sit Deus iuxta opera sua. Hoc uero est mediatorum Christum negare, hoc est alium cum Iudæis Messiam expectare, qui de nouo quodā limbo defunctorum animas iteum educat: hoc est dicere, Ergo Christus gratis est mortuus. Nam si cur superius à nobis dictum est, quis erit fructus passionis & mortis Christi, si non melior nunc est nostra conditio, quā fuit patrum qui Christi passionem & mortem præcesserunt? Si aquæ ut illis clausa nobis adhuc est cæli ianua, quā nos illius morte nobis apertam esse persuasum habemus? Quæ autem fuit causa quā obrem uel illi tantopere desiderarent uenturi Messia incarnationem, uel nos de eo, quod is tandem aduenerit, uenā cum illis ad eum lætarem, si carendum nihilominus, & illis, & nobis est eius uisionē, neque prius ea perfuendum, quā extremus ille generalis iudicij dies aduenerit? Quid autem? nunquid non huic istorum in sania manifestè scriptura reclamatione & ueteris & noui Testamenti, quæ simul ut homo fuerit mortuus, uel pœnas eum debitas persoluere, uel si nihil in eo sit, quod purgandum restet, euestigiō cælestis regni præmia consequi docet? Ducit, inquit, in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Mortuus est diues, ait Christus, & sepultus est in inferno. Latroni contra in cruce pendenti dicit ipse quoque cruci affixus: Hodie mecum eris in paradiso. Rursus alibi scriptura loquitur: Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in paradiso Dei mei. Porro Paulus cum dixisset: Id quod in præsentem momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna: Subiungit illic: Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, sed æternam in caelis. Quibus uerbis an non clarè indicat, quod simul ut ex diuersorum corporis huius anima migrauerit, ad æternam illam cælestem domum euestigiō transferatur? Quod si quis contenderit, spe tantum id fieri tum, non autem re, quid aliud ex eo consequetur, quā quod nihil melio: futura sit animæ conditio iam à corpore separatæ, quā eiusdem adhuc in corpore permanentis? Quorsum igitur attinebat dicere: Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: quandoquidem etiam illa non dissoluta, per aquæ sperare nobis donum illam cælestem licet: qui (quod ab eodem Paulo dictum est alibi) spe salui facti sumus. Verum & hunc scrupulum eximit nobis Paulus, & omni prorsus nos dubitatione liberauit, cum paucis interiectis, ita loquitur: Audentes igitur semper & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino: (Per fidem enim ambulamus, & non per speciem, ad demum autem, & bonam uoluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad dominum. Quid magis dilucidè dici potuit ad id quod uolumus ostendendū? Sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, sic sitiebat anima. Pauli ad Deum fontem uiuam, atque idē cupiebat ab isto corpore peregrinari, ut illius præsentia frui posset, quem tanto ardere uiderere gestiebat. Hoc est quod alio quoque loco dixit: Habere se desiderium, dissolui & esse cum Christo. Quorsum autem peregrinari à corpore, quorsum dissolui cupiebat, si nihilominus tam desiderato Christi aspectu fruendū illi non erat? si dissolutio facta, fuit nihilominus expectandus extremus generalis iudicij dies, quod primū ei uidentis Christi potestas fieret? Quis non uidet quā inepa, quā absurda sit hæc opinio, etiam si Græci quidā non ignobiles in ea fuisse uidentur. Quamuis Cyrillus contrarium non obscure senserit, sic scribens ad Reginas libro secundo de reuclata fide: Olim inquit, liberata à corporibus animæ hominum in subterranea receptacula demittebantur implentes mortis præparatoria, ubi autem Christus spiritum suum patri commendauit, etiam hanc nobis præparauit uiam: non enim ingredimur in infernum, abitis, sequemur autem potius, secundum hoc ipsi & fideli conditori nostras commendatas animas in bona spe, suscitabit enim omnes Christus. Itidē & Basilus: An non extremi stupor est, inquit, sanctos fateri cum Christo non esse, quandoquidem Paulus peregrinās à corpore præsens est apud dominū, & resolutus iā est cum Christo: istos uero non cōcedere spiritum sancto quātū in ipsis est, ut uel eodē modo, quo hoies cū Christo sit.

Verū hic isti quaerunt, quis generalis iudicij sit uisus futurus si ante illud mercedē qui quæ suā recepturus est? Respondeat huic quaestioni Gregorius, quod hoc animab; crescit in iudicio, quod nūc aiant sola, postmodū uero etiā corporū beatitudine perficiuntur, ut ipsa quoque carne gaudeat, in qua dolores pro domino cruciat; q; pertulerūt. Pro hac quippe geminata earū gloria scriptū est, in terra suā duplicia possidebūt. Hinc etiā ante resurrectionis diē de cælorū aiab; scriptū est: Data sunt illis singula stolæ albæ, et dictū est illis, ut requiescerēt rēpus adhuc modicum, donec impleteret numerus confertorum et fratrum

1. Pet. 1. Gal. 2. Obiitio. Tob. 21. Luc. 16. Luc. 23. Apoc. 2. 2. Cor. 4. Rom. 8. 2. Cor. 5. Job. 7. Pslm. 41. Phil. 1. Sanctos non esse cum Christo opinabantur male quidam Græci. Cyrillus. Basil. de spir. sancto ad Amphilo. Indicij generalis. Greg. li. 4. dialo. 24. cap. 24. Apoc. 6. I 3 corum.

Chryf. Hom. 28
in epi. ad Hebr.

Orig. hom. 7.
Greg. serm. 3.
Theo. de providē
tia sermo. 9.

Serm. 11. de ascē
sione.

De gratia & li
bero arbitrio.
cap. 13.

Euangelica præ
cepta quid sint.

eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stolas habituri sunt: quia modò animarum tantum, tunc autem animarum simul & corporum gloria lætabuntur. Crescit & illud in iudicium, sicut Chrysoſtomus docet, explicans illum Pauli locum: Nò acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur, quod augetur electorum gaudium & glorificatio, cum fratres quoque suos coronari simul vident. Si enim corpus vnum omnes sumus, maior ex hoc efficitur corpori iucunditas, cum simul & communiter coronatur, & non per partes. Quod etiam vberius tractatur ab Origene in Leuiticum scribente, Et à Gregorio Nissenò, vbi de resurrectione tractat, & à Bernardo in libro de diligendo Deo. Extrat præclarus quidam sermo Theodoriti, in quo docet: Quandoquidem in certamine quod in hac vita sustinuit anima, socium corpus habuit, non esse rationi consentaneum, ut vel si vicerit, sola coronetur, vel si non sit victoriam consequuta, sola puniatur. In quo sicut animam hominis damnati querentem de carne inducit, cum illius impulsu peccauerit, ut socium illud habeat in cruciatu postulantem: sic vicissim carnem iugum illum iudicem deprecantem: quando quidem illa ministra vsa est anima in ijs omnibus faciendis, quibus eternam beatitudinem est assequuta, ut sicut laborum, sic etiam esse gloriæ particeps. Nec minus eleganter ea de re differit Eusebius Emislenus ita scribens: Quid necessitatis est, ut quæ nihil per se agere potuit, rursus suscitetur in vitam? videamus charissimi si nihil in hoc seculo egerunt, vel agunt iuncta spiritui suo carnis officia, vtriusque hominis inter se opera conferant, ut dicat fidelis spiritus in die restitutionis auctori & reparatori suo: suscipe Domine geminum animæ carnisque seruitium. Te iubente & adiuvante in illo seculo communem hostem communi intentione deuicimus: habet itaque Domine speciales fructus & fragilitas corporis mei. Ego intellectu, discretionem, consilio, spiritualiter cõtra aduersarios steti: caro hæc corporaliter, operis sudore, sobrietate & ieiunijs dimicauit. Ad me pertinuerunt sacrificia & supplicationes: ad hanc studia & merita castitatis. Ego quidem huic fidem quam dederas tradidi, sed cõtra impugnantia blandimenta, virtutem de eius abstinentia & cõtritione mutuata sum. Dicat adhuc anima ad Deum suum pro emũdatione carnis suæ: Domine Deus, dignante providentia tua, caro hæc per me quidem animata atque vegetata est, sed sola ipsa, pro originali & communi debito, vim mortis experta est: vtriusque transgressio vnus est facta damnatio: pro iure factoris ac reparatoris, ad me viuificatio, ad illam pertinuit correctio. Tu hanc carnem, dum in ea salutis publicæ militas, honorasti: tu quidem intus in anima faciem similitudinis tuæ nobilitate decorasti: sed in huius substantia, fel, acetum, spinas, clauos, lanceam pertulisti. Tu quantum ad conditionem meam spectat, quam ex homine suscepisti in carnis huius vulneribus de Diabolo triumphasti, tu non de mea, sed de eius participatione, sacrum pro hoc mundo sanguinem profudisti. Te in ea Apostolus Thomas perfossum conspiciens, laetus, & per clauorum signa carnalia Deum esse testatus est. Tu in Deitate tua, per huius agnitus catricas in suo hominem corpore reparandum & instaurandum esse docuisti: ego autem nisi eam te suscitante recuperassem, ex inferis non rediissem. In omnibus mandatis tuis ego imperium prætulisti, illa famulatum. In commune lab orauimus, sit commune quod tribues, quia sine illa non patitur me iustitia tua recipere quod promittis. Agnoscamus ergo fratres, causas quibus anima iam in paradisi beatitudine constituta, resumere proprii corporis desideret indumentum, ut qui simul desudauerunt in seculi huius peregrinatione, simul illic glorificentur in requie.

Sed hæc ad probandum sanctorum inuocationem, simul ad ostendendum quod orationes nostras sancti cognoscant, dicta sufficiant. Nunc Cyprianum orationem dominicam explicantem audiamus: cuius hunc librum commendans Augustinus, hortatur ut eum diligenter legant, & quantum dominus adiuuerit intelligant, memoriarumque commendent.

Expositio Dominicæ orationis, auctore beato Cypriano martyre, quam ita describi fecimus, quem admodum in exemplari quodam peruenit & valde castigatam scriptam reperimus, quod communicauerat nobiscum amicus ille noster Gabriel Faernus, vir non magis doctrina quam probitate insignis.

CAPITULUM.

Euangelica præcepta, fratres dilectissimi, nihil sunt aliud, quam magisteria diuina, fundamenta ædificandæ spei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendæ cordis, gubernacula dirigendæ itineris, præsidia obtinendæ salutis: quæ dum dociles credentium mentes in terris instruunt, ad cœlestia regna perducunt. Multa & per prophetas seruos suos dici Deus voluit & audiri, sed quanto maiora sunt, quæ filius loquitur,

quitur, quæ Dei sermo, qui in Prophetis fuit, propria voce testatur? non iam mandans, ut pareatur venienti via, sed ipse veniens, & viam nobis aperiens & ostendens, ut qui in tenebris mortis errantes improvidi & cæci prius fuimus, luce gratiæ illuminati, iter vitæ duce & rectore domino teneremus. Qui inter cætera salutaria sua monita & præcepta diuina quibus populo suo consulit ad salutem, etiam orandi ipse formam dedit, ipse quid precaremur monuit & instruxerit. Qui fecit vitare, docuit & orare, benignitate scilicet, quæ & cætera dare & conferre dignatus est, ut dū prece & oratione ea, quam filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur. Iam prædixerat horam venire, quando veri adoratores adorarent patrem in spiritu & veritate, & impleuit quod ante promissit, ut qui spiritum, & veritatem de eius sanctificatione percepimus, de traditione quoque eius verè & spiritaliter adoremus. Quæ enim potest esse magis spiritalis oratio, quàm quæ à Christo nobis data est, à quo nobis & sanctus spiritus missus est. Quæ vera magis apud patrem precatio, quàm quæ à filio, qui est veritas, de eius ore prolata est? ut aliter orare, quàm docuit non ignorantia sola sit, sed & culpa, quando ipse posuerit & dixerit: Reijcitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis. Oremus itaque fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit. Amica & familiaris oratio est Deum de suo rogare, ad aures eius ascendere Christi orationem. Agnoscat pater filij sui verba, cum precem facimus. Qui habitat intus in pectore, ipse sit & in voce. Et cum ipsum habeamus apud patrem aduocatum pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris, petimus, aduocati nostri verba promamus. Nam cum dicat: Quia quæcumque petierimus à patre, in nomine eius dabit nobis, quantum efficacius impetramus si quod petimus, in Christi nomine petamus eius oratione.

Sit autem orantibus sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare. Placendum est diuinis oculis & habitu corporis & modo vocis. Nam ut impudens est clamoribus strepere, ita contra congruit verecundo modestis precibus orare. Denique magisterio suo dominus secretò nos orare præcepit, in abditis & secretis locis, in cubiculis ipsis, quod magis conuenit fidei, ut sciamus Deum ubique esse præsentem, audire omnes & videre & maiestatis suæ plenitudine abdita quoque & occulta penetrare, sicut scriptum est: Ego deus approximans, & non deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non video eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? & iterum: In omni loco oculi Dei speculantur bonos & malos. Et quando in vnum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus, verecundiæ & disciplinæ memores esse debemus. Non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commẽdandam modestè Deo, tumultuosa loquacitate iactare, Quia Deus non viciis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes videt, prouocante domino & dicente: Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? & alio loco: Et scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis & cordis. Quod Anna in primo libro regnorum ecclesiæ typum portans custodit & seruat, quæ Deum non clamosa petitione, sed tacitè & modestè intra ipsas pectoris latebras precabatur. Loquebatur prece occulta, sed manifesta fide: Loquebatur non voce, sed corde, quia sic sciebat Deum audire, & impetrauit efficaciter quod petijt, quia fideliter postulauit. Declarat scriptura diuina, quæ dicit: Loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & vox eius non audiebatur, & exaudiuit eam dominus Deus. Item legimus in Psalmis: Dicite in cordibus & in cubilibus vestris & compungimini. Per Hieremiam quoque hæc eadem Spiritus sanctus suggerit & docet, dicens: In sensu autem verbi debet adorari dominus.

Adorans autem fratres dilectissimi nec illud ignoret, quemadmodum in templo cum Pharisæo & publicanus orauerit: non alleuatis impudenter ad cœlum oculis, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa contestans, diuinæ misericordiæ implorabat auxilium: Et cū sibi Pharisæus placeret, sanctificari hic magis meruit, qui sic rogauit, qui spem salutis non in fiducia innocentia suæ posuit, cum innocens nemo sit, se peccata confessus humiliter orauit & exaudiuit orantem, qui humilibus ignoscit. Quæ dominus in Euangelio suo ponit & dicit: Homines duo ascenderunt in templum orare, vnus Pharisæus & alter Publicanus: Pharisæus autem cum steterit, talia apud se precabatur: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, quomodo & publicanus iste: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæcumque possideo. Publicanus autem de longinquo stabat, & neque oculos volebat ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitijs esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus magis in domum suam, quam ille Pharisæus. Quia omnis, qui se extollit, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Hier. 1.

Oratio domini
ceteris antefren
denda.

Mat. 15.

Ioan. 16.

Oratio qualis.

Orandum etiã
in secretis locis,
quia Deus ubi
que audit & vi
det.

Hier. 23.

Prover. 15.
Sacrificium.
Oratio non cla
mosa sed quie
ta esse debet.

Luc. 5.

Hier. 17.

Anna typus ec
clesiæ.

1. Reg. 1.

Psal. 4.
Hier. 29.

Luc. 18.

Orandi adorant
dis. modus.

Luc. 11.

Matt. 6.
Pater noster.

Qua nos fratres dilectissimi de diuina lectione discentes, postquam cognouimus qua liter ad orationem accedere debeamus, cognoscamus, docente domino & quid oremus, Sic, inquit, orate: Pater noster qui es in caelis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris, Et ne patiaris induci nos in tentationem, sed libera nos à malo, Amen.

Oratio fit communis & publica.
Daniel. 7.

Ante omnia pacis doctor atque vnitatis magister singularim noluit & priuatim precem fieri, ut quis cum precatur, pro se tantum precetur. Non dicimus, pater meus, qui in caelis es: nec panem meum da mihi hodie. Nec dimitti sibi tantum vnusquisque debitum postulat, aut ut in tentationem non inducatur, atque à malo liberetur, pro se solo rogat: Publica est nobis & communis oratio: & quando oramus, non pro vno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus vnus sumus. Deus pacis, & concordia magister, qui docuit vnitatem, sic orare vnum pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipse portauit. Hanc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi, consonantes in prece, & spiritus consensione concordēs. Quod declarat scriptura diuina fides, & cū docet, quomodo orauerint, tale dat exemplum, quod imitari in precibus debeamus, ut tales esse possimus. Tunc, illi tres, inquit, quasi ex vno ore, hymnum canebant, & benedicebant Deum, Loquebantur quasi ex vno ore, & nodum illos Christus orare docuerat, & idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo, quia promerebatur Deum pacifica, & simplex, & spiritualis oratio: Sic & Apostolos cum discipulis post ascensum domini inuenimus orasse: Erant, inquit, in oratione cum mulieribus & Maria, quae fuerat mater Iesu, & fratribus eius. Perseuerabant in oratione vnanimis, orationis suae instantiam simul & concordiam declarantes. Quia Deus qui inhabitare facit vnanimis in domo, non admittit in diuinam & aeternam domum, nisi apud quos est vnanimis oratio.

Act. 1.
Psalm. 67.

Qualia autem sunt fratres dilectissimi orationis dominicae sacramenta, quam multa, quam magna, quam breuiter in sermone collecta, sed in virtute spiritualiter copiosa? vni hil omnino praetermissum sit, quod non in precibus atque orationibus nostris caelestis doctrinae compendio comprehenditur. Sic, ait, orate. Pater noster, qui es in caelis, Homo nouus renatus, & Deo suo per gratiam eius restitutus, Pater, primo in loco dicit, quia si ille esse iam cepit. In sua, inquit, propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem eum receperunt, dedit illis potestatem, ut filij Dei fierent, ijs qui credunt in nomine eius. Qui ergo credit in nomine eius, & factus est Dei filius, hinc iam debet incipere, ut & gratias agat, & proficiatur se Dei filium, dum nominat patrem sibi esse in caelis Deum: confitetur quoque inter prima statim natiuitatis suae verba renuicasse se terreno & carnali patri, & patrem solum nosse, & habere coepisse, qui sit in caelis, sicut scriptum est: Qui dicunt patri & matri, Non noui te, & filios suos non agnouerunt, hi custodierunt precepta tua & testamentum tuum seruauerunt. Item dominus in Euangelio suo praecepit, ne vocemus nobis patrem super terram, quod scilicet sit nobis vnus pater, qui est in caelis. Et discipulo, qui mentionem defuncti patris fecerat, respondit: Sine, ut mortui sepe liant suos mortuos: dixerat enim patrem suum mortuum, cum sit credenti vnus pater viuus.

Matt. 6.
Matth. 10.
Pater noster appellamus Deum.
Deut. 33.
Matt. 23.
Matt. 3.

Noster.

Iudei non possunt Deum vocare patrem suum.
Ioan. 8.

Esai. 1.

Ibidem.

Ioan. 8.

Nec hoc solum fratres dilectissimi animaduertere & intelligere debemus, quod appellemus patrem, qui sit in caelis: sed coniungimus & dicimus: Pater noster, id est, eorum, qui credunt, eorum qui per eum sanctificati, & gratia spiritualis natiuitate reparati, filij Dei esse coeperunt. Quae vox etiam Iudaeos perstringit & percutit, qui Christum sibi per Prophetas annunciatum, & ad se prius missum non tantum spernerunt infideliter, sed & crudeliter necauerunt. Qui iam non possunt patrem Deum vocare cum dominus eos confundat & redarguet, dicens: Vos de diabolo patre estis, & concupiscentias patris vestri vultis facere. Ille enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in illo. Et per Esaiam Prophetam Deus clamat in dignas: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me speruerunt. Agnouit eos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Vae genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, filiis sine lege. Dereliquisti dominum, & in indignationem misisti sanctum Israel. In quorum exprobrationem Christiani, quando oramus, Pater noster primo in loco dicimus, quia noster esse cepit, & Iudeorum (qui eum reliquerunt) esse desijt: nec peccator populus potest esse filius, sed quibus remissio peccatorum datur, eis filiorum nomen ascribitur, eis aeternitas reponitur, domino ipso dicente: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum: quanta autem est domini benignitas ea, quanta circa nos dignationis eius & bonitatis vbertas, qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu Dei,

Dei, ut dominum Deum patrem vocemus, & ut est Christus Dei filius, sic & nos Dei filij nuncupemur. Quod nomen nemo nostrum in oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare.

Meminisse itaque fratres dilectissimi & scire debemus, quia quando Deum patrem dicimus, quasi filij Dei agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre, sic sibi placeat & ille de nobis. Conuersetur quasi Dei templa, ut Deum in nobis constet habitare. Nec sit degener actus nostra spiritu, ut qui spirituales & caelestes esse coepimus, non nisi spiritualia & caelestia cogitemus & agamus, quia & ipse Deus dixit. Eos qui clarificant me, clarificabo: & qui me spernit, spernetur. Beatus quoque Apostolus in epistola sua posuit: Non estis vestri, empti enim estis pretio magno, clarificate & portate Deum in corpore vestro.

Vivere debemus
ut filij Dei.

1. Reg. 2.
1. Cor. 6.

Post hoc dicimus: Sanctificetur nomen tuum: non quod optemus Deo, ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus ab eo, ut nomen eius sanctificetur in nobis. Caterum à quo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, ideo petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse coepimus, perseueremus, & hoc quotidie deprecamur. Opus est enim nobis quotidiana sanctificatione, ut qui quotidie, delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Quae autem sit sanctificatio, quae nobis de Dei dignatione confertur, Apostolus praedicat, dicens: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum appetitores, neque fures, neque fraudulenti, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores regnum Dei consequentur. Et haec quidem fuisse, sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Sanctificatos nos dicit in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Haec sanctificatio ut in nobis permaneat, oramus: Et quia dominus & iudex noster sanato à se & viuificato comminatur iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus ac noctibus postulamus, ut sanctificatio & viuificatio, quae de Dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur.

Sanctificetur
nomen tuum.

Leuit. 20.
Sanctificationem
quam petimus
delinquimus
quodammodo.

1. Cor. 6.

Sequitur in oratione (Adueniat regnum tuum) Regnum etiam Dei representari nobis petimus, sicut & nomen eius, ut in nobis sanctificetur postulamus. Nam Deus quando non regnat, aut apud eum quando incipit, quod & semper fuit, & esse non desinit? Nostrum regnum petimus aduenire à Christo nobis repromissum, Christi sanguine & passione quaesitum, ut qui in seculo ante seruiuimus, postmodum Christo dominante regnemus, sicut & ipse pollicetur & dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Potest verò fratres dilectissimi & ipse Christus esse regnum Dei, quod venire quotidie cupimus: cuius aduentus ut citò nobis repraesentetur optamus. Nam cum resurrectio ipse sit, quia in ipso resurgimus, sic & regnum Dei potest ipse intelligi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem regnum Dei petimus, id est, regnum caeleste, quia est & terrene regnum. Sed qui renunciauit iam seculo, maior est & honoribus eius & regno, & ideò soli se Deo & Christo dicat, non terrena, sed caelestia regna desiderat.

Adueniat regnum tuum.

Matt. 25.
Christus regnum Dei dicitur.

Regnum caeleste & terrestre.

Continua autem oratione & prece opus est, ne excidamus à regno caelesti, sicut Iudaei, quibus hoc promissum prius fuerat, exciderunt, domino manifestante & probante: Multi, inquit, venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum: Filij autem regni expellentur in tenebras exteriores: illic erit ploratio & stridor dentium. Ostenditur quia ante filij regni Iudaei erant, quando & filij Dei esse perseuerabant. Postquam cessauit circa illos nomen paternum, cessauit & regnum. Et, ideò nos Christiani qui in oratione appellare patrem Deum coepimus, & nos ut regnum Dei nobis veniat oramus: addimus quoque & dicimus: (Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra) non petimus ut Deus faciat quod vult, sed ut nos facere possimus, quod Deus vult. Nam Deo quis obstitit, quò minus quod velit faciat? Sed quia nobis à diabolo obstititur, quò minus per omnia nostra atque actus Deo obsequatur, oramus & petimus, ut fiat in nobis voluntas Dei, quae ut fiat in nobis, opus est Dei voluntate, id est, opere eius & protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia & misericordia tutus est. Denique & Deus infirmitatem hominis, quam portabat, ostendens ait: pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et exemplum discipulis suis tribuens, ut non voluntatem suam, sed Dei faciant, addidit dicens: Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. Et alio loco dicit: Non descendi de caelo, ut faciam voluntatem meam, sed eius qui me misit. Quod si filius obaudiuit, ut faceret patris voluntatem, quanto magis seruus obaudire debet, ut faciat domini voluntatem? sicut in epistola sua Iohannes quoque ad facien-

Continua prece
opus est.

Matt. 8.

Fiat voluntas
tua, &c.
Rom. 9.
Esai. 45.

Voluntas Dei
protegit.

Matt. 20.

faciendam voluntatem Dei hortatur & instruit dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo, quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quae non est a patre, sed ex concupiscentia mundi; & mundus trahit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in aeternum.

1. Ioan. 2.

Voluntas Dei, quae

Qui in aeternum manere volumus, Dei qui aeternus est, voluntatem facere debemus. Voluntas autem Dei est, quam Christus & docuit & fecit. Humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse, & factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, amare in illo, quod pater est, timere, quod dominus, Christo nihil omnino praepone, quia nec nobis ille quicquam praeposuit, charitati eius in separabiliter adherere, cruci eius fortiter ac fidenter assistere, quando de eius nomine & honore certamen est, exhibere in sermone constantiam, qua confitemur, in quaestione fiducia, qua congregamur, in morte patientiam, qua coronamur: hoc est, cohaerere Christi, velle esse, hoc est, praecipuum Dei facere, hoc voluntatem patris implere. Fieri autem petimus voluntatem Dei, ut in caelo & in terra, quod vtrumque ad consummationem nostrae incolumitatis pertinet & salutis. Nam cum corpus est terra, & spiritum possideamus est caelo, ipsi terra & caelum sumus, & in vtroque, id est, & corpore & spiritu, ut Dei voluntas fiat oramus. Est enim inter carnem & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, ut non quae volumus, ipsa faciamus, dum spiritus caelestis & diuina querit, caro terrena & secularis concupiscit: & ideo petimus inter duo ista ope & auxilio Dei concordiam fieri, ut dum & spiritus & carne voluntas Dei geritur, quae per eum renata est, anima seruetur. Quod aperte atque manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat: Caro, inquit concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non quaecumque vultis, ipsa faciat. Manifesta autem sunt facta carnis, quae sunt adulteria, fornicationes, immunditia, spurcicia, idololatria, veneficia, homicidia, inimicitiae, contentiones, emulationes, animositates, prouocationes, simultates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, commensationes, & his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, bonitas, magnanimitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Et idcirco quotidianis, imò continuis orationibus hoc precamur, & in caelo & in terra voluntatem circa nos Dei fieri, quia haec est voluntas Dei, ut terrena caelestibus cedant, spiritualia & diuina praeualeant.

Sicut in caelo et in terra.

Colluctatio carnis & spiritus.

Opera carnis.

Galat. 5.

Opera spiritus.

Potest etiam sic intelligi fratres dilectissimi, ut quoniam mandat & monet dominus etiam inimicos diligere, & pro ijs quoque qui nos persequuntur orare, petamus & pro illis qui adhuc in terra sunt, & necdum caelestes esse coeperunt, ut & circa illos voluntas Dei fiat, quam Christus hominem conseruando & redintegrando perfecit. Nam cum discipuli ab eo non iam terra appellentur, sed sal terra, & Apostolus primum hominem vocet de terrae limo, secundum verò de caelo, meritò & nos qui esse debemus patri Deo similes, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, sic Christo monete oramus & petimus, ut precem pro omnium salute faciamus, ut quomodo in caelo, id est, in nobis per fidem nostram voluntas Dei facta est, ut essemus de caelo, ita & in terra, hoc est, in illis non credentibus fiat voluntas Dei, ut qui adhuc sunt prima natiuitate terreni incipiant esse caelestes ex aqua & spiritu nati.

Alia interpretatio.

Matth. 5. 1. Corin. 15.

Panem nostrum quotidianum.

Procedente oratione postulamus & dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quod potest & spiritualiter & simpliciter intelligi, quia & vterque intellectus utilitate diuina proficit ad salutem. Nam panis vitae Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster est: & quomodo dicimus pater noster, quia intelligentium & credentium pater est, sic & panem nostrum vocamus, quia Christus noster, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti & non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur, ipso praedicante & monente: Ego sum panis vitae, qui de caelo descendi. Si quis ederit de hoc pane, viuet in aeternum. Panis autem, quem ego dederò, caro mea est pro seculi vita. Quando ergo dicit in aeternum viuere, si quis ederit de eius pane, ut manifestum est eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiam iure communicationis accipiunt, ita contra timendum est & orandum, ne dum quis abstentus separatur a Christi corpore, separatus remaneat a salute, comminante ipso & dicente: Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem nostrum, id est, Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus

Ibidem. Alia Christi carnem.

mus & viuimus, a sanctificatione & corpore eius non recedamus.

Potest verò & sic intelligi, ut qui seculo renunciauimus, & diuitias eius & pompas fidei gratia spiritualis abieciimus, cibum nobis tantum petamus & victum, cum instruat dominus & dicat: Qui non renunciauerit omnibus, quae sunt eius, non potest meus discipulus esse. Qui autem Christi cepit esse discipulus, secundum vocem magistri sui renuncians omnibus, quae possidet diurnum debet cibum petere, nec in longum desideria petitionis nostrae extendere, ipso iterum domino praescribente & dicente: Nolite in crastinum cogitare: Crastinus enim dies ipse cogitabit sibi, sufficit diei malitia sua. Merito ergo Christi discipulus victum sibi in diem postulat, qui de crastino cogitare prohibetur, quia & contrarium nobis est & repugnans, ut quaeramus in seculo diu viuere, qui petimus regnum Dei velociter aduenire. Sic & beatus Apostolus monet, formans & corroborans spei nostrae ac fidei firmitatem: Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, verum neque auferre quid possumus: Habentes itaque exhibitionem & tegumentum, his contenti simus. Qui autem volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & mulpulas diaboli, & desideria multa & nocentia, quae mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Docet non tantum contemendas, sed & periculosas esse diuitias, illic esse radicem malorum blandientium, cecitate mentis huius manere occulta deceptione fallentium. Vnde & diuitem stultum seculares copias cogitantem, & se exuberantem fruendum largitate iactantem redarguit Deus dicens: Stulte hac nocte expostulatur anima tua: quae ergo paraisti, cuius erunt? Labatur stultus in fruendum nocte perfectum & consummatum docet fieri, qui omnibus suis venditis, atque in usum pauperum distributis, thesaurum sibi condidit in caelo. Eum dicit posse se sequi, & gloriae dominicae passionis imitari, qui expeditus & succinctus, nullis laqueis rei familiaris inuoluitur, sed solutus ac liber, facultates suas ad Deum ante praemissas ipse quoque comitatur. Ad quod ut possit vnusquisque nostrum parare se, sic discit orare, & de orationis lege qualis esse debeat noscere. Neque enim deesse quotidianus cibum potest iusto, cum scriptum sit: Non occider dominus fame animam iusti. Et iterum: Iunior fui & senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius quaerens panem. Item dominus promittit & dicat: Nolite cogitare dicentes, quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur? haec enim nationes quaerunt. Scit pater vester, quia horum omnium indigeris. Quae rite primum regnum & iustitiam Dei, & haec omnia apponentur vobis. Quae vobis regnum & iustitiam Dei, omnia promittit apponi. Nam cum Dei sint omnia, habenti de minimis nihil deerit, si Deo ipse non desit. Sic Danieli in leonum lacu iussu regis incluso, prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes & parentes homo Dei pascitur. Sic aliter Helias in fuga, & in solitudine coruis ministrantibus, & volucris cibum sibi apportantibus in persecutione nutritur. Atque o humanae malitiae detestanda crudelitas: feras parcunt, aues pascunt, homines insidiantur & sauiunt.

Alia interpretatio. Alia non est spiritualis. Luc. 14. Diurna debes esse petitio nostra. Matth. 6.

1. Tim. 6.

Cupiditas malorum radix.

Luc. 12.

Matth. 9.

Non deerit iustus iusto. Proverb. 10. Psalm. 36. Matth. 6.

Dan. 14.

3. Reg. 17.

Remitte nobis debita nostra.

Matth. 18.

Nemo sine peccato.

1. Ioan. 1.

Matth. 7. Ibid. 18.

Post haec & pro peccatis nostris deprecamur dicentes: Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Post subsidium cibi, petitur et venia delicti, ut qui a Deo pascitur, in Deo viuat, nec tantum praesenti temporali vitae, sed & aeternae consumulatur, ad quam veniri potest, si peccata donentur, quae debita dominus appellat, sicut in Euangelio suo dicit: Remisi tibi omne debitum, quia me rogasti. Quam autem necessarii, quam prouidenter & salubriter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, ut dum indulgentia de Deo petitur, conscientiae suae animus recoidetur. Ne quis fidei quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur & docetur sese peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique Ioannes in epistola sua ponit dicens: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittat. In epistola sua vtrūque complexus est, quod & rogare pro peccatis debeamus, & imperemus indulgentiam, cum rogatus. Ideo & fidelem dixit dominum ad dimittenda peccata, fidem pollicitationis suae reseruatam. Quia qui orare nos pro debitis & peccatis docuit, paternam misericordiam promissit & veniam securam. Adiunxit planè & addidit legem, certa nos conditione & sponsione constringens, ut sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus, scientes imperari non posse quod pro peccatis petimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerim. Idcirco et alio loco dicit: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis. Et qui seruus post dimissum sibi a domino omne debitum, coeseruo suo noluit ipse dimittere, in carcere relegatur. Quia indulgere

Mat. 11.

dulgere cōseruo suo noluit, quod sibi domino indultum fuerat, amittit. Quę adhuc fortius Christus in præceptis suis maiore censura suę vigore proponit. Cūm steteritis, inquit, ad orationem remitrite, si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester, qui in caelis est, remittat peccata vobis: si autem vos non remisistis, neque pater vester, qui in caelis est, remittet peccata vobis. Excusatio tibi nulla in die iudicij superest, cūm secundum tuam sententiam iudicaris: & quod feceris, hoc & ipse patiaris. Pacificos enim & concordantes atque vnanimos esse in domo sua Deus præcepit, & quales nos fecit secunda natiuitate, tales vult renatos perseuerare, vt qui filij Dei esse cœpimus, in Dei pace maneamus: & quibus spiritus vnus est, vnus sit animus & sensus. Si nec sacrificium Deus recipit, disidentis & ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, vt pacificis precibus Deus possit esse pacatus. Sacrificium Deo maius est pax nostra, & fraterna concordia, & de veritate patris & filij & spiritus sancti plebs adunata. Neque enim in sacrificijs, quę Abel & Cain primi obrulerunt, mūnera eorum Deus, sed corda intuebatur, vt ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus & iustus, dum Deo sacrificat innocenter, docuit & ceteros quando ad altare munus offerunt, sic venire cum Dei timore, cum simplici corde, cum lege iustitię, cum concordia pace. Merito ille dum in sacrificio Dei talis est ipse postmodum sacrificium Deo factus est, vt martyrium primus ostendens, initiaret & sanguinis sui gloria dominicam passionem, qui & iustitiam domini habuerat, & pacem. Tales denique à domino coronantur, tales in die iudicij à domino vindicabuntur. Ceterum discordans & disidentis, & pacem cum fratribus non habens, secundum quod beatus Apostolus & scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternam poterit euadere, quia sicut scriptum est: Qui fratrem suum occidit, homicida est, nec ad regnum cœlorum peruenit, aut cūm Deo viuat homicida. Non potest esse cum Christo, qui imitator Iudę maluit esse, quàm Christi: Quale delictū est, quod nec baptismo sanguinis potest abluī? Quale crimen est, quod martyrio non potest expiari?

Pacē nos Deo
tolere vult.
Vindictę & vlti-
onis appetens
remissionis pec-
catorum capax
non est.
Genes. 4.
Ad offerendū
quomodo acce-
dendum.

Alis cum do-
mino iudica-
bunt.
Dissensio carnis
da.
1. Ioh. 3.

Ne nos inducat
in tentationem.

Illud quoque necessariò admonet dominus vt in oratione dicamus: Et ne patiaris nos induci in tentationem. Qua in parte ostenditur nihil cōtra nos aduersari posse, nisi Deus antè permiserit, vt omnis timor noster & deuotio atque obsequium ad Deum conuertatur, cūm in tētionibus nostris nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur: probat scriptura diuina, quę dicit, Venit Nabuchodonosor rex Babylonie in Hierusalem, & expugnabat eam, & dedit eam Dominus in manu eius.

4. Reg. 24.

Datur autem potestas aduersus nos malo, secundum nostra peccata, sicut scriptum est: Quis dedit in direptionem Iacob & Israēl eis, qui prædantur illis? In omne Deus cui peccauerunt, & nolebant in vijs eius ambulare, neque audire legem eius, & superduxit super eos iram animaduersionis suę? & iterum: Salomone peccante, & à præceptis & à vijs domini recedente sic positum est: Excitauit dominus Saran ipsi Salomoni. Potestas verò aduersus nos dupliciter datur, vel ad pœnam, cūm delinquimus, vel ad gloriam, cūm probamur: sicut de Iob factum videmus, manifestante Deo & dicente: Ecce omnia quę tu quę habet, in manus tuas do, sed ipsum, caue ne tangas. Et dominus in Euangelio loquitur tempore passionis. Nullam haberes aduersum me potestatem, nisi datum tibi esset desuper.

Esai. 42.

3. Reg. 11.
Tentationis
causę pœna
vel probatio.
Iob. 1.
Ioh. 19.

Quando autem rogamus, ne in tentationem incidamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostrę, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atque arroganter aliquid assumat, ne quis aut confessionis, aut passionis gloriam suā ducat, cūm dominus ipse humilitatem docens dixerit: Vigilate & orate, ne veniat in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: vt dum præcedit humilis & summissa confessio, & datur totum Deo, quicquid suppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipsius pietate præstetur.

Marc. 14.

Post ista omnia in consummatione orationis venit clausula, vniuersas petitiones & preces nostras collecta breuitate concludens. In nouissimo enim ponimus: Sed libera nos à malo: Comprehendens aduersa cuncta, quę contra nos in hoc mundo molitur inimicus, à quibus potest esse fida & firma tutela, si nos Deus liberet, si deprecantibus atq; implorantibus opem suam præstet. Quado autem dicimus: libera nos à malo, nihil remanet, quòd vltra adhuc debeat postulari, cūm semel protectionem Dei aduersus malum petimus, qua impetrata contra omnia, quę diabolus et mundus operantur, securi stamus et tuti. Quis enim ei de seculo metus est, cui in seculo Deus tutor est?

Sed libera nos
à malo.
Per malum
quid intelligi-
mus.

Quid mirum, fratres dilectissimi, si oratio talis est, quam Deus docuit, qui magisterio suo omnem precem nostram salutari sermone breuiavit? Hoc iam per Esaiam Prophetam fuerat antè prædictum, cūm plenus Spiritu sancto de Dei maiestate ac pietate lo-

Esai. 10.
Præcepta Dei
breuissima.

queretur: Verbum consummans, inquit, & breuians in iustitia, quoniam iam sermone breuiatum faciet Deus in toto orbe terrę. Nam cūm Dei sermo Dominus Iesus Christus fiat omnibus venerit, & colligans doctos pariter & indoctos, omni sexui atque ætati præcepta salutis ediderit, præceptorum suorum fecit grande compendium, vt in disciplinā na cœlesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium, velociter disceret, quid sit vita æterna, sacramentū vitę, magna & diuina breuitate complexus est dicens: Hęc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Item cūm de lege & Prophetis præcepta prima maiora decerneret: Audi, inquit, Israēl, dominus Deus tuus, Deus vnus est, Et diliges dominum Deū tuū de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua: hoc est primum: & secundum simile huic: Diliges proximum tuum tāquā te. In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetę: & iterum: Quęcumq; voueritis vt faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis. Hęc enim lex & Prophetia.

Ioh. 17.

Deut. 6.

Nec verbis tantum, sed & factis orare nos dominus docuit ipse orās frequēter & deprecans, & quid facere nos oporteret exēpli sui cōtestatione demonstrans, sicut scriptum est: Ipse autē fuit sedens in solitudine & orans: & iterum: Exiuit in montē orare, & fuit pernoctans in oratione Dei. Quòd si ille orabat, qui sine peccato erat, quāto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totā noctē ingitigilans, cōtinuis precibus orabat, quāto nos magis in frequentāda oratiōe debemus noctē vigilare? Orabat autē dominus & rogabat non pro se (quid em̄ pro se innocēs precaretur?) sed pro delictis nostris, sicut & ipse declarat, cū dicit ad Petrum. Ecce Satanas expētiuit, vt vos vexaret quomodo triticum, ego autē rogauī pro te, ne desiciat fides tua. Et postmodum pro omnibus patrem deprecatur dicens: Non pro his autem solis rogo, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum ipsorū in me, vt omnes vnū sint sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint. Magna domini propter salutem nostram benignitas pariter & pietas, vt non contentus, quòd nos sanguine suo redimeret, adhuc pro nobis amplius & rogaret. Rogantis autem desiderium videre quod fuerit, vt quō modo vnū sunt pater & filius, sic & nos in ipsa vnitate maneamus, vt hinc quoq; possit intelligi, quantum delinquat, qui vnitate scindit & pacem, cūm pro hoc & rogauerit dominus, vultens scilicet plebem suam vnire, cūm sciret ad regnum Dei discordiam non venire.

Mat. 7.

Verbis & factis orare nos

dominus docuit

Luc. 9.

Mat. 14.

Mar. 6.

Orat. Christi

fuit pro nobis.

Luc. 22.

Ioh. 17.

Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis secularis & carnalis abscedat, nec quicquam tunc animus, quā id solum cogitet quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo: Surfum corda, vt dum respondere debemus, habemus ad dominum, admonetur nihil aliud se quā dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat nec ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur. Obrepat enim frequenter & penetrat, & subtiliter fallens preces nostras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, aliud in voce, cūm intentione sincera Deum debeat non vocis sonus, sed animus & sensus orare: Quę autem cognitionis est alienari, & capi ineptis cogitationibus & profanis, cūm Deū deprecaris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quā id quòd cūm Deo loqueris? Quomodo te audiri à Deo postulas, cūm te ipsum non audias? Vis esse Deum memorem tui cūm rogas, cūm tu ipse memor tui non sis? hoc est, ab hoste in totum non cauere, hoc est, quādo oras Deum, maiestatem Dei negligētia orationis offendere, hoc est, vigilare oculis, & corde dormire, cūm debeat Christianus & cūm dormit oculis, corde vigilare. Sicut scriptum est ex persona Ecclesię loquentis in Cantico canticorū. Ego dormio & cor meum vigilat: Quapropter sollicitē & cautē Apostolus admonet dicens: Instate orationi vigilantes in ea: docens scilicet & ostendens eos impetrare quod postulāt de Deo posse, quos Deus videat in oratione vigilare.

Preparatio ad

orationem quā

lis esse debeat.

Cogitatio carna-

lis alijcienda.

Surfum corda.

Oratio debet

se attenda vel

intenda.

Cant. 5.

Colos. 4.

Mat. 3.

Orantes autem non instructuosis nec nudis precibus ad Deum veniāt. Inefficax petitio est, cūm precatur Deum sterilis oratio. Nam cūm omnis arbor non faciens fructum excidatur & in ignem mittatur, vtiq; & sermo non habēs fructum, promeret Deū non potest, qui nulla est operatiōe fecūdus. Et ideo scriptura diuina instruit dicens: Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. Nā qui in die iudicij præmiū pro operibus & elemosynis reddimus est, hoc die quoq; ad orationē cū operatiōe veniēti benignus auditor est. Sic deniq; Corneli Centurio cū oraret meruit audiri: Fuit faciens multas elemosynas in plebē, & semper orans Deum: huic circa horā nonā oranti, astitit angelus testimonium reddens sui operis & dicens: Corneli orationes tuę & elemosynę ascēderunt ad memoriā coram Deo. Cirò orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum merita nostri operis imponunt. Sic & Raphael angelus Tobię oranti semper, & semper operanti testis fuit dicens:

Orationis comi-

tes ieiunium

& elemosyna

Tobie. 12.

Cornelius centu-

rio.

Act. 10.

Tobie. 12.

dicens:

dicens: Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. Nam quando orabas tu & Sara, ego obtuli memoriam orationis vestre in conspectu claritatis Dei. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter, & quia non es cunctatus exturgere & derelinquere prandiu tuum, & abijisti & condidisti mortuum, & missus sum tentare te. Et iterum: Me misit Deus curare te, & Saram nurum tuam. Ego enim sum Raphael vnus de septem angelis iustis, qui assistimus & conuersamur ante claritatem Dei. Per Esaiam quoque dominus admonet & docet similia contestans: Solue, inquit, omnem nodum iniustitiae, resolu suffocationes impotentium commerciorum, Dimitte quassatos in requiem, & omnem cogitationem iniustam disipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine te ceto induc in domum tuam. Si videris nudum vesti, & domesticos seminis tui no despicias. Tunc erumper temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua cito orientur, & praebit ante te iustitia, & claritas Dei circundabit te. Tunc exclamabis & Deus exaudiet te dum adhuc loqueris, dicer: Ecce adfui. Adesse se re promittit, & audire & protegere se eos dicit, qui iniustitiae nodos de corde soluentes, & eleemosynas circa domesticos Dei secundum eius praepcepta facientes, dum audiunt quod Deus praepceptum fieri, ipsi quoque a Deo merentur audiri. Beatus Apostolus Paulus in necessitate pressura adiutus a fratribus, opera quae fiunt, sacrificia Dei dixit esse. Saturatus sum, inquit, percipiens ab Epaphrodito ea, quae a vobis missa sunt, odorem suauitatis, sacrificium acceptum & placitum Deo. Nam quando quis miseretur pauperis, Deo fenerat, & qui dat minimis, Deo donat, spiritualiter Deo suauitatis odorem sacrificat.

Raphael angelus. Esai. 54.

Esai. 58.

Phillip. 4.

Orationis tempus. Petrus.

Orandi mane. Esai. 5.

Orandi vespere.

Christus verus dies. Esai. 57.

Christus Sol. Malach. 4.

Enc. 2. Ambulandum semper in lumine.

In orationibus vero celebrandis inuenimus obseruasse tres cum Daniele pueros, in fide fortes, & in captiuitate victores horam tertiam, sextam, nonam, sacramento scilicet trinitatis, quae in nouissimis temporibus manifestari habebat. Nam & prima hora in tertiam veniens consummatum numerum trinitatis ostendit. Itemque ad sextam quartam procedens, declarat alteram trinitatem. Et quando a septima nona completur per ternas horas trinitas perfecta numeratur, quae horarum spatia iam pridem spiritaliter determinantes adoratores Dei, statutis & legitimis ad precem temporibus seruabant, & manifestata postmodum res est, sacramentum olim fuisse, quod ante sic iusti precabantur. Nam super discipulos hora tertia descendit Spiritus sanctus, qui gratiam dominicam re promissionis impleuit. Item Perrus hora sexta in rectum superius ascendens signo pariter & voce Dei momentis instructus est, vt omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundandis gentibus ante dubitaret. Et Dominus hora sexta crucifixus ad nonam, peccata nostra sanguine suo abluit, & vt redimere & viuificare nos posset, tunc victoriam suam passione perfecit. Sed nobis fratres dilectissimi praeter horas antiquitus obseruatas orandi, nunc & spatia & sacramenta creuerunt. Nam & mane orandi est, vt resurrectio Domini matutina oratione celebratur, quod olim Spiritus sanctus designat in Psalmis, dicens: Rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo domine mane, & exaudies vocem meam, mane assitam tibi, & contemplantor te. Et iterum per prophetam loquitur Dominus, Diluculo vigilabunt ad me, dicentes eamus & reuertamur ad dominum Deum nostrum. Recedente item sole ac die cessante, necessario rursus orandum est. Nam quia Christus sol verus est, & dies verus sole ac die seculi recedente, quando oramus & perimus, vt super nos lux denuo veniat, Christi precamur aduentum, lucis aeternae gratiam praebiturum. Christum autem diem dictum, declarat in Psalmis Spiritus sanctus: Lapis, inquit, quem reprobaueunt aedificantes, hic factus est in caput anguli: a domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Ille est dies, quem fecit dominus, ambulemus & iocundemur in eo: Item quod sol appellatus sit, Malachias propheta testatur, dicens: Vobis autem, qui timetis nomen domini, orientur Sol iustitiae, & in alis eius curatio est. Quod si in scripturis sanctis sol verus & dies verus est Christus, hora nulla a Christianis excipitur, quod minus frequenter ac semper Deus debeat adorari, vt qui in Christo, hoc est in sole & in die vero sumus, insistamus per totum diem precibus & orationibus, & quando mundi lege decurrens vicibus alternis nox reuoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnatum potest, quia filius lucis & in noctibus dies est. Quando enim sine lumine est, cui lumen in corde est? Aut quando sol ei & dies non est, cui sol & dies Christus est? Qui autem in Christo, hoc est, in lumine semper sumus, nec noctibus ab oratione cessamus. Sic Anna vidua sine intermissione rogans semper & vigilans, per seuerabat in promerendo Deo: sicut in Evangelio scriptum est: Non recedebat, inquit, de templo ieiunans & orationibus seruans nocte ac die. Viderint vel gentiles, qui nec dum illuminati sunt: vel Iudaei, qui deserto lumine in tenebris remanserunt.

Nos vero fratres dilectissimi, qui in domini luce semper sumus, qui meminimus & tenc

mus, quid esse accepta gratia coepimus, computemus noctem pro die. Ambulare nos credamus semper in lumine: non impediamur a tenebris, quas euasimus. Nulla sint horis nocturnis precum damna, nulla orationum pigra & ignaua dispendia. Per Dei indulgentiam recreati spiritaliter & renati, imitemur quod futuri sumus, habituri in regno sine interuentu noctis solum diem. Sic nocte quasi in lumine vigilemus, oraturi semper & aeturi gratias Deo, hic quoque orare & gratias agere non desinamus.

Alis: solentem diem.

Explicatio salutationis Angelicae.

CAPVT LX.

Sic moribus receptum est in sancta Catholica Ecclesia, neque recens fuisse videtur hoc institutum, vt orationi dominicae, virginis Mariae saluatio subiungatur: quam etiam in Liturgia sua Ioannes Chrysostomus, non sine praefatione quadam in se-remam esse putauit. His enim verbis Mariam affatur: Vt vere dignum & iustum est, glorificare te Deiparam, & semper beatissimam, & penitus incontaminatam Dei nostri matrem: honoratiorem Cherubin, & gloriosorem incomparabiliter Seraphin, quae citra corruptionem Deum peperisti, vere Deiparam te magnificamus. Aue gratia plena Maria, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quoniam saluatorem animarum nostrarum peperisti. Quidni glorificemus autem? quidni magnificemus eam? quam electam a seculo, quam ab altissimo praecognitam, sibi que praeparatam, quam longe ante partibus nostris caelitus promissam, quam typis mysticis adumbratam, quam prophetarum oraculis videmus esse prenuatam? Hae est enim illa, de qua in ipsis adhuc rudis mundi primordiis conditor ipse primum edidit vaticinium: olim fore mulierem, quae calcaneo lethiferi serpentis caput protereret: Hae est noui Auae noua Eua: no nouerca, quod illa vetus, quae tuos fetus, prius etiam quam pararet, extinxit: sed mater: neque mater morientium, quod illa, sed reuiuiscientium: quae mysterio quodam ineffabili, quod nulla possit humana mens comprehendere, de cuius oese genita fuerat, eum ipsa de sua carne vicissim genuit, nec ab alio fecundata, quam quem peperit: vt inextricabili quodam aenigmate, simul eadem fuerit, & filia, & sponsa, & mater. Quid autem nobis aliud illa virga sacerdotalis adumbrabat, quae sine radice germipauit? quam huius virginem fecunditatem, quae neque mortali manu consista, neque terreno succo irrigata, & caelitus concipiendo floruit, & sine cruciatu pariendo viuificum fructum edidit: iam & niuetum illud Gedeonis vellus, quod in area sicca medio maduit, cuius alius praefigurabat simulachrum, nisi Maria? quae procul quidem a carnis contagio remota, verum caelesti rore ter compluta, trinitatis officio Deum pura concepit, pura enixa est, pura post editum partum permansit. Cuius obrineat imaginem, nisi Mariae diuini vatis insignis illa porta, non ad Aquilonem, vnde panditur omne malum, sed ad exortum spectans, vnde sol oritur nouus, & nouator omnium? cuius integritatis claustra Princeps pacis, non modo non violauit, vel ingrediens vel egrediens, verum etiam consecrauit. Verba Prophetae sunt: Porta quae prospici debet ad orientem, clausa erit, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam: eritque clausa. Clausa fuit in Mariae virginitatis porta, per quam intrauit Dominus Deus Israel, & per ipsam processit, & in aeternum porta virginis clausa seruata virginitate permansit. Hanc denotabat signum illud magnum, quod in caelo scribit apparuisse Ioannes: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Fuit enim reuera Maria amicta lumine tanquam vestimento, fuit induta iustitiae sole, eum de quo scribit Apostolus: Induimini Dominum Iesum Christum: in illo manebat, & ipse in ea: vestiuit illum, & vestita est ab illo: vestiuit illum substantia sua carnis, & vestita vicissim est ab eo, gloria maiestatis eius: vestiuit nube solem, & est ipsa vestita sole. Certè signum hoc magnum est, mulier illa manens amicta sole: sed non est haec mulieris potentia, non modo non humana, verum ne angelica quidem, sed sublimiore quadam virtute factum est, ea nimirum de qua dixit angelus: Spiritus sanctus superueniet in te. Quoniam vero poterat respondere: Spiritus Deus est: Deus autem non ster ignis consumens est, quasi occurrens ait: virtus non mea, non tua, sed virtus altissimi obtulit tibi: Nihil vt sit in me, si sub tali vmbraculo talis a muliere sustineatur amictus, mysticus quoque; Mosy rubus flagrare visus, praegnantem huius virginitatem portendebat, quae sola mortalium nomen est puerperae promerita: cum vxoris officium nunquam praestitisset: Hanc praedebat & mulier illa Prophetica, cum vxoris officium nunquam praestitisset: Hanc praedebat & mulier illa Prophetica, quae nouo quodam & inaudito miraculo, zona sui corporis illibata, virum circumdedit: citra virilem operam. Si quidem Iesus Christus, ante Luciferi genitus, ex hac sumpsit carnis initium, & quem caeli caelorum non capiunt, qui implens omnia, cum sit in omnibus, ab ijs tamen non capitur, nec tenetur, is intra virginis huius viscera claudi dignatus est. Reuera nouum & inauditum ait Cyprianus, quod in vteri materni angustia circumdedit.

Orationi dominicae saluatio angelica subiungi debet. Mariae encomium.

Gen. 3.

Maria noua Eua.

Num. 17. Virga sacerdotis.

Vellus Gedeonis iudic. 6.

Exech. 44. Apoc. 21. Esai. 9.

Exech. 44. Porta clausa.

Mulier amicta sole.

Apoc. 12. Psalm. 103. Rom. 13.

Luc. 1.

Ioan. 4. Deut. 4.

Rubus flagrans. Exod. 3.

Mulier prophetica. Hier. 3.

Psalm. 109. 2. Paral. 2.

Cyp. sermo de

nativitate Christi

Mons magnus Daniel. 2.

Esai. 11. Esai. 7. Prover. 13. Mulier fortis Maria.

Bernardus in sermone de virgine Maria. 2. Cor. 3. Genes. 2.

1. Tim. 2. Heb. 11. Psalm. 57.

Genes. 3.

De nativitate Mariae virginis

Mariae advocata & spes in thronis.

Iren. lib. 5. contra heres.

Lib. 1. Inuocatio Mariae.

Ab. in Euange. Iuon. de sancti. Deipara.

intra se fragilis caro virtutem altissimi, & ordinem rerum, cursumque naturae mutavit sapientia Dei, & ubique est dilatata, plenitudinem sui, vasi infundens exiguo: sic est circumdata vtero muliebri, vt tamen vniuersa complectens. Mons etiam ille magnus, quem vidit Daniel, vnde sine manibus excisus est lapis, lapis angularis ille, qui fecit vtraque vnū, cui nititur omnis edificatio, non cessura tempestatibus huius seculi, in quem quisquis ceciderit, collidetur: mons, inquam, ille magnus, cuius nisi Mariae typum gerebat? quam praeter ceteris Esaias quoque, nunc de radice Iesse virgam orituram, nunc evidentius virginem parituram esse praedixit. Quam & Salomon requirere visus est, cum diceret: Mulierem fortem quis inueniet? Non ignorabat vir ille sapiens, quanta sexus huius esset imbecillitas, quam fragile corpus, quam lubrica mens: Quoniam tamen & Deum promississe legerat, & ira cogruere videbat, vt qui per foeminam vicerat per foeminam vinceretur, cum stupore quodam & admiratione prorumpit in haec verba: Mulierem fortem quis inueniet? quasi diceret: Si de manu foeminae sic pendet & salus nostra omnium, & innocuae restitutio, & de hoste victoria, cum primis esse fortem oportet, quae tantum ad opus hoc esse queat idonea. Quam ergo sic & oracula Prophetarum praenunxiisse, & mystica Synagoga typicas imagines deliniasse, & facundos Ecclesiae doctores suis postea virtutibus exornasse, suisque coloribus depinxisse videmus, quid ni laudes illius decatemus? quid ni quoties vsus venerit, supplices opem illius imploremus?

Quod si qui sunt, qui nobis obstrepant, dicentes: Nunquid non sufficit vnus Christus? Respondet illis vnus ex praecipuis huius virginis amatoribus: Sufficere poterat Christus, siquidem omnis sufficientia nostra ex Deo est, sed nobis bonum non erat, hominem esse solum: congruum magis vt adesset reparationi nostrae sexus vterque, quoniam corrupti non neuter defuisset: Fidelis planè & potens mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sed diuinam in eo homines reuerentur maiestatem, Deus autem noster ignis consumens est. Quid ni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fuit cera à facie ignis, sic pereat ipse à facie Dei? Opus est itaque mediatore ad mediatorem istum, nec alius nobis vtilior quam Maria. Crudelis nimirum Eua, per quam serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virus infudit, sed fidelis Maria, quae salutis antidotum & virus & mulieribus propinauit. Illa ministra fuit seductionis, haec propitiacionis: Illa suggessit praeruaricationem, haec iniicit redemptionem. Ac in alio sermone. Quicquid illud est, quod offerre Deo paras, Mariae commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratiae gratia redeat, quo influxit. Neque enim impotens erat Deus, & sine hoc aqua ductu infundere gratiam prout vellet, sed tibi vehiculum voluit prouidere. Fortè enim manus tuae aut sanguine plena, aut infecta muneribus, quod non eas ab omni munere excusasti, idè modicum illud, quod offerre desideras gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Neque verò solus hoc Bernardus ita sensit. Nam & multis ante seculis beatus Ephrem Deiparam virginem, co nunciatricem, aduocatam, & spem Christianorum, vocat. Andreas quoque Hierosolymitanus, qui vixit ante annos prope mille, in sermone, què scripsit in hanc ipsam salutatione Deiparae virginis, vocat eam diuinam cum hominibus reconciliationem. Et qui fuit proximus Apostolorum temporibus Irenaeus. Quemadmodum Eua per angelicū sermonem, inquit, seducta est, vt effugeret Deum, praeruaricata verbū eius ita Maria per angelicū sermonem euangelizata est, vt portaret Deum, obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est, vt effugeret Deū, sic haec suasa est, obedire Deo, vt virginis Euae, virgo Maria fieret aduocata. Et què admodum adstrictū est morti genus humanum per virginem, soluitur per virginem, quae lance disposita virginalis inobedientiae per virginalè obedientiā. Quae postrema verba citantur etiā ab Augustino contra Iulianū scribente. Quin & alij plerique sancti patres Deiparam virginem, & inuocant ipsi, & ceteris vt inuocarent auctores fuerunt, què admodum vbi nobis de sanctorū inuocatiōe sermo fuit, pluribus verbis demonstretum est. Vn ius tantum Athanasij locū hic adscribemus, qui sic virginem hanc alloquitur: Ad te clamamus, recordare nostri sanctissima virgo, quae etiam à partu virgo permanisti, & retribuere nobis pro exiguis istis eloquijs magna dona ex diuitijs tuarum gratiarum, tu quae gratia plena es. Nam idèd his vocibus, vt ex re ipsa desumpsis, & naturā laudatoris praecipue in tuum encomium vturur, si quando hymnus, si quando laus tibi siue à nobis, siue ab vniuersa creatura effertur. Tibi, inquam, gratiose dominae nostrae reginae, heri, matri Dei, arcae sanctuarij. Ac interiectis nonnullis. Ab istis, inquit, hierarchijs caelestibus, deinde nos hierarchiae terrestres exaltationes Dei in gutture ferentes, siue quod didicimus, siue quodd mutuo haec verba sumpserimus, exaltamus te magna & caetera voce, dicentes: Ave gratiosa, dominus tecum, intercede hera & domina, & mater

& mater Dei pro nobis. Ceterum si quis alius, certè Bernardus fuisse videtur, qui cum alijs in rebus, quod illi ipsi consentitur, qui segregauerunt semetipsos, tūm quod ad honores attinet vel Deiparae virgini, vel sanctis tribuendos, praclaro semper vsus fuerit iudicio. Indicat hoc vel epistola, quam scripsit ad Canonicos Lugdunenses, vel sermo, quos de sanctis non paucos edidit, in quibus omnibus ad eō non transiit in homines Dei gloriam, vt minus etiam virgini Deiparae tribuere videatur, quam à multis tribui videmus. Vocauit nihilominus Mariam virginem, aduocatam vocauit matrem misericordiae, vocauit reginam caelorum. Quamobrem nihil est quod huius auctoritatem quicquam sequi dubitet in re praesertim tam vetusta, receptoque totius Ecclesiae more confirmata. Si qui diuos colit, Christum in diuis colit: qui sanctos laudat, Christum laudat in sanctis: qui sanctos inuocat, Christi per sanctos auxilium inuocat: qui sanctos imitatur, Christum imitatur in sanctis: qui sanctos adorat, Dei dona in sanctis adorat: quāto magis idè quisque facere credendus est in ea colenda, laudanda, inuocanda, adoranda, ex cuius vtero processit is, per quem sancti sunt, quotquot sancti sunt. Affectus in matre, pietas est in filium, quando quidem in matre filium, & matrem ob filium veneramus, vt omnis hominos matri praestitus, in ipsum redundet filium. Hic est enim in omnibus & super omnes colendus, glorificandus, imitandus, inuocandus, adorandus. Quae quidem omnia si suo modo quodam sanctis tribuantur, manet nihilominus Deo sua gloria, nulli communicabilis.

Verum nos ad salutationem Angelicā, de qua nobis initio sermo fuit, redeamus: quae tantò nobis debet esse commendator, quod non ab hominis ingenio profecta, verum de caelo per angeli praconium in terras est delata: tum aurem, ita breuis est & succincta, vt in ea ediscenda nihil esse queat negocij: & verborum in ea numerum, sententiarū superat vbertas. Huc accedit, quod quoties hac vtimur salutatione, felicitis illius horae statim admo nemur, quae prima post in felicem parentis nostri casum humano generi laeta cum primis illuxit, Quae Deus afflictionem populi sui miseratus, misso angelo, foeminam sibi delegit, cuius ministerio, quam per foeminam diabolus inuexerat, mortem aboleret, eamque vita sempiterna commutaret.

Sed iam ipsum angelum loquentem audiamus. Is ad Mariam virginem ingressus ait: AVE GRATIA PLENA. Noua quidem haec tum fuit saluandi formula, quam in omni scriptura negat Origenes se inuenire potuisse, Graeca vox, quae legitur apud Lucam, non saluere tantum vel auere, verum etiam gaudere significat & valere. Nec vlla potuit Angelus vti voce magis apta & apposita. Siquidem quae vere voluptatis auctorem conceperat, & quem Eua miseris mortalibus merore ingentem inuexerat, cum erat sempiterno gaudio commutatura, quoniam alio quam gaudij vocabulo salutatam eam oportuit? Quamobrem rectè Chrysologus: In hac voce, inquit, oblatio est, oblatio muneris, non simplex saluationis officium, Quod munus nato Christo pastoribus obtulerat angelus, dicens: Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator: Idem hoc munus, idem gaudium obtulit tū virgini Mariae, cum ex ea natum iri Saluatorem renunciauit. Legimus autem & de Stephano, quod fuerit plenus gratia & fortitudine: de Ioanne quoque Baptista: de Elizabeth: de Zacharia: de Apostolis dicit scriptura, quod repleti fuerunt Spiritu sancto: neque tamen propterea credendum est, quod similiter vt Deipara, gratia vel Spiritu sancto repleti fuerint: Nam neque conceperunt illi de Spiritu sancto, sicut Maria, nec habitauit in illis plenitudo diuinitatis corporaliter quemadmodum in Maria, cui quae per partes alijs est praestita singulis, totam se simul infudit gratiae plenitudo, quae descendit in eam sicut pluuia in vellus. Vellus cum sit de corpore, nescit corporis passionem, ita virginitas cum sit in carne, carnis ignorat vitia. Caestis igitur imber in virginem vellus Mariae placido se fudit il-lapsum, & rota diuinitatis vnda bibulo se nostrae carnis celauit in vellere, donec per patibulum crucis expressum, terris omnibus pluuia salutis effunderet.

Hac igitur ratioe, plena gratia dicitur, quod sola est Maria, de qua propter honore domini nullā prorsus cū de peccatis agitur, haberi quaestione, nō modò Augustinus, verū etiam vniuersa voluit Ecclesia: quod vel indè sciri possit, ad vincendū ex omni parte peccatū plus ei gratiae collari esse, quia cōcipere & parere meruit, què cōstat nullū habuisse peccatum. Etenim hac vna virgine excepta, si sanctos alios omnes & sanctas cum hic viuere, cōgregare licuisset, & interrogare, num fuerint absq; peccato, quantalibet fuerint in isto corpore excellentia sanctitatis, incunctanter vna voce cuncti clamassent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: Nec humilior id quā verius respondissent. Pleni or itaq; gratia fuit Maria quā omnes alijs cum sola sit, quā omni peccato fuisse vacuā, persuasum habemus. Scriptum autè est de

Epist. 172. In v. serm. de assumptione.

Saluationis Angelicae commendatio.

Ave. Orig. hom. 6. in Lucam.

Chry. ser. 140.

Luc. 2. Gratia plena.

Act. 6.

Luc. 1. Act. 2 & 4.

Aug. de natu. d. grat. cap. 26. Maria omni peccato vacua.

1. Ioh. 1.

100m.1.

Lib.5.epist.1.

Dominus texti

Indic.6.

1.100m.2.

Benedicta tu in mulieribus.

Psal.20.

Gen.22.

Rom.11. Maria sola effugit maledictionem. Gene.3.

Gald.3.

Iesus Christus. Math.11.

Psal.44. Christiani vnde dicit.

Apoc.5. Regnum & sacerdotium nostrum quale. Rom.12.

Euseb.1.4.c.15. & 16.

Cyrril. Catech. 20.

Christo quoque, quod sit plenus gratia & veritate: verum ab hac plenitudine tantò longius abfuit Maria, quàm abfuerunt à Mariæ plenitudine sancti reliqui, quantò maius inter creaturam & creatorem, inter hominem mortalem & Deum discrimen est immortalis: Siquidem Christus ipsa est plenitudo, Maria sicut alij sancti, sed plus tamen quàm alij sancti, qui quid habet gratiæ, de Christi plenitudine accepit. Petrus Abbas Cluniacensis, gratiam qua plena fuit Maria, charitatem vult intelligi, qua scribit illam præ cunctis alijs excelluisse.

Postea quã Angelus Mariã gratia plenam salutauit: subdit DOMINVS T E C V M. Quid autè aliud angelus, quã à domino missus est nūcius? Erat ergò cū virgine, qui misit ad virginem: præcessit nūcium suum Deus, sed à Deo non recessit. Locis teneri non potest, qui locis habetur in omnibus, & vbique totus est, sine quo nihil totum est. Gedeonem quoque legimus iisdem verbis ab angelo salutatum: Sic enim est eum alloquutus: Dominus tecum vitorum fortissime: verum aliter cū Gedeone fuit Dominus, aliter cum virgine Deipara. Gedeonè elegit dominus, vt esset saluator Israëlis de manu Madian: Mariã elegit, vt non Israëli tantum, verum orbi saluatorem ederet vniuerso, qui esset propitiator totius mundi, qui nos morte sua reconciliatos, ac de Satanæ potestate ereptos, ex inimicis amicos, ex iræ filijs, Dei patris sui filios & hæredes faceret. Hunc talem virgo sacratissima virginali vtero suo complexa, celo maior, terra fortior, orbe est latior. Quem enim non modò terrarum orbis vniuersus, sed ne celi quidem caelorum capiunt, eum sola clausum intra viscera sua gestare meruit. Non dixit autem angelus, Dominus in te: Nam cum in omnibus quæ sunt, quatenus sunt, Dominus sit, soli tamen boni sunt, in quibus ita est dominus, vt etiam cum eis sit propter concordiam voluntatis: Cæterum cum virgine Deipara, magis peculiari modo quodam fuit, quàm cum sanctis alijs omnibus, cum qua tanta fuit consensio, vt eius non modò voluntatem, verum & carnem sibi copularet, ac sic de sua, deque virginis substantia Christum vnū efficeret, vel potius Christus vnus efficeretur, qui etsi nec totus de Deo, nec totus de virgine, totus tamen Dei, & totus virginis esset, nec duo filij, sed vnus vtriusque filius.

Subdit angelus, quæ verba repetiuit etiam Elizabeth, eodem Spiritu sancto repleta, B E N E D I C T V M I N M U L I E R I B V S. Quæ verò sequitur. E T B E N E D I C T V S F R V C T V S V E N T R I S T V I: non iam ab angelo, sed à sola dicta sunt Elizabeth. Non quia tu benedicta, dicit Elizabeth, idè benedictus fructus ventris tui, sed quoniam ille te præuenit benedictionibus dulcedinis, idè tu benedicta. Fructus ventris tui verè benedictus, in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cuius plenitudine tu quoque benedictionem accepisti cum cæteris. Ac propterea benedicta quidem tu, sed in mulieribus: ille verò benedictus, non in hominibus, non inter angelos, verum, vt ait Apostolus, super omnia benedictus in sæcula. Verè itaque benedictus, qui fons est benedictionis, & auctor omnis gratiæ, fructus est ventris tui, qui te suæ benedictionis ita fecit participem, nullus vt mortalium similiter, vt tu fuerit benedictus. Siquidem sola maledictionem illam generalem effugisti, de qua dictū est: In tristitia paries filios: Et aliam, de qua scriptum est, Maledicta sterilis in Israël: & es benedictionem consequuta singula rem: vt quamuis esse virgo, & propterea sterilis elegeris, salua tamen virginitate, neq; sterilis permaneres, neque cum dolore pareres. Ac non ipsa modò maledictionem effugisti, verum & à nobis eam repulisti, edito in lucem fructu ventris tui, qui nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

Fructus autem istius nomen nō expressit Elizabeth, verum addidit Ecclesia I E S V S C H R I S T V S. Iesus quoniam ipse saluum fecit populum suum à peccatis eorū. Christus quoniam cum sit rex noster & pontifex noster, vnctus est à Deo, nō oleo communi, sed oleo lætitiæ: nec sicut participes sui, id est, illi, qui in imagine præcesserunt, sed præ participibus suis, virtute spiritus cœlestis consecratus. Cuius vnctionis nos quoque facti participes, à Christo Christiani vocamur. Nam qui rex & sacerdos noster est, qui, quæ nunquam satis est prædicanda bonitas illius, non sua tantum omnia nobiscum communitate, sed se etiam ipsum nobis est impendere dignatus, postea quàm nos redemit in sanguine suo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, fecit nos quoque regnum & sacerdotes Deo, vt regnantes super terram, & animi nostri cunctis affectionibus imperantes, exhiberemus nosmetipsos hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem in odore suauitatis, ac nomen illius laudaremus ac glorificaremus in sæcula sæculorū. Amen.

Quòd si diligenter explicatam videre voluerit, horum nominum rationem Iesus Christus, legat Eusebium in libris Euangelicæ demonstrationis, & Cyrillum Hierosolymitanum, qui præ cæteris accuratius id fecisse videntur.

Postea quàm de fide deque spe satis multa iam à nobis dicta sunt, nunc de charitate dicendum restat. Quæ cum ad fidem & spem accesserit, iam absoluta esse videtur ea nostra iustitia, qua sola rectè colitur, qui factus est nobis iustitia dominus noster Iesus Christus. Quam qui solam esse fidem arbitrati sunt, eorum ab vna, sancta, Catholica & Apostolica Ecclesia, iam pridem est explosa sententia. Si quidem ante mille ducentos plus minus annos fuisse scribuntur Anomei quidam hæretici, quorum hæretici, quorum participes commemorantur Aëtius & Eunominus: qui nihil aliud à nobis requirere Deum docuerunt, quàm vt ipsum solum cognosceremus: cuius etiam adeò sibi noticiam arrogarunt, vt non sibi se magis esse notos dicerent, quàm ipsi Dei naturam perspectam, & exploratam haberent: Ac tantum illi, cuius auctores ipsi fuerunt, fidei tribui volebant, si quis eam esset amplexus, etiam si grauissima quæque scelera parrasset, ac non modò patrare non intermitteret, verum subindè grauiora parratis adiungeret, ac non modò patrare non intermitteret, verum subindè grauiora parratis adiungeret, nihil ex eo detrimenti foret accepturus: Quem admodum ab Epiphaniò & Augustino memoria proditum legimus. De sui quoque temporis hæreticis scribit Hieronymus: Cùm videris aliquos delinquentes, aiunt: Nihil aliud querit Deus, nisi fidei veritatem, quam si custodieritis, non curat, quid agatis. Et alio scribit loco eos dicere solitos: Non necesse est, vt viuas continenter & sanctè, habeto fidem quam docemus, & omnia promissa domini consequeris.

Qui multò etiam antè, cum adhuc essent Apostoli superstites, fuisse refert Augustinus, qui non intelligentes, quod ait Apostolus: Arbitramur iustificari hominè per fidem sine operibus legis: putauerunt eum dicere, sufficere hominè fidem, etiam si malè viuat, & bona opera non habeat: cum vt hæc sentiret, ei, qui vas fuit electionis, ne in mentem quidem venerit vnquam: Qui non aliud his verbis intelligi voluit, quàm vt se per fidem iustificari quisque sciret, etiam si legis opera nulla præcessissent. Hoc est quod alio loco dicit, quod magno cū applausu audiri à nonnullis videmus: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est: non ex operibus, vt ne quis gloriatur. De quibus non rectè dicere possumus, quod à Cypriano scriptum legimus: Corruptores Evangelij, atque interpretes falsi, extrema ponunt, & superiora prætereunt: partim mentores, & partim subdole corruptores: vt ipsi ab ecclesia scissi sunt, ita capituli vnus sententiam scindunt. Nisi quòd ipsi superiori ponunt, & quæ proximè insequuntur, prætereunt. Nam quem admodum Augustinus quoque monuit: vidit Apostolus, putare posse homines hoc ita dictum, quasi necessaria non sint opera bona credentibus, sed eis fides sola sufficit: quod istis tam persuasum est, quàm quod maximè: Quam etiam ob causam, cantando toties illud ingeminant: Non ex nobis: non ex operibus: vt in eam opinionem homines adducant, nullum esse bonorum operum fructum.

Vidit hoc Spiritu sancto plenus Apostolus: vidit simul & hoc, posse homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda sibi sufficere: Itaque mox addit, quod isti silentio prætereunt: Ipsius enim sumus figmentum, creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Quid est hoc, inquit Augustinus, quòd, cum Dei gratiam commendans dixisset: Non ex operibus, ne forte quis extollatur, cur hoc dixerit, rationem reddens: Ipsius enim sumus, inquit, figmentum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis. Quomodo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed audi, inquit, & intellige: Non ex operibus dictū, tanquàm tuis, ex te ipso tibi existentibus, sed tanquàm ijs, in quibus te Deus finxit, id est, formauit & creauit. Hoc enim ait: Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, non illa creatione, qua homines facti sumus: sed ea, de qua ille dicebat, qui vtrique iam homo erat: Cor mundum crea in me Deus: Et de qua dicit Apostolus: Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Fingimur ergò, id est, formamur, & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Ita que, chæsimi, vita nostra bona, nihil aliud est, quàm Dei gratia: sine dubio, & vita æterna, quæ vna vite redditur, Dei gratia est: & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa, cui datur. Sed illa, cui datur, tantummodo gratia est, hæc autem, quæ illi datur, quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquàm merces pro iustitia: vt verum sit, (quoniam verum est:) Quoniam reddet vnicuique Deus secundum opera eius.

Ex his Augustini verbis facile perspiciamus, quæ sint opera, quæ Paulus à iustificatione voluerit excludi: nimirum ea, quæ sunt extra fidem: quæ & si disponere non nihil ad iustificationis gratiam videntur: quoniam tamen sine fide impossibile est placere Deo, mereri primam gratiam non possunt: quæ propterea gratia vocatur, quia gratis datur, nullis

1. Cor. 1. Iustitia Christi.

Hæretici solum fidem statuunt.

Epiph. l. 3. her. 36. l. 1. in cap. 4. Osee. in cap. 3. Michæ. 2.

Aug. de her. her. 54. Rom. 3. De gratia & libero arbitrio. ca. 7. de fide & operibus. ca. 14. Ephe. 2.

Cyp. de unitate ecclesie.

Aug. de gratia & libero arbitrio. cap. 8.

Que opera conferant ad iustitiam & quæ non.

Psal. 50. 2. Cor. 5.

Rom. 2.

Heb. 11.

Rem. 11.

quæ per dilectionem operatur: unde & refrigescente charitate fides moritur sicut corpus anima recedente.

Quod Fides à Spe & Charitate, non modo vocabulo, verum etiam rationabili differentia distinguitur.

CAPVT LXIII.

Aug. cap. 8.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Chry. hom. 29. in 1. & 23. in 2. ad Cor. 12. in epist. ad Ephes. Bernar. in paruis ser. ferm. 1.

Orig. in tract. 4. in Matt. Basili. in reg. de iust. monacho. 4. c. 4. in scho. Matt. 21. Matt. 13.

Aug. lib. 15. de Trin. ca. 18. & in serm. super gestis cum Emme Vito. Tract. 6. in Euagelium Iohannis.

Spe Christiano vni qualis.

Spe absq; charitate inutilis.

Matt. 3.

Psal. 36. Psal. 4.

Matt. 19. Christus legisator. Esai. 2.

Unt igitur distincta inter se fides, spes & charitas, neque ita sibi tres hæ virtutes cohererent, vt ab inuicem separari non possint, quas non modò vocabulo, verum etiam rationabili differentia distingui, in Enchiridio suo docet Augustinus. Verum quis potest huius rei locupletior esse testis, quàm ipse Paulus: qui cum dixisset: Si habueris omnem fidem, charitatem autem non habueris, nihil sum: nonne videtur aperte fidem à charitate secreuisse? Nam quòd hæc Pauli verba de fide miraculorum accipienda putant, fidem hanc miraculorum in scripturis nusquam legimus. Gratia sanitarum, donum linguarum legimus in scripturis: fides sanitarum aut linguarum nusquam reperimus. Verum de verbo nihil est quòd disceptemus: Scimus enim vno atque altero loco, si gnorum atque miraculorum fidei meminisse Ioannem Chryostomum, & eo multò potestiorern Bernardum.

Sed quæ tandem est ista fides, de qua Paulus loquitur? certè perfectior quàm quæcun que alia: nimirum ea, qua non solum assentimur omnibus, quæ nobis tradita sunt, ad salutem æternam consequendam, necessaria, quæque certam fiduciam de misericordia Dei, deque promissis eius concipimus: verum etiam qua tanta ferimur in Deum, vt eam etiam signa sequantur & miracula. Certè Origenes, Basilius, Gennadius, Theophilactus de perfectæ, deque solida atq; integra fide, Pauli verba hæc interpretantur: quæ satis esse queat, etiam ad montes transferendos. De qua etiam dictum est à Christo. Si habueritis fidem, & non hesitaueritis, etiam si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet. Quam idem Christus alio loco sinapis grano comparauit, non propter exilitatem sui, sed propter vim & acrimoniam, qualem in modico sinapis grano videre licet. Certum est igitur, ibi Paulum loqui de vera, firma, & nihil hesitante fide, qua non modò reuelatis à Deo creditur, verum etiam certa fiducia concipitur, quod petitur, eum omnino liberaliter concessurum. Cæterum quorsum attinet, qua de fide loquatur Paulus, ambigere: cum in extrema capitis eiusdem parte, tria doceat esse distincta, fidem, spem, & charitatem: maiorem autem horum charitatem. Poteritne cuiquam esse dubium, quin loquatur de charitatis, deque ea fide, qua Christiani sumus? quæ si sola fuerit, ea quæ vita ipsius est charitate destituta, fructum adferre queat nullum. Quam obrem istorum commentis reiectis, cum Augustino dicamus, quòd sine charitate fides potest quidem esse, sed non & prodesse.

Quod fides, vt prodesse queat, Spem & Charitatem iungi necesse est.

CAPVT LXIIII.

Cæterum, quo prodesse queat, spes, vt illi iungatur, necesse est: Quam quidem eiusmodi esse oportet, nihil vt nobis ipsi fidamus, verum spem omnem & fiduciam nostram in Deo positam habeamus: cuius vnigeniti filij passione & morte acerbissima, peccatorum nostrorum remissionem consecuti sumus. Ad hanc igitur domini nostri Iesu Christi passionem & mortem, quæ prora, quòd aiant, & puppis est salutis nostræ, confugiamus: per hanc remitti nobis peccata nostra, cum Deo patre nos reconciliari: simul æternæ vitæ concedi nobis hereditatem accedentes ad thronum illius gratiæ, supplices precemur. Quæ tamen & ipsa spes vana prorsus erit & inutilis, si nõ ad eam opera charitatis accesserit. Nam frustra crediderit aliquis, peccata sibi propter Christum esse remissa, nisi iustum de patris illis dolore conceperit: nisi detestatus & confessus illa fuerit: nisi dignos fructus, digna opera penitentia fecerit: Quare coniuncta sint oportet, sperare, & bene agere, vel saltem studium aliquod ingens ad bene viuendum adhibere. Cuius rei, non vno in loco nos admonet sanctus Dauid: Spera, inquit, in domino, & fac bonitatem. Ac rursus: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Sic demum spes in domino nobis est profutura, si fecerimus bonitatem, si sacrificauerimus sacrificium iustitiæ, si per charitatem fides in nobis fuerit operata. Sin autem nihil aliud, quàm credere nos & sperare professi, charitatis opera neglexerimus: & à iustitiâ longè remoti fuerimus, & ad illam vitam nobis aditus non patebit, ad quã si vellemus ingredi, mandata seruare iussimus.

Neque enim existimare quisquam debet datum nobis esse à Deo Christum, vt redemptorem tantum cui fidamus, & non simul vt legisatorem, cui obediamus. Aperta sunt Esaiæ verba dicentis: Ex Syon exibit lex, & sermo domini ex Hierusalem. Quæ in libro, qui inscribitur de cognitione Dei, cuius auctor esse fertur Gregorius Nissa: pontifex, sic expli-

explicata legimus: Dominus, inquit, noster Iesus Christus, nunc in monte Syon sedens & docens, nunc in ciuitate Hierusalem versans, legem & doctrinam Euangelicam tradidit. Neque enim de Mosaiica lege Propheta nunc loquitur. Quomodo enim id fieri queat, cum ea non in Syon, nec in Hierusalem, sed in monte Synai fuerit data multò antè, quàm natus esset Esaias: quem admodum Etuangelica muldò post ipsum Esaiam tempore promulgata fuit. Quapropter appositè dixit, Exibit: quoniam antiqua lex iam exierat. Alio verò loco Gregorius idem vocat Christum vitæ legisatorem. Aperiens autem, idè propheta Esaias, alio loco de Christo loquitur: Dominus enim index noster, dominus legisator noster, dominus rex noster, dominus ipse saluabit nos. Et per alium Prophetam dicit dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Quin & Iacobus de Christo, Vnus est, inquit, legisator & iudex, qui potest perdere & liberare. Docet hoc pluribus verbis, vbi de Trinitate scribit Cyrillus, non redemptorem tantum, verum & legisatorem esse Christum. Beatus Ephrem in oratione de transfiguratione domini, Iesus est, inquit, dominus, non seruus, dominans, & non parens imperio, legisator, & non is cui lex datur, filius, non verna: natura & non adoptione. Et alio loco. Quisquis reliquerit legisatorem, & ipse nihilominus ab eo relinquitur. Si autem de nudo penitentiã ductus, seipsum agnouerit, ita vt legisatori suppliciter proccidat & dicat: peccauit quòd te dominum meum & magistrum dereliqui. Protinus legisator cum sit amator hominum pro sua pietate suscipiet eum, & præstabit ei intellectum bonum vt agnoscat infirmitatem & peccata sua. Et eius equalis Marcus Eremita: Legem, inquit, spiritua lem coelestis legisator Christus per spiritum sanctum inscribit fidelibus, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Lactantius verò: Summus, inquit, Deus cum religionem suam transferre voluisset doctorem iustitiæ misit è caelo, vt nouis cultoribus nouam legem in eo vel per eum daret. Et antè eos omnes Clemens Petri successor, Ezechiel, inquit, atque alij deinceps Prophetae, vbi que prædicant hunc esse Christum, Dominum, Regem, iudicem, Legisatorem, Et in sequenti libro, obtemperemus Christo, vt legi, qui potestatem habet inducendi varias leges, ac tanquam sapiens Legisator nouas ferens, vbi que naturalibus, immobilibus conseruatis. Vide eundè pauld superius, cap. 23. & lib. 7. cap. 36. Est quidem ita, quòd is factus obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis, factus est omnibus causa salutis æternæ. Nunquid autem omnibus credentibus tantum in se? Non hoc dicit Paulus: Verum omnibus, inquit, obtemperantibus sibi, omnibus legem suam custodientibus: omnibus madata sua seruantibus. De ijs verò, qui non obediunt Euagelio domini nostri Iesu Christi, tantum abest, vt eis Christi factum esse dicat causam salutis æternæ, vt non dubitet etiam affirmare; quòd pœnas dabunt in interitu æternas.

Errat igitur, si quis putat Euangelium esse nudam & absolutam vitæ æternæ promissionem, sine conditione mandatorum obseruationis. Cum rectè dictum sit ab Eusebio Emiseno, quòd conditionaliter sit prædestinatio Dei, nihilque sine aliqua conditione prædestinatum est. Prædestinati sunt omnes boni ad gloriam, ea tamen conditione si fidem tenuerint, si charitatem, si humilitatem, si sapientiam, si misericordiam & pietatem, & his similia habuerint. Quam obrem, qui secus docent, omnes eorum sententiæ scripturæ reclamant: Compati nos oportere, si conglorificari: commori, si conuiuere: sustinere, si conregnare volumus monet Paulus: Verum aperiens multò Christus ipse: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et alio loco: Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Quod si oportuit pati Christum, & ita intare in gloriam suam, multò magis oportet pati nos, vt intremus in alienam, super naturalem videlicet, ac nobis indebitam, & longè meritis nostris imparem. Præclare vir ille, singulari pietate præditus, nomine tantum Idiota, regulas quasdam describens, vitam Christianam complectentes, postea quàm non minus laboriosam viam docuisset, quæ est secundum mundum, quã sit via virtutis: stultum esse, dicit, credere, ad caelum posse perueniri, nisi per pugnam aduersus carnem, diabolum & mundum, quandoquidem & caput nostrum Christus non ascendit in caelum, nisi per crucem, ne debet serui conditio melior esse conditione Domini. Quem sequitur aliquor post secutus Bernardus. Nõ rectè planè, sed peruersè est animi, antè quærere gloriam, quàm exercere virtutem, & velle coronari, qui legitime nõ certauerit. Vanum est vobis, inquit, antelucem surgere. Ita est. Frustrà ad celsitudinem nititur gloria, quæ prius non claruit virtute: frustrà fatuæ virginis sponso obuiam surgunt, quarum lampades extinguuntur, & idè vacuæ, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Absit mihi gloriari, nisi in gloria illorum, quibus Propheta congratulans, ait: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitiâ tua exultabunt, Et infer: Quoniã gloria virtutis eorum tu es: pulchre non eorum, sed virtutis eorum.

In dictis Enatis gelij quatenus feculis vni ex minimis. Eia. 33. Hier. 31. Iacob 4. Cyril. lib. 3.

Ephrem de conspunctione cordis cap. 5.

Mar. Eue. In libro de baptismo. Lactant. lib. 4. cap. 13.

Philip. 2. Heb. 5. Christus credens sibus & obtemperantibus factus est salus æternus.

Euseb. hom. ferua. 2. post Dominicam 1. Quadragesimæ.

Roma. 2. 2. Tim. 2. Matth. 19. Ioan. 13. Luc. 24.

Nota. Per pugnam iur ad caelum.

Bernar. in natali sancti V. Ebor. sermo. 3.

Psal. 88.

Per virtutem
sua ad gloria

Ambrosio lib. 5.
in Luc.

Athanasio de
virginia.

In definitio-
nibus latioribus
proximo.

Deus bonus est
iustus, miseri-
coris est iudex.
Psal. 134.

Basil. in oratio-
ne. 3. de peccato.
August. serm.
6. de verbis
domini.

Origen. in
Psal. 36.

Allegare im-
possibilitatem
mandatorum
est Deum crude-
lem facere.
Hæc pulchre
prole: utur Elie
vovimus vel
quisquis est au-
thor epistolæ ad
Demetriadem
de virginitate
servanda.
Matth. 11.

In Ioan. 5.

tis eorum gloria commendatur. Quæ enim sine virtute est gloria, profectò in debita venit, prapropere affectatur, periculosè captatur: virtus gradus ad gloriam, virtus mater est gloria: Fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturivit: sola virtus est, cui iure gloria debetur, & secure impenditur. Sed & Ambrosius, Tenera, inquit, corporis cura, luxuque & lasciviarum cupiditate mollitos, nequaquam cœlestis aula suscipit, ad quã duris laboriorum virtutis gradibus ascèditur. Huiusmodi, quibus fluida delicijs membra solvantur, regni cœlestis extorres, intra mundi huius habitacula consenscunt. Neque minus eleganter Hieronymus, ad Iulianum scribens: Difficile, imò impossibile est, inquit, vt & præsentibus quis, & futuris fruatur bonis, & hic ventrem, & ibi mentem impleat, vt de delicijs transeat ad delicijs. Ante quem etiam Athanasius: Qui habet requiem suã, vt de delicijs transeat ad delicijs. Regnum enim cœlorum non in hoc mundo, ne speret æternam requiem se posse consequi: Regnum enim cœlorum non eorum est, qui hic ociantur, sed eorum, qui in multa tribulatione & angustia vitam tranfigunt. Non enim id gratis accipiunt, sed cum ingenti labore & magnificis sudoribus illud adepti sunt, quotquot eo digni habitus sunt. Ad eundem modum Basilus quoque: Quomodo cum vitæ secundum mandatum Domini insistentiam, eam, quæ voluptatum est præferamus, æternæ vitæ felicitatem & conversationem ei, quæ sanctorum est, conformem, & angelica gaudia in facie Christi nobis pollicemur? Stolidi cerè animi sunt talia phantasmata. Quomodo ero cum Iob, qui nec vulgarem quidem afflictionem cum gratiarum actione complector? Quomodo cum Davide, qui erga inimicum nullo stil lemitatis affectu præditus? quomodo cum Danièle, qui non assidua continentia & deprecatione sedula Deum quæsivit? quomodo cum singulis sanctis, qui vestigia illorum non sum secutus? Quis athleta ita iudicij expertus est, vt iisdem velit dignari coronis, & victorem, & eum, qui nihil certavit? Quis dux ad patrem vniquam spoliatorum partem cum ijs, qui vicerunt, eos vocavit, qui in pugna ne comparuissent quidem? Bonus est Deus, verum & iustus. Iusti verò est retribuere pro dignitate factorum, sicut scriptum est. Bene fac Domine bonis, Declinantes autem in obliuationem, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Misericors est: at & iudex, Diligit enim misericordiam, inquit, & iudicium dominus. Quapropter dicit, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Similiter & Augustinus, Manducant homines fungum malum, & moriuntur. Ecce in qua fragilitate est vita humana, quam quandoque relicturus es. Noli pro illa sic pugnare, vt tu relinquantis. Vita nostra Christus est. Christum attende, pati venit, sed & glorificari: contemni, sed etiam exaltari: mori, sed etiam resurgere. Opus te terret, mercedem vide. Quare vis peruenire delicatus ad eam rem, ad quã non perducit, nisi labor? Sed times ne perdas argentum tuum, quia ad argentum tuum cum labore magno peruenisti. Si ad argentum tuum, quod quandoque vel moriens amissurus es, non peruenisti sine labore, ad vitam æternam sine labore vis peruenire? Et his omnibus vetustior Origenes. Nemo potest in carne & in spiritu habere delicijs, sed si quis in carne deliciarur, sicut ille diues, carebit gremio Abraham, & delicijs: qui verò in præsentis seculo pane afflictionis vescitur, sicut & ille pauper, cum hinc abscesserit, in delicijs erit.

Quod nihil impossibile Deus præcepit.

C A P V T L X V .

Verum hic isti, Si nos ad mandata remittis aiunt, vt nisi ea obseruemus, esse iusti non possimus, actum est de nobis: Nam in hac vita, quæ præcepit Deus imple-re, possibile non est: in qua legi satisfacere nemo potest. Scilicet, si fidem istis habemus, impossibilia præcepit Deus. Potest autè dici quicquam, aut cogitari magis blasphemum, quàm hoc sit? Quis præcipiat his, qui sibi subiecti sunt, quod ab eis nullo modo præstari posse videat: nisi aut prorsus insanæ sit mentis, aut ridiculus, aut barbarus aliquis, & immanis tyrannus, qui sibi datam cupiat occasionem, per quam suã in illos crudelitatem expromere queat: Atqui talem isti nobis Deum fingunt, præclari si Dijs placeat, gloriæ Dei vindices, quam tot seculis obscuratam, nunc demum asserere se, rudi plebeculæ persuadere conantur. Quid autem? an non reclamatione huic eorum blasphemiam scripturæ præcipiat? In Evangelio suo dicit Christus: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus eius est prorsus importabile. Ad quod ferendum Christus inuitat, ab eo deterrent isti, ne venire quisquam ad Christum audeat: qui legem tulerit, cui satisfacere possit nemo: Dicit Dei spiritus per Ioannem: Mandata Dei grauiora non sunt. Dicit Satanæ spiritus per membra sua. Mandata Dei non modò grauiora, verum etiam prorsus ad implendum impossibilia sunt. Nimirum hoc est illud purum Evangelium, quod a zonarijs, baiulis, figulis tantope-

tantopere vidimus expetitur, cum ex diametro, quod aiunt, cum Evangelio Christi pugnantem videatur, quo virtutis omne studium enervatur, omnis faciendi mandata Christi conatus impeditur. At non ita præcipi Patres illi sancti, qui, si quis impossibile aliquid homini ad Deo præceptum esse blasphemasset, eum anathema pronunciauerunt: quòd impium esse dicerent, affirmare, quæ a spiritu Dei mandata profecta sunt, ea esse credentibus impossibilia. Sic Hieronymus & eum secutus August. Execramur etiam blasphemiam eorum, qui dicunt, impossibile aliquid a Deo hominibus esse præceptum, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in cõmune posse seruari. Inter quos Ioannes ille, qui iure merito Chrysostrum appellatur, adeò nihil impossibile mandasse Deum, affirmat multos vt fuisse dicat, qui plus etiam vltro præstiterunt, quàm a Christo mandatum est, tantum abest, vt eius mandata non impleuerint. Nam cum neq; virginitatem, neq; paupertatè Deum vniquam mandauerit, minime tamen defuerunt, qui iniãsi, vltro vtrumq; amplecterentur. Quin & illud non vno in loco persuadere populo conatur, multò grauius esse iugum seculi, quàm sit iugum Christi: Quod illud iugum est seruitutis, iugum carnis & peccati: hoc verò iugum est libertatis, iugum spiritus & gratiæ. Origenes: Qui dicit, implere non possum, quæ mandantur à Deo, quid tibi videtur aliud, quàm inter mulieres, quæ nihil virile possunt, esse numerandus. Gregorius Nissenus. Si natura ita compositum est, vt solo motu mentis & appetitu à malo alienemur, nihil laboriosum nobis præcipit Euangelicum sermo: neque enim labor coniunctus est affectioni & ardori mentis. Sed licet nobis absq; vllò negotio quocunq; volumus per cogitationes accedere. Itaque volenti facile est cœlestem vitam translationem vel in terra habere, si quemadmodum Euangelium præscribit, cœlestia sapientiam, celestibus afficiamur. Locum illum enarras Hilarius: Latè mandatu tuum nimis. Latum, inquit, mandatum Dei est, & in omnia spei nostræ genera diffunditur, vt nõ difficile sit, si voluntas adstet, præcepto Domini obtemperare: cum & latum & diffusum sit ad placendum, officio religionis varietate: neque solum latum, sed vehementer latum.

Et beatus Ephrem nullam in hac via, quæ ducit ad cœlum, reperies difficultatem. Dominus ipse factus est via vitæ volentibus ad patrem luminum proficisci, vbi beatitudines enumerat. Etia Prophetis longè grauiusimum visum est onus iniquitatis, quàm federe quidam ait super talentum plumbi: Sub quo gemebat alius quoque dicens: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, grauata sunt super me. Quam obrem duriora multò sunt, quemadmodum etiam à Basilio scriptum legitimus, quæ vel infans amor, vel inexplabilis habendi cupiditas, mortalibus imperat, quàm quæ Christus præscribit. Vt non ineptè dictum sit à Ioanne Gersono, quòd plures videre licet, qui maiorem pœnam habent ad infernum acquirendum, & ad male agendū, quàm requiratur pœna ad regnum paradisi lucrandum. Et explicans illa verba Nicolaus de Lyra: Lassati sumus in via iniquitatis, & perditiois, & ambulauimus vias difficiles. Fréquenter, inquit, plus laborant homines ad perficiendū sua peccata, quàm iusti ad iustitiæ operantur ad habendū intentū, licet frequenter deficiat, quã bonus religiosus, in surgendo ad matrinū pluribus notibus, ad Deum laudandū. Ante què multis seculis Hierony. Quantis, inquit, sudoribus hereditas casta cõpetitur. Minori labore margarita Christi emi poterat. Similiter Euseb. Emiff. & Greg. Nissen. Si laboriosum studiū bonarū rerū esse putas, cõparatè cū vita contrariã, ac reperies quãto malitia nequitiaq; laboriosior & molestior sit.

Non est itaq; Charissimi, cur interdum domini nostri famularum intollerabile pronunciamus, secundum vel lenitatem, vel duritiam mortum nostrorum. Qualem animum habuerimus, tale super nos iugum domini sentiemus. Nemo itaque dominicum onus esse intollerabile cõqueratur. Qui duri est animi, qui cordis est asperi, ipse sibi facit durum atque asperum iugum Christi, & verè graui premitur sarcina mens subiugata peccatis: onus verò domini, sicut reuelare, nescit opprimere. Siue quis obsecro sit amore captus, siue rei faciendæ studio teneatur immodico, siue misera vexetur ambitione, quas nõ perferret molestias? quæ non adtem pericula? quos non tolerat corporis & animi cruciatus, vt non deuerint, qui mortem etiam indubitanter oppeterent, dū eo, quod amant potiri student. At in Deo piè colèdo, atq; illius contemplationi vacando, quid tandè est molestia? qui d periculi? quid laboris? aut quæ non voluptas? Potius, cum animi summa tranquillitate coniuncta? Quæ fruuntur in cœlis, animæ piorum vita beata, ea degentibus adhuc in terris, atque in fragili corpufculo, representari videtur. Inita fortassis aliquid habet difficultatis & molestia: Quò longius autem progressus fueris, hoc faciliora, incūdiora, suauiora sunt omnia. Ea enim consuetudinis vis est, sicut præclare scriptum est à Gregorio Nissenso, vt etiam in ijs quæ difficiliora videntur, voluptatè quandã asi duò vsu ingeneret: sitq; suauis & iucūdū per consuetudinè tēporis tractu quod ab initio laboriosum est.

Sic præcipi populū instruebant: sic de superiore loco mentes eorū ad virtutum studia,

X quæ

Patres præcipi
quomodo popu-
lum instruerent.
Hier. ad Da-
mas. in exposi-
tione.
Symbli.
Basil. in verbis
Moyses, attende
tibi ipsi. Es in
ea, que proximè
sequitur homil.
Chry. hom. 8. de
pauci. serm. de
charitate & ho.
19. in epist. ad
Hebræos.
Rom. 39. in
Mat. & hom. 2
ad Phil.
Iugum seculi
grauius iugo
Christi.
Orig. in Iosue,
hom. 9.
Greg. in lib. ad
Harmonium.
Quid præceptio
nomini Chris-
tiani nisi ve-
lit.
Psal. 118.

Iniquitas gra-
uiss. omis.
Zach. 5.
Psal. 77.

Geop. parteghar-
ta in ser. de om-
nibus sanctis.

Hier. ad Nepo-
tianum de vita
clericorum.

Euseb. Emiff. de
Epiphani. ser. 50
Greg. Nissen. in
lib. de beatitudi-
nibus super il-
lud. Beatus mun-
do corde.
Omo dominicū
intollerabile.

In distum End-
gely. Quatenus
fecit nisi ex
minimis &c.

quæ nos amplecti Christus voluit, oratione sua inflammabant. A quibus, quid aliud i-
fit, quæ deterrere prorsus videtur? dñ nō difficilia modò, quod ferri tamen posset, vertue-
tiam prorsus impossibilia Deū præcepisse blasphemâr. Sic Hierony & cū secutus August.

Aug. de tempo-
re serm. 191.

Ex quorum hac impia doctrina, quàm ipsi nihilominus verbum Dei vocari volunt,
hoc esse consecutum cernimus, nullo vt vnquam tempore quam hoc, magis refrixerit cha-
ritas, magis abundauerit iniquitas. Quis enim adduci facile possit vt aut eum Deum co-
lat, quem impossibilia præcepisse persuasum habeat, aut ad ea præcepta animum adij-
ciat, quæ impleri non posse credat. Longè diuersum docuit toties à nobis citatus Chry-
sostomus, dicens: Si in vsum semel bonæ istius philosophiæ transeas, etiamsi postea ali-
quis tibi torpor obrepat, non tamen facile poteris horum quidpiam, quæ præcepta sunt
transgredi, bona scilicet consuetudine firmitate iam auctante naturæ. Quam enim fa-
cile est dormire, comedere, bibere, respirare, tam nobis facilia erunt etiam opera virtutis:
ex quo etiam capiemus honestissimam voluptatem, quietissimo in portu sedentes, & se-
renitate continua perfruentes. Quem secutus Cæsarius, de Monachorum institutis scri-
bens: Hæc omnia, inquit, donec in consuetudine mittantur, laboriosa esse videntur, & vt
verius dicam tamdiu impossibilia iudicantur, quamdiu humanis viribus obtineri posse
putantur. Cum verò à Deo obtineri & per Dei gratiam impleri posse creduntur, nec
dura, nec laboriosa, sed leuia & suaui comprobantur: secundū quod Dñs dixit: Iugum
meum suaue est, & onus meum leue. Post quem etiam Bernardus: Reuera cum inceperis,
inquit, tristitia implebit cor tuum: sed si perseveraueris, tristitia tua cōuertetur in gau-
dium. Tunc enim purgabitur affectus, & voluntas renouabitur vel potius noua creabi-
tur, vt omnia quæ prius difficilia imò impossibilia videbantur cum multa percurratur
auditate & dulcedine. Scripsit Philo Iudæus librum de legibus non scriptis, in quo do-
cet, viros, qui rectè ac sine culpa vixerunt, quorum virtutes publicatæ sunt in sacrarum li-
terarum tabulis, non tantum ad laudem illorum, verum etiam ad lectores in æmulationem
prouocandos: fuisse leges quasdam animatas & rationales, duabus de causis vena-
biles: altera, quoniã ostendunt quod præcepta legis à natura non discrepant: altera, quod
hinc liquet non esse opus magno labore ad exigendam vitam iuxta legum regulã, quan-
do illi præcepta ante leges singillatim proditas, non scripto iure vti, pari facilitate atque felici-
tate vixerunt: vt meritò quis discere possit, leges scriptas nihil aliud esse, quam vitarum
patrum commentarios, in quibus eorum dicta factaq; narrantur, nam illi scholas nul-
las frequentauerant, nullis præceptoribus vti fuerant, sed à seipsum instituti doctique, or-
dinem naturæ sunt secuti, quæ lex est dubiò procul antiquissima omnium: quam ipsi
ius summum, fasque rati esse, totam vitam suam vltro ei subdiderunt: fortuitas autem
res precibus & supplicationibus commendantes Deo propicio, hac quoque parte vixe-
runt feliciter, accedente ad promptam rectè agendi voluntatem diuinã quæque proui-
dètia. Quæ sunt hæc ab illis diuersa, quæ nostro tempore docet, qui segregauerit seipsum
Quod non tam natura mandatorum, quàm nostra fiat ignauia, vt implere mandata
non possimus, cum quæ timori gratia sunt, leuia sint amor.

Hom. 11. in
Matth. cap. 3.

Homi. 9.

Sermo. 2. in a-
scensione.

Leges anima-
te, quibus vti
prijci.

Vita ad legum
regulam facile
exigenda.

Matth. 7.
Obiectio via ar-
cta.

Psalms. 16.
Lex Christi nō
natura sua, sed
ignauia nostra
grauis est.

Responsio.
Chrys. hom. 8.
de poenit.

Hom. 2. in epi-
ad Phil.

Hom. 16. in epi-
ad Hebr.

1. Cor. 2.
2. Cor. 4.

Sed hic isti nobis obijciunt: Si tam leuia sunt Christi præcepta, quàm ea, tu videri
vis, cur igitur dixit Christus, quòd angusta est porta, & arcta via, quæ ducit ad vi-
tam, & pauci sunt, qui inueniunt eam? Cur vias domini duras appellat Propheta?
Nos verò non nostris, verum eorum, qui totius orbis iudicio grauissimi, doctissimi, san-
ctissimiq; sunt habiti, verbis, ad hæc respondebimus. Ac primo quidem loco, quòd labo-
riosa via Dei, quòd eius mandata videntur esse difficilia, dicit Ioannes Chrysostomus,
non tam id fieri natura mandatorum, quàm nostra ignauia. Quid enim esse potest mel-
le dulcius? ægroto tamen amarum per se videtur. Num quod natura tale sit? Minimè
gentium, sed est id morbi vitium. Ad eundem modum lex onerosa, non tam sua natura,
quàm nostra sit pigritia. Ac vt in sit etiam aliquid in ipsius legis natura difficultatis & mo-
lestiæ, tamen si nauis minaces pelagi fluctus, si tempestates & hyemes agricolis, si vul-
nera cædesque militibus, si pugilibus ictus plagæque grauissimæ leues adeò videntur &
tolerabiles, vt voluntarij magna cum alacritate de discriminibus istis & difficultatibus
offerant, spe temporalium commodorum, quæ mox peritura sunt: quantò magis homi-
ni Christiano videri leue debet ac tolerabile, si quid etiam aduersi ferendum sit, cui
præmium in cælo positum est, non momentaneum, sed æternum, cum nec oculus vi-
derit, nec auris audierit, nec in cor hominis ascenderit, quæ præparauit Deus his, qui di-
ligunt eum, vt verè dictum sit à Paulo. Quòd in præsentī momentaneum est & leue tri-
bulationis

C A P I T U L V M LXVI.

bulationis nostræ, supra modum in sublimitate æterni gloriæ pondus operatur in no-
bis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim viden-
tur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. Leue Paulus vocat & momenta-
neum, quòd est in præsentī tribulationis, at isti non satis habent, si dicant esse difficile, ve-
rùm prorsum impossibile, prorsus voluñt esse onus imporrabile, cui ferendo nemo sit
mortalium. Interea tamen purum Dei verbum haberi volunt, quòd isti loquuntur & sen-
tiunt, quamuis ex diametro, quòd aiunt, cum Dei verbo pugnare videatur: Diuus Augu-
stinus, cum & ipse locum hunc enarraret ex Euangelio: Iugum meum suaue est, & onus
meum leue: pluribus verbis laboriosorem esse docet huius mundi amorem. Et in Psal-
mos commentatus. Bonum opus, inquit, non multum laborat, malum opus habet labo-
rem. Ac alio quòdam loco, adducens illud ex Psalmo: Propter verba laboriorum tuorum
ego custodiui vias duras: Duræ sunt, inquit, timori, leues amori. Omnia quippè sunt faci-
lia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est: quin ea potius est ipsa illa sarcina, quæ leuis
est. Itaque quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. Nam quæ gra-
ua sunt etiam & immania, prorsus facilia & prorsus nulla efficiunt amor. Et in libro de gra-
tia & libero arbitrio: Sarcina illa, quæ infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati. Et
in libro de perfectione iustitiæ: Quis autem nescit cum præceptum sit generale charitas,
quia finis præcepti est charitas, & plenitudo legis est charitas, non esse graue, quòd dili-
gendo fit, non timendo: Laborant autem in Dei præceptis, qui ea timendo conantur im-
plere. Sed perfecta charitas foras mittit timorem, & facit præcepti sarcinam leuem ac pau-
cis interiectis, dicit: charitati Dei non esse graue mandatum Dei, non humanæ voluntati,
cui plus dando quàm oportet, ignoratur iustitia Dei. Er explicans, illud ex Psalmo 30.
Statuisti in loco spacioso pedes meos: Certe angusta, inquit, est via: laboranti angusta est,
amanti lata est. Eadem quæ angusta est, lata fit. In spacioso, dicit, posuisti pedes meos, ne
angulati pedes mei irent in se, & incurrendo in se, dei cerent me. Ergo quòd ait: Posui-
sti in spacioso pedes meos, plane fecisti mihi facilem iustitiam, quæ mihi erat aliquando
difficilis. Hoc est, Posuisti in spacioso pedes meos. Quem secutus Gregorius quoque lo-
quens de præcepto dilectionis: Hoc est, inquit, præceptum Domini, hoc iugum est diuina
suauiutatis: Quid em leui? aut vnquã gratius, quàm amor, fertur? quid præterea graue nō
leuiter tolerat, qui amat? Quicquid em diligitur, cū magna deuotione portatur: Potest hoc
amor hui? mudi, vt etiã quæ videtur difficilia, facilia videri faciat, & nō possit multò ma-
gis, quòd nihil est fortius, amor Christi: Quòd si soli nos essemus, si nostris ipsorum viribus
lex nobis impleta foret, fortasse nostræ nobis imbecillitatis cōscij, de difficultate atq; a-
deo impossibilitate ipsius nō immeritò queri possemus. Nūc aut qui viuit in nobis Chris-
tus, qui per fidē habitat in cordibus nostris, ipse est, qui operatur oia in omnibus: ipse
est, qui operatur in nobis & velle & perficere, ipse est, qui facit in nobis, quòd placeat co-
rã se. Hunc, sicut scribit Petrus Chrysologus, habemus in bonis adiutorum, qui dat posse
quòd iubet, & quæ præcipit, facit ipse. Quem etiam Bernardus vocat athletam fortissimū
in suis & pro suis pugnantem & vincentem, & inde victores coronantem. Hoc
est, quòd cum scribens ad Corinthios, gloriatus fuisset Paulus, quòd plus alijs omni-
bus laborasset, ne sibi suæque virtuti bona tribuere videretur, quæ per ipsum Deus ope-
ratus fuerat, subiunxit euertigò: Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Quæ tamen ver-
ba nequaquam ita sunt accipienda, quasi cum dixerit, non ego autem, hoc intelligi volue-
rit, nihil se laborasse, nihil prorsus operatum esse: Non enim adiecisset mecum, si preuen-
iente gratia, subsequens liberum arbitrium non habuisset. Poterat dicere, per me quem-
admodum annotatum est à Bernardo, sed quia minus, inquit, erat, maluit dicere, mecum,
presumens se non solum operis esse ministrum per effectum, sed operantis quodammodo
socium per consensum. Ac si diceret, abundantius laboraui, non ego, sed ego: In eo
enim, quòd solo Dei dono præuentus sum non ego: in eo autem, quòd donum volunta-
te subsecutus sum, & ego. Explicans illud ex oratione dominica. Fiat voluntas tua: quif-
quis auctor fuit operis in Matthæum imperfecti. Vide, inquit, quam cautè locutus est,
Non dixit: Pater sanctifica nomen tuum in nobis: adducendum tuum super nos, fac
voluntatem tuam in nobis: ne seipsum Deus videatur in hominibus sanctificare, aut re-
gnū suū super quos vult adducere, aut voluntatē suā in quibus vult facere, & per hoc in-
ueniatur Deus personarū acceptor. Nec iterū dixit: Sanctificemus nomē tuū: suscipiam⁹ re-
gnū tuū: faciamus voluntatē tuā sicut in cælo & in terra: ne hominū tantummodo videatur
esse quòd sanctificant Deū, aut quòd suscipiunt regnū eius, aut quòd faciunt volunta-
tem illius, sed mediè dixit & imperfonaliter: id est, sanctificetur: adueniat: fiat: vt vtrius-
que personæ opus necessarium demonstraret, quia & homo Deum necessariū habet,
& Deus hominem ad iustitiam faciendam. Nam sicut homo non potest facere bonū, nisi
X 2 habue-

Aug. li. 5. de
Muli. ca. 1. 4. &
ser. 9. de ver-
bis domini.

In Psalms. 92.
De nat. & gra-
tia, cap. penult.
& vltimo &
ser. 48. de repto
& serm. 12. de
verbis Apostoli,
cap. 7.
Charitas nihil
est graue.

Angustia via
laboranti in i-
more, lata ami-
ti.

Greg. li. 9. ca. 2.
in primū lib.
Reg.

Ephes. 3.
1. Cor. 12.
Philip. 2.
Hebr. 15.
Chrys. serm. 11.
De passione da-
mini. cap. 22.
1. Cor. 15.

Bern. in lib. de
gratia & libe-
ro arbitrio.

Orationis domi-
nicæ explicatio.

habuerit adiutorium Dei: sic nec Deus bonum operatur in homine, nisi homo voluerit. Sicut nec terra sine semine, nec semen sine terra fructificat: sic nec homo sine Deo, nec Deus sine homine iustitiam operatur in homine. Ac si dicat: Si hæc agitis, hæc oratis, digni filij estis huiusmodi patris.

Quod operatur bona Deus in nobis, non ipse nihil agentibus, verum consentientibus, & simul operantibus nobis.

CAPVT LXVII.

Quamobrem execrandus est eorum impius error, qui nihil plus hominem asserunt in bonis agere, quam agat securis in manu fabri, aut lutum in manu figuli: atque ita Deum per filium suum legem in credentibus implere docent, nihil ut agant ipsi. Quos etiam ad ea blasphemiarum portenta deuenisse tandem videmus, ut eum, qui solus bonus est, de quo dicit Propheta: Non Deus volens iniquitatem, tu es, eum etiam malorum auctorem faciant, neque bona magis, quam ipsa etiam in nobis operari mala, impudenter asserunt: quod haud aliter habere se dicant facinorosos, ad ea quæ patrant crimina, quam habet se gladius, quo iugulatur proximus. Neque minus esse proprium opus Dei Davidis adulterium, aut iudeæ prodicionem, quam Pauli vocacionem. Nunquid poruit aliquid dici pestilentius? Quid autem est aliud hoc docere, quam omnem ordinem, omnem bene agendi curam, omnem sollicitudinem, prouidentiam, ac industriam, disciplinam omnem euertere, religionem ex mortalium animis radicatis omnem euellere, denique profectam ab hominibus velle vitam humanam, & pro illa pecuniam ac feralem quandam securitatem ac licentiam introducere? Quorsum enim leges? quorsum magistratus? quorsum bonis præmia, malis constituta sunt supplicia? Denique quorsum illud pertinet, quod Deus etiam ipse mercedem regni celestis pijs promittit, gehennæ vero pœnas impijs comminatur, si omnia, siue bona siue mala, sine nobis operatur in nobis? si absoluta necessitate & inuitabili patimur magis, quam agimus, aut velut serra quadam, ab illo acti agimus?

Matt. 19. Psal. 5. Deus non est mali operator.

Blasphem. Phil. Malan.

Malorum auct. Deo Deus non est. Psal. 26. Esai. 26.

Esch. 26. Aug. de gratia & libero arbitrio. cap. 16. Psal. 140. Psal. 38. Esai. 26. Phil. 2. 1. Cor. 12. Hebr. 13.

Dei in nobis quomodo operatur. Vide Aug. 2. Hypognosticon. Aug. de gratia & libero arbitrio. cap. 12. De grat. Dei cõ. Pelag. & Cest. lib. 1. c. 25.

De corrupt. & gratia cap. 2. Guil. li. de merit. Opera nostra bona opera sunt Dei.

Sed nobis illud in præsentia refutare propositum non est, à quo non aures modò, verum etiam cogitationes piorum abhorrent omnium, quod quæ facinorosi patrarent celestia, eorum sit auctor Deus. De eo tantum breuibus differendum esse putauimus, quomodo bona Deus operatur in nobis. Aperta sunt scripturæ verba, quod à Deo gressus nostri diriguntur, quodq; omnia opera nostra Deus operatur in nobis: qua quidem scriptura nihil est certius. Verum interea non minus certum est & hoc, nos facere cùm facimus, quàm ille faciat ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit: Facia ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis ea. Quæ Propheta locum adducens Augustinus: Cùm dicit, inquit, facia ut faciatis, quid aliud dicit, nisi auferà à voce cor lapideum, vnde non faciebatis, & dabo cor carneum, vnde faciatis. Et hoc quid est? nisi auferà cor durum, vnde non faciebatis, & dabo cor obediens, vnde faciatis. Ille facit ut faciamus, cui dicit homo: Pone Domine custodiã ori meo: Quod beneficium Dei iã fuerat consecutus, qui dixit: Posui custodiã ori meo. Quando igitur legimus in scripturis quod omnia opera nostra operatur Deus in nobis, quod operatur & velle & perficere, quod operatur omnia in omnibus, quod facit in nobis, quod placeat coram se, nequaquam in eo sensu accipiendum est, ut sic agi nos, cùm agimur spiritu Dei putemus, quem admodum faber agit ferram, sed potius, quem admodum sessor agit equum: Operatur quidem in nobis Deus, verum non ociosis nobis, sed ipsis etiam & voluntatem & conatum adhibetibus. Quamquam ut velimus sine nobis operatur, inquit Augustinus: ab ipso enim præparatur voluntas nostra, cùm autè volumus, & sic volumus ut faciamus, nobiscum operatur, sine illo tamen, vel operante ut velimus, vel cooperante cùm volumus, ad bonæ pietatis opera nihil valemus. Et alio loco: Non solum, inquit, Deus posse nostrum donauit atque adiuuat, sed etiam velle & operari operatur in nobis: non quia nos non volumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipso adiutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus. Et in Psal. 30. Quicquid Deus operatur per nos, nos videmur operari. Potest ille multum & totum sine nobis, & nos nihil sine ipso. Et iterum in alio libro, Intelligent, si filij Dei sunt, spiritu Dei se agi, ut quod agendum est, agat, & cùm egerint illi, à quo aguntur, gratias agant, agitur enim ut agat, nõ ut ipsi nihil agant. Præclare Guilielmus Parisiensis. Opera, inquit, nostra, opera sunt etiã Dei, quæ ipse operatur in nobis, & etiã per nos. Non quidè tanquam per organa quadam aut instrumentum: tunc enim, nec ad laudè, nec ad vituperium, nec ad culpam, nec ad meritum imputanda essent nostra opera bona: Sicut citharæ & tibiæ nihil imputatur ad culpam aut meritum de citharisantibus & tibicinantibus. In nobis igitur operatur Deus bona opera sua & nostra, non tam præstando virtutem,

virtutem, facultatem, & oportunitatem, quam etiam excitando, & foris doctriinis, & prædicationibus, & beneficiorum consolatione, flagellorum quoque stimulationibus, & interdum compulsionibus, & interiori inspirationibus, ac reuelationibus, terroribus, & alijs modis multiplicibus, qui sibi soli noti sunt. Equum est autem ut illius adscribamus omnia diuinæ bonitati, non quod nihil agamus ipsi, sed quod nihil possumus, nihil volumus, agimus aut sumus, quod non illius beneficio possumus, velimus, agamus, aut sumus, à quo solo proficitur omne datum optimum, & omne donum perfectum. Neque enim sufficientes sumus, vel cogitare saltem aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Iacob. 1. 1. Cor. 3.

Galat. 2.

1. Cor. 4. 11.

viuimus, operamur, meremur in Christo.

Aug. com. duas epi. Pelag. lib. 4. ca. 6. De bono perseverantia c. 17.

Viuo iam non ego quomodo intelligendum. Psal. 50. Ioan. 3. Galat. 3.

Rom. 8.

Meritum extra Christum, est supplicij meritum.

Ioan. 15. Philip. 4.

Quemadmodum igitur à Paulo dictum est: Viuo autem iam non ego, viuunt autem in me Christus: ita qui cum Paulo per fidem & baptismum eidem Christi corpori sumus insiti, cuius etiam spiritum vegetamur, si, quod subinde nos monet, imitatores illius facti fuerimus, dicere quisque nostrum cùm illo poterit: viuo autem iam nõ ego, viuunt autem in me Christus: laboro autem iam non ego, laborat autem in me Christus: operor autem iam non ego, operatur autem in me Christus: mereor autem iam nõ ego, meretur autem in me Christus: modo sanus ad sit horum verborum intellectus. Neque enim ea sic oportet accipi, quasi non viuamus, non laboremus, non operemur, non mereamur ipsi quoque: quinimò nos sumus qui viuimus, nos sumus qui laboramus, qui operamur, qui meremur: sed ut viuamus, facit vita nostra Christus: ut operemur facit qui & voluntatem inspirat, & vires ad operandum suppeditat adiutor noster Christus: ut mereamur facit, qui merita sua nobiscum communicat, redemptor noster Christus. Sic Augustinus ad Bonifacium scribens: Nos quidem ambulamus, verum est, nos obseruamus, nos facimus, sed ille facit ut ambulemus, obseruemus, ut faciamus. Hæc est gratia Dei, bonos faciens nos, hæc misericordia eius præueniens nos. Et in alio quodam libro: Nos ergo volumus, sed Deus operatur in nobis & velle: nos ergo operamur, sed Deus operatur in nobis & operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit & credere & dicere: hoc est pium, hoc verum, ut sit humilis & submissa confessio, & totum detur Deo. Quando itaque dicit homo Christianus. Viuo autem iam non ego, viuunt autem in me Christus: hoc dicere videtur: viuo autem ego: non iam ille, qui conceptus in iniquitatibus ex carnis meæ parentibus, iræ filius natus: verum qui sum ex aqua & Spiritu sancto Dei filius renatus, qui sum in baptismo veterem exutus, & nouum hominem indutus Dominum nostrum Iesum Christum, in cuius fide viuo, cuius etiam agor spiritu: Hic meam infirmitatem adiuuat: hic ad operandum & voluntatem impellit, & facultatem suggerit: hic efficit pro sua inenarrabili bonitate, ut qui dum natura filius essem iræ, nihil mereri poteram, nisi gehennæ supplicia, factus per adoptionis gratiam Dei filius & hæres, frater autem ipseus & coheres, iam deinceps mereri possim ea, quæ Dei filio & hæredi, quæ Christum induto debentur, ut quicquid mereor, non tam meo, quam ipsius, quem iudici, Christi merito merear. Meum nanque meritum quatenus purè meum, extra Christum factum, non erat nisi meritum supplicij: Postquam autem viuo in fide filij Dei, iam illud qualecunque à me profectum, illius aspersum sanguine pretioso, pretium ex eo mutuatur, ut fiat meritum celestis præmij, non sua quidem ipsius, verum Christi viuentis, operantis, & merentis in me virtute dignitateq; qui, quæ est illius immensa benignitas, merita mea, quæ sunt ipsius dona, non tanquã merita mea, sed tanquã dona sua coronat. Nam & ab ipso manat, & ex ipso morte pretium acquiritur. Hic sanus est & pius horum verborum intellectus. Nos ergo sumus, qui viuimus: nos sumus, qui operamur: nos sumus, qui viuemus in fide filij Dei, legem implemus, qui, quæ mandata sunt ab eo perficimus: verum non sine eo, qui dicit: Sine me nihil potestis facere. Illius destituti gratia, nihil possumus: illius adiuti gratia, nihil non possumus: qua fretus, nemo est ex ijs, qui credunt in Christum, qui non cõfidenter dicere queat: Omnia possum in eo, qui me confortat.

Quod semel iustificatum gratia sua Deus non deserat, si non ab eo deseratur: quodq; caritatis non modo non impossibile, verum nec difficile quicquam sit.

CAPVT LXVIII.

Et tamen, quod ab Augustino quoque legimus annotatum, Dei tanta bonitas, ut quæ semel iustificauit impium, gratia sua nunquam deserat, si non ab ipso deseratur, nihil ut ei desit, quo minus pie semper, iusteq; viuere queat. Quod etiã ab Ambrosio, aut quisquis ille fuit auctor libri, qui inscribitur de uocatione gentium, animaduersum legimus: Qui certissimè esse vult, nullã fidelium à Deo, non discedentem relinquere, neque cuiusquam ruinam ex diuina esse dispositione dispositam, sed multis, qui iam iudicationis vruntur, idèd liberum esse discedere, ut non discessisse sit præmium, & ut quod non potest nisi cooperante spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit

Aug. de natura & gratia ca. 26. & in cõf. articulo 2. falso sibi impostorum ait. Ier. Et ser. 38. de temp. Amb. vel Prosper. li. 2. ca. 4.

2. Para. 18.

Damas. in vita eius.

Lux Christi scilicet Sol volentes illuminat, et non cogit, deferentem deserit.

Rom. 8.

Charitatis voluntas maxima.

Ser. 35. in D. Laurentium.

2. ant. 8. Rom. 8. Charitas morte fortior.

Psal. 43.

Charitas recte dicitur magna voluntas.

Aug. de gratia et lib. arbit. cap. 17.

Ruff. li. 6. c. 3. Orig. in veritate appetit.

Ruff. lib. 2. c. 5. Lib. 2. de virginitate.

Socr. 1. 4. c. 18.

Theod. 1. 4. c. 17. Martyrij desiderio in multitudine Ediffensa.

id potuit voluntate non fieri. Verum testatur hoc etiam propheta, dicens: Dominus vobiscum, quia fuitis cum eo: Si quaesueritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis, derelinquet vos, Sic ille fons totius bonitatis & misericordiae, nunquam nos deserit, nisi prius a nobis deseratur. Pulchra quadam similitudine docuit hoc Barlaam Eremita, ubi cum Iosopha rege loquentem eum inducit Ioannes Damascenus. Sicut, inquit, Sol ad illuminationem omnibus ortus, sine invidia porrigit radios, cunctosque illuminari permittit: Ita & vera sapientia sui appetitores more Solis illuminat & illustrat, & splendidos ostendit. Si quidam claudentes oculos fulgorem eius videre nolunt, non idcirco reprehendendus est Sol, vel à ceteris despiciendus, aut gloria sui splendoris per illorum in honorem rabitur stultitiam, sed illi potius se ipsos lumine eius priuantes, quasi caeci palpabunt parietem, & in multis foueis cadent, pluribusque lacerabuntur facies eorum spinis. Et quemadmodum Sol in suo splendore permanens illuminat reuelata facie fulgorem suum specularum, eodem modo & lux Christi splendet quidem omnibus, ditissime eis largiens suam claritatem, Participat verò vnusquisque iuxta quod desiderat & appetit. Neque enim deest alieni volentium se intueri Sol iustitiae, neque tamen cogit sponte suas tenebras eligentes, sed proprio vnus cuiusque relinquitur arbitrio & praelectum quamdiu in hoc seculo est.

Ceterum, si nobiscum & pro nobis Deus, quis contra nos? quid erit, quod prestare non possimus, illo per fidem in cordibus nostris habitante, illo viuentem in nobis, illo operante in nobis, vt velimus, & cooperante, vt quod recte volumus, faciamus? Etenim à Domino preparatur voluntas nostra, quae si magna est, charitas vocatur: Nulla namque voluntas maior esse potest, quam sit voluntas charitatis. Quin ardentem voluntatem ipsam, esse charitatem dicit Petrus Chrysologus, quae tanta est, nihil vt sit, quod ei resistere queat: quando quidem non solum fortis est, vt mors, dilectio, quemadmodum à Sapientem scriptum est: verumetiam fortior ipsa morte: non ea re tantum, quia, quos diuidit mors, non diuidit charitas, verumetiam quod, cum à corpore per mortem anima separatur, tum verò, quae fuit in corpore mortis huius tantum inchoata charitas, fit perfecta. Sensit vim huius magnae voluntatis ille, qui dixit: Quis nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculus? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque in scientia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura vlla, poterit nos separare à Charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.

Haec igitur magna voluntas, quae charitas dicitur, in cuius corde diffusa est per Spiritum sanctum, huic iugum Domini verè suaue, huic onus eius verè leue est. Quamlibet enim asperum aliquid & durum esse videatur, si tamen haec magna voluntas accesserit, non modò non impossibile, verum ne difficile quidem, quin potius iucundum erit & suaue. Verum enim est, quod ab Augustino scriptum est, Sarcina illa, quae grauis est infirmitati, leuis est charitati. Documento sunt, tot tam saui terribilesque cruciatus, quos tot milia sanctorum martyrum, etiam ex fragili foemineo sexu, deinde tenerioris etiam aetatis, amore ipsius sui Domini nostri Iesu Christi inflammati, non maiore constantia, quam animorum alacritate pertulerunt. Qua in re se tales praestiterunt, minus vt alacres ad epulas plerique, quam isti ad vitam suam pro Christi nomine cum sanguine profundendam festinarent. Vt nullam nunc Origenis mentionem faciamus, quem tantò martyrij studio flagrasse puerulum adhuc Ecclesiastica narrat historia, multum vt negotij mater haberet in eo domi detinendo, ne vitam suam in apertum discrimen offerret: Vt nihil dicamus de beata Agne, de qua scribit Ambrosius, quod cum 12. annorum existens Martyrium fecisset. Non sic ad thalamum nupta properaret, vt ad supplicij locum lata successu, gradu festina virgo processit. De qua alia quadam, de qua scribit idem Ambrosius, quamuis nomen subicit. Verum Theodoram fuisse Simeon Metaphrastes vitam illius describens, indicat, quae cum Dydimò quodam ceterbat de nece, prior vt ipsa pro Christo sanguinem funderet, vt multos etiam alios silentio praetereamus, vnum in praesentia recensuisse contenti erimus, quod in eadem historia legitur Ediffensa mulieris exemplum: Quae cum esset facta certior, ciuitatis Ediffensa praefectus, ad campum, in quem Christiani conuenerant, proficisci, posteaquam viderit frequentiore folio Christianorum populum eo tendere, curriere praecipites, ac festinare, tanquam vererentur, ne quis decisset ad mortem, & ipsa suis ex adibus properè prorupit, cum nec ostium clausisset, nec, vt mulierum habitum deceret, se diligentius operuisset, infantem quoque paruulum secum

secum attrahens, ac rapido cursu, irrupto etiam officij agmine, festinauit. Quam cum ita festinantem praefectus vidisset, apprehendi, & ad se deduci iussit simul percunctatus est, quònam infelix mulier tam festina properaret. Illa verò, Ad campum, inquit, quo catholicorum populus conuenit. Tum ille, Non audisti, quòd praefectus eò pergit, vt omnes interficiat, quos inuenierit? Audiui, inquit, mulier, & ideo festino, vt tibi inueniar. Et quòd, inquit praefectus, paruulum istum trahis? Vt & ipse, ait illa, martyrium consequi mereatur.

Tantum potuit amor Iesu Christi, non solum apud viros, verumetiam apud feminas, vt non modò non cederent periculis, nec infringentur doloribus, nec formidaretur res asperas, nec vltos mortis terrores extimescerent, verumetiam quam natura mortales omnes mortem fugiunt, ea sit illis ad eò non fugienda, ad eò non horrenda visa, vt expetendam etiam vltro ducerent, nec magis dulce quicquam & iucundum eis accidere posset, quam, si cuius morte se salutem assecutos, & ab aeterna morte liberatos esse meminiissent, pro eius nomine mortem vicissim optetendi facultas & occasio daretur: Cuius amore sic inflammati plerique fuerunt, vt sensum etiam doloris omnem amitterent, & cum carbonibus incensis, nudis pedibus insistere cogentur, nihil affirmarent interesse, vtrum per carbonem illos, an per humi sparsas rosas sibi esset ambulandum? Cumque flagris & neruis caderentur, vt triticum, nisi bene exculcatum & purgatum in horreo: sic animam in caelo, nisi sic excussam & perpurgatam, dignè stare non posse, dicitarent. Scilicet ijs durum fuit aliquid ex ijs, quae multitudinis iudicio sunt multò durissima, quos ex summis corporis sui cruciatibus voluptatem quandam animi non medio crem percipisse legimus. Ijs fuit aliquid impossibile, qui plus etiam vltro praestiterunt, quam à Deo mandatum fuerat. Nam vt exigat hoc à nobis lex charitatis, qua Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente nostra diligere iubemur, vt cum deprehensi fuerimus, morte prius, in eius nominis confessione, sumus occumbere parati, quam vt eum negemus: hoc certe, quod ab istis factum est, non exigit, vt vltro se discrimini quisquam offerat: quemadmodum ab Athanasio in Apologia ad Constantinum & in ea, quae proxime sequitur de vita sua, & à Gregorio Nazianzeno diligenter legimus animaduertimus.

Quid autem est, quod praecipit nobis Deus? Quid aliud, quam id, quod ipse est. Deus charitas est, dicit Ioannes: Charitas igitur charitatem nobis praecipit: & quod iubet, ipse se nobis praestat Deus charitas. Prior igitur diligit nos, ac ad se diligendum accendit nos: seipsum impertit nobis, mansione facit apud nos, ita vt nos in ipso maneamus, & ipse in nobis. Quamuis autè prior diligit, nunquam tamen prior deserit nos, nisi prius deserat à nobis. Quòd nos deserit, culpa nostra, quòd mansione in nobis facit, ipsius sit gratia: qui paratior est ad eam nobis impartiendam, quam sumus nos ad recipiendam: tam est illius obuia bonitas, tam est nostra supina negligentia.

Quod Christiana Iustitia Charitas est, ex corde puro, et conscientia bona, & fide non ficta.

CAPVT LXIX.

Vtrum, vt vnde coepit, eò redeat oratio. Non sola fides iustitia nostra est, neque si spes ad eam accesserit, ab soluta est iustitia nostra: Daemones quoque fidem habent, & contremiscunt: Neque enim non credebant, cum Christum confessi dicerent: Quid nobis est & tibi Iesu fili Dei? Haeretici quoque spem habent & fiduciam, neque soli Lutherani, verum & reliqua saex haeticorum, Sacramentarij, Anabaptistae, ac quibuscunque alijs nominibus appellantur, se certos esse gloriatur, sibi propter Christum esse peccata remissa, seque esse apud Deum in gratia, ac citra dubitationem vllam, promissam sibi regni caelestis haereditatem consecuturos. Attamen, quamuis habeant fidem daemones, quamuis habeant inanem fiduciam haeretici, iustitiam tamen habere dicem non possunt, quae extra charitatem haberi nequit. Tribuit Augustinus Donatistis sacramenta, non detrahit Euangelium, non adimit fidem, sed quemadmodum haec illis inesse posse constiterit, sic prodesse posse negat. Quid ita? Quia sola charitas est, quae facit, vt hec prodesse queant: extra quam si quis habeat omnia sacramenta, si propheta... omnem, si scientiam omnem, si fidem omnem, ita vt montes transferat: si facultates suas omnes in vsum egentium distribuat, si corpus etiam tradat, ita vt ardeat, tantum abest, vt propterea iustus censeri debeat, vt eum nihil esse Paulus indubitanter affirmet. Quem Pauli locum diligenter in quarto libro Stromatum tractat Clemens Alexandrinus. Hac ergo charitate, cum, sicut omnes alij haeretici & schismatici, destituti fuerint Donatista, (nam alioqui non diuinitatem) negat Augustinus, alia quae habeat omnia, quicquam illis vel ad iustitiam vel ad salutem profuisse: Nam caetera frustra habet omnia, qui vniam charitatem non habet: quicumque totam legem seruauerit, offendit au-

Amor Christi fontis.

Flamma Christi amoris flammam magis superat, et sensum doloris adicit.

Deut. 6. Matt. 22. Moni vt vltro si quis offerat, non exigit Deus

Nat. ora. 6. in Monoda Bassi. 1. Ioan. 4. Vide Paulum Chry. serm. 151. Ioan. 14.

Daemones habent fidem. 1. cor. 2. Matt. 8. Fidem & fiduciam habent haeretici.

Aug. in ser. super gestis cum Emerio, tom. 7. Charitas facit vt fides & sacramenta nobis profut.

1. Cor. 13. Clem. Alex.

Iacob. 2. Matt. 23.

Rom. 13.
1. Tim. 1.
Colof. 3.
Psal. 83.
Ioan. 12.
Aug. tract. 32.
1. Ioan.
1. Pet. 4.

Charitatis laudes.

Aug. ser. 53. de tempore in Enchir. cap. 17.

Aug. in psal. 64.

1. Tim. 4.

Aug. tract. 7. in epi. Ioan.

Charitate carit. heretici.

Hom. 4. in ca. 3. Matth.

Aug. de natu. & grat. ca. 30. sup. 42. & 70

Idem li. 3. c. 7. Hom. 12.

Bern. epist. 107

Charitas iustificat. & iustificat. cat. Contra Anomaeos hom. 1.

Charitas alienam virtutum formam & perficitur est & patens.

dit autem in vno charitatis precepto, factus est omnium reus, quia contra preceptum illud facit, in quo pendunt omnia. Siquidem hæc est plenitudo legis: hic est finis precepti: hoc est vinculum perfectionis: hæc via Dei ad homines: hæc via hominum est ad Deum: Per hanc è caelo descendit Deus in terram: per hanc ex ista valle lachrymarum ascendere nos oportet in caelum, ubi Christus est in dextra Dei sedens: vultus domini ibi & minister eius. Charitatem habeto, dicit Augustinus, & cuncta habebis: quia sine illa nihil proderit, quicquid habere potueris, extinguit delicta, & ab ea pendunt vniuersa. Sola est quæ vincit omnia, & sine qua nihil profunt omnia, & quæ vbicunq; fuerit, ad se trahit omnia. Hæc omnium arx est virtutum: hæc promissio: hæc præmium est sanctorum: absq; hæc nihil est quod se quisquam bonum aut iustum fieri posse speret. Hinc est quod cum quaeritur, vtrum quisquam sit homo bonus, non quaeritur, dicit Augustinus, quid credat, aut quid speret, sed quid amet. Nam qui rectè amat, proculdubio rectè credit & sperat: qui verò non amat, inaniter credit, etiamsi sint vera, quæ credit, inaniter sperat, etiam si ad veram felicitatem doceantur pertinere, quæ sperat. Qui etiam alio loco: Interroget se quisque, inquit, quid amet, & inueniet vnde sit cuius: verbi gratia. Amat aliquis mundum, & ea quæ sunt in mundo, carnem, pecuniam, honores, cuius est Babylo-nia, nihil ei cum iustitia commune. Amat aliquis Deum, cuius est Ierusalem, bonus est, iustus est, neque dubitare debet, quin redditurus illi sit Deus in illa die coronam iustitiæ. Itaque proprio piorum & bonorum virtus est charitas, sine qua ceteræ virtutes & bonis inesse possunt, & malis. Habere baptismum, & malus esse potest, habere prophetiam, & malus esse potest, accipere sacramentum corporis & sanguinis domini, & malus esse potest, habere nomen Christus, id est, Christianus vocari, & malus esse potest, habere sacramenta omnia, & malus esse potest, habere virtutes alias, & malus esse potest. Sola charitas est, quam habere, & malus esse potest nemo. Hæc est proprius & singularis ille fons, cui nemo communicare potest alienus, ad solos hæc virtus pertinet catholicos, quam si habere possint heretici, heretici esse non possent, neque enim scinderent vnitatem, cuius vinculum est charitas. Quam Dorotheus testem esse dicit, quod sit absolutio quadam & perfectio virtutum omnium, sicut rectum domus. Et auctor operis imperfecti in Mattheum. Omnis, inquit, species iustitiæ in impostoribus inuenitur, sola autè gratia verè charitatis non inuenitur, nisi in solis seruis Dei. Ideo hanc priuatam speciem charitatis sibi soli seruauit Spiritus sanctus, vt per nullius iustitiam & testimonium sic cognoscatur, ubi est Spiritus sanctus, quemadmodum per gratiam charitatis.

Ex quo facile perspicitur potest, falsum esse, quod vulgo nonnulli persuadere conantur hoc tempore, solam fidem iustificare, quam quæ malis atque bonis inesse posse constat. Charitas enim, inquit Augustinus, ea est, quæ vna verè iustus est, quicunque iustus est. Et in eodem libro: Charitas, inquit, ea demum verissima, plenissima perfectissimaque iustitia est: Charitas inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est: charitas perfecta, perfecta iustitia est. Qui etiam contra duas Epistolas Pelagianorum scribens, negat pium quenquam dubitare, quod quanto amplius diligimus in hac vita Deum, tanto sumus iustiores, ac tum demum piam veramque iustitiam perfici, cum fuerit dilectio Dei perfecta. Similiter & Cæcilius. Ipsa est vera iustitia, quæ pro amore Dei non solum amicos, sed etiam diligit inimicos. Bernardus: Timore, inquit, vocamur, amore iustificamur. Et paucis interiectis. Sic ad ortum Solis iustitiæ Sacramentum absconditum à seculis de prædestinatis & beatificandis emerge-re quodammodo incipit ex abyfso æternitatis, dum quisque vocatur per timorem, iustificatur per amorem, præsumit se quoque esse de numero beatorum. Audit se vocari, cum timore conuertitur, sentit & iustificari, cum amore perfunditur. Et post pauca. Si initium sapientiæ timor domini in quo dicta est esse nostra vocatio, qui nisi prouectus in sapientia est amor Dei, is dicitur qui interim ex fide est, ex quo & nostra fit iustificatio. Quod pluribus etiam verbis persequitur in libro de perfectione iustitiæ. Chrysostomus quoque charitatem ipsam caput esse bonorum omnium dicit, & radicem fontem, & parentem, atque ea vna absente, cetera nobis nullum fructum adferre, nullam præstare posse vtilitatem. Hæc enim discipulorum domini est, magnus seruorum Dei character & indicium. In hoc inquit: Omnes cognoscent, quod mei discipuli estis. In quo? Num in eo, vt mortuos suscitent, leprofos purgent, aut dæmonia expellant? Minime inquit, Sed illa missa faciès omnia, in hoc vno, inquit, omnes cognoscent, quod mei discipuli estis, si charitatem ad inuicem habueritis. Nam illa vnius supernæ gratiæ munera sunt hoc humani studij est officium, animum autem probum, & generosum, non tamen ea mouere, quæ Deus præbuerit munera, quam suorum laborum officia confueuerunt. Quapropter Christus, non signis: sed à charitate suos cognosci discipulos asserit. Hæc enim, si adest, nulla pars deest

deest Philosophiæ, sed integerrima, perfectissimaque virtutis ratio habetur, quemadmodum certè laborum expertem necesse est omnium, cui hæc deest, Omnium namq; summa virtutum, & totius plenitudo iustitiæ de illo nascitur amore, inquit Leo Magnus, quo Deus proximusq; diligitur. Quærit Rupertus, cum & pater Spiritus, & filius Spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus sit, quam ob causam vocabulum hoc, quod est Spiritus sanctus, proprie adscribitur personæ huic? Et mox respondet, nimirum quia tota personæ huius operatio, nihil aliud, nisi sanctificatio est. Hæc operatio distinctio diligenter animaduertenda, quia Deus pater, omne quod factum est per filium fecit: & omne quod sanctum est, per Spiritum sanctum sanctificauit. Quid enim est spiritus eius, nisi amor tuus? & quomodo creatura rationalis aliter, nisi amando creatorem, potuit vnquam vel potest sanctificari? Igitur quamuis & pater Spiritus, & filius Spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus sit, rectè tamen hæc sola persona Spiritus sanctus debuit nunc cupari, cuius operatio proprie creaturæ sanctificatio est: Sine quo nec angelus sanctus, nec homo sanctus est: Quem non habens Angelus, Diabolus est: quem non habens homo, Antichristus est, vel membrum Diaboli est. Hic sanctificationem, quæ eadem iustificatio dici potest, Rupertus tribuit soli charitati. Cuius æqualis Petrus Abbas Cluniacensis: Hæc est, inquit, illa charitas: non tantum faciens, sed omnino perficiens iustitiam: ad quam ceteræ virtutes iustitiæ cooperantes, velut ad matrem filia respiciunt. De cuius radice exoriuntur, de cuius stirpe, velut fructuosisimæ arboris ramorum infinitas, speciosa dependent. Ibi castitas, ibi humilitas, ibi veritas, ibi sinceritas, ibi obedientia, ibi omnis iustitia.

Charitatem autem cum dicimus, non eam hoc loco volumus intelligi, quæ prior Deus perpetuò dilexit nos, & miserâs attraxit nos: quæ causa nostra iustificationis est efficiens. Nos autem nunc de formali loquimur, nimirum de ea, quam Paulus diffusam esse scribit in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Datus autem nobis, vt habitet in nobis, tanquam in templis suis, non corporaliter, hoc est, non secundum substantiam suam: Solus est enim Christus, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat: verum per fidem & charitatem, quæ diffundit in cordibus nostris. Quemadmodum etiam Hilarius testatur, dicens: Habitat enim Deus in religiosorum mentibus, non corporaliter adire, neque naturæ grauioris ingressu, vt alibi non degens, illic tantum quod fecerit tulerit insister: Sed spiritali virtute, in vacua se à terrenis labibus corda permittit, seseq; luminis modò, in patentibus innocentia foribus, mentes illuminat: in fundit. Sic & à Cyrillo scriptum est: Etiam si habitauit in nobis verbum, dictum tamen etiam hoc est, quod in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed cum sentimus, quod caro factum sit, non eodem modo sicut in sanctis habitare dicitur, & in Christo istam factam esse habitationem definimus: sed quod secundum naturam vnitum, non tamen in carnem conuersum, talem effecerit habitationem, qualem & hominis anima cum proprio habere dicitur corpore.

Quamobrè cum in omnibus ijs quæ creata sunt, quatenus & sunt, & creata sunt, per præsentiam, potentiam, & essentiam suam Deus esse dicatur, solæ sunt mentes piorum, in quibus non solum esse, verum etiam habitare per gratiam, solus autè est Christus, in quo per vnionem substantiæ esse dicitur. Hoc est quod ab Augustino scriptum legimus: Facendum est, Deum vbique esse per diuinitatis præsentiam, sed non vbique per habitationis gratiam. Deus enim qui vbique equaliter rotus est per suam simplicem substantiam, aliter tamen in rationalibus creaturis est, inquit Bernardus, quam in cæteris, & ipsarum, aliter in bonis est, quam in malis, per efficaciam. Ita sanè est in irrationalibus creaturis, vt tamen non capiatur ab ipsis, à rationalibus autem omnibus quidem capi potest per cognitionem, sed à bonis tantum capiatur etiam per amorem. In solis ergo bonis ita est, vt etiam sit cum ipsis propter concordiam voluntatis. Tunc igitur nobis dari Spiritus sanctus intelligitur, qui patris amor est & filij, quando sui nos huius amoris reddit participes, vt quemadmodum ipse cum patre & filio vnus est Deus, vna substantia, sic nos adherentes Deo, vnus cum eo spiritus efficiamur. Atque hoc est, quod iustificari, quod iustum fieri dicimus: Neg; enim id aliud esse videtur, quam quod à Propheta dictum est: Mihi autem adherere Deo bonum est, Deus est enim iustitia nostra, ipse iustus, ipse iustificans nos, cui quanto magis adhererimus, tanto magis participes, iustitiæ fuerimus. Hoc est, quod ab Augustino quoque scriptum legimus: Ea iustitia, quæ viuunt in seipsa, proculdubio Deus est. Sicut autem cum sit in seipsa vita, etiam nobis fit vita, cum eius efficiamur participes, ita cum in seipsa sit iustitia, etiam nobis fit iustitia, cum ei coheredus iustitiam viuimus, & tanto magis minime iusti sumus, quanto magis illi, minime coheremus. Adheremus autem illi charitatis vinculo copulati: Quod etiam Cyrillus testatur his verbis: bisi

Leo in ser. de sanct. Lau. Rup. lib. 1. in Math. Sanctus eius magis Deo Spiritu tribuatur quam patri & filio. Ioan. 1.

Spiritus sancti operatio propria est sanctificatio.

Lib. 5. epist. 11.

Hier. 31. Roma. 5. 1. Corin. 13.

Deus quomodo in nobis habitat. Colof. 2. Hilari. in Psal. 131. Cyril. lib. 10. ca. 14. in Ioan. Colof. 2. Ioan. 1.

Deus quomodo est in rebus creatis.

Aug. epist. 57. ad Darda. Deus quomodo vbique est. Bern. hoc. 3. super Missus. 1. Cor. 6.

Spiritus sanctus nobis dari quid. 1. Cor. 6.

Psal. 72. Psal. 118. Roma. 8.

Aug. epist. 85. Tit. 2.

Cyri. lib. 10. ca. 14. in Ioan. bisi

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Iacob. 2.

Berna. hom. 71. in Cant. Deum in homine, & hominem in Deo esse, quid.

Prover. 8.

Ioan. 14.

1. Pet. 4.

2. Cor. 6.

1. Ioan. 4. Eph. 1.

Rom. 3.

2. Ioan. 2.

Psal. 58. Psal. 22.

Amb. de vocatione gentium li. 2. ca. 9. Ber. epist. 107.

Rom. 5.

Charitas qualis & iustitia nostra.

Rom. 13.

1. Tim. 1.

Colo. 3.

1. Tim. 1.

Aug. in Psal. 31. Conscientia pro spe à Paulo posita.

1. Tim. 2.

bis: Voluntary est nostra cum Christo conglutinatio, & charitate ac fide perficitur. Et si des quidem in animo nostro consistit, veram Dei cognitionem efficiens, charitas verò mandatum eius seruare facit. Qui enim me diligit, inquit, mandata mea seruabit. Qui ergo per fidem Christo solummodo coniunguntur, sola illi confessione inhaerentes, nec charitatis vimine se colligantes, palmites quidem sunt, sed non fructuosi. Nam fides absque operibus mortua quaedam res est. Huiusmodi autem palmites agriculae falsae seu rursimè amputat, & igni tradit. Hoc enim modo de infructuosis arboribus fieri solet.

Si igitur iustitia est, per quam adhaeremus Deo: Deo autè per charitatem adhaeremus, cui dubium esse potest, quin charitas nostra sit iustitia nostra? quæ quantum perfectior est, tantò perfectior erit iustitia nostra. Quæ de re sic à Bernardo quoque scriptum legimus: Quis est, qui perfectè adhæret Deo, nisi qui in Deo manens, tanquam dilectus à Deo, Deum nihilominus in se traxit, vicissim diligendo? Ergo cum vndique inhaerent sibi homo & Deus, inhaerent autem vndique intima mutuaque dilectione inuiscerati alterutrum sibi: per hoc Deum in homine, & hominè in Deo esse, haud dubiè dixerim. Quamobrem diligendo Deum, quodammodo trahimus illum ad nos, vt ipse vicissim diligat nos, qui dixit: Ego diligentes me, diligo. Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, manifestabo ei meipsum. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Porro vbi mansionem facit Deus, ibi necesse est remissa peccata, quorum charitas multitudinem operit, ibi necesse est iustitiam omnem infusam esse. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?

Quod autem dicimus diligendo Deum effici, vicissim ut ipse diligat nos nequaquam ita velimus accipi, quasi priores nos dilexerimus Deum, quin cum Ioanne potius libenter profiteamur, quòd in hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos: ipse elegit nos ante mundi constitutionem: ipse misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Nam nisi prior ille dilexisset nos impios, vt faceret pios: nisi dilexisset iniustos, vt faceret iustos, nisi dilexisset egrotos, vt faceret sanos, nisi nimia quadam nostri charitate flagrans misisset filium suum propitiationem pro peccatis nostris, qui & immensis beneficijs præstandis nos ad vicissim diligendum excitaret, & verbo doceret, & exemplo nobis præiret, nos eum diligere nequaquam possemus. Ipsius itaque misericordia sit, vt diligentes vicissim ab eo diligamur. Ipsius misericordia præuenit nos: ipsius misericordia subsequitur nos. Hoc est quod ab Ambrosio quoque scriptum legimus: Qui veniunt, inquit, ad Deum, amore ducuntur: dilecti enim sunt & dilexerunt, quæ sita sunt & quæ fuerunt: & quod eos voluit Deus velle, voluerunt. Præclara sunt ea de re Bernardi verba, quæ visum est adscribere: Nemo se, inquit, amari diffidat, qui iam amat. Libenter Dei amor nostrum, quem præuenit, subsequitur: Nam quomodo redamare pigebit, quos amauit, & necdum amantes? Amavit, inquam, amavit. Habes enim dilecti ois pignus spiritum, habes & testem fidelem Iesum, & hunc crucifixum. O geminum ipsumque firmisimum Dei erga nos amoris argumentum. Christus moritur & meretur amari. Spiritus afficit & facit amari. Ille facit cur ametur, iste, vt ametur: ille suam multam dilectionem in nobis commendat: iste & dat. In illo cernimus quod amemus: ab isto sumimus vnde amemus. Charitatis igitur ab isto occasio, ex isto affectio. Quanta confusio Dei filium ingratis oculis cernere morientem? quod quidem facile contingit, si desit spiritus. Nunc autem quia charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, amati amamus, amantes amplius amari mereamur.

Est itaque iustitia nostra, quæ legis plenitudo, quæ finis præcepti, quæ vinculum est perfectionis, charitas. Charitas autem non numi, sed Dei, charitas non terræ, non cœli, sed eius, qui fecit cœlum & terram: Charitas vt est apud Paulum, ex corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Quo loco, sicut animaduersum ab Augustino legimus, conscientiam pro spe posuit: Ille enim sperat qui bonam conscientiam gerit: quem verò pungit mala conscientia, retrahit se à spe, & non sibi sperat, nisi damnationem. Hæc igitur vbi adsunt, fides, spes, & charitas, ibi demum perfecta est & absoluta iustitia. Quod Paulus etiam significare visus est, qui cum Timotheo suo dixisset: Scitare iustitiam, quasi volens indicare, quibus in rebus iustitia sita sit: subiunxit mox, fidem, spem & charitatem.

Quod

Quod per Fidem, Spem, & Charitatem, quæ propemodum obsoleuerat in nobis, imago Dei restauratur.

CAPVT LXX.

Legimus hominem ad imaginem & similitudinem Dei factum esse, Quam quoad incontaminatam retinuit, iustus erat, Simul vt verò post admissum peccatum, hæc in eo imago, non quidem prorsus abolita, verum obsoleta tamen est: & deformata, iustus esse desijt, atque suam hanc iniustitiam, ex inobedientia contractam, in vniuersam posteritatem suam primus parens noster propagauit, ac per eius vnus delictum, diuinum iudicium processit in omnes homines in condemnationem.

Est autem non secundum formam corporis ad imaginem Dei factus homo, sed secundum rationem mente præditam. Quod cum alij plerique omnes, tum logè vetustissimus ille Philo in eo libro, quem scripsit de opificio mundi, pluribus demonstrat. Sed & Clemens presbyter Alexandrinus his verbis indicat: Est enim Dei imago, eius verbum & filius mentis germanum, diuinum illud verbum, lucis lux exemplaris, & archetypa: Verbi autem mens germanum, vera mens quæ est in homine: qui ad Dei imaginem & similitudinem propterea factus esse dicitur, quod prudentia quæ est in corde, diuino verbo assimilatur, & ea ratione verbi rationisque participat. Verum indicat hoc etiam ipsa ratio, Nam cum Deus spiritus sit, non alibi consentaneum est imaginem eius esse, quam in spiritu hominis. Sed ipse etiam Apostoli declarat hoc auctoritas, cum dicit: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est. Quod dixit, Induite nouum hominem, illius videtur explicatio esse, quod antè dixerat, Renouamini spiritu mentis vestræ, Quod mox addit, Qui secundum Deum creatus est, id alio loco, quasi declarans, dixit, Ad imaginem Dei, quum alijs verbis id ipsum præcipiens, Expoliantes vos, inquit, veterem hominem cum actibus eius & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Ibi secundum Deum, hic verò secundum imaginem, inquit, eius, qui creauit eum, vt creatum esse secundum Deum, nihil aliud intelligi possit, quam esse creatum secundum imaginem Dei creatoris, quem admodum etiam annotatum ab Augustino videmus.

Factus est igitur homo ad imaginem Dei in spiritu, quæ mens nostra est: factus est autem ad imaginem totius Trinitatis: quod ex voce, nostram, colligit Augustinus. Quæ cum sit pluralis numeri, non rectè diceretur, si homo ad vnus personæ fieret imaginem: siue patris, siue filij, siue Spiritus sancti: Habet itaque mens nostra, sicut ab eodem annotatum est, suam quoque Trinitatem: Est enim in ea memoria, est ratio, siue intellectus, est & voluntas. Hæc ante peccatum ita fuerant in primo homine sana & integra, vt neque memoriam quicquam impediret, quò minus in recolenda Dei potentia, sapientia, bonitateque versari semper posset: nec rationi deesset aliquid ad discernendum inter bonum & malum, verum & falsum, commodum & incommodum: nec esset, quòd obstare voluntati, quò minus quæ sola est Christiana iustitia, per charitatem adhærere Deo posset. Cæterum post infelicem eius casum, in contrarium omnia reciderunt: Nam non ipsius magis primi parentis nostri, quàm vniuersæ posteritatis eius memoria sic est labefacta, vt in cuiusvis alterius rei cogitatione consumeretur potius, quàm cuius gratia à Deo facta fuerat. Ratio verò tanta demersa est caligine, vt umbras rerum pro rebus ipsis, noxia pro salubribus, falsa pro veris amplecteretur. Voluntas autem vsque eò à creatore suo auersa, & ad omnem vanitatem fuit conuersa, vt non Deo, qui fecit cœlum & terram, sed ipsi tantum terræ visa sit adhærere: nihil vt aliud propè mens humana tota, quàm terra, quàm caro esse videretur. Hinc illæ Dei voces: Terra es, & in terram ibis. Et alibi, Terra, terra, terra, audi sermonem domini. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quoniam caro est. Quid multis: eò radacta fuit humana mens, vt in qua fuerit imago Dei, quasi pecudis imaginem in ea cernere liceret. Quod etiam Propheta deplorat, dicens: Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis in sapientibus, & similibus factus est illis.

Tamquam hæc creaturæ deformitatem, quàm pulchram & decoram, nimirum ad imaginem sui seceperat, ferre non potuit pater ille misericordiarum Deus, qui memor misericordiarum suarum, immemor culpæ nostræ, rationem inuenit, qua sic obsoleta imago Dei in homine renouari posset. Venit igitur à patre Dei filius, verbum caro factum, & fidè deum purificantem corda. Post filium Spiritus quoque sanctus missus est, per hæc in cordibus nostris charitas est diffusa, quam qui habet, ei munda sunt omnia. Per hæc duo fidem & charitatem, ad patrem redeundi spes facta est: Atque ita per hæc tria, purgata sunt illa tria, quæ fuerant in mente nostra deformata, Fides illuminauit rationem, siue intellectum:

Genesi. Imago Dei per peccatum deformatur in nobis non aboletur.

Roma. 5. Imago Dei in homine est ratio. Cle. in oratione adhortatoria ad gentes.

Ioan. 4. Imago Dei in spiritu hominis Ephe. 4.

Colo. 3.

Homo factus ad imaginem Trinitatis. Aug. lib. 12. de Trin. ca. 2. Lib. 12. cap. 16. Lib. 12. de Trin. cap. 6. lib. 14. de Trin. cap. 8. & lib. 15. ca. 20. Imago Dei post lapsum in homine plane deformata.

Homo quare terra & caro dicitur. Genesi. 3. Genesi. 6.

Psal. 43. Imago Dei in homine quomodo restituta. 2. Corin. 1. Luc. 11. Acto. 15.

Homo in tribus vulneratus vt sus in tribus renouatur. Roma. 5. Luc. 11.

Esa. 7. secundum
70. Interp.

Etum: Credite nanque & intelligetis, dicit Scriptura: Spes erexit memoria, charitas purgavit affectum, siue voluntatem. Sic imago illa Dei, quæ tam fuerat in nobis obscurata, vix vt vllum iam illius vestigium appareret, renouari cœpta est: quæ renouatio ad iustitiam, quæ nobis datur à Deo, pertinere videtur.

Renouatio nostra quando incipiat.
1. Cor. 15.
Ephes. 4.
Roma. 12.
Galat. 6.

Tunc autem renouari dicimur, quando Dei beneficio fit, vt qui prius portaueramus imaginem hominis terreni, portemus deinceps imaginem cœlestis. Nam quemadmodum antea quoque dicere nos meminimus, errant, qui iustitiam nostram non aliud esse putant, quam peccatorum remissionem, quandoquidem non solum remittuntur nobis peccata, quando iustificamur, sed renouamur praterà spiritu mentis nostræ: induimur nouum hominem, illum, qui de cœlo venit, dominum nostrum Iesum Christum: in illius imaginem transformamur, & fit in nobis ea, de qua Paulus meminit, noua creatura, quam alibi dicit esse fidem, quæ per charitatē operatur. Nam quod dixerat, in Christo Iesu, neque circumcisio valet aliquid, neque præputium, sed noua creatura: id in proximè præcedenti capite, totidem propè verbis dixit: In Christo Iesu, neque circumcisio valet aliquid, neque præputium, sed fides quæ per charitatē operatur: facit vt appareat, quod per nouam creaturam, non aliud intelligi voluerit, quam fidem non ociosam, non solam, vt nostri temporis cōrendunt hæretici, sed quæ per charitatem operatur, per quã, quæ sic obsoleta fuerat, vt nulla propemodum esse videretur, imago Dei in nobis reparatur, Præclarè Augustinus. Vbi est fides, vbi est spes vestra, vbi charitas vestra, ibi habet DEVS imaginem suam.

Galat. 5.

Creatura noua quid intelligatur à Paulo.

Psal. 48.

Quod Iustitia Dei iusti sumus, non qua Deus iustus est, sed qua nos iustos facit.

CAPVT LXXI.

1. Thim. 1.

1. Ioan. 3.
Aug. de spiritu
& littera. ca. 32

In Dominica Palmatum.

Iustitia nostra non est extra nos.

CONSTITUTUM itaque iam est, quod iustitia nostra charitas est ex corde puro, conscientia bona, & fide non ficta: per quã quæ deformata fuit in nobis, imago Dei reformatur, per quam etiam in filiorum Dei numerum cooptamur, & à filiis diaboli discernimur. Charitatem autem, Augustinum secuti, non eam intelligi volumus hoc loco, qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores sui: qua nos amati à Deo, amamus Deum, & amantes amplius amari meremur, vsque eo verò semper hoc in Ecclesia certum fuit & indubitarum, vt inter publicas etiam illius preces legatur hæc oratio. Deus quem diligere & amare iustitia est. Quamobrem audiendi non sunt, qui iustitiam nostram esse quidam extra nos affirmant: nihil vt in nobis esse velint, vnde iusti dicamur: sed ea sola iustitia nos iustos esse putent, qua Deus ipse iustus est, non qua nos iustos facit: ea sola charitate nos Deo charos & gratos esse, qua nos ipse charos habet, non qua dilecti ab illo diligimus illum, & diligentes amplius diligimus meremur. Quasi dicat aliquis, parietem album esse, non ea quæ ipsi parieti, sed quæ mihi, vel meæ vesti insit, albedine. Aquam feruentem calidam esse, non ea quæ ipsi aquæ, sed quæ igni insit, caliditate. Potestne dici quicquam absurdum? Quis vnquam ita delirantem audivit aliquem, vt alicuius rei formam esse diceret, quæ ipsi rei non inesset?

Ecclesia doctrina de iustitia nostra.

Aug. de spiritu & littera. ca. 9.
11. ad. 31.
Psal. 30.

Psal. 70.
Lib. 14. de Trinitate, cap. 12.
Roma. 10.

Quest. super Exod. cap. 25.
Exod. 7.
4. Reg. 2.

Roma. 10.

Pugnat itaque cum ipsa ratione, si quis dicat iustitiam Dei, quæ nobis non inest, causam esse formalem iustificationis nostræ: Neque minus pugnat cum recepta tot seculis totius Ecclesiæ doctrina: quæ docuit nos quidem, quod iustitia Dei iusti sumus, sed non hoc sensu, quasi nihil sit in nobis, quo iusti sumus: verum quod hoc ipsum, quod in nobis est, quo iusti sumus, non ex nobis est, verum Dei donum est. Quod in libro de spiritu & littera, quem falsò pro se facere nouatores isti contendunt, aliquot in locis inculcat Augustinus. Sed apertius etiam hanc sententiã adstruit, enarrans illud ex Psalmo: In tua iustitia erue me. Est, inquit, iustitia Dei, quæ & nostra fit, cum donatur nobis. Ideo autem Dei iustitia dicitur, ne homo se putet à seipso habere iustitiam. Et eadè verba in alio Psalmo explicans: Cum ero iustus, inquit, tua Deus iustitia erit, quia iustitia mihi abs te data iustus ero: & sic erit mea, vt tua sit: id est, mihi abs te data. Et alio loco: Dicitur iustitia Dei, non solum qua ipse iustus est, sed quam dat homini cum iustificat impium. Et iterum alibi: Ignorantes Dei iustitiam, id est, quam dat hominibus Deus qui solus est iustus & iustificans: & suam volentes constituere, id est, velut à se sibi paratam, non ab eo impartitam: iustitiæ Dei non sunt subiecti. Et in alio quodam libro, loquens de virga Aaron: Nunc, inquit, virga Dei dicitur, quæ primò virga dicta est Aaron, postea verò virga Moyse: Sicut dicitur spiritus Elias, qui est spiritus DEI, cuius particeps fuit Elias: sic illa potuit dici.

Dicitur etiam Dei iustitia, quæ nostra est, sed donata à Deo: de qua loquens Apostolus Iudæos arguit, dicens: Ignorantes Dei iustitiam, & suam constituere volentes, tanquam à se sibi paratam: contra quales dicit: Quid enim habes, quod non accepisti? Eundem etiã Pauli

Pauli locum explicans alibi: Quid est hoc, inquit, iustitia Dei & iustitia hominis? Iustitia Dei dicitur, non qua iustus est Deus, sed quam dat homini Deus, vt sit iustus homo per Deum. Et ad Bonifacium scribens, Non enim propterea iustitia Dei dicitur, quoniam Deus iustus est, sed quia homini ex Deo est. Et producens illum ex Psalmo locum: Exaudi me Domine in tua iustitia, hoc est, inquit, non in mea. Si diceret, Exaudi me in iustitia mea, tanquam meritum vocaret. Vocat quidem in nonnullis locis & suam iustitiam, sed sic melius discernit, quia & suam quando dicit, datam dicit, quomodo dicimus panem nostrum quotidianum dà nobis hodie, quomodo nostrum, quomodo dà. Ne verò posset videri negare merita, post interiecta quædam subiungit, Hinc cum exieris, recipies pro meritis, & resurges ad recipienda, quæ egisti, tunc Deus coronabit, non tam merita tua, quam dona sua. Atque iterum alio loco. Qui crediderit in eum, non habebit suam iustitiam, quæ ex lege est, quamuis sit bona lex, sed implebit ipsam legem non sua iustitia, sed data ex Deo, ita enim non confundetur. Charitas enim est plenitudo legis. Et vnde ista charitas? Diffusa est in cordibus nostris, non vtique à nobis, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

1. Cor. 4.
Tract. 26. in
Ioan.
Con. duas Epi.
Pelag. li. 3. c. 7.
Serm. 69. de 18
pore.
Psal. 142.

Mat. 6.

Hic, quod alijs quoque locis semel & iterum fecit, iustitiam nostram vult esse charitatem, non à nobis profectam, sed per Spiritum sanctum in cordibus nostris diffusam, qua legem impleri dicit. Ac paucis interiectis, cum dixisset, Noli velle habere iustitiam tuam, Iustitia, inquit, sit, sed ex gratia sit, à Deo tibi sit, non tua sit, Sacerdotes, inquit, tui induantur iustitia, Vestis accipitur, non cum capillis nascitur: pecora de suo vestiuntur, Hæc prædicat Apostolus Paulus, A Deo tibi sit, gemit vt impetres, plora vt impetres, crede vt impetres. Ac iterum post pauca, Totum, inquit, ex Deo, non tamen quasi dormientes, non quasi vt non conemur, non quasi vt non velimus, Sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei: Voluntas quidem non est nisi tua, iustitia non est nisi Dei, esse potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam. Demonstratū est quid agere debeas, insit lex, non facias illud, aut illud, fac hoc aut illud: demonstratum est tibi, iustum est tibi, apertum est tibi, si tibi est cor, intellexisti quid facias: rogo vt facias. Et iterum paucis interiectis, Qui fecit te sine te, non te iustificat sine te: Ergo fecit nescientem, iustificat volentem, Tamen ipse iustificat, ne sit iustitia tua, ne redeas ad damnationem, ad detrimenta, ad stercora. Inueniæ in illo non habens iustitiam tuam quæ ex lege est, sed iustitiam per fidem Christi, quæ est ex Deo, iustitiam ex fide, ad cognoscendum eum & virtutem resurrectionis eius & communicationem passionum eius, & ipsa virtus tua erit, communicatio passionum Christi, virtus tua erit. Quid autem non erit in communicationibus passionum Christi, si charitas non erit? Ac paulò post, Non poteris communicare Christi passionibus sine amore: sed quæro, quo amore? Non sit cupiditas, sed sit charitas. Si enim tradidero, inquit, corpus meum vt ardeam, & charitatem non habeam, nihil mihi prodest. Vt proficit tibi communicatio passionum Christi, charitas adfit. Vnde tibi charitas: o mendicissima infirmitas, vnde tibi charitas Dei? Vis ostendi tibi vnde fit tibi? ipsum interroga horrearium dominicum. Si enim fuerit in te charitas Dei, communicabis Christi passionibus, & eris verus martyr, In quo charitas coronatur, ipse erit verus martyr. Vnde ergo tibi? Habemus thesaurum istum in vasis vitilibus, ait ipse Apostolus, vt eminentia virtutis Dei sit, & non ex nobis. Ergo vnde tibi charitas? nisi quia diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Rom. 13.
Rom. 5.
Serm. de verb.
Apostoli.
Psal. 131.

Philip. 3.

1. Cor. 13.

2. Cor. 4.

Rem. 5.

Psal. 99.

Quod homines iustus & quod iusti sumus Dei donum est.
Galat. 5.

Ex his & alijs plerisque locis hanc Augustini sententiam esse cognoscimus, quod nostra iustitia iusti sumus, sed ita nostra, donata nobis vt sit à Deo, non à nobis ipsa parata. Neque enim nati, sed facti sumus iusti, facti autem non à nobis, verum ab eo, qui creauit nos, Ipse fecit nos, & non ipsi nos, vt non minus ipse opus sit, quod iusti sumus, quam quod homines sumus. Melius enim est iustum esse, quam hominem esse. Quod si nos homines facit Deus, & iustos ipsi nos facimus, melius aliquid facimus nos, quam fecit Deus: Quod cum vel cogitare cum primis absurdum sit, tenendum est illud firmiter, quemadmodum quod homines sumus, ita & quod iusti sumus, Dei donum esse. Ipse Deus est vt credamus: ipse opus est, vt amemus. Atque hæc est iustitia nostra, si des qua per charitatē operatur: hæc est renouatio nostra: hæc est imaginis Dei, quæ fuit in nobis obsoleta, restauratio. Hanc & non aliam Augustini de iustificatione nostra sententiam esse, cum ex his, quæ per nos adducta sunt, tum ex alijs nonnullis locis, manifestum est, quam vt quicquam iusticias ire queat. Neque diuersum sentire videtur, qui fuit æqualis eius Hieronymus: cuius hæc verba leguntur. Hæc hominis est summa iustitia, quicquid potueris habere virtutis, non tuum esse putare, sed domini, qui largitus est: Quamobrem nemo se palpet, inquit Augustinus, de suo Satanæ est, de Deo beatus est. Quid est enim de suo, nisi de peccato suo? Tolle peccatū, quod est tuum, iustitia, inquit,

Y de meo

Hier. li. 1. cont.
Pelagianos.
Aug. tract. 499
in Ioan.

1. Cor. 4.

Cyilli Encomion. Cyill. li. 12. Theaur. cap. 3. Eug. li. 1. c. 7. Eccl. hyst. 2. Cor. 5. Rom. 8.

Cap. 5.

2. Cor. 4.

Ephes. 5.

1. Cor. 10. Col. 2. Rom. 10.

Dion. li. 4. e. 1. caelest. Hier. et de diuinis nom. cap. 4. 2. Cor. 6. Leuit. 26. Ioan. 14. Cyril. lib. 7. Thejan. cap. 4.

1. Tim. 6. Luc. 1. Zeph. 1.

Heb. 3.

Phil. 2.

Bar. 3. Heb. 4. Christus cur in mundum uenit.

Rom. 6. Luc. 1.

Basi. de vita s. Mariani. cap. 10.

de meo est. Quid enim habes, quod non accepisti? Nunc videamus, num secus ea de re Græci senserint. Neque uero necessarium esse putamus, omnium proferre sententias. Cyrilli maxime uisum est auctoritate niti, uiri longe doctissimi, grauisimique, cui cum Arrianis, Eunomianis, Nestorianis perpetua fuit conflictatio, cui tributum etiã hoc elogium ab Euagrio legitimus, quod clarissimus præco, & fortis rectorum dogmatum propugnator decanter atque prædicetur. Is Pauli locum adducens: Eum qui non nouerat peccatum, Deus pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei: Sicut, inquit, unigenitus Dei filius in similitudine carnis peccati factus ipse peccatum esse factus dicitur: sic & nos reformati ad ipsum per fidem, iustitia Dei dicimur facti, que proprie filius est: nos enim naturalium bonorum Christi per Spiritum sanctum participes sumus, ipse autem rursus in seipso humana suscipit, ad diuinam pulchritudinem, naturam nostram in seipso reducens. Ac non ita multò post: Omnia quæ naturaliter diuinæ sunt natura, non possunt naturaliter ac proprie creaturis inesse, sed per gratiã innata sunt. Quid enim habes, quod non accepisti? Paulus clamat. Quare sanctitas quoque soli Deo inest naturaliter, in alijs per gratiam. A Deo enim sanctificata, quasi à fonte sanctificationem accipiunt, & idè sanctificare non possunt: id autem Christus facit: Sanctificauit enim Ecclesiam.

Nunquid non pulchre cum Augustino Latino conuenit Cyrillo Græco? Quid enim hic aliud, quam negat natura nos esse iustos, negat nasci nos, uerum fieri dicit iustos, atque id non à nobis, uerum ab eo, qui solus iustus est & iustificans: cui quod esse, hoc ipsum est iustus esse: ab eo qui factus est nobis sapientia, & iustitia, sanctificatio, & redemptio, domino nostro Iesu Christo: in quo plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter: de cuius plenitudine omnes nos accepimus: de plenitudine misericordie eius, de abundantia bonitatis eius. Ipse est em ita bonus, ut sit ipsa bonitas: ipse est ita iustus, ut sit ipsa iustitia. Videtur autem hoc natura boni flagitare, quemadmodum in eodem libro Cyrillus, & ante eum aliquot in locis auctor est Dionysius, ut omnibus se proponat, & frui se velit omnes, prout singuli possunt, quod certe facit. Habitat enim se in nobis promittit, & nos in filios adoptaturum. Ita ergo clemens & bonus est Deus, ut bonitas sua per filium in Spiritu sancto ad omnes transeat, & nemo à participatione suæ bonitatis repellatur. Patris uero participatio per filium in spiritu decenter & proprie fit: nam & solus per splendorem, qui ex eo emittitur, nec sine calore participamus, qui operationis Spiritu sancti imaginem gerit. Et iterum alio loco, Bonus sanctus, ceteraque; huiusmodi de hominibus quandoq; per participationem ueri boni & sancti dicuntur.

Ex his & alijs Cyrilli locis non dubie colligitur, quod nos sumus, qui boni, qui sancti, qui iusti sumus, uerum non natura, sed per participationem tantum, hoc est, quatenus Dei participes efficitur, qui non tam bonus, quam ipsa bonitas, non tam sanctus, quam ipsa sanctitas, non tam iustus, quam ipsa est iustitia. Ceterum ad hanc participationem Solis illius iustitiæ, qui lucem habitat inaccessibilem, nos qui sedebamus in tenebris, & in umbra mortis, uiribus ipsi nostris peruenire nulla ratione potuimus. Fecit igitur, qui diues est in misericordia, dominus Deus noster, non pro meritis nostris, quæ nulla erant nisi mala, & aeterno supplicio digna, sed propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, ut eum qui splendor est ipsius gloriæ filium suum unigenitum, è sublimi coelo demitteret, qui carnis nostræ participes factus, & eam indutus, qua ratione suæ diuinitatis ipso largiente participes fieri possemus, in hac lachrymarum ualle nobiscum uersatus, ac per omnia similis nobis factus, illuminans tenebras nostras, ac splendore suæ lucis omnem ex animis nostris caliginem depellens, nobis demonstraret.

Neque enim in hunc mundum ueniendi sola Christo causa fuit hæc, ut pro peccatis nostræ morte sua satisficeret, ac nos per hunc modum patri suo caelesti reconciliaret, uerum etiam ut quemadmodum nos iam reconciliatis, in nouitate uitæ ambularet, hoc est, in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris Deo seruire oporteret, in corpore mortis nostræ, se nobis exemplum proponeret. Quod etiam testatur Eusebius Emisenus tum dicit. Ad hoc ad nos è coelo descendit, ut non solum nos redimeret mortis pretio, sed etiam ut uitæ edificaret exemplo. Propterea corpus peccati gestauit, sicut Basilius quoque scriptum reliquit, ut nos ipsius uitæ conuersationem, quantum possibile est imitaremur. Præclare sanctus ille monachus Macarius: Deus cum sit infinitus, inaccessus, & increatus per infinitam & increatam bonitatem suam seipsum demisit, induitque membra corporis nostri, atque ut ita dicam, minuit se ab inaccessa illa gloria, ac per clementiam & humanitatem mutata figura seipsum, corporeum reddidit, ut uicini possit creaturis suis uisibilibus, nepe animis sanctorum atque angelorum, ut ita participes esse possent uitæ diuinæ, possent in uinitate uiuere, uitæ mortales sentire, & ad aeternam gloria peruenire.

Factus

Factus homo, inquit Faustinus, obseruare uoluit quodcumque docuisset, ut ceteros inuitaret, magis autem dixerim, ut ceteros subleuaret. Itaque uita eius nobis uiuendi regula, mors à morte fuit redemptio, illa uitam infusus, morte ista destruxit: Mors Christi, mors fuit mortis nostræ quonia ille mortuus est, ut nos uiueremus. Quæ admodum autem peccatis mortuus, iustitia nos uicere deinceps oporteret, inter nos aliquandiu uersatus exemplo suo nos docuit. Idcirco nanque in carne apparuit, dicit Gregorius, ut non solum nos per passionem redimeret, uerum etiam per conuersationem doceret exemplum se sequentibus præbens. Et alio loco. Ad hoc Deus apparuit in carne, ut humanam uitam admouendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet.

Ante quem etiam Paulinus. Ad hoc uenit, inquit, Christus, ut uitam suam nobis in formulam & speculum uitæ proponeret. Quod pluribus etiam uerbis in lib. diuinarum institutionum demonstrat Lacantius.

Quamobrem causa meritoria iustificationis nostræ, morte sua nobis factus est Christus: omni autem uitæ suæ genere, factus est causa nostræ iustificationis exemplaris: ut uerisimè dicatur, ipse nos iustitia iustos esse. Nam siue quis meritum spectet, mortis ipsius merito fit, ut iusti simus: Nisi enim dedisset semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, nos iusti sectatores que bonorum operum nullo modo esse potuissimus: Siue quis ipsam consideret iustitiam, non eam aliunde, quam ab ipso Christo habemus: qui nisi factus esset nobis iustitia, nisi nobis & uerbo & exemplo iustitiæ uiam commonstrasset, nobis ad eam aspirare nunquam licuisset: in tenebris adhuc uersatamur, omnique profus orbi lumine, in uia iniquitatis errantes, à uia iustitiæ procul abessemus, nisi nos paternæ splendor gloriæ Christus illuminasset. Huius itaque splendoris, qui Christus est, quisquis participes est, is demum iustus est, ut nihil sit aliud iustum esse, quam Christi participem esse: Quemadmodum etiam à Paulo dictum est: Participes Christi facti sumus: si tamen initium sustinuit eius, usque ad finem firmum retineamus: Quicumque in nouitate uitæ ambulauerit, dicit Hilarius secutus Ambrosius, quicumque tramitem iustitiæ tenuerit, Christi participes est: Christi autem participem esse, est Christianum esse: à Christi enim participatione Christiani uocamur. Porro sunt non nascuntur Christiani, sicut à Tertulliano scriptum, ab Hilario & Hieronymo legitimus repetitur. Quamò magis autem aliquis Christi participes fuerit, tantò magis Christianus, hoc est, iustus dici meretur. Præclara sunt Leonis magni uerba: Crux Christi quæ saluandis est impensa mortalibus, & sacramentum est, & exemplum: Sacramentum, quo uirtus impletur diuina: exemplum quo deuotio incitatur humana: Quonia captiuitatis iugo eritis, etiam hoc præstat redemptio, ut eam sequi possit imitatio. Nam si mundana sapientia ita in suis gloriatur erroribus, ut quæ sibi quisque ducem elegerit, eius opinionem & mores atque omnia instituta sectetur: quæ nobis erit communitio nominis Christi? nisi ut ei inseparabiliter uniamur, qui est, ut ipse insinuauit, uia, ueritas, & uita? Via scilicet conuersationis sanctæ: ueritas doctrinæ diuinæ, & uita beatitudinis sempiternæ. Sed & à Saluano rectè scriptum est: Nihil prodest nomen sanctum habere, sine moribus: quia uita à professione discordans, abrogat illustris tituli honorem, per indignorum actuum uilitatem. Gregorius Nissenus: Qui Christianismum simulat, eos esse scribit simiarum similes: Si quis, inquit, nomen Christi sumat: quæ uero uia cum hoc nomine consideratur uita non exprimat neque repræsentet, is nomen emittitur, iuxta proposita à nobis similitudine personam in anima humanæ figuræ conformatam & assimilatam simiæ apponens. Et ante eum Cyl. Hieroso. Nihil enim proderit nobis, inquit, Christianorum possedisse appellationem, si opera illa non sequatur. Ne forte et illud nobis dicatur. Si filij Abraham es etis opera Abraham faceris. Hoc egi igitur Christianum & iustum esse, Christi participem esse: Quod tum efficitur quisque, quando Christum induit. Quid est Christianismus, quaerit Basilius: ac mox responder: Similitudo Dei, quod ad eius humana capax est natura: Si Christianismum, amplexus es, tunc de similibus fieri Deo: indue Christum. Quomodo illum indues? Qui b. isinum non accipit, qui que uestem incorruptionis non induit, similitudinem Dei repudiabit. Ac paulo superius: Assume uiscera misericordie, bonitatem & comitatem, ut Christum induas. Quibus enim modis sympathiam assumpseris, eisdem & Christum indues, & per Christi cognationem Deo quoque coniunctus eris. Quem imitatus frater eius Grego. Nissenus: Suscipe, inquit, uiscera misericordie, beneficium exerce, ut induas Christum. Per quos enim misericors & benignus es, per eos Christum induis, Christumque necessitudine & coniunctione cum Deo coniungeris & deuinicis. Ac paucis interiectis, Quonia accepisti ut esses Christianus, opera da, ut sis Deo similis: indue Christum.

Fausi. in libris de fide contra Arria. cap. 3. Idem li. 2. mortuum cap. 6. Ofsee. 13. 1. Pet. 2. Greg. Pastoral. cura. li. 1. ca. 3. Lib. 2. cap. 5. Greg. Nisse. in li. ad Harmon. Quid nomen Christianus sibi uelit. Paulinus ad Severum epist. 2. Lac. li. 1. c. 24. Christus quæ causa iustificationis nostræ. Tit. 2. Iustia esse quid. Heb. 2. In psalm. 80. serm. 8. Christianum esse quid sit. Tert. in Apolog. geico. Hilari. li. 12. de Trinitat. Hier. in epist. ad Letan. serm. 2. de resur. domi. Ioan. 14. Sal. li. 3. an sine.

Operantia bene. Christianismus quid. Basi. in Hexameron. hom. 11. Galat. 3.

Basil. cap. 43. Christiani nisi sint.

Aug. li. 5. de bapt. parvulorum cap. 35. Christi induere Galat. 3. Rom. 13.

Eph. 4.

Eph. 3.

1. Ioan. 3. Hebr. 6. Hebr. 10. Eph. 4. 1. Cor. 3. 2. Pet. 2.

1. Ioan. 3. Rom. 8.

Eph. 5.

Luc. 1. Apoc. 22. Iustus quemadmodum iustificatur ad huc. 1. Cor. 6. Hebr. 12. 1. Ioan. 2. Eph. 5.

Diony. cap. 11. Eccl. Hier. Deificatio quid.

Quo autem pacto illum indues? nisi eius signis nota, nisi baptismum suscipias, nisi capias incorruptionis indumentum. Hac ille, explicans verba illa scripturae; Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et iterum Basilii in Asceticis: Christiani nisi, inquit, sint hic est, ut Christum pro mensura incarnationis, iuxta quod cuiusque vocacioni competit, imitemur. Quod idem pluribus verbis docet frater eius Gregorius Nisenus, ad Olimpium monachum, perfecti hominis Christiani formam describens: quam nihil aliud esse vult, quam Christi imitationem.

Ex quibus Basilij Gregorijque Niseni scriptis colligere licet, quod ab Augustino quoque scriptum est: duobus modis nos Christum induere: per baptismi susceptionem, & per morum eius imitationem. De priore genere dicit Apostolus ad Galatas scribens: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. De posteriore meminit, cum Romanos iam proculdubio credentes, & per baptismum Christum indutos, hortatur, ut induantur Dominum nostrum Iesum Christum. Priorem igitur iustitiam, credentes in baptismo consequimur, ubi complantati facti similitudini mortis Christi, veteri simul homine crucifixo nouum induimus, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate. Quo quidem tempore non solum peccata nobis omnia remittuntur, passio- nis & mortis Christi merito, quod nobis credentibus in baptismo communicatur, haud aliter ac magis etiam quam si eadem ipsi pro peccatis nostris passi, atque ad eundem modum mortui essemus: verum etiam infunditur omne gratiarum genus, ipso gratiarum largitore Christo per fidem in cordibus nostris habitante: ut si quem, simul atque lauacro regenerationis ablucis est & sanctificatus, ex hac vita migrare statim contigerit, dubium esse debeat nemini, quin is Christum indutus, & quod Christus est natura, per adoptionis gratiam filius Dei factus, hereditatem regni caelestis euestigiò consequatur: etiam si non modò nulla bona, verum etiam opera multa mala baptismum eius praecesserint. Caeterum, si posteaquam fidem est & baptismum consecutus, aliquid ei viuendi spacium adeptus aliquis est, credens & baptizatus, Christum indutus, filiusque Dei factus est. Neque enim sine causa dictum est à Ioanne, Charissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: fieri enim potest, ut qui per baptismum & fidem Christum indutus, filius Dei per adoptionis gratiam factus est, posteaquam gustauit semel donum caeleste, particeps factus est Spiritu sancti, contristet voluntarie peccando Spiritum sanctum, quem accepit, & quod ipse factus est, replum eius violat, atque ita duplo quam antea gehena: filius efficiatur: quod melius illi fuerat non cognoscere via iustitiae, quam post agnitionem retrorsum conuerti. Nescimus igitur, inquit, quid erimus: sed si conformes illi facti fuerimus, imaginem ipsius hic portando, crucem eius ferendo, membra nostra: quae super terram sunt mortificando, cum apparuerit similes ei erimus in gloria: si comparsi illi fuerimus, & conregnabimus. Hunc esse Ioannes verborum sensum, velex eo colligi potest, quod statim subiungit: Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Quod verbum diligenter est obseruandum: Neque enim dixit Ioannes: Qui habet hanc spem, Deus illum sanctificat, aut pro sancto & iusto habet, non imputando ei peccata sua, propter fidem & spem: nam non loquitur ibi de sanctificatione & iustitia, quam supernè accepimus, mundati lauacro aquae in verbo vitae: sed de ea, quae sanctificati iam & abluti per lauacrum, exercemus nos ad omnem pietatem: & quem induti sumus Christum per sacramenti susceptionem, eum induimus per vitam ipsius imitationem, ut quem admodum ei similes esse cupimus in gloria, sic prius ei pro modulo nostro similes esse contendamus in sanctitate & iustitia, ea iustitia, de qua scribit Ioannes alio loco. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Tunc autem iustificatur, qui iustus est, cum qui per lauacrum regenerationis, non ablucis tantum à sordibus peccatorum suorum, verum etiam iustificatus est & sanctificatus, aspiciens in auctorem fidei & cõsummatore Iesum, quod, cum baptizaretur professus est, omni genere vitae suae praestat, sacris Iesu vestigijs incedit, ac quemadmodum ille ambulauit, ambulat ipse quoque. Quam ad rem hortatur nos Paulus, cum dicit, Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Hoc est igitur iustum esse, Christum induere, Deique filium fieri, non modò per susceptionem sacramenti, verum etiam per imitationem illius vitae sanctissimae, citra quam salui esse non possumus. Hoc est quod à Dionysio quoque Areopagita scriptum est: Deus maximè desiderat salutem nostram, quae nobis nisi deificatis contingere non potest. Deificatio autem est ad Deum quantum possibile est, & similitudo & unitas, quae quidem similitudo, reddit creaturam Deo amabilem & dilectam: Si quidem similitudo, causa dilectionis, sicut cõtra dissimilitudo, causa est displicentiae & disuentionis. Itaque

Itaque finem vite cum virtute degenda Gregorius Nissenus esse scribit, ut quis numini diuino assimiletur, & Christianissimum esse dicit imitationem diuinae naturae.

Quid autem est in quo Christum imitari, in quo nos illi pro nostro modulo esse velle similes oporteat? Nunquid in virtute, quem ostendit in faciendis miraculis? num in sapientia? num in potentia & maiestate? Nihil horum dicit Paulus: verum quando Dei nos imitatores esse iubet: Ambulare, inquit, in dilectione, sicut & Christus dilexit nos: ut omnium imitatio Dei, hoc est, omnis iustitia nostra non aliud esse videatur, quam dilectio: Verum in hac quoque Deum imitari perdifficile est. Quid est enim homo, ut possit ferre regem factorem suum? Infirmitates reuera sumus, quam ut exemplo Christi in dilectione ambulare, atque ita iusti esse queamus. Verum data est tibi diuinitus potestas, inquit Chryostomus, imitari Christum pro viribus & similem fieri. Noli expauescere hoc audiens: Timendum enim tibi potius est, si similis illi fieri negligas. Adiuuat infirmitatem nostram Christi Spiritus, & ad omnia nos fortes ac validos reddit, simul ut ignem sui amoris in mentibus nostris accenderit. Ex quo videre licet, quam appositè dictum sit à Cyrillo: quod iustitia, siue bonitas patris, per filium in Spiritu sancto transit ad omnes. Qui etiam alio loco, sanctificationem nostram esse vult in spiritu participationem filij, quod exemplo quoque planum facit, dicens: Nam & sole per splendorem, qui ex eo emittitur, non sine calore participamus, qui operationis Spiritu sancti imaginem gerit: Sol iustitiae Deus pater est, splendor filius, qui tenebras nostras illuminauit, qui que nobiscum in terris degens, nam iustitiae nobis commonstrauit: calor Spiritu sanctus: qui simul ut charitatem in cordibus nostris diffuderit, & eius igne mentes nostras inflammauerit, iam sumus iustitiam consequuti. Et Cyrillo vetustior Athanasius in Epistola ad Serapionem de Spiritu sancto: Sicut ex patre per filium est gratia, quae tribuitur, sic largitionis communio in nobis esse non potest, nisi in Spiritu sancto. Huius enim compotes, habemus patris charitatem, & filij gratiam, & ipsius Spiritus communionem.

Ex his cuius per spicuum esse potest, quomodo Dei, quomodo Christi, quomodo nostra dicitur esse iustitia. Dei dicitur, quoniam à Deo proficiscitur, à Deo nobis donatur. Deus est enim qui eam efficit, qui eam operatur in nobis, qui gratuito nos abluit & sanctificat: Christi dicitur, non solum quia Christi merito fit, ut iusti simus, qui nisi lauiserit nos à peccatis nostris in sanguine suo, nisi nos per mortem suam Deo patri suo caelesti reconciliauerit, non modò nulla iustitia, sed mera esset in nobis iniustitia, & omne genus iniquitatis abundaret: verum etiam quia non aliter iusti efficiamur, quam si splendore illius paternae gloriae, qui Christus est participes reddamur. Cuius cum nobis lux esset inaccessibilis, (quae bonitas illius est, & misericordia nunquam satis praedicanda) dignatus est se nobis exhibere verbum in carne, solem in nube, lumen in tecta, cereum in laeterna quomodo diffculter sustinere splendorem lucis illius possemus, Praclare scriptum est à Cyrillo Hierosolymitano. Cum nos ita ut ille erat, perspicere aut frui illo non poruimus, factus est ille, sicut & nos, ut sic illo perfrui possemus. Si enim solè qui die quarto factus est, perfectè inueniri nequimus, quomodo ipsius factore videre poterim? Similiter & Macarius. Si placuisset ei in pura diuinitate descendere, quis ferre potuisset: quã obrem ex virgine corpus accepit, & per organum illius loquutus est hominibus, & in illo quã admodum vita nobis instituenda sit, exẽplo nos docuit. Porro nostra dicitur iustitia, quoniam cum à Deo nobis donatur, spiritu mentis nostrae renouamur, & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, iustitiam in nobis accipientes, de plenitudine iustitiae, quae Christus est pro modulo nostro, quemadmodum dicit Augustinus, tantumquam particulas nostras: secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis sicut vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem, diffusa in cordibus nostris charitate, quae quãdò maior fuerit, tantò maior erit iustitia nostra. Quae quamuis à Deo nobis infunditur per Christi merita, nostra tamen est, quia nobis inhaeret, quia non sine nobis eam Deus operatur in nobis, iam praesertim adultis: quia posteaquam semel abluti, sanctificati, iustificati sumus, nos etiam ipsi deinceps in Deo spem habemus, sanctificamus nos & iustificamus, ambulantes in dilectione, sicut Christus dilexit nos: in qua qui ambulat, omnem virtutem, omnem est iustitiam consecutus.

Nostra ergo est iustitia, non qua Deus iustus est, sed qua nos iustos facit. Neque enim propterea nostra non est, quod ab illo donata est. Nisi forte quis dicat & vestem propterea nostram non esse, quod eam ab amico donatam habemus. Nostrum est, inquit, Augustin. quod à nobis habetur: nostrum est & quod nobis donatur. Hoc est quod à Bernardo quoque scriptum legimus: quem nauotates istum secum agere falso gloriantur: Iustum

Greg. Nisenus ad Harmonium de professione Christiane vitae.

In libello de orthodoxo beatitudinis illud. Beati patris peres spirituu. Christo in quo debemus esse similes. Eccl. 2. Chry. hom. 79. in Matt. Rom. 8. Cyrill. li. 4. Theauri cap. 5. Idem li. 6. de Trinitat.

Rom. 5.

2. Cor. 13. Iustitia Dei, Christi, & nostra.

Philip. 2.

Apoc. 1. Rom. 8.

Hebr. 1. 1. Tim. 6.

Ioan. 1. Ezec. 32.

2. Cor. 4. Cyril. Hierosol. Cat. eccl. 12.

Macarius barmil. 6.

Eph. 4.

Aug. de gratia & libe. arbitri cap. 9.

1. Cor. 12.

Rom. 5. 1. Cor. 6.

Eph. 5.

Nostrum quid. Aug. in li. 50. bont. bont. 1. 4. Bern. Epi. 19. 0.

Rom. 10. 1. Cor. 11.

Rom. 4. 2. Cor. 10. Tob. 10. 1. Cor. 10. Colof. 3.

Ioan. 11. Ioan. 14. Act. 17.

Mal. 4. 1. Cor. 13. 1. Tim. 2. Mat. 6.

Dyd. li. 1. de Spiritu sancto. Victo. l. 1. c. 3. con. Arrian. Amb. l. 8. cap. 17. Luc. Greg. li. 8. moral. cap. 33. Colof. 2. Ioan. 1. Ioan. 3. Rom. 4. Cyril. li. 1. ca. 3. in Ioanem. Chry. in ho. 85. sancto & adorant. spiri. 10. mo. 7. 1. Cor. 12. In li. de perfecti Christiani hominis forma. Orig. in Ps. 36. homil. 2.

Lib. 3. cap. 4.

In 5. catechesi mystagogica. Et Greg. in Job. ca. 28. Bass. hom. de Spiritu sancto. in Deo omnia perfecta.

Leo epi. 93. 65

inquit, me dixero, sed illius iustitia. Quæ nam ipsa? Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Denique qui factus est nobis, inquit, iustitia à Deo patre. Quæ ergo mihi iustitia facta est, mea non est? Si mea traducta culpa, cur non & mea indulta iustitia? Et sanè multò tutior donata, quam innata. Nā ista quidem gloriam habet, sed non apud Deum: illa autem cum sit salutis efficac, materiam gloriam non habet, nisi in Domino. Nam etsi iustus, inquit, fuero, non leuabo caput, ne videlicet responsum accipiam: Quid enim habes, quod nō accepisti? Quòd si accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Quid aliud his verbis Bernardus, quam illud ipsum asserit, quòd ab Augustino, quòdque à Cyrillo scriptum antea retulimus? negat innatam, sed esse nobis donatam dicit iustitiam: negat nasci, sed fieri dicit Christianos, hoc est iustos. Nō quia factus est mihi iustitia Christus, ideò, inquit, iustitia mea nō est. Etiam vitæ factus est nobis Christus, Sic enim loquitur Paulus. Cum Christus apparuerit vitæ vestra, sic loquitur ipse Christus, Ego sum vitæ & resurrectio, Ego sum vitæ, veritas & vita, nunquid ideò nostra non erit vitæ? In Deo viuimus, mouemur, & sumus. Nunquid ea vitæ viuimus, qua viuunt Deum? Nunquid eo motu mouemur, quo mouetur Deus? si modò rectè dici potest moueri Deum. Posset ne dici quicquam absurdius? Viuimus igitur vitæ, quæ est in nobis, verum quam Deus produxit in nobis. Sicut aer clarus est, non ea luce quæ est in sole, sed ea, quam accipit à sole, Sicut aqua feruet, non eo calore, qui est in igne, sed quem recipit ab igne, & inest illi: sic & nos non ea iustitia iusti sumus, quæ est in sole iustitiæ Deo, sed quam accipimus à sole iustitiæ Deo, & inest nobis. Quæ de re sic à Gregorio quoque scriptum legimus: Iustitia nostra dicitur, non quæ ex nostra est, sed quæ diuina largitate sit nostra. Sicut in Dominica oratione dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Ecce, & nostrum dicimus, & tamen ut detur oramus: Nostrer quippè fit cum accipitur, & tamen Dei est, quia ab illo datur. Et Dei ergo est ex munere, & nostrer fit veraciter per acceptionem.

Hoc ergò sentiendum est de nostra & de Dei, siue Christi iustitia, quòd nōs iustitia iusti sumus quæ est in nobis, ille verò est ipsa iustitia, nō capax tantum iustitiæ sumus, ille, sicut ex Dydimio vertit Hieronymus, nō capax, verum capabilis: Nam qua iustitia nos iusti sumus, eam ab illo accepimus: ille contra à semetipso habet quòd iustus est, & est (quo verbo libenter Victorinus utitur) fontana quædam iustitiæ. Quam obrem Christianos Macarius similes aliquatenus esse dicit lucernis habentibus in se oleum, hoc est, fructus iustitiæ ac nisi accédantur in eis lucernæ luminis diuini: nihil sunt. Deus, inquit Ambrosius, vniuersitate bonus est, nos ex parte. Deus, inquit Gregorius, est iustitia iustificas: in nobis est iustitia iustificata. Nos iustitiam similitudine tantum, Christus æqualitate comprehendit: in illo corporaliter inhabitat plenitudo iustitiæ, nos non plenitudinem, sed gratiæ portionem accepimus: mentes nostra de plenitudine acceperunt, mens Christi plenitudinem ipsam comprehendit: Quin ipse Christus plenitudo est, nam hoc ei nomen Cyrillum tribuisse legimus. Siquidem homo non est capax omnium, inquit Chryostomus, ideò dicit Paulus: Num omnes Apostoli? num omnes Prophetæ? num omnes habent dona sanationum? In carne autem Christi omnia dona fuerunt secundum substantiam carnis. Cuius æqualis Basilius: Filius, inquit, Dei iustitia vocatur, nos verò participatione illius iustitiæ iusti sumus. Et eius frater Gregorius Nissenus: Vna & eadem est, quæ in Christo, & quæ id mentibus nostris conspicitur puritas: Sed illa in fonte nascitur, hæc inde manat, & in nos deriuatur. Quod ante fratres hos sic ab Origene scriptum est: Sicut participatione iustitiæ saluatoris iusti efficiuntur, & participatione sapientiæ eius sapientes, ita & participatione patientiæ eius patientes efficiuntur. Est ergò velut fons quidam perennis, de quo haurire possumus & patientiam, & sapientiam, & iustitiam, & omnia quæcunque sunt virtutis bona, si tamen bona, digna, & pura vascula nostra deferaimus ad fontem. Et Cyrillus Hierosolymitanus: Verè vnus Deus dicitur sanctus, qui natura sanctus est. Angelomus quoque: Omnibus ergo sapientia veri Salomonem antecellit, quia multum distat inter eos, qui participatione sapientiæ sapientes sunt, & inter illum qui est fons sapientiæ & origo virtutum. Verum autem Salomonem Christum intelligit. Nos verò sancti, non natura, sed participatione & exercitio, & voto. Et ante hos cum alibi tùm in libro de diuinis nominibus, idem frequenter inculcat Dionysius. Alio verò loco Basilius: Quemadmodum in igne est caliditas, quæ simul cum ipso igne existit, & quasi consubstantialis illi est, & caliditas, quam communicat aquæ, & alteri cupiam consimilit: sic & Spiritus sanctus, & in se vitæ habet, & qui participes ipsius fuerint, vitam agunt Deo dignam, vitam diuinam & celestem consequuntur. Ac mox virtutes omnes perfectas apud Deum esse docet, nihil in ipso acquisitionem, ipsum fontem esse bonorum omnium, spiritum ex Deo promanantem eiusdem cum eo substantiæ: quæ verò ex spiritu profuunt, ipsius esse operationes. Leo quoque magnus: Nemo hominum veritas, inquit,

quit, nemo sapientia, nemo iustitia est, sed multi participes sunt veritatis, & sapientiæ atque iustitiæ: Solus autem Deus nullius participationis indigus est: de quo quicquid dignè utique sentimus, non qualitas est, sed essentia: Incommutabili enim nihil accedit, nihil deperit, quia esse illi quòd est sempiternū, semper est proprium. Ante què Ioannes quoque Chryostomus, explicans illud ex Psalmo: Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine: Non aliunde docet ascendere virtutes, nisi à bonitate boni, nec aliam vult esse bonitatem Christianorum, nisi quam Deus infundit bonis, ut ex malis essent boni. Et ante Chryostomum Origenes: Sola trinitatis substantia est, quæ non extrinsecus accepta sanctificatiõe, sed sui natura fit sancta. Omnis verò creatura, vel dignatione sancti Spiritus, vel meritorum ratione sanctificata, sancta dicitur. Sic ergo & scriptum legimus: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum: Non continuè similitudo sanctitatis in Deo atque hominibus ponenda: de Deo enim dicitur, quia sanctus est: homines autem quasi qui non semper fuerint, iubètur ut sancti fiant. Ac paucis interiectis. Manifestum ergò est, quòd qui sanctificatur, sanctus est, quia semper sanctus est, qui autem sanctificatur, non simpliciter sancti, sed sanctificati, sancti dicendi sunt. Prosper etiam Aquitanicus diligens Augustini sectator, Leonis aequalis, vbi de libero arbitrio disserit: Virtus, inquit, principaliter Deus est, cui non aliud est habere virtutem, quam esse virtutem, cuius cum participes sumus, habitat Deus in nobis, qui est Dei virtus & Dei sapientia, habitat fides, spes, & charitas, continentia, intellectus, consilium, fortitudo, cæteraque virtutes: cum verò ab hoc bono recedimus, omnia nobis è contrario oriuntur ex nobis: Discedente enim pulchritudine, quid succedat nisi deformitas? abeunte sapientia, quid resideat nisi insipientia? non regnante iustitia, quid dominetur nisi iniquitas? Virtutum itaque semina, quæ beneficii creatoris inserta sunt, prauaricatiõe primi parentis euerfa sunt: nec haberi queunt, nisi eo restitente, qui dedit: Reformabilis enim est natura humana formatori suo, & eorū bonorum, quæ habuit, capax est, ut per meditatores Dei & hominum Iesum Christum, in eo ipso quòd ei remansit, possit recuperare quòd perdidit: Remansit autem ei rationalis animus, qui non virtus, sed virtutis habitaculum est. Ex participatione enim sapientiæ & iustitiæ, & misericordiæ non sapientia, neque iustitia, neque misericordia, sed sapientes & iusti & misericordes sumus: Quæ bona, quamuis rationale nostrū vitij occupatū sit, & preuaricantibus nobis Dei templum spiritus immundus inuaserit, possunt tamè rursum in ipsum rationale confluere, per eum qui mundi principem foras mittit, & ligans fortem, vasa eius rapit, fugato quæ mundi huius spiritu, dat spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Et qui videtur non multò fuisse posterior Faustus: Cum Deus, inquit, iustus ac iustitia, misericors ac misericordia, pius & pietas sit, homo iustus esse potest, iustitia esse non potest: misericors esse potest, misericordia esse non potest: pius esse potest, pietas esse non potest: quia non naturaliter habet ista, sed largitur. Verbi gratia: Ille aurum est, homo autem deauratū vas videri potest: & in homine gratia est, quòd in Deo natura est: & in hoc creatum est, quòd in illo probatur ingenitum. Ex his omnibus liquet, hoc quòd diximus, non ea, nos iustitia iustos esse, qua Deus iustus est, sed qua nos iustos facit, dum suæ iustitiæ participes reddat.

Quod non sola iustitia Christi imputatione, sed verè realiter inherente nobis iustitia iusti sumus.

CAPVT LXXII.

Verum hic alios audire licet, qui nolunt videri se prorsus negare, nostram esse iustitiam, qua iusti sumus: Esse enim, aiunt, & Christi & nostram: Christi, quòd in ipso, non in nobis sita sit nostram autem imputatione fieri, quoniam accipit nobis fertur. Ita non verè nos iustos esse, sed imputatione, vel non esse iustos, sed pro iustis imputatione haberi, quatenus Christi iustitiam per fidem possidemus: Hanc enim solam esse volunt nostram iustitiam, non quatenus ea nobis à Christo communicatur, sed quatenus in Christo ipso residens, posteaquam per fidem eam apprehendimus, nobis perinde ac si nostra esset, imputatur. Docent igitur nos reputari iustos, hoc est accipit, non propter propriam qualitatem, hoc est, non propter gratiam, quam de plenitudine Christi accepimus, sed propter aliud extra nos, scilicet propter mediatorem filium Dei per misericordiam. Verum hac quoque non minus quam illa prior absurda est opinio, & eodem propemodū recidere videtur. Quid enim aliud affirmant hi quoque, quam quòd ea, qua Christus iustus est, non autem ea, qua nos verè iustos facit, iustitia iusti sumus, quando quidem extra nos esse, volunt id, quòd iusti sumus? Quòd si Paulus audientus est, qui prophanas vocum nouitates deuitare iubet, noua certè vox est, & his quæ nos precesserunt seculari inaudita, imputatiuæ iustitiæ. Nam reputari nobis fidem ad iustitiam, beatum esse, cui non imputauit dominus peccatum: propter Christum non repu-

Psal. 118.

Orig. hom. 11 in Numeros.

Leuit. 11.

1. Cor. 7.

1. Tim. 2.

Psal. 103.

Animus rationis virtutis habitaculum.

1. Tim. 2.

Luc. 11.

Ioan. 12.

1. Cor. 24.

Faust. li. 1. de libero arbit. c. 7.

Dogma de imputatiua iustitia.

Ioan. 1.

1. Tim. 2.

Imputatiua iustitiæ vox noua.

1. Tim. 6.

Gen. 15.

Rom. 4.

Psal. 31.

2. Cor. 5.

Voces quaedam
partium veteri.

tare nobis Deum delicta nostra, legimus in scripturis: iustitiam verò Christi nobis ad iustitiam reputari, ac si nostra esset, nec in veterum Orthodoxorum libris temerè quisquam scriptum inueniet. Communicationis, participationis, diffusionis, deriuationis, applicationis, coniunctionis, copulationis nominibus, vñ quandoque patres reperiuntur: verum imputatiuè iustitia vox, noua est, & catholicorum auribus hæcenus inaudita.

Neque verò eunt hoc inficias ipsi nouatores, nouam hanc esse vocem, nec à catholicis vstratam. Sed sicut veteres licere sibi voluerunt essentia, personæque nominibus vti, quamuis in scripturis ea non legantur, sic isti concedi sibi postulant, vt imputatiuum vocent iustitiam, quamuis ab orbe condito, hoc præsertim sensu, quo ab ipsis profertur, hæc vox nunquam fuerit à quopiam vstrata. Vti se dicunt hoc locutionis genere, quo planioribus verbis edisserant ea, quæ captui nostro in scripturis perplexa impeditaq; sunt. Interea tamen, quam sibi dari postulant, eam catholicis veniam non concedunt, à quibus simul vt aliquid prolatum fuerit, quòd illis ipsis verbis in scripturis non legitur, vstrato hæreticis collectionis genere, quia non est scriptum, reiiciendum esse censent: Nostros autem aures, vocis hæc nouitas non offenderet, si quòd isti se facere videri volunt, ad explananda ea, quæ sunt in scripturis abstrusiora, illa vterentur. Verum tantum abest, vt per has nouas voces edisserantur ea, quæ sunt in literis sacris perplexa, contrarium vt potius illis asseratur. Aperta sunt scripturæ verba, per obedientiam vnus Christi, iustos constituit multos. An cum hac scripturâ non pugnat, qui non constituit, sed reputari tantum nos iustos assererat? Quid autem hoc est aliud, quam Christi meritis derogare? quam gloriam illius imminuere velle? Scilicet peccati tanta fuit vis, quòd à primo Adam patratum est, vt verè nos peccatores & iniustos constitueret: vt illius peccato, non solum per imputationem damnemur, ac si alieni peccati exigeretur à nobis pœna: sed ideò pœnam illius sustineamus quia & culpæ rei sumus. Et non erit secundi Adam Christi iustitia tantà vis, vt ea nos verè iustos constituat? Vbi est igitur quòd dixit Paulus: Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et paulò antè. Sed non sicut delictum, ita & donum, Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi, in plures abundauit. Quin dicat confidenter homo Christianus, quòd à Bernardo scriptum supra cõmemorauimus. Si mea traducta culpa, cur non & mea indulta iustitia, Si peccato primi Adæ, non per solam imputationem damnor, ac si alieni peccati à me exigeretur pœna, sed ideò pœnam illius sustineo, quia & culpæ reus sum cur & iustitia secundi Adam, non per solam imputationem iustificor, ac si alienæ iustitiæ merces mihi daretur, sed ideò præmium illius fero, quia iustitiæ particeps sum, quæ mihi non innata, sed per Christi meritum est à Deo donata? Dicit cum eo, qui multis antè seculis præcessit, Cyrillo. Absurdum est, nos quidem hæredes factos supplicij primi patris, corruptione per inobedientiã immissa, non autem fieri participes iustitiæ secundi, qui ad vitam nos reuehit, per maximam illius obedientiam.

Rom. 5.

1. Cor. 15.
Rom. 5.

Cor. II. posteriori
ad reginas
de vestrâ fide.

Philip. 2.

Ioan. 17.

Ioan. 8.

1. Ioan. 3.

Ibidem.

2. Cor. 6.
1. Cor. 6.

Estne autem verisimile, propterea Dei filium de celo descendisse, propterea carnem indurum, propterea factum esse patri obedientem vsque ad mortem, mortem autem crucis, vt nos imputatione tantum, non autem verè iustos faceret? Atqui cum esset ad mortem iturus, patrem pro suis discipulis, proque omnibus qui essent in se credituri precatus, Pater, inquit, sanctifica illos in veritate. Isti verò non veritate, sed imputatione sanctificari nos dicunt & iustificari, nõ verè nos iustos esse, & sanctos, sed imputatiuè, vel non iustos esse potius & sanctos, sed pro iustis & sanctis imputatione haberi. Dicit idem Christus, Si vos filius liberauit, verè liberi eritis. At isti, non eritis, aiunt, verè liberi, sed hæcenus tantum eritis à peccatis liberi, quòd ea vobis non imputabuntur. Sic dixit dilectus Christo discipulus: Qui facit iustitiam, iustus est, isti, si Dijs placet, Euangelici, non qui facit iustitiam, aiunt, sed cui imputatur Christi iustitia, iustus est. Dixit idem in eodem capite. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus: vt filij Dei nominemur & simus. Isti verò, Non est verum, aiunt, quòd dicit spiritus Dei per Ioannem, non sumus filij Dei, verum nominamur tantum & reputamur. Nisi forte possunt esse filij Dei, qui iusti non fuerint. Atqui reclamatione spiritus Dei per Paulum, dicens: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Idem Paulus cum recensisset fornicarios, idolis seruientes, & alij id genus criminibus infames: Et hæc quidem fuisistis, inquit, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis. Isti autem fuisistis, aiunt, hæc & estis adhuc, nisi quòd nõ imputatur vobis iustitia autem Christi, imputatur vobis ad iustitiam. Nimirum hoc est planioribus verbis edisserere, quæ sunt perplexa in scripturis; hoc est purum Euangelium docere, quæ cum

Christi

Christi & Apostolorum doctrina pugnant ex diametro, populo persuadere conari: hoc est Christi gloriam propagare, negare tantam fuisse virtutem passionis & mortis eius, vt per eam verè iustificati, verè sanctificati, verè per eam abluti simus, & à peccatis liberati, verè ex filiis iræ filij Dei facti. Deinde verò non intelligunt isti, per quos miro quodam artificio. Satanas omnia Christi beneficia non: obscurare modo, verum etiam ex omni hominum memoria delere, & sempiterna quadam obliuione conatur obiuere: non intelligunt, inquam, isti se pugnantia dicere: Neque enim non legerunt, peccata nostra esse, quæ diuidit inter nos & Deum: Odio esse Deo impium, & impietatem eius: qui igitur fieri potest, vt non imputet, quod odio habet, cum ipsum etiam imputationis verbum odium quoddam significare videatur? Quamorem explodenda prorsus est istorum, & de manente quidem in nobis, sed non imputato peccato, & de non inherente nobis, sed imputata tantum iustitia, doctrina: Pugnat enim cum verbo Dei: qui non dixit: Ego sum qui non imputo, sed ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Et in Euangelio loquitur de Christo Dei spiritus: Ecce agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi: qui tollit, inquit, non qui non imputat.

Esai. 59.
Sapient. 14.

Esai. 45.

Ioan. 1.

Psalm. 31.
Beatus vir cui
non imputant
peccata.

Ezech. 18.

Iust. in col. cum
Tribone Iudæo

Discrimen inter
regi, remitti, &
imputari.
1. 4. in epi. ad
Rom.
In Psalm. 31.
Imputari apud
veteres quid.
1. Pet. 4.

Quid sit non imputari peccati.

2. Tim. 4.

Li. 10. de Trinit.

Isa. 30.

2. Cor. 5.

Verum à sancto David, aiunt, scriptum est: Beatus vir cui nõ imputati Dominus peccatum. Scriptum est, verum non eo sensu, quo volunt nouatores isti, neque hoc verbis istis David significare voluit, peccatū, quod quidem veri peccati rationem habet, quodque sempiternæ mortis reum facit hominem, eatenus tantum remitti, vt non impuretur, non autem vt non sit. Longè absuit ab hac sententia sanctus ille Rex & Propheta: quin illud his verbis exprimere potius voluisse videtur: Beatum eum esse, in quo sic peccatum deleatur, vt eius etiam omnis memoria prorsus extinguatur, quasi nunquam admissum fuisset, vt fiat illud, quod per Ezechielem dicit Dominus: omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor. Iustinus philosophus & martyr, proximus Apostolorum temporibus, cum hunc ipsam locum aduaxisset, quasi perstringens nostri temporis hæreticos: Beatus, inquit, cui nõ imputabit peccatum Dominus: hoc est, cui penitenti peccata Deus remittit. Non sicut prædicatis, vosmetipsi fallentes, & alij quidam vestri similes alleuerant, etiam si peccatores fuerint, modo Deo norint, non imputabit eis peccata Dominus. Videtur autem Propheta quasi gradus quosdam constituere, quiddam vt amplius esse velit regere peccata, quam remittere: Rursus maius quiddam non imputare, quam regere, quemadmodum à doctissimo Origene, & ab Eutimio legimus annotati. Tunc enim non imputari peccatum interpretatur: Origenes, quando mens hominis ad perfectum venerit, ita vt omnis malitiæ radix ex ea penitus amputetur, eò vsque, vt nullum in eò vestigium possit reperiri nequitia. Hieronymus quoque Psalmum hunc enarrans, remitti dicit peccata per baptismum, regi per charitatem, de qua scriptum est, quòd operit multitudinem peccatorum, non imputari per martyrium. Quibus verbis non obscure videtur indicare, maius quiddam significari, cum non imputari, quam cum vel remitti, vel regi peccatum dicitur.

Quamobrem cum legimus, non imputari nobis peccatū, sic accipere debemus vt cum puluisculo, quod aiunt, ablatum, nec vel vestigium vllū deinceps eius in nobis reliquum esse factum persuasum habeamus. De iustitia verò, Christo potius & Apostolis eius fident habeamus, qui verè nos sanctos, verè liberos, verè iustos esse constitutos, ac filios Dei non modo nominari, verum etiam esse dixerunt: quam nouatoribus istis, per quos non aliam ob causam, hanc de ficta & imputata iustitia, quam ipse commentus est, Satanas doctrinam disseminauit, quam vt homines verè iustitia prorsus expertes faceret. Venisse nunc reuera tempus illud videtur, de quo scripsit Apostolus, in quod se quoque incidisse questus est olim Hilarius: Erit, inquit, Apostolus, tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria, coaceruabunt sibi magistros, prurientes aures. Quid enim? non videntur nunc quoque dicere: Loquimini nobis placencia, quorum nimis aures delicate, ferre non possunt, vt retributio fieri dicatur secundum opera, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, sed volunt vt retributio fieri dicatur secundum illa, non quæ gesserunt ipsi mala, sed quæ gessit Christus in corpore suo bona, vt si ipsi probi non sunt, iusticiam tamen probum fuisse. Quamuis de recès baptizatis, si subitò ex hac vita eos migrare contingat, non absurde dici queat retributionem futuram, secundum ea, quæ Christus gessit in corpore suo bona: de his verò nequaquam, qui post baptismum aliquandiu superstitites, in peccatorum ceno sunt volutati. Fuitne tempus vllum, quo maior esset magistrorum aceruus, aurius hominum seruientium, quam sit istud, in quo incidit ætas hæc nostra? Nisi forte non titillat hoc aures nostras non est auditu mortalibus vel maxime gratum & iucundum, cū dicitur: nulla nostra, sed sola Christi iustitia nos iustos, sola Christi

Aurium privi-
sus in isto secu-
lo.

Eter. 23.

Hier. 5.

Testimonium.
Eras. in epi. col.
Pseudo Euang.
Lutheri doctri-
na homines fie-
ri deteriores.

Hyperaspiste se-
cundo.

Joan. 3.

Ces. Rom. 12.

Eph. 2.
Erat. 26.
Alb. Magnus
dist. 20. in 3. li.
sentent.

Lutheri de suis
testimoniis.

Joan. 5.

iustitia nos saluos esse: quicquid sit de nostris operibus, vnumquemque certum esse de-
bere, quod gratis propter Christum peccata sibi remissa, quodque Deo acceptus & vita
sit hares aeternae. Ac videtur hic esse temporu horu status, haud facile vt quisquam statuere
possit, in magistris ne linguarum, an in discipulis aurium sit pruritus ardentior: neque
enim in his audiendi, quam in illis placencia loquendi, maius est studium: adeo se vitro
ingerunt auribus etiam auisculare nolentium, vt vel inde facile quisquam perspiciat,
quod ex eorum numero sunt de quibus Propheta scribit: Non mirebam prophetas, &
ipfi currebant, nec loquebar ad eos, & ipfi prophetabant. Et plane impletum est quod ab
eodem Propheta scriptum est: Stupor & mirabilia facta sunt in terra: Prophetae prophe-
tabant mendacium, sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit ta-
lia. Quem autem fructum attulerit haec eorum doctrina, quam isti parum sani, sanam ha-
beri volunt, quamque sub specioso verbi Dei titulo rudi populo venditant, rerum exi-
tus ipse declarat. Non eunt hoc inficias ipfi seruientes auribus magistri, suos vitam age-
re improbam & contaminatissimam, nihiloque meliores nunc esse quam ante receptum
nouum hoc doctrinae genus fuerunt, quin etiam maiore audacia sequi mundum, & eius
cupiditates, omniaque sibi permittere. Qui bonam vitam sua partem inter eos traduxit,
qui malunt Euangelici, quam Christiani vocari, Erasmus Roterodamus: Circumspice
mihi, inquit, sodalitates istam Euangelicam, quot habet adulteros, quot temulentos,
quot aleatores, quot decoctores, quot alij vitij infames? Ac nonnullis interiectis: Di-
ces, inquit, nihil tam felix vnquam fuit in rebus humanis, quin malorum admixtu vicia-
retur. Ad bonos verte oculos. Fieri potest vt mea fit haec infelicitas: mihi adhuc neminem
contigit nosse, qui non videatur seipso factus deterior. Et iterum paulo post: Euangelici
capietas a minimis iniurijs paulatim creuit in maius ac melius, ac optimus quisque se illi
iungebat: Hanc doctrinam non ferere nisi leuissimus quisque amplectitur. Et ad fratres
inferioris Germaniae scribens, de quodam sacerdote narrat, qui cum virgine caesus, & ex vt
beiectus esset, & in carcere, & extra portam, cum a carnifice dimitteretur, publice testa-
tus est, se posteaquam illi se sectae addiderat, in omne flagitioru genus proruisse. Et in alio
quodam libro: adeo per hoc quod ipi vocant Euangelium, non corrigi scribit homines,
vt potius videantur deteriores: nec fieri: vt peccare desinant, sed vt peccare impunitius.
Ac verè quidem ille. Quis enim non peccet impunitus, cum ab istis hominum sceleri-
bus blandientibus, & seruentibus auribus magistris, non nostris, in immensum exagge-
rari vim peccati originalis audiuerit: adeo vt etiam renati ex aqua & Spiritu sancto, non
possimus non peccare: cum cuius impulsu sit vt peccemus, ab istis edoctus, fortio rem esse
credit vnum daemone, quam omnes homines. Quasi non contra fortior sit vnus Deus,
quo adiuuante peccatum effugere possumus, quam omnes daemones. Cum verè dictum
sit a Caesario, quod plus valet ad erigendum Christum, quam ad deprimentum diabo-
lus. Sed est & haec insignis Cacangelicoru istorum & horreda blasphemia, quod ipsum
etiam Deum peccati faciunt auctorem: vt ab eo ad peccatum agi blasphement. Quis non
peccet impunitus, cum nulla sua, sed sola Christi iustitia, se saluum fore persuasum ha-
berit? Quis non peccet impunitus, si nullum esse meritum bonorum operum arbitre-
tur, etiam eorum, in quibus a Deo creati sumus? quae Deus ipse operatus est in nobis, quae
non aliunde pretium, non aliunde meritum habent, quam ex pretioso Christi sanguine,
ne, quo respersa sunt, quemadmodum a viro quodam docto praclare scriptu est, quod
iustitia meritorum Christi fulget in virtutibus sanctorum, sicut sol in gemmis, quae ma-
gis rutilant in praesentia solis, in absentia autem obtenebrantur. Quis non peccet impu-
nitus, cum omnem iustitiam & sanctitatem nostram, meritum esse peccatum & re dam-
natam crediderit? atque adeo nihil valere bona opera ad diuinam gratiam demerendam,
vt quod quisque rursus est, edo citius illi Deus gratiam impartiat? Sed quorsum attinet
aliunde quaerere testimonia, modò non edita voce clamat hoc res ipsa, quod ipse quoque,
princeps & architectus huius temporis haeseon fatetur, se corruptiores expertum esse
mores Germanorum, posteaquam, quod ab eo traditum est, quintum Euangelium, acce-
perunt, quam fuerint sub regno (sic enim ipse vocat) Romani pontificis, hoc est in Ecce-
lesia Dei, quae quatuor tantum recipit Euangelia, quae tamen quatuor vnu sunt. Qui etiam
alio loco suos increpans, decies eos dicit Sodomitis esse peiores. Interea tamen, quae misce-
randa est istorum hominum caecitas, Dei verbum vocatur, quod ad omne genus nequi-
tae fenestram parefecit, quod ex bonis improbos, ex improbis multo reddidit improbissi-
mos. Nos verò aduersus istorum voces, tanquam Sirenium cationes, dulces illas quidem,
verum certam perniciem adferentes, aures nostras obturemus. Nam praeterquam quod
omne studium virtutis enervant, dum si minus ipi probi sumus, sufficere docent, quod
Christus

Christus probus fuerit, atque illius nos sola iustitia contentos esse oportere, etiam si mi-
nus ipse iuste viuamus, non dum inter ipsos, qui de via regia declinauerunt, hoc est, ab Ec-
clesiae sana doctrina aberrauerunt, de ratione iustificandi satis conuenit, nec ipse modò dis-
sident, inter se & inuicem sibi sunt haeretici, seque mutuo iudicio condennant, veretiam in-
secum ipse non raro pugnant. Annorauit hoc vir quidam doctus, quamuis ex eorum
numero, qui segregauerunt semetipsos, Philippum Melancthonem in iustificationis ne-
gocii quaterdecies variasse. Sic istoru oratio, sicut alicubi scribit Basilius, videretur nescio
quomodo, cum semel extra veritatem deducta sit, ad multiplicia periculo saque inconue-
nientia, per quandam seductionis consecutionem efferri. Na qui semel de recte fidei, reli-
gionisq; curriculo deslexerunt, haud aliter, atque ij, qui a recto itinere aberrauerunt, alias ex
alijs semitas ingredientibus vagantur & errant, nullu peritum regionis ducē sequenti. Sici-
sti ducē carentes Ecclesia, qua reliquerunt, alia ex alijs erroris & impietatis diuercicula in-
gressi, nullum errandi finem faciunt. Miscuit enim Deus in medio eorum spiritum ver-
tiginis, & immisit illis operationē erroris: Obscuratū est insipies cor eoru, vt nō intelli-
gant, neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant. Sic fit vbi suo quisque praefidit
ingenio sibi que hoc arrogat, vt proprio suo, non communi totius Ecclesiae sensu,
scripturas interpretetur: vt ceteros omnes, quamlibet pios & doctos viros, talpis fuisse
caeciores, se verò solum videre, se solum sapere, persuasum habeat. Quam obrem istos
cum imputata sua iustitia missos faciamus, & Augustino credere potius animum in-
ducamus: qui verè nos & realiter esse iustos docet, cum per illum, in quo omnes iuifica-
buntur, praeterquam quod se ad iustitiam exemplum imitantibus praebuit, dari etiam di-
cit sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & parulis: sicut
& ille in quo omnes moriuntur, praeterquam quod eis qui praceptum Domini volun-
tate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concu-
piscenciae suae tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes. Itaque iustificari in Christo
qui credunt in eum, dicit Augustinus, propter occultam communicationē & inspiratio-
nem gratiae spiritualis, qua quisquis adharet domino vnus spiritus est. Haeret autē quis-
que domino per charitatem, qua vna, sicut in alio libro dicit idem Augustinus, verè iu-
stus est, quicunq; iustus est. Cuius charitatis habitus inest etiam parulis, vt cum adul-
ti fuerint, actu eam exercere possint.

Non igitur sola peccatorum remissione, verum etiam, cuius toties Paulus meminit, in-
terioris hominis renouatione, nostra constat iustitia: quae renouatio fit, quemadmodum
ex Augustino iam doctumus, per occultam quandam communicationem & inspiratio-
nem gratiae spiritualis. Quam etiam alio loco vocat interioris hominis pulchritudinem,
cum scribit ad Consentium. Quid est aliud iustitia in nobis, quam interioris hominis
pulchritudo? Et alibi volens explicare, quid sit iustificari. Natura, inquit, humana in re-
bus creatis excellentissima cum a suo creatore ab impietate iustificatur, a deformi forma
in formosam transferitur formam. Quibus verbis innuere videtur, quod iustificari sit, a
deformi forma in formosam formam transferri, haec autem formosa forma charitas esse
videtur. Neque verò dissideat ab Augustino latino, Graecus auctor Eusebius Caesariensis
Episcopus. Cui quandam hominiam inscriptam vidimus ante annos decem & amplius,
annexam Rabani & Bertrami libellis de sacramento altaris, in qua de eodem sacra-
mento tractatur. Et si quae verba reperiuntur in eo scripto Petrus Lombardus, & frater
eius Gratianus, Algerus & alij coplures tanquam ab Eusebio Emisso prolata citant. Val-
densis autem ille Thomas, vir non vulgariter doctus ad Isidorum authorem refert, cuius
tamen styllum redolere minimè videtur. Sed neque Graecum aliquem auctorem refe-
runt, cum qui scripsit haec latinus fuisse videatur. Vidimus autem & ante annos quinq;
quasdam hominias in Euangelia, Eusebio Emisso inscriptas, Antuerpiae apud Ioannem
Stelsius editas anno 1558. in quibus ea verba non reperimus, Hoc ipso vero anno legi-
mus alias impressas Lutetiae anno 1557. In his inter sermones de Paschate reperimus &
hunc de sacramento altaris. In eo docet Eusebius Emissenus, aut quisquis fuit auctor hor
miliarum illarum: fuit autem dubio procul ex antiquis illis viris doctissimis: quod ne-
mini nouum & impossibile videri debeat, quod in Christi substantiam terrena & mor-
talia nimirum panis & vinum commutantur: Te ipsum, inquit, qui iam in Christo rena-
tus es, interroga, dudum alienus a vita, peregrinus a misericordia, a salutis via intrinse-
cus mortuus exulabas: subito iniciatus Christi legibus & salutaribus mysterijs in noua-
tus, in corpus Ecclesiae non videndo, sed credendo transisti, & de filio perditionis, ad op-
timum Dei fieri occultata puritate meruisti. Quod Augustinus, occultam communicationem
& inspirationem gratiae spiritualis, hoc Eusebius vocat occultam puritatem. Sanctus ve-
rò monachus ille Macarius, arcana quaedam vestimenta caelestis pulchritudinis appellat:
Ex mox subdit Emissenus.

Varietas doctri-
nae inter haereticos de iustifi-
catione.
Oslander in Ni-
sivaceae.
Bas. li. 2. cont.
Euno.
Erat. 19.
2. Theff. 2.
Rom. 1.
1. Tim. 1.
Aug. de pecca-
torum meritis
& remiss. li. 11.
cap. 9.
1. Cor. 15.
Ibid. cap. 10.
1. Cor. 16.
Aug. de natur.
& gra. ca. 28.
Iustitia in homi-
ne quid.
Euse. de corpore
& sangu. dem.
1. lib. 4. dist. 8.
Graf. de conf.
dist. 2. Quid.
cap. 9.
Valdens. de sa-
cramentis. c. 67.
Rom. 5.
Macarius

In mensura visibili permanens, maior factus est teipso inuisibiliter, sine quantitatis augmento: cum idem atque ipse esses, multo alter fieri diuisi processibus meruisti. In exteriori nihil additum est, & totum in interiori mutatum est: ac sic homo Dei filius effectus, & Christus in hominis mente formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu, præterita vilitate deposita, subito nouam indutus est dignitatem: & sicut hæc, quæ in te Deus læsa curauit, infesta diluit, maculata deterfit, non oculis, sed sensibus sunt credita: ita & cum reuerendum altare cibus satiandus accedis, sacrum Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honore mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & maxime hauitu interiori assume.

Quam clarè docet hic Eusebius, non imputatione iustitiæ nos iustos, Dei que filios nominari & esse, sed occulta quadam puritate, sed mutatione in virum alium. Quemadmodum etiam scriptura dicit, Mutaberis in virum alium. Quæ verba Gregorius explicans: Amor, inquit, electæ mentis quid est aliud, quam immutatio vetustatis? Natura enim nostra per lapsum primi hominis sic damnata est, ut quotidie labendo deficiat, & deficiente veterat. Sed qui in nobismetipsis deficiamus, cum in nos ille spiritus insilit, renouamur: quia statim quod non eramus efficiamur. Tepidus erat quis, sed repente visitatus à spiritu feruens efficitur: incipit ardere per deuotionem, fortiter exerceri in bono opere. In virum ergo alium mutatus est, quia esse cepit, quod ante insipientem spiritum in se esse non potuit. Extat homilia quædam diui Macarij, qua dicit quædam in homine Christiano mutationem & renouationem faciat Christus: Quem ideo venisse scribit, ut naturam conuerteret, transmutaret & renouaret, Demum hanc animam propter transgressionem affectionibus iniquitatem reformaret, contemperat eam cum suo spiritu diuino. Venit itaque ut nouam mentem, nouam animam, nouos oculos, nouam linguam, nouas aures spirituales, nouos homines ei credentes efficeret. Quæ pluribus persequitur, Oportet, inquit, animam Christo credentem transferri, mutari que ab hoc statu peruerso in alium bonum statum, & ab hac abiecta natura in aliam naturam diuinam, ipsam denique virtute spiritus sancti nouam effici & hoc pacto poterit ad regnum celorum pertingere: nostrum est autem ista consequi qui credimus, qui verè diligimus illum, & in omnibus sanctis mandatis eius conuersamur: cum enim tempore Elisei, lignum, quod est natura leue, missum in aquam exulit ferrum, natura graue: quanto magis dominus mittit huc spiritum suum leuem, subtilem, bonum, & celestem, quo animam in profundis aquis nequitie immersam extollat, eleuet ac euolare faciat ad alta celorum, & transmutabit & conuertet eam à sua natura, & c.

Vtrum autem præcedat ea gratia, qua quis renouatur, culpæ remissionem, an sequatur, curiosè quàm fructuosè queritur. Scribit quidem Dionysius, quod quibus insinuat se diuinitas, eorum animos purgat primum, deinde illuminat, postea conformat ad Dei formam perfectionem. Cæterum si quis hæc omnia simul & eodem puncto temporis fieri dixerit, à vero nihil aberrauerit. Nescit enim tarda molimina sancti spiritus gratia: actria hæc non tam re ipsa, quàm ratione distingui videntur. Si quidem vnus & idem actus, quatenus repurgat mentem hominis ab inquinamentis & peccatis, dicitur purgatio: quatenus eam agnitione veritatis illustrat, vocatur illuminatio: quatenus verò sic amore Dei accendit, ut præ illo terrena contemnat omnia, perfectio nuncupatur. Quamquam si causa prior est effectu suo, gratiæ communicatio prior esse videtur, quàm sit culpæ remissio. Sic enim Deus per gratiam expellit culpam, sicut sol per suos radios tenebras propulsat. Quamuis itaque natura sit inspiratio gratiæ posterior, ex parte peccatoris iustificati quod ea locum non habet, nisi propulsa sint peccata: quoniam tamen causa est peccatorum propulsio, prior esse dicitur: Sicut in fusio radorum, prior est effusione tenebrarum: quamuis non prius incipiunt radij splendescere, quàm tenebræ fuerint propulsatæ.

Quamobrem anxia disquisitione omiſſa, præcedatne, an sequatur gratia culpæ remissionem, an quod verisimilius est, simul vtrunque fiat: persuasum illud habeamus, esse in nobis iustitiam. Quemadmodum etiam alio loco scriptum est ab Augustino: Si dixerimus, inquit, quia peccatis non habemus, nosmetipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Item si dixerimus, quia iustitiæ nihil habemus, aduersum Dei dona mentimur. Si enim iustitiæ nihil habemus, nec fidem habemus: Si autem fidem habemus, iam aliquid habemus iustitiæ. Ipsum aliquid vis nosse quatum est? Iustus est fide viuus. Et paulò post: Beati prædicti sumus: & de iustitia nihil habemus? Venit dominus carnaliter ad Iudeos, & occisus est, non venit ad nos, & acceptus est. Populum quem non cognouit, feruuit mihi: in auditu auris obediuit mihi: nos sumus, & de iustitia nihil habemus? Omnino habemus, grati sumus ex eo, quod habemus, ut addatur quod non habemus, & non perdamus

1. Reg. 10.
Greg. li. 4. c. 4.
in li. Reg.

Macca. hom. 44.

Diony. Ecclæ.
Hier. cap. 5.

Spirituſſa. omnia simul iustificationis opera conficere possit.

Aug. ser. 16. de verb. Apostoli. 1. Ioan. 1.

Abat. 2.
Pſalm. 17.

Colos. 3.

mus quod habemus. Et iterum paucis interiectis, ne quis eum de sola fide loqui putaret. Ad fidem, inquit, quid pertinet? credere. Sed ait Apostolus Iacobus: Et demones credunt & contremiscunt. Si tantum credis & sine spe viuis, vel dilectionem non habes, & demones credunt & contremiscunt. Quid magnum est? Dicis Christum filium Dei: hoc dixit Petrus, & audiuit: Beatus es Simon Bar Iona: hoc dixerunt demonia, & audiuerunt, Obmutescite, ille beatus, dicitur ei, quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus, qui in caelis est. Illi autem audiunt, obmutescite, & hoc ipsum dicunt & repelluntur. Vna vox est, sed dominus radicè interrogat, non florè. Vnde dicitur ad Hebraeos, Ne qua radix amaritudinis sursum germinans moleſtet, & per illam contaminetur multi. Prius ergo discerne fidem tuam à fide demonia. Vnde eam discernis? Demones hoc dixerunt timendo, Petrus amando. Adde ergo fidei spem, & quæ spes est, nisi de aliqua conscientia bonitate? spei que; ipsi adde charitatem. Discernite fidem vestram, iam estis de prædestinatis, vocatis, iustificatis, Paulus Apostolus dicit: Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides. Dic adhuc Apostole: adde, discerne, quia & demones credunt & contremiscunt. Ergo adde, demones enim credunt, & contremiscunt quod oderunt. Distingue Apostole & circumcide fidem meam, & discerne causam meam de gente non sancta. Planè distinguit, discernit, circumcidit. Sed fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Vnusquisque ergo, fratres mei, inspiciat se intus, appendat se, prober se in omnibus factis suis, bonis operibus suis, quæ faciat cum charitate, non expectans retributionem temporalem, sed promissum Dei, faciem Dei. Fides ergo quæ per dilectionem operatur, si est in vobis, iam pertinetis ad prædestinatos, vocatos, iustificatos. Ergo crescat in vobis, quam his Augustini, potuit apertius, demonstrari, quod sit in nobis iustitia, quodque ea iustitia sit fides nostra, non sola, sed quæ per charitatem operatur?

Eorum confutatio, quæ contra verè realiter inbarentem nobis iustitiam à quibusdam producuntur.

CAPVT LXXIII.

Verum hic iterum reclamant isti, qui iusti & salui esse volunt, iustitiam autem habere nolunt: Si nos ad nostram remittis iustitiam, quod nos aliò quàm ad gehennam poena remittis? Si quidem non sunt condignæ pœnes huius temporis ad futuram gloriam. Nos verò cum Propheta libenter profitemur, quod facti sumus ut imundi omnes, & quasi pannus menstruatus vniuersæ iustitiæ nostræ, Omnes declinauimus, simul inutiles facti sumus, non est, qui facit bonum, non est vique ad vinum. Nam & magister noster nos docuit: Cum feceritis omnia, quæ præcepi vobis, dicite, Serui iniuriales sumus, quod debuimus facere, fecimus. Occinitur hic & illud ex Psalmo: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Pro dicitur & Augustini sententia, qui dixerit alicubi: Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam. Gregorij quoque, quæuis & Romani pontificis & monachi, hac in parte multum valet auctoritas, quod tamen Ecclesiæ præſidente, iam indè à mille propemodum annis extinctam Euangelij lucè de vera fide, de que veris cultibus esse voluit, quem etiam, quæ est eorum sacrilega audacia, manifestam ethnicorum idololatriam in ecclesiâ introduxisse metuntur, neque dubitant ei viro impieratis notam, impij nepharijque homines inurere, cuius pietas vitæque, sanctimonia singularis, totius est orbis Christiani testimonio comprobata. Sed hic nihilominus plurimum auctoritatis illi tribuunt, quod scriptum ab eo legatur. Quantalibet iustitia polleant, nequaquam sibi ad innocentiam vel electi sufficit, si in iudicio districtè requirantur. Et alio loco, Omnis humana iustitia, iniustitia esse deprehenditur, si diuinitus districtè iudicetur. Hic & aliterius monachi Bernardi vox laudatur, Aeternam vitam nullis potes operibus promereri. Quod ante eum toridem propè verbis ab Augustino scriptum legimus.

Neque verò noua sunt hæc, quæ ab istis obijciuntur, suo quoque tempore quæſitum fuisse scribit Algerus, ante quingentos & amplius annos, qui fieret, quod aternitas felicitatis poena, retribuat temporalibus meritis, reatus vel iustitiæ. Ac respondet his verbis, Gregorij & Augustini sententiam secutus: Deus non temporalem actionem, sed perpetuum boni vel mali remunerat vel damnat voluntatem, quæ si in æternū viueret, in æternū in. No proposito maneret. Ideo iuste aternitate retributionis aternitati voluntatis appendit. Vnde etiam cum, ut ait Apostolus, pœnes huius temporis non sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: quia si ab initio mundi vsque ad finem, non modò quis pro Deo laboraret, sed & pateretur, non tamen esset condignum, ut hoc temporali commercio aternitate mercaretur: ne tamen malo diutius liceret peccare ad maiorem sui pœnam: ne etiam bonos in mundi exilio tæderet viuere, si nimia fieret illis dilatio ad gloriam, breuiatur Deus humanæ vitæ dies propter electos: ne prauorum afflictione, vel nimio suo labore deficerent: & ne minutio temporalis laboris, aliquod aterni præmij videretur dispendium. Ipsius præcurſoris sui vitam, quo nemo

Iacob. 2.
Mat. 16.

Luc. 4.

Heb. 12.

1. Tim. 1.

Rom. 8.
Gala. 5.

Pſalm. 42.

Rom. 8.
Eſai. 64.

Pſalm. 13.

Luc. 17.
Pſalm. 142.

Aug. li. 9. conf. cap. 13.
Meritorum ad præmij comparatio.

Greg. li. 8. moral. cap. 23.
Li. 21. moral. cap. 15.
Bern. ser. de annuntiatione.

Algerus li. 2. de Jacra. Eucha. villa. cap. 7.
Greg. li. 4. dial. cap. 44.
Aug. epi. 44.

Rom. 8.

Mat. 14.

Matt. 11.

Emiscap. 2.

Rom. 8.
Voluntate Deus
spectat, non opus.

Matt. 19.

Aug. in psal. 61.

Et 3. & 103.
Ber. de precepto
& dispensat.
Bernard. de gra-
tia & libero
arbitrio.

In li. de Confite-
tia. cap. 11.

Petrus de ve-
nerat. sancte
crucis.
Anselm. li. 1. con-
tra psal. ca. 10.
Epist. 49. q. 4.

Hil. in psal. 118.

Ber. in psal. 118.

Aug. de tempo-
re serm. 59.
Hugo li. 2. de sa-
cramentis parte
14. cap. 6.

Aug. de libero
arbitrio. ca. 14.
Et li. 50. homil.
hom. 8.
Luc. 19.
Luc. 20.

maior, ipso teste, surrexit, triginta duorum & semis annorum esse voluit: suam etiam ip-
sius, qui super omnes est, eodem numero cōsummauit: ut quia Deus non curat, ex quan-
to tempore, sed ex quanto corde sibi seruiatur: perfectionem meriti non tempori adscri-
beret, sed virtuti. In quam sententiam præclare multa scripta sunt à Bernardo quoque
ad Abbatem Garinum Alpentem epistola. 253. Ante Algerum verò multis seculis Eu-
sebius Emisenus, Totis licet animæ & corporis laboribus desudemus, totis licet obe-
dientiæ viribus exerceamur, nihil tamen condignum merito pro cœlestibus bonis gaudijs
comparare & offerre valebimus: Non valent vitæ presentis obsequia æternæ vitæ gaudijs
comparari. Lasciant licet membra vigilijs: pallefiant licet ora ieiunijs: non erunt ta-
men condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in no-
bis. Pulsemus ergo charissimi in quantum possumus: quia non possumus quantum de-
bemus: futura beatitudo acquiri potest, æstimari non potest. Nisi enim cum auiditate,
nisi cum bona voluntate, cum letitia opera Dei egerimus, Deo nos perire nouerimus. Et
hoc etiam vetustior Antonius, sicut eius vitam describens narrat Athanasius: cum hunc
ipsum Pauli locum produxisset: Omnis, inquit, terra ad infinitatem comparata celo-
rum, breuis ac parua est. Si ergo nec vniuerso orbi renunciantes, dignum aliquod habi-
taculis possumus compensare cœlestibus, se vnusquisque consideret, & statim intelliget,
paruis iugeribus agri & portionibus, vel modica portione auri contempta, nec gloria-
ri se debere quasi magna dimiserit, nec tædere, quasi parua sic recepturus. Vt enim con-
temnit aliquis vnā æream dragmam ad centum aureas dragmas conquirendas: ita e-
tiam qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus præmijs in su-
blimi sede recipiet.

Ex his Eusebii & Algeri verbis facile quisque perspexerit, in remunerando
vel puniendo discurrere Deum quid quisque voluerit, non quid potuerit: non attendere
facultatem, sed voluntatem. Coronat Deus intus voluntatem, inquit Augustinus, vbi
non inuenit facultatem: Sola voluntas est, quod etiam à Bernardo scriptum est, quæ re-
tributionem meretur. Cuius alio quoque loco, digna vox est quæ celebretur: Sola volun-
tas, quoniam pro sui ingenua libertate, aut dissentire sibi, aut præter se in aliquo consen-
tire nulla vi, nulla cogitur necessitate, non immeritè iusta vel iniusta beatitudine seu mis-
eria dignam ac capacem creaturâ constituit, prout scilicet iustitiæ iniustitiæ consentit.
Idem alio loco propriam voluntatem dicit saluationis & condemnationis esse causam.

Cuius æqualis etiam Petrus Abbas Cluniacensis: Solus creaturæ rationalis affectus,
creatoris gratia adiutus vel desertus, semper aut remuneratur aut condemnatur. Et qui
vixit iisdem temporibus, Anselmus Havelburgenfis Episcopus: Intentio, inquit, bona si-
ue mala, operi nomen imponit, & siue meritum, siue supplicium iustæ retributionis ac-
quirat. Augustinus quoque, Voluntas, inquit, omnium factorum meritorumque; mensu-
ra est. Ex qualitatibus quippe voluntatem, non ex temporum spacijs siue rectè facta, si-
ue peccata metimur. Alio qui, maius peccatum haberetur arborem deicere, quam homi-
nem occidere. Illud enim sit longa mora, actibus multis, hoc vno ictu, breuissimo tēpo-
re. Pro quo tamen exigui temporis tã grãdi peccato, si perpetua deportatione homo pun-
nireretur, etiam mitius cū illo actū, quã dignus fuerat, diceretur: quãnis in spacio tēporali
lōgitudine pœnæ cū breuitate facinoris nullo modo sit comparanda. Et qui præcessit hos
omnes Hilarius: quid dico Hilarius? Vniuersa semper ecclesia docuit vniuersumque; aut
pœnã, aut præmijs affici electionem.

Falsò igitur sibi persuadent nouatores, quòd cum illis Bernardus faciat. Quamuis e-
nim dixerit alicubi: Aeternam vitam nullis potes operibus promereri: quo tamen sensu
dixerit, ex his quæ proximè citata sunt verbis, liquere cuius potest: Non enim opus est,
quòd meretur, sed voluntas in credentibus, quæ si mala est, mortem æternam: si bona est,
meretur vitam æternam: Non virtus, dicit Augustinus, sed causa virtutis apud Deum mer-
cedem habet. Hoc est quòd Hugo quoque dixit, æqualis Bernardi, sententiam Augustini
sequutus, in quo tam diligenter versatus est, ut sui seculi Augustinus vocaretur: Totum,
inquit, meritum in voluntate est: quantum vis, tantum mereris. Si ergò magnum habere
meritum vis, magnam habere voluntatem, magnam fiduciam. Tantum mereris, quantum
vis. Possunt esse voluntate pares, qui sunt facultatibus impares. Multum dedit Zachæus,
qui diues erat & multum habebat: Vidua illa quæ duo minuta misit, parum habuit, &
parum dedit: imò tantum dedit, quãtum Zachæus: Minores facultates ferebat, sed parum
voluntatem habebat. Si attendas quid dederint, diuersa inuenies: si attendas vnde dede-
rint, paria inuenies. Non autem pensat Deus, quantum detur, sed ex quanto detur: Si er-
gò vbi plus datur, & vbi minus, differēs meritum non est, si æqualis vtrinque; volūtas habeat-
tur: ergò vbi aliquid datur, & vbi nihil datur, ibi differēs meritum esse nō potest, si æqua-
lis vtrin-

lis vtrinque voluntas habeatur. Ideò dixi tibi, ut non desperes. Si facultas deest, ad fructu
na voluntas: Quantum vis, tantum mereris. Fac ergò voluntatem magnam, si vis habere
meritum magnū. Bene hoc sicut peccatrix illa, quæ quia multū habuit quòd dimittere
tur, nō attulit substantiã magnã, sed dilectionē magnã: multū contra multū. Si multa pe-
cunia magis, quàm charitas multa, iniquitas multa redimeretur, feliciores diuites essent,
quàm pauperes: & securè peccare possent quamdiu vellent, & quantum vellent: in ipsis
enim esset redemptio peccatorum suorum: quando vellent, darent pecuniam, & ha-
berent iustitiam. Nunc autem bene fecit Deus, quia in eo posuit redemptionem no-
stram, vbi nullus, nisi ipse velit, egere potest. Amare possunt æqualiter diuites & pauper, e-
tiam si pecuniam æqualiter dare non possunt: Dilige multum, si vis ut multum tibi re-
mittatur. Remittuntur, inquit, ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hactenus
Hugo, cuius eadem verba multa apud Bernardum quoque reperire licet. In lib. de Interi-
ori domo. cap. 5. Et ante, multis seculis Ioannes Chrysostomus, explicans illum ex E-
uangelio locum: Qui dederit calicem aquæ frigidæ, Non quia aliquid est, inquit, quòd
dat, idèd habet mercedem, sed ob id quia magnus est, propter quem dat, Quid enim si
aliquis voluit dare & non potuit, Nunquid iustum est, ut secundo modicum anguste-
tur larga voluntas? Melius est ergò ut opus extendatur secundum voluntatem, quàm lar-
ga voluntas angustetur secundum opus. Ex his Hugonis & Chrysostomi quoque; verbis
discimus, quòd non tam operi, quàm voluntati merces tribuitur, Quæ si mala est, à no-
bis est, & stipendium illius mors est, si bona est, à domino præparatur, qui operatur in
nobis & velle & perficere: per quem diffunditur in cordibus nostris charitas, atque huic
retributio datur æternæ vitæ. Vt rectè Ioannes Gerson admoneat, tenendum esse pro re-
gula, quòd qualis est in cognoscendo & amando Deum Christianus, talis est sibi in re-
tribuendo Deus, Dilectus meus mihi, dicit sponsus, & ego illi, & ad me conuersio eius,
Quam obrem nemò dicat, non habeo, non possum, charitas non de sacculo erogatur,
Quod Augustinus, quia quicquid dicimus & quicquid diximus, & quicquid dicere po-
terimus, vel nos, vel post nos, vel qui ante nos, finem non habet, nisi charitatem. Sic à Cle-
mente quoque Alexandrino scriptum est, Quòd eundem honorem consequentur hi, qui
voluerunt, cum ijs qui potuerunt, quorum est voluntas æqualis, & si alij superent facul-
tatibus, Paulinus quoque: Non sacrificia, non munera sumptuosa, non duri labores exigi-
untur à nobis. In nobis est vnde soluamus. Res enim potestatis nostræ est, noster effe-
ctus, Hunc domino impendamus, & soluimus. Denique Dauid liberatus de manu om-
nium inimicorum suorum, pro salutis suæ plena securitate non regni opibus, sed animi
soluens, ait: Diligam te domine virtus mea. Adde etiam amplius, eum qui creditor est de
bitorem fieri, si illi pretium bonitatis suæ, quam nobis indebitam præstat, gratuita dili-
gentes animo pensione soluamus.

Quò magis autem intelligi possit, quæ de meritis operum, Ecclesiæ doctrina sit, ope-
repretium nos facturos esse putauimus, si paucis ea de re differeremus. Primum igitur
hoc semper in Ecclesia catholica docebatur, docetur, & docebitur, quòd ab Hierony-
mo quoque legimus annotatum. Priusquàm fidem Christi quis recipiat, & in eo Spi-
ritu sancti fundamenta iaciantur, nullum audire posse: Est merces operi tuo: Siue il-
le Iudeus sit, siue hereticus, siue gentilis, quicquid boni operis fecerit, nisi in nomine Chri-
sti fecerit, mercedem eum sui boni operis non habiturum: Posteaquàm verò conuersus
ad Christum & templum eius effectus aliquis fuerit, tunc eum statim auditurum Apo-
stolum proclamantem: Vnusquisque accipiet propriam mercedem iuxta opus suum.
Proindè & illud semper obseruatum, obseruatur etiam nunc, & deinceps obserua-
bitur, quòd Augustinus monuit. Si volumus animos ad rectè viuendum frigidus &
pigros Christiani exhortationibus excitare & accendere, primitus exhortemur ad fi-
dem, qua Christiani fiant, & eius nomini subijciantur, sine quo salui esse non pos-
sunt. Si autem iam Christiani sunt, & rectè viuere negligunt, verberentur terrori-
bus & præmiis laudibus erigantur: Ita sanè ut non solum ad bonas actiones, ve-
rumetiam ad pijs orationes eos exhortari meminerimus, atque hac instruere sanitate
doctrinæ, v. & illi gratias agant, cum instituerint bene viuere, quòd aliquid sine diffi-
cultate fecerint: & vbi difficultatem aliquam sentiunt, fidelissimis & perseverantissi-
mis precibus & misericordiæ promptis operibus facilitatem à domino impetrare perfu-
stant. Et eum sequutus Faustus, difficultatem, quæ est in Paulinis epistolis, ita demum
tollì posse docet, si personarum vel operum intellecta fuerit distinctio. Ad Iudæos,
inquit, dicitur: Non iustificabitur in conspectu eius omnis caro. Ad Christianos
autem, iam in Christo renatos ita instrutionis sermo dirigitur: Operamini bonum ad
omnes, Itaque secus in Ecclesia fidelibus; secus est prædicatū infidelibus: His nihil est in-
gulcatum

Luc. 7.

Deus in his re-
demptionem no-
stram positum
esse voluit, quæ
adsumt omni-
bus.

Chry. hom. 26.
in Mat. ca. 10.

Rom. 6.
Philip. 2.

Rom. 5.

Ger. in Anago-
de verbo ex
hymno glorie
in ratione. 4.
Can. 2.
Aug. in psal. 103
Clem. li. 4. stro-
matum.

Epist. 4. ad Sc-
neram.

Psal. 17.

Ecclesiæ doctri-
na de meritis
operum.
Hieron. lib. 2.
In Zacha. ca. 8.
Opera sunt me-
ritoria que.
2. Paral. 15.
Hier. 31.
1. Cor. 3.

Docendi ratio
in Ecclesia.
Aug. de natura
& gratia. c. 68.

Difficultatem
in vita sentien-
tes pijs precibus
auxilium peten-
dum.

Faust. li. 1. de li-
bero arb. ca. 5.
Psal. 142.
Gal. 6.
Hebr. 11.

Abr. 16.

Jacob. 2. Matt. 19. Discrimen operum procedentium & consequentium gratiam. Gratia quid. Aug. tract. 86. in Ioan. Rom. 14. De pred. sancti. cap. 10. Febr. 11. In Psalms. 31.

Rom. 4.

Abac. 2. De vocat. Genitium. II. 1. ca. 3. In epi. ad Gal. cap. 33. Prof. in sentent. ex Aug. collectis. Aug. de spiritu & littera. c. 28. Opera extra fidem an sint bona.

Lib. 4. cap. 3.

Rom. 14. Orig. li. 1. in Job. Chry. de fide & lege naturae. Act. 10.

culcatum prater fidem, extra quam impossibile est placere Deo, quamlibet multa in speciem bona opera feceris. Quare si quis eorum quasuisser: Quid me oportet facere, ut saluus fiam? respondebatur ei: Crede in dominum Iesum, et saluus eris tu & domus tua. Illi contra sunt admoniti, quando quidem Christianam fidem iam semel essent professi, ut se Christianos esse, non tam verbis quam factis ostenderent, neque lingua magis quam moribus & bonis operibus Christum confiterentur, quod fides sine operibus mortua sit. Itaque dicebatur ei: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quod vero ad ipsa opera attinet, discrimen inter ea factum est, quod quaedam eorum procedant, quaedam sequantur gratiam. Gratiam autem vocare visum est, reconciliationem, siue amicitiam cum Deo, quae fidelibus contingit per baptismi vel penitentiae sacramentum. Hanc gratiam quaecumque praecessissent opera, nullius apud Deum esse meriti. Quamobrem ne bona quidem ea vocare dignatur Augustinus, qualibet recte laudabiliterque facta videri possint. Quid enim est, inquit, boni operis ante fidem? cum dicat Apostolus: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Et iterum: Non sunt bona opera, nisi ex fide: iustus enim ex fide vivit: & omne quod non est ex fide, peccatum est: & sine fide impossibile est placere Deo. Et alio loco: Nemo computet bona opera sua ante fidem, ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas, quid homo faciat, sed quid cum facit aspiciat, quod lacertos optime gubernationis dirigat. Ac paucis interiectis: Crede in eum, qui iustificat impium, ut possint & bona opera tua, esse bona opera, Nam nec bona illa appellauerim quamdiu de radice non bona procedunt. Et iterum, Per fidem etiam peccata solvuntur, quia iustus ex fide vivit. Sine ipsa vero etiam quae videntur bona opera, in peccata vertuntur. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Et Ambrosius. Sine cultu veri Dei, etiam quod virtus videtur esse peccatum est, nec placere Deo sine Deo potest. Qui vero Deo non placet, cui nisi sibi & diabolo placet? Similiter & Hieronymus: Sciatis, inquit, nullum absque Christo vivere, sine quo omnis virtus in vicio est. Et Gregorius: Si non primo in corde fides gignitur, reliqua quaeque esse bona non possunt, etiam si bona videantur. Et Augustini sectator Prosper: Non sunt bona opera, nisi quae per fidem & dilectionem fiunt. Et Paulinus Aquileiensis Episcopus, contra Felicem & Eliphandum scribens, Nihil esse boni docet omne quod videtur bonum, ni fuerit super fidei fundamentum firmiter radicum. Et tamen alio loco dicit Augustinus: Ad salutem aeternam nihil profunt bona opera aliqua impio. Hieronymus quoque: Absque fide, quavis bona opera sint, mortua coputatur. Quid igitur dicimus: Num inter sanctos doctores parum habet de re convenit? aut num secum ipse pugnat Augustinus, qui non diuersis, verum etiam eodem aliquando in loco, impij, hoc est, infidelis, & bona & non bona opera esse dicit? Nulla dissensio, nulla pugna est: verum quod alicubi dicit Augustinus: Vbi fides non erat, bonum opus non fuit: nequaquam sic intelligere voluisse credendus est, quasi quod heretici nostri temporis faciunt, opera omnia infidelium esse vere peccata iudicauerit. Quos hoc etiam demeriti prolapso videmus, ut in omni bono quoque opere iustum peccare contenderent. Non haec fuit Augustini sententia: verum ipse declarat, quomodo intelligere voluerit, ea non esse bona, cum ait: Ea ipsa opera, quae dicuntur, ante fidem, quamuis videantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi videntur esse, ut magnae vires & cursus celerimus prater viam. Sensit igitur Augustinus, quemadmodum ipse contra Iulianum scribens, pluribus verbis explicat, esse quidem ea bona, hoc est laudabilia apud homines, non esse autem bona, hoc est, esse inania, cum neque gratiam siue iustificationem, neque vitam aeternam nobis mereri possint. Solum enim hoc affirmat, se bonum opus dicere, per quod solum homo potest ad aeternum Dei donum regnumque perducere. Quod eodem Pauli loco allato: Omne quod non est ex fide, peccatum est, pluribus etiam verbis demonstrat Origenes, aut quisquis fuit auctor commentariorum in Iob. Sic & Ioannes Chrysofostomus, Cornelij opera, bona quidem vocat & admirabilia, sed mortua tamen, eo quod fidem non haberent. Mittit igitur Deus, inquit, angelum, operibus ad acquirenda praemia ministrantem, ita ut bene certando ob fidem coronari possit. Quid dicit ei? Cornelii, precibus tuas ascenderunt in memoriam coram Deo. Si igitur exaudita est petitio, & electio synax mea accepta sunt, quid mihi deest ad iustitiam? Mitte igitur in Ioppen, dicit, & accersere Simonem, qui agnominatur Petrus, qui ubi venerit, loqueretur tibi verba, in quibus saluaberis tu, & tota domus tua: itaque non poterant opera saluare. Nam si his, quae Petrus praedicat, saluatur & ipse & domus sua, nondum habuit Cornelius ex operibus salutem, donec operibus suis fides acquirendum praemium offerret. Quid aliud his verbis Chrysofostomus quoque: quam quod Augustinus, civiliter quidem bona fuisse, dicit, opera, bonitate moris, ut aiunt scholastici, quae reprehendi non possent, quin laudare potius apud homines mererentur,

mererentur, quoniam vero fides non aderat, fuisse inania, ut quae nihil ad salutem & vitam aeternam consequendam prodesse. Si quidem vita aeterna, gratia, & ex gratia Dei est, hoc est, meritis datur ex gratia Dei profectis: gratiam vero nulla procedunt merita. Quoniam vero legitur apud veteres non raro mereri peccatores iustificationem, mereri peccatores remissionem: inde nata sunt illa scholasticorum distinctiones, de merito congrui, de quo merito condigni, quod in impijs, hoc est, in ijs, qui nondum per lauacrum regenerationis credentes abluti, vel iam abluti crimine se aliquo capitali contaminaissent, meritum esse congrui dicerent, si fecissent quod in se est, hoc est, si nihil eorum praetermississent, quae ad conciliandam Dei gratiam pertinere putassent. Non quod eorum opera fidem praecedentia digna essent, quibus Deus placere, sed quod congrueret bonitati diuinae, non propterea eos aspernari & rejicere, qui tanto studio demereri sibi gratiam eius contendissent. Tale meritum, sunt qui putent etiam in Cornelio fuisse: quam tamen infidelem fuisse nonnulli negant, sed implicitam fidem habuisse nondum manifestata veritate. Quin ab Erasmo quoque contra Lutherum scribente, meritum istud congrui defenditur. Loquitur enim ibi non de piorum, sed de meritis impiorum. Neque tamen defuerunt viri docti, qui meritum hoc, quod congrui vocatur, propterea rejiciendum esse putarent, ne quid habere cum Pelagianis commune videretur. Quod bis iam est inchoatum Tridentini concilium (vtrum perfectum aliquando videamus) in eo dixeris verbis illud esse sanctum legitimus, iuxta patrum decreta, quod nihil eorum, quae iustificatione praecedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promerentur. Verisimile enim est, quod ab Augustino dictum est, Sciat se quisque per fidem iustificari, etiam si legis opera non praecesserint, sequuntur enim iustificationem, non praecedunt iustificandum. Quem secutus Bernardus ita Deum alloquitur: Non inuenis merita, sed praenisi. Quamobrem quae praecedunt iustificationem, opera bona, dispositiones vel preparationes ad gratiam, quam qualiacumque tandem merita patres illi, qui fuerunt in concilio Tridentino congregati, vocare maluerunt, ne quis mereri sibi posse primam gratiam existimaretur, cum pugnet inter se gratia & meritum. Sicut Apostolus etiam ait, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia, non est enim quo intret gratia, ubi meritum iam occupauit. Explodendum igitur nonnullis visum est omnem meritum congrui, solumque condigni meritum retinendum, quod iam fidelium est, & eorum, qui crimine nullo capitali commissio, Dei voluntatem se abalienauerunt, quique in gratia constituti, cui gratiae tributur, quicquid est meriti, quod condigni vocatur. Haec enim est iustitiae principium, haec honorum fons & origo meritorum, haec si excluderis, nullum erit meritum. Hoc est, quod in Canonibus concilij Arausiaci secundi scriptum reperitur, Debetur merces bonis operibus, si fiant, sed gratia, quae non debetur, praecedit ut fiant. Hoc est, quod Bernardus quoque dixisse legitimus: Nolo meritum, quod gratiam excludit, Horreo quicquid meum est, ut sim meus: Nisi quod illud magis forsitan meum est, quod me meum facit. Gratia reddit me mihi iustificatum gratis, & si liberatum a seruitute peccati. Non igitur excludit meritum gratiam, sed excludit indignitatem, cum gratia sit, quae dignitate operibus nostris adfert, quae in honorem ea adducit, Quorum si naturam spectes, nihil est eo verius quod ait Apostolus: Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam. Neque est quod sibi quisquam hoc arroget miser hominatio, Pauli sententiam haec ut probabiliter tueri velit. Non opus habet Spiritus sanctus, ut quod ipse per Paulum loquutus est, id sibi tuendum homo sumat. Non modo probabili defensione, verum etiam quavis certissima demonstratione certius est & verius, quod ipsa dixit veritas. Vnde igitur, dices, est ista condignitas in operibus, siue passionibus nostris? Vbi de baptismo sermo nobis fuit, docere nos meminimus, quod non ex operum ipsorum natura, sed primum ex promissio Dei liberali, qui fallere nescit, cuius tanta est bonitas, ut quae natura sua digna non sunt, ea digna iudicet aeternae beatitudinis premio, deinde ex ea dignitate, quae regeneratis nobis, prater omne meritum nostrum, conferre dignatus est. Quae autem est ista dignitas? Quod Christum induimus, quod filij Dei facti sumus. Magna reuera dignitas est, esse Christum, esse Dei filium. Nunquid autem illam vlla merita nostra praecesserunt? Praeferunt, sed merita gehennae. Quae enim impiorum alia esse merita poterunt? Quamobrem quod per lauacrum regenerationis Christum induimus, quod filij Dei facti sumus, merita gratiae, meritaque bonitatis & liberalitatis est diuinae. Haec gratiam nulla merita praecesserunt, nisi quis forte dispositiones & preparationes ad illam vocare merita voluerit. Tolle gratiam hanc, tolle dignitatem, quam ex ea consecuti sumus, nullum opus nostrum, quantumque laude & admiratione dignum fuerit, futurae gloriae premio dignum iudicabitur. Sed posteaquam semel gratuita Dei bonitate dignitatem istam consecuti, Christum indui, filij Dei facti sumus, dummodo, quod sancti sumus, esse non deserimus,

Rom. 6. 11. Meritum congrui & condigni

Act. 16.

Aug. de fide & operibus. ca. 12. Operum iustificationem praecedentium vis. Epist. 146.

Rom. 11.

Bern. in ser. 67. in Cantua.

Rom. 8.

Operum dignitas vnde.

Gala. 3. Ioan. 1.

Matt. 5.

iam incipiunt merita nostra, iam digni censetur, qui vocē illam omnibus exoptandam audiamus, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Non quod quæ facimus opera, quatenus à nostra voluntate profecta sunt, tanti sint, sed quod qui viuit in nobis, qui operatur in nobis, qui patitur in nobis, qui meretur in nobis, Dominus noster Iesus Christus, vnus est omnium dignissimus, cuius operibus tanta merces hæc tribuatur. Cum præsertim propter hoc ipsum passus sit, & mortuus, vt ea quæ natura sua tanti non sunt opera passionisque nostræ, passionis & mortis ipsius merito tanti esse possent.

Operatur Deus et nos opera bona.

Matt. 10. 2. Cor. 13.

Neque verò quoniam operatur & meretur Christus in nobis, idèd non operamur neq; meremur nos. Dixit Christus, Nō enim estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis: Dixit Paulus: An experimentum eius quaritis, qui loquitur in me Christus. De Stephano quoque scriptum legitur, quod qui cum eo disputabant, non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur: Nunquid quia spiritus, quia Christus in Stephano loquebatur, & in Apostolis, idèd non ipsi loquebantur? Atqui legitur in eodem libro: Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Quin & Stephani, & Pauli, & aliorum Apostolorum orationes multas ibidem insertas vide relicet: Quid igitur? Pugnans hæc inter se? tu non loqueris, sed spiritus? & Petrus loquutus est plenus Spiritu sancto? Nequaquam pugnant: Loquebatur enim Spiritu sanctus in Apostolis, verum sic, vt simul ipsi loquerentur obtemperantes Spiritui. Quos cum non loqui dixit Christus, non idèd dixit, quod nihil agerent ipsi, sed quod ipsi non fuerint principales sermonis auctores: quodque quicquid efficaciter & cum audientium fructu loquebantur, id omne fuit illius qui dixit: Aperi os tuum & ego adimplebo illud: Cuius nisi præfens virtus adfuisse, nisi per eorum ora spiritus ipse Christi loquutus fuisset, nunquam duodecim hominuli, omni humano præsidio destituti, tam breui temporis curriculo, tantam terrarum orbis partem sub imperium Christi subiunxissent. Sicut igitur non propterea non loquebantur Apostoli, quia Christus loquebatur in illis: ita nō propterea nō operamur aut meremur nos quia Christus operatur & meretur in nobis. Alioqui nec viuere diceremur nos, quia Christus viuere in nobis: cū tamè digito Dei scriptū sit: Iustus ex fide viuere; Operamur itaq; nos: sed quod fructum aliquem operum nostrorum consequimur, illo sit operante, illius passionis & mortis merito intercedente, qui si non operaretur, si non mereretur in nobis, opera nostra, qualiacunque tandem essent, gehennæ stipendio digna esse possent, ad futuram gloriam condigna esse non possent. Quamobrem non tam nostræ, quam ipsius passionis sunt, quibus in cœlo copiosa merces est reposita: vt quod illis detrahatur, ipsi Christo detrahi videatur. Ipse enim est, qui & patitur adhuc & coronatur in nobis, ipse caput nostrum est, nos mēbra sumus eius, ipse dolet in membris suis, ipse gaudet in mēbris suis. Vis videre, vbi doleat? vbi patitur in mēbris suis? Quando Saulo dixit Christus: Saule Saule, quid me persequeris: nunquid non patiebatur tum? nunquid non dolebat in membris suis? Neque enim Christus tum persequeretur Paulus, sed membra Christi: sed tamen in membris pati Christus interpretabatur. Ipsius ergo passionis, sunt passionis nostræ: quæ tanquam nostræ, condignæ non sunt, tanquam Christi passionis condignæ sunt ad futuram gloriam. Neque quia Christi sunt, propterea nostræ non sunt: sed Christi sunt, quoniam ipse & præparat ad passionis voluntatem, & confert illis dignitatem: nostræ sunt, quia non sunt nisi si volentibus nobis. Sic Augustinus cum de iustitia, continentia, pietate, castitate loqueretur: Hæc, inquit, Dei dona sunt: & vestra quidem sunt: sed non ex vobis: Habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus, & adhuc fragilibus, tanquam in vasculis fictilibus, vt eminentia virtutis Dei sit, & non ex vobis. Nemiremini, quia dicimus, & vestra esse, & ex vobis non esse: Nam & panem quotidianum dicimus nostrum, sed tamen adimus, da nobis, ne putetur esse ex nobis. Si cui verò reprehendendæ locutionis hoc genus esse videntur, Christus viuere, Christus operatur, Christus loquitur in nobis: is quem alium quam Spiritum sanctum per Paulum loquentem reprehendit? Nunquid autem sicut rectè dicimus, viuere Christum, operari, mereri, quin & coronari in nobis: ita rectè dicere queamus, credere Christum, amare Christum in nobis? Scripsit aliquando Augustinus: Dicit Apostolus: Idem Deus qui operatur omnia in omnibus, nusquam autem dicitur est, Deus credit omnia in omnibus. Quod ergo credimus, nostrum est: quod autem bonum operamus, illius est, qui credentibus in se dat spiritum sanctum. Quem locum retractauit dicens: Profecto, inquit, sic non dicerem, nisi scirem, etiam ipsam fidem in ter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Et alio loco: Vt ames Deum, habitet in te Deus, & amet se de te: id est, ad amorem suum moneat te, accendat te, illuminet te, excitet te. Similiter Bernardus. Er Deus in ipso amet vel approbet, quod amare vel ap-

Act. 4.

Spiritus S. quomodo in Ap. loquitur.

Psalm. 80.

Abac. 2.

Rom. 8.

Matt. 5. Christus patitur et coronatur in nobis. 1. Cor. 12. Act. 9.

Aug. ad Iul. Epi. 143.

2. Cor. 4.

Matt. 6.

Aug. in expositione quarundam propositionum in epi. ad Roma. ca. 23. primi li. retract. Ser. 43. de ver. domini.

probare debet, id est, seipsum. Et cap. 7. Deum alloquens, Tu teipsum amas in nobis, & nos in te, cum te per te amamus, & in tantum tibi vnimur, in quantum te amare meremur.

Cæterum cum dixit Paulus, Non sunt condignæ passionis, videtur dicere voluisse, quod non sunt æquales vel comparabiles. Quis autem est, qui hoc ire inficias audeat? inter passionis, siue merita nostra, quatenus nostra sunt, & à libero arbitrio nostro profecta, & futura gloriæ præmium, æqualitatem esse nullam? cum hæc leues & momentaneæ sint: & propterea vocat eas Paulus, huius temporis: illud contra sit æternum. Cæterum si iustitiam duplicem esse legitur, sic & æqualitatem esse duplicem intelligimus. Et iustitia commutatiua, est & iustitia distributiua. Illa est inter contrahentes, vt emptorem & venditorem: hæc pendit ex liberalitate distribuentis. Illa respicit æqualitatem arithmeticam, quæ est quantitatis: hæc geometricam, quæ est proportionis. Si quis iustitiam spectet commutatiuam, certum est, neque iustum esse, neque dignum, vt pro passionibus huius temporis detur æterna gloria: cum inter leues & momentaneos labores, & præmium illud æternum nulla sit æqualitas: sitque hoc, quam illud in finitis partibus maius & præstantius. Si quis verò spectet distributiua, est aliqua tamen æqualitas, quæ vocatur proportionis, inter opera, quæ charitate sunt informatæ, & futuram gloriam, quæ merces est charitatis: quæ licet quantitate maius quiddam sit, quam gratia & charitas, quibus meremur: non est tamen maius virtute. Quod vel exemplo plantum facere possumus. Semen arboris multo minus est, quam sit arbor ipsa, si quantitatem spectes: si virtutem, minus non est: quandoquidem in virtute seminis arbor tota continetur. Ad eundem modum gratia sancti spiritus, quam nunc habemus, quamuis actu vel quantitate non sit æqualis gloriæ, est tamen æqualis virtute: quia sicut in semine tota est arbor virtute, sicut nobis per gratiam Spiritu sanctus, qui causa est efficiens vitæ æternæ, cum sit fons aquæ salientis in vitam æternam: & idèd vocatur à Paulo pignus hereditatis nostræ: Summa doctrina de operibus hæc in Ecclesia semper fuit, & est, & erit. Quod si substantia spectetur operum nostrorum, ac ipsa tantum in se considerentur, fieri posse mortē vt mereantur æternam: vt mereamur vitam æternam, fieri non posse. Quamobrem vt hanc mereri queant, illud requiri necessariò putauerunt, vt & à Christo proficerentur, & ad Christum referretur. Si viuere Christus in nobis (viuere aut non potest, nisi & operetur in nobis) si nihil ad ostentationem, si ad illius gloriæ referimus oia, si illius amore facimus, quicquid facimus: quæ ad huc modum facimus, nō possunt nō esse digna vita æterna: nō propter ipsorum operū, sed propter eius, qui viuere & operatur in nobis dignitatem, & propter finem, ad quem referuntur, Christum: cum idem est & effector & finis eorum. Verum est enim, quod ab Augustino scriptum est: Non actibus, sed finibus officia pensati. Et præclare scriptum est à Maximo, quod non ad opera, sed ad scopum operum, diuinum iudicium intentos habet oculos, & in omnibus, quæ sunt à nobis, actionibus, incopis apud Deum queritur, num propter illum, aut aliud quiddam, quod agimus, faciamus, iudicet & à Marco Eremita Deus actiones secundum propositum æstimat: Tribuat enim, inquit, dominus secundum cor tuum. Quodque scriptum est à Gregorio Niseno, vt quicquid nō est ex fide, peccatum Paulus dicit, ita nos eodem modo cogitantes planè possumus affirmare: quæcunque non respiciunt Christum, seu verba, seu opera sunt, seu cogitationes, illa omnia ad id omninò spectare, quod Christo aduersarium est.

Quamobrem admiranda est istorum hominum cæcitas, qui tanto perè bona opera impugnant, qui negant Euangelium pati posse, vt prædicetur de illis: ouiculum Christi horere, vbi prædicari ea audit: fidem nullum opus bonum posse iuxta se ferre: eos qui bonis operibus cooperati sunt, vt x posse cœlum penetrare, quod ea iustificationem erit consequentia impura sint, cum opus optimè factum peccatum sit: pestilentes esse magistros & radicem germinantem fel: qui in nouo Testamento operibus conscientias vexant: non esse in Ecclesia simul magistrum fidei, & operum, Deum non respicere opera, nō curare, non valere, non placere coram Deo opera, nihil ea prodesse, nec amari quehquam à Deo propter ea: Hæc tam absurda qui docent, admirabilis est eorum cæcitas, quandoquidem de Christianorum operibus loquuntur, quod non intelligunt, se non operibus nostris detrahere, sed illi à quibus hauriuntur, illi ad quem tanquam ad finem referuntur, domino nostro Iesu Christo: quem si tollas ex operibus nostris, re verà tanquam pannum menstruatæ sunt, vniuersæ iustitiæ nostræ. Quandoquidem, sicut ex Alberto paulò antè commemorauimus in sanctorum virtutibus, non fulget nisi meritorum, Christi iustitia, sicut sol in geminis, quæ nitidis rutilant in præsentia solis, in absentia autem cõtenebrantur. Christus est, qui virtutes in nobis operatur: Christus est qui per eas in nobis coronatur. Sicut explicans illum Zachariæ locum scribit Hieronymus, & eum sequuntur Rupertus

Am. li. de amore, cap. 4.

Non sunt condignæ, id est æquales vel comparabiles.

2. Cor. 4. Iustitia & æqualitas duplex

Commutatiua æqualitas.

Distributiua.

Ioan. 4. Eph. 1.

Operamus et ratio.

Aug. l. 4. contra Iulian. Max. cen. l. 1. ca. 37. & cetera 3. cap. 48.

Mar. Eremit. De lege spirituale cap. 18. 4.

In li. de perfecti bonis Christiani forma. Rom. 14.

Colof. 3. 2.

Lutherana doctrina de oper.

Ista. 64. Alb. in li. 2. serm. dist. 20. Zach. 6. Hier. li. 2. in Zach.

rus: Ab istis fumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu Ioseph sacerdotis magni. Quia videlicet, inquit, per singulas virtutes electorum suorum dominus coronatur, imò in illis omnibus coronatis saluator in singulis coronam accipit, quia videlicet ipsius gratia, ipsius est opus, omnis omnium sanctorum corona. Quod pluribus etiam verbis confirmat Angelomus in his commentarijs, quos in libros Regum edidit. Et æqualis Ruperti Bernardus: Deus est, inquit, qui operatur in vobis, & velle & perficere: ipse auctor, ipse remunerator operis, ipse remunerator tora.

Sed cum sola sit Ecclesia catholica, cui sanæ intelligentiæ lux promissa est, non est adeò mirandum, si qui se segregauerunt semetipsos ab ea, percussus sunt à Domino amentia & cæcitate, ac furore mentis, ut palpent in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & in summa errorum caligine versentur. Hæc autem eorum improbitas ferenda non est, quòd Ecclesiam Dei docuisse fingunt, propter opera nostra, non autem propter Christum remitti nobis peccata: propter opera nostra, non autem propter Christum donari nobis vitam æternam. Nonne videtur isti quoque dicere: Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus, qui cum ista tam aperte falsa comminiscuntur, non aliquid quam ex mendacijs & calumnijs esse conflati videntur? Vel vnum aliquem proferant ex Ecclesiæ doctoribus, quamlibet etiam recentibus, qui docuerit opera extra Christum facta, aut aliò quàm ad Christum relata, vel remissionem peccatorum, vel vitam æternam nobis mereri: extra Christum, inquam, cuius non fuerit inuincibilis ignorantia. Nos contra vel ex his libellis, qui puerorum manibus aliquando tenebantur, quos hortulos animæ vocant, docere possumus: etiam nouissimis his temporibus, quibus isti extinctam Euangelij lucem fuisse mentiuntur, non aliter in Ecclesiæ fideles institutos fuisse, quàm quòd ea sola opera prodesse nobis queunt, quorum & initium & finis ad Deum referatur: cætera verò æternæ vitæ retributionem non mereri.

Est in eo libello, qui hortulus animæ inscribitur, quem pueri legebamus, modus confitendi descriptus: Enumerantur in eo species & filia peccati cuiusque mortalis: Superbiæ quatuor species ex Gregorio recensentur: Quarum prima est, si quis à semetipso se bonum habere iactat: secunda, si datum sibi quidem desuper esse credat, pro suis tamen hoc se meritis accepisse putet: Enumerantur & filia, inter quas recensentur hypocrisis, & inanis gloria. Quid aliud ex his pueri didicimus? quàm iustitiam, quam habemus, non esse nobis ex nobis, non esse viribus nostris partam, non esse meritis nostris præcedentibus datam, quæ ante fidem nulla esse potuerant, sed ex mera gratia liberalitateque Dei patris, per Christi meritum nobis communicatam, ut & acceptum referamus Deo quicquid boni agimus, & in agendo nihil aliud, quàm Dei gloriam spectemus. Quòd si secus à nobis factum sit, ea ipsa quæ bona viderentur, non esse nobis bona futura, ac mortem potius, quàm vitam sempiternam allatura. Nunquid malum est habere bonum? Quis vult que eò est ab omni mente desertus, ut hoc existimet? Et tamen si hoc ipsum, quòd habet, bonum non ad auctorem Deum referas, qui mentem bonam donat ut recta conetur, & vires ut conata perficiat: si non Dei gloriam, sed humanam laudè vel comòdum aliquod ex eo, vitæ degendæ quæseris: ià hoc ipsum quòd habebas bonum, factum est tibi malum, factum est tibi crimen capitale. His ergo præceptis pueri sumus imbuti: non propter se, sed propter Christum, opera nostra Deo placere: non propter operum nostrorum, quatenus à nobis proficiuntur, dignitatem, sed propter Christum operibus nostris vitam æternam donari: à quo cum auctore proficiuntur, cumque non ad alium finem, quàm ad ipsum pro tendunt, quòd leue & momentaneum est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur. Sic docuit, sic docet, sic docebit semper vna, sancta, Catholica, Apostolica Ecclesia.

Sic ab Augustino quoque scriptum legimus, quòd vita æterna merces est bonorum operum. Nunquid autem hæc merces propter opera datur? minime gentium: Datur quidem operibus: verum propter Christum, qui viuens & habitans in nobis operatur ea: propter Christum, ad quem operantes respicimus: propter Christum, qui dixit: Merces vestra copiosa est in caelis: procedent qui bona egerunt in resurrectione vite: propter Christum, de quo seculis iam aliquot cantatum fuit ab hominibus in Germania, materna gætis lingua: Quòd nisi prognatus nobis puer ille fuisset, eramus omnes perditii. Nam nisi factus homo, lauisset nos à peccatis nostris in sanguine suo, nisi dedisset semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, quid aliud essent vniuersæ iustitiæ nostræ, nisi pannus menstruatus? Profigitur hoc etiam Ecclesia, cum hymnum illum Ambrosij quotidie recitans, perennem gloriam, non operum vocat præmiu, sed præmiu mortis factæ: quæ nisi intercessisset, non perennis gloria, sed perenne supplicium operibus nostris deberetur.

Quæ

Quæ est igitur istorum hominum audacia? quæ tam perfictæ frontis impudètia? qui populo persuadere conantur, Ecclesiam tot seculis nunquam docuisse de fide intruente non nostram dignitatem, sed mediatorum: & accipiente remissionem peccatorum & hæreditatem æternæ vitæ propter Christum, Quòd cum dixerunt, Paulum iustum esse propter suas virtutes & afflatum diuinum nihil addiderunt de mediatore, de promissione siue Euangelio, & de fide eorum fiducia mediatoris, Aut isti nunquam Ecclesiæ doctores legerunt, aut ita malitia cor eorum excæcauit, vt videntes non videant, & audientes non audiant, neque intelligant. Quis enim vnquam Theologorum, non iam dico veterum, sed eorum qui quadringentis his annis floruerunt, qui sententiarum siue Scholastici vocatur, aliter docuit, quàm quòd illa sola opera Deo placent, solis illis merces datur æterna, quæ in fide mediatoris facta sunt? Nonne pater Scholasticæ Theologiæ fuisse videtur Petrus Lombardus? Atqui is, vbi de fide tractat, quàm diligenter illud inculcat, & Augustini & Gregorij plerisque sententijs in medium productis, quòd sine fide mediatoris, vel ante vel post aduentum eius nullus mortalium saluus factus fuerit. In quem cum commentati sunt omnes serè, qui postea sequuti sunt Theologi, idem vno ore scripsisse, sensisseque cunctos, nemo qui quenquam eorum legerit, dubitabit: Apud quos etiam illas distinctiones de explicita, de implicita fide, deque vincibili & inuincibili ignorantia reperire licet. Quòdque nullus mortalium remissionem peccatorum salutem & vitam obtinuerit vnquam, aut obtinere possit, nisi per Christi passionem & mortem, aut præuisam, aut exhibitam.

Sed quò magis omnes intelligant, quanta sit istorum hominum, in his asserendis, temeritas & impudentia, aliquot locos adferemus ex eorum libris tantum, quos Theologiæ scholasticæ principes fuisse constant, vt quæ fuerit eorum de meritis operum sententia, cuius peripicuum esse queat. Ac primo quidem loco, eum qui cum primis celebris habetur, Thomam Aquinatem collocauimus, qui ante annos propè trecentos in hac sententiam scripsisse legitur. Opera humana possunt considerari dupliciter. Vno modo secundum substantiam operum, & sic non habent aliquid condignum vt eis merces æternæ gloriæ reddatur. Alio modo possunt considerari secundum suu principiu, prout scilicet ex impulsu Dei agitur, secundum propositu Dei prædestinati: & secundum hoc eis debetur merces prædicta secundum debitum, quia vt infra ca. 8. dicitur. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Si autè filij, & hæredes. Et alibi. Opera enim non sunt causa, quòd aliquis sit iustus apud Deum, sed potius sunt executiones & manifestatiões iustitiæ. Nā nullus per opera iustificatur apud deum, sed per habitum fidei, non quidem acquisitum, sed infusum. Et idè quicunque ex operibus iustificari quærunt, sub maledicto sunt, quia per ea peccata non remouentur, nec aliquis quo ad deum iustificatur, sed per habitum fidei charitate informatum: Hæb. 11. Hi omnes testimonio fidei, &c. Et in Summa: Si consideretur opus hominis meritorium secundum substantiam operis, & quatenus ex libero proficitur arbitrio, vita æterna dignum non est: Sin autè spectetur, quatenus procedit ex gratia Spiritus sancti, dignum est: non propter suam, sed propter Spiritus sancti, dignitatem, mouentis nos in vitam æternam, sicut scriptum est: Erat in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: Addit & hoc: Attendi pretium operis secundum dignitatem gratiæ, per quam homo diuinæ naturæ confors factus, adoptatur in filium Dei: qui debetur hæreditas, ex ipso adoptionis iure: iuxta illud Pauli: Si filij & hæredes. Scribit præterea: Deu ex promisso debitorem nobis fieri, quòd ipse bene agentibus præmiu promissit, vt mereri dicamur, quoniam promissit. Nunquid hic de promissione tacuit, aut de fide intruente non nostram dignitatem, sed mediatoris? Qui cum reconciliauerit nos Deo patri per mortem suam, factus est primogenitus in multis fratribus: & per eum adoptione filio Dei consecuti, atque ita hæreditate regni cælestis digni facti sumus. Sed & præceptor eius Albertus Magnus, an oblitus est mediatoris? cum dixit: Iustitia meritorum Christi fulget in virtutibus sanctorum. Ante quem etiam Innocentius tertius Romanus ponit: Quatuor, inquit, cruce purpureæ, sunt quatuor virtutes politica: iustitia, fortitudo, prudentia, temperantia: quæ nisi cruce Christi sanguine purpurentur, frustra sibi virtutis nomine vsurpant, & ad veram beatitudinis gloriam non perducunt. Aequalis autem Alberti Bonauentura, cum demonstrare conatur, quòd nobis lapsis in carnato Christo maius gratiæ munus tribuitur, quàm tributum fuisset, si in statu innocentia primus homo permanisset: Quia mediator, inquit, & intercessor pro nobis interpellat, quem in omnibus decet exaudiri pro sua reuerentia: vnde cum appareat vultui Dei semper ad interpellandum pro nobis, & pro nobis oblatus in cruce fuerit, & offeratur quotidie, valde probabile videtur, quòd maius munus gratiæ tribuatur nobis, quàm si non fuisset incarnatus, vel pro nobis oblatus. Ac præter ea quæ scribit copiosius in vigesimam septimam

isa. 64.

Sapient. 2. Esai. 6.

Lib. 3. sent. dist. 25. Epist. 157. Greg. hom. 17. in Ezéch.

Scholast. Theol. sententia de meritis bonorum operum.

Thomas in epi. ad Rom. ca. 4.

Prima secunda qua. 14. Art. 3.

Ioan. 4. 2. Pet. 1.

Rom. 8.

Tho. quaest. 3. in 27. distinct.

Petr. Lomb. sent. lib. 2.

Albe. art. 3. q. 2. in 29. dist. Petri Lomb. lib. 2. sentent.

Inno. mysteriarum missæ. li. 1. cap. 65.

Bon. art. 3. q. 3. in 29. distinct. Petri Lomb. sent. lib. 2.

Hebr. 5. Hebr. 9.

Ange. li. 2. c. 12. Ber. de pass. domini. In psal. qui habuit ierm. 9.

Deut. 28.

Lutheranorum signemur de falsa ecclesie doctrina. Esai. 23.

Superbia quatuor species. Greg. li. 27. mo. 1. cap. 7.

Mat. 5. & 6.

2. Cor. 4.

Aug. in Enchirid. 1. cap. 107.

Ioan. 5.

Apostol. 1. xii. 2.

Bona. li. 5. c. 15. comp. theolog. Causa actio quod obrem ex condigno mereamur vitam aeternam.

Guil. in li. de meritis.

Dur. in ratio. diuini officiorum. l. 4. c. 38. Scot. dist. 17. lib. 1. fem.

Cap. 11. 2. dist. 22.

Sapient. 14. Sap. 4.

Hester. 6.

Gab. in canonibus misse lect. 86.

Li. 1. dist. 17.

Lut. 17.

Acceptare quid sit.

simam septimam distinctionem secundi libri Petri Lombardi, in eo libro quem inscribit Compendium Theologicae veritatis, octo causas enumerat, quomobrem ex condigno mereamur vitam aeternam. Prima, inquit, est efficacia doni Spiritus sancti cooperantis in meritum. Secunda, veritas Dei promittentis. Tertia, persuasibilitas liberi arbitrii consentientis & finaliter perseverantis. Quarta difficultas status merendi. Quinta, dignitas Christi nostri capitis interuenientis, quod glorificari debet in membris suis. Sexta, liberalitas Dei retribuents, quem non decet parua reddere. Septima, obsequium sibi fideliter obtempersantis, Octaua, nobilitas operis, quod ex charitate procedit: quod tantum ponderatur in conspectu iudicis, quantum amor, ex quo procedit, & ideo non potest sufficiens, nisi a summo bono, remunerari. Num & hic nullam Christi mediatoris, nullam promissionis fecit mentionem: Et aequalis horum Guillelmus Episcopus Parisiensis: Diligens Deum & seruientis ei, Deum sibi facit re vera debitorem: non quidem ex virtute vel bonitate huius amoris vel seruitiij, sed magis ex promissione diuina, qua se obligauit bene negotiari tuis in talentis sibi commissis. Ac nonnullis interiectis: Nostri meritis solis Deum nobis in aliquo facere non possumus debitorem, sed meritis nostris, & promissione sua simul. Qui vero centum annis posterior fuisse videtur Guillelmus Durandi: Quia in iustificatioe plura & nobiliora sunt a Deo seu a Christo: tum quia etiam illud, quod a nobis est, potius haberet rationem mali quam boni, nisi quodam modo esset a Deo per gratiam praeuenientem elicatum, regulatum, & acceptum. Et eius aequalis Ioannes Scotus, posteaquam docuit, nullum actum hominis, secundum strictam iustitiam esse dignum aeternae beatitudinis praemio, extrinseca bonitate, quam habet ex suis principijs: atque ideo recte dici, quod Deus semper praemia ultra meritum condigni, vniuersaliter quidem ultra dignitatem actus qui est meritum: demonstrat simul quomodo actus aliquis condignum meritum censetur: dicens, quod ille actus est condignum meritum, hoc est ultra meritum & bonitatem actus intrinsecam, ex mera gratuita diuina acceptatione: ita vt omnis ratio meriti non aliunde magis proficiatur, quam ex ordinatione diuinae voluntatis illius actus ad praemium. Quem secutus Gabriel Biel parentum nostrorum memoria: meritum condigni quiddam in eo, qui operatur, quiddam in ipso opere, quiddam in eo requirere dicit, a quo praemium expectatur. In eo qui operatur, vt sit amicus requiritur: nam inimicus non est dignus praemio, sed poena. Quomobrem quamdiu peccato fuerit aliquis obnoxius, non est quod praemium expectet, sed poenam: est enim inimicus Dei, cum scriptum sit, Similiter odio Deo sunt, impius & impietas eius. Frustratus impiorum inutiles. In opere requiritur, vt referatur ad honorem Dei: Nam si quis etiam in gratia existens, aliud referat opus, quam ad honorem Dei, praemium non meretur. In eo qui dat praemium requiritur acceptatio, siue ordinatio actus sic eliciti, vel imperati ad tale praemium: ita vt praemium iustitiae, in praemiante actum ex gratia procedentem tali praemio aeterno dignum, non innitatur bonitati actus, quam habet ex bonitate intrinseca, & principijs suis naturalibus, sed diuinae ordinationi: quae est quaedam conuentio siue promissio & pactum: debent autem pacta & promissa seruari.

Quam Scotus ordinationem diuinae voluntatis alicuius actus ad praemium, eam exponens Gabriel, promissione vocat, siue conuentione & pactu: vt quod opus ex se dignum non erat aeternae vitae praemio, dignum fiat propter promissione Dei, sic illud ex liberalitate sua tanquam dignum acceptatis: quemadmodum in libro Hester legimus: Hoc honore dignus est, quemcumque Rex voluerit honorare. Numquid & hic nullam fecit de promissione mentionem? Idem Gabriel Biel Missae Canonem explicans: Nullum, inquit, foret nostrum meritum, si non per Christi meritum fieret praemio dignum. Numquid hic Christi mediatoris oblitus est? Stephanus Brulepher Scoti sententiam sequutus ponit duas propositiones. Prior est haec. Nullus actus elicitus ex charitate, & secundum inclinationem charitatis, quantumcumque bonus sit, est dignus vita aeterna ex natura rei. Probatur. Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Item Christus in Euangelio. Cum feceritis omnia, quae praecpta sunt vobis, dicite, serui inutilis sumus. Sed si homo faceret actus ex natura rei dignos aeterno praemio, non esset seruus inutilis. Posterior vero. Omnis actus elicitus ab habente charitatem, & secundum inclinationem charitatis, solum est dignus vita aeterna propter passiuam acceptationem Dei. Quid sit autem acceptare, Scotus explicat ipse dicens: Acceptare est velle aliquem secundum dispositionem, quam nunc habet esse dignum tali praemio quem prius non voluit esse dignum. Verbi gratia, sit aliquis grauis peccator, non modo non dignus caelesti praemio, verum etiam dignissimus, qui sempiterno supplicio afficiatur, conuertatur is ad Deum, studeat eum placare, ieiunijs, orationibus, elemosynis. Quamuis haec omnia natura sua non sint eiusmodi, vt sint caelesti praemio digna, tamen secundum haec dispositiones acceptat

ptat Deus hominem ex gratuita sua bonitate, & vult esse dignum tali praemio.

Dionysius vero Carthusiensis, qui non ita multis annis Gabrielem praecessit, his verbis vtitur: Actio virtuosa, ex motione actuali Spiritus sancti, & ex supernaturalibus praestantissimis gratiae donis, & charitatis procedens, talis est dignitatis, quod nullum temporale bonum potest esse condigna aut sufficiens merces eius: Ideo secundum valentiores doctores Scholasticos, Alexandrum, Albertum, Thomam, Bonauenturam & alios: imo & secundum Augustinum, Gregorium, Bedam & alios sanctos, in omnibus promissionibus Moisaicae legis, in quibus temporalia bona pro praemio actu virtuosorum promittuntur, sed promissionibus temporalibus intelliguntur spiritualia gratiae bona, ac gloriae dona. Quamuis autem omnia bona quae habemus, sint dona Dei: attamen bene & laudabiliter vti eisdem est meritorium. Et quoniam quae a Deo sunt, ordinata sunt, & ipse super gloriosissimus Deus omnia in sapientia fecit, atque in cunctis operibus suis misericordiam iustitiamque suam contemperat: ipsemet sic ordinauit, & ita instituit, vt rationalis creatura per viam non solum misericordiae, sed etiam iustitiae ad summam & aeternalem illam felicitatem pertingat. Ad incitandum quoque & confirmandum nos in fide, spe & charitate, & ad laborandum idonee, indefesse, & seruide, dignatus est hominibus suis dona beatifica ac diuina, non solum asserendo, sed & promittendo, & iurando praenunciare; sicque se quodammodo ad id agendum constrinxit, & debitorem constituit. Vnde ad Abraham loquebatur: Per memetipsum iuravi, quia fecisti hanc rem, benedica tibi, Propter quod Zacharias in Cantico suo deprompsit, Iurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Hinc & Iacobus dixit Apostolus: Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Dominus diligentibus se. Iterumque Apostolus Paulus, Quam promisit, qui non meritur, Deus. In Ioannis Apocalypsi etiam: Ambulabunt mecum, inquit, in albis, quoniam digni sunt, Sicque de condigno hoc meruerunt, nihilominus totum originaliter, ex mera sincera bonitate & magnificentia super beatissimi Dei fluxit Haecenus Dionysius. Nunquid autem & hic de promissione tacuit?

Sed quorsum attinet aliorum testimonia producere, quos videre licet, aut Thomam, aut Bonauenturam, siue Scotum esse se fecutos? vt ab horum sententia minime discrepare videantur. Liber nihilominus hic adscribere verba Petri Aliaci, & Ioannis Gersonis, qui vixerunt ante centum quadraginta annos. Quorum ille sic scribit, enarrans illa verba: In iustitia tua libera me. Si attendis, inquit, ad iustitiam meam damnas me: ideo in iustitia mea non liberas. Nam iustitia hominis est, quae suis viribus putat se iustificari, non credens gratis saluari. Absit a me Domine, absit a me haec iustitia, heu verius iniustitia, saeuissima contra te ferens arma. Sit, sit in me potius illa humilis confessio: Gratia Dei sum id quod sum. Quare gratia? quia gratis data. Quare gratis data? quia merita mea non praecesserunt, sed beneficia tua praeuenierunt. Nec inuenit in me gratia tua merita bonorum quae coronet, sed demerita malorum quae dampnet. In hac ergo iustitia tua, in hac gratia mihi gratis data libera me: quia haec sola liberat, dum iustificat impium a sua impietate, & iniustum a sua iniquitate conuertit. Ioannes vero Gerson sic: Spes, inquit, ad certam beatitudinis expectationem sic se habet. Ponit sibi per fidem, quod est aliqua talis beatitudo: iungit, quod ad illam pura liberalitate & gratia Deus ab aeterno quosdam praedestinat, & eligit: addit, quod ad consequutionem eiusmodi finalis beatitudinis ordinauit media conuenientia varijs modis, sine numero: inter quae medium praecipuum est gratia, quae ideo dicitur vita aeterna, quia pignus est vel arra. Hanc autem gratiam nulli daturus est, nisi per medium mediatoris Dei & hominum. Quam gratiam pro omnibus meruit ad sufficientiam, sed non efficaciam: nisi incorporatis sibi per fidem habitualement, vt in paruulis, vel actualement & habitualement, quae per dilectionem perseveranter operatur. Quae fides minus explicita fuit in Prophetis tempore legis scriptae, quam in Apostolis tempore gratiae. Et alio loco: Si obstat fortassis antiquus ille aduersarius, & calumniator, iniustum esse vt alienis precibus, & non proprijs operibus quiquam saluetur, ad verbum illud, fateor, expansecerem, nisi magna merita mea recognoscerem. Habeo autem duo merita magna & valida: & merito pro ijs ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. Et primum quidem est Domini mei passio: secundum vero, mei est & ipsius operatio: etiam si vel minimum quid operatus fuero, etiam si vel vnum in fine vitae gemitum edidero: Quacunque, inquit, hora peccator ingemuerit, saluus erit. Primum opus operatus est Dominus meus pro me, & sine me: & quia merito eius ipse non eguit, mihi dedit. Secundum opus operatur mecum, & in me: & eius meritum mihi totum dat, ac pro eo & praemium dabit, Atque ita verum est, quod electi Deo dicunt, Omnia enim opera nostra operatus es in nobis, Primum meritum ianuam mihi regni caelestis

Dion. Car. in li. 2. sent. dist. 27. quae 2.

Isai. 1.

Rom. 15. Psal. 103.

Gen. 22.

Luc. 1.

Iacob. 1.

Tit. 1.

Apost. 3.

Pet. de Alia in Psal. 30.

Rom. 11. 1. Cor. 15.

Ges. de consol. Theologiae. li. 1. Prof. 4.

Rom. 6. 1. Tim. 2.

Gala. 5.

Idem in serm. de verbis dom. Venit ad me omnes parte. 2. Psal. 41.

Merita duplicia

Ezech. 8.

iudicetur, iniusta inuenietur omnis iustitia nostra, & minus habens? Quid ergo de peccatis erit, quando ne ipsa quidem pro se poterit respondere iustitia? Propterea obmixe cum Propheta clamantes: Nō intres in iudicium tuum cum seruo tuo Domine, rota humilitate ad misericordiam recurramus, quæ sola potest saluare animas nostras. Idem Bernardus, quatuor ponit iustitiarum genera. Primum, vult esse rectam, sed non puram, qualis est in hoc seculo iustitia nostra: De qua non minus vere quam humiliter, patres nostri dixerunt. Omnes iustitiæ nostræ, tanquam pannus menstruatus. Nam quomodo potest esse pura, vbi adhuc non potest deesse culpa? Primi quidem hominis iustitia, fuit & recta & pura. Cæterum, & hæc, quoniam firma non fuit, & puritate facile perdidit, & ne ipsam quidem retinuit rectitudinem suam. Apud angelos verò, iustitia & recta, pura, & firma, sublimis quidem, sed adhuc longè inferior quàm diuina. Non enim innata est eis, sed à Deo collata, vt natura ipsa, quod ex se est, non modo iustitie, sed etiam iniustitiæ causa inueniatur. Nunquid nō ista est prauitas quædam, quâ in angelis suis vera illa iustitia legitur inuenisse? Non enim iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, ait is qui Dei iustitiam minimè ignorabat. Nec ait omnis homo: sed omnis viuens, forte vt nec ipsos angelicos eum noveris spiritus excepisse. Viuunt enim & ipsi tanto verius, quanto propius astant ei, apud quem est fons vitæ. Nihilominus etiam iusti sunt, sed ex eo, non coram eo: munere eius, non in eius comparatione. Ipsa enim sibi iustitia est cuius voluntas, non tam æqua, quàm ipsa æquitas: Et vtraque non aliud quàm ipsa substantia est. Illa ergo iustitia, verisimè sicut mons est, quæ recta est, quæ pura est, quæ firma est: Et vt ita dicam, etiam substantia est. Illa itaque iustitia quæ est Substantia, soli Deo competit. Hieronymus verò, duplicem huius loci interpretationem adfert. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, id est, in tota vita sua, in omni quo in mundo isto cōuersatus est tempore. Alteram, non dixit. Non iustificabitur in conspectu tuo quispiam viuens, sed omnis viuens, id est, non iustificabuntur omnes, iustificabuntur verò aliqui.

Quò magis autem intelligi queat, ita rem accipiamus. Est iustus Deus, est iustus Dei filius dominus noster Iesus Christus, quatenus homo, sunt iusti Angeli, sunt iusti & alij Spiritus beatorum in coelis degentium, sunt iusti & homines in terris agentes. Deus ita iustus est vt sit ipsa iustitia, Christus quatenus homo, plenitudo est iustitiæ. In Angelis ceterisque spiritibus beatis est quidem perfecta iustitia, sed quæ longius abest à perfectione, si cum Dei iustitia, comparatur. Nos autem in hac vita degentes de plenitudine Christi, si qui iusti sumus, accepimus omnes pro modulo nostro, tanquam particulas nostras per exiguas, quæ si examinentur, quales ipse sunt in se, certum est quòd immunda sunt, quòd nomen iustitiæ non merentur, quòd æternæ beatitudinis præmio dignæ nō sunt. Sed quoniam de plenitudine Christi sunt, quoniam opera manuum ipsius sunt, quoniam illius præioso sanguine conserpta sunt, ex eo fit, quòd acceptantur à Deo, tanquam æternæ beatitudinis præmio digna, totum vt sit bonitatis & misericordiæ diuinæ, illa est quæ præuenit nos, illa est quæ subsequitur nos, illa est quæ nobis adheret, siue cum conuertimur, siue cum præliamur, siue cum coronamur, quemadmodum à Dauide scriptum legitur: Misericordia eius præueniet me. Et iterum: Misericordia eius subsequetur me. Præuenit nos eius misericordiæ, quando, qui prior dilexit nos, sibi nobis largitur, quæ per charitatem operatur. Subsequitur nos, quando, quæ munera nullis nostris meritis præcedentibus ex mera sua liberalitate largitur, ea quoniam non sumus aspernati, tanquam nostra merita coronat. Coronat autem in misericordia & miserationibus. Huc respexisse videtur Gregorius, dicens: Non bonitate nostra, sed Dei fit, vt homo terrenus bonis celestibus perfruatur, Donum quippè Dei est, non ex nobis. Et alio loco, illam factorum misericordiam esse dicit. Quoniam & ex hoc misericordia iure potest, inquit, nominari, quia pro illis operibus datur, quæ sine præuentione diuinæ misericordiæ nemo assequitur, quia quibus misericorditer tribuit, vt in hac vita bene operentur, eis misericordius largitur, vt in æterna beatitudine centuplicato fructu remunerentur. Hæc est gratia quàm pro gratia dandam sanctus Apostolus perhibet, vt quibus in hac vita diuinitus datur gratia sanctificationis, eis in futuro detur gratia æternæ felicitatis. Et tamen hæc ipsa bonitas, hæc ipsa misericordia Dei iustitia est, iustum est enim quòd misericordia motus per Prophetam dixit pater ille misericordiarum, & Deus totius consolationis: In quacumq; hora ingemueris, saluus eris, vt illud præstet, promissiq; sui memor, vel extremum peccatoris gemitum coronet in misericordia & in miserationibus suis multis. Quod etiã in latrone præstitit, propter facinora sua in cruce actò, Qui simul vt dixit, Memèro mei Domine, cum veneris in regnum tuum, statim audire meruit: Hodie mecum eis in Paradiso.

Atque hoc est fortassis, quod à Propheta scriptum legitur. Exaquabit gratiam gratia

gratiæ eis, hoc est, quod Ioannem quoque dicere voluisse scribit Augustinus, qui postea quam dixit, De plenitudine eius accepimus omnes, mox adiecit, & gratiam pro gratia. Pro gratia fidei, spei & charitatis, in quibus per gratiam eius proficietes ambulamus, accepimus iam spe, accepturi deinceps etiam re, gratiam illam de qua loquitur Paulus, Gratia autem Dei vita æterna, Quem sequuntur Rupertus, Prius, inquit, in hac vita gratia datur diuersa credentibus in se tribuens charismata, & post in illo seculo, de quo nunc sermo est, pro gratia bene expensa, retributionis æternæ præmiâ recompenfat. Et aqualis Rupertus Bernardus, eadem illa Ioannis verba explicans, Gratiam pro gratia, Triplicem inquit, gratiam diuinitus accepimus. Vnam qua conuertimur, aliam qua in tentationibus adiunamur, tertiam qua probati remuneramur. Et prima quidem beneplacitum est, secundam meritum, tertiam præmium. De prima dictum est: De plenitudine eius omnes accepimus, de duabus reliquis dictum est, & gratiam pro gratia, id est, munera gloriæ æternæ pro merito temporalis militiæ. Et qui fuit eodem illo seculo Petrus Abbas Cluniacensis, Perspicille, inquit, erat gratiam à gratia, laborem à retributione, meritum à beatitudine didicisse. Quod autem dixi gratiam à gratia, laborem à retributione, meritum à beatitudine, hæc verba nō nunc primum à me profertur, sed in Euangelio Ioannis legitur. Nos ait omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Quid est gratiam pro gratia? Accipiunt enim sancti eius, geminam ab ipso gratiam, ita vt ex præcedente gratia, sequatur & alia. Primo enim hic accipiunt gratiam operationis, ac pro ipsa alibi gratiam retributionis. Primo hic accipiunt gratiam sanctificationis, ac pro ipsa alibi gratiam glorificationis.

Vocatur autem vita æterna gratia, non ob aliud, sicut scribit Augustinus, nisi quòd gratis datur, nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur, vt cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet, quàm dona sua, quàm ea, quæ non despiciat opera manuum suarum. Da veniam Apostole, propria tua non noui nisi mala. Da veniam Apostole, dicimus, quia tu docuisti. Proferis tua à te tibi parata, non nouimus nisi mala. Cum ergo Deus coronat merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Cuius etiam alio loco verba sunt hæc. Quia & ipsa vita æterna, quàm certum est bonis operibus debitam reddi, à tanto Apostolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur: sine vlla dubitatione confitendum est, ideo gratiam vitam æternam vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini. Rectè quippè ipsa intelligitur, quæ gratia in Euangelio legitur, gratiam pro gratia, id est, pro his meritis, quæ contulit gratia. Sic à Chryostomo quoque scriptum legitur: Coronat in nobis Deus non merita nostra, sed dona sua: Tanta est enim, inquit, alibi erga nos bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his, quæ largitus est, æterna præmia fit daturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult & velimus & agamus. Quæ de resicante Augustinus quoque scripsit Basilius: Quis adeò rudis est, vt non audierit de bonis quæ Deus præparauit dignis, vt ignoret, quòd corona iustorum est Spiritus sancti donum siue gratia: quæ largior tum ac perfectior exhibebitur, cum iuxta proportionem rectè factorum spiritualis gloria fuerit vniciquæ distributa.

Neque hac vna in re illustris est illius gratia & misericordia, quòd sua dona coronate in nobis dignatur: magis etiam in hoc insignis est, quòd vnigenito suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Tradidit autem ad illudendum, flagellandum, & morte turpissima condemnandum: vt passionis & mortis illius merito mereri nobis vitam æternam liceret. Atq; hæc illa videtur esse misericordia, de qua dicit Augustinus: Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias ea. Nam nisi Christi misericordia intercessisset, qui semetipsum tradidit pro nobis, oblationem & hostiam Deo: nisi sanguis eius interpellaret, nisi vultui Dei pro nobis appareret, cicatrices illi suas ostentans: væ foret quamlibet laudabili vitæ nostra, si remota hac misericordia discutenda veniret. Ad hanc igitur misericordiam confugiamus, secundo hanc misericordiam iudicari petamus: vt in illa die tremenda, quando cæli mouendi sunt, & terra, non iudicentur opera nostra qualia sunt in se: (actum enim erit de illis, si secundum naturam; siue substantiam ipso rum iudicium factum fuerit) sed iudicentur tanquam à Deo data, tanquam opera manuum illius, tanquam (quæ nunquam satis est prædicanda bonitas illius & misericordia) Iesu Christi sanguine resperfa, & per eum in hominorem adducta: vt iam non possint æternæ vitæ præmio digna non censeri. Si quis nos tanquam Adæ spectet filios, si quis opera nostra tanquam ex nobis perfecta consideret, reuera digni non sumus, quibus tam excellens præmium detur, & sunt omnes iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatus. Sed quid si pater ille misericordiarum dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, quid si propterea filius eius vnigenitus pari,

Exaquabit gratiam gratia. Zach. 4. Aug. in ill. in Ioan. 1. Rom. 6. Rupert. li. 12. in Apocal.

Ber. ser. 5. de assumptione. Gratia triplex. Lib. 5. epist. 1.

Vita æterna cum vocatur gratia. Aug. ad sim. Epist. 15. Psal. 137. Aug. de corrept. & gratia, c. 13.

Tom. 1. hom. 10. cap. 9. Esai. 40. hom. de Adam & Eva.

Bas. de Spirit. sancto, c. 16.

Rom. 8.

Aug. li. 9. c. 15. Epist. 5. Heb. 9.

Aug. in li. 50. homiliaribus hom. 14.

Isai. 64. Coloss. 1.

Hom. de verb. Esai. serm. 5.

In cap. 1. epist. ad Ephesios.

Ioan. 1.

Psal. 78. 58. Psal. 22. 1. Ioan. 4. Gal. 5.

Psal. 102. Greg. li. 5. in 1. Reg. cap. 2. Gregor. in 7. Esai. pœnitentiale.

Matt. 13. 19. Gratiam pro gratia. Ioan. 1. 2. Cor. 1. Ezech. 18. 2. Cor. 1. Psal. 102. Psal. 142.

Luce. 23.

Rom. 5. Ephes. 2. 1. Ioan. 3. Rom. 8. Athan. lib. 7. contra Arian. Ioan. 1.

Ber. serm. in Epiphani.

Esai. 9.

Ber. in Cantica serm. 68.

Proverb. 30.

Merita alia parvuli, alia adulti.

Non merita, sed presumptio de meritis damnatur.

Fausi. li. 1. de libero arb. cap. 1. Chry. hom. 5. in Matt.

Operum fiducia Chry. hom. 21. in Gen.

Sopite operibus fidendum.

Chry. hom. 7. in Gene.

Hom. 43. in Gen.

Hom. 11. in Ioa. Hom. 20.

Hom. 1. in poste riorē ad Cor. ep.

Hom. 2. 3. 4. de Lazar.

Ephrem de extremo iudicio. cap. 1.

crucifigi, mori dignatus est, ut nos qui eramus inimici, & natura filij iræ, efficeremur ciues sanctorum & domestici Dei, efficeremur membra eius, efficeremur non amici modò, veritè filij Dei, si filij & hæredes: hæredes quidè Dei, statos autè & cohæredes Christi, ut quæ opera nostra per se fuerunt immunda, ea sanguine ipsius abluta, munda & grata redderentur in conspectu Dei, æternæque beatitudinis præmio digna. Præclare Athanasius, Quemadmodum verbum caro factum est, sic & homo, quæ Dei sunt per verbum accepit, verbum dicitur accepisse, ut quamvis indignus sit homo, quantum ad naturam eius pertinet, qui talia acciperet, tamen propter verbum factum accepisse monstratur. Discrepentur igitur in extremo iudicio opera nostra, sed non remota misericordia Christi, qui non solum auctor eorum, & effector est, verum etiam quæ natura sua fuerunt immunda, sanguine suo mundare dignatus est. Simul illud efficit, ut quod illis deest, sue passionis & mortis pretio compèsetur, ut rectè cum Bernardo dicere possimus, Pauperes sumus, parùm dare possumus, at tamen reconciliari possumus pro paruo illo, si volumus: Totum quod dare possum, miserum corpus istud est, id si dederò, satis est, si quo minus, addo & corpus ipsius, Nam illud de meo est, & meum est. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est mihi, De te Domine suppleo, quod minus habeo in me. Cuius alio loco de meritis, hæc est sententia, Sufficit ad meritum, scire, quòd non sufficiant merita, sed vt ad meritum satis est, de meritis non præsumere, sic carere meritis, satis ad iudicium est: Porro infantium renatorum neminem carere meritis, sed Christi habere merita, quibus se tamen indignos reddunt, si sua iungere non equiuerint, sed negligenter: quod quidem periculum iam adultæ ætatis est. Merita proinde habere cures, habita data noneris, fructum speraueris Dei misericordiam: & omne periculum euasisti, pau pertatis, ingrati tudinis, præsumptionis. Periculosa paupertas penuria meritorum. Præsumptio autem spiritus, fallaces diuitiæ: & ided, Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ait Sapiens. Felix ecclesia, cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absque meritis deest. Habet vnde præsumat, sed non merita: habet merita, sed ad promerendum, non ad præsumendum: Ipsum non præsumere nonne promereri est?

Ex quibus Bernardi verbis colligimus, alia esse merita paruuli, siue cuiuscunque tandem alterius reces baptizati: alia adulti, post baptismum aliquandiu superstitis: Ille non habet sua, sed sola Christi merita, & secundum illa iudicabitur dignus vita æterna: adultus verò Christi meritis iungit sua quoque, quæ si bona sunt, pronuntiabitur & ille dignus in extremo iudicio, qui possideat regnum patris ab æterno sibi præparatum, iuxta merita sua Christi meritis innitentia. Simul & illud perspicuum est ex his Bernardi verbis, quòd non merita, sicut nouatores contendunt, sed præsumptionem de meritis excludere videtur: sicut & ille qui dixit: Quantum detrimentum est non laborare, tantum periculi de labore præsumere. Quàm frequens autem illud est apud Chrysostrum, vt ne alijs in rebus vllis, quàm in bonis operibus confidamus? Sic in Mathæum scribens monet, vt vnusquisque nostrum nulla in re spem suam, nisi post Dei misericordiam, in sanctitate morum constituat. Cuius in his quoque Commentarijs, quæ in Genesim edidit, hæc verba sunt: Habenda est salutis expectatio in omni virtutis operatione: & neque in appellatione sublimi sapere, neque in cognatione sanctorum viroorum, neque in aliquo, sed in fiducia bonorum operum: imò neque in illis multum de se sentire, sed tunc magis humilem & modestum esse oportet, cum magnas virtutum diuitias congerere possumus: sicut enim & ipsi collectas diuitias custodiamus, & gratiam Dei nobis conciliabimus. Enimvero propter hoc & Christus discipulis suis dicebat: Cum omnia feceritis, dicite: Serui inutilis sumus. Igitur in omnibus inflationibus & fastus nostros humilitemus, & dicamus modesti esse, & non extolli in bonis operibus, & scire maximam virtutum esse, in bonis operibus modeste atque humiliter se habere.

Non reprehendit hic fiduciam operum Chrysostrum, qui super eundem librum commentatus, opera multæ nobis fiducie esse fulcimenta scribit. Et iterum: In proprijs bonis operibus cum superna gratia spem salutis nostræ habendam docet. Et in alio quodam libro: vnum duntaxat apud Christi tribunal patrocinium esse dicit operum: quo qui caruerit, aliud nesciam, inquit, salutis locus est. Et rursum. In nullo alio nisi in suis virtutibus post diuinam gratiam de salute cupiam sperandum est. Et in Paulum scribens: Oramus, inquit, vt post baptismum, etiam vitam honestam habeamus: Tu contra studes, vt hinc migres absque bona vita: Quid autem refert, si iustus fias, sed sola si des? At nos optamus, vt & ex benefactis habeamus fiduciam. Et alio quodam loco: Ingens bonum in tuis ipsius benefactis, collocare spem. Et mox in sequenti homilia: Oportet in proprijs benefactis spem salutis collocare. Ante quem etiam beatus Ephrem: Nihil nobis prodesse poterit in illo extremo iudicij die, nisi conuersatio sancta & opera bona, quæ

quæ hinc detulerimus nobiscum. Non reprehendit igitur sobriam operum fiduciam Chrysostrum: Sed sicut ab eodem scriptum est, aut quisquis ille fuit auctor operis imperfecti: In omni re, ex ipsa re nascitur, quod exterminet rem: vtpote in ligno, ex ipso ligno nascitur vermis, qui exterminat lignum: ex vestimento nascitur tinea, quæ comedit vestimentum: ex oleribus nascitur vermis, qui olera vniuersa corrumpit. Sic & in spiritualibus, ex ipso proposito eorum spirituali, accipit occasionem inimicus, vnde eis retia texit: ita vt cum cætera vitia tantum in malefactis valeant, sola superbia etiam in rectè factis cauèda sit. Præclare est Paulini sententia, quod per viam qua itur ad vitam, facilius ingreditur humiliaria iniquitas, quàm superba iustitia. Nec dissimilis est illa Optati: Meliora sunt peccata cum humilitate, quàm innocentia cum superbia. Scripsit sermonem de ædificio & congruitate sine concordia virtutum animæ Dorotheus, in quo cum lapidibus in eo ponendis, de quæ ligationibus nonnulla dixisset. Tectum eius ædificij siue domus charitatem esse dicit, coronam verò tecti, mentis humilitatem, Hæc enim est, inquit, quæ omnes virtutes, & coronat, & conseruat. Et quemadmodum omnis virtus ex humilitate gignitur, & cum humilitate, producit, ita virtutum omnium absoluta perfectio humilitate completur. Superbiam igitur à nobis amoliri studet his verbis Chrysostrum. Quod apertius etiam ab alio loco demonstrat, dicens: Satis certus thesaurus rectè factorum obliuio. Quia sicut aurum, vestemque pretiosam cum in publico ponimus, plurimos ad insidias protocamus: si verò ea recondamus, atque occultamus domi, in tuto cuncta seruabimus, sic sunt etiam diuitiæ virtutum, si eas in memoria, quasi venales, aliud se portemus, armamus hostem, irritamus inimicum, & dolosum inuitamus ad furtum, Sin verò nemo alter id scieret, nisi quæ nulla occultate possunt, tutissimo in loco pretiosa consistunt. Et paucis interiectis, Cauemus de nobis metipsis dicere gloriosè, Hoc enim nos & hominibus & Deo facit abominabile. Et idcirco quàmto maiora fecerimus bona, tantò de nobis minora dicamus, Hoc enim modo maximam, & coram Deo & coram hominibus gloriâ consequemur, nec solum gloriâ, quæ à Deo est, verum etiam mercedem retributionemque plenissimam. Noli ergo mercedem repescere, vt merearis accipere, Tu saluari te Dei gratia confitere, vt se tibi debitorem fateatur, nec modò pro operibus tuis, verum etiam pro hac gratia humilique sententia. Quando enim aliqua fecerimus, habemus eum proculdubio debitorem, quando verò nihil arbitramur nos operatos, amplius etiam de tali meremur affectu, quam propter opera ipsa, quæ facimus. Minimum itaque de se sensisse, tam magnum est, quàm maximas res fecisse, Quod si non adsit, nec ille poterint esse laudabiles, Nam nos quoque famulos habentes, tum eos maxime comprobamus, quando cum bona gratia in omnibus obsequunt, nihil se grande arbitrantur egisse. Itaque si bona tua magna vis facere, noli ea magna putare, aliter enim magna esse non possunt. Sic enim Centurio dixit: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum, & propterea dignus effectus, supraque omnes Iudeos iure mirabilis. Sic etiam Paulus ait: Non sum dignus vocari Apostolus, & omnium primus inuentus est. Sic & Ioannes: Non sum, inquit, dignus soluere corrigiam calciamenti eius, & idcirco amicus factus est, & manum Christum, quæ indignam se calciamenti esse ducebat, à pedum obsequio ad caput suum subleuauit. Sic etiam Petrus ait, Exi à me Domine, quia homo peccator sum, & propterea factus est Ecclesiæ fundamentum. Nihil enim sic est amicum Deo, quàm si quis se minimis annumeret, Hoc est enim caput totius Philosophiæ atque fastigium. Et iterum explicans illum locum ex libro Paralipomenon, Elatum est cor Ozia, Nihil, inquit, perinde gignit superbiam, vt bona conscientia, nisi aduigilemus. Vnde Christus sciens, quòd post benefacta nos hic morbus adoritur, dicebat discipulis suis: Cum omnia feceritis, dicite, inuites serui sumus. Cum enim hæc noxia bestia parat inuadere vos, tunc, inquit, per hæc verba fores illi occludite, Neque dixit, cum omnia feceritis, inuites estis, sed, vos dicite, inuites sumus. Dic, ne metuas, non ex tuo iudicio fero sententiam, Nam si tu te ipsum dixeris inuitilem, ego te vt vtilem coronabo. Et alibi: Audi quomodo Christus præcipit nos obliuio tradere bona opera. Quando hæc omnia feceritis, dicite quoniam inuites serui sumus. Ego te non facio inuitilem, tu autem si confessus fueris nullitatem tuam, ego te il lustrem faciam, & coronabo. Et iterum alio loco, Non igitur in superbiam intumescamus, sed dicamus nos ipsos inuitiles, vt in partem vtilium transeamus. Si enim te laudandum esse dixeris, reprobus effectus es, etiam si fueras autè laudabilis. Si verò inuitilem te esse fatearis, factus es vtilis, etiam si fueras autè culpabilis. Si quidè ex peccatoribus quoque iustos humilitas facit: cum tamen non sit illud humilitas, sed vera confessio. Tunc enim iustus sumus, sicut dicit Hieronymus, quando nos peccatores fateamur, dicente sancta scriptura. Iustus acculator sui est, Explicans eundem locum Fausus, qui non multò fuit

Hom. 43. in Mat. ope. 107. Ex re nasci, quod vermisjam perdat.

Ad Seuerum epist. 10. Optat. li. 2. Dorotheus.

Superbia in rebus factis cauenda.

Chry. hom. 3. in Nat. 38 ad populum Antiochenum.

Humilitas in operibus adhibenda. Math. 8. 1. Cor. 15. Ioan. 1.

Luce. 5.

2. Para. 26. Chry. hom. 3.

Chry. hom. 3. in Mat. 38 ad populum Antiochenum, in hom. de penitentia & confessione.

Hier. in principio serm. in lib. aduersus Pelag. Fausi. li. 2. de libero arb. ca. 4.

Chry-

Merita operum

Mat. 24. 25.
Ioan. 15. 20.
Ioan. 11.

Matth. 25.

Ephrem. in lib.
de recta vita
ratione cap. 28.
Basi. in ser. de
gratiarum ac-
tione.
Basil. in sermo.
ad diuites.
Idem de spiritu
sancto ad Am-
phi. cap. 24.
Au. in serm. de
verb. Apostol.
serm. 22.
In Psal. 93.
Amb. de Helia
epitaphio c. 20
Rom. 7.
Iob. 4.

Prudentius ubi
scribit des. Cy-
priano.
Chr. hom. 9. de
penitentia.
Matth. 10.

Chry. hom. 78.
in Mat.
Chry. hom. 36.

Hom. 10.
Hom. 26.
Hom. 38.
Nazianzenus
in oratione de
baptismo.
sermo. 8.

Macar. ho. 24.
Chry. hom. 3.
De compunctio-
ne cordis lib. 1.
cap. 8.

Chrysofomo posterior: Aduerte, inquit, quia non exclusit operis studium, sed operantis requirit obsequium: ne labore seruitutis recusat, sed humilitatem meritis insinuat. Vitium ergo, quod labore imperitissime refugiendum putas, non in opere, sed in corde consistit. Totis ergo viribus laboro, sed quicquid de superna largitate percepero, gratia, non industria deputabo. Beneficium vocabo, non pretium: donum testabor esse, non meritum: remunerationem, non retributionem.

Ex his Chrysofomi & Fausti locis videre licet, quemadmodum quae Christi verba nostri temporis haeretici producant ad extenuanda merita operum, ijs non modo non extenuari, verum amplius potius ea sint interpretati, modo vt quae sequi foler in re-ctis factis, periculosa videretur arrogantia. Aliud enim loquitur homo, aliud loquitur Deus. Homo dicit, seruus sum, & seruus inutilis. Quid Dominus? Euge, inquit, serue bone & fidelis. Et iam non dico vos seruos, sed amicos, quin & pro seruis fratres appel-lat, & qui se vocant seruos inuiles, Deus appellat filios suos, atque ipsi, qui se nunc vocant seruos inuiles, audiunt a Domino: Venite benedicti patris mei: & audiunt commemorari sua beneficia, quae ipsi se fecisse nesciebant. Quamobrem ante Chrysofomum rec-tate monuit beatus Ephrem, ne laborum tuorum fructus amittas, humilitate cole, hanc enim si reieceris inter eos qui frustra laborant, ipse quoque numeraberis. Neque vero solus Chrysofomus, verum etiam aequalis eius Basilii, vsque eo non reprehendit fiduciam operum, vt discretis etiam verbis scriptum reliquerit, Multa sunt sed diuitijs celesti-bus & thesauro, quem per bona opera tibi reposuisti, intende. Et alio loco, Exhibe ope-ra, & tum demum exige retributionem. Et alio loco. Qualis actio, talis etiam merces pro operibus debetur: Ostende prius opera, & tandem exige mercedem. Iterum alio lo-co, hominem saluum fieri dicit per iustitiam operum. Et in homilia, quam scripsit in initium Prouerborum: Omnes, inquit, qui viam Euangelicam incedimus, mercatores sumus per opera mandatorum nobis possessionem caelestium comparantes. Quo sensu dictum etiam est ab Augustino: Avaritia te ad Indos misit ad deportandum aurum: ego tibi ante ostium Christum posui, a quo emeris regnum caelorum: Et alio loco. Venale est regnum caelorum. Dicis illi: Quantum valet? Pretium ipse ius labor est. Et ab Ambro-sio: Habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus: pecuniam habes, redi-me peccatum tuum: non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es, peccatis tuis venun-datus es: redime te operibus tuis, redime te pecunia tua: Vilis pecunia; sed pretiosa est misericordia: Eleemosyna, inquit, a peccato liberat. Et alibi dicit: Redemptio viri diuiti-ae eius. Et in Euangelio Dominus dicit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Et a Prudentio scriptum est: Merce doloris emit spem luminis & diem perennem. Et a Ioanne Chrysofomo: Pretium non appono, ne obijcias inopiam: quati potes, tanti e-me, habes denarium, eme caelum, non quod venale sit caelum, sed quod dicens est Do-minus. Non habes denarium, da calicem aquae frigidae: Inquit enim: Quicumque dedit vni ex minimis istis calicem aquae frigidae propter me, non perdet mercedem suam. Mer-catura negotiatioque; caelum est, atque pigritamus: Da panem, & accipe Paradisum: par-ua da, & magna suscipe: da corruptibilia, & incorruptibilia accipe. Et alio loco: Pro pau-cis iugeribus, & exiguis habitaculis non modò aurum, sed proprium quoque sanguine frequenter impendimus: vt verò caelum nobis emamus ipsum, ne haec quidem, quae no-stris vsibus superant, erogamus, & hoc cum & exiguo illud pretio emere possimus, & in perpetuum possidere, si semel emerimus. Et iterum alio loco: Deus tibi pecuniam tra-didit, vt caelum merceris. Et in Homilijs ad populum Antiochenum: Vide quata sit De-i misericordia, temporalem redimere mortem tibi non concessit, sed concessit aeternam mortem. Ne breuem, inquit, emas vitam hanc, sed vitam illam aeternam, illam tibi ven-do, non hanc, non illud tibi. In fragmento quoque in euangelium Matthaei, habes num-mum, compara caelum. Et alio loco: Vt per bona opera promereamur Dominum. Et in Io-annem scribens, Nostras in pauperes erogamus facultates, vt caelum nobis emamus: In quam sententiam & a Gregorio Nazianzeno, sic scriptum legimus: Negotiationem opti-mae esse, vt paucò sanguine regnum emeretur caelum, & gloria sempiterna pro rebus acciperetur temporarijs. Et Petrus Chrysologus, Da pauperi terram, vt accipias caelum, Da nummum, vt accipias regnum, Da micam, vt accipias totum, Da pauperi, vt det tibi, quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: Quod pauperi non dederis, habebit alter. Vocatur etiam ab eodem regnum caelorum praemium iustorum. Simul etiam apud Cas-sianum extat & B. Macarii homilia quaedam, in qua docet, quod Christianorum status met-caturae, & fermetationi similis est. Nec dissimilia leguntur apud B. Ephrem, quamuis in eo exemplari, quod est Dillinge impressum anno proximo superiore, secus hic liber in-scribitur, Nimirum, capita monitorum. Praeclare autem Chrysofomus; Eme, inquit, ce-lum

lum, non quod venale sit caelum, sed quod dicens sit Dominus: Quis enim nescit, quod non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam? quodque nostris o-peribus, quatenus nostra tantum sunt, ea comparari non possit: verum tanta est Dei cle-mentia, vt quae per se digna non sunt, ea intercedente filij sui sanguine, quo res perita sunt, pro dignis habeat, quibus regni caelestis praemium largiatur.

Ceterum numisma nostrum charitas est, quae pretium imponit actibus nostris: Per quam, sicut a Ioanne Gerson scriptum legimus, non ex illorum dignitate, sed ex digni-sima fide dignatissima condescensione Dei, mereamur cum eodem de regno caelorum, cum saeculo multo. Et quamuis omnia, quae damus, sint de suo, & suscepimus ea de ma-nu sua, & ita dare proprie nequimus, quid pro quo nihilominus ipse totus desiderabi-lis acceptat bona nostra valore huiusmodi numismatis, tanquam nostra essent appro-priate, & non sua: reddit quoque absque vlla commutatione ciuili, sed emptione gratui-ta, vinum compunctionis, lac deuotionis, & imo & seipsum, & regnum caelorum. De hoc numismate charitatis ita scribit vetustissimus auctor, Origenis praceptor, Clemens pres-byter Alexandrinus: Ne si Paetulum quidem, qui totus aureo, vt est in fabulis, fluit stitit, quis dederit, pro salute iustum pretium numerauerit. Ne vos ergo laborasse pigeat: licet vobis, si velitis, pretio osissimam salutem emere proprio thesauro, charitate & fi-de vitae: quod quidem est iustum praetium. Iustum pretium salutis esse dicit Clemens charitatem.

Cum autem dicit Ioannes Gerson, numisma nostrum esse charitatem, cumque multis ante saeculis iustum salutis nostrae pretium eandem charitatem vocat Clemens Alexan-drinus, non ita accipi oportet, quasi sola charitate, non autem simul operibus ex illa pro-bentibus regnum caelorum nobis comparemus. Ceterum quemadmodum vis com-burendi penes ignem quidem est omnis, non tamen effectus ipse combustionis, qui pe-nes ignem est & materiam lignorum, sic habere se videtur charitas, tanquam ignis, quae ra-dix est merendi, opera verò ex illa procedentia, sunt tanquam ligna. De quibus & ip-sum etiam Augustinum, qui praecipuus gratia fuit praedicator, ita differentem audiamus, Ne-mo, inquit, habitabit in terra viuentium, nisi per opera sua, nemo gloriatur se habitatu-rum ibi, si dicit se seruum Dei, & opera non habet: Non enim habitabunt, nisi filij; Filij tui te deducant ad terram promissionis, terram viuentium, & non mortuorum: Prae-cedant filij tui, praecedant te opera tua. Quales filios praemiseris, talis & sequeris. Et Ange-lomus. Opera iustitiae quorum merito ad regnum caeleste peruenitur, recte per ostia, per-que in sancta sanctorum pontifex ingrediebatur, possent typicè demonstrari: Audacia autem aliquantò Hieronymus: Dicerem, inquit, vobis quia vado & preparabo vobis locum, si non mansiones multae essent apud patrem, hoc est, si non vnuquisque mansionem sibi non ex largitate Dei, sed ex proprijs operibus praepararet, & ideo non est meum parare, sed vestrum, quia & Iudae nihil profuit paratus locus, quem suo vi-cio perdidit. Et paulò post. Paratae, inquit, sunt in caelo diuersae & plurimae mansio-nes, plurimis diuersisque virtutibus, quas non personae accipiunt, sed opera. Libro. 2. contra Iovinianum. Et iterum alio quodam loco Augustinus: Nihil te adiutur, quod hic non feceris. Vnumquemque opera sua iuuabunt, aut opera sua pressura sunt. Et ser-mone 25. Da petenti, vt possis accipere, Tribue pauperi, si non vis flammis exuri, Da in terra Christo, vt tibi reddat in caelo. Et in Psalmum 49. Quid tam vile, quid tam ter-renum, quam frangere panem esurienti. Tanti valet regnum caelorum. Et paucis inter-iectis: Tantum emit vidua duobus minutis, quantum Petrus relinquens retia, quan-tum emit Zachaeus dando dimidium patrimonium. Regnum Dei tanti valet, quantum habueris. Et in Psalmum 110. Quid potentius, inquit, quam vt regnum caelorum non solum Zachaeus emat dimidio rerum suarum, sed & vidua duobus minutis: & tandum dem vterque possideat? Quid potentius, quam vt idem regnum & thesaurus diuiti, & calice aquae frigidae pauperi valeat? Qui etiam enarrans illud ex Euangelio: Qui dedit calicem aquae frigidae &c. Regnum caelorum, inquit, venale proposuit, & pretium e-ius calice aquae frigidae esse voluit. Et aequalis eius Paulinus: Salubriter, inquit, praesentium onerum decoctione fecisti fragilis substantiae pretio, caelum Christumque mercatus. Et Bernardus: Regnum, inquit, caelorum paupertate quidem emitur, sed in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur. Idem in sententijs: Regnum caelorum alij violenter rapiunt, vt pauperes spiritu: alij mercantur, vt illi qui faciunt amicos de mammona iniquitatis. Scripsit ante mille & amplius annos, libros quatuor contra avaritiam, quibus magna quadam orationis vehementia mortales ad impar-tiendam eleemosynam accendit, Saluianus Episcopus Malsiliensis, ubi inter caetera sic loquitur: Si opes non damus ob peccatorum redemptionem, demus saltem ad emen-

Numisma no-strum charitas est. Geyso. de vita spiritali anti-me, lectione 30.

Clem. in oratio-ne exhortatio-ria ad gentes.

Charitas ius-tum pretium.

Au. in Psal. 109.

In libro Regu-3. cap. 6.

Ser. 21. de vesp-ibus Domini.

Aug. in lib. 5. de homiliarum hom. 15. Epi. 6. ad Senerum.

Bern. serm. 1. de omnibus san-ctis.

dam beatitudinem: si non damus, ne damnemur, demus, saltem vt muneremur: si non habent sancti quæ redimant, habent tamen quæ emant. Atque hæc quidem secundo libro. In eo autem qui præcessit: Neque homo, inquit, Deo præstat beneficium, in his quæ dederit, sed Deus in his homini, quæ acceperit, quia etiam quod homo habet, Dei ac domini sui munus est: ac per hoc in his, quæ offeruntur ab homine, homo non suum reddit, Dominus suum recipit. Itaque cum offert Deo quisquam facultates suas, non offerat quasi præsumptione donantis, sed quasi humilitate soluentis: nec absoluerit se peccata sua credat, sed abluere: nec offerat cum redemptionis fiducia, sed cum supplicationis officio: nec quasi totum debitum reddens, sed quasi vel paruum de magno reddere cupiens, quia etiam si tradat quod habet pro modo rerum, non reddit quod debet pro magnitudine peccatorum.

Videmus igitur, quod non fiduciam omnem operum profusum excludendam, sed arrogantiam repellendam, quæ sequi solet in rectè factis, veteres existimauerunt, qui meritis operum plurimum tribuisse videntur. Quamobrem immerito reprehenditur à quibusdam Petrus Lombardus, qui dixerit alicubi, Spes certa est expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex gratia & meritis præcedentibus. Sine meritis enim sperare, non spes, sed præsumptio dici potest. Quæ tamen spei definitio, non Petri Lombardi, sed Haymonis est, qui Petrum quadringentis & amplius annis præcessit, vir minimè vulgari doctrina præditus. Ante quem etiam his verbis ab Augustino scriptum legimus. Ille sperat, qui bonam conscientiam gerit, quem verò pungit mala conscientia, retrahit se à spe, & non sibi sperat, nisi damnationem. Vt ergo speret regnum, habeat bonam conscientiam, & vt habeat bonam conscientiam, credat & operetur. Quia quod credit, fidei est, quod operatur, charitatis est. Item alio loco: Curramus dum lucem habemus, nec prætereuntia salutis tempora negligamus. Hinc extinguiamus mortem moriendo peccatis: hic vitam vitam meritis comparemus. Quæ verba etiam apud Eusebium Emislenum reperijuntur, Qui dicit etiam alicubi Iusti resurrecturi sunt vt percipiant, quæ meruerunt. Sed ante Augustinum Hilarius, enarrans illud ex Psalmo: Feci iudicium & iustitiã, non tradas me nocentibus me. Fecit, inquit, placentia Deo opera, & quia fecit ne nocentibus se tradatur, orat: opus merèdi antefertur, & dehinc meriti præmium postulat: fit enim primùm quod placeat, & tum dignatio eius, cui per opera placetur oratur. Idem in Mattheum scribens: Diuinæ bonitatis præmium atq; honos, præsentis, inquit, vitæ operibus est merendus: atq; ita per hanc spiritus humilitatem, qua à Deo nobis meminerimus & indulta omnia, & deinceps potiora speranda, regnum celorum erit nostrum. Et in eo qui proxime sequitur, Canone: Regnũ, inquit, Dei, vitæ nostræ stipendijs quæramus. Et iterum: De nostro est beata illa æternitas promerenda. Et iterum enarrans parabolam de thesauro abscondito: Per similitudinem, inquit, thesauri in agro spei nostræ opes intra se positas ostendit, quia Deus in homine sit repertus: in cuius pretium omnes seculi vendendæ sunt facultates, vt vestitu, cibo, potuq; indigentium æternas cœlestis thesauri diuitias comparemus. Et ante vtrumq; Cyrillus. Poterit sanè aliquis etiam per pecunias iustificari. Esurui, inquit, & dedistis mihi manducare, Omnino id per pecunias. Et vis nosse, quod bona, opes, possunt esse ostium regni celorum? Vende omnia quæ habes, inquit, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, Et Paulinus: Placeat, inquit, Deo talis iniuria, vt vim regno ipsius inferamus, bonis operibus cœli claustra frangentes. Ad eundem modum Ioannes Chrysostomus, aut quisquis fuit auctor operis imperfecti. Sicut oleum, inquit, accendit lumen lucernæ, ita & bona opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ apud Deum orandi. Et alio loco. Non potest in Deum sperare, nisi qui aliqua bona opera facit: Sed & Ambrosius. Opus est, inquit, vt crescat in nobis fiducia bonis actibus parata. Et Gregorius Nissenus. Primum per opera fiducia sumamus. Hieronymus, Sicut impietas magni Dei reformidat aduentum, ita secunda de opere suo & de fide illum pietas prestolatur.

Basilium episcopus Seleuciæ Isauriæ, in oratione de transfiguratione domini, post factam extremi iudicij mentionem: Huius, inquit, terrorem reputantes mores mutemus, ante id tempus bonis actionibus fiduciam comparemus, & ante tempus iudicij meditemur defensionem. Et beatus Ephrem: Beatus & felix est, quem in extremo iudicio opera bona comitantur, illisque operibus fretus eandem confidentiam habebit cum Martyribus. Itaque non Petrum Lombardum, sed Haymonem, sed Augustinum, sed Ambrosium, sed Hilarium, sed Cyrillum Hierosolymitanum, sed Chrysostomum, sed Basilium, sed B. Ephrem, sed Paulinum, sed reliquum orthodoxorum scriptorum chozum omnem reprehendunt, qui spei definitionem hanc reprehendunt.

Quod

Quod præceptum charitatis, quæ est iustitia nostra, in hac vita expleri potest.

CAPVT LXXIII.

Hactenus veterum orthodoxorum testimonijs demonstratum à nobis est, quod Dei quidem iustitia, sed non ea qua ipse iustus est, verum qua nos iustos facit, quodque non sola iustitiæ Christi imputatione, sed verè, & realiter inhærente nobis iustitia iusti sumus, quæ quidem iustitia nostra charitas est & dilectio, quam solâ præcepisse nobis Christus videtur, ita vt omnia mandata sint vnum charitatis mandatum, Hinc penderet vniuersa lex, & Prophete. Ac hoc vno præcepto dilectionis impleto, vniuersam omnino iustitiam impleri, scribit Augustinus, qui præceptum etiam dilectionis, vocat præceptum iustitiæ: Ceterum sunt, qui negant, in hac vita mandatum hoc expleri posse. Quod, qui non dubitant affirmare, quid aliud quam impossibilia Deum præcepisse blasphemant? Nos verò Christo potius credamus dicenti: Omnia possibilia in eo, qui me confortat Christo. Incredulis, dubium non est, quin ea, quæ Christus præcepit, facta sint impossibilia: Ceterum qui fidem habemus in Christum, qui regenerati Spiritum sanctum accepimus, qui adiunxerunt iustitiam nostram: dicere, quod nihilominus expleri Christi præcepta non possumus, quid fuerit aliud quam Spiritum sanctum imbecillitatis arguere? quam virtuti passionis & mortis Christi derahere? quasi parum efficax ea fuerit ad promerendum nobis vt possimus? Siquidem hoc nobis præstat redemptio ex captiuitatis iugo erutis: quemadmodum à Leone magno scriptum esse iam ante commemorauimus, vt eam sequi possit imitatio. Quamobrem rectè scriptum est à Dorotheo, fides vt à maioribus ac senioribus nostris accepimus, ea comprimunt semper & amouet, quæ poterunt esse impedimento, & liberam nobis reddat ac facilem operandi viam, quæ nos ad perfectam hanc qua de agitur mortificationem adducit.

Præclare Basilium: Non hoc nobis præcepit bonus ac iustus dominus, nisi simul & vires perficiendi dedisset. Sanctus Marcus Eremita rectè docet, statim à baptismo donari Spiritum sanctum firmiter creditibus, infidelibus autem aut malè creditibus ac non baptizatis non conferri. Et paucis interiectis: A baptismo per Christi beneficentiam plena gratia Dei nobis donata est ad implenda cuncta mandata. Quod reliquum est, quicumque mysticè illam accepit, non tamen facto implet mandata, pro modo defectus torquetur à peccato: quod quidem Adamo non est imputandum, sed negligentia, eo quod consecutus facultatem operandi, opus non peregit. Nec minus præclare Eusebium Emislenum: Non nimis arduum iudicetur, vt diuina quisque præsumat exempla sectari. Propter hoc Deus homo factus est, vt homo Deum possit imitari.

Testatur hoc Augustinus quoque, iustitiæ perfectionem etiam in hac vita esse possibilem: quia omnia possibilia sunt Deo: siue quæ facit sola sua voluntate, siue quæ cooperantibus creaturæ suæ voluntatibus à se fieri posse constituit.

Quamquam illud interea fateri necesse est, quoddam esse dilectionis genus, quod in hac vita non potest expleri: Verum non est ita crudelis Deus, vt exigat à nobis quod præstare nequimus: facile in eo acquiescit, si quod facultas nostra fert, faciamus. Est quædam perfectio viæ, est alia perfectio patriæ: Cuius duplicis perfectionis Ambrosius quoque meminit in his libris, quos de officij inscriptur: & eum sequitur Augustinus in libris de doctrina Christiana. Non requirit à nobis Deus in his diebus perfectionis vitæ nostræ paruis & malis, eam iustitiæ siue charitatis perfectionem, quam habent spiritus beatorum in cœlesti patria degentium, vbi est Ecclesia illa gloriosa, de qua Paulus meminit, sine macula & ruga. Nos quo ad corpus hoc, quod corumpitur, aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensus nostros multa cogitantes, non possumus ab officij religione quandoque non declinare, quin sæpè potius in multis offendimus omnes: atque idèd necesse habemus quotidie dicere, sicut nos magister: vester docuit: Dimitte nobis debita nostra. Nam si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi non seducimus, & veritas in nobis non est. Quamobrem sicut ab Augustino scriptum legimus, etiam perfecta nostra iustitia, imperfecta est: præcipue, si vel cum Dei, vel cum hominis Christi, vel cum spirituum beatorum in cœlesti patria commorantium iustitia comparatur: Neque tamen propterea iusti non sumus, quod peccato non caremus. Nullus sanctus & iustus caret peccato, dicit Augustinus: nec tamen ex hoc definit esse iustus: & sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Siquidem diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Vtque ad eodèd profusum omnia, quemadmodum idem scribit Augustinus, vt etiam si qui horum deuiet & exorbitent,

B b hos

Spei definitio. Lib. 3. inuen. dist. 26.

An. in præfatione. Psal. 38.

Euseb. Emis. lib. 3. Epist. 12. a. de Symb. Psal. 118.

Hilarius Canone 4.

Canone 6. Canone 13.

Cyril. Catech. 8. Iustificari per pecunias.

In epist. de Gætophilatio. Chry. Hom. 15. Hom. 52. in 25. cap. Math. Greg. Niss. li. de oratione dominica in illud: Et dimitte nobis.

Hier. in cap. 2. Epist. ad Titum.

In ser. de laude Martij.

Mat. 22. Aug. de spiritu & littera ca. 36. Charitatis mandatum an impletur. Mar. 9. Philip. 4.

Rom. 8.

Leo serm. 2. de uersur. Ber. serm. 1. de obedientia & submissione.

Marcus Eremita de baptismo.

Euseb. in serm. exhortatorio contra diuersa vitia.

Aug. de spiritu & littera cap. 5.

Perfectio duplex.

Am. li. 1. ca. 48. & lib. 3. cap. 2. An. li. 1. ca. 39. & de spiritu et littera vltimo.

Gene. 47. Ephes. 5.

Sapient. 9. Iacob. 3. Matt. 6.

1. Ioan. 1. Aug. de peccato. mer. & remis.

lib. 2. cap. 13. Aug. de Ecclesiast. dogmat. cap. 86.

Rom. 8.

An. de gra. & correcti. cap. 95.

Deus in aeternū: hoc verò quā arduū sit & difficile, negari nō potest. Te enim quodam modo perdere, tanquā qui nō sis, & omninō non sentire te ipsum, & à temetipso exinaniri, & penē annullari, caelestis, inquit Bernardus, cōuersionis, nō humanę res est affectiōis. Videtur enim id esse hominē exuere, & Deum induere. Nam quēadmodum exigua aquę gutta, multo vino infusa, deficere in se tota videtur, dum vini & saporem induit, & colorem: quemadmodum ferrum ignitum & candens, igni simillimum sit, pristina propriāque forma exuta: quemadmodum solis luce perfusus aër, in eadem transformatur luminis claritatem, ad eōdē vt non tam illuminatus, quā ipsum lumen esse videtur. Sic in eiusmodi hominibus, humanam affectionem, quodam ineffabili modo necesse est à semetipso liquefcere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem: Alioqui quomodo omnia in omnibus erit Deus, si in homine de homine quicquam supererit? Quamobrem fieri necesse est, cum primis id esse magni negocij. Neque tamen propterea vel semel in vita prestari non potest. Nisi fortē non fuit ab illo præstitum, qui posteaquam se Christo confixum esse cruci dixerat, exclamauit: Vniu autem iam non ego, viuit autem in me Christus: Qui propter Christum omnia detrimentum fecit, & arbitratus est vt stercora, vt eum lutrificaret: qui tanto in eum amore ferebatur, vt desiderium haberet dissolui, & esse cum Christo: Mihi enim, inquit, viuere Christus est, & mori lucrum: qui denique quasi numine correptus, & totus igne diuini flagrans amoris, in has tandem voces prorupit: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Nunquid aliquid huic defuit ad iustitię charitatisq; perfectionem, quæ à mortalius in hac lachrymarum valle peregrinantibus, vel maxima requiri potest? Certè Clemens Alexandrinus, cum dixisset Paulus, Vniu autem iam non ego, viuit autem in me Christus, hoc eum dicere voluisse scribit: quod cum esset in carne, sic viueret, vt in celo versari videretur, caelestemq; vitam in terris adhuc degens repræsentaret. Quia in re ceteri quidem Apostoli multo videntur inferiores fuisse, quorum etiam sectatoribus hoc testimonium tribuit Philo Iudæus, quod vsque eo fuerunt diuinarum rerum contemplationi dediti, vt abiectis curam carnis omnem, ac reficiendi etiā corpulculi per continuos dies aliquot oblitri prorsus esse viderentur: vix vt quandoq; sexto aut septimo die cibum caperent. Et quidem ita eos decebat, quos Christus lumina mundi constituerat, quique vniuersum orbem diuinę sapientię sale condire debebant. Neque verò ipsi soli fuere diuinitatis contemplatores: sed quos in fide Christi instituerant, eos quoque spiritalium donorum speculatores esse cupiebant. Tales etiam suo tempore fuisse monachos narrat Chrysostomus, qui carnis illecebras respuentes, ab omni studio mundanarum rerum auersi, suos amores in caelestibus optandis, ac in illa cum Deo gratia coniunctioneq; ponentes, nullis vel carnis desiderijs, vel quarumcumq; aliarum affectionum motibus perturbarentur, quæ ex mundanis curis excitari solent: sed caelestium vitam in terra & in fragili adhuc corpore repræsentantes, ad iustitię diuinę similitudinem quā proximè accederent. Tales nullo vnquam seculo defuisse, ac ne nunc quidem deesse credendum est.

Bern. in lib. de dilig. Deo.

1. Cor. 15. Coloſ. 3. Charitatē perfēctam habuit Paulus. Galat. 2. Philip. 3.

Philip. 1.

Rom. 8.

Clem. lib. 4. Stromatum. Apostoli diuinam rerum contemplationi dediti. Phil. in lib. de vita contemplatiue de supplicibus.

Monachi olim quales. Chry. in ho. 70. et 71. in Mat.

Rom. 7.

Philip. 3. Infelix ego, etc. sub persona peccatoris, non sua loquitur Paulus.

Verūm hic dixerit aliquis: Si tantam iustitię perfectionem Paulo tribuis, cur ergo queritur ille, quod videat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suę, & captiuantem se in lege peccati, quæ est in membris suis? Cur se vocat infelicem, & liberari cupit de corpore mortis huius? Cur alio loco negat se iam accepisse, aut se iam perfectum esse, sed se sequi tantum dicit, si quo modo comprehendat? Quod ad priorem Pauli locum attinet, quid si veteres Orthodoxi complures negent illic eum loqui de se, sed sub sua persona de quouis homine, qui victus à concupiscentia, iam seruiat peccatis? Nec enim Apostolus, cum hæc loqueretur, per legem erat mortuus, nec illi mandatum inuentum est ad mortem, qui legis fuit obseruantissimus: neque carnalis erat: neque venundatus sub peccato, neque malum, quod non volebat, faciebat, neque erat infelix, vt optaret à corpore mortis liberari, per quod cōgebatur facere quod nollet, verum docendi gratia, peccatoris in se personam recepit, vt ostenderet à peccatis neminem posse fieri liberum, nisi per gratiam Euangelij. Quid si iidem veteres non de peccato originis, quod omnes contraximus, sed de consuetudine peccandi, qua deprauatur hominis & ratio & voluntas, verba hæc Pauli interpretantur? aut si quem locum tribuunt peccato naturæ, maximam certè portionem adscribunt assuetudini vitiorum, quam in Paulo fuisse, dici verè non potest: Verūm demus hoc istis, vt à qua sententia nō abhor-

abhorruit Augustinus, sub sua persona Paulus dixisse credatur: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę: non id eōdē tamen ab ea perfectione iustitię, siue charitatis, remotus fuisse putandus est, quæ à nobis in hoc fragili corpore nostro exigitur: quæ certè tanta non exigitur, vt perperuō simus in solius Dei contemplatione defixi: nihil vt præterea cogitemus vnquam, nullam vt carnis nostrę, nullam amicorum nostrorum, nullam rerum ad vitam hanc sustentandam pertinentium curam habeamus, nulla rei cuiusquam cupiditate seu desiderio tangamur. Nam etsi dictum est: Non concupisces: quemadmodum tamen intelligi dictum hoc oporteat, docet nos Paulus dicens: Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentijs eius. Docet & Sapiens, cum ait: Post concupiscentias tuas, non eas. Non concupisces, non est nostrę fragilitatis, qui dum sumus in isto corpore, peregrinamur à domino, sed eorum est, qui caelesti iam patria potiti, presentis eius aspectu fruuntur, in quęm angeli prospicere desiderant. Cæterum non ire post concupiscentias, non obedire concupiscentijs, nostrum est, & à nobis prestari potest, spiritu nostram infirmitatem adiuuante. Vt non concupiscat aliquis, ad caelestis patrię perfectionem pertinet, in hac verò lubrica via, quam insistere ad ingredi sine casu aliquo & prolapsione non possumus, non alia perfectionem requiritur à nobis, quā vt non emus post concupiscentias nostras, vt nō obediamus illis. Quam etiam ob causam Paulus, cum nondum se perfectum esse paulò antè dixisset, subiunxit euangelij: Quicumque ergo perfecti sumus, duplicem nobis perfectionem insinuans, vnam patrię, quam se nondum accepisse confessus est, alteram viam sibi cum alijs optimo iure vendicat. Ostendit, inquit Augustinus, secundum istius vitæ modum esse quantum perfectionem, eiq; perfectioni hoc deputari, si se quisque nouerit nondum perfectum esse. Et in eodem libro: Licet non immeritò in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate iustitia perfecta dicitur, parua tamen est ad illam magnam, quam capit aequalitas Angelorum. Quam quia nondum habebat Paulus, & propter illam, quæ iam inerat, perfectum, & propter istam, quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat. Ac aliquantò superius in eodem capite: Tunc est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiam quid sibi desit, intelligit: Ideoq; Apostolus & imperfectum & perfectum se dicit. Imperfectū scilicet cogitatio, quantum illi ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc egerat & stitit: Perfectum autem, quod & suam imperfectionem confiteri erubescit, & vt perueniat, benè procedit. Et in alio libro: Paulum dicit fuisse perfectum viatorem, & si nondum fuerit ipsius itineris perfectione peruenior. Qui fuit verò diligens sectator Augustini Fulgentius. Nūc enim diuinorum munerum (vt ita dicam) nondum est perfecta perfectio, vt pote, vbi omnis perfectus perfectionis est indigus. Namque ille, qui dixit: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, Idem dicit: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Fuit ergo perfectus spe futurę glorificationis, fuit autem imperfectus onere corruptionis & mortalitatis. Corpus enim quod corrumpitur adgrauat animam, & deprimit terrena in habitatio sensum multa cogitantem, fuit perfectus expectatione muneris, fuit imperfectus fatigatione certaminis. Fuit perfectus quod mente seruiebat legi Dei, fuit imperfectus quod carne seruiebat legi peccati, fuit perfectus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, fuit autem imperfectus, quia quamdiu fuit in corpore, peregrinabatur à Domino. Fuit perfectus, plenissimè sciens, quia Deus, quacunq; promissit, potens est & facere: fuit autem imperfectus, quia Deus in sanctis suis quadam nondum fecit ex omnibus quæ promissit. Scripsit autem Gregorius quoque Nissenus orationem quandam de perfectione hominis Christiani, quam ita concludit: Ea enim vera perfectio est, vt qui augetur in melius, nunquam consistat: nunquam terminis vllis perfectionem existimet esse conclusam. Sic in Euangelio perfectus dicitur discipulus, si fuerit sicut magister eius: non quod quisquam par sit Christo, sed quod in eodem virtutis genere, quamuis longè impari successu, versetur. Ibidem iubemur esse perfecti, sicut pater caelestis perfectus est: non quod vllus hominum, aut etiam angelorum ad perfectionem Dei possit accedere, sed quod in aliquo virtutis genere nihil impedit, quo minus aliqua ex parte referre patrem caelestem queat: nimirum in benignè faciendō non amicis modo, verum etiam inimicis. Clemens quoque presbyter Alexandrinus in Prædago suo Pauli locum hunc explicans: Ego me nondum existimo comprehendisse, &c. Seipsum, inquit, perfectum existimat, quod à priore vita liberatus sit, meliorem autem persequitur, non tanquam in cognitione perfectus, sed tanquam id quod perfectum, desiderans, & id eōdē subiungit: quicumq; ergo perfecti, hoc sentimus: perfectionem dicens renunciaſſe peccatis, & in fidem eius, qui est perfectus, esse regeneratos, posteriorum peccatorū oblitos. Et iterū: Solum, inquit, credidisse & regeneratum esse

An. cont. duas epist. Pelagiorum ad Bonifacium lib. 1. cap. 10.

Non concupisces quemodo intelligitur. Exod. 20. Deu. 5. Rom. 6. Eccl. 18. 2. Cor. 5. 1. Pet. 1.

Perfectio duplex via & patria. Philip. 3. Aug. cont. duas epist. Pelag. ad Bonifac. lib. 3. cap. 5. cap. 7.

Paulus perfectus & imperfectus.

Aug. de peccat. meritis & remiss. li. 2. c. 17. Lib. primo ad Monimum.

Perfectio vera.

Luc. 6.

Estote perfecti sicut pater vester, &c. quomodo.

Cle. li. 1. cap. 6. in fine Phil. 3.

Cre li. 5. cap. 11.
in lib. Reg.
Rom. 7.
Velle adiacet
mibi etc.

Prof. sent. 313.

Basil. in ps. 44.
Amanti nihil
difficile.

Basil. in Asto-
tius cap. 2.

Natura inest
omnibus Dei
noticia.
Hier. in cap. 1.
ad Galat.

Serm. 11.
Serm. 12.
Serm. 14.

esse, est in vita perfectio. Libet autem & Gregorij verba adscribere, ex quibus planum fieri possit, quis sit verborum Pauli sensus: Explanans enim illa: Velle adiacet mihi, posse autem bonum non inuenio: non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, id facio: Quasi dicat, inquit, vellem esse in carne non ea perfectione, qua perfectus in carne perfectus est, sed sicut angeli Dei in caelo: sed hoc posse non inuenio: quia quamdiu mors quoque peccati, absorpta in futura resurrectione non fuerit, illud quod in me peccatum inhabitat, mouet me contra me. Videtur autem Gregorius Augustini sententiam sequutus, quam his verbis recitat Prosper: Iustitia, secundum quam iustus ex fide viuit, quoniam per spiritum gratiae homini ex Deo est, vera iustitia est: qua licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitae capacitate perfecta dicatur, parua tamen est ad illam magnam, quam capit aequalitas angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illam, quae iam inerat, perfectum; & propter istam, quae adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat. Sed plane minor ista iustitia, facit meritum: maior illa, facit premium. Vnde qui istam non sequitur, illam non assequitur.

Ex his facile cuius liquere potest, fuisse Paulum perfectum ea perfectione, qua perfectus in carne perfectus est, non autem ea qua desiderabat, qua angeli in caelo perfecti sunt. Ac ut senserit aliquando Paulus legem in membris suis repugnantem legi mentis suae, dubium tamen non est, quin adeo fuerit ab omni sensu eiusmodi persape remotus, ut iam non ipse viueret, sed viueret in ipso Christus, in quem tota mente cunctisque animi sui viribus ferebatur. Quod si vel semel ab homine Christiano fieri contingat, iam ad summam praecipue de diligendo Deo perfectionem peruenisse videtur. Cuius quidem praecipue non continuo transgressor existimandus est, qui non ad plenum forte praestitit, cum semper augendae dilectioni superesse locus videatur. Quod si nos, quod in nobis est, praestamus, amplius a nobis Deus non exigit.

Quamobrem audiendi non sunt, qui mandatum hoc dilectionis in hac vita negant expleri posse. Nam quatenus praecipuum est, expleri potest, quatenus autem expleri non potest, nobis adhuc a domino peregrinantibus minime praecipuum, verum quod continere, quodue currere nos oporteat, via tantum est demonstrata, quemadmodum in libro quoque de perfectione iustitiae docet Augustinus. Certè grauis auctor Basilus, adeo non impossibile putat, ut ne difficile quidem esse dicat, his qui volunt, suscipere dilectionem erga iustitiam, & odium aduersus impietatem. Omnem, inquit, potentiam Deus animae rationis participi, sicut amandi, sic odio habendi vtiliter dedit, ut ratione directi, virtutem quidem amemus, odio autem habeamus iniquitatem. Et alio loco, ubi proprie de hoc ipso diligendo Deum praecipuo tractat: Qui mandatum, inquit, diligendi Deum accepimus, idem statim in prima nostri constitutione, & diligendi facultatem vna nobis instam adepti sumus. Vtique ad Basilium non esse difficile vult praecipuum hoc, vt naturam maximè consentaneum, & animis ab illa nostris instum esse dicat. Quod pluribus verbis in eo loco probatè nititur. A cuius sententia nec Hieronymus ab horrere videtur, qui natura omnibus inesse dicit Dei notitiam, nec quenquam sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientiae & iustitiae reliquarumque virtutum. Vnde multi absque fide & Euangelio Christi, vel sapienter faciunt aliqua, vel sanctè: vt parentibus obsequantur, vt inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant, magisque iudicio Dei obnoxij fiant, quod habentes in se principia virtutum & Dei semina, non credunt sine eo, sine quo esse non possunt. Itidem & Dorotheus: Virtus, inquit, natura inest nobis, quando quidem virtutis semina haudquam deleri possunt: Et alio loco: Naturaliter indidit nobis Deus virtutes, vitia autem & affectus prauis praeter naturam nobis adsunt: Et alio loco. Non oportet dicere. Magne atque ingentes, eo que difficiles sunt virtutes, nec ad eas peruenire queo. Hoc enim hominis est, in Dei auxilium spem non habentis, & boni quippiam acquirere detrectantis, pigriterque & ignauius ad praedara opera se gerentis. Quoniam quamcunque vultis eligere virtutem, si strenue nos ipsos exercuerimus experimento competieris in nostra esse potestate rectè & cum virtute agere, modo velimus optulante Deo, qui nunquam deest. Ecce scriptura dicit: Dilige proximum tuum sicut teipsum. Noli animum conuètere & considerare quantum ad virtutem sis absens: vt timere incipias & dicere: Quo pacto meum proximum diligere queo vt meipsum? Quomodo afflictionum & arumnarum illius anxius & sollicitus esse possum vt mearum, praestem mearum, quae corde teguntur, quas neque video, neque omnino cognosco vt meas? Ne, te quae istiusmodi immensam atque adeo excelsum arbitris virtutem: vt perdifficile sit aut impossibile illam assequi, sed fretus auxilio diuino incipe fortis animo & fide constanti erga Deum. Ostende illi animi tui propositum ac studium,

dium, & adesse tibi proculdubio senties auxilium illius ad rectè agendum & cum virtute. Nec dissimilia scribit Cyprianus, cum ait: Neque lex tua scripta a lege naturali in aliquo distat, sed reprobatio mali, & electio boni sic animae rationali infixae sunt diuinitus, vt de hoc nemo rectè causetur: quia nulli ad harum rerum persecutionem deest scientia sine potentia, quia & quod agendum est, scimus: & quod scimus, facere possumus. Quod si impossibilia essent praecipua tua, vel tantis difficultatibus onerata, vel voluntas tua sic abdita, vt non posset intelligi quid a nobis tua exereret altitudo, licet inuitus nemo peccet, posset tamen ex multis excusare delictum, nisi nobis & moderatio mandati, & veritatis cognitio, & agendorum distinctio, auctoritate cognoscibili prouidissent: & simul se complecterentur possibilitas & facilitas, scientia & potestas. Et paucis intrerectis: Quod quaris à me prius ipse donasti. Verusimus quoque scriptor Iustinus philosophus & martyr: Quid est, inquit, tota legis iustitia? Diligere Deum plusquam seipsum, & proximum vt seipsum. Quod dicit igitur non iustificari ex lege carnem vllam, non dicit, quia non possunt impossibilia, sed quia nolunt possibilia. Voluntate enim ad possibilia vimur, non ad impossibilia. Et hoc vetustior Philo: Nihil a te Deus exigit graue, multiplex & arduum, sed simplicia quaedam & facilia, videlicet vt eum tanquam benemeritum diligas, si non libet reuereri, vt principem ac dominum, vtque incedas per vias & placitas, colasque eum non obiter: sed ex tota mente referta pijs opinionibus, tum mandata eius retineas firmiter, & ius diuinum habeas in pretio.

Quamobrem etiam in hac via praecipuum hoc dilectionis perfici posse, persuasum habeamus, quamuis non ita plenè sicut in patria. Siquidem visio, sicut a philosopho quoque traditum legitimus, amoris est causa. Porro nunc in terris degentes, non videmus nisi per speculum & in aenigmate. Cum ventum erit ad caelestem patriam, videbimus facie ad faciem. Quanto tunc cum plenius cognouerimus, tanto plenius & perfectius amabimus. Quamobrem quamdiu peregrinamur a domino, imperfecta est dilectionis nostra perfectio, vt rectè cum Propheta dicere queamus. Imperfectum meum viderunt oculi tui domine. Quamobrem rectè dictum est ab Hieronymo: Quod cunctorum in carne iustorum imperfecta perfectio est. Qui etiam alio loco vniuersam creaturam, quamuis ad perfectionem venerit indigere tamen dicit misericordia Dei, & plenam perfectionem ex gratia non ex meritis possidere: Quem imitatus Bernardus: Nisi enim esset hic quaedam, vt ita dixerim, imperfecta perfectio, non diceret Apostolus: Quotquot perfecti sumus idipsum sentiamus. Idipsum profecto, quod praemisera: non quasi iam acceperim, aut iam perfectus sim. Hoc est, quod a venerabili quoque Beda scriptum legitimus. Hoc est in hominibus sola fidei perfectio, si omnibus, quae praecipua sunt, impletis, imperfectos esse se nouerint, & quoad peregrinantur a domino, semper inesse sibi mala, quae desinant, semper meminerint deesse bona, ad quae gratia eius iuuante proficiant. Videtur autem haec ab Hieronymo Beda mutatas, cuius haec verba sunt: Haec hominibus sola perfectio, si imperfectos esse se nouerint. Et vos, inquit, cum omnia feceritis, dicite, serui inutilis sumus, quod debuimus facere fecimus. Si inutilis est qui fecit omnia, quid de eo dicendum, qui explere non potuit.

Est igitur quaedam etiam imperfecta mandatorum expletio: verbi gratia: Si dux militibus, vt pugnent, imperet: qui quis hostem pugnando vicerit, perfectè ducis imperium expleuit, huc enim spectabat dux, dum inire praelium inberet, vt pugnando miles vinceat. Itaque plenè per militem eius est imperio satisfactum. Si verò strenuè quidem pugnavit miles, neque quicquam eorum, quae sunt artis & disciplinae militatis praetermisit, non est nihilominus quod cupiebat assecutus, vt hostem praelio superaret, nunquid is non expleuit ducis mandatum existimandus est? etiam si per aduersam fortunam, non per aliquam inertiam suam ad optatum illum finem, quem non modò dux, verum ipse miles etiam sibi propositum habeat, non peruenit? Ad eundem modum rectè dici poterit de dilectionis praecipuo, quo videtur a nobis exigi, vt vnus cum Deo spiritus efficiamur, quod quoad corpus istud mortis circumferimus, a nobis plenè praestari nequaquam potest. Nam vt vnus? curis alijs vacui, solius Dei contemperationi perpetuo vacemus, & in eum hac ratione quodammodo transformati, vnus cum eo spiritus efficiamur, humana fragilitas nostra non permittit. Carterum praclare scriptum est a Bernardo quod indefessum proficiendi studium & iugis conatus ad perfectionem, perfectior reputatur. Hoc igitur studium requirit a nobis, in hoc, vel solo acquiescit, nec plus quam facultas nostra tulerit a nobis exigit. Sed si quem summum possumus conatum attulerimus, eum pro eo reputat, ac si perfectissemus. Si omnia fecerimus, vt quam proximè ad istam cum Deo coniunctionem accedamus, iam de diligendo Deo mandatum expleuimus, quatenus expleri potuit in isto corpore. Nam vt verè cum Deo coniungamur, & vnus verè cum eo spiritus

Cyp. de baptis-
mo Christi
manifestatione
trinitatis.

Iusti. ad orihon-
doxos qu. 103.

Phil. in libello
de victimis of-
ferentibus.

10. Ethicorum.
1. Cor. 12.

In li. 1. aduer-
sus Pelagianum.

Ber. in ps. 90.
Serm. 10.

In ca. 46. Eze-
chielis.
Psalm. 138.
Beda li. 5. in
Luc. cap. 17.
Hier. aduersus
Pelagianos ad
Ctesiphontem.

Imperfecta ma-
ndatorum exple-
tio.

Bern. epist. 253.
ad abbatem Ga-
rimum.

1. Cor. 5.

efficiamur, non in hoc, verum in illo seculo futurum speramus, quando Deus erit omnia in omnibus: qui tamen interea tolerat infirmos, donec proficiant, & adiuvat proficientes: ac prout quisque profecerit, si eum, posteaquam ex hac vita migraverit, coronat in misericordia & misericordibus suis multis.

Explicatio praeccepti de diligendo Deo & proximo.

CAPVT LXXV.

Iustitia nostra quae.

Habemus ergo iam quae sit iustitia nostra: Est enim fides, spes, & charitas: aut si quis compendio uti, & vno verbo rem expedire malit, Iustitia nostra est charitas: quae ubi est, quid est, quod possit deesse: ubi non est, quid est, quod possit prodesse. Nam fides haberi potest absque charitate, cum demon credat, nec diligit: venia quoque quamvis frustra, sperari tamen potest ab eo, qui non diligit: Caterum qui ex animo diligit, facere non potest, quin & credat, & spem atque fiduciam suam in eo colloca- tam habeat quem diligit. Cum autem iustitiam nostram charitatem esse dicimus, quemadmodum antea quoque semel & iterum dicere nos meminimus, non eam intelligi volumus, qua Deus diligit nos, sed qua nos amati a Deo vicissim amamus eum, & amantes, amplius amari meremur. Illorum quoque iam est refutata per nos opinio, qui iustitiam hanc, in hac vita expleri a nobis posse negant: Siquidem propterea Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati, ut quod legi praestare fuit impossibile, posteaquam de peccato damnauit peccatum in carne, iustitia legis impleteretur in nobis. Quomodo autem imple- retur? Impleteretur, inquit, in nobis, non secundum carnem, sed secundum spiritum ambu- lantibus. Hoc est, quod dicit Clemens presbyter Alexandrinus, de Christo scribens: Non id quod erat, visus est ihs, qui non potuerat capere propter imbecillitatem carnis. Cum ergo carnem accepisset sensibilem, venit ostensus hominibus sufficientes esse eorum vi- res, ut possint obedire mandatis. Quem sequuntur Lactantius, Propterea dicit carne fuisse indutum Christum, ut ostenderet etiam carnem posse capere virtutem. Lex praecipere poterat: caterum infirmior erat caro nostra, quam ut quod ab illa praecceptum fuit, praestare posset. Indutus carnem nostram Dei filius, quod in ea corruptum fuit, reparauit, ac abolito per mortem peccato, nobisque Deo patri reconciliatis, tulit ea cuncta de medio, quae impedimento esse possent, quo minus iustitia legis in nobis impleteretur, quae iam in nobis ex aqua & spiritu renatis impletur: Christo non modo & verbis docente, & exemplo nobis praecunte, verum etiam ipso in nobis operante, ipso faciente, ut iustitiam faci- ciamus, ipso diligente nos, ut vicissim eum, ipse amore prouocati, diligamus. Etenim omnis iustitia legis est una dilectio, & hoc vno praeccepto continetur, quo diligere Deum iubemur ex toto corde nostro, & proximum sicut nos ipsos. Quod praecceptum vnum quidem est, sed duo tamen in se complecti videtur, Iubemur enim Deum, iubemur & proximum diligere. Deum diligere iubemur ex toto corde, ex tota anima, ex omni mente, ex omnibus viribus, ex omni virtute & fortitudine nostra, ita, ut pra illius amore post putemus omnia, neque sit in hoc mundo res vlla, in quam pari nostrae voluntatis inclinatione propendeamus, non honores, non aurum aut argentum, non possessiones aut vineas, non pecora aut mancipia, non vlla vestium ornamenta, non amicos, non parentes, non liberos, denique ne vitam quidem nostram tanti faciamus, ut non & hanc & res qua omnia, sumus alacri animo deserturi propter Christum, si forte vsus veniat, quin et potius ut stercora reputemus, modò lucrifacere Deum liceat. Deinde verò non alia vlla in re praesidium nobis constitutum, sed in illo spem & fiduciam nostram omnem posita habeamus. Non speremus in incerto diuitiarum, non in curribus & in equis, non in filijs hominum, in quibus non est salus, verum ex Dei solius benignitate tori pendeamus, inde salutem, inde rebus nostris afflictis praesens auxilium expectemus. Postremo, contemplando illi toti vacemus, omnes ut sensus nostri, cogitationesque nostrae non aliò referantur, quam ad illius bonitatem, sapientiam, maiestatem perpetuo contemplandam. Hoc est, ex toto corde, ex tota anima, ex omni mente, ex omnibus viribus, ex omni virtute & fortitudine Deum diligere.

Iacob. 2.

Rom. 8.

Clem. II. 5. Stromatum.

Lact. I. 4. c. 24.

Diligere Deum quid. Dent. 6. Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10.

Philip. 3.

1. Tim. 6. Psalm. 19. Psalm. 145.

Ex toto corde.

Ex tota mente.

Ex tota anima.

Sunt qui tunc ex toto corde diligi Deum interpretantur, quando rationem siue intellectum nostrum omnem captiuamus in obsequium Dei: ita ut non quod ratio nostra dicitur, non quod intellectus noster assequitur, sed quod in scriptura diuinitus inspi- rata continetur, id solum verum, id solum rectum esse persuasum habeamus: quamlibet etiam pugnare cum ratione siue intellectu nostro videatur. Ex tota mente tamen Deum diligi, cum in memoria nostra non alia res versatur magis, quam vel Deus ipse, vel quod ad honorem Dei pertinet: ita ut in eius solius meditatione, omnis nostra cogitatio consumatur. Ex tota verò anima, quando sic voluntas nostra omnis citra contradictionem vllam Deo addicta est, ut summa cum alacritate iussis eius omnibus obtemperet: ut nec

nec prosperis rebus elata, nec aduersis fracta, committat vnquam aliquid, quo voluntas eius offendi possit: quin potius in eo tota sit, ut eius mandata pro virili sua expleat. Quae de re pluribus etiam differit Aponius in suis commentarijs in Cantica Cantorum, li- bro primo.

Meminimus in superioribus nos de eo differere, quemadmodum ad imaginem & si- militudinem Dei facti simus: quae quidem imago, cum peccato primi Adae deformata fuisset, virtute secundi Adae rursus est in nobis reparata: ut sicut portaueramus antea ima- ginem terreni, sic portare deinceps possimus imaginem caelestis hominis. Hanc autem imaginem in anima nostra esse docuimus, ac sicut in Deo: sic in illa quoque trinitate quan- dam. Deus vnus est: tres personae: pater, filius, & Spiritus sanctus. Sic anima cuiusque no- strum vna est, tres autem vires, siue potentiae: intellectus, memoria, voluntas. Ex parte na- scitur filius, ex patre & filio procedit Spiritus sanctus. Ita suo modo ex intellectu nascitur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Hanc trinitatem in homine valde fuit, ut di- ximus, primi parentis nostri vitio deformata: Nam intellectus & memoria & voluntas, à Deo creatore suo vehementer auersa fuerunt: ad quem vicissim conuertuntur, quando quod nobis praecipit Deus, ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima Deum diligimus, ita ut & ratio illi nostra tota subiecta, & memoria in eius contemplatione perpetuo de- fixa, & voluntas ad omnem illius iurum semper sit conuersa: nihil ut magis ex ani- mo cupiat homo, quam omnia Dei mandata pro virili sua explere. Hac ratione recup- eramus imaginem Dei, quae fuit in nobis obsoleta, & Dei formes efficitur. Est enim animae ratio praedita forma Deus: eum haud aliter eam imprimi oportet, quam sigillo, quod signatum est, imprimi. Hanc autem impressio non fit, nisi per charitatem per quam so- lam Deo similes efficitur. Charitatem autem perfectam erga Deum habere nosi possu- mus, nisi collectis in vnum tribus his animae viribus, & à creatura auersis, in solum au- tem Deum conuersis: Hae si videntur apud homines impossibilia, certe apud Deum pos- sibile: modo prompta voluntas adsit, spemque nostram omnem in Deo pos- sam habuerimus, ac deinde ipsi quoque manum admo uerimus, & quod in nobis est, se- cerimus: citò sentiemus per gratiam esse facile, quod per naturam non modo difficile, ve- rum etiam impossibile fore videbatur. Est aliquo prodire tenus, si non datur ultra. Nec ille tantum perfectus homo dicitur, qui tanta est mole corporis, quanta in homine esse maxima potest: quales aliquando Gigantes fuisse feruntur. Perfectus & ille iudicatur, qui quamuis magnitudine Gigantem aequare non possit, nihil tamen ei deest eorum, quae hominis natura requirit. Eadem est & dilectionis ratio: Si non possumus ad eam aspira- re, qua Gigantes ardent in caelo: (nam & caro nostra, cum spiritu nostro, bellum gerit implacabile, ut non quae volumus, ea faciamus, nec toti Deo dediti esse queamus: in mul- tis offendimus omnes, & seculi domesticarumque rerum cursu impediti, cor in solum Deum intenter habere, & actu semper in eum ferri, & quod maxime proprium dile- ctionis est, vnus cum eo spiritus effici non possumus) si igitur non possumus quod Gi- gantes in caelo, faciamus quod vel pumiliones saltem in terris: Quamò minus nobis sa- tis fecerimus, tantò sibi magis ille satisfactum esse iudicabit: etià si sit minimè satisfactum.

Porrò proximum iubemur diligere, tanquam nos ipsos: ita ut Dei dilectio superet, pro- ximi autem exaequet nostram ipsorum dilectionem. Proximus autem est omnis homo, fidelis praesertim: qui cum sit imago Dei, qui quis eum diligit, Deum diligit. Sicut enim rex in imagine sua vel honoratur, vel contemnitur: sic Deus in homine vel diligitur, vel odio habetur. Non potest hominem odisse, qui Deum amat, non potest Deum amare, qui hominem odit: Scriptum est enim: Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non vi- det quomodo potest diligere? Quis honorat regem, & eius contemnit imaginem? aut quis ho- norat imaginem, & auctorem contemnit imaginis? Sic igitur alterum dilectiois praecceptum pedit ex altero, primò ut seruire nemò queat, nisi seruet simul & secundò. Quamobrem proximi dilectioni tantum tribuit Paulus, ut non dubitauerit dicere: Qui diligit proximum, legem impleuit. Et in alia epistola: Omnis lex in vno sermone impletur. Dilige proximum tuum sicut teipsum: Dixit autem hoc à magistro suo doctus: qui cum alicubi duobus in man- datis de diligendo Deo & proximo pendere legem vniversam & Prophetas affirmas- set, alio loco quasi explicans, quid sit proximum diligere, ihs verbis vsus est: Omnia que- cunque vultis ut faciat vobis homines, ita & vos facite illis. Ac mox addit: Hae est enim lex & Propheta: Vbi tantum tribuere videtur vni huic, quantum alibi vtrique dilectio- nis mandato. Siquidem vnum absque altero constare non potest: atque in dilectione proximi haud aliter includitur Dei dilectio, atque causa in suo effectu. Hinc enim appa- tet, quod Deum diligas, si propter Deum proximo bene velis, & in eum suauiter sis effusus.

1. Cor. 15.

Imago Dei in homine.

Forma animae Deus.

Perfectio multi-plex.

Diligere proximum. Proximus quis. Luc. 10.

1. Ioan. 4.

Dilectio proximi quantum tribuit Paulus. Rom. 13. Galat. 5. Math. 22. Math. 7.

Iube

Aug. li. 3. de Ba-
pist. cont. Dona-
tistas. ca. vii.

Deut. 32.

1. Cor. 11.
Hæretici & er-
rores quare pa-
tiantur Deo.

Sanctorum in-
nocentia.

Bas. in li. de Spi-
ritu sancto. ad Am-
plios. ca. 18.

Synod. 7.
Actione. 7.

Synod. 8.
Actione. 10.

Psal. 48.
Hæretici diuini-
tatis nomen
affectant.
Max. Tyr. ser. 19
quis finis philo-
sophia.

to meo, fecisti tibi imagines. Ad imagines, inquit, phantasmatum suorum, cum quibus carnalis anima volutari delectatur, conuerit omnia sacramenta, & verba sanctorum li-
brorum. Nectamen quia illæ imagines falsæ sunt, propterea & illa sacramenta, & illa di-
uina eloquia sic ex honoranda sunt, ut illorum esse putentur, cum Dominus dicat, De au-
ro meo & de argento meo, &c. Vincentius quoque Lyrensis aliena ab Ecclesia dogma-
ta, verus Testamentum Deos alienos appellare scribit, quod ab hæreticis ipsorum opi-
niones haud aliter obseruentur, quam à gentilibus Dijs sui, Quod itaque legitur in Deu-
teronomio: Si surrexerit in medio tui Prophetes, & prædixerit signum, atque porten-
tum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur Deos alienos, quos
ignoras, non audies verba Prophetæ illius: quia tentat vos dominus Deus vester, ut pa-
lâm fiat, vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra, per Deos alie-
nos, extraneos errores dicit significari, nouos quosdam & inauditos, quos propterea
spargi non nunquam patitur Deus, ut probet constantiam nostram in diligendo se, & in
adherendo sanæ doctrinæ. Quemadmodum à Paulo scriptum est: Oportet & hære-
ses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Ob hoc (ait Vincentius) hæreses non statim
eradicantur auctores, ut probati manifesti fiant, id est, ut vniuersis que quam tenax & si-
delis & fixus Catholicæ fidei sit amator, appareat. Et reuera cum quæque nouitas ebul-
lit, statim cernitur frumentorum grauitas, & leuitas palearum, tunc sine magno molimi-
ne excutitur ab aère, quod nullo pondere intra aream tenebatur. Namque alij profus
euolant, alij verò tantummodo excusis, & perire metuunt, & redire erubescunt, faucij,
femineces & semiuiui: quippe qui tantam hauserint veneni quantitatem, quæ nec occi-
dat, nec digeratur, nec mori cogat, nec viuere sinat.

Ex his perspicuum esse potest, quod non tunc solum peccatur contra præceptum hoc,
quando vel planetæ, vel altra, vel reliqua gentium dæmonia coluntur, aut cum adoratur
idola manufacta, verum etiam cum adorantur idola vitiorum: multoq; deterio rem esse
simulachrorum cultum, quo sua quis phantasmata colit, & quo suas imposturas pro
verbo Dei populo vendicat, quam sit is, quem suis gentes præstant simulachris. Nā quod
primo hoc præcepto prohiberi quidam putant sanctorum inuocationem, & imaginum
venerationem: quandoquidem non alia ratione sancti, qui cum Deo viuunt, quam qua
ij, qui constituti sunt adhuc in corpore mortis huius, inuocantur, hoc est, non tantquam
largitores, sed tantquam intercessores, quemadmodum vbi de spe differuimus, pluribus ver-
bis planum fecimus, deinde verò qui tribuitur honos imaginum, nō alio, quam ad proto-
typum refertur, sicut etiam à Basilio legimus annotatum, cum nemo tam sit lapis, ut lapidi-
dibus & lignis inesse puter sensum, nihil contra præceptum hoc peccatur, si sanctis &
eorum imaginibus debita veneratio præstatur, modo ne in homine, neque in statu, depi-
cta tabula aliqua, sed in solo Deo spes omnis & fiducia collocetur. Vnde sanctam Syno-
dum septimam exclamasse legimus, Quicumq; sententias sacræ scripturæ de idolis con-
tra venerandas imagines adducit, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant,
anathema. Qui dicunt, quod imagines Christiani ut Deos adorent, anathema. Quod si-
militer in octaua factum reperitur. Ceterum hominis alicuius verbum cōtra receptam
Ecclesiæ totius doctrinam, pleraque omnia docentis, tantquam Dei verbum amplecti, &
adorare illud, quod ab eo scriptum est, seq; coram eo incurrare: quæ est, si hæc non est ip-
sissima idololatria? Quid enim aliud faciunt hoc genus homines, quam quod scribit
Hieronymus, pro Christo adorant Antichristum? Dicit Lutherus, Quod ego doceo, Dei
verbum est, & purum Euangelium, statim adorant, & incuruant coram idolo. Dicunt
idem Zuinglius & Caluinus, dicunt Anabaptistæ, dicunt alij quoque hæretici, mox ho-
minis, vel Diaboli potius per hominem loquentis verbum, pro Dei verbum, proq; Chri-
sti Euangelio miseri amplectuntur, & adorant. Horrenda hæc est idololatria, ac velis,
quod aiunt, remissus fugienda. Quid enim ex eo cōsequitur aliud, quam cum vnaquæ-
que secta suum verbum, verbum Dei esse iactet, ut isti tot Deos habeant, quod sunt hæ-
resiarchæ? Quos videre licet, neglectis veterum orthodoxorum scriptis, in quibus cum
doctrina certabat vite sanctimoniam, non aliunde iam ferè, quam ex impurissimi alicuius
hæretici libris opinionem suam confirmare, nec minore auctoritate, quæ ab illo dicta,
quam quæ in Canonicis libris scripta sunt, profere. Huc idololatriæ cæcas hominū men-
tes, præstigijs dæmonum adductas esse videmus.

Peccant igitur contra præceptum hoc, qui & colunt ipsi sua phantasmata, & coli vo-
lunt ab alijs, tantquam idola, & quod ipsi sentiunt, & Dei verbum vocant, & Euange-
lium, ut sic eueniat, quod à Propheta scriptum est, Vocauerunt in terris numina sua.
Haud aliter enim isti diuinitatis opinionem affectat, quam fecisse scribit olim in Lybia
Psaphonam quendam, Tyrius ille Maximus, qui quam plurimas aues cepisse dicitur, vo-
cales &

cales & humani sermonis dociles, easq; sonare docuit hæc verba, Magnus Deus Psaphon,
arque ita doctas emisit in montes, illæ verò quæ didicerant, canebant, ac reliquas item
aues eadem sonare docebant. Porro Lybes cum ignorarent commentum, credentes id di-
uinitus accidere, Psaphoni rem diuinam facere decreuerunt, & cum in Deorum nume-
rum retulerunt. Sic isti, cupientes & ipsi in Deorum numerum referri, verbo suo verbi Dei
titulum prætulerunt, atque ut verbum Dei vocaretur à rudibus, perfecerunt, à quibus
iam pro Dijs quibusdam eos coli videmus.

Neque verò ipsi tantum hæretici, sed & qui dogmata eorum recipiunt, atque ea
tantquam Dei verbum amplectuntur, violati præcepti huius rei sunt. Nobis verò propo-
situm non est, omnes modos, quibus contra præceptum hoc venit, enumerando re-
fensere, quandoquidem non paucorum extant de ea re commentarij, ab illis hæc peti pos-
sunt. Verum hoc tamen silencio prætereundum non esse duximus, grauisimè contra
præceptum hoc peccare, qui Missæ sacrificium, propriæ diuinitati debitam seruitutem, si-
cut ex Augustino docuimus, abrogare conantur. Quid enim isti aliud quam Deum in
ordinem cogere volunt? Siqui dem omnes alij cultus, siue ij consent imitatione, siue ad
ratione, siue inuocatione, non ita Deo propriè debentur, ut non etiam ad homines, quan-
quam diuerso modo, sicut alibi docuimus, rectè transferri possint: Solus hic est, quo di-
uina seruitus ab humanis obsequijs discernitur: neque potest alius vllus Deo præstari
gratior. Nam quod de Deo ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus diligendo
præcipitur, id aut hæc, aut nusquam alibi, quatenus in hac peregrinatione fieri potest, per-
fectè præstatur. Hic enim sacerdos mētē ab omnibus alijs cogitationibus abstractam,
& in diuinorum beneficiorum contemplatione defixam habens, eorum recordatione
prouocatus, tantò erga Deum amore inflammatur, ut sui prorsus oblitus, in illū totus ra-
piatur. Ex quo fit, ut cum agendis Deo gratijs pro hac immensa illius beneficentia men-
tem ad eum cogitationemque tollit, illic mentis hanc ad Deum sublationem, vultus, o-
culi, manusque sequantur: ut quod mens cogitat, idem vultus, oculi, manus, totum deni-
que corpus actione representet. Quibus rebus ad idem faciendum, qui præsentem ad sunt,
omnes inuitantur: & ipsi cum sacerdote in eorundem beneficiorum cogitatione
Deo gratias pro illis agentes versentur, simul patrem illum misericordiarum supplices
deprecantur, ut quod filius eius dilectus pro mundi totius dilectione, sacrosancti corpo-
ris & sanguinis sui sacrificium in cruce pendens obtulit, cuius rei sit & alteri representa-
tio, eius in se fructum faciat redundare.

Neque minus grauius contra præceptum hoc peccant, qui bonis operibus Deum co-
lendum esse negant: cum & hic sit cultus Deo longè gratissimus. Non enim qui dicit mi-
hi, domine domine, introibit, inquit, in regnum cælorum, Sed qui facit voluntatem pa-
tris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorū. Opera Deus à nobis exigit, non
verba. Si filijs Abraham, inquit, estis, opera Abraham facite. Ac dilectus illi discipulus: Filio-
i mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Quamobrem vocè Euan-
gelij negant, qui Deum operibus colendum esse negant: cum à Paulo quoque scriptum
legamus: Beneficentiæ & communicationis nolite obliuisci: Talibus enim hostijs pro-
meretur Deus. Etiam ab Ethnicis quodam pie dictum est: Vis Deos propitiari? bonus es-
to. Clamer aliquis ad rauim vsq;: Credo in Deum: ac non modò iactet habere se, ve-
rum etiam habeat re ipsa fidem, qua vel montes transferre queat: quin & tantam in Deo fi-
duciam sibi collocatam esse dicat, quanta maxima haberi potest: nisi dilexerit Deum in
proximo suo, nisi dilectionem hanc suam non verbo magis, quàm opere declarauerit, ina-
nis erit cultus omnis, quo se Deum prosequi gloriatur.

De secundo Præcepto.

CAPVT LXXV III.

Primo loco, corde, secundo prohibemur ore transgredi præceptum de diligendo
Deo. Sic igitur dicit dominus: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec
enim habebit in fontem Deus eum, qui assumpsit nomen domini Dei sui frustra.
Qui diligit & colit aliquem, non meminit illius nisi reuerenter, & cum quadam etiā ho-
noris præfatione. Cum itaque præ cunctis alijs diligere nos, & colere Deū oporteat, com-
mittere non debemus, quin & ipsi summa cum reuerentia nomē eius vsurpemus: neq; id in
alios, quam tantam decet maiestatem, vsus cōferamus. Quod faciunt ij, qui necromantijs,
incantationibus, sortilegijs, dijs & deuotionibus, & id genus alijs rebus impijs Dei no-
men, & sanctæ scripturæ verba seruire faciunt: qui per iocum Deū aliquando nominat:
qui scripturis ioculariter vtuntur: qui mendacij sui testem Deū nonnunquam citant. Is
autem cum sit veritas, nulla potest ei ferimior cōtumelia, quam si quis eum sui mēdaciij
testem

Missam abro-
gantes grauisi-
mè peccant.

Missam celebra-
turus quid face-
re debeat.

Missæ quomoda-
audienda.

Operibus bonis
Dei colendum
esse negant
peccant.
Matt. 7.
Ioan. 8.
1. Ioan. 3.
Heb. 13.

Seneca.

Matt. 17.
1. Cor. 13.

Peccantes in se-
cundum præcep-
tum.

Ioan. 14.

In iure quatenus licet. Hier. 4. In iurandum quale prohibuit Aug. de mendacio. ca. 15. de ser. dom. in mte lib. 1.

restem inuocet. Quare prohibetur hic omne iusurandum, quod non vel Dei gloria, vel fratrum vsus necessario postulet.

Peccat igitur contra præceptum hoc, quisquis voluntariè iurat. Nam si quis iuret exigente magistratu, sibi que iuramentum deferente, modò id faciat in veritate & in iudicio, & in iustitia, non peccat. Nam quòd prohibuit Deus ne iuretur, illud Augustinus prohibuisse vult intelligi, ne quisquam, sicut bonum, appetat iusurandum, & alsiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem delabatur. Quamobrem non est appetenda, sicut bona, iuratio, nec tamen fugienda tanquam mala, cum est necessaria. Cum igitur non in bonis, sed in necessarijs iuratio sit habenda, refrenet se quisque, quantum potest, vt ea non vtatur, nisi cum necessitas postulauerit: si quando videt difficiles homines ad credendum, quòd is expedit credere, nisi quòd dicitur, iurando firmetur. Quoties autem vel ad Dei gloriam, vel ad proximi vilitatem in veritate, iudicio & iustitia iusurandum præstatur, non modò contrà præceptum hoc nihil fieri, verum illud magis impleri credendum est, quòd in Deuteronomio scribitur: Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis.

Deut. 6.

De tertio Præcepto. CAPVT LXXIX.

Diligere Deum & colere corde, ore, & opere iubemur. Quemadmodum id corde fiat & ore, quemadmodum etià vtroque contra præceptum hoc peccetur, paucis iam à nobis demonstratum est: Restat nunc, vt quemadmodum opere Deus diligendus & colendus sit, breuibus de eo disseramus: Hac enim de re, tertium hoc est mandatu, cuius hæc verba sunt: Memento vt diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo verò die Sabbatum domini Dei tui est: Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas.

Sabbati præceptum ad ceremonias & ad mores pertinet. Exod. 31.

Galat. 4.

Ang. cont. Adimantum ca. 16.

Sabbati Iudæi significatio.

Esai. 1.

Rom. 7.

Heb. 4. Esai. 66. Esai. 58.

Sabbatum mutatum.

Canon. 8. Pascha celebratio ab Apostolis

Est in hoc præcepto quiddam quòd ad ceremoniam, est quòd ad mores quoque pertinet. Quòd septimus dies vacationi fuit assignatus erat ceremonie: Sic enim loquitur Dominus: Videte vt Sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos in generationibus vestris. Quòd autem in contemplandis Dei beneficijs, in hymnis, præcationibus, & sacrificijs dies ille consumebatur, morale fuit: Sublata ceremonia, remanet quòd ad mores pertinet. Nos enim ne offendamus in id, quòd verat Apostolus, ne videamur obseruare cum Iudæis dies, annos, & tempora, nò iam ipsa tempora, sed res, quarum illa signa sunt, obseruamus: Repudiamus cum illo temporum obseruationem, in terèta men temporalium signorum intelligentiam, cum eodem Apostolo, sicut Augustinus quoq; scribit, retinemus.

Triplicem autem habebat Sabbatum Iudæorum significationem: Vnam, quæ ad mores pertinet, cessatione à peccatis, & ab ijs omnibus, quæ sunt impedimento, quominus aliquis ex toto corde diligere Deum, & colere possit. Aliam, quæ ad allegoriam: quietem Christi corporis in sepulchro. Tertiam quæ ad anagogen, æternam requiem in celo. Ac primum quidem, illud præceptum nobis modis omnibus obseruandum est, vt quiescamus peruersè agere, Secundum expletum iam est, Christo. Tertium expectatur & speratur à nobis, vt liberati de corpore mortis huius, ac soluti graui peccatorum onere, quo premimur in hoc mundo, post multas tribulationes & angustias, post varios exantlatos labores, quo caput nostrum Christus præcessit, ingrediamur & nos in requiem illam, in qua Sabbatum est ex Sabbaro, Sabbatum delicatum & sanctum Domino. Cum igitur figure successerit veritas, quòd que fuerat externa Sabbati obseruatione significatum, Iesum Christum dominum nostrum, & siti & inedia, & multis molestijs grauissimis que corporis cruciatibus, quos vltro nostra causa pertulit, vehementer fatigatum, ad extremum acerbissimam, turpissimamque morte confectum, die septimo tandem in sepulchro quieturum, id re ipsa sit expletum: nihil fuit necesse figuram deinceps amplius obseruari. Sicut enim adueniente sole cessat umbra, sic adueniente veritate, cessare debet figura. Itaque septimus dies in octauum est mutatus: Nam pro Sabbaro, diem feriarum agimus eum, qui proximè Sabbatum sequitur. Mutatus est autem Apostolorum auctoritate, ne quid habere commune cum Iudæis videremur. Quemadmodum eorundem auctoritate constitutum est, si quis ante æquinotium vernale sanctæ Paschæ diem cum Iudæis celebraret, Episcopus aut presbyter, vt abijceretur. Quin & illud cautè esse videtur, quamdiu dubitat sacerdotium Iudæorum, vt qui ministerio reconciliationis apostolorum temporibus fugebantur, non sacerdotes, verum presbyteri tantum vocarentur. Quòd etiam deinceps diligenter sancti Patres cauerunt semper, ne quid Christiani Catholici, non modò cum Iudæis, sed ne cum hæreticis quidem haberent cõmune: Sic Ioannes Chryso-

stomus,

mus, grauitè eos reprehendit, qui ieiunaret iisdem diebus, quibus à Iudæis solemniter ieiunabatur. Sic in Ephefino Concilio, cum Nestorius Chrysocton, non autem Theoton esse Mariam virginè asseueraret, sub anathematis pœna fuisse legimus interdictum, ne quis eam Chrysocton auderet appellare: Nò quòd hoc nomine rectè vocari nò ponerit aut possit: sed quòd obuiandum errori putauerit, quo Nestorius purè hominem Christum, non autem Deum & hominem peperisse Mariam virginem contèndebat. Sic in Tolerano quoque quarto, propter vitandù schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum, decretum est, vt sim pila teneretur baptismimersio: ne viderentur, qui tertio mergunt, hæreticorum approbare assertionem, dum sequuntur & morem.

Chry. homo. 3. aduersus Nestorius in oratione.

Quòd autem in octauum & non in alium, dies hic mutatus est, propterea factum est, quòd is præ ceteris multis diei Dei beneficijs insignis: cuius præconia Leo pontifex his verbis recenset: Tantis est, inquit, hæc dies diuinarum dispensationum mysterijs consecrata, vt quicquid à domino est insignis institutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium, in hac per Christi resurrectione & mors interitum, & vita sumpsit initium: in hac apostoli à domino prædicandi omnibus gentibus euangelij tabam sumunt, & inferendum vniuerso mundo sacramento regenerationis accipiunt: In hac, sicut beatus Ioannes euangelista testatur, cū congregatis in vnum discipulis, clausis ianuis ad eos dominus introisset, insufflauit & dixit: Accipite Spiritum sanctum. In hac denique promissus à Domino Spiritus sanctus aduenit. Tor igitur beneficia cum hoc die acceperimus, quem vocant Euangelistæ vnam siue primam Sabbati, meritò recòlendis illis diligentius eum assignauit Ecclesia. Magnum fuit beneficium, quòd creati sumus, qui non eramus, sed multo maius illud, quòd restituti sumus, qui perieramus, per eum ipsum, per quem creati sumus, dominù nostrum Iesum Christum. Quapropter merito diè hunc celebramus, meritò dominicum appellamus, in quo verè se dominum Christum declarauit: non solum quando per eum totus hic orbis ex nihilo creatus est, verum etiam quando resurgens ex mortuis, manifestum fecit omnibus, quòd potestatem haberet ponendi animam suam, & sumendi eam: Meritò cantat in eo chorus Ecclesiasticus: Hæc est dies, quam fecit Dominus.

Dominicus dies

Leo ep. 81. Dominica dicitur beneficia. Marc. 16. Matth. 28.

Ioan. 20. Act. 2. Sabbati vna seu prima, est dies resurrectionis Christi.

Sabbatum cur diem dominicū vocentur.

Est quidem ita, quòd nullo non die, quàm potius nulla non hora, nullo non temporis momento vacandum nobis esset tantorum Dei beneficiorum contèplationi, ad quam ipse non inuitat, dicens: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus: vacate à curis & seculi negotijs, & in sancto ocio & quiete videte, quòd ego sum, qui creati vos: ego sum, qui cum vitio vestro, quòd eratis per me creati, perdidissetis, dato pro vobis in mortem filio meo, denuò per eum vos quasi creati, vt iam in filio meo sitis noua creatura: & sic cur portatis quondam imaginem terreni, ita nunc portetis imaginem cœlestis hominis, neque sitis iam deinceps Adæ filij, sed sitis mei filij, sitis & vocemini filij Dei, fratres autem & cohæredes Christi. Hæc tanta beneficia, per me vobis multis quidem offensionibus, nullis autem vestris meritis præcedentibus præstita, vobiscum recogitate, & à quo tantopere vos esse dilectos videtis, me vicissim ex toto corde vestro diligit. Quòd igitur à nobis exigit ipse Dominus, qui nos etiam laborantes & oneratos ad se venire iubet, quòd in eo simus animabus nostris requiem inuenturi, hoc nobis nunquam nò faciendum, ac ne respirandum quidem toties, quoties illius esset reminiscendum. Nihil aliud mentem nostram cogitare, nihil aliud linguam sonare, non aliud cunctas animi nostri vires, & sensus, nostros omnes oportuit referri, quam ad videndum & contèplandum Deum tam beneficium, tam liberalem, tam nostri amantem, qui proprio filio suo non perperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Cæterum tale Sabbatum celebrare, sic totos Dei & beneficiorum eius cõtemplationi vacate, non est huius seculi, non est huius corporis, quòd corrumpitur, quòd aggrauat animam, quòd deprimit sensum, ea quæ iuxta sunt cogitare volentem: hæud aliter, quam si quis passerulum pette alligatum in sublime se tollere cupientem in terrâ funiculo detrahat. Sabbatum hic, siue vacatio hæc, & requies, nò huius peregrinationis, sed cœlestis erit illius patriæ. Nam in hac quidem peregrinatione, non est quisquam tanta firmitate animi præditus, tantò virtutis robore munitus, tamq; sibi admirabiliter & inuictè cõstans, qui nò aliquò lapsu aliquando, aliquòq; deslexu ad carnem & carnis desideria prorahatur: què nulla vnquam animi affectio, nullus cupiditarum motus perturbet: vt in vna illa Dei consideratione perpetuè consistere humana menti datum non sit: quam sapè cum Deo rationem omnem habere meditantem, terrene istæ induitiæ de celo ipso deducunt, atque eiciunt: ac fidei complexu in Christo Iesu hæere cupientem, proturbant inde tamen, diuelluntque à beata cura, & ad inquinatas & sordidas cogitationes detrahunt. Cum nec Cyniphes Aegyptijs pènnide molestè fuerint, subitò in oculos eorù incurfantes, & quoties abacta fuerat, ite-

Ioan. 10. Psalm. 117. Psalm. 45. Festi dies cur ieiunantur.

Gala. 6. 1. cor. 15.

Matth. 11.

Rom. 8.

Sapient. 9.

Seculi curæ cymphibus Aegyptiorum similes. Exod. 8.

Heb. 2.

Sabbatum quomodo sanctificandum.

Sex dies operaveris.

Exzech. 18.

rum atq; iterum recurrentes, quam sunt saepe nobis modestae seculi curae, carnisque nostrae desideria, quibus non possumus quandoque non à Dei contemplatione auocari.

Non ignorauit hoc, qui ut misericors fieret, ac fidelis pro nobis pontifex ad Deum, ad impetrandam delictorum nostrorum veniam, per omnia similis nobis fieri dignatus est, ac omnes infirmitates nostras (quae modò peccatù non importarent) assumpit. Quamobrem quasi digito commonstrare contentus, quo nobis tendendum est, non tam exactè Sabbatum hoc sempiternum, hoc est perpetuam animi tranquillitatem, ac in se, suiq; beneficijs contemlandis uocationem à nobis exigit, ut non auocari nos quandoque ab eo, vel corporis nostri, vel eorum, qui nobis aut genere coniuncti, aut quocunq; tandem alio necessitudinis genere sunt deuincti, cura & solitudine, sine aliqua sui grauiore offensione patiarur. Quamobrem non imperauit, quod à nobis minimè praestari posse uidebat: sed, operandum, inquit, foret, ut ab omni aliarum rerum cura solitudinèq; remoti, soli numinis mei contemplationi vacaretis, in eaq; perpetuò mentè uestram omnem desixam haberetis: Quoniam uero carnem nostram, peccati tamen expertè indutus, quae sit illius fragilitas didici, non exigo quod praestare non potestis: Est aliquo prodiere tenus, si non datur ultra: Prima sequentem, etiam in secundis & tertijs consistere honestum est. Non semper uobis est ocium, animus ad ea, quae sunt pietatis, coligendi: non potestis hymnis, precationibus, sacra doctrina, sacrificijs, eleemosynis, & id genus alijs exercita mentis, quae fidem & charitatem excitant, toti perpetuò vacare, ut sic uos me ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus uiribus uestris diligere declaratis: saltem quotidie sepositum tempus aliquod ad ista habeatis: Sin & hoc difficile est, saltem septimū quemque diem ijs rebus propriè dicetis. Scio quòd nò omnino est sui iuris maritus, aliquam sui partem debet uxori: non est sui iuris & uxor, aliquam sui partem debet marito: neuter ut vacare mihi semper totus queat, dū in diuersas uerq; curas distrahitur: quomodo focero, focruī, quomodo ceteris affinis, quomodo coniugi ac liberis satisfaciatur: unde uictum indies crescenti familie suppeditet, unde dorem euincat. Non prohibeo matrimonij legitimum usum, non piam minimeq; anxiam de seipso cuique, deque liberis ac domesticis sustentandis solitudinem. Licet uobis qui matrimonio iuncti estis, liberis procreandis operā dare: licet agros licet uineas colere, licet manibus operari, licet artificio uictum quaerere: nihil ea me res offenderit: nò propterea uolatum esse praecipit meum existimabo, de diligendo me ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus uiribus uestris: modò ne sic in harum rerum solitudine toti sitis occupati, ut vos mei, cui debetis omnia, capiat obliuio. Potestis etiam in medijs laborib; uestris me meminisse: potestis meum, non manuum uestrarum beneficiū agnoscere, si quid rectè processerit: potestis mihi semper gratias agere. Ceterum ad recolenda diligentius beneficia mea, ad cultum, qui mihi debetur, praestandum, si vacare semper non potestis, tempus tamen aliquod ad eam rem sepositum habetore. Sex dies consumatis licet in ijs, quae ad liberorum procreationem, quae ad eorum sustentationem, quae ad rem uestram familiarem tuendam pertinere uidebuntur, saltem septimum quemque diem, uel si qui sunt alij non ita multi festi dies, mihi totos dicetis: ut in ijs à mutuo congressu, & ab alijs quibuscunq; curis uobis temperatis: quòd magis defecatis animis sacris precibus, ac caelestium rerum meditationi vacare queatis. Hoc si feceritis, erit mihi satisfactum.

Quamobrem uel ex hoc praecipit satis liquet, quod antea quoq; dictum est, nihil nobis impossibile Deum praecipisse: nec exigere, ut mandatum de se ex toto corde diligendo ita iugiter impleamus, ut curis omnibus alijs reiectis, in illo contemplando, ac omni pietatis genere colendo, perpetuò mentes cogitationesq; nostras occupatas habeamus: Saltem praestemus aliquando, quod praestari iugiter à fragilitate nostra nò potest: saltem dies, huic rei propter imbecillitatem nostram peculiariter dicatos, obseruemus: Denique uel semel in uita saltem, conuertamur ad dominum Deum nostrum in toto corde nostro, neque Deum aliquem alienum occupare deinceps cor nostrū patiamur: siue is Deus uerter sit, siue Mammona, siue quocunq; tandem alio nomine uocetur. Si sic conuersi, nec à Deo nostro post eiusmodi conuersionem auersi posse, migrauerimus ex hac uita: aetiam si per omne uitae praeteritū tempus Deos alienos coluissimus, si uentri atque ijs, quae sub uentre sunt, si auaritia, si quibuscunq; uitijs alijs mancipati fuissimus, nihil nos ea res impedit, quòd minus aeterna gaudia consequamur: illius gratia & misericordia, qui dixit: Quacūque hora ingemueris, saluus eris: uel eo ipso tempore ille nos impleuisse interpretabitur, quòd à se de diligendo se mandatum nobis datum est: Ut uel ex hoc perspicuum cuius esse queat, falsum esse, quod à blasphemis istis dicitur, praecipit hoc ab homine Christiano expleri non posse. Perpetuum Sabbatū fatendum est à nobis obseruari non posse: uerum ut semel in hebdomada, uel semel in anno, uel semel in uita tantum obserue-

obseruentis, adiuuante spiritu infirmitatem nostram non est nobis impossibile. Certe rùm sempiterni iugisq; Sabbati obseruatio non exigitur à nobis in hac peregrinatione nostra: cum uentum erit ad caelestem patriam, ad manentem illam ciuitatem, quae futuram, inquirimus, ibi Sabbatum erit ex Sabbato, ibi requies erit sempiterna, ibi uacabimus, & uidebimus, & amabimus: & amabimus & laudabimus abiq; ullo fastidio, abiq; ulla fatigatione, eū, qui & legis, & desideriorum nostrorū finis est Dominum Deum nostrum: ut sit Deus omnia in omnibus, quem admodum ab Apostolo scriptum est: & inter eos numerabimur, de quibus in Psalmo dicitur: Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Videmus igitur iam, quid sibi uelit praecipit hoc de sanctificando Sabbato. Quod expediret quidem iuge ut esset, uerum infirmitati nostrae largitur hoc Deus, ut qui cunctos non posse uidemur, certos tamē dies abseruemus, quos sanctificemus, hoc est: in sanctis operibus transigamus, nec ullis Deo parum dignis actionibus prophanemus. Quae autem sint sancta ista opera, in quibus dies festos transigere nos oportet, ex Agathensi concilio discimus: In quo cunctis praecipitur, ut populus Missas die dominico totas audiat, nec ante benedictionem sacerdotis egredi praesumat. Apostolorum quoq; canonibus cautum est, ut communionem priuentur, qui solennibus sacris non perseverauerint in oratione, usque dum Missa peragitur: quo tempore conuenire etiam ad Ecclesiam, & scripturas apostolorum ac euangelium audire iubentur. Hoc est igitur sanctificare Sabbatum, sacrificijs, concionibus, & alijs diuinis officijs, non corpore magis quam animo interesse. Nā si mens peregrinata fuerit, nihil profuerit, si quis corpore praesens adsit: illam itaque tunc Deo maxime vacare, beneficia illius recollere, & pro illis gratias agere oportet. Atq; haec est causa, quamobrem alijs operibus omnibus tum interdicunt: non quòd peccatū sit arare, seminare, rem familiarem curare: sed quòd quae potiora sunt, ijs ut rectius uacari queat, ab alijs operibus abstinendum est, ne quid contemplationi nostrae impedimenti adferant. Maxime uero abstinendum tum est ab omni opere seruilium. Nulla autem grauior est seruitus, quam sit peccatum. Quare si quid per dies reliquos peccatum est, recogitare debemus in amaritudine, cum dies festus aduenit, & omnia facere, ut reconciliari Deo possimus, atque ab omni deinceps peccato cauere: ita ut neq; uentri seruiamus, neq; mammonae, neq; cuiquam alij uitio. Nam qualia nunc à multis Sabata celebrantur, non sanctificari, sed prophanari uidentur: Neq; enim ad potationes, ad choreas, ad luxus instituta sunt Sabbata: cum rectè scriptum sit ab Augustino: Melius est arare, quam saltare. Cuius etiam alio loco uerba sunt haec: Obserua diem Sabbati nò carnaliter, non Iudaicis delicijs, qui ocio abutuntur ad nequitiam. Melius utique tota die foderant, quam tota die saltarent. Nulla sunt opera magis seruilia, quam sint haec: Sed ut tantò tranquilliori mente contemplando Deo, & beneficijs eius recolendis uacare queamus. Quamobrem ab ijs, quae uerè seruilia sunt opera, semper abstinere oportet.

Ceterum labores manuum fieri quandoque possunt, etiam die festo, si uel necessitas euidens postulet: sicut Dominum excusasse legimus discipulos euellentes spicas in Sabbato: uel Ecclesiae commodum: sicut in Euangelio Sacerdotes fecisse dicuntur omnia, quae erant necessaria in templo, in die Sabbati: uel proximi utilitas, sicut Dominus curauit in die Sabbati habentem manum aridam, & Iudaeos, qui factum id reprehenderant, conseruauit exemplo adducto de oue: uel superioris auctoritas: sicut idem praecipit Iudaeis, ut circumciderent in die Sabbati. Extra hos casus si quis manibus laborauerit, transgressus praecipit de sanctificando Sabbato reus erit.

Prosper Aquitanicus: Qui uotum, inquit, uouentes sese offerunt Deo, eiusq; uerbo uacantes spiritali Sabbatum obseruant, ut Maria, quae meliorem partem eligit: à quo declinantes in strangulatione, dum mundanis curis innodantur, mortu pestiferio tertiae plagae Aegyptiorum laeduntur in anima. Ex quibus uerbis etiam illos uenire contra praecipit hoc de Sabbato sanctificatio manifestum est, qui cum semel Deo se deuouerint, primam fidem irritam facientes, matrimonium contrahunt: cuius generis sunt Sacerdotes & monachi, quibus non propterea nuptijs interdictum est, quòd male sint nuptiae, sed quòd cum perpetuum illis Sabbatum obseruandum, & iuge sacrificium sit offerendum, ac de lege domini die nocteque meditandum, abstinendū est eis ab ijs omnibus, per quae possunt à continua Sabbati obseruatione auocari.

De Quarto Praecepto.

CAPVT LXXX.

Docti sumus in prima tabula, quemadmodum diligere, pieque colere Deum, & ea fugere, quae à uero ipsius cultu auocare possent, oporteat: In posteriore, quomodo sit proximus diligendus, docemur. Proximum autem existimare debemus omnem hominem: Cc 3 minem;

Heb. 13. Psal. 66. Psal. 4. 5.

1. Cor. 15. Psal. 83.

Festorum opera. Cano. 47. Misse ad finem interueniendi. Cano. 10.

Festa quomodo celebranda.

Peccatum grauius, seruilius.

Aug. in psal. 91.

Aug. in psal. 32.

Festi an laborare liceat. Mat. 12. Ibidem.

Ioan. 7.

Prosper. Part. 1. de promissis & predictionibus cap. 36. Luc. 10. Sacerdotes uel Monachi matrimonium contra bene non sanctificant Sabba sum.

Proximus quis.

Basi. in psal. 14.

Mat. 6.

Phil. 2.

Homo vnde dicitur.

Lact. li. 2. c. 11. de origine errorum.

Humanitas. h. Cor. 10. 12.

Benignitatis ratio.

Amb. li. 1. offic. cap. 30.

1. Tim. 5. Domesticorum ratio habenda, qui que ea nomine intelligantur.

Honos est honorare.

Hic. in Mat. ca. 25. & in lib. de inuagantia ad Geroniam.

Job. 1. 1. Tim. 5.

Parentes qui.

Rom. 13.

Ibidem.

1. Pet. 2.

Gal. 6. Pastor ab one iudicandus non est.

Rom. 14. Ecclesiasticorum institutorum contemples.

minem: sicut præter alios à Basilio quoque legimus annotatum. Siquidem omnes inuicem proximi sumus, omnes cognati, fratres omnes, ex eodem patre prognati sumus omnes. Si spiritualem quaris, pater noster ille est, quem vno ore inuocantes dicimus omnes. Pater noster, qui es in caelis. Sin autem terrenam quaris originem, Pater noster Adami, mater nostra terra est: ex eodem luto fabricati sumus omnes. Itaque natura fratres sumus secundum carnem: sed & secundum spiritum fratres nati, vel potius regenerati sumus: eundem à primo homine sanguinem ducimus, eadem à domino gratiâ accipimus.

Quæ cum ita sint, non ea, quæ nostra sunt singuli, sed ea, quæ sunt aliorum considerare: non quòd nobis ipsis, verum quòd multis est vtile, querere debemus. Reputet homo secum, nomen suum vnde traxerit: ab humo vti que, quæ nihil cuiquam accipit, sed omnia largitur omnibus, non hominibus modò, verum & brutis: dum in vsum omnium animantium diuersos fructus ministrat. Inde appellata humanitas, specialis & domestica virtus: quam vel ipsa nos docere debet nostri corporis forma, membrorumque vñus. Nã & nos omnes vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Sicut igitur ipsa pro se inuicem sollicita sunt membra, ac non modò non lædit vnum alterum, verum etiam pro virili sua succurrere lego conatur: sic & nos alterum pro altero sollicitos esse, ac quoties necessitas postulat, inuicem subuenire oportet.

Omnes itaque diligendi sunt: sed quoniam copia singulorum parua sunt, eorum autem, qui ijs egent, infinita est multitudo, delectus habendus est eorum, quibus benignè facias. Nam vt quisque nobis fuerit coniunctissimus, ita plurimum est in eum benignitatis conferendum. Quapropter hanc probandam esse putat liberalitatem Ambrosius, vt proximos feminis tui ne despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, inquit, vt ipsa subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deponere, aut alicui postulare subsidium necessitati. Paulus quoque, si quis, inquit, suorum, & maxime domesticorum curam nõ habet, fidẽ negauit, & est infidelis deterior. Inter suos autem & domesticos iure suo primum locum sibi parentes vendicant, per quos factum est, vt lucem hanc acciperemus. In hos ergò cum primis nos esse beneficos oportet, vt gratos nos, quæ ab illis accipimus, beneficiorum esse declaremus. Et hoc est quòd præcipit Dominus, dicens: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam dominus Deus dabit tibi. Quo quidem præcepto, non solum vt parentes debita veneratio ne probe sequamur, & eorum dictis sumus audientes, admonemur: verum etiam, si quibus rebus opus habuerint, vt illis benignè suppeditemus, & eos vicissim amamus, quorum cura singulari nutriti sumus & educati, iubemur. Honos enim in scripturis, quòd annotat etiam Hieron. non ille solum intelligitur, qui in salutationibus & officijs deferendis, verum & ille, qui consistit in eleemofynis ac munerum oblationibus: vt honorare sit idem, quòd liberalitate prosequi. Sic in proverbij legimus: Honora dominum de tua substantia. Et apud Tobiam: Cum ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta. Et apud Paulum: Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Ac paulò post: Qui benè præsent præbyteri, duplici honore digni habeantur: hoc est, nõ solum illis debita veneratio præstari, verum etiam vitæ necessaria debent suppeditari.

Parentum autem nomine, non ij solum accipiendi sunt, ex quibus prognati secundum carnem sumus, verum etiam omnes qui præsent: siue sint pastores & Episcopi, siue Reges & Principes, aut quæcunque tadem alijs magistratus. Omnis enim potestas à Deo est: & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Quamobrem vtri que potestati duplex hic honos debetur, & venerationis & subsidij. Cui tributum, tributum, dicit Paulus: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

Peccant igitur contra præceptum hoc, qui vel decimas negant Episcopis & pastoribus, vel tributis & vectigalibus principes suos fraudat, vel vtrique dicto audientes nõ sunt: cum etiam illis dycolis obedire Petrus iubeat. Magis etiam peccant, qui non ipsi modò non honorant, verum & alios ab honorandis illis auocant: dum illos iudicant, à quibus ipsos iudicatos oportuit: dum eorum existimationi detrahunt: dum falsis etiã plerumque criminationibus famã eorũ proscindunt & lacerant: dum quicquid ab illis statuitur, id seculis interpretatur, & quæ nõ intelligit, ea sæpe reprehendit: neque ferre possunt, si, qui cõ potestate verentur, fuerint in aliquo delicto præoccupati: nec si ipsi eodẽ loco esent, multò fortasse grauiora patrarẽt. Ferenda sunt à subditis, eorũ qui præsent errata: non est ab oue iudicandus pastor: diuino pleraq; iudicio ius referuanda, Dñs em est, cui stat aut cadit.

Multò grauisimè verò peccant contra præceptum hoc, qui eos, ex quibus interrogare sunt iussi, de semitis antiquis, cum ipsi contempnunt, tum in aliorũ contemptum adducere conantur, quicquid sancitum ab illis, & tot seculorũ vñu in Ecclesia Dei receptum est & appro-

& approbatum, id vno traditionũ humanarum nomine reiiciendum esse docent, sanctos patres omnes pro nihilo ducit, sibi ipsis nihil nõ tribuunt, illis contra nihil nõ detrahunt. Rident ieiunia, rident vota, rident sacrificia, quin & ipsa ludibrio sunt sacramenta. Denique quæcunque mille quingentis annis & deinceps, per Apostolus, & eorum successores, & per ecumenica Concilia piè sunt instituta, castissimis, omnia profsequuntur. Atqui non ita non docet Scriptura. Interroga, inquit, patrem tuum, & annuntiabit tibi maiores tuos, & dicent tibi. Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Quam grauitè autem istos memordit coluber, qui dissipare sepem, hoc est, omnia Ecclesie dogmata, omnes institutiones, ab Apostolis & Apostolicis viris fundatas, conuellere sunt & labefactare conati, qui pleraque non aliam ob causam contempnunt & reiiciunt, quam quòd ita sunt à sanctis patribus, quam summa ratione, constituta, Verbi gratia, Visum est patribus, & ab ipsis etiam Apostolis institutum, vt sexta ferijs à carnibus abstineretur, quòd grata fieret eius rei recordatio, quo modo verbum caro pro nobis factum, sexta feria graue crucis perculit supplicium, & mortem acerbißimam, oppetiuit. Illi in contemptum patrum, nulla profus necessitate cogente, eo die carnibus vescuntur. Denique quicquid à sanctis patribus, quæcunque tandem de re, quamlibet piè constitutum est, contra id omne pedibus & manibus obnixè venire conantur. Quid est, si hoc non est grauisimè contra præceptum istud peccare, quo patrem & matrem honorare iubemur? Audi filii mi, dicit Spiritus Dei, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.

Pater noster Deus est: huius disciplinam vt audiamus præcipit. Sed nunquid hoc factis fuerit, si nos diligere Deum, si præceptis eius obtemperare, si disciplinam eius audire dicamus? Minimè gentium. Mater nostra Ecclesia est: huius legem si dimiserimus, si morem illi nõ gesserimus, si nos ab illius vnitate segregauerimus, frustra nos audiuisse patris disciplinam gloriabimur. Erimus enim ij, quos vocat Propheta filios desertorẽs de quibus etiam alio loco scriptum est: Filij alieni mentiti sunt mihi. Nam vt alia omnia, sic hoc quoque præclare Cyprianus: Ecclesia, inquit, est, quæ nos Deo seruat, quæ filios regno, quos generauit assignat, Qui quis ab Ecclesia segregatus adulterè iungitur, à promissis Ecclesie separatur, nec pertinet ad Christi præmia, qui relinquit Ecclesiam. Christi alienus est, prophanus est, hostis est. Habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Sic igitur patrem nostrum Deum honoremus, vt sito matrem Ecclesiam honore non fraudemus. Sic patris nostri disciplinam audiamus, vt matris quoque legem ne dimittamus. Quam qui non audit, eum Deus haberi vult tanquam Ethnicum & Publicanum, non agnoscat eum pro filio, qui quam sibi sanguine suo mundatam copulauit, sponte suæ Ecclesie non obtemperat, cuius contempus ad patris contemptum redundat. Sic enim loquitur Deus, Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Et ad Samuelem: Non te respuerunt, sed me, ne regnem super illos. Nunquam à disciplina patris, lex matris, nunquam à lege matris disciplina patris disidet. Non est Euangelium, vbi non est Ecclesia. Non est Ecclesia, vbi non est Euangelium. Non quòd scriptura non haberi possit extra Ecclesiam, de qua Iudæos gloriosos, cuius testimonio Diabolus & membra eius hæreticos & schismaticos ita frequenter vtos legimus, vt ea eiusque sanum intellectum sibi solis proprie vendicare coniti fuerint. Sed quòd viuum Euangelium ipsa est Ecclesia, extra quam pelles haberi, sine charta possunt, atramentum haberi potest, literæ siue characteres, quibus conscriptum est Euangelium, haberi possunt: ceterum ipsum Euangelium, extra Ecclesiam non habetur, nec haberi potest. Quæ causa est, quòd Apostoli Spiritu sancto pleni, cum symbolum tradidissent, nupta pro posuerunt: credo sancta Biblia, aut sanctum Euangelium: sed credo, dixerunt, sanctam Ecclesiam. In ea sunt Biblia; in ea est Euangelium, in ea sanus est Euangelij intellectus: quin ipsa potius est Euangelium scriptum non atramento, sed Spiritu Dei vini: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Hoc est illud verbum Domini, quòd Propheta manere dixit in æternum, de quo Christus loquitur: Cælum & terra transibunt, & aucte mea nõ transibunt. Nam quæ calamo sunt in charta scripta, transire possunt: possunt aliquo casu perire: quæ modò libros legis Dei combustos legimus, quos tamen Eldras postea, qui eodem spiritu, quo antè scripti fuerant, plenus fuit, restituit: sicut Eusebius, Chrysostomus, Augustinus, Beda, & alij memorie prodiderunt. Quæ verò scripta sunt Spiritu Dei vini, non in tabulis lapideis, vel in chartis papyraceis, aut peccorinis, verum in tabulis cordis carnalibus, ea nulla ratione possunt inferire. Quam obrem honoremus patrem nostrum Deum, honoremus & matrem nostram Ecclesiam: vtrique morem geramus: vtrique dicto sumus audientes. Et enim cum Dei filio, carnem nostram induto, corpus vnum Ecclesiam mater nostra facta est. Quare qui non au-

Deut. 32. Prou. 22. Eccl. 10.

Dispersis semper mordet coluber.

Ieiunij sexta feria ratio.

Prou. 1.

Pater noster Deus.

Mater Ecclesia, ab ea discedentes à Christo discedunt.

Esai. 30. Esai. 17.

Cyp. de simplicitate Prætorij.

Mat. 18.

Luc. 10.

1. Reg. 8.

Extraecclesiam scriptura haberi potest, intelligentia eius nõ.

Credo sanctam ecclesiam, docentem.

2. Cor. 3. Esai. 40.

Luc. 21. Libros legis Dei combustos Eldras restituit.

Eusebius Chronicon.

Chry. in op. interpret. in Mat. ho. 39. et ho. 8.

in ep. ad Hebr. Au. de mirabil. sacre scrip. li. 2.

cap. 33. Beda de ratione temp. ca. 1.

Eph. 5.

dit hanc, Deum non audit: Deo detrahit, quisquis illi detrahit: Si quidem duo sunt in carne vna, Christus & Ecclesia. Mentitur, quisquis audire se patris disciplinam iactat, si matris legem dimittit: nam nisi doctus à matre fuerit Ecclesia, quæ patris disciplina sit, ignorabit. Teneamus igitur illam, quæ firmamentum est, & columna veritatis, neque cui iusquam auctoritate nos ab ea auelli patiamur, quamlibet is sibi cautus & prudens videatur, quamlibet etiam multa scripturarum proferat oracula, quæ non in legendo, sed in intelligendo consistunt. Satana sunt ille voces: Deponite quicquid armaturæ suppeditant orthodoxi veteres Theologorum scholæ, auctoritas conciliorum & pontificum, consensus tot seculorum, ac totius populi Christiani: nihil recipimus, nisi scripturas: sed sic, vt penes nos solos sit certa auctoritas interpretandi. Quod nos interpretamur, hoc sentit Spiritus sanctus: quod adferunt alij quamuis magni, quamuis multi, à spiritu Satanae & alienata mente profectum est: Quod orthodoxi docuerunt, quod auctoritas Ecclesiae tradidit, quod populus Christianus amplexus est, quod scholæ defendunt, exitiabile venenum est Satanae: quod ego doceo spiritus est vitæ. Credite in scripturis nihil profusum esse obsecritatis, vel quod egeat iudice: aut vt omnes cæcutiant, ego non cæcutio: nam conscius mihi sum me habere Spiritum Christi, quo possum de omnibus iudicare, nemo de me. Nolo iudicium, sed requiro obsequium. Neque quenquam vel tantillum moueat multitudo, magnitudo, latitudo, profunditas, miracula, sanctitas, Ecclesie sanctorum: Omnes perierunt, si senserunt vt scripserunt: nisi qui forte respuerunt ante supremum vitæ diem: Qui meis probationibus diffidunt, aut carent sensu communi, aut blasphemiam committunt in Spiritum sanctum. Et tamen per quod idolum hæc Satanas loquutus est, non continua quidem oratione, sed sparsim in multis locis, in illo omni impiæ doctrinæ genere referto libello, De seruo arbitrio, illud nunc pro Deo colit magna pars Germaniæ: Quod ille sentit, Dei verbum & purum Euangelium vocatur.

Lutheri superba verba

De Quinto Præcepto. CAPVT LXXXI.

Quemadmodum nihil est magis secundum naturam, quam vt homo homini, quicquam sit, ob eam ipsam tamen causam, quod homo sit, consultum velit: sic è contrario, detrahere aliquid alteri, violare alterum, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera quæ possint aut corpori accidere, aut rebus externis. Inter omnia autem incommoda, quæ per hominem homini possunt importari, multò grauissimum habetur, & longè facinus atrocissimum existimatur, si quis alicui lucis huius vsuram eripiat: si quem vita priuet. Quem obrem rectè primo loco Deus id prohibet, dicens: Non occides. Quod tamen interdictum non ita latè patet, vt illinimè nobis per id licere putemus animalia terræ, volucres cœli, pisces maris; ac quæcunque tandem bruta animata, quæ in vsu hominis creata sunt, occidere. Nam si quicquid viuunt occidendum non est, viuunt & herbæ, viuunt & plantæ. Non ergo fas fuerit virgultum vellere, aut herbis etiam vesci. Cum tamen disertis verbis scriptum sit: Omne quod inouetur & viuunt, erit vobis in cibum: quasi olera virentia, tradidi vobis omnia: vt feras, & quascunque tandem bestias, & pecora non alio loco habere debeamus, quam quò vel herbæ, vel fructus alios. Cum præsertim à Paulo quoque scriptum sit: Omne quod in macello venit, manducate. Tantum autem abest, vt bestias & pecora Deus occidi prohibuerit, ipsum etiam vt hominem occidi iusserit: idque in eiusdem libri capite mox sequenti: Qui percussit, inquit, hominem volens occidere, morte moriatur. Et proxime in sequenti: Maleficos non patieris viuere. Et rursus in Leuitico: Qui percussit & occiderit hominem, morte moriatur. Et in Deuteronomio: Qui superbiebit nolens obedire sacerdoti, ex decreto iudicis moriatur homo ille.

Præceptum No occides, quia nimis se cœdit

Gen. 9.

1. Cor. 10. Cædes non omnis contra præceptum Dei. Exod. 21. Exo. 22. Leuit. 24. Deut. 17. Deut. 13.

Lib. 7. cap. 3. constit. apost. Magistratibus licet occidere. Deut. 32. Prouer. 8. Rom. 13.

Magistratus non puniens fontes homicida est.

Quod ergo dicit hoc loco: Non occides, ad priuatos homines pertinere voluit. Nam sicut præclare scriptum est à Clemente, Non omnis cædes in malis habenda est, sed solum illa prohibetur, quæ innocenti inferitur: iusta verò magistratibus referuatur. Quare si qui magistratu funguntur, supplicium capitis de nocente sumpserint, non ipsi hoc, sed ille facere videtur, qui dixit: Ego occidam, & viuere faciam. Ipse enim est per quem reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quid enim aliud est rex, aut iudex quicunque, quam Dei minister, bonis in bonum? Si autem malum feceris, inquit, Paulus, time: Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, & vindex in iram, ei qui male agit. Ipsius ministerio Deus plectit fontes, quos propterea vult occidi, vt vel metu ad actus quisque, quod de non occidendo præceptum est, tanto diligentius obseruet. Quamobrem non modò non peccat iudex, cum de fonte penas sumit, verum etiam si id facere

facere intermittat, non minus in vitio est, quam ille ipse qui facinus patrauit, cuius causa mortis reus erat pronunciat. Homicida est, quisquis iurisdictionem sibi datam habes, homicidam impunitum relinquit: de quo cum debitas penas exegerit, non iam homicida, verum Dei minister est, vindex in iram ei, qui male agit. Itaque homicidas, & sacrilegos, & fornicarios punire non est effusio sanguinis, dicit Hieronymus, sed legitimum ministerium. Præclare quidem dixit, quamuis Ethnicus: Senit in bonos, qui parci malis. Impunitatis enim spes maxima est peccandi illecebra, qua furor hominum alitur effrenatus. Non igitur violati præcepti huius reus est iudex, si hominem occidi faciat, sed qui priuata sua & propria auctoritate occiderit hominem, is demum violasse mandatum hoc exi stimandus est, non solum si manu id faciat, verum etiam si sit ex eorum numero, de quibus dicit scriptura: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Quare siue quis consilium det alicui, vt occidat, siue prouocet alique ad interficiendum, vel accusando proximum, vel detrahendo, siue quodcumque prester auxilium aut assensum saltem suum præbeat, reus erit huius præcepti violati. Si quidem digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Consentire autem videtur & is, qui non obstitit si potest, cum scriptum sit. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Qui videt igitur fame morientem, neque pascat, ipse occidisse iudicatur. Pasce fame morientem, dicit Am brosius, Si non paueris, occidisti.

In ca. Elic. 22.

Rei huius præcepti. Psalm. 56.

Rom. 1. Prouer. 24. Consentientium alienum periculum.

Homicide animarum. Ioan. 8.

Au. tract. 422 in Ioan.

Ac peccant quidem grauius, qui corpus hominis occidunt, sed grauius etiam illi, qui animas in gehennam mittunt. De diabolo dicit Christus, quod homicida erat ab initio. Atqui ille non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominem venit. Verbum malum seminavit, inquit Augustinus, & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, quando fratri tuo male persuades. Graue genus, id est, homicidij, si quis oratione sua hominem ad peccandum inuitat, atque ita gehennæ reum facit, si doctrinis varijs & peregrinis mentem alicuius abducere, & in aliud Euangelium transferre conatur, ab eo, qui vocauit nos in gratiam Christi.

Malo exemplo nocere est homicidiam esse. Matt. 5.

Greg. in pastoralis parte. 3. ad monitione. 5.

Graue est & illud homicidij genus, si quis vita sua contaminata corumpit alios, dum sua in eos vitia infundit, ac plus etiam exemplo, quam peccato nocet, si præsertim sit eorum numero, quibus dictum est, Vos estis sal terræ, quod si sal euauerit, in quo salietur? Vos estis lux mundi: Si luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Qui si præierint alijs flagitiosè viuendo, tot eos mortibus dignos esse scribit Gregorius, quot ad subditos suos, perditionis exempla transmittunt. Quamobrem tantò diligentius cauere eos oportet, vt non modò crimine, verum etiam suspitione criminis vacare queant, quanto pluribus æternæ mortis auctores sunt, cum sua in illos vitia infundunt.

De sexto Præcepto.

CAPVT LXXXII.

Graue crimen est homicidium, sed non minus graue, quod sexto loco prohibet Deus, Non mechaaberis. Quamobrem non Romanorum modò, verum & Hebræorum & Barbarorum legimus, in adulteros capitis pena fuit constituta. Furti manifesti reum, quadrupli, nec manifesti, dupli pena absoluebat, scelus adulterij securis expiabat. Apud Hebræos autem populi manibus lapidabantur, quod id violasset, sine quo populus non esset. Nec hoc contenta legum seueritas illud etiam permisit, deprehensum adulterum, sine iudicio, sine legibus confodere, nimirum id maritali donans dolori, quod grauatim concedit vim à capite propellenti, quasi lædat atrocius, qui coniugem adimit, quam qui vitam. Nunc, proh dolor, apud Christianos ludus ac iocus est adulterium. Qui semel furtum admisit, non audeat faciem attollere, qui multis adulterijs nobilitatus est, principem inter alios sapè locum obtinet. Atque adeò non pudet facti plerisque, vt glorientur etià in malicia sua, lætentur cum male fecerint, & exultent in rebus pessimis. Si quis vestem sublegerit, in crucem agitur, si pudicitiam vxoris aliena iuratis omni eam honestare spoliauerit, non modò nulla pœna, ciuilibus quidem legibus, dignus existimatur, verum etiam idoneus ducitur, cui honores mandentur. In vxore tantum crimen habetur adulteri, maritus etiam commendatiorem inde fore persuasum habet. Quem tamen, sicut ab Augustino scriptum legimus, tantò puniri grauius oportuit, quanto magis ad eum pertinet & virtute vincere feminam, & exemplo moderari. Caput mulieris est vir, itaque ducem illum, vxorem comitem esse decet. Quo diligentius illi cauendum est ne illac eat viuendo, qua timet, ne sequatur vxor imitando. Virum, sunt qui purent à virtute dictum, quod plus in eo, quam in femina, virtutis insit. Quod si ita est, æquum est, vt virtutis exemplo præcat vxori, neque quod illi nolit, sibi

Adulteri crimen grauissimum.

Adulteri quomodo puniunt olim, & eius no stro eno impunitas.

Psalm. 51. Prou. 2.

Aug. de adulteriis nuptijs lib. 2. cap. 2. Peccatum virorum parum maiore dignum, quam mulierum. Vir vnde dicitur Lat. de opifista Dei, cap. 12.

sibi licere velit: prior ipse præstet, quàm ab illa coniugij fidem exigit.

Machia quid.

Fornicatio qua
le crimen.

Ephe. 13.
Ephe. 5.

Gal. 5.

Cæterum adulterij siue moechiæ nomen latius patet. Quamobrem omnino illicitus concubitus hoc præcepto prohibetur. Licitus autem censetur solus ille, qui est inter matrimonio iunctos. Ex quo manifestum est eos errare, qui fornicationem eius generis peccatum esse negant, quod æternæ mortis reum hominem faciat. Quamuis enim leuius peccatum sit simplex fornicatio, quàm adulterium, utrunque tamen coniunxit Apostolus, dicens: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Et alio loco: Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentie. Et rursus in alia Epistola, fornicationem inter alia carnis opera recensens: Prædico vobis, inquit, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Certè quòd peccatum excludit à regno Dei, mortis æternæ reum facit.

Idem machabe-
vis ad quas ma-
gis pertinet.

Conscientia an
possit seruari.
Esa. 59.

Mar. 9.
Philip. 4.

Calibati: præ-
stat coniugio.
1. Cor. 7.
Mat. 19.
1. Cor. 7.

Continentia an
contra natu-
ram sit.

Ridiculum autem est, quòd hoc præcepto nonnulli sanciri putant, & confirmari legiti-
mum coniugium. Qui si hoc dicerent, sancire Deum, vt à lege matrimonij coniuges nõ
discedant, neue quid indignum committant honestate temperantiaque coniugali, ne illi
rectè sentiant. Vult enim Deus, vt coniuges alter alteri coniugij fidè seruent inuolantam.
Cæterum hoc isti persuadere velle videntur, præceptum hic esse cunctis, vt vxores du-
cant, quæ scripturæ mens nunquam fuit. Nam quòd ait Deus, non moechaberis, non
tam ad eos, qui cælibem vitam agunt, quàm ad eos, qui matrimonio sunt irretiti, præ-
cipriè dictum esse videtur. His præcipitur, vt inuicem sibi fidem seruent, vt thorum im-
maculatum custodiant, neue maritus alicui præterquam vxori, neue vxor alicui præ-
terquam marito sui corporis potestatem faciat. Ad vxorem autem ducendam nemo
per hoc præceptum adigitur. Est quidem ita, quòd inter alias instituti matrimonij cau-
sas, & hæc recensetur: quòd hac ratione facilius, & fornicationem & quemuis alium
illicitum concubitus effugere liceat. Sed si quis putat, vni cum hoc esse vitandæ for-
nicationis remedium, is à vero longè aberrat. Multa milia virginum, multæ myriades co-
ninentium fuerunt in ecclesia, qui alijs, quàm contrahendi matrimonij remedijs vsi, pu-
dicè & castè vitæ suæ tempus omne transegerunt. Scilicet quòd potuerunt tot seculis to-
myriades hominum, hoc nunc vix quemquam posse dicemus? Non est abbreviata ma-
nus domini: idem nunc Deus est, qui fuit semper: neque cepit inquam, nec idem esse
desinit: æquè nunc potens, æquè nunc benignus est & misericors: Non exaruit fons ille
bonitatis: æquè nunc etiam copiosus est, & redundans. Quamobrem qui negat rectè
dici hodie, nos Dei auxilios adiutos, omnia posse, negat Euangelij vocem: Omnia pos-
sibilia sunt credenti: Omnia possum in eo, qui me confortat. Quamobrem sicut nemo
prohibetur, ita nemo iubetur hoc præcepto, matrimonium contrahere: neque se sub-
ducit vocatione sua contra Dei voluntatem, si quis vitam celebem agere firmiter deli-
beratum habuerit. Quamuis enim, qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit
tamen qui non iungit, melius facit. Ad id ergò, quòd melius est, vocati sumus omnes
cum per ipsum Christum dicentem: Qui potest, hoc est, qui vult, capere capiat: tunc
per Apostolum eius ad Corinthios scribentem: Volo autem omnes esse sicut incip-
sum: Hoc præcipiè tempore, quòd cum breue sit, etiam qui habent vxores, vult A-
postolus eos esse, tanquàm non habentes: hoc est, vt neglectim eas habeant, & in Deo piè
colendo potius occupati, quàm rei sint vxori mancipati. Quare vocati sumus ad ea, quæ
sunt optima. Nam si Ethnicus ille dixit: Optimam vitæ rationem elige, eam tibi in-
cundam reddet consuetudo, non est verisimile, non multo magis id voluisse Deum: què
nos ad perpetuum quandam sabbatissimum vocasse videtur: Sed non ita tamen, vt
non fecerit cuique potestatem, si dura illi videtur & difficilis perpetua continentia (si-
cut natura sua virtus omnis est difficilis) quin quòd proximum est sequeretur: Prima
sequentem, sicut antea quoque diximus, honestum est in secundis & tertijs consistere.
Quin optima sit virginis castitas, proxima cælibum continentia, nemo est tam proter-
uè improbus, qui negare audeat. Sed si cui vitæ genus hoc arduum videtur, bonum est &
matrimonium inire: & secundas & tertias & quartas nuptias contrahere, malum non
est: verum ei, qui nulla se voti religione obstrinxit.

Neque propterea Deum tentat, qui Dei fretus auxilio calibatum vouet: vt maximè
verum sit, contra naturam eum niti. Siquidem si quis naturam spectet corruptam, &
vitiò primi parentis deprauatam, non modò carnis, verum & oculorum, & honoris
concupiscentia, maximè secundùm naturam est. Omnes enim natura, & voluptate
frui, & diuitijs affluere, & honoribus potiri cupiunt. Nunquid igitur non erit niten-
dum contra corruptam naturam hanc? nunquid Deum tentare putandus est, si quis
for-

fortiter ei freret reluctatus? Atqui hæc est militia nostra. Militia enim est vita hominis
super terram. Quid aliud in baptismo factum est, quàm quòd Christo nomen dedimus, quòd
quàm quòd illi stipendia nos facturos, & contra omnem & carnis, & oculorum, & hon-
noris concupiscentiam fortiter esse pugnuros nos obstrinximus? Neg; propterea de-
spondere nos animum statim oportet, si victi quandoque fuerimus. Vir fugiens, dixit
ille, iterum pugnabit. Præclare Bassilus: Non angeli sumus, inquit, sed homines: & cadi-
mus & resurgimus, idque sæpè eadem hora. Ambrosius verò contra eos, qui propter in-
firmiorem non esse putabant vouendam continentiam, ne quis forte non præter quòd
vouisset. Ergò nemo militet, inquit, ne aliquando vincatur: nec pedis vtrius obsequio,
qui gradiendi periculum reformidat: nec oculi intendat officio, qui concupiscentiæ ti-
met lapsum. Qui d; ipsi coniuges, nunquid omnes castitatem obseruant coniugales: E-
riam in ipso coniugio adulterium committi posse, vel illa Xisti sententia ab Hjeronymo
& Augustino producta, nos docet: Adulter est in suam vxorè amator ardentior. Quam
multos autem reperire licet, quibus, quòd esse debebat fornicationis remedium, peccati
gravioris sit occasio, apud quos adulterium ludus & iocus est. Nunquid idèb malæ sunt
nuptiæ: nunquid ab illis abstinentum est propterea, quòd alteruter, aut vtrèque coni-
ugum non raro illicito concubitu miscetur? Et certè cum non dispar sit admissum, non
par tamen culpa fuerit adulteri cælibis, & coniugati. Nam quo sanctior est res coni-
ugum, eo grauioris piaculi reus tenetur, qui rem tam sanctam adulterio temerauerit. Nò
propterea tamen non est honorabile coniugium, & thorus immaculatus: non propte-
rea peccat, si quis fidem suam coniugi obstringit, si corporis sui potestatem penes coni-
ugem tantum fore promittit: etiam si non paucos reperire liceat, qui quòd promiserint
nò præsent. Quòd si difficilius cõtinet, qui coniugis vti cõmercio consuevit, si quo casu
longius absit à coniuge, aut si nõ modico temporis intervallo, nullus illius propter diu-
turnam infirmitatem sit vsus: nunquid credendus erit Deum tentare, qui contra concu-
piscentiam à natura sibi instam niti, ac ne quid contra fidem coniugi datam commit-
tat sui corporis potestatem alteri facere noluerit? Scilicet si istos audiemus, superflite cõ-
iuge, quandoquidem illius vsus esse non potest, ad secundas ac tertias aut quartas etiam
nuptias transibit: ne si continere voluerit, Deum tentare videatur, contra naturam, quæ
ab eo nobis indita est, nitendo. Quis nõ videt, quanta sit in his absurditas? Et tamen cati
sibi videntur, qui hæc magno cum supercilio pronunciant: seque prudentiores esse deie-
rauerint, quàm vel Apostolos ipsos, qui tam fuerunt rerum omnium impetiti, vt simul
atque Christum sequi cõperant, vxores relinquerent, neque sui corporis potestatem de-
inceps illis vnquam facerent: vel eos, qui per mille quingentos annos illos sequuti sunt
omnes. Verum huc istos cõcitatis & dementiæ perduxit moechia spiritalis, quæ multò
grauior est, quàm illa carnalis. Despondit vos vni viro virginem castam exhibere Chri-
sto, dicit Paulus: Per quem qui loquutus est, idem etiam per Prophetam multò ante dixe-
rat: Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio,
& in misericordia & miserationibus.

Sumus ergo sponsæ Christi: quòdque stipendium maximè est, & omnes vnà spon-
sæ, & singuli singulæ sponsæ sumus. Hactenus autem singuli Christi sponsæ sumus, qua-
tenus illius vnus sponsæ sanctæ Catholice & Apostolice Ecclesiæ membra sumus. Spo-
sus noster ille est, de quo scriptum est: Rex omnis terræ Deus: ipse sponsus noster totam
tenet, quia totam emit. Vide autem quanti emerit, vt intelligas quid emerit: Quòd præ-
tium dedit? Empti estis, dicit Paulus, pretio niagno: Sed quòdnam est illud pretium ma-
gnum? Edisserit hoc alius Apostolus, dicens: Non corruptibilibus auro & argento re-
dempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Sanguinem ergo suum
fudit: sanguinis sui pretio nos emit. Vbi fudit sanguinem suum? in passione cruci af-
fixus, quam prædixit Propheta, dicens: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumera-
uerunt omnia ossa mea. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt
sortem: Habet ergo vestem sponsus noster. Qualis ea fuerit, docet Ioannes, dicens, quòd
erat desuper contexta per totum. Quid ea res nisi charitatem? quid significat nisi vnita-
tem? Hanc unicam nõ diuiserunt impij milites, Christi persecutores: interea diuidit
Ecclesiam, qui volunt haberi Christiani, Cæterum quisquis hanc diuidit, milites, qui
Christum in crucem egerunt, impietate sua superat. Quisquis à toto, quisquis à sponsa
Christi sancti catholice ecclesiæ semetipsum segregat, is à sponsa quoque Christo, à quo
tanto emprus fuit pretio, segregatus est, atque illius esse sponsa desinit, tantoque grauius
moechatur, quàm qui coniugio irretitus alienum thorum inuadit, quanto maior est Chri-
stus, Deus & homo, quàm quiuis alius purus homo. De hoc genere moechiæ scribit Cle-
mens presbyter Alexandrinus: Est autem adulterium, si quis relicta Ecclesiastica & vera
cõgni-

Iob. 7.

Basi. in hom. de
penitentiis.
Amb. lib. 1. de
viduis.

Matrimonium
quomodo vio-
letur.
Hier. lib. 1. con-
tra Iudæos.
Aug. lib. 2.
con. Iudæos.

Adulterium spi-
rituale grauius
quàm carnale.
2. Cor. 11.
Offe. 2.

Sponsæ Christi
sumus quemus-
do.

Psal. 46.

1. Cor. 6.

1. Pet. 1.

Psal. 21.
Ioan. 19.

Vnitas ecclesiæ,
Christi inconsu-
titi vnica signi-
ficata.

Moechia spiritus
alis.
Clem. lib. 6.
stromatum.

Lib. 4. contra
Parneniam.

Hier. 7. et. 8. in
Ezechielem.
Hier. lib. 5. ca. 6.

Hier. 6.

Eze. 16.
Quomodo here-
tici in principio
uicium fabricant
lupanar suum.

Hier. 2.

Collis sublimis
est lignum fron-
dosum quid.
Hereticorum do-
gmata non sunt
diuina.

Possit pro uelle
scire in scriptu-
ris usurpatum.
Hier. lib. 4.
Theologia.
Chry. hom. 67.
in Ioan.

Hier. 3.

Hier. 63. in Mat.

cognitione, & de Deo persuasione, accedat ad falsam, quæ non conuenit, opinionem. Et cum sequitur Opratus explicans illum locum: Cum Mœchis particulam tuam ponebas, hæreticos dicit mœchos, & mœchas ecclesias illorum, quas aspernatur & repudiat Christus in canticis canticorum. Quasi diceret: Quid mihi colligis non necessarias? vna est dilecta mea, vna sponsa mea, vna columba mea: Catholica in qua & vos cum esse possitis, rebaptizando Mœchos particulam habere uoluistis: Et æqualis eius Hieronymus Origenis interpretationem secutus Ezechielem enarrans: Est & alia, inquit, fornicatio spiritualis, quando deserentes ecclesiam hæreticis iungimur, & adificamus lupanar nostrum in capite omnis uia, quibus præcipit sermo diuinus, State in uis & querite semitas domini sempiternas, & uidere quæ sit uia bona, & ambulate in ea: Moyse uidelicet, Iesu, Iudicum, & Regum libris, Esaiæque & Hieremia, & alijs Prophetis. In omnibus uiarum principijs fabricatur lupanar suum, qui ad peruersitatem doctrinæ testimonijs male ab utitur scripturarum, & dicit: Hæc ait Esaias: hæc dicit Ozea, hoc loquutus est Moyses, hæc Daniel. Et pulchre, non in medijs uis, nec in uiarum terminis pernit lupanar suum, sed in principio. Si enim ad scientiam & profundam diuinorum ueritatis librorum, errare non potest. Et paucis interiectis: Quicquid de Hierusalem diximus, refert ad Ecclesiam animasque credentium, quæ munera maritalia, aurum uidelicet in sensu, argentum in eloquio, & uerimenta, quibus fœditas nostra, ac turpitudine uelatur, dant amatoribus suis, uel contrarijs fortitudinibus, uel magistris dogmatum peruersorum, quando asserunt nihil nocere luxuriam, cibis omnibus indifferenter utendum, quia ad hoc facti sunt ut sumantur, & cetera. Hanc fornicationem ita grauem esse dicit Hieronymus, ut exponens illum locum: Et post re non erit fornicatio: collatione illius omnem deinceps fornicationem leuiorem existimari debere dicat. Vocant eiusmodi, Propheta, mulieres adulteras, uocant & meretrices, sicut apud Hieremiam legimus. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Hoc enim ingenio sunt, qui semel à Christo sponso nostro se diuiserunt, & sponsæ ipsius Ecclesie membra esse deserunt, ut quando semel ei fidem datam sefellierunt, eam subinde mutant, ac simul ac uiderint collem aliquem sublimem, aut lignum frondosum, hoc est, qui scientiæ habet opinionem, quæ inlat, quique uerbis orâcis & amplius ea, quæ praua sentit, edisserere queat, statim illi adhæreant, Ex quo fit, ut nunc huic, nunc illi sectæ se tradant, dum nihil apud eos stabile est & diuturnum. Sed neque apud magistros eorum, sectarumque principes, constans est aliud & perpetuum, cum quotannis, & ritus & dogmata sua uariant. Præsertim uidere licuit, qui cum nati uel renati potius fuissent Christiani, facti sunt Lutherani, deinde Sacramentarij, postea temporis causa finxerunt se Lutheri de Eucharistia dogma, quamuis falsum amplecti, ut ne prorsus ueritatem Christi corporis ex Eucharistia tollere uideantur, ad extremum tamen, mortui sunt Sacramentarij, Alij uero Iconomachi, alij Anabaptistæ facti sunt, & subinde nouum aliquod dogma sequuti, nullus ut apud eos legitimus thorus, sed uagi sint concubitus. Ab hoc mœchia genere cum primis cauendum est homini Christiano: cui persuasum esse debet, spem salutis in diuisione nullam esse. Quamobrem prius omnia & facere & pati paratus esse se debet, quam ut ab Ecclesia, quam ut sibi sponsam Christus elegit, in cuius communione Christi sponsa & ipse efficitur, se diuelli quacunque tandem ratione patiatur: Quin illud potius contendat & elaboret modis omnibus, ne unquam se à sponso Christo separet, & fidem semel illi datam in uiolatam seruet, quo possit ad præmia, quæ sponso suis Christus pollicitus est, peruenire.

Ne uero durius alicui uideatur, quod à nobis dictum est: Qui potest, hoc est, qui uult capere, capiat: ueterum orthodoxorum interpretationem hanc esse sciat. Nam & Gregorius Nazianzenus, Ioannes Chrysostomus, sæpè scripturam, posse, pro uelle, usurpare docent. Libet autem Chrysostomi uerba adscribere: qui enarras illum Euangelij locum: Propterea non potuerunt credere: quia dixit Esaias: Non potuerunt, inquit, hoc est: noluerunt. Neque te admiratio capiat. Alibi enim inquit: Qui potest, capere, capiat: ita non unquam potestare pro uoluntate utitur. Et iterum: Non potest mundus uos odio habere: me autem odio habet. Hoc & communi sermone usurpatum uidemus, cum quis dicit, Non possum asperum hominem diligere: uehementiam uoluntatis potestatem appellans. Et iterum: Non potest ille fieri bonus. Et Propheta: Si mutabit Æthiops pellem suam, & pardus uarietatem suam, & populus hic potest benefacere, qui dicit mala. Non dicit, quod impossibile sit ei bene operari: sed quia nolunt, ideo non possunt. Et in Mattheum: Non omnes capiunt, sed quibus datum est: Ut singularis id esse certamen perdiscas, non ut forte datam necessitatem suscipieris. His enim datum est, qui sponga id eligunt: Quod ideo dicit, ut ostenderet superiore nobis auxilio opus esse: quod quidem

re imperfecto: Non dixit: non omnes possunt, sed non omnes capiunt: id est, omnes quidem capere possunt, sed non tamen omnes capere uolunt. Palma proposita est, Qui concupi scit gloriam, non cogitat de labore. Nemo uinceret, si omnes periculum pugnae timerent. Hieronymus quoque sententiam secutus Origenis, Matthæi locum eundem explicans: Non omnes capiunt uerbum istud, Nemo potest sub hoc uerbo uel fatum uel fortunam introduci, quod hi sunt uirgines, quibus à Deo datum est, sed his datum est, qui perierunt, qui uoluerunt, qui ut acciperent laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & querens inueniet, & pulsanti aperietur. Ad eundem modum interpretatur & Euthimius, explicans illa uerba, qui potest capere, capiat. Relinquit rem, inquit, in hominum uoluntate, dicens: qui potest capere hoc, aut peruenire ad hoc, capiat. Neque diuersa esse uidetur interpretatio Theodoriti, qui priusquam hunc ex Euangelio locum adferret, his uerbis utitur: Dominus Deus, non tulit quidem leges de uirginitate, intellexit enim esse rem sit pra naturam, eam tamen laudibus profequendo, eos qui uellent ad certamen adhortatus est. Augustinus quoque eundem, quem Chrysostomus, Ioannis locum explicans: Sic dictum est, non poterant, ubi intelligendum est, quod nolabant, quemadmodum dictum est, de domino Deo nostro: Negare se ipsum non potest. De omnipotente dictum est, non potest. Sicut ergo quod Dominus se ipsum negare non potest, laus est uoluntatis diuina: ita quod illi non poterant credere, culpa est uoluntatis humanae. Tractans autem eundem locum: Non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. Quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod uolunt. Quibus autem datum est, sic uolunt ut implent quod uolunt. Itaque ut hoc uerbum quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiat, & Dei donum est, & liberum arbitrium.

De septimo Præcepto.
CARV LXXXIII.

Quod septimo loco ponitur: Non furtum facies, uel hoc nomine non debet alijs leuius uideri, quod cum absque satisfactione & poenitentia peccatum non remittatur, de furto difficialior est, quam de alijs quibuscumque satisfactione. Nam si quis eadem parauerit, si thorum alienum inuaserit, modò iustum animo dolorem concipiat, ieiunio, oratione, eleemofyna placatum sibi Deum reddere, peccati que sui ueniam impetrare potest, Ceterum si rem alienam contrectauerit, nihil ei ieiunium, nihil orationes, & lachryma, nihil profuerint eleemofyna. Si non uult quadruplum cum Zacharæ restituere, saltem id quod furatus est restituat oportet, ei cui furatus est, ac posteaquam restituerit, tum demum de suo det pauperibus. Neque enim gratæ Deo sunt eleemofynæ, quæ sunt de alieno. Si uero fiant ex ijs, quæ pauperibus erepta sunt, nihil est quod magis abominetur Deus. Nam qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui uictimam filium in conspectu patris sui. Hinc est quod Propheta quidam, ea quæ furto sine rapina congregata sunt, uocat densum lutum, dicens: Væ ei, qui multiplicat non sua, uel quoquo aggrauat contra se densum lutum? Nam & grauat & polluunt ut lutum, & haud aliter morantur ac retardant hominem, quominus euadere possit, quam profundum lutum eum, qui in ipso hæret.

Non est autem existimandum solum illud furti genus hic prohiberi, quod occulte fit, quin illud multò grauius est, si quis alicui per vim aliquid eripiat. Quamobrem, furti nomine quamuis alienæ rei illicitam uisurpationem intelligi uult Augustinus: Neque putandum est, inquit, rapinam permisisse, qui furtum prohibuit, quin à parte potius totum id significare uoluisse uideatur, quod illicitè de proximi rebus aufertur. Sed est qui inueniisti, inquit, & non reddidisti, rapuisti, quantum potuisti, fecisti: Quia plus non potuisti, ideo non plus fecisti. Qui alienum negat, si possit, & tolleret: Deus cor, non manum interrogat. Ufuram etiam si quis accipiat, furti uel rapinæ potius reus est. Quod etiam apud Ethnicos tam graue facinus existimatum est, quam hominem occidere. Nec is à furto immunis est, qui rerum imperitum aliquem in negocijs & contractibus circumscibit, aut pluri vendendo, aut iusto uilius emendo ab ijs, qui pretia rerum ignoant. Quacunque quis arte fuerit usus in fallendis hominibus contrahendo, furtum commisit. Qui nonis & infueris uetigalibus præter necessitatem ullam suos grauat, in eadem causa esse uideatur, de quibus dicit Propheta: Principes tui inobedientes, socij furum: qui cum per rapinas, miserorumque lachrymas diuitias congregent, si minus fures, certe socij furum rectè uocantur. Sunt enim ex eorum numero, de quibus scribitur: Videbas furem, & currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Neque uero si ipsi non rapiant, crimine vacanti: sed si non prohibent eiusmodi facinora, eiusdem criminis affines iudicantur. Qui enim prohibere potest eum qui iniuria facit,

Theo. in Epitome diuinarum decretorum cap. de uirginitate. Aug. Tract. 53. in Ioan.

De gratia & libero arbitrio cap. 5.

De furto. dist. cillior satisfactio. Etia.

Restitutio rei alienæ.

Eleemofyna ex alieno Deo ingrata. Esai. 34.

Abac. 2. densum lutum furto uel rapina parua.

Aug. in quest. in Exo. cap. 71. Aug. de uerbis Apost. hom. 19. Inuentum non restituit, furtum.

Ufus. In contractibus furtum.

In tributis exigendis uel negandis, furtum. Esai. 1.

Psal. 49.

Chry. in Gen. hom. 33. Ioan. 100.

Fures spirituales.

Hæretici fures. Hier. 23. Catech. 3.

Mendacium imitatur veritatem.

Scripturam professio non comperit hæreticis.

Li. de prescrip. aduersus hære. Prom. 9.

Mendacij pater diaboli. Eccl. 7. Aug. tract. 42. in Ioan.

Ioan. 8. Sapien. 1. Psalm. 5. Mendacij tria genera.

Falsi testis pena in veteri testamento. Gen. 19.

Homidij & falsi testimonij eadem pena. Exod. 21.

Detrahentes serpenes similes. Rom. 16. Sic. 10.

& non prohibet, is nō minorem, scribit Chrysostrus, luet penam, quam qui iniuriam fecit. Contra verò qui dominos suos debitis fraudant vestigalibus, & ipsi fures meriti dicuntur. Vix vllum autem crimen est, quod latius quam hoc pateat. Nam & qui mercedem non soluit operatio, non est alienus ab hoc crimine. Deinde verò, qui non intrant per ostium in ouile ouium, sed ascendunt aliunde, hoc est, magistratus & honores, ecclesiasticos præsertim, pecunia sibi comparant, eos fures & latrones ipse Dominus appellat. Numerant quidam & hæc inter furti genera: Si quis, Ecclesiæ præsertim bonis per luxum abutatur: si maiores quam pro censu sumptus faciat: consequitur enim necessario, vt omnes contrahendæ pecuniæ rationes excogitet, non sine magno eorum quibus præest, grauamine.

Ceterum inter omnia furti genera, multo perniciosissimum illud est, cuius propheta quidam arguit Dominus, qui furabantur verba sua. Quem locum enarrans Hieronymus: & ante eum Cyrillus Hierosolymitanus: Semper, inquit, imitatur mendacium veritatem, & nisi habuerit aliquam similitudinem rectè, decipere non potest innocentem. Quomodo igitur in priori populo mentiebantur Prophete atq; dicebant. Hæc dicit Dominus: Et, vidi Dominum. Et, verbum domini, quod factum est ad illum, siue illum, sic hæretici assumentur testimonia scripturarum, de veteri & nouo Testamento, & furantur verba Saluatoris, vnusquisq; à proximo suo, Prophetis & Apostolis & Euangelistis, & allumunt linguas suas vt cordis venena ore pronuncient. Neq; enim competit hæreticis scripturarum possessio, quam quoties inuadunt, sylum alienam cadunt, fontes alienos transfertunt, limites alienos commouent, in alieno seminant, & pascunt, quemadmodum pluribus ea de re verbis Tertullianus disserit. Et propterea rectè dicuntur furari verba Dei, quorum possessio non pertinet nisi ad Catholicos. Hinc etiam est, quod scriptura doctrinam hæreticorum aquas furtiuas vocat, & panem absconditum.

De Octauo Præcepto.

CAPVT LXXXIII.

Octauo præcepto prohibetur omne genus mendacij, quemadmodum etiam alio loco dicit scriptura: Noli velle mentiri omne mendacium: A si diuitas enim illius non est bona. Quantum autem sit crimen mendacium, vel ex eo colligi potest, quod ab Augustino scriptum est: Quomodo Deus pater genuit filium veritatem, sic Diabolus lapsus, genuit quasi filium mendacium. Quare qui veritatem loquitur, Dei, qui veritas est: qui verò mentitur, filius est Diaboli: qui sicut ipsa dicit veritas, mendax est, & pater eius: intellige mendacij. Verum & scriptura quam graue sit hoc facinus, demonstrat, dicens: Os, quod mentitur, occidit animam. Et rursus: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Peccat igitur quicumq; mentitur. Cum autem tria sint mendacij genera: perniciosum quod obest: officiosum quod prodest: iocosum quod delectat: peccatur quidem omni genere, sed eo grauissimè quod perniciosè adfert proximo: siue quis eum doctrinis varijs & peregrinis in aliud Euangelium trāsferre. Dei verbum adulterado: siue capitis aut fortunatum, aut quæ vita charior est, existimationis ei periculum creare conetur, falsum contra eum testimonium dicendo. Quod si iusurandum accedat religio, tunc verò duplicatur peccatum. Nullum enim esse potest facinus magis capitale, quam testem citare mendacij veritatem.

Quamobrem cum graue sit crimen mendacium, longe grauissimum est periurium. In veteri lege contra falsum testem penam hanc fuisse constitutam legimus: Cum diligentissimè perscrutantes, inquit, inuenerint falsum testem contra fratrem dixisse mendacium, reddent ei sicut fratri facere cogitauerit: & auferes malum de medio tui, vt audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam tanta audeant facere: Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Eadem videtur falso testi pena proposita, quam aduersus homicidas in Exodo sancitam legimus. Neque enim leuius est, falso testimonio, quam ferro, quenquam lædere. Videtur autem sub hoc falsi testimonij titulo contineri noxa omnis, qua proximus per linguam afficitur: quæ nonnunquam est omni ferro nocentior. Quamobrem impingunt in hunc scopulum detrahentes. Deo odibiles: qui quod Deus in hominibus amat præcipue, amorem inter eos, beneuolentiamque mutuan euertere conantur, qui similes esse videntur serpentibus. Quemadmodum enim illi occultè mordentes venenum inserunt, sic isti clam detrahentes virtus sui peccatoris infundit in fratrem: cumque lingua hominis ad benedicendum Deum & ad edificationem hominis sit creata, isti eam serpenti faciunt similem, dum virtutibus eius in peruersum abutuntur. Neq; verò modò ipsi qui detrahunt alienæ famæ, verum & ij qui detrahentibus aurem accommodant, ad eundem lapidem offendunt, quos monet scriptura, dicens: Sepi aut

res tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia: & seras auribus tuis. Offendunt & susurriones qui seminant discordias inter fratres, qui multos turbant sine pacem habentes. Offendunt & palpones, qui laudant peccatores in desiderijs animæ suæ, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, dum nihil non loquuntur ad gratiam, contra quos dicit Propheta: Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Offendit & murmuratores, quibus nunquam satisfieri potest. Offendunt, vt vno verbo complectamur omnia, quicumq; vel vitam proximi, vel existimationem, vel fortunam linguæ suæ viciant in discrimen, quæ sepe muratas etiam diuinitum ciuitates destruxit, sicut dicit ille sapiens: & domos magnatorum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit: plures vt per linguam interiisse, quam in ore gladij cecidisse videntur, vt rectè eam Iacobus vniuersitatem iniquitatis vocauerit, inquietum malum, plenam veneno mortifero.

De nono & decimo Præcepto.

CAPVT LXXXV.

Humanarum & diuinarum legum inter alia discrimen & hoc esse putatur, quod illis aut facta puniuntur, vt furta cædesque: aut dicta, & cõiugia & infidæ aduocationes: aut scripta, vt falsa charta, & famosi libelli: aut cõsilia, vt coniurationes & conscientie latronum. Ceterum cogitationis penam nemo patitur, modò suis terminis ea sit contenta. Deus verò de malis etiam cogitatis pœnas persequitur. A quod quem sicut scripsit beatus Ephrem cogitata non aliter ac facta censentur, & operis instar consilium est: vbi tractat de linguæ morbo & alijs vitijs. Quem secutus Hieronymus: Non solum enim opus, sed & cogitatio mali operis pœnas luet.

Siquidem homo videt quæ foris sunt, atque ea sola punit quæ videt: Deus autem, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, cor intuetur, cor non manum interrogat: Solaque voluntas est, sicut ex Bernardo quoque docuimus antea, quæ, quoniam pro sui ingentia libertate, aut dissentire sibi, aut præter se in aliquo consentire nulla vi, nulla cogitur necessitate, non immeritò iustam vel iniustam, beatitudine seu miseria dignam, & capacem creaturam constituit, prout scilicet iustitiæ iniustitiæque consentit. Et alio loco: Quid enim odit, aut punit Deus præter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & informis non erit. In quem enim ignis ille delæuierit, nisi in propriam voluntatem. Quamobrem apud Deum, qui hominem occidere disponit antequam occidat, quasi homicida habetur: qui & peierare paratus est, antequam peieret, iam periurus habetur: & qui adulterium committere nitus est, antequam committat, iam adulter est ante Deum. Deus enim, inquit Ioannes Chrysostrus, non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus cordis. Voluntas est, quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo: opera autem testimonia sunt voluntatis. Qui etiam alio loco dicit: Bonus Dominus non consuevit attendere ad ea, quæ à nobis fiunt, sed ad internam mentem, à qua vt hæc faciamus, impellimur. Et ad hanc spectans, vel approbat ea quæ à nobis fiunt, vel auerstat. Hanc igitur voluntatem, vt radicibus omne malum ex animis nostris euellat, prohibet Deus extremis duobus his præceptis. Non concupisces domum proximi tui: Non desiderabis vxorem eius: non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Falluntur autem, qui prauam inclinationem fomitemque peccati, qui primi parentis nostri vitio nobis insitus est, hoc loco prohiberi censent. Nam, sicut antea quoque fuit à nobis demonstratum, non exigit à nobis Deus, quod in potestate nostra non est. Verum isti nihil non comminiscuntur, quod possint blasphemam suam sententiam de eo, quod impossibilia præcepit Deus, confirmare. Nos verò cum Augustino dicamus, quod nec impossibile aliquid potuit imperare, qui iustus est, qui pius est. Quamobrem primos illos concupiscentiæ motus non prohibuit Deus, cum diceret: Non concupisces. Fomes iste nobis insitus est à natura, quæ verò sunt à natura, nec laudem, nec vituperationem merentur. Quamobrem ne peccatum quidem est in renatis concupiscentia: Siquidem baptisma, quemadmodum ab Augustino scriptum legimus, dat nobis omnium indulgentiam peccatorum, & auferit crimina, non radit, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, vnde crescant iterum ressecanda peccata.

Sed vocat, aiunt, concupiscentiam peccatum Apóstolus. Etiam Christum vocat peccatum: Nunquid idem Christum, aut culpæ alicuius affinem, aut damnationis dicemus obnoxium? Quamobrem quamdiu non consentimus illi, concupiscentia peccatum

Legum humanarum & diuinarum discrimen.

Hier. lib. 1. cap. 4. Ofc.

I. Reg. 16. Heb. 4. Voluntas à Deo iudicatur.

Ho. 4. et ho. 27. in Genes.

Concupiscentia non prohibetur, sed consensus concupiscentiæ.

Aug. ser. 61. de temp.

Concupiscentia remanens post baptismum non est peccatum. Aug. com. duas epist. Pelag. lib. 1. cap. 13. Rom. 7. 2. Cor. 5.

Peccatum nullum sine voluntate. Au. de duabus animabus contra Manich. Idem de vera religione ca. 14. Aug. de nuptiis et concupiscentia lib. 1. ca. 23.

Eccl. 18. Rom. 6. Concupiscere velle. Chry. hom. 52. Oper. imperf. in danti.

Gre. Niss. in lib. de otto beatorum dionibus explanans illud: Beati mites.

Chry. ho. 13. in epist. ad Rom. Concupiscentie diuisio. Gene. 8. Rom. 7. Iacob. 14.

In cap. 18. Ege.

Prof. li. 2. de vita contemplativa cap. 3.

Grego. interrogatio cap. 11.

catum tale non est, quod nos aeternae damnationis reos faciat. Nam dicere peccare aliquem sine voluntate, magnum esse deliramentum scribit Augustinus, & peccati reum teneri quenquam, quia non fecit quod facere non potuit, summa iniquitatis esse putat & infamia. Vique aded enim peccatum, voluntarium esse malum censet, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Quod itaque concupiscentiam peccatum vocat Apostolus, non ideo sic vocat, quod proprie peccati culpaeque alicuius rationem habeat, sed vocatur, inquit, peccatum, quia peccato facta est, cum iam in regeneratis non sit ipsa peccatum. Sicut vocatur lingua locutio quam lingua facit, & manus vocatur scriptura quam manus facit, itemque sic vocatur peccatum, quia peccatum si vincit, facit. Sicut vocatur frigus pigrum, non quod a pigris fiat, sed quod pigris faciat. Nichil igitur aliud damnat hic Deus, quam vitiofos affectus, ad quos accedit consensus: vt non concupisces, idem esse videatur cum eo, quod alio loco dicit scriptura: Post concupiscentias tuas non eas: quodque dixit alibi idem Apostolus: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentijs eius. Ioannes Chrysostomus aliud esse vult concupiscere, aliud velle: Concupiscere, inquit, passionis: velle autem arbitrij est, frequenter enim concupiscimus, etiam quod nolumus. Si ergo concupiscentia non consentit voluntas, concupiscentia sola non damnat: magis autem gloriosam facit virginis coronam. Qui desertis etiam verbis alio loco concupiscentiam non esse peccatum affirmat. Idem & Gregorius Nissenus, non eum qui alio casti concupierit, sed qui coisult sibi vitium ascuerit & contraxerit, condemnandum esse ait. Nam vt innascatur aliquando talis appetitus, saepe infirmitas infita naturae etiam praeter animi sententiam efficit: Verum non in modum torrentis, impetu perturbationis transuersum rapi, sed viriliter aduersus eiusmodi dispositionem & affectum consistere, & rationibus perturbationem discutere atque submouere, hoc virtutis est opus.

Quod magis autem intelligi res possit, illud scire oportet. Concupiscentiam non nunquam habere nomen fomitis, & esse quandam ad malum inclinationem: factum enim est peccato primi parentis nostri, quod sensus & cogitatio humani cordis in malum pro na sunt ab adulescentia sua. Hanc Paulus vocat legem in membris nostris, repugnantem legi mentis nostrae. De hac scribit Iacobus: Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Hac non solum peccatum non est, verum etiam occasio per sepe coronae. Beatus enim qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Porro concupiscentia haec cum conceperit, parit peccatum. Concupit autem delectando, qua quidem te iam offendimus, sed lapsam tamen mortis nondum incurrimus. Est itaque iam hic secundus stimulus, qui & ipse concupiscentia vocatur. Nam primus est, leuis quidam punctus sensuum, & incentiuum vitiorum. Secundus est cogitatio, quae concepit peccatum delectationis. Hos duos stimulos, quos Graeci πρῶτος & δεύτερος vocant, scribit Hieronymus Deum non punire: sine quibus nullum hominum esse posse dicit. Ceterum peccatum cum consummatum fuerit, hoc est, cum quis facere decreuerit cogitata, aut cum opere perpetraverit, tum demum generat mortem. Quos autem stimulos Hieronymus, eas affectiones vocat Prosper Aquitanicus: de quibus ita loquitur: Non has affectiones habendo, sed eis male vtendo delinquimus. Quia humanorum affectuum proprietates, hominis indicat creaturam, qualitas bonam vel malam significat voluntatem, ac sic motus ij, qui in hominibus affectiones sunt, ijdem ipsi in bene vtentibus virtutes, & male vtentibus passiones, siue perturbationes, aut, vt quidam volunt, aggritudines fiunt.

Scripsit diuus Bernardus sermonem quandam de cute, carne & ossibus animae. Et explicans illud psalmi. Multae tribulationes iustorum, sed de omnibus his liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. His verbis vtitur: Ponamus velut quandam animae cutem cogitationem, carnem affectionem, vt consequenter os eius intentionem possimus accipere. Sic enim erit in ossis integritate animae vita, in carnis incorruptione sanitas, in cutis specie pulchritudo. Quae sunt ergo tribulationes iustorum, nisi quod interdum decoloratur cutis, cum videlicet in inutilis cogitatio in corde vestatur; nonnunquam vero etiam caro vulneratur, quando scilicet ad hoc usque cogitatio perniciosa procedit, vt delectatione corrumpatur affectio. Nam ossa quidem iustorum omnino integra atque illaesa custodiuntur a Domino, vt nunquam frangatur propositum cordis eorum, nunquam salubris intentio conteratur, vt videlicet concupiscentiae trillanti etiam detur assensus. Sic enim peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat, sic consensus omnino animam necat. Ante quem etiam Gregorius: Tribus, inquit, modis impletur omne peccatum, suggestionem, delectationem, & consensum. Suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum. Quia cum

cum primam culpam serpens suggestit, Eua vero caro delectata est, Adam velut spiritus consentit. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem, delectationem & consensum iudex sui animus praesideat. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnino perpetratum non est: Cum vero caro delectari coeperit, tunc peccatum incipit nasci: si autem etiam ad consensum ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestionem igitur peccati semen est, in delectatione fit nutrimentum, in consensu perfectio. Et saepe contingit, vt hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectatione trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat & cum caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, & ei ex ratione contradicat nec consentiat, & tamen delectatione ligatus est, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde & ille celestis exercitus praecipuus miles gemebar, dicens: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in legi peccati, quae est in membris meis. Si autem captiuus erat, minime pugnabar: igitur legi mentis, lex quae in membris est repugnabat. Pugnabat autem, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque homo est, vt ita dixerim & captiuus & liber: liber ex iustitia quam diligit, captiuus ex delectatione quam portat inuitus.

Ex quibus omnibus colligere licet, quod concupiscentia, quatenus vel vrit, vel etiam delectat, nihil aliud quam bellum, quam pugna, quam rixa quaedam est: in qua, si quis victor euaserit, aeternae vitae premia meretur: Si autem superatus fuerit, stipendium illius mors erit aeterna. Nichil igitur peccati, nihil damnationis est in eo quod vrimur, quod delectamur, sed si succumbimus delectationi, tum demum peccati, tum aeternae mortis rei efficiamur. Caro concupiscit aduersus spiritum, in eo nihil est peccati: nam & spiritus concupiscit aduersus carnem. Suggestit caro, fac adulterium: suggerit spiritus, non fac. Luctam video, dicit Augustinus, victum non video. Non autem certantem, sed victum poena consequitur, sicut idem alio loco docet. Loquens de hac concupiscentia pugna S. Marcus Eremita, sic ait: Oppugnatio non est peccatum aut iustitia; sed argumentum libertatis nostrae. Quapropter opponere propugnaculum nobis etiam permissum est, vt ij qui tendunt ad mandatum, velut fideles coronari demonstrentur. Qui vero tendunt ad voluptatem, oppugnari tanquam infideles. Pugna est: concupiscit caro aduersus spiritum, delectat adulterium. Fateor quia delectat: Sed spiritus ex aduerso concupiscit aduersus carnem, delectat & castitas. Ergo vincat spiritus carnem, aut certe non vincatur a carne. Adulterium tenebras quaerit, castitas lucem desiderat. Quomodo vis innotescere, sic viue. Quomodo vis hominibus innotescere, etiam praeter oculos hominum sic viue: Quoniam qui fecit te, & in tenebris videt te. Quare laudatur castitas publice ab omnibus? Quare non laudant adulterium: nec adulteri? Qui ergo quaerit veritatem, venit ad lucem. Sed delectat adulterium: contradicatur, resistatur, repugnetur: Non enim non habes vnde pugnes: Deus tuus in te est, spiritus bonus datus est tibi. Et tamen permittitur ipsa caro concupiscere aduersus spiritum, suggestionibus prauis & delectationibus genuinis. Fiat, quod ait Apostolus: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non dixit, Non sit: iam enim est ibi. Quod ideo peccatum vocatur, quia merito peccati contigit. Non enim in paradiso caro concupiscebatur aduersus spiritum, aut erat ibi ista pugna, vbi pax erat sola, sed facta transgressionem, posteaquam homo noluit seruire Deo, & donatus est sibi, nec sic donatus sibi, vt possit saltem possidere se, sed ab eo possessus a quo deceptus, cepit caro concupiscere aduersus spiritum. Ceterum spiritus Dei est, qui pugnat in te aduersus te, aduersus illud quod est in te contra te.

Quod autem aliud sit concupiscere, aliud velle, explicans illa verba Pauli, vt non quaecumque vultis illa faciatis, docet Augustinus quoque. Velle enim dicit, hominem castum pacem, vt nulla omnino surgat in membris eius concupiscentia aduersaria castitati. Sed nihilo minus, velimus nolimus, concupiscentia habemus, velimus nolimus, trillant, blandiuntur, stimulae, infestant, neque prius illis liberabimur, quam cum corruptibile hoc induerit incorruptionem & mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria? Tunc audientur voces illae triumphantium. Vbi est mors continua tua? Vbi est mors aculeus tuus? Percussisti, vulnerasti, dieicisti, sed vulneratus est propter me, qui fecit me. O mors, o mors, vulneratus est propter me, qui fecit me, & de morte tua vicisti. Voces illae sunt triumphantium, pugnantium vero vox est: Misere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde: tu Domine vsquequo? Hanc vocem e-

Aug. in cap. 52 in Galat.

Au. hom. 43. de verbis domini. Talis esse qualis videri velle

Ioan. 3.

Concupiscentia origo.

Aug. de verbis domini ser. 43. vbi supra.

Vox triumphantium.

Vox pugnantium Psal. 62.

mittebat & Paulus, cui & ipsi, ne magnitudo reuelationum extolleret eum, datus fuerat stimulus carnis, angelus Satanæ, qui eum colaphizaret: Propter quod ter Dominum rogauit, clamans: Et tu Domine vsquequo? Et responsum accepit à Domino: Sufficit tibi gratia mea: virtus in infirmitate perficitur.

Vel ex his verbis perspicuum esse cuius potest, quod infirmitas hæc, pronitas hæc ad peccatum, non modò peccatum non est, verum etiam facit ad virtutis perfectionem: quodque ea prohibita non sit: neque enim prohibetur pugna, sed vt ne cedatur in pugna. Non potes efficere, vt omnino nullæ sint in te concupiscentiæ carnis, fac quod potes, vt non regnet peccatum in tuo mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius. Ecce quod nolo, mala desideria surgunt: sed noli obedire. Arma te, sume instrumenta bellorum: præcepta Dei, arma tua sunt. Si bene me audis, & eo quod loquor armaris: Non, inquit, regnet peccatum in vestro mortali corpore: Quid est, non regnet? Non obediatis concupiscentijs suis: Si enim cõperitis obedire, regnant. Et quid est obedire? Exhibere membra arma iniquitatis peccato. Nihil hoc doctore præclarus, Quid vis vt exponam tibi? fac quod audisti. Non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi Deus potestatem per Spiritum sanctum, vt membra tua teneas: Surgit libido: tene tu membra: noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Tene pedes ne eant ad illicita: tene manus ab omni scelere: tene oculos, ne male attendant: tene aures ne verba libidinis libenter audiant: tene totum corpus: tene latera: tene summa: tene ima. Spiritu ambulate, dicit Paulus, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Quare non dixit concupiscentias carnis ne habueritis? quia necesse est, vt habeamus illas. Quare non dixit, concupiscentias carnis ne feceritis? quia facimus eas, cum concupiscimus: Ipsum concupiscere facere est. Sed ait Apostolus: Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ergo quid tibi cauendum est hoc sine dubio ne perficias. Surrexit libido damnabilis, suggestit, non audiar: ardet, nõ se compefcit, & velles vt non arderet? & vbi est, vt non ea quæ vultis faciatis: Noli dare membra: ardeat sine causa, & consumit se. In te ergo sunt ipsæ concupiscentiæ: fatendum est, sunt: idè dixit, ne perfeceritis. Decreuisti facere, perfecisti: Perfecisti etenim, si decernas faciendũ esse adulterium, & ideo non facis, quia locus non est inuentus, quia opportunitas non datur, quia fortè illa casta est, de qua videris esse commotus. Ecce iam illa casta est, & tu adulter es. Quare? quia perfecisti concupiscentias. Quid est perfecisti? in animo tuo faciendum esse adulterium decreuisti. Par enim est maleficium, inquit Philo, patrasse eadem, & decreuisse. Et B. Marcus Eremita: Cui, inquit, est animus aliquid faciendi, nec potest, perinde est apud Deum cordis cognitorem, ac si fecisset Hoc de bonis & malis rebus intelligendum est.

Quod pluribus etiam in Homilia quadam persequitur Macarius: Hęc est cõcupiscentia, quæ prohibetur isto præcepto. Si quis vratur, si quis delectetur, non est adhuc reus præcepti huius violati. Siquidem semina ista cupiditatis quemadmodũ à Basilio quoque scriptum legimus, primo motu cõpesci nequeunt: quin etiam occasio potius & materia ad Dei gratiam promerendam exercendamque virtutem existunt: vt nõ sine causa dixerit Origenes: Sicut caro, si fale nõ aspergatur, quamuis sit magna & præcipua, corrumpitur: ita & anima nisi tentationibus assidujs quodammodo saliat, continuò resoluitur ac relaxatur. Si verò blandior aliquantulum in ijs mora fuerit, humana tentatio: Ceterum si ad extremũ certa ratione deliberationeq; firmentur, etiam in actu nõ prodeant, omninò lactifera iam sunt: Tum enim demum ventum est cõtra præceptũ Dei: Nõ cõcupisces. Beatus verò Ephrem consensus, inquit, pro factis iudicatur. Actio enim vis & caput in ipso consensu, & proposito situm est vbi seipsum reprehendit & peccata sua cõfiteretur. Sic & Anselmus exponens illum Pauli locum: Non regnet peccatum, &c. Nõ ait, inquit, non sit, sed, ne regnet. Et si sit peccatum, id est, fomes & dilectatio peccati, tamen non regnet, id est, non faciat, quod illicite cupit. Inest modò peccatum cum delectaris, regnat si consenseris. Sed quid Anselmum commemoramus, virum excellenti quidem doctrina præditum, sed qui quingentorum annorum gratè non excefferit? Etiam ante mille prope ducentos annos, sic Pauli locum hunc enarrauerunt ante Augustinum Chrysostomus, & post Augustinum eius discipulus Primasius, & qui promemodum fuit illius equalis Petrus Chryfologus: post hunc Theophilactus, atque alij non pauci. Libet autem Petri Chryfologi verba adscribere: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non dixit, inquit, non veniat ad vos: non dicit, nõ prouocet, non titillet, sed non regnet, non dominetur. Confligat, ad vincens gloriam: dimicet, & decidat ad triumphũ victoris, & tandem se doleat impia peccati dominatio à seruis quondam suis tota securitate calcari: & crudelis tyrannus ingemiscat, subiectum se suorum pedibus captiuorum: &

Rom. 6. Concupiscentiæ obedire.

Gala. 5. Quare prohibet Paulus peccate carnis desideria.

Rom. 7. Perficere, quid.

De lege spirituum ali cap. 15. Philo de consuetudine linguarũ.

Macar. ho. 26.

Bas. in institutione illorum quibus cupiditas ducere perficitur. Orig. hom. 27. in Numeros.

Rom. 6.

Chry. serm. 113. Non regnet peccatum, &c.

& ad eorum triumphum, de quibus diu triumphauerat, se veteranus hostis peruenisse deploret. Ad eundem modum Bernardus quoque: Felix anima quæ peccatum sentiens, peccato non consentit, quam & si cogitatio inquinat, ratio lauat pugnant & repugnans legi peccati. Molesta luctra est, sed fructuosa, quia etsi pœnã habet, adhibet & coronam, imò quod sentientem fatigat, vincentem coronat. In hoc enim conflictu, vbi sensus est, non consensus, nihil damnationis est, iuxta Apostolum, His qui sunt in Christo Iesu.

Sed & vultusior omnibus his Hilarius, enarrans illud ex Psalmo: Non dominetur mei omnis iniustitia, Non, inquit, vt à se abist, sed ne dominetur sui, orat: Scit per tentationes ad gloriam perueniri. Ac paulò post: Dominatorem iniustitiæ Propheta metuit, tentationem verò eius non recusat. Gregorius verò Pontifex citans hæc eadem apostolici verba: Nequaquam, inquit, peccatum in mortali corpore non esse, sed regnare prohibuit: quia in carne corruptibili non regnare potest, sed non esse non potest. Hoc ipsum namque ei de peccato teteri peccatum est, quò quia quadiu viuimus perfectè omnimodo non caremus, sancta prædicatio quoniam hoc explere plenè non potuit ei de nostro cordis habitaculo regnum tulit, vt appetitus illicitus, & si plerumque bonis nostris cogitationibus occultè te quasi fur inserit saltem si ingreditur non dominetur. Dorotheus etiam Abbas: Carere, inquit, omninò affectibus & animi perturbationibus sine passionibus, ferè est impossibile, non operari autem vt illi volunt & imperare, non admodum est difficile.

Quæ malum igitur istos agitant intemperia? qui tantò præcorum patrum consensui repugnare, suamque opinionem, illorum sententiæ antepone re audent? Nam quod Augustino & Primasio in Africa, idem Ioanni Chrysostomo in Thracia. Origeni in palestina. Hieronymo & Ephrem in Syria. Macario in Aegypto. Basilio in Capadocia. Gregorio & Petro Chryfologo in Italia. Hilario, Prospero, Aquitano & Bernardo in Gallia. Theophylacto in Mesia. Anselmo in Anglia, & qui sequuntur hunc sunt, reliquis deinceps omnibus, idem visum est, in varijs orbis Christiani partibus. Sed & ipse sensus communis indicat, non prohiberi à Deo pugnam carnis: in qua si quis strenuè se gesserit, coronam assequitur: sed prohiberi, ne concupiscentiæ carnis assentiamur, ne nos ab ea superrari patiamur. Vita nostra militicia est: Si premit nos hostis, in eo peccatum nullum est, modò ne opprimi nos ab eo sinamus.

Cum igitur prohibetur concupiscentia, prohiberi videtur mala dilectio, qua diligitur quod diligi nõ oportet: Vt cum dixit lex: Nõ cõcupisces, hoc velle dicere credèda sit: non diligas, quod diligi nõ oportet. Nõ oportet autem diligi, quod vel in Dei credit iniuriam, vel in proximi detrimentum. Quamobrem omnis iniustitia prohibetur hoc vno verbo, Nõ cõcupisces: Nã & si bona cõcupiscentia quoque sit, qua spiritus cõcupiscit aduersus carnem, de qua scriptum etiam legimus: Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum, tamen cum nõ addicitur quid concupiscatur, sed sola ponitur, non nisi mala, sicut ab Augustino traditum est, intelligitur. Itaque non solum opere, quod nõ oportet si perfereris, verum etiam animum ad perficiendum si adieceris, contra legem hæc peccatum est. Siquidem non tam operi, quam volũtati præmia sunt à Deo vel supplicia constituta. Ex hac & iniustitia nostra & iniustitia pendere videtur. Quòd si voluntas magna est et bona, dilectio vocatur. Diligis quod oportet, iustus es, diligis quod nõ oportet, iniustus es. dilectio eius quod nõ oportet, vocatur cupiditas, vel cõcupiscentia, dilectio eius quod oportet, vocatur caritas. Hęc sunt duæ radices, quas attendit Deus, Radix malorum omnium est cupiditas, radix bonorum omnium est caritas. Ex hac nihil mali, nihil ex illa boni proficitur, Hanc in bonorum Christus, illam in malorum cordibus plantat Diabolus, Nõ attendit igitur Deus id, quod foris apparet, verum radicem intuetur, vtrum ex cupiditate an ex caritate facias, solum id spectandum esse putat. Vsq; eo etiam, vt hominidam laudatum, de eo verò qui misericordia ductus, abstiniuisset à carne, penas experitas esse legamus. Phinees vno pugione duos cõfecerat, commendatus à Domino æterni facerdotij testamentum accepit, Non quòd ipsum bonum sit per se homicidium, quod lege prohibuit esse scimus, sed quòd illud zelando zelum Dei patrauerat. Ita caritas rem per se malam, fecit esse bonam. Contra Saul nõ occidit Agag regem pinguisimum, & optimis gregibus onium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis que pulchra erant, pepercit, nec voluit ea disperdere. At in tam grauem ex ea re Dei indignationem incurrit, vt cum dies noctisque, precibus & lachrymis iram eius placare conatus fuerit, nihil tamen proficeret, neque pœnam sibi constitutam euadere potuit, non quòd malus esset affectus misericordiæ, sed quòd contra Dei præceptum pepercit, de que rebus Amalec concupiuit, Non est in Phinees, laudatum homicidium, sed caritas, sed zelus. Non est in Saule damnata misericordia, sed concupiscentia, partim lau-

In li. de conscientia, cap. 11.

In Psal. 138.

Greg. li. 21. ca. 3.

Dorotheus, ser. 1. de obedientia.

Job. 7.

Non cõcupisces, id est, non diligas quod non oportet.

Concupiscentia bona. Sapient. 6. Aug. in psal. 118.

Radices bonorum & malorum. 1. Tim. 6.

Num. 25. 1. Mach. 2. Phinees homicidium cur Deo gratum, & Saulis misericordia, ingrata. 1. Reg. 15.

dis, partim rerum optimarum Amalec, de quibus prohibuit Deus, ne quid concupisceret, qui radicem, non quod foris apparet, inspicit. Abominatur omne id, quod ex radice cupiditatis profici scitur, Contra quicquid ex radice charitatis procedit, qualecunque sit de eo mortali iudicium, Deus tamen qui cor non manum interrogat, grato cum primis animo id amplectitur. Porro charitatis radix in hominis corde plantari non potest, nisi prius eiecta sit radix cupiditatis. Hanc euellit Deus cum dicit, ne concupiscas, quod facilius inferere possit radicem illam, ex qua nascitur quicquid est rerum bonarum, Cuius meminit Christus dicens, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum.

Deut. 6.
Matt. 22.
Marc. 12.
Luc. 10.

Heretici charitatis inimici.

Charitas facit Dei filios.
Ephes. 4.
1. Cor. 13.

Ex his colligere licet, quod antea quoque copiose per nos demonstratum est, quod si- cut iniustitia nostra cupiditas, sic iustitia nostra non est nisi charitas. Quam si iustitia nomine non dignantur haeretici, mirandum non est. Quemadmodum enim scientia, si- cut à Philosopho scriptum legimus, non habet inimicum nisi ignorantem, sic uero alij ma- gis aduersantur charitati, non alij plus illi modis omnibus detractum cupiunt, quàm qui sunt omnis charitatis prorsus expertes, Cuius generis omnes haeretici & schismaticos esse iam ex Augustino docuimus. Possunt enim haeretici loqui linguis, possunt habere prophetiam, possunt habere mysteria omnia & omnem scientiam, possunt habere fide- dem, ita ut montes transferant, possunt non modò suas facultates omnes in cibos paupe- rum distribuere, verum etiam tradere corpora sua ita ut ardeant, Sola est charitas, quam si habere possent, haeretici & schismatici esse non possent, Sola est charitas, quae sicut Dei filios à diaboli filiis, sic fecerit catholicos ab haeticis, sola est charitas, per quam retine- tur spiritus unitas in vinculo pacis. Hæc enim est quæ non modò non inflatur, verum etiam in mortalium animis eam parit modestiam, ut alteri se præferat nemo: quin alte- rum se quisque præstantiorem existimet. Hæc se destitutos esse negare non possunt, qui posteaquam segregauerunt semetipsos, in flatu sensu carnis suæ, nihil sibi non arrogat, nihil alijs non derogant: sibi lumen & intelligentiam scripturarum, sibi pietatem solis ita vendicant, ut qui tot seculis in sancta catholica Ecclesia magna cum pietatis & con- stantia laude vixerunt, eos aut cæcitas, aut impietatis condemnent omnes: qui aut ni- hil viderint in tam clara scripturarum luce, aut agnitam veritatem, (quod extrema cuius- dam est impietatis) amplecti noluerint. Hoc igitur ingenio præditi qui sunt, nihil ab il- lo faciunt alienum, si, quo se defici dono charitatis intelligunt, ei iustitiæ nomen tribui, ferre non possunt. Verum de his hæcenus. Nunc quoniam de interno cultu, quantum præsens tempus postulat, dixisse satis videmur: ad ea quæ de externo cultu dicenda re- stant, sermonem nostrum conuertamus.

De externo cultu.

CAPVT LXXXVI.

Quod si nuda mens esset nostra, nec vlllo membrorum inuolucro irretita, satis iam de ratione colendi Dei dixisse videri poteramus: nec erat quod plura scribendi la- bore caperemus. Quoniam verò iuncta est & implicata cum corpore, ac illius admini- culo persæpè mouetur, & nititur ad summum Deum: de eo quoque cultu paucis dis- sendendum nobis restat, qui corpore, qui quæ rebus externis exhibetur. Sic enim à Basilio quoque scriptum legimus: Si extra corpus constituti essemus, necessarium esset, ea tan- tum curare, quæ animæ soli optimè conducerent. Quoniam verò geminus est homo, con- uenit geminum esse virtutum studium, quod & corporis laboribus, & animæ exercitijs absolueretur.

Bas. de vita so- litaria cap. 5.

Cultus Dei ve- rus in quo con- sistit.

1. Cor. 6.
Ioan. 4.
Christus ut in mundum uenerit

1. Ioan. 4.
Ephes. 5.
Quoniam diligis unum tantum co- limus Deum.
Aug. ep. 120. c. 28.
epi. 26. et de Trinitate. 12.
sep. 14.

Ac illud quidem homini Christiano certum & indubitatum esse debet, quod omnis Dei cultus, omnis veræ pietatis & religionis vis, per quam cum Deo re vera coniungi- mur, ac illius numini maiestati quæ dediti sumus, in mente & spiritu, & in ipsa intestina voluntate consistit. Quæ voluntas cum bona & magna est, charitas vocatur: per quam adhærentes Deo, vnus cum eo spiritus efficiuntur. Hæc sola coli Deus maximè gaudet: qui cum sit spiritus, in spiritu & veritate vult adorari. Nec in alia causa, quam obrè de subli- mi cœlo filium suum in hanc lachrymarum vallem dimittere, & hoc mortis nostræ cor- pus inducitur, in terris versari cum hominibus voluit: quàm, ut sicut ipse nobiscum vna caro, & vnus corpus fieri dignatus est, sic nos vicissim eius, qui prior dilexit nos, & se- metipsum tradidit pro nobis, amore inflammari, ex illo toti pendentes, in illo acquies- centes, in illius beneficio ratione contemplatione omni mente cogitatione quæ nostra desi- xi, voluntates & actiones nostras omnes, ad illum, tanquam ad vltimum finem referen- tes, vnus cum eo spiritus efficiemur. Hic est cultus, quem præcipuè Deus à nobis exigit: quem quantum diligimus, tantum colimus. Nam sicut ab Augustino quoque scriptum legimus: pietas Dei cultus est, nec colitur ille nisi amando; Cæterum vbi verus est amor, nequa-

nequaquam sic in ipsa mente reconditus & abstrusus esse potest, ut non per signa qua- dam & indicia se foras proferat, ac ad spectantium oculos traducat. Hinc ille sublatio- nes & deiectiones oculorum, pectorum percussiones, capitum inclinationes, genuum inflectiones, & hoc genus externa gestiones alia, quæ caeremonia vocantur: quæ sicut alia externa omnia, ita demum ad promerendam gratiam, & misericordiam Dei momen- ti aliquid adferre videntur, si ex ea, de qua iam diximus, intima erga Deum voluntate pro- ficiscuntur, imitationes vt sunt, & simulachra animi varios in se affectus erga Deum susci- piunt. Sin autem falsè & per simulationem usurpata factaque fuerint, & ementita, vix esse potest vlla magis nefaria conscelerata mentis improbitas. Cum in rebus huiusmodi, sicut summum bonum veritas, ita summum sit flagitium simulatio. Rectè enim ab illo dictum est: Simulata equitas, duplex est iniquitas. Quamobrem talia censentur apud Deum, qui scrutatur corda & renes, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, ista, quæ for- ris aguntur, qualis est intus voluntas hominis. Hanc inspicit iustus ille rerum aestimator, non ea sola, quæ sunt externæ: quæ si spiritu sint & veritate dilectionis defuita, plus ad eò ad prouocandam, quam ad placandam iram Dei facere videntur: Verum est e- nim quod à Propheta scriptum est: Omnis gloria filia regis ab intus, Intus videt Chri- stus, intus amat, intus alloquitur, intus, quæ sunt, vel punit, vel coronat. Exat de eo Homi- lia diui Macarj: Quod non externa, sed interna promouent, aut laudant hominem. Edi- tus est etiam nuper libellus Maro-Eremitæ, qui inscribitur, Capitula de ijs qui putant ex operibus se iustificari, in quo docet in rebus externis non bene fiduciam collocari.

Cæremoniarius vi.
Dei cultus quo modo patefiat per exteriora.

Simulatio sum- mi flagitium.
Aug. in ps. 62. Apoc. 3. Heb. 4.

Psalm. 42.

Macar. hom. 24. Mar. cap. 1.

CAPVT LXXXVII.

EST autem duplex ordo caeremoniarum. Quædam enim è veritate mentis profe- cta, in ipso corpore statim, & in ijs quæ vnica sunt corpori, suscipiuntur: cuius ge- neris sunt preces, Dei quæ inuocationes, & ea quæ paulò antè recensimus: Quæ- dam non magis à veritate proficisci, quàm ad illam aspirare videntur: quales illæ sunt, quæ in templis, ornatibusque templorum, in varietate ordinum, in ritu quorundam sacro- rum, in cantibus, in vestibus, in festorum dierum celebratione sitæ sunt: Quas in sumptu suo instituerunt, si non alia re quàm flagranti Dei amore adducti fecerunt, nec alium, quàm laudem illius & gloriam, finem sibi propositum habuerunt, fieri non potest, quin hæc eorum præclara voluntas, cum primis Deo grata sit & accepta, ac suam apud illum mercedem habitura: Sin autem alio respexerunt, quadrabit in illos quod de hypocritis dicit Christus: Acceperunt mercedem suam.

Cæremonia a- lie proficiscuntur ex animo, alie ad animi erigendi refe- runtur.

Matth. 6.

Cæremoniarius influendam causam.

Cæremoniae quedam ad Deum, quedam ad homines per- tinent, quedam instrumenta sunt cultus di- uini.

Omnis autem tractatio caeremoniarum harum, ad instructionem populi sumpta præ- cipuè videtur. Est enim eorum pars multò maxima, qui, cum sensibus magis, quàm in- telligentia, mente quæ moueantur, suis ipsi cogitationibus ad piè Deum colendum, & e- ius eximiam benignitatem contemplandam, ac grata quadam recordatione prosequen- dam, non facile queunt excitari. Quamobrem sit non raro, rebus vt his externis, quæ in oculos incurrit, quæque sensibus offeruntur, pulsari sæpius, & admoniti, curam tan- dem aliquam & meditationem homine Christiano dignam suscipiant. Horum igitur utilitati, caeremoniarum hoc genus institutione, prospectum est maximè. Sumuntur au- tem caeremonia à persona, re, loco, & tempore. Et sunt quæ recta ad Deum ipsi referuntur, cui cultus exhibetur: vt ritus sacrificij: sunt quæ ad hoies. Deum colentes, vt ieiunia, elemo- synæ, orationes, & eiisdem generis exercitationes alia, quibus animus hominis ad colen- dum Deum preparatur: sunt rursus alia, quasi quedam instrumenta diuini cultus: vt sacra vasa, sacra vestes, chrisma, cereus, luminaria, & id genus alia, Nobis de singulis dicere, ra- tionem vni singulorum explicare propositum non est, verum quæ temporum istorum ra- tio postulare videbitur, paucis de quibusdam disseremus.

De caeremonijs, quæ sumuntur à personis.

CAPVT LXXXVIII.

Quæ sumuntur à personis: caeremonia, de ijs, quo loco de sacramento ordinis sermo- ne vis fuit, cum pleræquæ dixerimus, tantò nunc futuri sumus breuiores. Neque enim omnibus in Ecclesia visa sunt omnia conuenire: neque fas esse putatum est, vt sibi quis- que, quæ veller, sumeret, vt quæ legitime non vocatus, munus aliquod Ecclesiasticum vsur- paret. Verum, quod Paulus diligenter monuit, omni semper studio laboratum est, vt non solum ordo, verum etiam ordinis ornandi cura retineretur in Ecclesia, vt quid personas, quid loca, quid tempora deceret, etiam atque etiam circumspiceretur. Non omnes vo- luit Paulus Apostolos, non omnes Prophetas, non omnes esse doctores, non omnes sa- cerdotes, non omnes Episcopos: non vt sibi quisquam honorem sumeret, sed vt vò care- tur tanquam Aaron. Neque sufficere existimauit, si quis vocatus esset: manuum imposi- tionem

Non omnibus omnia conueniunt.

1. Cor. 14.

1. Cor. 12.

Heb. 5.

Manuum impo- sitio cur ordi-

mandis adhibetur. 2. Tim. 5. Affor. 13.

Ordines cur post ieiunium consevantur.

Celibatus sacerdotum non est cultus, sed via expeditior ad cultum Dei. Math. 19.

Cor. 7. Orationes impendantur vsu coniugij.

Perfectione Evangelica docet. Basilii in li. de vita solitaria. c. 1.

Monachorum eadem religio quam aliorum. Mar. Carm.

tionem necessariam prater ea iudicavit, de qua & ipsa nihil festinanti, minusque confiderare statui precepit. Cui verò manus essent impositæ, signum id erat, quod non iam vsurpauerit, verum approbatione Ecclesie, & Spiritus sancto auctore delatum sibi publicum in Ecclesia ministrandi munus acceperit. Præcedebant autem impositionem manuum, ieiunia & orationes, quibus placatus Deus, gratiam per ea suam ordinandis largiretur: quem etiam nunc observari morem videmus. Neque enim ordines, quos maiores vocant, conferuntur, nisi post triduanum ieiunium: in quorum collatione solennes etiam ritus precationum, chrismatum, prelectionum, examinum, testificationum & indumentorum adhibentur. Quæ si minus eodem omnia modo factitata sunt ab Apostolis, magna tamen ex parte per manus ab illis tradita retinemus. Quod si successu temporis adiectum est aliquid ad ea, quæ temporibus Apostolorum in vsu fuerunt, factum id est, quod religiosiores & angustiores Ecclesiasticæ functiones redderentur: atque vt ordini publico maiestas quædam diuini spiritus adderetur: ne vel ij, qui manus imponunt, parum essent in legendis ministris circumspiciti: vel ij quibus imponuntur, cum se tanta vident obseruatione receptos, donum suum contemnerent, & parui facerent.

Quod verò non admittuntur ad ministerium Ecclesiæ nisi celibes, non ideo fit, quod celibatus pro cultu Dei habeatur, sicut quosdam hoc tempore somnari videmus: nam & celibes reperiri licet cuius potius quam Deo seruientes: sed quod qui se propter Dei regnum castrauerunt, multo sunt ad colendum eum expeditiores, quam qui matrimonio sunt irretiti. Quamuis enim non eat quisquam inficius, quin honesta sit res matrimonium: tamen seculi curis, quamlibet nolentem, inuoluit hominem: quibus quantum additur studij, tantum sacris rebus deceditur. Testatur hoc Apostolus quoque, cum orationes impeditur vsu coniugij. Quamobrem vult omnes esse sine solitudine. Qui sine vxore est, inquit, sollicitus est, quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: Et diuisus est. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autē nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Quoniã igitur qui sunt matrimonio irretiti, partem eorum occupat mundus, partem Christus dum sic placere Christo satagunt, vt coniugi quisque suæ, cui debet obsequium, nõ displiceat, cuius causâ mundi curis implicari necesse habet: ideo factum est, vt celibes tantum ad sacerdotium admitterentur, quos nihil impedit, quominus omni studio in eam cogitationem incumbant, quomodo sponso suo Christo placere queant: nec est quicquam quod eos ab ipsius iugi cultu remoueret. Qua de re pluribus etiam verbis in Asceticis disserit Basilus: ubi qui Christi militiæ nomen daturus est, eum à matrimonio modis omnibus deterret, ac ad celibem vitam amplectendam inuitat. Quo quidem in loco, non modò coniugio interdicit ei, qui Christo stipendia facere decreuerit, verum & priuatarum facultatum possessionem eum à se relegare, quin & voluntati suæ propriæ renunciare, sequi in potestatem alterius tradere vult: vt sic nudus nudum Christum sequatur, ac non modò nullas facultates, sed ne voluntatem quidem propriam habeat, quod sic ab omnibus mundi curis liber, totus Christo sponso suo vacare queat, illiusque potestati se, quantum quantus est, suæque omnia subijciat. Non est itaque cultus Dei celibatus aut monachus, sed est ad colendum Deum via quædam expeditior.

Quamobrem impudens eorum commentum est, qui monachatum, celibatum, vtrique castitatis, paupertatis, & obedientiæ, ad idololatriam pertinere dicunt: cum non aliam sequantur colendi Dei rationem monachi, celibes, & votis quæ iam recensimus obstricti, quam reliqui Christiani omnes. Quod etiam in disputatione illa, quam habuit cum quodam scholastico Marcus exercitor, ab ipso Marco dictum legimus: Monachi, inquit, non sectantur alienam ab ecclesia doctrinam, sed Christi doctrinam tenere conantur per Apostolum dicentis: Hoc sentite in vobis, quod est in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse, se æqualem Deo, sed exinaniuit semetipsum. Vna cunctorum est religio, vna fides, eadem fidei sacramenta, eadem spes, eadem beatitudinis expectatio, eadem charitas, eadem orandi regula, idem ministerium, non alius vt sit monachi, & celibes cultus, quam coniugati, nisi quod magis ille continuus est, & minus habet interpellationis. Nam quacunq; tandem in re verum Dei cultum constitueris, non alius monachi quam laici, non alius erit cultus celibis quam coniugati. Quod si fide, spe, charitate, rectè coli Deum existimaueris, non est alia monachi fides, alia coniugati, eundem Deum colunt, in eundem credunt, ab eodem sperant, eidem diligunt. Sin autem in contemplando Deo, Psalmis & canticis, hymnis & laudibus prosequendo, si in peccatorum agnitione, in corporis & sanguinis Christi participatione, in eius seruitutis, quæ latia dicitur, exhibitione, cultum Dei situm esse iudicaueris: quicquid

quid tandem illud fuerit, quo verè Deum coli dixeris, commune est monacho & laico, celibi & coniugato. Quod verò hic vxoris vsu sibi ipse interdixit, ille verò prater hanc celibatus, alias quoque sibi nouas leges adsciuit, in quas voluntaria primùm animi inductione cum iurasset, earum postea seruandarum necessitate constringeretur, non alia de causa factum est, quam vt his itaq; arctioribus vinculis, in studij pietatis teneretur, atque curis alijs omnibus vacuus, tantò liberior & expeditior debitum Deo cultum præstaret: reiectis omnibus ijs, quibus ab eo retardari possit.

Non est igitur alienus aliquis cultus celibatus, aut monachus: neque peccat contra primum præceptum, quod eos alienos habere prohibetur, si quis aut celibatam, aut monasticam vitam genus aliquod sit amplexus. Nam hoc asseueranter dicere, quid aliud fuerit, quam vnuerfam Ecclesiam iam inde ab Apostolorum temporibus ad hæc vsque non strâ, idololatriæ condemnare? Quis enim fuit ex primis illis Ecclesie luminibus, qui non aut monachus ipse fuerit, aut in summa veneratione monachos non habuerit? Sunt qui ipsos etiam Apostolos cœnobiorum primos auctores fuisse dicant. Certè Casianus à Marco Evangelista monachos normam suscepisse viuendi scribit. Cuius præceptor Chrysolomus eam ad Ioannem Baptistam refert. Verum vt nihil dicamus de Apostolis, nihil de ijs, qui in Aegypto, Thebaide, Syria, Scythia ingenti numero fuere monasticam professi, nihil de Antonijs, Paulis, Hilarionibus, & multis alijs eorum sectatoribus: certè beatum Ephrem, Basilium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium, & quam plurimos alios, qui non doctrinæ magis, quam sanctitatis nomine cum primis in Ecclesia celebres habentur, monachos fuisse dubium est nemini: qui verò alij monachi non fuerunt, monachos nihilominus recepisse, laudasse, suspexisse. Ex quorum numero Athanasius, quem admodum à Gregorio Nazianzeno memoria proditum legimus, operæ pretium se facturum esse putauit si vitam Antonij monachi conscriberet, quam nos etiam ab Euagrius quodam presbytero latinitate donatam, & in eorum Athanasij librorum numerum relatum videmus, qui Coloniae fuerunt impressi in officina Melchioris Nouefiani, anno M. D. XLVIIII. Nam inter ea quæ sunt à Nannio versa, non reperitur. Ioannes verò Chrysolomus, præterquam quod in quibusdam locis monachorum institutum in cœlum vsque laudibus vexit, ac è superiore templi loco suos, vt eorum insequerentur vestigia, diligenter est horrtatus, etiam tres libros aduersus vitam monasticam vituperatores edidit: Sed & ante Chrysolomum virtutum officinas, monasterium vocauit Ambrosius ac in Monachorum laudem non pauca scripsit. Idem fecit Gregorius quoque Nazianzenus.

Quid igitur dicemus? Nunquid omnes hos idololatrias pronunciamus, vt monachos aliquot apostatas nostri temporis, à periurij crimine, cuius rei sunt, propter votum, quo Deo se obstrinxerunt, violatam liberemus? Nos verò potius hæreticos esse censendum, quos, à tam sanctis patribus inflatos sensu carnis suæ, tantopere dissentire videmus: qui suo ipsorum iudicio condemnati, quod ab Ecclesia factum oportuit, vt eos è cœru priorum eijceret, id priores ipsi fecerunt, sequè vtrò à Christi corpore, à sancta Catholica Ecclesia præciderunt. Qui vicerua istorum hominum opiniones, tanquam Dei verbum suscipiunt & adorant, atque eorum potius, qui ipsi inter se dissident, paruum sensum, quam pium totius Ecclesiæ, tot seculorum consensum sequuntur, quem admodum ad idololatriæ crimine defendi possint, non videmus. Verum nos hic monasticæ vitæ propugnationem non suscepimus. Cum igitur quantum præsens postulat institutum, de caeremonijs, quæ sumuntur à personis, satis multa dixisse videmur, ad alia properabit oratio.

De Caeremonijs, quæ sumuntur à rebus.

CAPVT LXXXIX.

Rebus quoque sumi caeremonias diximus: inter quas principem locum obtinet sacrificij: quæ vsque eo proprie Deo debita seruitus est, vt neget esse quæquam hominum Augustinus, qui dicere audeat, sacrificij alij cuiquam deberi, quam domino soli. Nam cum de diuino cultu multa sint vsurpata, quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamen, vt quibus ea deferuntur, homines nihilominus habeantur, qui dicuntur colendi & venerandi, si autem eis multum additur, & adorandi: Quis, ait, vnquam sacrificandū sentit, nisi ei, quem Deum aut scilicet, aut putauit, aut finxit? Proprius igitur & peculiaris Dei cultus est sacrificij: Nã qui-cunq; Deo cultus alij deferuntur, communes illi sunt cū hominibus. Quæ causa etiam est, quod eum tantopere Satanas oppugnat: quod hæc seruitute sublata, sublatum iri quicquid illud est ex rebus ijs, quæ sub aspectum hominū cadunt, quo proprie Deus colitur intelligit: nullus vt eximius ei præ mortalibus honos habeatur neg; maior illius, quam aliorum

Monachatus.

Cap. li. 2. ca. 5. de cœnobiorum institutione. Rom. 1. in Mat. tom. 2.

In vita diuina.

In prin. ca. 2. in hom. 14. ad pop. An. sic. hom. 5. & vibus sequentibus, & hom. 69. et. 70 in Mat. in Hom. de comp. ratione regni monachi.

Ambros. epist. 82. Greg. in orat. de reconciliatione monachorum.

Sacrificij proprie Deo debite seruitus. Aug. li. 10. de ciuitate Dei. ca. 4.

Sacrificij externum Satanas abrogare conatur.

Ioan. 5.
1. Ioan. 3.
2. Cor. 5.

Psal. 129.
Heb. 5.

Heb. 9.
Rom. 3.

Heb. 9.

Cyp. 8. ser. de cae-
na domini.

Tho. Parte. 3. q.
82. art. 6.
Alb. li. 4. sent.
dist. 13. art. 31.
Bon. in 4. sent.
dist. 13. q. 4.
Gey. ser. 12. de
die mortuo.
Scot. in quodli-
bet. q. 20. in ex-
positione sacri
Canonis Missae.
Tertione. 2. 6.
Ioan. 6.
Supra. cap. 53.

Aug. tract. 5. in
Ioannem.

Esai. 24.
Osee. 4.
Esai. 59.

habeat: verum in agno isto immaculato, cuius pretioso sanguine redempti sumus. Hic est, qui tollit peccata mundi; hic est in cuius nomine si quid petierimus parrem, dabit nobis: hic est vnus aduocatus, mediator & reconciliator noster. Homo sacerdos, minister tantum est reconciliationis: ministerium enim reconciliationis dedit illi Deus, quemadmodum à Paulo scriptum legimus: Vera propitiatio pro peccatis nostris: verus Sacerdos in aeternum, solus sanctus & immaculatus Pontifex, qui & exauditus est, & exauditur semper pro sua reuerentia, & per quem exaudiuntur quotquot exaudiuntur, est ille qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta: qui sedens ad dexteram patris, etiam nunc interpellat pro nobis, Dominus noster Iesus Christus. Cuius corporis & sanguinis Sacramentum cum praesens adfit in altari: cumque subijciatur sub ocu- los assistantium, quemadmodum ille semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: in huius sacramenti praesentia, sicut à sancto martyre Cypriano scriptum est, non superuacue mendicant lachrymae veniam, nec vnquam patitur contriti cordis holo- caustum repulsam.

Hoc sensu dixerunt Scholastici, Missam ex opere operato valere, non propter sancti- tatem, aut actionem sacerdotis, sed propter victimam illam salutarem, cuius tum sit im- molationis representatio. Quis autem est, qui sensum hunc cum primis pium esse nega- re audeat? Ne quis autem ita sensisse Scholasticos dubitare queat, ipsa eorum verba sub- iungemus. Ac ventilant quidem hanc quaestionem: Vtrum sacerdotis mali Missa tantum dem valeat, quantum boni: Thomas de Aquino praceptor eius Albertus, Bonauentura, Ioannes Gerson, Gabriel Biel, & alij nonnulli: Quoniam verò longum esset singulo- rum verba recensere, breuitat studentes, ex Ioanne tantum Scoto quaedam adscribemus. Missa non solum valet, inquit, virtute meriti, siue operis operantis, sed etiam virtute sa- crificij & operis operati: vel, non solum valet virtute meriti personalis sacerdotis offeren- tis, verum etiam virtute meriti generalis Ecclesiae, in cuius persona per ministerium com- munem offertur sacrificium. Alio qui, Missa mali sacerdotis, qui in illo actu non mere- tur personaliter, sed demeretur, nulli valet in Ecclesia: quod reputatur communiter in- conueniens: Et rationaliter iuxta illud Ioannis: Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Quandoquocumque enim Christus vt summus sacerdos offert, panis quem dat, id est, caro eius, est mundi vita. Haec tenet Scotus.

Cum de sacerdotio sermo nobis esset, docere nos meminimus, quod sacerdos nihil aliud est, quam reconciliationis minister: fungitur enim legatione, siue ministerio pro Christo: & capite, & corpore. In consecrando siue sanctificando, offerendo, distribuendo, manus, lingua, ministerium hominis est mortalis: verum ipsa consecratio, siue sacrificatio, oblatio, distributio, denique virtus omnis, & efficacia, non est nisi aeterni sacerdotis il- lius & immortalis, Domini nostri Iesu Christi. Hoc igitur in loco Christi capitis mini- strum agit. Cum verò precatur Deum, vt oblationis in cruce factae, cuius fit in altari re- praesentatio, fructum ad fideles omnes redundare faciat, ministrum agit Christi corporis Ecclesiae. Scotus igitur hoc dicere videtur ijs verbis, quae paulò ante per nos adducta sunt: Siue sacerdotem consideres, tanquam Christi capitis, siue tanquam Christi corporis ministrum, vtroque modo valet Missa. Nam quod ad prius illud ministerium attinet, non refert quo sit vita merito sacerdos. Christus est enim summus ille Sacerdos, qui semetip- sum offert panis quem dat, id est, caro eius, est mundi vita. Quamobrem non hominis Sacerdotis actio, verum Christi Sacerdotis oblatio, Christi caro, quam semel in ara cru- cis pro nobis in mortem obtulit, illa est vita, mundi, illa est, per quam salutem consequi- mur: Hominis autem sacerdotis nihil aliud est, quam ministerium. Virtus omnis penes carnem illam est, quae cum propter nostram salutem in cruce pendisset, nunc ad dexte- ram Dei collocata, pro nobis interpellare nunquam intermittit. Rectè enim ab Augusti- no dictum est: Qui fuerit superbus minister, cum diabolo computatur, sed non contra- minatur donum Christi. Quod per illum fuit purum est, quod per illum transit liqui- dum, venit ad fertilem terram: Puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil gene- ras, sed tamen horris plurimum fructum adfert. Spiritualis enim virtus sacramenti ita est vt lux: & ab illuminandis pura accipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur. Quod verò spectat ad posterius ministerium, quo sacerdos pro Christi corpore fungi- tur Ecclesia, cum primis id optandum foret, vt quibus illa ministris vitur ad iram Dei placandam, essent moribus inculpatis: ne, si sicut populus, ita sacerdos quoque factus sit, rectè ad vtrumque dici possit, quod à Propheeta scriptum est: Iniquitates vestrae diui- serunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiat. Certum est em quod multum valet deprecatio iusti: neque temerè dictum est ab il-

lo ca-

lo caeco nato, cui Christus oculorum visum restituerat: Deus peccatores non audit. Cete- rum in homine Sacerdote factis operante, si nulla sunt ipsius ministri merita, non desunt tamen eius, cuius est minister, Ecclesiae merita: quae non à maiori quidem, sed à meliore tamen sui parte, sancta dicitur: & regnum saepe caelorum à Christo vocatur. Quare cu- ius oratio priuata nullum pondus habitura, neque fructum erat vllum allatura (scriptum est enim: Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis) cum is orat in Ecclesia: persona, quae in potiore sui parte sancta est, non potest eius oratio non ijs, pro quibus orat, esse fructuosa, quamuis ipsi sacrificanti sit perniciofa. Malitia e- nim minister non impedit bonitatem, siue bonum opus persona, quae bona est: sicut si bonus aliquis dominus per manus famuli sui nequam, eleemosynam tribuat, non ideo perdit eleemosynae suae meritum. Et hoc est quod orans dicit Sacerdos: Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: quaso, ne respicias peccata mea, sed fidei Ecclesiae tuae. Videntur eiusmodi non esse dissimile pro- curatoribus hospitalium aut captiuorum, quibus eorum contemplatione pro quibus petunt, largè datur Eleemosyna: cum tamen ipsis pro se petentibus nihil daretur: for- tassis etiam tunc per abigerentur: cum tamen ipsi nihilominus partem distributionis ac- cipiant. Praeclarè scriptum est ab Hieronymo: Episcopus, presbyter, diaconus, non sunt meritum nomina, sed officiorum. Ante quem etiam Cyprianus, Scribae & Pharisaei in cathedra Moysi sedentes, dum agunt quae ad cathedram pertinent, per omnia plenitudine potestatis vtuntur, & officium, non vita, tantis effectibus honoratur. Obediunt demones exorcistis. Christum (inquit) scimus, & Paulum nouimus, & in nomine Christi quem Paulus praedicat adiurari egredimur: vos autem penitus ignoramus. Ecce in nomine suo quaestuarij nihil peragunt exorcistae, nec se deserere ipsi daemones presentur: sed no- men Christi etiam per lucrorum sectatores suae gloriae retinet potestatem: & sunt in ta- libus causis ministri mercenarij sicut naues onerariae, quae per pelagus euehant in fito- res, quarum rectores potius eorum quos ducunt, pecunijs inhiant, quam saluti. Et tamen mare seculi huius necessarios habet eiusmodi transuctores: alioqui cessabunt com- mercia, nec ex transmarinorum copia aliorum inopia habebit subsidium: nec occurrent sibi solatia regionum, si vehicula tollantur de inuio, & pelagus immeabile relinquantur. Bonis quippe saepe malorum ministeria succurrantur. Haec ille.

Iam ergo quae Scoti fuerit mens ijs verbis, quae per nos producta sunt, planum sa- tisfiscille videtur. Neque verò solum in hac sententia fuisse Scotum aut Thomam ex- istimandum est. Fuerunt etiam Augustini seculo, qui sacramenta & sacrificia ex dignita- te ministrorum esse metienda putarent: quique mali Episcopi, aut sacerdotis preces ob- esse potius, quam prodesse, pro quibus fierent, affirmarent. Quos, contra Parmenia- num, Cresconium, Gaudentium, contraque Donatistas alios scribens Augustinus, plu- ribus verbis confutauit. Proferebat Parmenianus locum ex Esai: Facinorosus qui sa- crificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat: & qui similitudinem, quasi sanguinem porcinum: & qui offert thus, quasi qui benedicat idolo. Sed haec Augustinus cum de schismaticis multo congruentius dici docuisset, his deinde verbis vitur: Si primis temporibus non obfuerunt mali sacerdotes, vel collegis bonis, sicut fuit Zacharias: vel popularibus, sicut fuit Nathanael, in quo dolus non erat: quanto magis nihil obest in vnitae Christiana Episcopus malus vel Coepiscopis, vel laicis bonis, cum iam ille sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, & pontifex noster, se- dens ad dexteram patris interpellat pro nobis. Nec illud bonis obest, sed offerentibus malis, quod verisimè dictum est, Dona iniquorum non probat altissimus. Ac paulò post, cum obiectum esset ab eodem, Sacrificia impiorum execratio est Domino. Sacrifi- cia, inquit, impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impiè. Nam vnum atque idem sacri- ficium, propter nomen Domini quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale quicque fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Non ait, alijs, sed sibi. Qui ergo manducat dignè & bibit, gra- tiam sibi manducat & bibit. Quid aliud his verbis Augustinus innuit, quam quod alijs verbis dictum est à scolasticis, ex opere operato, non ex opere operantis valere sacrificium siue sacramentum. Certum est enim, quod mali bona administrando, se tantummodo laedunt, sicut fax accensa sibi, quidem detrimentum praestat, alijs verò lumen in tenebris administrat, & vnde alijs commo- dum exhibet, inde sibi dispendium praebet. Cum verò idem Parmenianus protulisset ex Euangelio, Deus peccatores non audit, An pro- pterea dicunt hoc, inquit, vt intelligatur malus Episcopus non exaudiri, cum pro po- pulo rogat? Quod & si ita esset, non ideo tamen populus, si bonus atque fidelis est, sollicitus esse deberet: Securos enim illos facit illa scriptura: quae ait: Etsi quis peccauerit, Et 2 aduoca-

Ioan. 9.

Ecclesia non à
maiori, sed à
meliori sui par-
te sancta dicitur
Proverb. 28.

Her. li. 1. contra
Iouinianum,
Cyp. in serm. de
baptismo Christi

Exer. 1. que-
stuarj nihil suo
nomine praer-
gunt, sed Christi

Sacramenta ex
dignitate mini-
strorum non me-
tenda.

Aug. com. Crefc.
li. 3. ca. 6. cont.
secundam ep. Cae-
dentij. l. 2. ca. 9
com. Dona. l. 2.
ca. 4. sequen-
tibus.

Esai. 66.
Cont. Parme-
n. lib. 2. cap. 5.
Ioan. 1.

Psal. 109.

Prou. 15.
idem cap. 6.
Eccle. 34.

Idem cap. 8.
Ioan. 9.

1. 1044. 2.

Num. 23.
Oratio mali sacerdotis pro bono populo exaudivit.

1. Tim. 1.

Luc. 22.
applicatio sacrificij.

Missa sacrificij pro mortuis valet.

1. 1044. 2.
De 2. 13.

Sacerdos non suum opus applicat.

Aug. li. 9. c. 12.
Amb. in orat. fanebri de obitu fratris.
Epist. 8.

Cyp. li. 1. ep. 9.

Tertul. de monogamia.

aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Cumque posuisset de Balaam exemplum: Non mirum est, inquit, si verba bona, quae pro populo dicuntur in precibus, etiam si à malis dicantur Episcopis, exaudiantur tamen: non pro perueritate praepositorum, sed pro deuotione populorum. Quid hic aliud dicit, quam quòd postea scriptum est alijs verbis à Scorò: Sacrificium sine precibus, non solum valere virtute meriti personalis sacerdotis, verum etiam virtute meriti generalis Ecclesiae, in cuius persona per ministrum communem offeruntur: cuius fidem, non peccata ministri Deus respicit.

Habemus igitur iam, quae sit scholasticorum sententia, cum ex opere operato valere Missam dicunt: nimirum eadem quae quondam Augustini: eadem quae totius Ecclesiae Catholicae fuit, est, & erit semper. Qui verò sensum illis contrarium affingunt, aut non intelligunt ipsi, neque quae dicunt, neque de quibus affirmant, aut extreme sunt improbi: qui dum quam plurimos à Christi corpore, quae est Ecclesia, segregare student, quod veritate non possunt, eiusmodi conficta calumnia perficere conantur: alienum profus & absurdum, ac minimè pium illis sensum affingentes. Verùm hæc est potestas tenebrarum, quibus in hanc cæcitatem adducuntur. Sed & si quis visus est esse de applicatione sacrificij scrupulosus, an ea pro alijs fieri possit, per hæc quae dicta sunt, iam sublatus esse videtur. Cum enim isti concedant, tamen propitiatorium Christi sacrificium applicari posse pro alijs, hoc est illud, quod in Missa dicimus applicari. Neque enim sacerdos in Ecclesiae persona, cuius minister est, suum cuiquam opus applicat, verum applicat opus Christi: sacrificium illud applicat in ara crucis peractum: passionem applicat & mortem Christi, per quam cum patre caelesti reconciliati, peccatorum nostrorum sumus remissionem consequuti. Huius fructum ut fideles adipisci, peccatorumque remissionis & salutis in cruce nobis promerita participes fieri queant, Deum patrem precatur, per eum ipsum, qui sacrificium pro nobis factus, morte sua nobis hæc promeruit, Dominum nostrum Iesum filium eius vnicum. Atque hoc est, quod applicari dicitur, sacrificium. Applicatur autem non viuus magis, quam mortuus: neque praesentibus modo, verum & absentibus: nisi forte pro viuus tantum semetipsum Christus obtulit, & pro ijs qui praesentes tum adfuerunt, & non pro mortuis & absentibus quoque. Atqui contradictio scripturae, quae mundi totius eum asserit propitiationem fuisse: & ex persona Dei Propheta: Ero mors tua, inquit, mors, & morsus tuus ero inferne. Quid igitur aliud, quam Euangelij vocem negant, qui cum impio Aërio pro mortuis rectè sacrificium offerri negant? Non enim aliam oblationem, sed eandem quam Christus obtulit, offert in Ecclesiae persona minister eius sacerdos, neque pro alijs, quam pro quibus Christus obtulit, & oblatione sua Domini mortem annunciat, qua redempti sunt omnes: cui oblationi participant omnes, qui sunt in vnitate corporis Christi mystici, siue superfites in hac vita, siue iam ex ea migrauerint, siue praesentes, siue sint absentes. Quòd si non redemit Christus morte sua patriarchas, prophetas, & sanctos alios patres in se credentes, qui mortem eius praecesserunt: non rectè dicitur pretium hoc redemptionis pro mortuis offerre sacerdos. Sin autem redemit omnes, quemadmodum certa fides est Ecclesiae, qui sunt isti, qui cum eandem se lingua confiteri profiteantur, negare tamen audent, quòd Christus obtulit in omnium redemptionem aequè mortuorum atque viuorum, id rectè mortuis applicari? Sed isti putant suum opus applicare sacerdotem. Videntur Ecclesiae mysterium esse profus imperiti, ac vbiuis potius, quam in Catholica, de ijs quae pertinent ad fidem Catholicam, instituti. Repetendum est igitur iterum atque iterum, & inculcandum, ut ne sint nefcij. Non suum opus, non suam oblationem applicat sacerdos: verum opus Christi, oblationem illam, qua semetipsum obtulit Christus in odorem suauitatis: cuius fructus ut perueniat cum ad eos, qui nobiscum adhuc in terris degunt, tum ad illos, qui nos praecesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis, Deum patrem per eundem Christum precatur. Quòd verò seorsum huic applicat, aut illi, nec hoc nouum est: quin iam inde ab Apostolorum temporibus usurpatum. Augustinus oblarum esse scribit pro matre sua sacrificium pretij nostri. Quod etiam pro fratre suo Satyro se narrat Ambrosius obtulisse. Simul & Faustinum quendam hortatur: ut Germanam suam vitam sanctam, non tam deplorandam, quam prosequendam orationibus existimet, nec necessificandam lachrymis suis, sed magis oblationibus animam eius Domino commendandam, arbitretur.

Cyprianus antiquior Augustino negat offerri pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebrari debere, qui excedens ad tutelam aut curam clericum nominasset. Vtroque vetustior Tertullianus, etiam aniuersariorum meminit de vxore dicens: Marito superstitute pro anima eius orat, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione

rectione consortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius. Et in alio libro: Iam repute apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblatioes annuas reddas. Paulinus verò: Rogat Amandum, ut pro fratre quodam, qui maluit ad dominum debitor transire quam liber, orat: ut misericors & miserator Deus, qui facit omnia in caelo & in terra & in mari, & abyssi, refrigeret animam eius stillicidijs misericordiae suae, per orationem ipsius. Quia sicut ignis, inquit, accensus ab eo ardebit vsque ad inferos deorsum: ita proculdubio, etiam ros indulgentiae eius, inferna penetrabit: ut rosco pietatis eius lumine in tenebris ardentibus obstantes, refrigerentur. Ambrosius, & trigefimum & quadragessimum obitus diem obseruari solitum scribit: atque vtramque obseruationem habere auctoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium. Et beatus Ephrem cum trigefimum diem complesser, sui memoriam fieri petiuit. Et longè vetustissimus omnium Clemens, etiam orationes recitat pro quiescentibus in Christo. Et capite sequenti. Peragatur, inquit, dies tertius mortuorum, in psalmis, in lectionibus, atque orationibus, propter eum, qui tertia die resurrexit. Item nonus in commemorationem superstitum atque defunctorum, etiam quadragesimus secundum veterem formam. Moysen enim hoc modo populus luxit, nec non anniuersarium pro memoriae ipsius, deturque de illius facultatibus pauperibus in commemorationem ipsius. Quod igitur tanto consensu, tot seculis, quam latè patet Christianum nomè, obseruatū semper vbiq; locorū fuisse videmus, quid aliud quam Apostolorum hanc esse traditionem existimare fas est? Sicut existimasse iam ante docuimus Dionysium Areopagitam, Ioannem Chrysostr. & Ioannem Damascenum.

Verum hæc de sacrificio dicta nunc sufficiant, quae est vna omnium praestantissima, Deoque longè gratissima caremonia: cuius quasi quaedam sunt instrumenta, sacra vasa, sacra vestes, christima, cereuis, luminaria. Visum est enim, ad honorem huius tanti sacrificij pertinere, ut rei tam sacrae etiam instrumenta sacra essent: quorum quaedam non nisi legitime consecratis attingere liceret. Quod & ipsum nouum non est: quin ipsi etiam Hieronymi temporibus, & multò antè vsitatum. Sic enim ille scribit ad Theophilum Alexandrinum Episcopum: quae epistola libris eius Paschalibus annexa est, in Latinam linguam ab eo conuersis: Discant qui ignorant, eruditū testimonij scripturarum, quae debeat veneratione sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deseruire: sacrosque calices & sancta velamina & cætera, quae ad cultum dominicae passionis pertinent, nõ quasi in anima & sensu carentia sanctimoniam non habere, sed ex consortio corporis & sanguinis Domini eadem, qua corpus eius & sanguis, maiestate veneranda. Quae tamen verba non ita sunt accipienda, quasi res inanimatae, vasa & vestes, gratiam in se suscipiant: quod in hominibus, qui consecrantur, fieri dubium non est, sed per consecrationem tamen vel benedictionem, illud efficitur, ut magis idonea reddantur ad cultum diuinum in eis peragendum: sancta quoque propterea dicuntur, siue sacra, quòd posteaquam semel Deo dicata, diuinoque cultui destinata sunt, iam deinceps in alios vsus quoscuque ea conuertere non licet. Hieronymi quoque preceptor Gregorius Nazianzenus: Ne ipsa quidem, inquit, indumenta sacerdotalia, vel ministerij vasa, cui libet contingere saltem aut contrectare fas est. Chrysostomus verò: Etiam priusquam Deo dicarentur sacra vasa, tamen quòd in hunc vsum erant consecrata, nequaquam, inquit, ea deinceps quasi profana intuemur, sed tanquam à Deo facta, nec audent ea temere attingere: Neque verò Hieronymi aut Gregorij seculo primum sacris vasibus & vestibus, calici praesertim, patinae & pallae hic honor est habitus, propè centum annis antè, Stephanus Papa, idem & martyr, ad quem extant Cypriani quoque martyris scripta, ad Hilarium scribens his verbis vsus legitur: Vestimenta Ecclesiastica, quibus Domino ministratur, cultusque diuinus omni cum honorificentia & honestate à sacerdotibus, reliquisque ministris celebratur, & sacra debent esse & honesta, quibus alijs in vsibus, cum Deo eiusque seruitio consecrata & dedicata sint, nemo debet ferri, nisi à sacerdotibus, hominibus, ne vltio quae Baltazar regem percussit, super hæc transgredientes & talia praesumentes veniat diuina, & corrue-re eos se: ita diuina vltionis iustum flagellum ad ima. Idem in epistola Soteris ad Episcopos Italicè multò antè, Idem à Sixto Papa, qui fuit sextus à Petro, scriptum legitimus, cuius verba hæc sunt. In hac sancta sede Apostolica à nobis & reliquis Episcopis, ceterisque Domini sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab alijs quam à sacerdotibus, dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, ut sacra Domini vasa, quaecumque sint, humanis vsibus seruiant, aut ab alijs, quam à Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus praesumptionibus iratus Dominus, plagam imponat populo suo, & ij etiam qui non peccauerunt, mala patiantur & pereant, quia perit iustus sapissimè pro impio.

Tert. de exhortatione castitatis. Epistola. 11.

Amb. de obitu Theodosij.

Ephrem in testamento suo. Lib. 8. cap. 47. Annuarium defunctorum memoria.

Sacrificij instrumenta.

Sacra vasa quae sancta dicuntur.

Naz. in Apologico.

Papa sacra vasa temere contingentium. Dan. 5.

Soter. epist. 2. Sixt. epist. 2.

Cereorum vñs antiquissimus.

Rom. 10.

Matth. 26.

Rom. 14.

Cerei accessit cur Evangelij lectio ni preferantur. Matth. 25.

Luc. 12.

Ioan. 5. Palm. 118.

Sozom. li. 6. ca. 13. eccle. histor.

Euf. li. 6. ca. 9. eccle. histor.

Aqua benedictæ vñs. Alex. ep. ad omnes orthodoxos. Heb. 9. 2. Reg. 4.

Matth. 9.

benedictiones creaturarū formæ.

Lib. 5. cap. 21. Hier. 30.

Cereorum quoque & luminarum vsus vetustissimus est in Ecclesia. Cùm accendere-
tur pro martyrum honore cerei, visum est. Vigilantiò minime ferendum, quòd ea res
idololatriam quandam resperet. Contra quem scribens Hieronymus: Cereos, inquit,
non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris, sed vt noctis tenebras hoc solatio
temperemus, & vigilemus ad lumen, nec cæci tecum dormiamus in tenebris. Quòd si ali
qui propter imperitiam & simplicitatem secularium hominum, vel certè religiofarum
fœminarum: de quibus verè possumus dicere: Confiteor, zelum Dei habestis, sed non se-
cundùm scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt, quid inde perdis? Causabantur
quondam & Apostoli, quòd periret vnguentum: sed Domini voce correpti sunt. Neque
enim Christus indigebat vnguento, nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mul-
ier in honorem Christi hoc fecit, deuotioneque eius mentis recipitur: & quicumque ac-
cendunt cereos, secundùm fidem suam, habet mercedem: dicente Apostolo: Vnusquis-
que in suo sensu abundat. Idololatrias appellas huiusmodi homines: Non diffiteor om-
nes nos, qui in Christum credimus, de idololatriæ errore venisse: non enim nascimur,
sed renascimur Christiani. Et quia quondam colebamus idola, nunc Deum colere non
debemus, ne simili eum videamur honore cum idolis venerari? Illud fiebat idolis, & id-
circo detestandum est: hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum est. Nam & absque
martyrum reliquijs, per totas orientis Ecclesias, quando legendum est Euangelium, ac-
cenduntur luminaria iam sole rutilante: non vt que ad fugandas tenebras, sed ad signum
læritiæ demonstrandum. Vnde & virgines illæ Euangelicæ semper habent accensas lam-
pades suas. Et ad Apostolos dicitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in
manibus vestris. Et de Ioanne Baptista: Ille erat lucerna ardens & lucens: vt sub typo lu-
minis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in psalterio legimus: Lucerna pedibus meis
verbum tuum Domine, & lumen semitis meis. Malè facit ergò Romanus Episcopus, qui
super mortuorum hominum Petri & Pauli, secundum nos ossa veneranda, secundùm te,
vilem pulvisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitrari alta-
ria? Hactenus Hieronymus. Meminit cereorum & Prudèntius in Hymno de beato Lau-
rentio. De Melano verò scribit Zosomenus, quòd inuētus fuerit lychnos Ecclesiæ tâquam
extremus minister parans lucernasq; portans. De Narcisso narrat Eusebius, quòd cū ali-
quòd solènes Paschatis vigiliæ celebrarentur, olei ministris descenderit, ob eamq; causam
vniuersa multitudo cõtristata, Narcissus luminariū ministris præceperit, vt aqua è vici-
no puteo haustam ad se deferret. Quo cõfestim factò, super aqua orauerit, illaq; lucernis
fide in dominū sincera infundi iussit. Sic diuina virtute naturæ aquæ in qualitatem olei
esse mutatam. Vel ex hac historia liquere potest, quâ sit vetustus luminarium vsus in Ec-
clesia, cum Narcissus vixerit ante annos plus minus mille quadringentos.

Aqua verò benedictæ vsus, ab ipsis Apostolorum tēporibus ortum habere videtur:
Siquidem, qui fuit quintus à Petro pontifex Romanus Alexander, his verbis illius me-
minit, Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi purificentur &
sanctificentur, quòd & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis
vitulæ aspersus sanguine populum sanctificabat, atque mundabat, multò magis aqua sa-
le aspersa, diuinisq; precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat. Et si sale as-
perio per Elisæum Prophetam sterilitas aquæ sanata est, quantò magis diuinis precibus
consecrata, sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atq; mun-
dat & expurgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auerit, & à phantasma-
tis versutijs homines defendit. Nam si tactu simbræ vestimenti saluatoris saluatos in-
firmos esse non dubitamus, quantò magis virtute sacrorum eius verborum diuinitis sa-
crantur elementa, quibus sanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas? Et
qui præcessit hunc Pontificem Clemens, formam & aquam & Oleum benedicendi tra-
didit hanc. Domine Sabaoth Deus virtutum, creator illarum, & dator olei, misericors &
benignè, qui dedisti aquam ad potum, & mundiciem, oleum ad exhilarandum faciem
in exultationem lætitiæ, ipse quoque nunc per Christum sanctifica hanc aquam, & hoc
oleum, in nomine eorū, qui attulerunt, & da virtutem sanctitatis effectricem, egritudi-
num expultricem, Daemonum fugatricè, omnibus insidijs aduersariam, per Christum,
qui est spes nostra, quo cum tibi gloria, honor & cultus cum sancto spiritu in secula,
Amen. Sed Theodoritus in Ecclesiastica Historia scribit: Apameæ aqua benedicta demo-
nem esse fugatum. Itidem de Iosepho Scythopolitano scribit Epiphanius, quòd insanum
hominem, aqua conspersum ad sanitatem reuocauit.

Sed nobis hoc loco de singulis cæremonijs, quæ sumuntur à rebus, dicere propositum
non est: cū præsertim copiosè de ijs multa sint ab alijs perscripta. Ante annos centū propè
septuaginta, scripsit octo lib. ea de re Guiliel. Duradi Episc. Miniacensis, quib; titulu; de-
dit,

dit, Rationale diuinorū: quem toridè annis præcessit Rupertus Abbas Tuitiensis, cuius
extant de diuinis officijs libri duodecim. Editus est etiam non ita pridem in lucem ope-
ra viri pij & docti, Ioannis Cochlei, liber Amalarij Treuerensis Archiepiscopi de officio
missæ, ante annos septingentos & amplius scriptus, in quo multa reperire licet, ad hoc
argumenti genus pertinentia. Scripsit eadem de re ducentis ante Amalarium annis Isido-
rus, cuius & duo libri extant de diuinis officijs. Inter eas autem res, à quibus cæremonia
sumuntur, recenseri possunt & ea, quæ ad orationes, eleemosynas, & ieiunia pertinent. Ve-
rùm alio loco strictim ea de re breuiter; nonnulla dicemus, neque enim huius est insti-
tuti, omnia quæ dici possunt perscribere.

De Cæremonijs, quæ sumuntur à loco.

CAPVT XC.

ALoço quoque sumuntur cæremonia: Nam oraturi ad templa conueniemus,
quæ sunt ædes, Deo solenni ritu consecratæ. Quin & corpora nostra, non nisi in
templis, aut certè in cœmiterijs, quæ & ipsa consecrantur, sepeliri volumus. Præ-
cipue verò tremendum illud sacrificium alibi quàm in ege Domino sacrata, peragi, per
sanctorum patrum canones non licet. Neq; verò nouum hoc est institutum: nam præ-
terquam quòd in veteri quoq; lege tabernaculi per Moysen, ac templi per Salomonem
construèti fuit vsus, etiam Petrum & Ioannem in templum Hierosolymitanum ascen-
disse legimus, ad horam orationis nonam. Quibus autem in locis Euangelium Apostoli
prædicabant, nominatim autem in Asiæ, Syriæ, Æthiopiæ & Indiæ ciuitatibus, quin &
apud ipsos Antropophagos, Philippin, Bartholomæū, Thomam, Martham & Andream,
templa & quidem maxima construxisse tradit Nicephorus: quos eadem illa consecrasse
quoque dubium non est, vt in alios vsus ea transferri fas non fuerit: Etiam si primus
Higinus, referente Gratiano, & ante eum Iuone templorum, vel vt ipse vocat Basilica-
rum consecrationis mentionem facere videatur: qui fuit octauus à Petro Pontifex Ro-
manus, iuxta supputationem Eusebij in Chronicorum libro: vt Apostolicum hoc insti-
tutū fuisse minime sit ambigendum. De Constantino scribit Eusebius quòd is templū
saluatoris extruètum Hierosolymis, consecrandum curauit. Cuius rei meminit etiam
Athanasius, in secunda Apologia. De Basiano narrat Ambrosius, quòd is idem fecerit de
basilica quæ condiderat Apostolorū nomine. De Basilio Ancyrano refert Zosomenus,
quòd conuocaret ad consecrationem Ecclesiæ quam edificauerat, multos vicinorum lo-
corum Episcopos. Legimus apud Athanasium quòd in Beryto Iudæi conuersi, rogabant
Metropolitanum, vt Synagogam suam ecclesiam consecraret, in honorem sancti salua-
toris mundi. Et extunc, inquit, per diuersas orbis nationes, mos inoleuit, vt basilicas plu-
rimas vel oratoria pontificis in honorem sancti saluatoris condere, & dedicare non de-
sinat. Quæritur idem Athanasius, inter alia crimina sibi obiectum fuisse, quòd in ma-
gna ecclesia Synaxis habita sit prius, quam dedicaretur, quòd quæ illegitimæ preces ibi
fuerint conceptæ. Ex quibus verbis facile cuius perspicere licet, quæ fuerit opinio pri-
scis etiam illis temporibus de consecratione siue dedicatione templorum, cùm illegiti-
mæ preces conceptæ, purarentur in templis non consecratis. Philo quoque, qui fuit A-
postolorum æqualis, scribit hoc de viris Apostolicis, quòd habuerint sacra domicilia,
quæ semina siue monasteria vocabant: in quibus manentes, honestæ ac sanctæ vitæ my-
steria celebrabant, nihil illo inferentes, nec potum, nec cibum, nec aliud quicquam eorū,
quæ ad corporis sustentationem necessaria sunt: sed leges & oracula Prophetarum &
hymnos, ac reliqua eiusmodi, quibus scientia & pietas augetur & consummantur.

Ac illud quidem dubium non est, quantum ad ipsum Deum attinet, nihil referre, quo
in loco colatur: qui cùm sit corporis expers, nullis finibus circumscribitur, nec loco clau-
ditur villo: Quòd nec ille ignorabat, qui templum illi fabricatus: Si cœlum, inquit, & cœ-
li cœlorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam edificauit tibi? Certe-
rùm quòd in templis potius orationes, præsertim verò sacrificia peraguntur, hominum
id causa constitutum est, quorum ingenium est, eorum præsertim qui sunt de vulgò, quæ
peruul; ta sunt, minorem vt eorum rationem habeant: quin ea despiciant ducunt. Si
quæ verò solenni ritu propria diuine rei faciendæ dicata sunt & consecrata, nescio quo-
modo maiore quadam habentur à multis in veneratione. Sic videmus ad regum & prin-
cipum venerationem permulctum facere, si domos habitent, quam reliqua multitudine,
magnificentiores, si vestes etiam induti sint splendiores. Visum est igitur ad multitu-
dinis maiorem erga Deum reuerentiam excitandam, non parum interesse, vt ædes certæ
constituerentur, in quibus res alia nulla fieret, præterquam quæ ad colendum Deum
pertineret, quin & vasa, quemadmodum antea commemorauimus, & vestes, & ministri
quoq; peculiare ei rei designari sunt. Deinde verò cùm præcipuus Dei cultus, in eo cha-
ritate

De cæremonijs qui scripserunt.

Templa, Sepultura.

Temporū anti-
quitas & vñs.
Euseb. 2. b.
3. Reg. 6.
Ahor. 3.
Niceph. li. 2. ca.
39. 40. & 41.
Ecclesi. hist.
Grat. de conse-
crat. lib. 1. cap.
Omnes.

Iuon. lib. 2.
de reb.

Euseb. lib. 4. de
vita Constanti-
ni.

De Basiano,
Am. li. 1. epi. 5.
Sof. lib. 4. ca.
13. ecclesi. histo.
Atha in lib. de
passione imagi-
nis domini no-
stri Iesu Christi
In priore. apolo-
gia ad Constanti-
num.

Vide Euf. lib. 2.
cap. 17. Eccle.
hist.

Templa quare
constitua.
3. Reg. 8.

An. li. 10. de tri-
nitate, cap. 10.

ritate prosequendo consistat, (nihil autem amatur, nisi cognitum, sicut ab Augustino quoque scriptum legimus) omni certe studio laboratum oportuit, ut clarum omnibus & illustre Dei nomen redderetur, ut ne quem latere posset, quantis ille beneficijs mortali-um genus affecerit, quod sic illis commemorandis, ad colendum, hoc est amandum Deum, facilius homines accenderentur. Postulabat itaque ratio, locus ut aliquis designaretur, in quo beneficia Dei quam maxime clara testataque cunctis redderentur, cui rei non alia domus visa est magis idonea, quam ea ipsa, quae rebus diuinis faciendis esse dicata, quarum non postrema pars est verbi Dei praedicatione.

Preces que sunt
in templo, sunt
Deo gratiores.
3. Reg. 8.

Neque dubitandum est, quin gratiores Deo sint preces, & ad impetrandum quod ve-
lis efficaciores, quae fiunt in templo Deo consecrato, non solum propter loci reuerentiam, Sicut Salomon quoque petiuisse Deum legitur, Sint oculi tui aperti nocte ac die super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, ut exaudias orationem serui tui, & populi tui Israel in loco isto, verum etiam quod cum coisjet coetus omnis, & aggregatur ad Deum, quasi manu facta precationibus ambiunt orantes, grata est haec vis Deo, sicut scribit Tertullianus, quod quae singulis petentibus negaturus forte fuerat, multorum vnanimitati precantium ferre tribuit. Fieri namque, dicit Ambrosius, Ecclesiae contemplatione, ut quod alicui Dominus negare posset, ignoscat, certum ut sit, quod maiore cum fructu Deo supplicatur in Ecclesia, quam quouis in alio priuato loco. Quod his etiam verbis testatur Ioannes Chrysostomus: Et domi quidem orari potest, sic autem ut in Ecclesia non potest, ubi tanta patrum multitudo, ubi clamor ad Deum vnanimiter emittitur. Non ita Dominum per te solus orans, audieris, ut cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid est, puta, vnanimitas & consonantia, charitatisque vinculum, & sacerdotum orationes. Propterea namque sacerdotes propositi sunt, ut multitudinis orationes cum sint infirmiores, hisce potiores adiuuantes, pariter cum illis in caelum ascendant. Si namque Petrum Ecclesiae adiuit oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, quomodo tu ipsius potentiam contemnis? Quin & alio loco, ubi tractat de incomprehensibili Dei natura. Fieri non posse dicit, ut domi tam bene quis oret, quam in Ecclesia: quod pluribus etiam verbis inibi persuadere conatur. Beatus quoque Basilii aequalis eius, eadem de re differens: Nobis quoque periculum est, inquit, male obiti mandati, si loci rationem neglexerimus, maxime si sacerdotij mysteria in locis prophanis celebrauerimus: propterea quod ea res iudicium haberet contemptus in celebrante, offendiculum quoque generaret pro varietate affectionum multifaria, propter variam multorum in rerum diuinarum scientiam infirmitate. Si vero quisquam obijciat. Quid igitur est quod Apostolus dixit: Volo viros precari in quouis loco, ob id quod Dominus ipse potestatem dedit orandi Deum in omni loco, ubi dixit: Neque Hierosolymis post hac, neque in monte isto adorabitur pater: hoc dicendum est, quod illud in omni loco, non comprehendit eos locos, qui humanis vrbibus, rebusque immundis & prophanis deputati sunt, sed dilatat ac deducit ad orationem Dei, ab arcto ac Hierosolymae ambitu, in omnem totius orbis locum.

Ter. in Apolo-
getico, cap. 19.
Amb. lib. 5. in
Lucam.

Chr. ad popul.
Antioche. ho.
79.
Apo. 14.

Chr. hom. 3.

Basil. de Baptis-
mo ser. 2. ca. 8.

1. Tim. 2.

Ioan. 4.
Orare in omni
loco quomodo
intelligendum.

Dom. 22.

His verbis indicare Basilii videtur, non sic accipiendum illud esse, quod dicit Paulus in omni loco, quasi passim in prophanis quibusque locis Deus adorandus, deoque sacrificia sint offerenda, quod tamen vbique mente fieri potest: sed quod non solum in templo Hierosolymitano, aut in monte Garizin, verum in quouis alio loco, ad colendum Deum proprie designato preces, supplicationes, & sacrificia fieri possint, ut quod a Christo dictum est: Venit hora, quando neque in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitur pater, &: Veri adoratores, adorabunt patrem in spiritu & veritate, nequaquam per haec verba templa Deo deprecando dicata, videantur exclusa: sed cum Iudaei contenderent, nusquam adorari Deum oportere praeterquam Hierosolymis in templo, quasi Deus alibi non audiret vota deprecantium: contra Samaritanos negarent vtiquam adorandum nisi in monte Garizin, quod is locus a Moyse decretus esset, vbi Patriarcha benedicerent populo seruanti mandata Dei, hoc dicere voluisse Christum intelligendus sit: futurum non ita multo post, ut & Samaritanorum impius cultus aboleretur, & Iudaeorum carnalis religio transferretur, ac antiquatis vtriusque, pius & verus cultus, nempe spiritalis, in eorum locum succederet, quo non in hoc monte, quasi conclusus in eo credatur, qui non solum huius montis, verum etiam totius orbis Deus est & Dominus: nec Hierosolymis, quasi non alius ad orandum patrem sit locus aptus & idoneus, verum quam longe, quamque late pateat orbis vniuersus, in omnibus terrarum locis templa Deo pie colendo fabricarentur, in quibus ipsi pij templa Deo facti, non iam in externis tantum ritibus, quemadmodum a Iudaeis est factitatum, verum spiritu Deum & veritate sint adoraturi, nimirum fide vera, charitateque non ficta: ut quicquid externorum rituum adhi-

bitum

bitum fuerit, ij nihil aliud, quam certa quaedam indicia sint huius fidei, charitatisque futurae. Est quidem ita, quod in omni loco Deum adorare fas est, qui non locum, sed mentem requirit feruidam: Verè namque dixit Ambrosius: Non locus orationem commendat, sed deuotus animus. Et aliquot seculis ante Clemens Petri successor: Si propter infideles, inquit, ad ecclesiam iri non potest, domi coetus congregabis: Episcopo, non enim locus sanctificat hominem, sed homo locum]. Sic Hieremiam in caeno, sic Danielem in lacu, sic Iob in sterquilinio iacentem, sic Ionam in ventre ceti, sic Iatronem in cruce pendentem, sic Ezechiam in lectulo decumbentem, sic Paulum in carcere clausum, Deum deprecatos, & ab eo legimus exauditos. Sed si illam ipsam mentem feruidam ad locum sanctum, ad congregationem sanctam attuleris, certum est & indubitatum, quod ex talimenter profectae preces multorum Deo gratiores, & ad quiduis impetrandum futurae sint efficaciores. Quamobrem facere profertur oportet hominem non Cyclopicum, ut vel festis saltem diebus templa Deo consecrata ingressus, ad sanctorum se coetum aggeret, & cum illis puras manus leuet. Deumque cum sibi, tum Ecclesiae vniuersae propitium reddere conetur, ac que sit illius voluntas, ex ore sacerdotis accipiat. Quam ad rem pluribus hortatur Diuus Clemens Petri successor his verbis: Quomodo non hostis Dei habendus est is, qui in temporibus diu, noctuque est occupatus, aeterna verò contemnit? ac balnea quidem, & caducum cibum quotidie frequentat, quae verò perpetuo manent non curat? Quomodo non dicit dominus huic, iustificatus sunt gentes supra nos: quemadmodum Israel improperans dicebat, iustificata est Sodoma ex te. Nam si gentes de somno quotidie excitatae concurrunt ad Idola, ut illa venerentur, & priusquam opus actionem ne aliquam instruant, illis supplicant, & a festis celebritatibusque eorum se non subducunt, sed in ijs sunt intenti, non solum indigenae, sed etiam qui longe absunt, atque in Theatra tanquam in Synagogas conueniunt. Eodem modo qui frustra Iudaei nominantur, post sex dierum cessationem, septimo die in Synagogam conueniunt, & vacationis Synagogaeque suae rationem habent, (qui tamen in sua infidelitate virtute verbi sunt priuati, praeterea verò ipsius nominis, quo appellantur, vim proprietatemque amiserunt, Iudas enim confesio est, ij autem non sunt confitentis Deo, cum Christi passionem per scelus effecerint, ut per penitentiam salutem adipiscantur) si igitur qui non saluantur in ijs, quae sine fructu faciunt, sunt asidui, tu qua excusatione vteris cum Deo, qui Ecclesiam eius derelinquis, nec genus imitaris, sed eo derelinquis, vel quia te das ignauis, vel quia deficiente cogitas, vel alicui malo studes. In eandem sententiam plerique dicit & in eo quod praecedit, & in eo quod sequitur capite.

Neque verò sine causa, loca eiusmodi Deo consecrata, vocantur Ecclesiae. Etsi enim que proprie dicitur Ecclesia, constat ex viuis lapidibus, ex hominibus in Deum credentibus (idem enim graecè sonat vox haec, quod latinè coetus vocatorum) tamen quoniam in eum locum conueniunt, qui vocati sunt ad spem caelestis hereditatis consequendae, locum ipsum eodem nomine, quo coetum in eo congregari solitum appellare visum est. Quisquis igitur ex vocatis esse vult: aedes eas, ut frequenter necesse est, in quas conuenire vocatos videt: ut eandem vocationem se quoque pertinere testatum omnibus faciat. Quoniam verò non est, quod quisquam speret fore, ut inter electos censeatur, qui non sit e coetu vocatorum, vel hoc ipso nomine facere quisque debet, ut libenter in hoc vocatorum coetu versetur, quo possit in electorum numerum aggregari: cum praesertim coetus hic in terris adhuc militantium, ad agendas Deo gratias, & laudes illius praedicandas coactus, imago, quaedam sit illius in cunctissimae, & eius quidem sempiternae consolationis beatorum spirituum, in caelo triumphantium, & absque vlla intermissione Deum laudantium: ut qui ad eam peruenire vult, coetum hunc in terris agentium frequentare opus habeat, atque hic illud incipiat meditari, quod erit illic sine fine faciendum.

Porro congressus, istos non est existimandum tantum ad Euangelium audiendum fieri oportere, ut eo audito, subito quisque e templo se proripiat, neque sibi quicquam praetera in eo negocij esse putet: sed sic Euangelium audiendum est, ut simul orationi vacetur: cui rei magis etiam, quam audiendo Euangelio, templa dicata videntur. Domus mea, dicit dominus, domus orationis vocabitur: non praedicationis aut auditionis. Hinc est quod Graeci quoque templa vocant, εὐαγγελία sive παροικίαι, Latinè dicere possis oratoria, non praedicatoria vel auditoria. Sicut apud Eusebium, Socratem, & Sozomenum videre licet. Non quod non rectè praediceret & audiret in illis dei verbum, sed quod orationibus Deo placando proprie sunt destinata. Verum est, quod a veritate dictum est, quod vnus est magister noster in caelis. Quos enim hic magister Spiritu sanctus intus non docet, indocti remanent. Siquidem forinsecus magisteria, sicut ab Augustino scriptum legimus, adiutoria quaedam sunt, & ad monitiones; cathedram in caelo

habet;

Amb. in 1. cap.
ad Rom.
Deus vbi que
adorari potest.
Lib. 3. cap. 10.
Const. Apost.
Hier. 38.
Daniel. 6.
Iob. 2.
Iona. 2.
Luc. 23.
Esa. 38.
Apo. 16.

Lib. 2. cap. 64.
constit. Apo.
Diuina tempo-
ralibus intenti
linguentes respice
henduntur.
Mat. 11.

Loca Deo con-
secrata, cur vbi
centur ecclesiae.
1. Pet. 2.

Templa magis
orationi quam
praedicationi in-
tento extructa.
Math. 21.

Oratoria.
Euse. li. 7. cap.
11. mo. li. 8. ca.
2. et li. 9. ca. 10.
Eccle. hist. 1.
lib. 3. de vita
Constantini.
Socra. li. 2. cap.
10. li. 4. cap. 7.
lib. 5. cap. 7. et
20. li. 7. ca. 23.
Sozo. li. 7. ca. 20.
Mat. 23.
Aug. in epist.
Ioan. hom. 3.

habet, qui corda docet: qui nisi loquatur nobis intus, frustra foris verba perstrepuunt, quæ haud aliter se habent ad mentem hominis, quam quemadmodum ad arborem agri cola. Forinsecus is operatur, adhibet aquam, & culturæ diligentiam: verum adhibeat ille forinsecus quæcumque velit; nunquid poma format? nunquid miditarem lignorum vestit vmbra foliorum? nunquid tale aliquid intrinsecus agit? Sed quis agit hoc? docet nos Apostolus dicens: Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Cum itaque sonos tantum verborum ab homine magistro percipiamus, res autem ipsas veritate intus docente cognoscamus, quid aliud faciendum nobis restat? quam vt ad illum qui cathedram habet in caelo, confugiamus, illum, vt nos intus doceat, precibus fatigemus, quod & cognoscere voluntatem illius, & eam cognitam explere simul queamus. Quam autem causam esse dicemus aliam, quam obrem parentum nostrorum memoria multos videre licuerit, non magis ad audiendum promptos, quam ad obtemperandû Dei mandatis paratos, cum nunc auditores plurimi, factores verò propè nulli reperiantur: nisi quod illi, cum sonum verborum hominis à superiore loco Dei voluntatem in Ecclesia annunciantis percipissent, nequaquam ea vna re contenti fuerunt, verum, sicut antea quoque commemoratum à nobis est, ad eum qui cathedram in caelo collocatam habens intus docet, supplices confugerunt, eiusque fidem implorarunt, vt & sanum eorum, quæ à ministro verbi dicta essent, intellectum præstaret, & ad explendam Dei voluntatem vires suppeditaret, illud quod ab Augustino in locis aliquot scriptum est, subinde repentes: Da quod iubes, & iube quod vis.

Aug. lib. 10. conf. ca. 29.

Fel. in Epist. ad omnes episcopos cap. 1. Missa solam celebranda in loco consecrato.

Deut. 12.

Fel. epist. 2.

Cap. 58.

Basil. quest. 30

Missa sine necessitate in locis profanis fieri non debet. Mat. 8.

Mendici apud sempla cur assideant & quorum nos adiuuare debeant. Pallad. in vita Eleemonis mo narchi, qui suis 115.

Atque vt alibi, quam in templo, preces ad Deum rectè fundi possint, probanda tamen est illa Felicis Papæ sanctio, ante mille annos lata, quod sicut non alij quam sacri domino sacerdotes debent Missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in alijs, quam in sacris locis Missas cantare, aut sacrificia offerre licebit. Ac paulò superius: Satius est, inquit, Missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis vbi fieri non oportet: nisi vt sæpe dictum est, pro summa contingat necessitate: quoniam necessitas non habet legem. Vnde scriptum est: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco, quem elegerit dominus Deus tuus. Quem qui præcessit eiusdem nominis pontifex propè ducentis annis; Mandamus, inquit, vt super memorias martyrum Missæ celebrentur, ne memoria eorum à talibus extingui, aut veneratio possit prohiberi. Quod in Concilio quoque Laodicensi inter hos duos pontifices interiecto, ad eundem modum constitutum legitur: & postea in concilio Cabilonensi, vbi eiusdem Laodicensis concilij fit mentio. In suis quoque contractioribus regulis Basilus: Quemadmodum, inquit, ratio non admittit, vt commune vas in sancta loca inferatur: ita neque permittit, vt sacra in prophanis ædibus celebrentur: veteri instrumento apertè ex precepto dei nihil tale fieri permittente, dominoque dicente: Templo maius quid est hic. Et Apostolo: An domos non habetis ad manducandum & bibendum? Quid dicam vobis? Laudabo ne vos in hac causa? Non laudabo: & quæ sequuntur. Nec commune conuiuium in ecclesiam inferendum, neque dominicam cœnam in priuatis ædibus contemtu exponendam esse, ex his docemur: nisi quis in articulo necessitatis delegerit puriorem locum, aut domum tempore accommodo.

Quam obrem qui nulla necessitate adacti in illis ipsis locis, vbi potatur sæpe, saltatur, pergræatur, sacrificium hoc tremendum peragi iubent, nulla ratione iustam reprehensionem effugere possunt. Qui si hunc honorem habendum Deo non putant, vt in domum Dei, domum orationis conueniant, quæ non alij rei, quam Deo placendo sacra est, neque submissum pij Centurionis illius animum imitari volunt, qui se iudicabat indignum, sub cuius rectum Christus intraret, sed quasi pro imperio Christum ad se venire iubent, multò rectius facerent si ab audienda Missa abstinere, quæ prophanari certè videtur, cum in prophanis ædibus extra necessitatè celebratur. Excuterent isti pigritiâ, factumque suum abijcerent potius, ac quantacunque dignitate præditi sint, ita tamen se superiorem esse Deum sibi persuaderent, vt cum illo comparati ne sint quidem, aut si quid sint, cinis & puluis sint. Qui hanc animi submissionem adorandum Deum non adfert, inane sacrificium, inanis est illius omnis oratio. Ad quam vt inuitarentur homines, illud quoque moribus est receptum: quod suo quoque seculo in omnibus magnis ciuitatibus fieri solitum fuisse scribit Palladius, vt pro foribus templorum eos, qui varijs morbis confecti, membris etiam suis mutilati, ac ad extremam egestatè redacti sunt, collocarent, qui quasi communes quidam hominum præceptores essent, per quos vt nec secundis rebus efferrentur, nec aduersis frangerentur, admoneri possent. Nihil æquè Deus odit atque superbiam: quam si secum aliquis, templum ingrediens, adferat, tantum abest,

abest, vt placatum sibi Deum reddat, maiorem etiam vt illius indignationem prouocet. Absidunt, igitur isti foribus diuinarum ædium, vt cum oculis in eos nostros defixerimus, admoneamur fragilitatis nostræ: nos ipsidem quibus illos casibus obnoxios esse recordemur. Placet sibi quisquam, quod atate florenti, quod forma præstanti, quod valetudine fit firma: cum in hos aspexerit in vestibulis templorum iacentes: fieri non potest, quin cristas demittat illico: animo secum repetens, ex ijs fuisse quosdam, quos cum æquè Deus ipsidem corporis bonis aliquando cumulauerit, nunc tamen squalidi sint, deformes, & grauibus totius corporis doloribus miserandum in modum oppressi. Tu met aliquis diuitijs & potentia: fortasse inter eosdem reperiet aliquem, qui cum & ipse locuples aliquando fuerit, neque secundas res moderatè ferre potuerit, eò tandem calamitatis recidit miser, vt mendicare stipem cogatur. Itaque vicissitudinis reum humanarum comonestus, de fastu suo permultum remittet, dum quod huic accidit, sibi quoque euenire posse putabit. Atque hæc quidem doctrinæ cuiusdam sunt & admonitionis: sed & consolationis ex illis plurimum capere licet. Accidit cuiquam præter voluntatem aliquid: ac quàm leue est illud, si cum istius casu, stipem pro foribus templi mendicantis conferatur. Non est eo loco quo velis valetudo tua: at huius miseri morbus prorsus est incurabilis. Facultatum tuarum grauem aliquam iacturam fecisti: ac huius est multo grauior, qui ne panem quidem habet, quo vitam sustentare queat, nisi tua benignitate sit adiutus: non murmurat tamen, non maledicit, non aliquod impatientis animi signum dat, sed erumnam suam æquo fert animo. Nunquid ea res non magnam dolori nostro leuacionem adfert, si quem ex rebus contra voluntatem nostram fluentibus accepimus, ac nos ad agendas Deo gratias excitat? qui quamuis pro partem suo in nos animo castigandos nos esse putauerit, suæ tamen misericordiæ non est oblitus: neque nos extrema illa calamitate afficere voluerit, quæ miseros istos, pro foribus iacentes Ecclesiæ, premi videmus. Admonet præterea nos calamitosorum hic aspectus, vt ipsi propensius ad misericordiam animo, & singularem Dei misericordiam & benignitatem admiremur. Nam si Deus istos non aspernatur, neque pudet eum ipsorum, quod suæ domus vestibulis absident, multo minus re fas est carnem tuam & membra tua despiciere, neque eis qua possis ratione subuenire velle. Simul considera, quàm sit longè diuersa ratio eius, quam possidet rex mortalis, & eius aula, quam sibi consecratam habet immortalis ille rex regum, & dominus dominantium. Illic omnia fastus, hic humilitas omnia. Non licet illic videre, nisi atro & gemmis ornatos, & pretiosis vestibus indutos: huius cõtra aulicis pannosi sunt, situ, squaloreque obducti, quorum sedes & collectio modò non admonitio quædam est ad hominum genus: præclaram illam vocem edens: Nihil humana sunt omnia, fumus & vmbra sunt. Si boni essent diuitiæ, Deus ante vestibula sua pauperes non collocasset: Quos propter eam causam ibi collocasse viderit, vt quemadmodum qui ad hominem regem adire vult, prius se in alicuius, qui sit ex illius comitatu, familiaritate insinuat, & eum officijs, obsequijs, liberalitateque sua sibi demereri conatur, quò per eum & aditus facilis, & aures principis benignas habere queat: sic qui vult in Dei domum ingredi, ac orationem ab illo suam exaudiri, prius aulicos ipsius, qui pro foribus eius absident, sibi conciliet, ac memor illius quod scriptum est: Non apparebis in cõspectu meo vacuus: eos muneribus delinuat: certò persuasum habens, quod sibi factum Deus interpretatur, quicquid ex minimis istis vni factum fuerit: ac delinitis illis cum primùm accedat cum fiducia ad thronum gratiæ Dei, qui cum dixerit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: nõ potest quod promissum non præstare. Cæterum frustra misericordiam expectat à Deo; qui prior in proximum usus ea non fuerit: erga quem qualem se quisque præstiterit, talem Deum erga se vicissim expectetur: qui misericordiam se velle, non sacrificium, disertis verbis pronunciat. Quisquis igitur quod vult Deum, Deo negat, quod ipse desiderat, à Deo sibi vult negari: Est in caelis misericordia, quemadmodum à Propheta dictum est: Domine in caelo misericordia tua: ad hanc non nisi per terrenas misericordias peruenitur. Vocat igitur Chrysostrum eo qui pro foribus ecclesiæ sedent, stipem à nobis mendicantes, medicos vulnerum nostrorum: non solum quòd fastui plerumque nostro medentur, quod graue vulnus est animæ, quòdque si quem ex rebus aduersis dolorem accepimus, ei consolationem adferunt: verum etiam quòd per eos peccatorum nostrorum remissionem consequuntur, grauius eorum morbis liberamur. Verba Chrysostrum hæc sunt: Nisi essent pauperes, peccatorum difficilè sarcinam poneret: medici illi sunt vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præstant. Non ita medicus, vt medicamenta imponat, extendens manum curationem exhibet, sicut pauper, abs te vt accipiat, porrigens manum. Dediti pecuniam & peccata simul exiisti. Ad eundem modum Petrus quoque Chrysostrum.

Ex medicorum inuitu, qualis doctrina petenda.

Consolatio ex mendicis, quæ.

Admonitio ex mendicis.

Aula Dei & cœculi differentia.

Aula Dei patet peres.

Mendici quare ad foris templi possint.

Exod. 23. Mat. 25.

Heb. 4. Mat. 5. Misericordiam à nobis postulauit Deum.

Osæ. 6. Mat. 9. Psalm. 35. Chry. in prima ad Tim. ho. 14. Mendicium medicum vulnerum nostrorum Eleemosyna de let peccata.

Chryser. 8.

Luce. 11. Bas. in regulis con. quest. 27.

Resipiscitiae fructus, qui. Quest. 281.

Luce. 19.

Tob. 12.

Pauperes & foribus templi procul arce con. resprehendunt.

Orationes in iis glo efficaciores.

Loca Deum sibi eligi. Psal. 32.

3. Reg. 8. Iosue. 3. Ioan. 5. Templi arce et piscine prerogativa. Iosue. 6. Iosue. 4. Ioan. 5.

Angeli in templis habitant. Ioseph. de bello Iudaico lib. 17. cap. 12.

Matt. 21. Hier. 23. Ejae. 66. Opera Dei in vno loco quam in alio terribiliora Epi. 137.

Loca dilectissima miraculis.

nus, inquit, pauperis est gazophilacium Christi: quia quicquid pauper accipit, Christus accipiat. Da ergo homo pauperi terram, ut accipias caelum, da nummum, ut accipias regnum, da micam, ut accipias totum. Sed quid horum opus est proferre testimonia, quibus referri sunt sanctorum omnium libri? Dixit ipse Christus: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Omnia, inquit Basilicus, locum hunc enarrans, quae per rapinam & auaritiam stulti diu peccamus, & male agimus. Addit paulo post: Non quod per ista ad mundationem sufficiant, cum principaliter opus sit misericordia Dei & sanguine Christi: in quo & aliorum omnium redemptionem habemus, si in vno quoque dignos respicientiae fructus fecerimus. Fructus autem respicientiae dignos intelligi vult idem in eodem libro Basilicus, opera iustitiae, peccato opposita. Verbi gratia: Rapuisti aliena, non modo rapere deinceps desine, verum etiam cum Zachaeo dic: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Est igitur elemosyna cum primis ad id, quod velis, impetrandum necessaria. Scriptum est enim: Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna: Oratio pullat, ieiunium impetrat, elemosyna accipit. Haec tria vnum sunt, ac sibi inuicem vitam dant. Orationis anima, ieiunium: ieiunij vita est elemosyna siue misericordia: ita sibi connexa haec sunt, vt recte separari non possint. Quam obrem reprehendendi merito sunt, qui, per quos ad misericordiam proouocamur, pauperes & calamitosos homines, a templis, quae domus est & aula Dei, foribus, procul arce conantur: cum non hanc ex illis utilitatem tantum capiamus, quod nos ad praestandam misericordiam, quam praestari nobis a Deo velimus, inuitant: verum etiam & vicissitudinis rerum humanarum, casuumque, quibus subiecti sumus, admonemur, & in rebus aduersis non parum ex eorum aspectu consolationis capimus. Retinendus est igitur laudatus ecclesiae mos, vt pro foribus domus Dei pauperes excubent, atque ibi misericordiam ab ijs, qui Deum sui misereri cupiunt, expectent.

Et quamuis recte quouis in loco preces ad Deum funduntur, recte tamen & illud creditur, quod quae cum reliquo cetero populo in sacris adibus sunt orationes, multo sunt efficaciores. Recte & illud a sanctis patribus constitutum obseruatur, vt tremendum sacrificium non alibi, quam in Deo sacratis templis offeratur: ad quod celebrandum, & homines & vestes & vasa & locus requiritur sacer, vt nihil ibi sit, quod non verbo Dei sanctificatum sit, quod sic maiore in veneratione sacrificium inter omnia maxime venerandum, a populo haberi possit. Est quidem ita, quod ubique Deus est: verum non ubique tamen aequaliter operatur. Misericordia domini plena est terra: Sed in scripturis tamen legitur, quod certa loca suis operationibus delegerit: exauditioni templum Hierosolymitanum: arcam miraculis: piscinam probaticam agrorum solatio. Templum quidem eo dignatus est honore, vt si quis etiam exul ad illud versa facie oraret, exaudire oraret, exaudiretur: quod priuilegium nulli alij loco concessum esse legitur. Arce portu tantam virtutem esse voluit, vt ea praesente funderentur hostes, Hiericho corrueret, & Iordanis retrorsum conuerteretur. Piscinae vero probaticae prerogatiuam hanc fuisse nobis Euan gelium indicat, vt qui primus in eam descendisset, quocumque tandem affectus esset morbo, statim ab eo liberatus discederet. Nunquid parem vim ad sanandum alia quoque vulgares aquae habuerunt? Sic Deus cuius misericordia pleni caeli, plena est & terra, nullo vt loco circumferibatur, certa tamen loca esse voluit, in quibus manifestius virtutem suam declararet. In templo Deus olim responsa dabat, in templis angelos videre licuit, quos inibi etiam habitare vel illud nobis esse documentum potest, quod a Iosepho memorie proditum est, cum iam iam Hierosolymitanum excidium instaret, angelos auditos esse qui dicerent: Recedamus ex his adibus.

Sed haec dicit aliquis veris testamenti fuisse, nec ad nouum pertinere quicquam, in quo Samaritanarum disertis verbis dictum legitur: Mulier, crede mihi, venit hora, quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabis patrem. Atqui ille ipse qui haec dixit, noui testamenti mediator & auctor, templo tantum honoris habuit, vt cum eijceret ex eo vendentes & ementes, domum illud sui patris vocauerit. Nunquid non totus mundus domus est illius, qui dixit: Coelum & terram ego impleo. Coelum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum? Et tamen domum sui patris peculiari modo quodam, templum Christus appellauit. Quin & in ipsis templis arcano quodam & in perscrutabili Dei iudicio fieri videmus hoc ipso gratie tempore, vt terribiliora in vno sint, quam in alio Dei opera. Sic ab Augustino factum legitur, cum quidam ex eius sodalitate iuuenis graue quoddam presbytero crimen intentasset, nec res euidentibus argumentis aut refelli posset, aut coargui, quod iusserit ambos ad locum sanctum (his enim verbis utitur) peregrinari, nimirum eum, vbi beati Felicis Nolensis corpus conditum erat, vt ibi ad confessionem, vel poenae miraculo vel timore compellerentur. Ac mox ea verba

sub-

subiicit Augustinus: Vbi que quidem Deus est, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum a veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet, & coronet: verum tamen ad ista quae hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in alijs locis haec miracula fiat, in alijs non fiat? Multis enim nouissima est sanctitas loci, vbi beati Felicis Nolensis corpus conditum est, &c. Ac paucis interiectis, mentione facta de miraculis, quae Mediolani, fierent apud memoriam factorum: Nunquid, inquit, non & Africa sanctorum martyrum corporibus plena est? & tamen nusquam hic scimus talia fieri. Sicur enim, quod Apostolus dixit: Non omnes sancti habent dona curationum, nec omnes habent iudicationem spirituum, ita nec in omnibus memorijs sanctorum ista fieri voluit, qui diuidit vnicuique propria prout vult. In vita Hilarionis scribit Hieronymus, ceramen inter Palaestinos & Cyprios fuisse, dum hi corpus, illi vero spiritum eius habere se iactarent. Et tamen in vtriusque locis, inquit, magna quotidie signa sunt, sed magis in hortulo Cyprii: forsitan quia plus illum locum dilexit.

Quare minime nouum, ac iam inde a multis seculis in orbe Christiano receptum est, quod propter admirabiles Dei operationes, vnus locus alio sanctior habitus, & a pijs hominibus magis est frequentatus. Qui scripserunt Ecclesiasticam historiam, Eusebius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, & alij ante mille ducentos, quin & ante mille trecentos & amplius annos, & Hierosolymam, & ad martyrum sepulchra, religionis ergo peregrinationes etiam ex voto susceptas esse, memoriae prodiderunt. Quas adeo non contemnendas putauit Ioannes quoque Chrysostomus, vt diceret, cum in vinculozum, quibus ligatus erat Paulus, laudem erupisset: Vellem nunc locis in illis versari, quibus vincula illa manent, & cathenas videre, quas timuerunt quidem daemones, & horrent, & angeli venerantur. Si Ecclesiasticis curis essem vacuus, corpusque robustum haberem, nequaquam peregrinationem tantam facere recusarem, quod cathenas saltem viderem, & carcerem, quo Paulus vincetus est. Et in Homilia quinta ad populum Antiochenum, scribit in Arabiam quosdam abire solitos fuisse, vt simum, in quo sederat Iob, cernerent, & terram osculerentur, quae illius victoris certamina & cruorem, omni auro pretiosiorum suscepit. Prudentius de Himetrio & Chelidonio loquens: Illitas, inquit, cruore sacro, nunc arenas incolae, consecretant: obsecrantes, voce, votis, munere. Exerit, nec non & orbis, huc colonus aduenit. Hieronymus vero: Adorare, vbi steterunt pedes domini, partem fidei esse dicit, & quasi recentia nauitatis & crucis, ac passionis videre vestigia. Idem Eusebium Caesariensem secutus de Alexandro Capodociae Episcopo scribit, quod in sede sua relicta, profectus fuerit Hierosolymam, sacra loca visendi causa. Plura vide in epistola eiusdem ad Marcellum. Et aequalis eius Paulinus, Non aliter, inquit, affectus homines ad Hierosolymam rapit, nisi vt loca, in quibus corporaliter praesens fuit Christus, videant atque contingant, possintque & de suo fructu dicere: Inproiuium in tabernacula eius, adoramus vbi steterunt pedes eius. Si ergo religiosa cupiditas est loca videre, in quibus Christus ingressus, & passus est, & resurrexit, & vnde descendit, & aut de ipsis locis exiguum puluerem, aut de ipso crucis ligno, aliquid saltem, festuca simile fumere & habere benedictio est. Meminit idem semel & iterum peregrinationum & magni concursus hominum, qui fiebat ad sepulchrum sancti martyris Felicis Nolani. De Basilio quoque narrat Amphilocheus, quod semel & iterum Hierosolymam orationis gratia fuerit profectus. De Philoromo scribit Palladius, quod is pedestri itinere venit Romam vique ad orandum in martyrio sanctorum Petri & Pauli. Peruenit autem etiam vsque ad Alexandriam cum vouisset in martyrium venerandi athletae Marci: ac dignus (inquit ibidem Philocemus) habitus sum, qui voti gratia bis proprijs pedibus veni Hierosolymam ad honoranda loca sancta, & ipse mihi suppetauit impensas. Testatur idem Palladius in vita Ruffini, suo seculo multos voti causa venire solitos Hierosolymam. Simeonem Priscum, qui sextus est eorum patrum, quorum vitam conscripsit Theodoretus sic loquentem inducit: Nos erramus per hanc solitudinem, in monte Synai cupientes adorare Deum vniuerso, am, in quo cum seruo suo Moysi apparuisset, dedit legum tabulas. Non quod existimemus Deum esse loco circumscriptum: audimus enim eum dicentem: Coelum & terram ego impleo. Sed quoniam ij, qui ardentem amant, non solum eos qui amantur desiderant, sed etiam illis loca grata sunt & iucunda, in quibus ij fuerunt praesentes, & in quibus versati sunt. Idem de Petro loquens, quem nonnumquam numerat: Venit, inquit, in Palaestinam, videndigratia, vt cum vidisset loca quae susceperunt saluatae passionis, in ijs Deum adoraret, non vt qui loco circumferibatur: sciebat enim eius naturam non posse circumferri, sed vt passeret oculos eorum spectaculo, qui desiderantur.

1. Cor. 12.

Peregrinationes Deo non ingrate. Euseb. li. 1. ca. 11. Soc. li. 7. ca. 47. Soz. li. 2. ca. 14. E. li. 4. cap. 5. Theo. li. 8. de curatione graecarum affectionum.

Chry. hom. 54. de beato Iob.

Peristepha non Ode. Ad desiderium. De vris illustribus. Eusebium.

In epi. ad Marcellinum.

Amphilocheus.

Hier. 23.

Iis enim qui amore aliquem prosequuntur, est à natura inustum, & non ex solo illius aspectu capiunt voluptatem, sed & domum, & vestes, & calceos contemplantur cum magna læticia.

Ante annos plus minus septingentos, fuit Claudius quidam, qui peregrè proficiscens ad sepulchra sanctorum martyrum ridebat, eum in eorum, quos de cultu scripsit imaginum libro tertio, grauitè confutauit vir doctus Ionas Episcopus Aurelianensis. Verùm in hoc genere, non tam labor ipse peregrinationis attenditur à Deo, quàm affectus. Quemadmodum dicit ille, affectus tuus operi tuo nomen imponit. Si quis charitate erga sanctum aliquem inflammatus, & virtutum illius amore ardens, vifat reliquias illius, & osculetur, non potest hic affectus Deo gratus non esse. Sed hæc obiter.

De Christianorum templis siue basilicis, refert Augustinus, & in Ecclesiastica quoque historia scriptum legimus, quod etiam ab immanibus barbaris tantus olim illis honor habitus fuerit, vt quisquis ad ea confugisset, is ab hostium insultu liber esset. Nunc miserandum in modum ea prophanari passim cernimus, nec in horrea modò pleraque commutata, verùm & equorum ex eis stabula facta, & in quocumque tandem vsu Deo dicatas domos conuersas: quòdque etiam dictu horrendum est, neque facile creditura posteritas videatur, in eo ipso loco vbi tremendum Deo sacrificium non ita pridem oblatum fuit, furcam erectam videre licuit, ab ijs qui Euangelici quàm Christiani dici malunt. Hi sunt fructus præclari, si dijs placet istius Euangelij.

Sed hoc fortassis offendit nonnullos, quòd templa diuis eriguntur. Verùm hi cui templa constituuntur, vel ex Innocentio tertio pontifice Romano discere poterunt: Cuius hæc verba sunt: Duæ sunt species seruitutis: vnà quæ debetur soli Deo creatori, & dicitur latria, & altera, quæ creaturis impenditur, & dicitur dulia. Vtramque speciem determinat dominus, dicens: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Ad latriam pertinet, templa, altaria, sacerdotia, sacrificia, & huiusmodi, quæ sunt soli Dei exhibenda, qui glorificatur in concilio sanctorum, magnus & metuendus super omnes, qui in circuitu eius sunt. Non enim sanctis ad honorem Dei, sed Deo potius ad honorem sanctorum, dedicantur templa; consecrantur altaria, sacerdotia statuuntur, sacrificia offeruntur, ne fortè si secus agatur, non-theosebia, sed idololatria committatur. Quem qui multis præcessit seculis Augustinus, cum ad eundem modum, sicut nunc fieri cernimus, idololatriæ Christianos argui videret, quòd ad monumenta martyrum plerique omnes confugerent maximò concursu, atque illorum intercessione se facile, quæ petiuisent impetraturos à Deo considerent: Nec tamen, inquit, nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia constituimus, quoniam non ipsi, sed eorum Deus, nobis est Deus. Honoramus sanè memorias eorum, tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsque ad mortem suorum corporum pro veritate certarunt, vt innotesceret vera religio, falsis religionibus fictisque conuictis. Itaque videre licet passim apud Augustinum, quòd non alio ferè martyrum templa, quàm memoriarum nomine dignatur, cuius etiam hæc verba leguntur alicubi. Non ne si templum alicui sancto Angelo excellentissimo de lapidibus & lignis faceremus, anathematizaremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei? qui creaturæ exhiberemus eam Seruitutem, quæ vni tantum debetur Deo. Sed quòd nimia quadam religione dicere non fuit ausus Augustinus, dixit ante eum Ambrosius, dixit Iohannes Chrysostomus, dixit natu grandior Hieronymus, dixere qui fuerunt eius æquales Socrates Sozomenus, nec ita multò posterior Euagrius, ac alij multi: apud quos templa martyrum, basilicas Apostolorum & martyrum, ecclesiam Apostolorum, ecclesiam in nomine Geruasij & Prothasij, basilicam beatæ Agnetis, basilicam Portianam: ecclesiam Theone, ecclesiam Dionysij, oratorium Thomæ, sacrum Eufemiæ martyris templum, & aliorum sanctorum legere licet.

Quid igitur num ignorabant isti omnes, quòd ex diuino præcepto sciebat Augustinus, non esse creaturæ seruitutem eam exhibendam, quæ soli debetur creatori? Minimè gentium, æquè illi hoc atque Augustinus sciebant, neque secus faciebant: sed in verbo nihil fuisse periculi iudicabant. Quis enim nescit, etiam si templum Petri & Pauli, vel cuiuscunque sancti tandem esse dicatur, non propterea Petro & Paulo, sed soli Deo dicatum esse, soli que Deo sacrificia in illo offerri, etià si Petri, vel Pauli, vel alterius cuiuscunque sancti fiat in eo memoria, vt rectè Augustinus memorias martyrum, rectè ceteri quoque templa, siue basilicas, aut ecclesias martyrum eiusmodi loca vocauerint. Nam proptè quidem solius Dei templa sunt: Quoniam verò vel sunt in illis Apostolorum aut martyrum reliquias, vel eorum frequens sit commemoratio, rectè martyrum quoque, in quibus Deus habitabat, templa vocantur. Quanquam extat liber de Ecclesiasticis dogma-

An. li. 1. de ciuit. Dei ca. 27. Sozo. eccl. hist. lib. 9. cap. 9. Templo a quo nostro profanata. Facinus horrendum.

Templa sanctis non erigi. Inno. de mysticis. Misse ca. 11. Cultus seu seruitus duplex.

Psal. 88.

An. li. 8. de ciuit. Dei ca. 27.

An. cont. Maximinum lib. 1.

Templa cur sanctorum nominibus vocentur. Chry. ho. 38. ad popu. Antioch. Hier. ad Riparian & aduersus Vigilantium.

Soc. li. 1. c. 16. et vsu et li. 2. c. 11. Soz. li. 4. ca. 9. & lib. 3. ca. 6. & li. 16. ca. 18. Eug. li. 2. ca. 3.

dogmatibus, qui Augustino inscribitur, in quo hæc verba leguntur: Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissimè honoranda, & basilicas eorum nominibus appellatas velut loca sancta, diuino cultui mancipata, affectu pijsimo, & deuotione fidelissima adendas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus creditur. Sunt igitur, quemadmodum ex hoc Augustini loco licet colligere, basilicæ, siue templa Dei, sed appellantur tamen sanctorum nominibus, hand aliter, quàm nos fideles, cum & ipsi templa Dei sumus: suo tamen quisque proprio nomine vocamur. Quanquam in eo quoque libro, qui sine controuersia Augustini est, quem inscripsit de cura pro mortuis gerenda, his ille verbis vitur: Mater filij defuncti corpus desiderauit in basilicam martyris poni. Fuit ante mille ducentos & amplius annos Eustachius quidam hereticus, qui loca sanctorum martyrum, vel basilicas contemneret, & omnes qui illuc conuenirent & sacramenta conficerent, reprehenderet. Contra eum in Gangrensi Synodo, quæ fuit Nicænæ proxima, in hæc verba pronuntiatum est: Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernandas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit. Hic quoque dixere patres, loca & basilicas sanctorum. Similiter Basiliius: Paratum hic est Christianis auxilium, Ecclesia videlicet martyrum, Dicitur, inquit, martyribus templum. De Constantino scribit Eusebius, quòd is templum Apostolis dedicauit, credens hanc se memoriam animæ suæ salutarem & vtilem facere. Sozomenus verò etiam ad honorem Stephani protomartyris, & in honorem Thyrsi martyris, & aliorum, ædificatas ecclesias scribere veritus non est. Non quòd nesciret ad honorem Dei constructas, qui sacrificijs, in illis ecclesijs colebatur, sed quòd suus quoque honos in eis Stephano & Thyrso tribueretur, dum & res ab eis gestæ recitarentur, & ad eorum imitationem homines accenduntur, & Deo gratiæ aguntur, cuius dona fuerunt ea omnia, quibus in hac vita excelluerunt.

Neque verò Deo tantum precibus & sacrificijs placando, verùm & corporibus hominum sepeliendis templa sunt & cœmeteria consecrata, quòd qui corpora sua viuentes Deo templa dicant, eos mortuos, non nisi in sacris locis recondi, æquum esse putatum. Ac verum quidem illud est, quòd vbiunque sepeliatur, domini est terra & plenitudo eius, quòdque sepultura optima est, optima vita, sicut à Iohanne Chrysostomo traditum legimus: sed interea tamen etiam antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curata, exequias celebratas, sepulturas prouisas, ipsosque, dum viuenter de sepeliendis, vel etiam transferendis corporibus, suis filijs mandasse legimus. Et Tobias sepeliendo mortuos, Deum promeruisse, teste angelo, commendatur. Ipse quoque dominus die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quòd vnguentum pretiosum super membra eius effuderit, atque hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Evangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorificè tegendum, sepeliendumque curarunt. Iohannes quoque Chrysostomus cum laude quadam commemorat, quòd Constantinopoli reges magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula corpora sua sepeliantur: fiantque piscatorum ostiarij reges, neque hic in morte confunduntur, sed honestantur, & ipsi, & eorum nepotes, & pronepotes. Et in alia quadam homilia, cum docuisset, quomodo ipse, qui purpuram indutus est Imperator, accedit seruorum crucifixi complexurus sepulchra, & factu deposito stat sanctis supplicaturus, vt pro se apud Deum intercedat: & scenarum fabrum & piscatorum, etiam mortuos vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Mox subiungit. Audebis igitur quæso eorum dominum appellare mortuum, cuius serui vel mortui terrarum orbis sunt protectores? Nec hoc tantum Romæ quis ferri viderit, verùm & Constantinopoli. Nam & hic Constantinum magni in ipso filius honore magno censuit haberi, si pro foribus piscatoris paternum corpus collocaret, & quòd in regijs sunt ianites regibus, hoc sunt in monumento piscatoribus reges. Neque dissimilia scribit Augustinus ad Madaurensem: Videtis, inquit, simulachrorum templa, partim sine reparatione collapsa, partim diuturna, partim clausa, partim in vsu alios commutata. Ipsaque simulachra vel confringi, vel incendi, vel includi, vel destrui, atque ipsas huius seculi potestates, quæ aliquando pro simulachris populum Christianum persequerantur, victas & domitas, non à repugnantibus, sed à morientibus Christianis, & contra eadem simulachra pro quibus Christianos occidebant, impetus suos, legesque, veritatem, & Imperij nobilissimi eminentissimum culmen ad sepul-

Aug. ca. 73. Reliquie sanctorum venerande.

Liber de cura pro mortuis agenda est Aug.

Gang. Syn. 6. 20

Basil. in 40. martyris, & in Psal. 114. Es. li. 4. de vita Constantini. Lib. 8. cap. 24. Eccl. hist. Corporum bonorum honestè sepeliendorum semper cura fuit. Lib. 9. cap. 2. Templa & cœmeteria etiam corporum bonorum sepeliendis consecrata. Psal. 23. Chry. hom. 84. in Ioan. Gen. 4. 7. et 50. Tob. 2. & 12. Matt. 16. Ioan. 19.

Chry. tom. 3. 159. quod Christus Deus est aduersus Iu. gentes.

Idem. h. 66. ad popu. Antioch.

Epist. 4. 2.

Soz. l. 9. ca. 2. Eccl. hif. An de cura pro mortuis cap. 1. & 4.

chrum piscatoris Petri, submisso diademate, supplicare. Sozomenus quoque non reprehendit mulierem quandam Eusebiam, quod iuxta eum locum, in quo reliquia quadraginta militum fuerunt condita, iuramenti religioe obstrictis monachis, se quoque condidit curauerit. A Paulino quoque religiosa quaedam vidua Flora petiuisse legitur, ut in beatisissimi Felicis confessoris basilica, defuncti filij eius corpus poneretur, qui cum ea de re ad Augustinum retulisset, hoc ab eo responsum tulit. Prouisus sepeliendis corporibus apud memoriam sancto rum locus, bonae affectionis humane est erga funera suorum, quoniam si nulla religio esset, ut sepeliantur, non potest nulla esse, quando ubi sepeliantur, attenditur. Sed cum talia viuorum solatia requiruntur, quibus eorum pius in suos animus appareat, non video quae sunt adiumenta mortuorum, nisi ad hoc, ut dum recolunt, ubi sunt posita eorum, quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos, tanquam patronis suscepro, apud dominum ad iuandos orando commendent. Quod quidem facere possent, etiam si talibus locis eos humare non possent.

Septuaginta mor tuorum cur dicantur monumenta.

Eccl.astica sepulchra que arceantur. Greg. 4. dialo. cap. 50. Aliqua alij sequent.

Epist. 92. ca. 6.

Sed non ob aliud vel memorie, vel monumenta dicuntur ea, que insignita sunt sepulchra mortuorum, nisi quia eos, qui viuentium oculis morte subtrahiti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitari. Cum itaq; recolit animus, ubi sepultum sit charissimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus: qui cum defunctis a fidelibus charissimis exhibetur, cum prodesse non dubium est ijs, qui cum in corpore uiuerent, talia sibi post hanc vitam prodesse meruerunt. Nam quos peccata grauiora deprimunt, non ad abolitionem potius, quam ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in Ecclesis poni, scribit Gregorius. Non enim eos sacra loca liberant, sed culpa magis temeritatis acculat: id quod productis etiam exemplis planum facit. Et propterea sacris canonibus cautum, & in Ecclesia videmus obseruatum, quod qui sibi ipsi manus intulerunt, qui facultatibus alienis per se minus expilatis rem suam auxerunt, qui sine poenitentia ex hac vita excesserunt, qui vel cum graue scelus aliquod patrasent, & ceteri piorum sententia iudicis eiectione, atq; a Christi corpore praecisi sunt, vel qui seipos vltro praeciderunt, quales sunt schismatici & haeretici, eorum corpora in sacris locis humari non permittuntur: quod, quemadmodum ad Rusticum Narbonensem Episcopum scribit vere magnus ille pontifex Leo, quibus viuentibus non communicauimus, eis mortuis quoque communicare non possumus. Non est cum ijs ne mortuis quidem commune quicquam habendum, qui doctrinis varijs & peccatis abdueti, suo ipsorum iudicio sunt condemnati: dum quod iudicis fuerant sententia passuri, id vltro ipsi fecerunt, seque a Christi corpore praeciderunt & ceteri fidelium exterminarunt, atque ab eorum communione separarunt. Sed haec de sepulchris, deque sepulchris dicta sufficiant: Neque enim omnia nobis persequi propositum est, quae fusius ab alijs tractata sunt.

In vita S. Lucae que est adiuncta Occumeto. Ad Burdensis cap. 2.

Li. 22. ca. 10. de vinitate Dei.

Est autem & hoc minime nouum, quod in templis altaria constituantur, quorum vltimum antiquissimum fuisse constat, non solum naturae, & legis, verum etiam gratiae temporis. Nam & in Euangelio, & in Paulinis Epistolis, & in Apocalypsi, mentionem altaris fieri legimus. Abdias a Matthaeo scribit altare erectum fuisse, in quo Missam celebravit. Lucam quoque templum erexisse & altaria stabiliuisse & consecrasse, tradit Symeon Metaphrastes. Et qui fuisse creditur aequalis eius Martialis. Dum altaria, inquit, demonum in puluerem redigerentur, aram ignoti Dei ad consecrationem reseruati iustimus: qua dedicata, in nomine Domini Dei Israel, & ipsius restis Stephani, qui pro eo a Iudeis passus est, non hominis cultum: sed Dei, in ea frequentatis. Stephanus enim non Deus: sed amicus Dei fuit, qui pro testimonio eius, animam suam posuit. Cuius sanguine ipsa mensa est decorata, quia suo sanguine Iesus Christus comprobatus est esse Deus, & qui crediderit, ornamenta fidei maiora praecipit. Sacrificium enim Deo offertur, in ara, non homini, nec angelo. Quem secutus Augustinus. Nos autem Martyribus nostris, non templum sicut Dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus: sed vni Deo & Martyrum & nostro sacrificium immolamus: ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen a sacerdote, qui sacrificat inuocantur, Deo quippe non ipsis sacrificat quamuis in memoriam sacrificet eorum, qui Dei Sacerdos est, non illorum.

De Eccl. Hiero. cap. 6. parte. 2.

Fuerunt igitur etiam in primitiua Ecclesia, & templa fabricata, & altaria erecta, in honorem Dei & sancti Martyris alicuius memoriam, quae in summa veneratione habita fuisse semper constat. Itaque Dionisius Arcopagita, nunc beatorum nunc archiepiscopus

archiepiscopus appellat. Itide & Bassilius & Chrysostrmus non solum in Liturgijs, verum etiam & in alijs multis locis. In Calcedonensi concilio vocatur sanctissimum altare: Reuerentiam altare dixit Eusebius Emisenus, sacrosanctum appellat Ambrosius, itidem & Athanasius, sacrosanctam mensam, itidem & Chrysostrmus, vocat idem alibi terribilem mensam & horrendum altare. Pro eodem enim accipi vtrumque, satis indicat ille Malachiae locus, ubi post illa verba, offertis super altare meum panem pollutum, sequitur paulo post: Mensa Domini despecta est. Recte autem idem & altare dicitur, & mensa, altare propter sacrificium, quod in eo offertur, & mensa propter cibum, qui in ea sumitur. Legimus apud Chrysostrmum, Eutropium ad altare tanquam ad verum asyllum confugisse, cum sibi capitis periculum impendere videret. Quod autem altare vocat Chrysostrmus & Socrates, hoc Sozomenus eandem historiam scribens appellat sacram mensam. Ad eundem modum quod Socrates de Alexandro Constantinopolitano Episcopo refert, eum ad altare progressum in faciem se coram sacra mensa prostrauisse, hoc Sozomenus his verbis protulit. Proterrens se ipsum sub altari, tota nocte iacuit pronus: Satis autem indicat vtraque haec historia, & de Eutropio, & de Alexandro Constantinopolitano, quanta fuerit altaris, reuerentia. De Ambrosio quoque scribit Paulinus, quod cum Cresconius, qui similiter ut Eutropius confugerat ad altare Domini, de Ecclesia rapere- tur, nec eum defendere posset, prostratus ante altare, factum diu fleuit. Qui tamen Cresconius, postea fuit dimissus cum qui rapit eum fecerat Stylicco, facti eum huius sui poenituisse. Similiter & Rufinus quod cum a Regina persecutionem pateretur: sub altari positus per obsecrationes defensor sibi Deum parabat. De militibus quoque scribit Ambrosius ab Imperatore missis, quod irruentes in altaria, oculis significabant pacis insigne, hoc est osculabantur altaria, qua re pacem esse redditam per Imperatores, significauit. De Gorgonia quoque; forore sua scribit Gregorius Nazanzens, quod cum graui quoda morbo laboraret, ante altare cum fide procubuit, super illud caput declinauit, & cum magno clamore & lachrymis, opem Christi implorauit.

Actio. 1. Hom. 5. de Pascha.

Am. de his qui inuoluntarius in ysteris cap. 8. Chry. de Eucha. rilla.

In epi. ad vbi. que orthodoxos. Epi. 7. tomo. 5. Soc. a. h. 6. cap. 5. Hom. 20. Lib. 8. cap. 7. Lib. 1. cap. 37. Lib. 2. cap. 29.

Lib. 2. Eccl. cap. 16. In vita eius.

Epist. 33. ad f. vorem. Oratioe 9.

De baptismo.

Lib. 6. cap. 50.

Tertulliani temporibus fuisse morem hunc, ut poenitentes aris Dei adgenicularentur, ex illius libro de poenitentia perspicuum esse potest. Neque vero sine causa in tanta veneratione fuerunt semper altaria. Praclare namque scriptum est, a Gregorio Niseno. Altare hoc sanctum cui assisimus, lapis est natura communis, nihil differens ab alijs crustis lapideis ex quibus parietes nostri extruuntur, & pavimenta exornantur, sed Dei cultui consecratum & dedicatum est, ac benedictionem accipit. Mensa sancta, altare immaculatum est, quod non amplius ab omnibus: sed a solis Sacerdotibus, ijsque venerantibus, contrectatur. Quamobrem Optatus grauer in Donatistas inuehitur, qui fuerunt altaria demoliri.

Quid est tam sacrilegium, inquit, quam altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtulistis, frangere, radere, remouere, in quibus & membra Christi sunt portata, quo Deus omnipotens inuocatus sit, quo postulatus descendit Spiritus sanctus, vnde a multis pignus Spiritus sancti & tutela fidei, ac spes resurrectionis accepta est? Ac paucis interiectis. Quid enim est altare, nisi sedes corporis & sanguinis Christi? Haec omnia furor vester, aut rasis, aut fregit, aut remouit. Et iterum post pauca, immane facinus geminatum est, dum fregimus etiam calices, Christi sanguinis portatores. Quorum species reuocastis in massas, & vendidistis, Emerunt forsitan in vltus suos sordidae mulieres, emerunt pagani, facturi vasa in quibus incenderent. Idolis suis. O scelus nefarium, o facinus inauditum: auferre Deo, quod idolis praestes, subdece- re Christo, quod proficiat sacrilegio. Quid autem horum non recte dici potest, de non dissimili sacrilega audacia quorundam nostro quoque hoc infelici seculo?

Lib. 5. cap. 2. de sacramentis.

Ceterum quod dicit Optatus: altare nihil aliud esse, quam sedem corporis & sanguinis Domini, dixit aequalis illius Ambrosius: Quid est altare, nisi forma corporis Christi? Plus aliquid audeat Dionisius. Sacratissimum, inquit, altare nostrum Iesus est. Quod si ita res haber, merito veneramus illud & adoramus. De qua tamen veneratione, praclare scripsit olim aduersum Acepales, Rusticus Diaconus, Gregorij Pontificis aequalis. Adoramus omnes, inquit, crucem, & per ipsam illum, cuius est crux, non tamen crucem coadorare dicimur Christo, nec vero per hoc vna est crux & Christi natura. Similiter adorantes altare, coadorare altari non dicimur, Trinitatem, sed potius per altare. Laudat Neapotianum Hieronymus, quod sollicitus fuerit, si niteret altare, si parietes ab seque fuligine, si sacrarium mundum. A Palladio quoque Melania parua commendatur, quod omnia sua ferica super humeralia tegumenta dedit altaribus, reliqua autem ferica indumenta cum conscidisset, res diuersas fecit Eccle-

In historia Lamp. siana.

Epist. 9. ad Severum.

Ho. 10. in Iosua.

Epistola 11. ad Severum.

Canon 26.

Cap. 4. parte 3.

Reliquiarum in altaria repositio.

Lib. 3. epist. 3.

Lib. 5. epist. 50.

safticas. Paulinus quoque conditam fuisse tradit in passionis loco Basilicam, quae coruscet laquearibus, & aureis diues altaribus, arcano positam sacrario crucem seruat, quam Episcopus vrbis huius quotannis cum pascha Domini agit, adorandam populo, princeps ipse venerationis promit. Origenes aliquid etiam conferri solitum esse scribit ad ornatum altaris. Caeterum, sicut vetustissimus est altarium vsus: sic nec illud minus vetustum, quod consecrantur & vnguntur altaria: Extat Canon Agathensis Concilij, quod habitum est sub Sixto secundo, ante mille & amplius annos. Altaria placuit non solum vntione Chrismatis: sed etiam Sacerdotali benedictione sacrari: Et aliud Epanensis concilij, sub Gelasio, Altaria nisi lapidea, infusione Chrismatis non sacrentur: sunt qui morem hunc altaria consecrandi & vngendi, ad Euaristum referant, qui fuit quartus a Petro Pontifex. Meminit autem huius vntionis Dionysius quoq; & in sermone de vntione Chrismatis Cyprianus.

Fuit & hoc obseruatum ia inde a multis seculis, quod quando consecratur Ecclesia vel altare, sanctorum in eo reliquiæ reponerentur, quemadmodum apparet ex Registro sancti Gregorij, qui scribit etiam Palladium Episcopum altaria quadam propterea non dedicasse, quod quas in illis collocaret reliquias, non habebat. Quas etiam Severus a Paulino sibi mitti postulabat, cum Basilicam condidisset, & misit illi particulam sanctae crucis, in illius consecrationem.

De caeremonijs, quae sumuntur a tempore.

CAPVT XCI.

De Paschate controversia. Vnde Eusebius lib. 5. cap. 25. Euseb. hist. Socr. li. 5. ca. 25. Nice. li. 4. cap. 36. & sequenti.

Leo epist. 66.

Amb. epist. 83.

Epiph. here. 51.

Epiph. here. 20.

Paschalis celebrandi vno eodemq; die causa. Euseb. lib. 3. de vita Constanti.

Iza. 6. Ephes. 4.

Temporum in Ecclesia primitiua magis anxia fuit & diligens obseruatio, quam vel hoc nostro seculo, vel ijs quae proximè praeferunt. Documento est ingens & insignis illa de tempore celebrandi festi Paschatis inter Orientis & Occidentis Ecclesias concertatio: Quae vsque ad etiam progressa est, vt qui tunc fuit Romanus pontifex Victor, totius Asiae patrocias, vna cum vicinis Ecclesijs, tanquam aliena sentientes, a communione vnitate praeciderit: quod, vt motus eius de festo Paschatis eodem cum occidentis Ecclesijs die celebrando parerent, adduci non potuissent. Ac non defuerunt quidam graues viri, quibus haec tanta Romani pontificis vehementia non probaretur: cum praesertim traditum sibi per manus ab ipsis Apostolis morem, obseruare se Asiae Episcopi dicerent: neque tanquam esse haec festi celebrandi discrepantia putaretur, vt illius gratia praecidendum ab Ecclesia quoniam existimarent. Verum Leoni pontifici non leuiter delinquit visum est, cum de festo Paschatis tractaret, sua principio sacramenti veritas & vnitas ab vniuersa Ecclesia non teneretur. Quod idem aliquanto ante visum fuit Ambrosio, qui per partes concilij Nicenae quandam necessitatem celebratis huius omnibus esse scribit impositam Christianis, cuius etiam equaliter celebri Scriptori Epiphano tam graue visum est, in hac obseruatione diei Paschatis a more caeterarum orbis Ecclesiarum alios discrepare, vt non dubitauerit in album hereticorum eos referre, qui quarta decima luna Pascha celebrassent: quos quidem Quaradecimanos vocat. Ad inter alia multa, quae praeclearè gesta sunt a Constantino Imperatore, haec duo vel maxime laude omnium, & praedicatioeque digna esse censet, quod is congregato Niceno concilio, & Arij dogma subuertendum, & discrepationem ac discrepantiam hanc de celebrando Paschatis die medio tollendam curauit. Fuitque Nicenum concilium, non magis propter eos habitum, qui in Aegypto dogmatis gratia dissidebant, quam propter eos, qui in Oriente in celebrando Paschate discrepabant, conciliandos: quod etiam cum alibi tum in epistola, quam scripsit ad Episcopos Aethiopicos Athanasius indicat. Decretum itaque fuit a trecentis decem & octo patribus, qui tunc Nicenae cohaeruerant, vt vno eodemque die sanctissimi Paschatis feria peragerentur: vtque Orientis Ecclesia, quae a Romana, & caeteris occidentis Ecclesijs distidere visæ sunt, eundem quem eodemque die obseruarent: idque duplici de causa (sicut ab Ecclesiasticae historiae scriptoribus memoratè proditum est.) Primum quod minime fas esset Christianis Iudaeorum sequi consuetudinem: qui posteaquam consecratarum manus suas nefaria Christi eade contaminarunt, tanta sunt animorum caritate percussis, vt videntes non videant, audientes non audiant, neque quod rectum, quodque salubre sit, intelligant. Deinde quod graue cum primis & indecorum esse putaretur, quandoquidem vnum corpus, vnus spiritus sumus omnes, vna vocationis nostrae spes, vnus dominus noster, vna fides, vnum baptisma, vnus est Deus & pater omnium, non vno eodemque tempore, anniuersarium redemptionis nostrae diem ab omnibus & singulis eiusdem corporis membris celebrari: sed per eosdem dies alios quidem ieiunijs exerceri, alios vero conuiuijs vacare, & hos quidem feriari & conuiescere, illos vero cor-

corporis afflictionibus macerari: Quemadmodum in sua quadam ad Episcopos, qui ad Synodum Nicenam venire non poterant, & ad omnes vbique locorum Ecclesia, epistola fuffus ab Imperatore Constantino, & in eo libro, quem aduersus hereses conscripsit, ab Epiphano proditum legimus.

Ex eo colligere licet, quae ratio prisca fuerit, vel obseruandi certa tempora, vel mutandi: duplex nimirum. Vna, vt ne quid vel cum Iudaeis, quemadmodum de Paschate, deq; sublatò factum videmus, vel cum gentibus commune haberemus: quae cum sextu hebdomadae diem, tanquam Veneti sacrum in ludis, epulis, & omnibus nequitijs consumere solita essent, visum est Christianis, vt quem illi diem cum primis larum & hilarum ducebant, eum in more & lectu traducerent: non solum acerbissimos cruciatus & mortem Christi turpissimam, verum etiam peccata sua, quae causam illis dederunt, desentes. Altera, quod sicut a sanctissimo Damasco scriptum, & a Leone repetitum legimus, non aliter vnus grex, & vnus pastor sumus, quam si, quod iterum acque iterum moner Apostolus, id ipsum dicamus omnes: si perfecti sumus in eodem sensu, & in eadem sententia: si eosdem vno acque eodem tempore ritus obseruemus.

Fuit & hoc a prisca obseruatum, vt a festo Paschatis, vsque ad festum Pentecostes, non nisi stantes orarent, & vocabantur ij stationum dies: de militari exemplo nomine sumptum, sicut a Tertulliano scriptum est. Quin & die dominico ieiunium, vt idem auctor est, nefas ducebatur, neque fas erat de geniculis adorare. Qua de re Niceni quoque concilij decretum intercessit: quo cautum est, vt die Dominico & in diebus Pentecostes ne quisquam genua flecteret, sed stantes ad orationem vota domino cuncti redderent: cuius ritus etiam ratione vt explicaret, dignu duxit Basilius. Obseruabantur ab ijdem vigilia nocturna, quibus & a vino & a carnibus abstineretur, & aqua sola potu praebebat, obsonium vero fuit panis cum sale & aqua. In ijs populus confurgens, vt est apud Basilium, antelucano tempore, domum praecationis petebat: & cursitabatur ad septilchra martyrum a pueris, puellis, viris, feminis, omnisque generis aetatis & conditionis hominum. Nunc & stationum, & vigiliarum nomen solum superest: Nam neque stantes oramus, neque nocturnas vigilijs exercemus, quorum tamen vtrunque apud Graecos adhuc in vsu est: ieiunamus tantum pridianis maiorum festorum diebus.

Deinde vero sanos prisca non baptizabant, nisi in Pascha & Pentecoste: qua de re Synodi quoque Romanae decretum ante mille trecentos annos intercessit. Contra quod cum ventum a nonnullis fuisset, grauitè a Syritio Papa fuerunt obiurgati. Sed & Leo sanctissimus non leuiter eos reprehendit, qui in die Epiphaniarum baptizassent quod sola diceret esse legitima baptizandi tempora, Pascha & Pentecosten, ac nullos alios dies eis miscere licitum esse putaret. Quod ad eundem quoque modum a Gelasio Papa postea fuit constitutum. Nunc quoniam tempore baptizare fas est. Vt vel ex eo perspicuum esse cuius possit, obseruatio ritus fuisse veteres temporum, quam sit hoc nostrum & proxima superiora secula.

In solis ordinationibus veteris Ecclesiae mos obseruatur. Neque enim fiunt, nisi quo tempore fieri debere scripsit Gelasius, quarti mensis ieiunio, & septimi, & decimi, sed etiam quadagesimalis initij, ac mediana quadagesime die sabbati. Quartum mensium vocat Gelasius Iunium, in quem ferè sabbatum Pentecostes incidit (veteres enim annum a Martio auspiciabantur) septimum Septembrem, decimum Decembrem, initium quadagesimale, sabbatum post Inuocauit: medianam, sabbatum post Letare: ac deinde sabbatum sanctum Pascha.

Porro quod ad Eucharistiae sacramentum attinet, nullis id fuit aut est vnquam temporum circulis circumscriptum: neque est vllus dies anni, quo non sit fas cuius volenti sacramentum Eucharistiae percipere: quod qui fuerunt aequales Apostolorum, aut eorum temporibus proximi, quotidie fecisse visi sunt. Nam cum quotidie mortem suis feruicibus impendentem expectarent, quò paratiores essent ad eam pro Christi nomine fortiter oppetendam, quotidie mortis eius memoriam recolentes, ad istam Synaxim accedebant. Venerunt postea, qui solis id diebus Dominicis facerent. Refrigerante vero paulatim pietate, cum rariis homines accederent, ante mille centum & amplius annos Agathensis concilij decretum intercessit, quo cautum est, vt seculares, qui in natali domini, Pascha, & Pentecoste, non communicaissent, Catholici non crederentur, nec pro Catholicis haberentur. Quod tamen prope ducentis ante annis, itidem a Fabiano pontifice sanctum, Burchardus Episcopus Vormatiensis, suo Episcopus Carnotensis, Gratianus, in suis decretorum libris reculerunt. Qui vero sub ijdem temporibus, quibus habitum est Agathensis concilium, vixerunt, Ioannes Chrysostomus & Aurelius Augustinus, non obscure in suis scripturis indicant, quòd suo quoque seculo sic refrigeratus erat feruor

Temporum ratio in ecclesia. Veneri sexta feria sacra, sabbatum Iudaeis.

Dam. epist. 4. De chorepiscopis. Leo epist. 4. ca. 2. 1. Cor. 11.

Stationum dies vnde. Ter. in libel. de oratione. De corona militum. Cap. 20.

Vigilie nocturnae. Bas. de Spiritu sancto. ca. 27. ad Ambil. Euseb. li. 2. ca. 17. Eccl. hist. ep. 36.

Baptismus quo tempore a prisca se habet. Syn. ca. 12. in epist. ad Imer. Leo epist. 4. Gel. ca. 12. in epist. ad vniuersos episcopos per Luc. 4. Ibid. ca. 15. Ordinationes quibus temporibus celebrantur.

Communio ratiō.

Communicare ter in anno fideles. Agathen. concilium. cap. 18.

Bur. li. 5. ca. 17. Iuo lib. 1. Grat. de consec. dist. 22. Et si no.

Eucharistia quomodo quoties sumenda Chry. in orat. de B. Philologo Tom. 3.

Aug. dom. 23. de ver. dom. secundum Lucam

Amb. li. 5. de sacrament. ca. 4.

Chry. serm. 3. in epi. ad Ephes.

Missæ sine communicantibus an celebrari debeat. Spirituales in ducatio in Missa

Missæ in diebus festis audire obligantur.

Missæ omnis publicæ.

Missæ privatae.

Ioan. Eleemosynarj satium.

Lit. 9. cap. 8.

De consecratione distis. Hoc quoque.

Epist. 1.

ille Christianorum, ut vix, quo semel in anno, vel etiam biennio communicarent, adducerentur: idque casu magis & consuetudine, siue lege, quam ex animo: Quos illi quidem hoc nomine grauius obiurgant. Communionis tempus, inquit Chryostomus, non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura, vitæque à peccatis repurgata. Quemadmodum enim, qui sibi nullius mali conficius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec penitet eum, nec in festis quidem accedere turum est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indignè accesserimus: quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod cum semel tantum accedamus, ne tunc quidem pure accedimus. Ad eundem modum Aug. quoque: Si quotidianus est panis, inquit, cur post annum illum sumas? quemadmodum Greci in oriente facere consueverunt. Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit: sic viue, ut quotidie merearis accipere: qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Quæ sententia totidem verbis reperitur apud Ambrosium. Sic sancti Patres, cum viderent elanguisse pietatem hominum, hortabantur eos ad frequentandum Eucharistiæ Sacramentum: non quod reprehenderent, si quis id semel in anno fecisset: sed quod ut crebrius fieret, satius esse ducerent. Quod illa quoque Chryostomi verba non obscure indicant, cum in hunc modum loquitur: Hæc dico, non vno & annuo vos prohibens accessu, sed vos semper ad sancta accedere volens. Ac paulo superius: Quos magis acceptabimus, inquit, eos ne qui semel, an qui sæpius, an qui raro accipiunt? Neque illos qui semel, neque qui sæpius, neque qui raro: sed eos qui cum munda conscientia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehensibili, isti semper accedant: qui verò tales non sunt, neque semel. Nec dissimilia sunt, quæ scribit hac eadem de re ad lauarium Augustinus.

Optandum quidem foret, ut quoties tremendum illud sacrificium peragit sacerdos, toties non deessent, qui cum eo corpus & sanguinem Christi sacramentaliter quoque manducarent, sed si desunt sæpe, (sicut hoc seculo deesse verè videmus) non propterea iuge sacrificium hoc intermitteri debet. Satis est, si qui præsentibus adfunt, spiritualiter manducant, suo tempore sacramentaliter quoque percipiunt, satis est, si manducant corde, etiam si non premant dente. Chryostomi quoque seculo sæpe quotidiana fiebat hæc oblatio, quamuis nemo communicaret: Quod his etiam verbis ipse testatur, non sine quadam quarimonia, Frustrà habetur quotidiana oblatio, frustrà itam ad altare, nemo est qui simul participet. Planum etiam id fieri potest ex eo, quod in Agathesi concilio, quod Chryostomi seculo celebratum fuisse videtur, sicut paulo antè meminimus, ter in anno, ut communicarent seculares, sancitum est. Cum tamen ipsidem ibi præceptum sit, ut die Dominica Missas audirent. Ad sumendam Eucharistiæ tantum in anno, ad audientiam Missam singulis diebus Dominicis fuerunt obligati. Non ergo quoties audiebant Missam, sacramentaliter Eucharistiæ percipiebant. Quamobrem hortati quidem sunt sancti Patres ad crebram communionem populum, sed neque cogendum quenquam, neque propterea cessandum à sacrificio putabant, si nemo communicasset.

Omniem Missam publicam esse dubium non est, cum vniqueque volenti, modò sit cætu fidelium, ei interesse, & cum sacerdote celebrante Christi beneficia recolare, ac spirituale Deo sacrificium offerre liceat. Sed si priuata Missa dicenda est, quæ in oratorio habetur, tales quoque habitas à mille & amplius annis in Ecclesiastica historia reperire licet. Mille prope anni intercesserunt, cum Leontius episcopus Neapolis infula Cypri, septimæ synodi, Nicænæ secundæ, testimonio comprobatus, post Ioannem & Sophronium scripsit Græcè vitam Ioannis Alexandrini Patriarchæ, qui propter insignem liberalitatem, qua vsus est in pauperes vocatus est misericors siue eleemosynarius. Narrat de hoc, quod cum sacris operaretur, videretque populum lecta Euangelio è templo exiuisse, ac ociosis in cœmeterio fabulis vacare, exiuerit ipse quoque, & cum turba confederit. Cumque stupore affecti essent omnes, his verbis eos affatus sit: Filioli, vbi oues, illic & pastor, aut intrate intrò, & ingrediemur, aut manete hic, & ego quoque manebo. Ego propter vos descendo in sanctam Ecclesiam, nam poteram facere mihi Missas in Episcopio. Sed & qui ducentis eum annis præcessit Gregorius Nazianzenus, eum in paruo quodam oratorio sacra celebrasse, tripartita narrat historia. Gregorium verò ducentis alijs annis præcessit Soter pontifex Romanus, eius quoque decretum refertur à Gratiano, ut nullus presbyterorum Missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus presentibus, sibi que respondentibus: non dicit communicantibus, sed presentibus tantum. Ac si priuata Missa est, quæ duobus tantum presentibus celebratur, ipsis etiam Apostolorum temporibus priuata Missæ vsus: fuisse videtur.

Sed mouetur aliqui verbis Anacleti dicentis: Perfecta autem consecratione omnes communicet, qui nolunt Ecclesiasticis carere luminibus: Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta

sancta Romana tenet Ecclesia. Vtinam autè valeret apud istos Anacleti auctoritas: Missam esse sacrificium non negarent: Sic enim loquitur Anacletus: Episcopus Deo sacrificans, testes secum habeat: & plures quam alius sacerdos: In solenni oribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui eius oculi dicuntur, & Subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte & à tergo, & presbyteri à regione dextra leuæque, corde contrito & humiliato spiritu, ac pro no stent vultu, custodientes eum à maleuolis hominibus: & consensum eius prabeant sacrificio. Ac deinde sequuntur illa verba: Peracta consecratione, &c. Mira est istorum hominum cæcitas. Quod aperte scriptum est ab Anacleto non vident, quod nos Missam vocamus, id ab illo dici sacrificium: Vident id quod nunquam neque scripsit, neque sensit Anacletus. Neque enim fuit vnquam hæc Anacleti sententia, ut omnes presentes communicarent, sed ij tantum omnes, qui ministrant Episcopo: atque ij non nisi in solenni oribus festis: quod ita certè fieri æquum est. Sed longe diuersum est. Satanæ ministrorum studium, à sanctorum patrum pia sollicitudine. Nam ij, cum iuge sacrificium nullo vnquam die censerent intermittendam, ut Christi corpori, & sanguini frequentius communicarent, oratione sua si delesit in flammabant: Illi contra, cum videant refrixisse pietatem, nec eos adduci facile posse, ut crebrò communicent, non hoc agunt, ut refrigeratam in illis pietatem accendant, verum illud potius contendunt & elaborant, ut ab olere possint omne sacerdotium & sacrificium: quod ita fieri comode posse sperant, si quod iuge debet esse sacrificium, id ut esse iuge desinat, ac paulatim in desuetudinem quandam abeat, perferant. Sicut enim non vno loco scriptum à nobis est antè, nihil est quod minus ferre possit Satanæ, quam tremendum hoc sacrificium: in quo Christi beneficia simul vnuerfa grata quadam recordatione recoluntur, & sub eorum oculos, qui presentes adfunt subijciuntur: quæ ipse modis omnibus obliterata, & ex omni hominum memoria profusa esse cupit sublata. Quamobrem nulla necessitate adiguntur, quoties sacris operatur sacerdos, hi qui presentes adfunt, semper sacramentaliter communicare: etiam crebrius id ab eis fieri expediret. Verum illud necessarium iudicatum est in concilio Lateranensi, in quo cum alij complures Episcopi, ex varijs totius orbis Christiani prouincijs, tum Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus Patriarcha, presentes adfuerunt: ut omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenisset, omnia sua peccata confiteretur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, & iniunctam sibi penitentiam pro viribus studeret adimplere, suscipiens ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus, ab eius perceptione duceret abstinentium, alioqui viuens ab ingressu Ecclesiæ arceretur, & moriens Christiana careret sepultura: Non prohibetur ista constitutio, quominus etiam quoties, si quis velit, peccata sua confiteatur, Eucharistiæ quoque sacramentum percipiat: sed quoniam reperi re plerosque licebat, qui vix semel in vita, ac ne semel quidem id facerent, pia quadam sollicitudine, providendum esse sancta Synodus in Domino congregata putauit, ut si crebrius non possent, aut nolent, semel tantum in anno fideles, & peccata sua confiterentur, & Eucharistiæ sacramentum perciperent.

Sed negant isti quenquam ad bonum esse cogendum, neque enim placere Deo coacta seruitia. Verus hæc est hæreticorum cantilena, & à Donatistis Augustini seculo multum vsurpata: quemadmodum ex ijs quæ scripsit ad Vincencium, ad Bonifacium, ad Donatum, contra Cresconium, contra literas Petiliani, & contra secundam Gaudentij epistolam videre licet. Sic enim ad Donatum loquitur: Displicet tibi quod traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeris: Neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid Apostolus dixerit: Qui Episcopatum desiderat bonum opus concupiscit: & tamen tam multi ut Episcopatum suscipiant tenentur inuiti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, pauperum tanta, quæ nolunt, donec eis adit voluntas suscipiendi operis boni: quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis, & perducendi ad veritatem, vel cognoscendam, vel eligendam, non solum ut non rem salubriter habeatis, sed etiam ne pessimè pereatis? Dicis Deum dedisse libertatem arbitrium: ided non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non vis. Ideo voluntas bona miserè corditer impeditur, ut mala voluntas hominis dirigatur. Nā quis nesciat, nec danari hominè, nisi merito mala voluntatis, nec liberari, nisi bonā haberit voluntatem? Non tamè ided qui diliguntur, mala suæ voluntati impunè & crudeliter permittendi sunt, sed ubi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam si voluntas mala semper suæ permittenda est liberati, quare Israëlita recufantes & murmurantes tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si

Præsentibus in Missa communicantibus quomodo debet intelligi.

Cap. 21.

Ad bonum an quisquam cogendus sit.

Aug. epist. 204.

1. Tim. 3.

Ad Episcopatum suscipiendum olim compellebantur inuici.

In Exod. multis locis.

Eccle. 30.
Prouer. 23.
Ezech. 34.

Aug. epist. 50.
Paulus coactus
ad Euangelium
uenit.
1. Cor. 15.

1. Ioan. 4.

De hereticis
non cogendis ad fidem
sententiam suam
corrigi Aug.
Idem epist. 43.

Hippodamitimore
begnum ab errore
dijecit ad fidem

Prouer. 9.

Hereticis ad ve-
ram fidem con-
pellendi à prin-
cipibus.
Prouer. 29.

Leo, epist. 93.

Eib. 10. cap. 3.
bist. v. par.
Aug. 11. 2. c. 83.

Si voluntas mala suæ permittenda est libertati, quare Paulus non est permittus uti pessima voluntate, qua persequebatur Ecclesiam? sed prostratus est vt excæcetur: & excæcatus est, vt mutaretur: mutatus est, vt mitteretur: missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur. Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare mitteretur pater in scripturis sanctis, filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigitur? Vnde item dicit: Tu quidem percutis eum virga, animam autem eius liberat à morte. Si mala voluntas semper suæ permittenda est libertati, quare corripuntur negligentes pastores, & dicitur eis: Errantem ouem non reuocatis, perditam non inquisistis? Et vos oues Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramento, quod accepistis, sed erratis & peritis. Non ideo vobis displicemus, quia reuocamus errantes, & quarimus perditos, Melius enim facimus voluntatem domini monentis, vt vos ad eius ouile redire cogamus, quam consentiamus voluntati ouium errantium, vt perire vos permittamus. Ad Bonifacium verò scribens, Vbi est quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere, vel non credere. Cui vim Christus inulit? quem coegit? Ecce habent Paulum Apostolum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem, prius ferientem & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui poena corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit. Et quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret Ecclesia perditos filios vt redirent, si perditis filij coegerunt alios, vt perirent? Quamuis etiam illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium reuocetur, blandius pia mater amplectitur, & de illis multo amplius, quam de his quos nunquam perdidit, gratulatur. An non pertinet ad diligentiam pastorem, etiam illas oues, quæ non violenter ereptæ, sed blandè leniterque seductæ, à grege aberrauerint, & ab alienis cœperint possideri, inuentas ad ouile dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare? Vbi verò scribit ad Vincentium, Suam quoque primitus fuisse dicit sententiam, neminem ad vnitatem Christi esse cogendum: verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum: ne fidos Catholicos haberemus, quos apertos hereticos noueramus. Sed hæc, inquit, opinio mea, non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota esset in parte Donati, ad vnitatem catholicam timore legum imperialium conuersa est: quam nunc videmus ita huius vestra animositate perniciem detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur: vt ipsis rebus agnoscerem etiam in hac causa rectè intelligi posse, quod scriptum est, Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Quàm multi enim, quod certò scimus, iam volebat esse catholici, manifestissima veritate commoti, & offensionem suorum referendo, quocidie differebant: Quàm multos non veritas (in qua nunquam præsumpsistis) sed obdurata consuetudinis graue vinculum colligabat, vt in eis completeretur diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexit, nõ obediit. Quàm multi propterea putabant, veram Ecclesiam esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam catholicam veritatem securitas torpidos, fastidiosos, pigrosque faciebat. Quàm multi nihil interesse credentes, in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde discedere atque ad catholicam nemo transire cogebat. His omnibus harum legum terror, quibus promulgandis reges seruiunt domino in timore, ita profuit, vt nunc alij dicant, iam hoc volebamus. Sed Deo gratias, qui nobis occasum præbuit, iamque faciendi & dilationum morulas amputauit. Alij dicant, Hoc esse verum iam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur. Gratias domino, qui vincula nostra derupit, & nos ad pacis vinculum transtulit. Alij dicant: Putabamus quidem nihil interesse, vbi fidem Christi teneremus: sed gratias domino, qui nos à diuisione collegit, & hoc vni Deo congruere, vt in vnitatem colatur, ostendit. Sic Leo quoque magnus commendare videtur principes, qui sacilegam amentiam Priscilianistarum hereticorum ita detestati sunt, vt auctorem eius ac plerisque discipulos legum publicarum esse prosternerent, Et profuit, inquit, olim ista distinctio Ecclesiastica lenitati: quæ & si sacerdotali contenta iudicio, cruentas refugit vltiones, seueris tamen Ecclesiasticorum principum cõstitutionibus adiuuatur, dum ad spirituale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Sic & Chrysostronus, dum rescuit in vicis aliquot adhuc spirare Marcionis pestem, scripsit eius loci pastoribus, vt ex Caesaris Arcadij edicto, qui Marcionis dogma sequebantur, aut respicerent, aut in exilium mitterentur. Contra literas verò Petilian scribens

Angu-

Augustinus, cum ille dixisset: Quòd si cogi per legem aliquem vel ad bona licuisset, vos ipsi miseri à nobis ad fidem purissimam cogi debuistis: Sed absit à nostra conscientia, vt ad nostram fidem aliquem compellamus. Respondet his verbis: Ad fidem quidem nullus est cogendus inuitus, sed per seueritatem, imò & per misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen male viuendi vltima disciplina præposita est, nisi cum præcedens bene viuendi doctrina contemnitur. Si quæ igitur leges aduersus vos constitutæ sunt, non eis benefacere cogimini, sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest nisi elegerit, nisi amaerit, quòd est in libera voluntate. Timor autem pœnarum est non dum habet delectationem bonæ conscientie, sicut inter claustra cogitationis coërceat malam cupiditatem. Contra Creconium verò: Reges cum in errore sunt, pro ipso errore leges cõtra veritatem ferunt: cum in veritate sunt, similitèr contra errorem pro ipsa veritate decernunt. Ita & legibus malis probantur boni, & legibus bonis emendantur mali. Et paulò post: Frustra dicitis: Relinquit libero arbitrio. Cur enim non in homicidijs, & in stupris, & in quibusconque alijs factis vitijs, & flagitijs libero re arbitrio dimittendū esse proclamatis? Quæ tamè omnia iustis legibus comprimunt, vtilissimum ac saluberrimū est. Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem, sed nec bonam instructam, nec malam voluit esse impunitam. Contra Gaudenium verò scribens idem Augustinus. Quod autem vobis videtur, inuitos ad veritatem non esse cogendos, erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei: qui eos volentes facit, dum coguntur inuiti. Nunquid enim pœnitentiam Ninuizæ inuinit egerunt, quia hoc rege suo compellente fecerunt? Iam enim Propheta iram Dei vniuersæ ciuitati, eam triduo perambulans, prænuiciauerat. Quid igitur opus erat regis imperio, vt humiliter supplicaretur Deo, qui non intuetur ora, sed corda: nisi quia erant in eis quidam, qui nec curarent, nec crederent prædicta diuina, nisi terribi potestate terrena. Ista igitur iusiois regie potestatis, contra quam voluntarius sit vester occasus, multis ad salutem quæ in Christo est præstat occasio, qui & si violenter adducuntur ad cœnam tanti patrifamilias, & compelluntur intrare, intus tamen inueniunt, vnde se latentur intrasse.

Hæc nos ideo pluribus verbis ex Augustino transcribenda duximus, vt cognosceret lector, iam inde à mille ducentis annis, eorum sententiam esse refutatam, qui nec ad veritatem ab errore, nec ad vnitatem à schismate, metu reuocandum, nec ad bonum opus vllum, quæquam esse cogendum affirmabant. Est quidem ita, quòd, qui diligit hilarem datorem, nõ placent Deo coacta seruitia: Sed fit per se beneficio Dei singulari, vt qui cogitur inuiti, postea volentes faciant: sicut ex p̄lo Pauli docet Aug. qui cum poena corporis ad Euangelium recipientem compulsum fuisset, plus omnibus postea qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit: quemque maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorem. Est enim timor quasi seruus quidam charitatis, & locum illi per se præparat. Cum enim per timorem se continet aliquis, fit consuetudo iustitiæ, & incipit quòd durum erat amari, & dulcescit Deus: & iam incipit homo iuste viuere: non quia timet pœnas, sed quòd amat æternitatem: ac nisi timore Deum incipiat homo colere, non ferè peruenit ad amorem. Timor itaque medicamentum, charitas est ipsa sanitas. Pieras, inquit Augustinus, timore inchoatur, charitate perficitur. Qui etiam alio loco: Sicut videmus, inquit, per setam introduci linum, quando aliquid fuit, sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primò mentem occupat, non autem ibi remanet timor, qui ideo intrauit, vt introduceret charitatem. In quam sententiam apud Optatū quoque multa reperiuntur. Quamobrè non modò non audiendi, verè etiam valdè reprehendendi sunt, qui volunt omnem disciplinam, omnem coercionem ex Ecclesia sublatam: quæ tamè ea tanquam indulgens mater, admodum vitur moderate. Siquidem in hoc ipso decreto Lateranensis concilij, quanto cum iudicio, quanta est adhibita moderatio? Neque enim coguntur omnes, verum tantum qui peruenierunt ad annos d' retentionis: ac ne ij quidem quomodo cunquè tandem affecti, ad Eucharistiæ perceptionem adiguntur, verum hoc tantum præcipitur, vt ne sua voluntate, suoque iudicio se abstineant: sed si iustam aliquam esse causam existimauerint, quamobrem à communione sibi putent abstinentum, ad sacerdotem prius ea de re referant, neque nisi de consilio illius quicquam stantur. Cæterum si durum hoc videtur, quòd qui semel in anno sub festum Paschatis Eucharistiæ non perceperit, is ab Ecclesiæ ingressu viuens, à Christiana verò sepultura mortuus arceatur, certè nihilo mitior videtur Eliterrini, quòd prope mille annis Lateranense præcessit, quòdque non ita multò post subsequurum est, Augustinensi concilij sanctio, qua decretum est, eum inter catholicos non habendum, qui non

Aug. 11. 2. ca. 51.

Idem 11. ca. 17
Mar. 12.

Ioan. 3.

Luc. 14.

2. Cor. 9.
Coactio facit
voluntatem.

Vide ad heb. c. 12
Timor seruus
charitatis.

Aug. de vera re
ligione. ca. 17.
Idem tract. 9.
in epist. Ioan.

1. 3. cõ. Parm.

De consec. dist.
2. annis homo
cap. 18.

Catholicum non haberi quid sit.

Prouer. 27. Pecoris vultus quomodo agnoscentis

Reg. 16. Sacramenta sunt signa fidei exteriora.

Matt. 18.

Maiores nostrorum mos laudatissimus nunc plane intercedit Prouer. 27. Paschatis festo non communicantes ex adibus suis expellunt.

Orare quous tempore fas est. Euchite Luc. 18. 1. Theff. 5. Orare sine intermissione quid. Epiph. hebr. 18. An. hebr. 57. Ibidem. An. in ep. Pau. Sacerdotii & monachorum officium. Of. 4.

For. Canonica Beda in Luc.

non semel, sed ter in anno non communicasset. Quid est autem catholicum non haberi, quam & ab ingressu Ecclesiae viuum, & a Christiana sepultura mortuum arceri? Nam qui catholicam non sunt, eis ad catholicam Ecclesiam aditus patere non debet: quibus autem viuentibus non communicamus, eis neque mortuis esse communicandum, iam a sancto Leone didicimus. Itaque non modo non reprehendenda, verum etiam summi praenuntij efferenda est salubris haec Lateranensis concilij sanctio. Nam quod monet scriptura, Diligenter agnoscere vultum pecoris tui, tuosque greges considera: semper id quidem a pastoribus fieri, aut certe frequenter expedire: sed quoniam homines sumus etiam pastores, datum hoc est infirmitati nostrae quod fieri semper a nobis oportebat, vt vel mel tantum in anno facere teneremur. Quomodo autem cognosceret quisque vultu sui pecoris? quomodo considerabit greges suos? Dominus est qui cor intuetur. Ceterum homo non potest videre, nisi ea quae patet, quae sub aspectu cadit, quae vultu oculis mortaliu subiecta. Quae sit & quanta fides hominis, soli Deo cognitum est: sed sunt interea quaedam externa fidei signa, per quae fideles, tanquam per resferas quaedam, ab infidelibus discernuntur: atque ea praecipua sunt sacramenta: quemadmodum in ijs quae scripta sunt superius, pluribus verbis docuimus, Quae si quis habet despiciat, nec Deum & Ecclesiam eius audire eorum vsum praecipientem, quo a nobis habendus est alio loco, qua quo Christus haberi praecipit eum, qui non audit Ecclesiam? nimirum vt sit nobis tanquam ethnicus & publicanus. Est aliquis qui communicare cum catholicis non vult, ne censetur inter catholicos, nihil ei cum sacris nostris, nihil cum repleis aut caemeterijs Deo consecratis, vel viuo vel mortuo sit commune. Quid habet iniquitatis haec talis salubris Lateranensis concilij sanctio? quid non summam potius aequitatis? Nisi forte non est hoc aequissimum, vt qualis esse quisque vult, talis censatur: neque commune cum eo quicquam habeant catholici, qui cum Ecclesia catholica communicare recusat.

Fuit autem maiorum nostrorum cum primis laudatus ille mos, qui nunc a multis non perinde diligenter obseruatur, quo non modo pastores, quo non modo parocos, siue parochos vocamus, sed vultum sui pecoris agnoscebant, verum etiam paterfamilias quisque suis in adibus, quos aleret, diligentius explorabat, ac si qui vel a poenitentia, vel ab Eucharistiae sacramento, praeter sui sacerdotis consilium, sub festum Paschatis abstinuisset, eos & suis adibus exigebat, nec vel cibum cum eiusmodi sumere dignabatur. Nunc quorsum res reciderit, quis est qui sine lachrymis commemorare queat? Adeo disciplina omnis in Ecclesia dissoluta, adeo frena sunt laxata: tanta permissa licentia dicendi quiduis, & impura lingua Christum blasphemandi: & cum alia, quae cuiusque libido fert, blaterandi, cum sanctissimi Christi corporis & sanguinis veritati detrahendi, mendacique veritatem ipsam arguendi: vt periculum sit, nisi nos Deus oculis misericordiae suae respexerit, aliamque mentem ecclesiae praesidibus & eis qui rerum potiuntur inspirauerit, ne ex Christianismo redeatur ad paganismum. Sed eo vnde deslexit oratio reuertatur.

Sicut Eucharistiae sacramentum quous tempore percipere fas est, sic & orare quous tempore fas est. Docemur a Christo, quod oportet semper orare & non deficere: monemur & a Paulo, vt sine intermissione oremus. Neque defuerunt qui Christi haec & Pauli verba ita accipienda putarent, vt nullum tempus a vocali oratione vacuum esse vellent: qui quidem propter perpetuum orandi vsum, Psallianij, siue Euchitae sunt vocati: de quibus & Epiphanius & Augustinus pleraque scripserunt. Ceterum quis est qui possit ita semper orare, & sine defectu vel intermissione precibus insistere, vt nec alimentum sumentium, aut dormiendi tempus habeat? Quamobrem Augustinus, & eum sequutus Anselmus, sic haec Christi & Apostoli verba accipienda putauerunt, vt nullo die intermitterentur certa tempora orandi: quae si quotidie quisquam obseruasset, iam sine intermissione orare diceretur. Peculiariter tamen ad orandum sine intermissione adscripti sunt sacerdotes & monachi, quorum proprium est officium, iuge sacrificium iugesque Deo preces offerre: non pro suis tantum, verum etiam pro populi peccatis.

Cuius peccata comedere dicuntur, quando ex eius viuunt elemosynis. Sunt hi tanquam publici quidam totius ecclesiae ministri, vt quod a singulis & vniuersis praestari semper non potest, eorum saltem expleatur ministerio. Quid autem? Nunquid non eadem infirmitate praeditus est sacerdos, aut monachus, qua quisquam alius ex ijs, qui additi seculo iudicantur? Est reuera. Et ille cibum quandoque capiat, & ille somno temporis non nihil tribuat, & ille corporis sui curam non profus abiciat, necesse est. Quamobrem, & huius infirmitati prospiciendum putauit pia mater ecclesia: certas horas constituit, quas Canonicas vocant, quibus non alij rei, quam praecationi vacaret: Has qui diligenter iuxta ritum Ecclesiae traditionis obseruasset, eum semper orare, & non deficere, Beda venerabilis interpretatur: vt cum Propheta dicere possit: Benedicam dominum in omni tempore,

pore, semper laus eius in ore meo. Neque tamen ex traditione magis Ecclesiastica, quam scripturis auctoritatem habere videtur ista certis temporibus orandi consuetudo: quemadmodum id pluribus verbis ostendere conati sunt Cyprianus, Basilus, Hieronymus, Clemens, & alij nonnulli, ad quos lectorem remittimus: Nam exactius haec omnia persequi non est praesentis instituti.

Nunc de ieiunio pauca disseramus, quo plurimum orationem adiuvare vel illa Christi verba documentum sunt, vbi genus quoddam esse dicit daemoniorum, quod non eicitur, nisi per orationem & ieiunium. Ieiunium orationi deuotionem & fiduciam donat: ac sicut frater adiuuans fratrem, ambo consolabuntur, sic orationi ieiunium multum adfert adiuuanti oratio. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, ieiunium gratiam promeretur orandi: ieiunium orationem roborat, oratio ieiunium sanctificat, & domino referatur. Duas enim alia habet oratio, quibus ad coelum facile perfertur: ieiunium & elemosynam. Ac praecipuum quidem esse ieiunium in Euangelicis & Apostolicis literis, videre se scribit Augustinus: quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, praecipit dominus vel Apostolorum, non, inquit, inuenio definitum. Itaque quod ad sabbatum attinet, ab Ambrosio doctus, ad quamcunque venerit Ecclesiam homo catholicus, eius morem eum obseruare iubet, si non vult aut pati scandalum, aut facere. Die vero dominico ieiunare, scandalum esse magni putat: maxime postquam innotuit detestabilis multumque fidei catholicae scripturisque diuinis apertissime contraria haeresis Manichaeorum: qui suis auditoribus ad ieiunandum istum tanquam constituerunt legitimum diem: per quod factum est, vt ieiunium diei dominicae horribile haberetur. Ex quibus Augustini verbis colligimus, indifferens quondam sabbati ieiunium fuisse: sed postea tamen, quam late patet Ecclesia catholica, sabbati ieiunium obseruari coepit: Cuius causam, ante mille ducentos annos hanc produxit Innocentius, quod cum illo die sepultus iaceret redemptor noster, & tunc lugubris dies hic habeatur. Est & alia ratio, quod cum praecipue Iudaei sabbatum habeant in honore, non est ecclesiae visum, vt quicquam cum illis nobis commune foret. Habere aliam praeterea rationem sabbati ieiunium, eandem nimirum, quam pridiani festorum dies, quas vigilias vocamus: quibus vt ieiunarem propterea videri institutum, quod rectum esse, decereque cum primis existimaretur, quem diem tribuere debemus laudibus & commemoracionibus beneficiorum summam Dei, quae plena manu per eum nobis collata sunt, ad eum nos diem praecipue castos & sobrios accedere, vt exporectiore & vigilatioris animo cogitemus, quantum ipse de nobis meritus sit, quarum agendarum, & ferendarum gratiarum illi sumus debitores. Potest & haec asseruari causa, quod cum festos dies hilares agamus, propterea pridianus dies mactos ducimus, vt ex eo documentum capiamus, ad aeterna illa gaudia non nisi per multas tribulationes peruenire nos posse: sociosque nos fieri passionum oportere, si consolationis & laetitiae participes esse volumus. Sed ea de re Bernardi verba adscribemus. Is in sermone, quem habuit in vigilia sancti Andreae, sanctorum, inquit, festa, praecipua patrum sanxit auctoritas virtutis praeuenienda ieiunijs: Vtiliter plane, & non ad insipientiam nobis, si adfuerit qui aduertat. Multa siquidem quotidie peccata contrahimus, & in multis offendimus omnes: Nectutum omnino est celebrandas suscipere festiuitates sacras, nisi prius abstinentiae purificatione praemissa: quod & digniores & capacios inueniamur spiritualium gaudiorum: Sicut enim iustus in principio sermonis accusator est sui. Ac paucis interiectis: Discimus ex hoc, quoniam vera sit via festiuitatis aeternae. Quid est enim quod ieiunijs solennia praenimus, nisi quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei? In dignus quippe solenni laetitia est, qui statutam vigiliae abstinentiam non obseruat. Plane, inquam, si renuis affligere animam tuam in vigilia, indignus iure censis requie & exultatione festiua. Est autem vniuersum praesentis poenitentiae tempus vigilia quaedam solennitatis magni & aeterni sabbati, quod praestolamur. Ac ceterum post pauca: Hodie ieiunij, & eius, quam praestolamur, solennitatis, & laetitiae causa est beata passio Andreae Apostoli. Dignum est enim, vt si cum eo pendere non possumus, cum eo vel ieiunemus: nam & ipsum cum biduo penderet in cruce, etiam inuenasse quis dubitet? Inueniamur ergo vel in exiguo communicantes passioni eius, & si non simul affixi patibulo, simul affixi ieiunio: vt miserante Deo etiam coronae participes simus, & in praesenti quoque spiritualium socij gaudiorum.

Cur autem quartis & sextis quoque ferijs a carnibus absteineatur, iam ante docuimus ex Augustino: Ante quem ab Epiphania quoque causa eadem est allata. Quarta, inquit, & pro sabbato ieiunij statutum est. Na illucescente quarta, traditus est dominus, & pro sabbato, hoc est sexta feria, crucifixus est: & tradiderunt Apostoli, vt in ijs diebus ieiunium fieret: ita vt impleatur dictum hoc: Cum ablatus fuerit ab illis sponfus, tunc ieiunabunt.

Pfam. 33. Cyp. in expostione orat. dom. Basil. in ser. Af. cheico & in Aschetis. 6. 33. Vit. ad Eust. et in 6. c. Danielis Lib. 8. const. Apost. cap. 4. 0. Ieiunij tractatio. Ieiunium adiuuat orationem. Alie orationis due. Aug. epist. 80. Sabbati & dominici ieiunij.

Dominico die non ieiunandum.

Ieiunium Sabbati quando ceperit, eiusque instituti rationes. Inno. in ep. ad Decemium.

Vigiliae festorum dierum cuius instituta.

bunt in illis diebus. Et non vt gratiam aut beneficium exhibeamus illi, qui pro nobis passus est, ieiunium constitutum est: sed vt confiteamur, ad nostram salutem factam esse domini passionem, quam pro nobis ipse suscepit: & vt pro peccatis nostris ieiunia nobis apud Deum suppententur. Fuit itaque longè vetustissimum hoc institutum quarta & sexta feria ieiunandi, vt Apostolicum esse non dubiter Epiphanius: Ad cuius opinionem confirmandum plurimum ea facere videntur, quæ de hoc ipso ieiunio scribit Clemens Petri successor, & post eum Ignatius, qui tertius à Petro fuit Antiochenus Episcopus: & post Ignatium Origenes. Theophilactus quoque propterea nos ieiunare scribit quartis feriis, quod concilium quarta feria conuenit, quomodo per doli comprehensionem occidi Christus posset. Origenes multis seculis antea hoc scripsit his verbis in commentarijs in Marcum Euangelistam: Pridie, inquit, quam pateretur dominus, consilium inierunt de capiendò Iesu: quo factum est, vt & quarta in hebdomada ieiunium seruemus, eo quòd dies illa dominicæ passionis fuit initium. Apollo qui est LII. inter patres, quorum vitam descripsit Palladius, sic de ieiunio hæc loquitur: Catholica & generalia ieiunia, non licet soluere sine ingenti necessitate. In quarta etiam feria traditur Seruator, & in Parasceue crucifigitur. Qui ergo ea soluit, Seruatore[m] vna tradit & vna crucifigit. Sed si ad vos veniat frater, qui opus habet vt reficiatur, cum sit ieiunium, ipsi soli mensam apponite.

Li. 5. consil.
Apost. ca. vii.
Ignat. epi. 4.
Orig. hom. 10.
in Leu.
Theoph. in 14.
cap. Matt.

Ieiunij quatuor
temporum ra-
tiones.
Calix. epi. 1.
ad Bene.

Leo ser. 9. de
ieiunio septimi
mensis.

Quadragesima
ieiunium à quo
cur instituitur

Max. ser. priori
in die Cinerum
Amb. serm. 39.

Canon. 68.

Quadragesima
ex tribus causis
celebratur.
Exod. 34.
3. Reg. 19.
Matt. 4.
Exod. 22.

Annus habet
365. dies.

Cæterum quòd ieiunium quatuor temporum vocatur, & si non videtur ab Apostolis institutum, est tamen & ipsum vetustum cùm primis. Nam cùm aliquando ter in anno celebratum fuisset, visum est Calixto Papæ conuenientius, ante mille trecentos & amplius annos, vt per quatuor tempora obseruaretur: vt sicut annus per quatuor voluit tempora, sic & nos quaternum solenne ageremus ieiunium per quatuor anni tempora: quæ quidem sunt: ver, æstas, autumnus, hyems: quæ dicere visum est, vt à Dei immortalis honore auspiciemur: ieiunium vernum in quadragesima: æstiuum in Pentecoste: autumnale in mense septimo: hyemale in decimo (Sic enim appellat Leo September & Decembrem.) Ideò autem ipsa continentia obseruantia quatuor est assignata temporibus, quemadmodum ab eodem Leone scriptum legimus, qui complures de ieiunij quatuor temporum sermones conscripsit: vt in idipsum totius anni redeunte decursu, cognosceremus nos indefinenter purificationibus indigere: semperque esse nitendum, dum huius vitæ varietate iactamur vt peccatum, quòd fragilitate carnis & cupiditatum pollutione contrahitur, ieiunij atque eleëmōsynis deleatur. Existimatum est præterea: Dei præceptum de persoluendis Deo primitijs, hoc ieiunio quadantenus impleri. Nam cùm quatuor sint anni tempora, & in quolibet tres menses, nos in initio cuiusque, tres dies ad gloriam trinitatis ieiunamus, atque ita cuiuslibet primitias Deo persoluimus: quemadmodum hæc & alia pleraque pluribus veteribus ab Innocentio tertio sunt pertractata.

Porro quadragesimæ ieiunium non ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione iniatum, sed celesti maiestate præceptum esse, tradidit, ante mille centum annos vir non doctrina magis, quam vitæ sanctimonia clarus, Maximus Taurinensis Episcopus (nisi quis Ambrosio sermonem hunc adscribere malit: nam ei quoque legitur inscriptus.) Non tam sacerdotum, inquit, hæc præcepta, quam Dei sunt: atque ideò qui ea spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum, qui in suo loquitur sacerdote. Hieronymus aduersus errores Montani scribens, quadragesimæ ieiunium traditionem esse vult Apostolorum: de quo itidem vt de quartæ & sextæ ieiunio, vetustissimi meminerunt scriptores, Ignatius & Origenes. Sed & Canon extar Apostolorum his verbis conscripsit: Si quis Episcopus, aut presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor, sacram quadragesimam Paschæ, aut quartam feriã, aut Parasceuen non ieiunauerit, deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis: Sin laicus sit, communionem priuator.

Tribus autem ex causis ieiunium hoc in Ecclesia celebratur, & propter trinum exemplum: & propter diuinum præceptum: & propter numeri mysterium. Exemplum habemus Moysis ante legem, Eliæ sub lege, Christi post legem: quem nos, qui ab illo nomen ducimus, Christiani quæ vocamur, tanquam auctorem & institutorem huius ieiunij sequimur. Præceptum autem nobis est, vt ex omnibus decimas pèdamus: Visum est igitur, vt etiã anni temporis decimæ penderentur. Cùm enim annus constet sexaginta quinque diebus, siquidem triginta sex dies ieiunauerimus, nec ante rem diuinam absolui tam in die Paschæ cibum sumpserimus, iam totius anni dierum decimas persoluimus: tot namque sunt dies quadragesimæ, diebus Dominicis exceptis, si à prima Dominica numerare incipias: Nam qui primam Dominicam antecedit dies quatuor, ad imitationem quadragesimæ

dragenarij ieiunij, quod Christus in solitudine continens & perpetuum seruasse legitur, instituti sunt. Qua de re fuffius à Gregorio magno scriptum legimus. Ante quæ etiam eandem materiam copiosè tractauit, ex abbatis Theonæ sententia, Calsianus, Ioannis Chryostomi discipulus: Itidem & Dorotheus serm. 18. de ieiunio.

Deinde verò quadragenarium numerum hunc in tristitia, & mœroribus, à scriptura ferè semper adhereri videmus: itaque vocat eum Hieronymus numerum afflictionis, pœnæ, ieiunij, luctus & doloris. Sic pluuia diluuij quadragesima diebus orbi naufragium intulerunt, sic in deserto populus Israël annis quadragesima commemoratus acerba multa turba sit, sic nuncijs Moysis quadragesima diebus explorasse promissam terram leguntur, sic quadragesima dierum spacio, qui fuerunt Niniuitis ad pœnitendum præscripti, subuersam iri Niniuen Ionas prædicauit, sic post finem quadragesima annorum congregatos iri qui dispersi fuerant, Aegyptios, Ezechiel prædixit, sic ille totidem dierum somnum in dextrum latus pro tribu Iuda obdormiuit, sic quadragesima, hoc est decies quadragesima annis populus in Aegypto seruauit nunciatur, vt vel ex ijs antiquarum rerum exemplis & monumentis facile appareat, hunc præcipuè numerum comprimendæ corporis carnis quæ luxuriz, diuino consilio imprimis quasi consecratum fuisse, vt iure in ieiunium quadragesimale relatus esse videatur.

Neque sine ratione factum est, vt hoc anni tempore ieiunium hoc obseruetur. Cùm enim sub hoc anni tempore propter humorum abundantiam ad malum membra laxentur, visum est oportunitum, vt per ciborum abstinentiam à malo refrenarentur, & ad bonum excitarentur. Et sicut hoc tempore per esum elicti cibi Adam in mortem descendisse creditur: ita per abstinentiam liciti cibi Christianus ad vitam ascendat, cùm patienti Christo prius compassus fuerit: Oportet enim compati, si volumus conregnare. Sic ab Hilario scriptum legimus, de his, qui iuxta morem in Ecclesiam obseruatum in pascha baptizabantur: Venturi ad baptismum prius cõfitentur credere in Dei filium, & in passione ac resurrectione eius: & huius professioni sacramento fides redditur: atque vt hanc verborum sponsonem quædam rerum ipsarum veritas consequatur, toto in ieiunij passionis Dominicæ tempore demorantes, quadam Domino compassionis societate iunguntur. Igitur siue ex sponsonis sacramento, siue ieiunio, omne illud passionis Dominicæ cum Domino agunt tempus. Sic à Chryostomo scriptum legimus: Ecclesia simul ob gratiam ieiunat, Iesu opus agnoscens, vt ore cum crucifixo crucifixa, & vt dum patitur cum domino, & cum domino glorificetur: non vt domino iugemus. Viuit enim viuentis filius, sed dispensationis confiteamur beneficium: & si iugemus, quòd crucifixerunt ipsum, non propter ipsum, sed propter audaciam eorum qui ausi fuerunt. Ac paucis interiectis: Iesus crucifixus est, immortalis Dei filius pependit corpore in cruce, non propter seipsum, sed propter te occisus est à ligno, ieiunauit in ligno, accepit quæ non debuit, posuit corpus pro eo, quod accepisti, Concupiscentia victus es, fel bibit pro voluptate, ne sis alienus à regno: Nosti quòd crucifixus est, nosti quòd pro te mortuus est, confitere quòd viuit, pro viuete, fac martyr sis pro eo, qui pro te mortuus est. Si autem sic exposcit mortem, paruum est ieiunium, Habes magna, largire parua. Cum gaudio ad festa, cum latitia ad ieiunium veni. Delitizæ sint ieiunium. Hieronymus quoque, Ecclesie consuetudo, inquit, ad passionem Domini & resurrectionem per humilitatem carnis veniit, vt spiritali saginæ ieiunio corporis præparemur.

Habemus itaque iam, qua ratione, quæ nunc obseruat Ecclesia, ieiunia fuerint ab Apostolis & eorum successoribus instituta, quæ quidem ex quo tempore Christus terras reliquit, quàm latè pater nomen Christianum, tantò semper studio sunt ab omnibus obseruata, hoc præcipuè quadragesimale, nulla vt fuerit orbis pars, in qua prædicatum nõ fuerit. Non insula, inquit Basilire, non terra, nõ ciuitas, nõ gens, nõ denique locus vllus tam desertus est, vbi prædicatio de quadragesima nõ fuerit audita: sed & exercitus, & iter facientes terra marique, mercatores quoque omnes similiter audiunt, libenterque suscipiunt. Quod igitur tot seculis, tantò mortalium omnium cõsensu, quàm longè lateque Christianus orbis diffusus est vniuersus, prædicatum, receptum, ac tanta cura diligentiaque semper ab omnibus fuisse videmus obseruatum, id ad vnus aut alterius apostolatuturum, qui nihil esse voluerunt, quòd incæstam eorum libidinem, cui nomen coniugij præterxerunt, retardare possit, reiciendum esse putabimus? Prius omnia nobis Deus eripiat, quàm vt in hanc nos à Satana mentem impelli patiatur.

Sed quas tandem illi rationes adferunt, quamobrem Apostolicas traditiones has à nobis reijci putent oportere? Quas alias, quàm veteres illas cantilenas, quas ante mille propè trecentos annos ab Aërio hæretico, cuius & Philaster & Augustinus memine-

Greg. hom. 6.
in Euang.
Cass. collatio-
ne. 21. ca. 25. &
sequen.
Hier. li. 9. in
Exch. & Amos
Gen. 7.
Erod. 6.
Num. 13.
Iona. 3.
Exch. 29.
Exch. 4.

Quadragesima
in vernum tem-
pus instituta
ratio.
Adam tempore
verno peccauit.
Rom. 8.
Hila. c. 5. in
Matt.

Baptizandi in
paschate ieiuna-
bant.

Chry. ser. de iei-
unio.

Hieron. in
Matt. ca. 9.

Quadragesima
ieiunij per vni-
uersum orbem au-
nunciatum.
Basil. ser. poste-
riore de ieiunio

Hæreticorū reg-
iones qui us
traditiones ec-
clesiæ de ieiunio
reijciunt.

*Epiph. heresi. 75
1. Cor. 5.
1. Tim. 1.*

runt, productas olim fuisse scribit Epiphanius: sicenim inducit Aërium loquentem. Quid est Pascha, quod apud vos perficitur? Iudaicus fabulis rursus addicti estis: Non enim oportet Pascha peragere: Pascha etenim nostrum immolatus est Christus. Sed neque ieiunium, inquit, erit ordinatum: Hæc enim Iudaica sunt, & sub iugo seruitutis. Iusto enim lex non est posita, sed patricidis ac matricidis, & reliquis. Si verò omnino volo ieiunare, qualemcunque eligam diem à meipso, & ieiunabo propter libertatem. Vnde apud ipsos studium est, ut potius in die Dominica ieiunent: quarta verò & pro sabbato (hoc est, feria sexta) edant. Sappè verò, etiam quarta ieiunant, non ex statuto, sed ex propria, ut inquit, voluntate. In diebus autem Paschatis, quando apud nos sunt humi dormitiones, castitates, afflictiones, siccorum esus, preces, vigiliæ ac ieiunia, & omnes animarum salutes per sanctas afflictiones ipsi à summo mane obsonantur, carneque & vino venas suas explentes cachinnantur, ridentes ac subfannantes eos, qui sanctum hunc cultum hebdomadis Paschatis perficiunt: Vocat autem hebdomadam Paschatis, sanctam illam hebdomadam, quæ festum resurrectionis Dominicæ præcedit. Idem de Manichæis quoque scribit Leo magnus: Dominicum, inquit, diem, quem nobis saluatoris nostri resurrectio consecrauit, exigunt in mœrore ieiunij: soli reuerentiæ hanc continentiam deuouentes, ut per omnia sint à nostræ fidei vnitatem discordes, & dies qui à nobis in lætitia habentur, ab illis in afflictione ducantur. Nonne autem hæc ipsa & verba & facta audire & videre licet apud eos, qui nostro hoc infelici ævo contra quam ab Apostolis traditum legitur, & temporum & ciborum discrimen omne tollere sunt & abrogare conati? non ut perpetua quædam esset abstinentia, sed ne quid impedimento esset, quò minus abdomini semper seruire, corporisque voluptatibus perfrui liceret. Itaque bacchanalium apud istos vsus durat nihilominus: ceterum qui perpetua vult esse bacchanalia, quadragesimæ ieiunium Satanas ferendum esse non putauit.

*Siccorum esus.
Hebdomada
sancta quomodo
transigenda.
Hebdomada
paschatis.
Epi. 93. cap. 4.*

Luthevani bacchanalia seruam, ieiunia rursus.

*Hæreticorum rationes de ieiunio excutiantur.
Dies obseruatis, exet.
Galat. 4.*

Dies festi cur instituti.

Leo ser. 4. de ieiunio septimi mensis.

Ciborum delictus quomodo obseruandus.

Sed iam, quas ab Aërio productas olim, nostri quoque temporis adserunt hæretici, rationes excutiamus. Iudaicis nos fabulis addictos aiunt, qui ieiunantes vel ciborum vel temporum delectum habemus. Ac quòd ad tempora attinet, enarrans illum Pauli locum Hieronymus: Dies obseruatis & menses & tempora & annos: timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis: Dicat, inquit, aliquis, si dies obseruare non licet & menses & tempora & annos, nos quoque simile crimen incurrimus, quartam sabbati obseruantes, & pasceuen, & diem Dominicam, & ieiunium quadragesimæ, & Paschæ festiuitatem, & Pentecostes lætiam, & pro varietate regionum, diuersa in honorem martyrum templa constituta. Ad quod qui simpliciter dicit, Non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse quos nostros: Non enim non azimorum pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis: nec septem iuxta morem Israël numeramus hebdomadas in Pentecoste, sed Spiritus sancti veneramus aduentum: Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, ut in vnum pariter omnes veniremus: non quòd celebrior sit dies illa, qua conuenimus: sed quòd quacunque die conueniendum sit, ex conspectu mutuo lætitia maior oriatur. Qui verò propositæ quæstioni acutius respondere conatur, affirmat illud: omnes dies æquales esse, nec per pasceuen tantum Christum crucifigi, & die Dominico resurgere, sed semper sanctum resurrectionis esse diem, & semper eum carne vesci dominica, ieiunia autem & congregationes inter dies propter eos, à vitis prudentibus constitutos, qui magis seculo vacant quam Deo, nec possunt, imò nolunt toto in Ecclesia vitæ suæ tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum suarum offerre sacrificia. Quotus enim quisque est, qui saltem hæc pauca que statuta sunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi semper exerceat? Itaque sicut nobis licet vel ieiunare semper, vel semper orare, & diem dominicam ac pro domini corpore indefinenter celebrare gaudentibus, non ita & Iudæis fas est omni tempore immolare agnum, Pentecosten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidie. Et clarius aliquanto, qui non multò fuit Hieronymo posterior, Leo magnus: Cum vos, inquit, ad quædam, quæ etiam in veteri testamento instituta sunt, cohortamur, non Iudaicæ vos obseruantia iugo subdimus, nec consuetudinem carnalis populi vobis indicimus. Excellit super illorum ieiunia continentia Christiana, & si quid illis atque vobis commune est in temporibus, non concordat in moribus: Habeant illi nudipedalia sua, & in tristitia vultuum ostendat ociofa ieiunia, nos in nullo ad habitus nostri honestatem dissimiles, nec à iustis & necessarijs operibus abstinentes, edendi licentiam simplici parcitate cohibemus, ut in vsu ciborum modus eligatur, non creatura damnetur. Quamuis enim vnicique nostrum liberum sit voluntarijs castigationibus proprium corpus afficere, & nunc moderatius, nunc verò distriktius repugnantem spiritui carnales concupiscentias edomare, quibusdã tamen diebus ab omnibus pariter oportet ce-

lebrari

lebrari generale ieiunium, & tunc est efficacior, sanciorque deuotio, quando in operibus pietatis totius Ecclesie vnus animus, & vnus est sensus. Et alio loco: Debeatur, quidem, inquit, tantis mysterijs ita incessabilis deuotio, & continuata reuerentia, ut tales permaneremus in conspectu Dei, quales nos in ipso Paschali festo dignum est inueniri. Sed quia hæc fortitudo paucorum est, dum carnis fragilitate austerior obseruantia relaxatur, dumque per varias actiones vitæ huius sollicitudo distenditur, necesse est de mundano puluere etiam religiosa corda sordescere, magna diuinæ institutionis salubritate prouium est, ut ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia casta decoquerent.

Ex his & Hieronymi & Leonis magni verbis videre licet, quòd & ieiunandi & orandi certa tempora sunt instituta, ad Iudaicæ obseruationes referri non posse, sed cum semper nobis ieiunandum, & sine intermissione sit orandum, datum esse hoc fragilitati nostræ, ut quòd semper facere nõ possumus, certis tamen temporibus faciamus. Quemadmodum ab eodem quoque Leone scriptum est alibi. Quia semper, inquit, hanc intentionem necessariam non omnes habere possumus perpetuam, sapiusque per humanam fragilitatem à supernis in terrena recidimus, istis saltem diebus, qui nobis ad saluberrimam sunt remedia præstituta, mundanis nos occupationibus subtrahamus, & aliqui temporis, quod prosit ad bona æterna, sumemus. Licet igitur Christiano semper ieiunare, sed qui semper non possunt, aut nolunt, ijs certa tamen tempora sunt præscripta. Neque dubium est, quin multo sit Deo gratius ieiunium, & ad quiduis impetrandum efficacius, quod ex Ecclesiæ præcepto simul celebratur ab omnibus, quam si quis, quod nostri temporis Aëriani faciendum censent hæretici, qualemcunque diem eligat à seipso, & ieiunet propter libertatem. Si quidem publica, quemadmodum ab eodem Leone scriptum est, præferenda sunt proprijs, & ibi intelligenda est præcipua ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis. Teneant, inquit, diligentiam suam obseruantia singulorum, & contra nequitia spiritualis insidias, implorato diuinæ protectionis auxilio, cœlestia quisque arma arripit. Sed Ecclesiasticus miles, etiam si specialibus prælijs possit fortiter facere, tutius tamen & felicius dimicabit, si contra hostem palam in acie steterit, ubi non suis tantum viribus certamen ineat, sed sub inuicti regis imperio, fraternis confociatus agminibus, bellum vniuersale conficiat: Minore enim discrimine plures confluunt cum hoste, quam singuli: nec facile patet vulnere, quem opposito scuto defendit, non sua tantum, sed etiam aliorum fortitudo defendit. Et in precedenti sermone: Diuinarum, inquit, reuerentia sanctionum, inter quælibet spontaneæ obseruantie studia, habet semper priuilegium suum, ut sacratius sit, quod publica lege celebratur, quam quod priuata institutione dependitur. Exercitatio enim continentia, quam sibi quisque proprio arbitrio indicit, ad utilitatem cuiusdam pertinet portionis: ieiunium verò, quod vniuersa Ecclesia suscipit, neminem à generali purificatione seingit: & tunc sit potentissimus Dei populus, quando in vnitatem sanctæ obedientiæ omnium fidelium corda conueniunt, & in castris militiæ Christianæ similis ex omni parte preparatio, & eadem est ubique munitio. Ac pauca interiectis: Plenissima peccatorum obtrinetur, inquit, ab olitio, quado totius Ecclesiæ vna est oratio, & vna confessio. Si enim duorum vel trium sanctorum pio consensui omnia, quæ poposcerint, dominus præstanda promittit, quid negabitur multorum militum plebi vnam obseruantiam pariter exequenti, & per vnum spiritum cõcorditer supplicanti? Magnum est in conspectu domini, valdeque pretiosum, cum totus populus Christi eisdem simul instat officijs, & in vtroque sexu, omnes gradus, omnes ordines eodem cooperantur affectu: cum in declinando malo, ac faciendo bono par cunctorum & vna sententia est: cum in operibus seruorum suorum glorificatur Deus, & totius pietatis auctori in multarum actione gratiarum benedicatur.

Leo, ser. 4. de Quadra.

Idem ser. 3. de ieiunio septimi mensis.

*Ieiunium commune cum alijs gratias est Deo quam solitariū.
Idem ser. 4. de ieiunio septimi mensis.*

Math. 18.

Mat. 6. 17.

ieiunium fructuosum.

vt fructuosum, vt sit efficax ieiunium tuum, ferre non potest. Erit autem efficax & fructuosum, si cum vniuersis: minus vtile, si solitariis ieiunes. Quamobrem vis, inquit Satanæ, ieiunare? Ieiuna solitariis: Elige tibi diem ipse, quem ieiunes: non ieiuna catholice, non vniuersè, non cum alijs p̄ij ieiunant omnes. Ieiunant omnes per vniuersum orbem feria sexta, ieiuna tu (quod sine offendiculo catholici fieri non posse putauerunt) die Dominico: ieiunant omnes quadragesimam, quod hunc numerum in scripturis ascriptioni tributum & penæ legimus, ieiuna tu quinquagesimam, qui numerus in scripturis hilaritati consecratus est, animique remissioni. Illud cum primis diligenter obserua, ne quid ex obedientia fecisse, neue vlla in re cum catholica consensisse videare; non illa tibi tu præscribas illi: tuum iudicium illius iudicio præfer: omnes omnium ætatum quamlibet pios, quamlibet prudentes & doctos viros, præte caudices fuisse puta, qui non intellexerint, se diebus & temporibus obseruandis, ad fabulas ludæicas esse prolapsos.

Tit. 1. Concordia offendit Satanam.

Videmus igitur, quod sancti Spiritus in certis diebus præscribendis, quod contra, Satanæ consilium fuerit in eiusdem antiquandis & inducendis. Ab illo concordia quaesita est, & vnanimitas, vt quicquid eius fieret, concorditer simul ab omnibus in vnitæte fieret & charitate: Ab hoc nihil aliud quaeritur, quam disidium, quam vt dispersi possint, quos pretioso sanguine suo Dei filius cõgregare dignatus est. Neque verò id in hac re tantum, verum etiam in alijs plerisque omnibus: sicut de Eucharistia quoque, cum tractaremus, paucis à nobis commemoratum est, quemadmodum per membrum quoddam suum non ignobile Satanæ aliquando dixerit: Si quo casu concilium statueret, minimè omnium nos vellemus vtraque specie potiri: imò tunc primum in despectum concilij vellemus aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri: & plene eos anathema habere, quicunq; auctoritate talis concilij potirentur vtraque. Non offendit Satanam alterius tantum speciei vsus: sed hoc offendit, quod ex obedientia fit, quod ex humilitate, quod ex charitate, quod vnanimiter sit ab omnibus. Quamobrem si p̄ij & catholici omnes vrantur altera tantum, censetur vtendum vtraque: si per catholicam sit vsus vtriusq; permixtus, censetur altera tantum vtendum. Ad eò ferrè non potest, vt vniuersè & catholice fiat aliquid. Sed hæc de temporum discrimine dicta sufficiant.

Ciborum delectatio.

Quod verò ad ciborum delectum atinet, ne hac quidem in parte cum Iudæis commune quicquam habemus: Nos enim sicut diem, ita ciborum quoque nullam, sed sobrietatis tantum ac temperantiæ nostræ, & erga summum Deum honoris rationem ducimus: cum illa Iudæorum discrimina nihil ad sanctam & spirituales hanc abstinentiam facere videatur. Quid enim aut solidis animantium vngulis, aut multisfidis etiam quid auiibus rapacibus? quid squama non contractis piscibus, cum spiritu, cum sanctitate, cum abstinentia negocij est? Quæ si Iudæis vetita sunt, vt in moribus illi erudirentur, humanam redolent philosophiam, non diuinam. Si verò, quoniam in salubria sunt, idcirco fuerint illis interdicta, quid aliud quam Aegyptiorum fuisse artibus Moysem imbutum indicant? Sin autem, id quod verius est, simulachra quadam illæ res fuerunt, & velut argumenta quadam ac vmbra, sicut Paulus loquitur, futuræ veritatis: inducta iam veritate, simulachris & vmbis amplius non indigemus. Iudæi ergò in differentijs ciborum & temporum insisterant, nos ad Deum & ad spiritum omnia referimus, nec aliud in hoc abstinenti vel obseruandi genere sequimur, quam vt nostrorum laborum interualla diuinorum beneficiorum commemorationi consecremus: & ipsi nos domata carne nostra, & sub rationis imperium subiuncta, ad eadem illa Dei beneficia recolenda, vigilantiores ac paratiores per abstinentiam reddamur. Sed magnum illum Leonem hac de re differentem audiamus. Non id eò neglegendum est, inquit, quia de obseruantia veteris legis assumptum est, tanquam hoc de illis sit, quæ inter discretiones ciborum, inter baptisimatam differentias, & autum pecudumque hostias esse destiterunt: Illa enim quæ rerum futurarum figuras gerebant, impletis quæ significauerit, finita sunt: ieiuniorum verò vtilitatem noui testamenti gratia non remouit, & continentiam corpori atque animæ semper profuturam pia obseruatione suscipit. Quia sicut permanet apud intelligentiam Christianam, Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias, & diliges proximum tuum sicut teipsum, & cetera talium mandatorum: ita quod in iisdem libris de ieiuniorum sanctificatione & curatiõe præceptum est, nulla interpretatione vacuatur.

Leuit. 11. Iudæis cui quædam prohibita.

Coloss. 2.

Leos. 4. de ieiunio decimi mensis.

Matt. 4. Matt. 22.

Aug. li. 20. cont. Faustum ca. 3.

Quæ verò alia loca ex Apostolo per nostri temporis hereticos proferuntur, ea cum in Manichæos à catholicis olim torta fuissent, vicissim à Manichæis in illos retorta fuisse legimus. Sic enim Faustus loquens inducit August. De vobis quid dicam, id est, de Christianioribus apud vos, quorum nonnulli quidè porcina, pleriq; verò quadrupede omni, alij etiam

etiam cuncti animali penitus abstinent, fertque ob hoc in oculis eos omnis Ecclesia & summa veneratio suscipiens, solum non deos existimat. Nec videtis indociles, quia si hoc verum, & ab Apostolo dictum testimonium est, demoniorum & ipsi sunt ludificati doctrinis. Quid verò & de illo dicemus, quod sanè frustrari quis audeat, aut negare, cum constet hoc inter omnes, & æquè per orbem terrarum quotannis omni cum studio celebratur in conuentu catholico. Dico autem quadragesimam, quam qui inter vos ritè obseruandam putauerit, abstineat necesse est omnibus his, quæ capitulum hoc à Deo ad percipiendum nobis creata dicit, & demoniorum insuper doctrinam vocat abstinentiam prædictorum. Quid ergò & vos charissimi, ritè tunc demoniorum viuicis, cum hæc à vobis passionis Christi celebrantur mysteria, & seductorijs spiritus fraude decipimini, & in hypocrisis loquimini mendacis, & cauteriatâ habetis cõscientiam vestrâ? Ac rursus: Vos verò, inquit, qua nūc excusatione vtimini, Paulo clamate, nihil esse nō mundum, & doctrinas demoniorum appellante ciborum abstinentiâ, & mente pollutos vocare, qui aliqui putauerint inquinatum. Non solum abstinetis, vt diximus, sed etiâ gloriam captatis exinde, & eò acceptiores vos creditis Christo, quod eritis abstinentiores à cibis, id est, secundum hanc sententiam, quod mentibus inquinati magis, & magis conscientia polluti. Quibus Faustus verbis, ad hunc modum respondit Augustinus, Audi ergò, quod confiteris non videre, qua mente & consilio hoc aduersum vos capitulum proferamus, non quod à carnibus abstineatis, nam & hoc primi patres nostri fecerunt, sicut commemoras, non tamen ea damnandi, sed significandi gratia, quod non intelligitis, & Christiani, non heretici, sed Catholici, eodam corporis causa, propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum à carnibus, verum à quibuscumque etiam terræ fructibus abstinent, vel semper, sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicut per quadragesimam ferè omnes: Vos autem ipsam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis. Ac paulò post: Si ad virginitatem sic adhortaremini, quemadmodum horratur Apostolica doctrina. Qui dat nuptum bene facit, & qui non dat nuptum melius facit, vt bonum esse nuptias diceretis, sed meliorem virginitatem, sicut facit Ecclesia, quæ verè Christi est Ecclesia, non vos Spiritus sanctus ita præntiaret, dicens: Prohibentes nubere. Ille enim prohibet, qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono aliud melius antepōnit. Et in proxime sequenti libro: Omnia, inquit, munda mundis secundum naturam in qua creata sunt, nō tamen omnia secundum significationem munda primo populo Iudæorum, nec vobis omnia, vel propter salutem corporis, vel propter consuetudinem humanæ societatis, apta sunt, sed cum sua cuique redduntur, & naturalem ordinem seruant, omnia munda sunt mundis, immundis autem & infidelibus (quales precipuè vos estis, nihil est mundum). Eadem hac apostolica sententia, qua notat hereticos prohibentes nubere, à Iuliano quoque Pelagij sectatore se perfrictum fuisse scribit Augustinus, quasi dixerit post aduentum Christi turpia esse coniugia, cum ipse tamen nihil tale dixerit, neque coniugium, sed concupiscentiæ malum, sine quo coniuges non copulantur, esse turpe scripserit. Et contra Adimantum scribens, cum eadem Apostoli verba produxisset: Hos, inquit, propriè designat, qui non propterea temperant à cibis talibus, vt aut concupiscentiam suam refrenent, aut infirmitati alterius parcant: sed quia ipsas carnes immundas putant, & earum creatorem Deum esse negant. Nos autem teneamus Apostolicam disciplinam dicentem, quod omnia munda sunt mundis: seruata moderatiõe Euangelica, vt non grauentur corda nostra cruditate & vinolentia. Et alio loco: Non reiiciendis generibus ciborum tanquam pollutis, sed concupiscentiæ perdomandæ ac fratrum dilectioni retinendæ omnis eorum inuigilabat industria. Nec in ipsis rebus quibus vescerentur, sed in animo vim esse quandam persuasum habebant, quæ ad eum valeret maculandum.

1. Tim. 4.

Idem li. 31. c. 2. Tit. 1.

1. Tim. 4.

Lib. 30. cont. Faust. ca. 5.

Cap. 6. 2. Cor. 7. 1. Tim. 4.

Cap. 4. Tit. 1.

Aug. li. 5. cont. Iulianum sub finem.

Cap. 14. Tit. 1. Luc. 21.

Abstinentia Christianorum Iudæorum, & hereticorum dinersa. De moribus Ecclesie cap. 33.

Hier. li. 2. contra Iouinianum.

Chry. hom. 12. in priorem ad Tim. epist. Theo. cap. de abstinentia.

abstinentia luxuria, ieiunia praferimus saturitati. Similiter quoque Ioannes Chryso- stomus, eundem Pauli locum enarrans. De Manichaeis, inquit, & Eucratitis, & Marcionistis, omnique illorum officina hinc loquitur. Ambrosius quoque, Marcionistas, Patricianos, & Manichaeos ijs verbis notari scribit. Theodoritus quoque in extrema eius libelli parte, quem inscripsit, Diuinorum decretorum epitome: A vino, inquit, & ab esu carni, & ab alijs eiusmodi abstinentiam, non similiter, vt heretici amplectitur Ecclesia. Illi enim ab ijs tanquam ab immundis abstinendum esse censent: Ecclesia autem nihil horum de- creuit. Ac post quadam interiecta: Encratarum ergo errorem diuinae literae pulchre coniungunt: Dei autem Ecclesia aduersatur quidem fabulis hereticorum, diuina verò decreta sequitur. Et qui fuit verustior his Cyrillus Hierosolymitanus: Ieiunamus, in- quit, à vino & à carnibus abstinentes, non quod oderimus hæc tanquam abominatio- nes aliquas, sed quod mercedem expectamus: vt cum ea quæ sub sensum cadunt neglex- erimus, fruamur spirituali mensa, quæ sola potest mente comprehendi: & vt nunc semi- nantes in lachrymis, in futuro seculo cum exultatione metamus. Itaque rectè monet Pal- ladius, non esse laudandam aut vituperandam cibi vel potus materiam, sed beatam vel miseram iudicandam esse mentem eorum, qui rectè vel malè vtuntur materia.

Catech. 4. Bisantiorum religio in obser- uando quadra- gesime ieiunio. Nice. li. 7. eccl. hist. cap. 32. Pal. in epist. ad Lausum in pre- fatione eiusd. Chry. hom. 6. ad pop. Antioch.

Atho. 11.

Li. 3. Paschalis

Ante mille annos Iustinianum imperatorem fecisse tradit Nicephorus, cum fames Bi- santij increbuisse, vt secunda statim ieiunij hebdomada carnes, in foro venales propo- nendas promulgaret: & hoc quidem sic per vim actum: Populus autem, inquit, qui pie- etatem sibi consecrandam statuisset, neque eas emebat, neque edebat: mortem sibi potius adendum esse censens, quam vt quicquam de patrijs motibus & traditionibus muta- ret. Ad Antiochenos autem sic loquitur Ioannes Chrysofomus: Quid difficilius, non jurare, vel per totum diem in ediam pati, & aquæ potu, & tenui victu sicari? Certum est, quod hoc illo grauius: sed tamen consuetudo res est tam facilis & expedita, quod adua- niente ieiunio, etiam si millies quis exhortetur, & infinita erucient, & cogant vinum de- libare, vel aliud quid ieiunij lege non concessum gustare, omnia quis mallet pati, quam prohiberetur tangere nutrimentum: & hoc cum non inuitè nos circa mentem habea- mus, tamen propter consuetudinem ex conscientia omnia generosè ferimus laborantes. Ante mille ducentos annos, fuit hæc in Antiochia consuetudo, ex qua ciuitate Christia- num nomen sumpsit originem: nam ibi primum discipuli dicitur Christiani: neque dubium est, quin eam ab Apostolis per manus traditam acceperint: Nam & Thele- phorus, qui sextus fuit à Petro Romanus pontifex, iam suo tempore statutum fuisse scri- bit, vt septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in fortem domini vocati à carne ieiunent. Neque secus in Alexandria fuisse obseruatum testis est Theophi- lus eius vrbs Episcopus, Chrysofomi æqualis: qui grauius eos infestat, qui clam vi- num bibebant, & clausis parietibus, carnibus, diebus quadragesimæ vescabantur. Simul Danielis & trium puerorum exemplo ad eorum continentiam imitandam suos admo- net, ac diligenter hortatur, vt ieiuniorum tempore à vino & carnibus abstineant.

Cap. 13.

Cap. 21. Cap. 19.

Quid igitur dicemus? doctrinas demoniorum docuisse Ioannem Chrysofomum, qui cum verbum Dei prædicabat in Antiochia? doctrinas demoniorum docuisse Theo- philum Alexandrinum Episcopum? doctrinas demoniorum docuisse reliquos omnes totius orbis Episcopos, iam inde ab ipsis Apostolorum temporibus: qui consuetudi- nem hanc à certis cibis, certis temporibus abstinendi, non modò non reprehenderunt, verum etiam ad mordicus eam obseruandam, populum tam diligenter sunt cohortati? Quid hoc esset aliud, quam vniuersam Ecclesiam catholicam Satanismi condemnare? cu- ius rectius arguuntur Sataniani nostri temporis, quam seculorum omnium à Christo passo ad hæc vsque nostra tempora Christiani. Qui non ignorabant omnia esse munda mundis, ac multo melius intelligebant, quos notaret Paulus, cum doctrinas demonio- rum appellauit, prohibentes abstinere cibis, quos Deus creauit, &c. quam qui nostro se- culo sibi cornicum oculos confixisse videntur. Sed nec illud eos interea fugiebat, quod bonum esset etiam à licitis abstinere, & cum castigari viuendum est, ita discernere ci- bos, vt vsus eorum semouetur, non natura damnetur. Etiam ante Chrysofomum & Theophilum in Ancyrano concilio legimus constitutum, vt presbyteri & diaconi, qui à carnibus abstinent, hoc est, ipsi sibi à carnibus abstinentiam induerunt, non eas tan- quam immundas contemnerent, verum contingerent, & ita demum, si vellent, abstine- rent: quod si in tantum eas abominarentur, vt si quando cum oleribus carnes essent co- cta, ab ipsis etiam oleribus abstinerent; ordine suo mouerentur. In Gangrensi quoque concilio, si qui carnem edentem condemnassent, anathema sunt pronuntiat: in quo ta- men ipso cautum est, Si quis eorum, qui continentia student, abique necessitate corpo- rea, ieiunia communia totius Ecclesiae putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia

vin.

vindicans rationem, anathema sit. Quod vtunque contra eos, qui sequebantur Eusta- chium hereticum, sanctum videtur. Nam is & ieiunia quæ prædicantur in Ecclesia con- temnda censuit, & nonnullos cibos carni, tanquam illicitos reputauit. Sic igitur ieiuniorum esse obseruantia comprobata, vt extra ieiunij tempus carni esus illicitus non esse putaretur. In Bracateni primo concilio decretum est postea: Si quis immun- dos putaret cibos carni, quas Deus in vsu hominum dedit, & non propter affli- ctionem sui corporis, sed quasi immunditiam putans ita abstinere ab eis, vt nec olera co- cta cum carnibus præguster, sicut Manichæus & Priscillianus docuerunt, anathema sit.

Ac ne quis puter præcis tantum illis temporibus ita creditum & obseruatum esse, et- iam Bernardi seculo, qui vixit ante quadringentos viginti quatuor annos; quo tempore Euangelici volunt extinctam fuisse lucem Euangelij, fuerunt heretici, qui doctri- nas demoniorum docerent, prohibentes nubere & abstinere à cibis, &c. quos ille grauius infestat, dicens: Abstinent, inquit, hi (vt prædixit ille) à cibis, quos creauit Deus ad per- ciendum cum gratiarum actione. Hinc quoque hereticos se probantes: non sanè quia abstinent, sed quia hæreticè abstinent: Nam & ego interdum abstinere, sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis, non superstitio pro impietate: Nam redarguimus Pau- lum, quod castigat corpus suum: & in seruitutem redigit? Abstinere à vino, quia in vino luxuria est: aut si infirmus sum, modico vtor: iuxta consilium Pauli. Abstineo à carni- bus, ne dum nimis nutriunt carnem, simul & carnis nutriant vitia. Hæreticus aliter: Nempe horret, lac, & quicquid ex eo conficitur: postremo omne quod ex coitu procrea- tur. Rectè & Christianè, si non idcirco quia ex coitu, sed ne ad coitum prouocent. Cæ- terum quid sibi vult, quod ita generaliter omne quod ex coitu generatur, vitatur? Sus- pitionem generat mihi abstinentia ista ciborum tam signanter expressa. Veruntamen si de regula medicorum hæc profers nobis, non reprehendimus curam carnis, quam nemo vnquam odio habuit, si tamen non nimia fuerit. Si de disciplina abstinentium, id est, spiritualium medicorum schola, etiam virtutem approbamus, qua carnem domas, fre- nas libidinem. At si de infania Manichæi præscribis beneficentia Dei, vt quod illi crea- uir & donauit ad percipiendum cum gratiarum actione, tu non modò ingratus, sed & censor temerarius immundè decernas, & tanquà à malo abstinere: non planè abstinen- tiam collaudabo, sed execrabor malitiam, & blasphemiam: te magis immundum dixe- rim, qui immundum quid putas. Omnia munda mundis, ait ille rerum optimus æsti- mator: quia nihil immundum nisi ei qui immundum quid putat: Immundus autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta est eorum & mens & conscientia. Væ qui re- spuit cibos, quos Deus creauit, iudicantes immundos, & indignos, quos traiciatis in corpora vestra. Et qui plus minus uero octoginta annis Bernardum præcessit Anselmus Can- tuariensis Archiepiscopus, Agimneses hereticos suo tempore fecisse scribit, vt prohibe- rent nubere, & à cibis abstinere iuberent. Quorum autem artinet eos recensere, qui pos- tea sequuti sunt, Petrum Lombardum, Thomam Aquinatem, Nicolaum Lyrensem, Hu- gonem Cardinalem, & multos alios, qui sunt in Paulum commentati? quos omnes eun- dem sensum retinuisse constat: Vt miranda sit eorum impudentia, qui fingunt Ecclesie fuisse præceptum, vt à certis cibis tanquam immundis homines abstinerent, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Sed in re clariore, quam vt vllius confutationis indigeat, nihil est quod firmus longiores.

Producent & illud veteres ac noui Aëriani, quod à Paulo scriptum est: Iusto lex non est posita. Quin hoc digito Dei scriptum sit, quis est qui negare audeat? verum interea quis est ille, qui se iustum audeat profiteri? Nos certè qui à magistro nostro docti sumus orare: Dimitte nobis debita nostra: non inuiti verba sancti Ioannis vsurpamus: Si dix- erimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsi seducimus, & veritas non est in nobis. Dixit Christus: non se venisse iustos saluos facere, sed peccatores. Glorietur hi de sua iustitia, quorum causa Christus non venit: nos peccatores & iniustos nos esse libenter agnoscimus: atque idem legem nobis esse proposita facile ferimus, quæ & à peccatis pro- hiberi, & in officio contineri queamus. Sed est quadam tamen iustitia Christiana, cui lex posita non est: neque defunt viri iusti & boni participes Christi facti, qui cum ipsi si- bi sine lege, quæ legis Christi sunt, spontè faciunt, & à lege coerceri opus non habent.

Rom. 2.

1. Tim. 5. Philip. 3.

Esai. 5.

lux.

Cap. 14. 32.

Bern. hom. 66. in Cam.

Hæreticè ab- stinentia qualis. 1. Cor. 9. Ephes. 5. 1. Tim. 5.

1. Tim. 1. Iusto lex non est posita. Matt. 6. 1. Ioan. 1. Matt. 9.

ieiuniorum in
sitiuendorum
causa.

surgunt ad ebrietatem sectandam, & potandam vsque ad vesperam, vt vino astuent, Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiujs eorum. Quid hoc ingenio praeditis facere debuit mater Ecclesia? Nunquid fineret eos suo arbitratu ferri, & sua libidine frui permitteret? Non potuerunt hoc ferre pia matris nostrae viscera, nullius rei praeterquam salutis nostrae auarae: Quin illa, quos ita videbat epulis, vino, luxuria, se dedidisse, quibuscumque potuit rationibus ad officium reducidos, & legibus ad abstinentiam & sobrietatem adigendos esse putauit: quo Dei nomen omnipotentis, & vera nostrae fidei ratio, quae in spiritus libertate, non quae in carnis licentia posita est, etiam ab iniunctis quoquo modo coheretur. Quare si quis Apostolorum temporibus nullam de ieiunijs deque ciborum habendo delectu legem latam fuisse dixerit, cum eo nos non magno opere contendemus. Quid enim ibi lege fuit opus, vbi charitas plus vltro praestabat, quam vlla potuisset lex imperare? Non a carnibus modò, verumetiam ab omni animantium esu sibi tum homines temperabant. Testatur Philo, qui fuit Apostolorum aequa-
lis, tantam fuisse temporibus illis abstinentiam, vt nullus esset prandiorum vsus, neque, priuquam sol occidisset, cibum quiquam caperet: tertio nonnulli, quidam quarto, alij quinto, sexto demum die corpus alij cibo reficiebant: Erat autem illis potus aqua sola, obsonium panis cum sale & hyssopo. Quamuis autem de Essais Philo hac scripserit non nullis videatur, quasi gentem suam laudare voluerit, Eusebium tamen Caesarium, & eum secuti Hieronymus, Epiphanius, Casianus, Beda, Suidas, de Christianis illius temporis, nominatim verò de Marci Euangelistae discipulis, hoc Philonem tradidisse non dubitanter affirmant. Vbi igitur suum quisque corpus cum Paulo castigabat, & in seruitutem redigebat, vbi tota die mortificabantur, & facti sunt tanquam oues occisionis, vbi tantum carni detrahebant, vt in carne degentes, extra carnem constituti, & nihil aliud quam spiritus esse facti viderentur, quid ibi lege, quid fuit opus constitutione, quae vel ieiunij certum tempus, vel ciborum discrimen aliquod praescriberet? Frenis illi magis, quam calcaribus indigebant, atque vt remitterent aliquid de rigore suo, vtque corpori suo non nihil indulgerent, admoneri necesse habebat, sicut à Paulo Timotheum admonitum esse iam commemorauimus. Quod ab Attalo quoque martyre factum refert Eusebius, qui cum vidisset Alcibiadem quendam eadem ex causa, qua, se nimirum quoddam Christum confiteretur in vincula coniectum, eodem vti squalido viuendi genere, quo, cum liber adhuc à vinculis fuisset, vsus antea fuerat, nihil vt praeter panem ederet, nihil praeter aquam biberet, quoniam reuelatum illi fuerat, non rectè agere Alcibiadem, qui creaturis Dei non vteretur, & alij praeterea offendiculi occasionem relinqueret, per sua facti Alcibiadis, vt inirepido cuncta vsurparet, sibi que cum dicto audientem habuit. Hanc historiam recitat quidam ex hostibus verae doctrinae, ad ciborum delectum abrogandum. Mirum autem, qua fronte scribat inibi, cum dehortatur Attalus Alcibiadem, ab hoc nimio plus austerio viuendi genere, rationem hanc additam esse, quod rudiores existimarent hac discrimina ciborum esse praestantiorum cultum Dei, quem errorem taxari proficit non confirmari, cum nihil horum apud Eusebium legatur, qui non aliud meminit, quam quod offendiculi relinqueret occasionem. Visus est enim ceteris ansam dare suspicandi, quod propter eam causam abstineret, quasi reliquos cibos immundos esse indicaret, qui praeter panem & aquam nullo vel cibi vel potus genere vteretur. Sed eiusmodi affingere, hostibus euangelicae veritatis nouum non est. Neque verò solus tum Alcibiades, verum omnes ferè, qui Christiani censentur vt plurimum à carnibus abstinebant: quod illa verba Bibliidis Gallicanae martyris indicant, quae cum in eodem Eusebij libro scripta sunt, silentio tamen à veritatis hostibus praeterunt. Conabantur eam impij tormentis adigere, vt confiteretur, cuius tum criminis Christiani falsò instimulabantur, infantes ab illis edi: illa verò quamuis tormentis victa, Christum antea negauisset, in temperario tamen illo supplicio de poena cogitans aeterna, contra spem tortoribus contradicens: Quomodo, inquit, infantes ederent illi, qui ne irrationabilium quidem animalium carnibus vtiuntur. Quamobrem non magis Alcibiades carnibus tum abstinebat, quam vel Attalus ipse, vel qui vixerunt seculo illo Christiani magna ex parte omnes. Verum cum Alcibiadis vita durior fuisset, qui solo pane & aqua contentus viuebat, non hoc Alcibiadè praecipit Attalus, vt carnibus vesceretur, verum vt ne nimia hac abstinentia sibi vitæ periculum accerseret, neque quibus vti socios cibis videret eos auerteretur. Verum vt vnde deflexit, redeat oratio. Da mihi Timotheus, da Alcibiadas, da quales Apostolorum temporibus, quales Antiochia fuerunt, qui ne tormentis quidem adigi poterant, vt contra quam esset moribus obseruatum, cibum aliquem aut porum fumerent: da quales Constantinopoli fuisse commemorauimus, qui mortem subire potius erant parati, quam vt in quadagesima carnium aliquid imperatore cogente gustarent: quando quidem & ipsi sibi

Philo de vita
contempla. sine
de supplicibus
Christianorum
primorum abstin-
entia.
Euseb. li. 2. ca. 17
Eccle. hist.
Euseb. de vita
illustribus.
Epiph. cont. Na-
zarethe. 29
Cass. li. 2. ca. 5.
de cenobiorum
instituti.
Rom. 8.

Euseb. li. 5. Eccle.
hist. cap. 3.

Epiphanius
vsus philosophia.

Cap. 91.

Christiana in-
dulgentia.

sibi fuerunt lex, & legis vim apud eos obtinuit consuetudo: non modò non esse duce-
mus necessarium, legem eis aliquam poni, verumetiam si feruore nimio progressi lon-
gius fuerint, magis etià abstinendo quam eorum valetudo ferre posse videbitur, vltro mo-
nebitur, vt aliquid corpori tribuant: reprimendam, non autem prorsus opprimendam
carnem esse meminerint. Sic Ioannem quoque; Gersonem ad quendam inclusum in monte
Valeriani scripserit legitur: Non multum refert si quodcumque appositum fuerit tibi
comedis, seruata institutione ecclesiae, & temperantiae modestia moderata, qualiter ex-
pressa est. Quò verò continentiam iure iurando professi, continere se posse negant, qui
perpetua viuere volunt Bacchanalia, quales nostro seculo, proh dolor, nimis multos re-
perire licet, eos durioribus etiam constringi legum vinculis oporteret, vt pro perpetuis
Bacchanalibus perpetuas agerent quadagesimas, sic enim (quoniam sine Cere & Bac-
cho frigit Venus) à licitis abstinentes, facilius illicitis resisterent, nec impossibilitatem
continendi causarentur. Quamobrem fieri potest, vt initio consuetudo tantum fuerit,
ieiuniorum temporibus à carnibus abstinenti, quae cum nihil ea de re in generali conci-
lio constitutum esset, non eadem ab omnibus obseruabatur: Sed posteaquam in dere-
prolapsi sunt mores hominum, factum est, iuxta verbum, vt bonae leges ex ma-
lis moribus procrearentur. Sic cum in Armenia sabbatis tantum & dominicis diebus
in quadagesima vescerentur ouis & buryro, sexta synodus Constantinopolitana sub
imperatore Iulianino celebrata lege sanxit: Si quis oua aut butyrum ediderit in
quadagesima, vt clericus deponeretur, laicus excommunicaretur. Sic cum horreda quo-
rundam ingluuiens in quadagesima ne à carnibus quidè abstineret, non multò post texta
illam synodus in provinciali concilio Toletano octauo haec est edita constitutio: Quis
sine inuitabili necessitate atque fragilitate & euidenti languore, seu etiam impossi-
bilitate etatis, diebus quadagesimae esum carniū praesumpserit attentare, non solum reus
erit resurrectionis Dominicae, verumetiam alienus ab eiusdem diei sancta communi-
one: & hoc ille cumuleret atque poenam, vt ipsius anni tempore ab omni esu carnium absti-
neat gulam, quia sacris diebus abstinentiae, oblitus est disciplinae. Illi verò quos aut atas
incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare presu-
mant, quam à sacerdote permillum percipiant.

Non est ergo lex iusto posita: Nam si omnes iusti essemus, nihil praescripto legis opus
haberemus, cum sibi quisque lex esset. Itaque quod scripsit Paulus: Iusto lex non est po-
sita: idem cum eo vult esse Clemens Alexandrinus, quod à Socrate dictum fuit aliquan-
do: Legem non esse factam propter bonos. Proinde & alio loco Paulus, cum spiritum
fructus enumerasset, charitatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem,
longanimitatem, mansuetudinem, fidem, molestiam, continentiam, castitatem: Aduer-
sus huiusmodi, inquit, non est lex. Non quòd etiam qui sunt ijs virtutibus praediti, legi
subiecti non sint (nam si sanctus sanctorum dominus noster Iesus Christus fieri sub legi
dignatus est, quis erit tam sanctus, qui subiectus esse legi recuset?) sed quod qui iusti
sunt, non terrore legis adacti, quod lege praescriptum est faciunt, sed ipsius potius recti,
quod lege praescriptum est amore: sicut etiam à poeta quodam scriptum est: Oderunt
peccare mali formidine poenae: Oderunt peccare boni virtutis amore. Sic philosophum
quendam, cum ex eo percontaretur Dionysius tyrannus, quid praeter mortales
eximium haberent Philosophi? respondisse ferunt: vt etiam si omnes leges abolerentur,
tamen aequaliter victuri sint. Vulgus enim à peccando legum praescriptis arctetur, Phi-
losophus rationem habet pro legibus: non idèò quod rectum est faciens, quia lex ius-
titiae, nec idèò temperans à scelere, quia lex veritatis, sed quia nouit illud per se rectum,
hoc esse per se turpe. Atqui multo rectius hoc de Christiana philosophia dici potest:
quàm qui sunt amplexi, non idèò Deum vnum colunt, non idèò sibi cauent, ne nomen
eius in vanum assumant, non idèò sabbata sanctificant, non idèò parentibus honorem
habent, non idèò à caede, ab adulterio, à furto, à falso testimonio, ab vxoris aut rei alie-
nae concupiscentia abstinent, quia lex hoc praecipit, quia gratias poenas Deus commi-
natur, si se vs aliquis faciat: verum facit hoc in illis amor, quo feruntur erga Deum &
erga proximum, vt etiam si nulla de rebus ijs lex intercessisset, nihil tamen vnquam
commisuri sint, quo vel Deus, vel proximus offendi queat. Cum de Gygis annulo
mentionem fecisset Ambrosius: Da, inquit, hunc annulum sapienti, vt beneficio e-
ius possit latere cum deliquerit, non minus fugiet peccatorum contagium, quàm si
non possit latere. Non enim latebra sapienti spes impunitatis, sed innocentia est. De-
nique, lex non iusto est posita, sed iniusto. Quia iustus legem habet mentis suae, &
aquitatis ac iustitiae suae normam. Ideoque non terrore poenae reuocatur à culpa, sed ho-
nesta-

Ieiuniorum va-
riae consuetudi-
nes & leges.
Cap. 91.

Clem. lib. 4. stro-
matum.
Galat. 5.

Galat. 4.

Philosophiae vi-
tutibus.

Christiana phi-
losofia.

Lib. 3. cap. 5. de
officiis.

Sancti subiecti legibus

nestatis regula. Quamobrem etsi consilium legis fortasse non fuit sanctos comprehendere, qui nullius preceptionis aut admonitionis indigent, comprehenduntur ea tamen. Cum enim lex in vniuersum ponatur, nec fieri commodè possit ista distinctio, æquius est paucos sanctos legi subijci, quàm vniuersos absque lege vivere. Tenentur itaque legibus non diuinis magis quàm humanis etiam sancti quamlibet illis preceptio legis esse superuacanea videatur: neque debet quisquam quantumuis iustificatus à mandatorum obseruatione se liberum esse putare. Probis enim & rectis non minus est necessaria virtutis exercitatio, quàm lubricis & inconstantibus vitij interdictio. Tum autem præclarum est, si qui iusticia cæteros antecellunt, exemplo suo parendo, legibus eos in officio confineant: Neque dubium est: quin qui spiritu Dei aguntur, quoniam non elatione animi & arrogantia, sed humilitate, sunt sobrietateque sapientem, magna animorum suorum alacritate subiecturi se sub legis imperio, atque omnia prius & facere & pati parati sint futuri, quàm vt cuiquàm esse velint offendiculo. Neque ea res quicquam euangelicæ libertati obstat: quandoquidem præclare dictum est ab Augustino, quod præceptum liber facit, qui libens facit. Sanctus iure rex & propheta, qui dixerat paulò antè: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: statim subiunxit: Legem pone mihi domine viam iustificacionum tuarum. Ad eò non dedignabatur ille, qui iam viam mandatorum domini cucurrerat, cui præclarum illud elogiù à domino tributi legimus: Inueni David filium Iesse virum secundù cor meum: ad eò non dedignabatur legi subijci, vt vltro etiam sibi legem poni peteret, quàm sciret intelligendo, faceret diligendo: in latitudine amoris non in angustijs timoris. Qua de re sic ex Abbatis Theonæ sententia scripsit aliquando Cassianus: Iusti quibus lex non est posita, sic probantur nò esse sub lege, vt iustitias legis non solum implere, verùm etiam superare contendant: sitque deuotio eorum legali maior imperio: quæ obseruantiam cumulans præceptorù, voluntaria addat ad debita. Sic Leo quoq; magnus: Iusto dicitur lex non esse posita, quia normam præceptionis implet iudicio voluntatis, cum verus recti amor in semetipso habeat & apostolicas auctoritates & canonicas sanctiones. Et antecum Augustinus: In iusto legitime lege vitur vt iustus fiat: quod cum factus fuerit, ea iam nò vtatur, tanquam vehiculo cum peruenit, vel potius tanquam pedagogo, cum eruditus fuerit. Quomodo enim iusto lex non est posita, si & iusto est necessaria, non qua iustus ad iustificandem gratiam perducatur, sed qua legitime iam iustus vtatur? Idem alio loco: Iusto lex posita non est, id est imposta vt supra illum sit. In illa est enim potius quàm sub illa, quia non sua vita viuit, cui coëcendè lex, imponitur, vt enim sic dicam supra ipsam quodammodo legem viuit, qui cum dilectione iustitij, iuste viuit, non proprio ac transitorio, sed communi ac stabili gaudens bono.

Sed liber Bernardi quoque verba adscribere: Nec filij, inquit, sunt sine lege: nisi forte aliquis aliter sentiat, propter hoc quòd scriptum est: Iusto non est lex posita. Sed sciendù est quòd alia lex est promulgata à spiritu seruitutis in timore, alia à spiritu libertatis data in suauitate: nec sub illa coguntur esse filij, nec sine ista patiuntur. Vis audire quia iustis non est lex posita? Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum in timore: Vis audire quod tamen sine lege charitatis non sint? Sed accepistis, ait, spiritum adoptionis filiorum. Denique audi iustum vtrunque de se farentem, & quòd non sit sub lege, nec tamen sit sine lege: Factus sum, inquit, his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege. His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem: cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi. Vnde aptè non dicitur, iusti non habent legem, aut iusti sunt sine lege, sed iustis non est lex posita: hoc est, non tanquam inuitis imposta, sed voluntarijs eò liberaliter data, quòd suauiter inspirata. Vnde & pulchrè domini: Tollite, ait, iugum meum super vos, Ac si diceret: non impono inuitis, sed vos tollite si vultis: alioqui non requiem, sed labore inuenietis animabus vestris. Bona itaque lex charitas & suavis, quæ non solum leuiter suauiterque portatur, sed etiam seruatorum ac mercenariorum leges portabiles ac leues reddit: quas vtique non destruit, sed facit vt impleantur, dicente domino: Non veni legem soluere, sed implere. Illam temperat, istam ordinat, vtramque leuigat. Nunquam erit charitas sine timore, sed casto, nunquam sine cupiditate, sed ordinata. Implet ergo charitas legem serui, cum infundit deuotionem, implet & mercenarij, cum ordinat cupiditatem: Porro timori permixta deuotio ipsum non annullat sed castificat, poena tantù tollitur, sine qua esse non potuit, dum fuit seruilis, & timor manet in seculum seculi castus & filialis. Nam quod legitur, Perfecta charitas foras mittit timorem, poena intelligenda est, quæ seruili, vt diximus, nunquã deest timori, illo scilicet loquutionis genere quo sæpè causa ponitur pro effectu. Hactenus Bernardus: Ex cuius verbis colligere licet, iustos quoque legibus etiam humanis esse sub-

Ange. de gratia Christi cont. Pe. lib. 1. cap. 13. E. Jul. 118.
A. Cor. 13.
Caf. coll. 21. ca. 3. 29.
Leo episc. 90.
De spiritu & li. terra cap. 10.
Idem in cap. 2. ad Galat.
Bern. epist. 11.
Rom. 8.
1. Cor. 9.
Matt. 11.
Charitas implet legem. Matt. 5.
E. Jul. 118. a. 10. an. 4. Timor qui pellit sur à charitate.

subiectos: ac merito in concilio Viennensi cõdemnatos fuisse Begardos & Beginas, qui eos qui sunt in gradu perfectionis & spiritu libertatis, non esse dicebant humanæ subiectos obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Ecclesiæ obligari: quòd vbi spiritus domini ibi sit libertas. Ac rectè quidem Paulus, sed nò de libertate carnis, verùm de ea libertate intelligebat, quæ legem exequitur, non timore, sed amore. Obedientia enim mollit impetum, nec dura ibi necessitate seruitur, vbi diligitur quod iubetur, sicut à Leone dictum legimus. Qui etiam alio loco de obseruantia ieiunij quadragesimalis neminem vult excipi. Quia nemo, inquit, tam sanctus est, vt non sanctior, nemo tam deuotus, vt nò debeat esse deuotior. Antè quem etiam Lactantius: Nemo, inquit, tam iustus esse potest, vt nunquam sit ei poenitentia necessaria.

Nihil igitur allatum adhuc ab istis videmus, quamobrem tot seculis inueterarum in Ecclesiâ morem hunc à certis cibis, certis temporibus abstinendi, rectum sit abrogati. Ac intelligunt hoc ipsi quoque, quòd siculnea sunt planè præfida quibus nituntur, sciunt ne quicquam hæc à se produci, sciunt consuetudinem hanc maiorum sanctam & salutarem esse, recteque cum fide & humilitate custodiri, quamobrem tolerari posse, quin etiam vitia esse farentur exercitia: verùm superstitionem ferendam non esse, qua persuasum sit hominibus, quòd ritus huius cultus quidam Dei sunt: id est, opera quibus Deus iudicet se honore affici. Quid autem? nunquid & hoc à Fausto Manichæo non fuit olim obiectum Catholicis? nunquid non hæc illius verba fuerunt à nobis paulò antè producta? Non solum abstinetur, inquit Faustus Manichæus, sed etiam gloriam captatis exinde, & eò acceptiores vos creditis Christo, quòd eritis abstinentiores à cibis. Ac in proximo superiore libro hæc illius verba recitat Augustinus: Fert, inquit, in oculis eos, qui ab animalibus abstinent omnis ecclesiæ: & summa veneratione suscipiens, solum non deos existimat. Quid igitur adferretur à nostri temporis hæreticis ad ciborum delictum abrogandum, quod non ab Aërio prius, à Iouiniano, à Fausto Manichæo fuerit ad eundem prorsus modum productum? Qui non in hoc solum, sed in alijs etiam suis dogmatibus nihil de suo deprompserunt, sed præteritorum temporum erroribus acerratis, vniuersos repente in ecclesiâ Dei renouauerunt: & bene sopitos ignes suscitantes, quòd à iustis orbis Christiani consensu quodã admirabili pridem hereseos conuicta sunt & damnata, ea pro veris vulgò persuadere conantur. Et hoc est præclarum (sic enim vocant) euangelium, quod cum sub scamno tot sæculis delituerit, nunc tandem è tenebris erutum per se, & in lucem productum esse gloriatur. Quid igitur? Hostes Euangelij vocabimus Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Chrysostomum, Basilium, Theophilum, Alexandrinum, Epiphanium, & alios omnes, quos tanquam clarissima totius Ecclesiæ lumina orbis vniuersus Christianus summa semper admiratione laudæque profequutus est? Contra verò prædicatores Euangelij dicemus Aërium, Iouinianum, Faustum, Manichæum, Vigilantium, Eunomium, & alia id genus hæreticorum portenta: quorum doctrinam iam inde à mille ducentis annis pugnare prorsus cum Euangelio indicatum est? Nunc autem eandem illam à tot seculis damnatam, ipsissimum Euangelium, ipsissimum esse Dei verbum vulgò persuadet. Et tamen illi ipsi, qui veterum hæreticorum dogmata nunc renouare conantur, quoties contra catholicos certandum, veterumque testimonij vtendum eis est, non Aërij, non Iouiniani, non Vigilantij, quorum dogmata tuentur, sed Augustini, sed Ambrosij, sed Chrysostomi, sed aliorum orthodoxorum patrum, quorum Euangelium oppugnant, auctoritate nituntur: & oborto, quod aiunt, collo eorum sæpè verba ad suam sententiam confirmandam pertrahere conantur. Sic suo ipsi iudicio, quos auctores sequuntur, eos habent pro hæreticis: cum quorum verò doctrina pugnant, eos quamuis inuiti, citandis eorum testimonij, catholicos esse consentur, vtancq; minimè ferendo supercilio, non de illorum scriptis modò, verùm etiam de conciliorum decretis sibi censuram arrogare non verentur. Sed si possent de suo supercilio non nihil demere, suumque iudicium ecclesiæ iudicio submittere, hæretici esse non possent. Verùm vnde digressa est, eò redeat oratio. Doctrinam demoniorum esse iudicant hostes euangelij, si quis hoc decus tribuat vel ieiunij, vel ritibus alijs, quòd sint cultus Dei: id est, opera quæ Deus approbet, ita vt se per ea iudicet honore affici.

Nunc nos, quæ fuerit veterum orthodoxorum de ieiunio doctrina, videamus. Dixit Ambrosius, quòd ieiunium est culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, norma virtutum, animæ purificatio, sacrificium reconciliationis, & quòd hoc ad Deum gradu citius peruenitur: Quid est autem aliud culpæ mors, excidium delictorum, animæ purificatio, quàm remissio peccatorum? quid aliud sacrificium reconcili-

2. Cor. 2.
Leo fer. 4. de ieiunio spiritum mensis fer. 11. de quadra. Lact. in li. diuinarum institut.
Ieiunium aut sit cultus Dei. Aug. lib. 3. cont. Faustum ca. 2.
Cap. 3.
Hæretici contra catholicos patrum testimonij vitium.
Ieiunium cultus Dei, & eius efficacia.
De ieiunio veterum orthodoxorum sententia. Am. de ecclesiæ & ieiunio ca. 3. 8. 29.

Idem epi. 82. Esai. 22.

4. Reg. 4.

Am. in cap. 15. epi. ad Corin. 1. 2. Cor. 11. Aug. serm. 60. ser. 96. Ser. 230. Piet. as quid. Hier. ad demetriadem. Daniel. 6.

1. Reg. 3.

Cyp. ser. de ieiunio & tentat.

In li. de ieiunio source P. Schio.

Leo ser. 4. de ieiunio decimo mensis.

Bern. de oratione & ieiunio. serm. 4. Ieiunij effectus & laudes.

Luc. 16.

Chry. ho. 31. in Ioan. Basil. de penit. hom. 11.

ciliationis, quam cultus, quo non tantum honore Deus afficitur, verum etiam offensus placatur? Scribit idem ad Vercellensem ecclesiam: Qui sunt qui meritum excludant ieiunij? Nonne gentiliū vox est, ita dicentium: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur? Quo loco, suo quoque tempore fuisse demonstrat, qui baptizatis nihil obesse dicerent comestatione, nihil voluptatum affluentiam, insipientes eos esse qui his careant: virgines oportere nubere, filios facere: similiter & viduas iterare, quod semel male virili admixtione experte sunt, etiam si se continere possent: errare eas que nolunt iterare copulam. Atqui hoc est Euangelium, quod heretici nostri quoque temporis, & tenebris erutum per se, & in lucem esse reuocatum gloriantur. Quid autem ad hoc Ambrosius? Placet, inquit, ut hominem exuentes induamus pecudē? & expoliantes Christum, superuestiamur amictum diaboli? Quod isti vocant libertatem euangelicā profiteri, hoc Ambrosius vocat exuere hominem, & induere pecudē: expoliare Christum, & vestiti amictum diaboli. Ac nonnulli inter ceteros: O stultum, inquit, Eliseum, qui sylvestribus ramis & amaris pascebat prophetas, immemorē scripturarum Esdras, qui memoria scripturas reddidit insipientem Paulum, qui gloriatur ieiunij: si nihil profuit ieiunia. Idem alio loco: Vt quid enim ieiunia, vigilię, exitus, munda vita, iustitia, misericordia, mors, si pro his nulla merces erit in futuro? Nunquid autem ab Ambrosio discrepat Augustinus? cuius hæc verba sunt: Nemo pro laude humana, sed pro peccatorum indulgentia ieiunet. Et alio loco: Quamto plures dies sunt ieiunij, tanto maior est causa remedij: quato prolixior abstinentia, tanto redemptio copiosior est salutis. Qui etiam alibi ieiunium & orationem, cum plena fide exerceat, pietatem vocat. Quid est autem aliud pietas nisi cultus Dei? Hieronymus verò, cum dixisset alicubi fundamentum omnium virtutum esse ieiunium: explicans illum Danielis locum, ubi rex misso Daniele in lacum, dormiuit in cenaculo, & somnus recessit ab eo. Si, inquit, rex nesciens Deum, hoc facit pro altero, quem vult de discrimine liberari, quanto magis nos pro peccatis proprijs, inedia & vigilijs debemus Deum ad clementiam flectere. Et contra Iovinianum scribens, cum inter alios multos, qui Deum offensum ieiunio sibi conciliassent, ciuitatem quoque Ninive recenseret, quæ imminentem iram domini miseratione ieiuniorum detorserat: hæc verba subiicit: Quam & Sodoma placasset & Gomorra, si voluissent agere penitentiam, & lachrymas penitentię patrocinante conciliare ieiunio. Et qui præcessit hos omnes Cyprianus: Quotquot, inquit, viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse, nec aliquid magni moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliquid obtinere a Deo conati sunt ieiunio incubuere & lachrymis: nec desuit prouentus. Et quem ille sum appellat magistrum Terullianus: Omnium, inquit, erga victus maceratione hæc est ratio, qua rursus interdicto cibo, & obseruato præcepto, primordiale iam delictum expiatur: vt homo per eandem materiam causæ, Deo satisfaciatur, per quam offenderat. Et iterum: Non modo nature mutationem aut periculorum auersionem aut delictorum obliuionem, verum etiam sacramentorum agnitionem, ieiunia de Deo merentur. Et rursus: Sicut primū vsu cibi, homo amisit salutem: ita iam per eandem materiam, id est, abstinentiam cibi, Deo satisfaciatur: atque salutem æmulo modo reaccedat inedia. Paulò verò post: Delicta dicit expiari abstinentia. Leo quoque magnus: Magna, inquit, diuinæ institutionis salubritate prouisum est, vt ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur in quibus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia casta decoquerent. Et alio loco: Curandis læsionibus trium maximè remediòrum est adhibenda medicina: in orationis instantia, in castigatione ieiunij, in elemosinæ largitate. Quæ cum pariter exercentur, Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur. Porro Bernardus, quem isti quoties agit de remissione peccatorum, deq; iustificacione, suarum esse partium gloriantur. Quid est, inquit, condonari commissa, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna? Gehennam enim meruimus, ubi nullus vnquam cibis est, consolatio nulla, terminus nullus, ubi guttam aquæ diues postulat, & accipere non meretur. Bonum ergo & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur hoc modo peccata. Non solum autem abolitio est peccatorum, sed extirpacio vitiòrum: non solum obtinet veniam, sed & promeretur gratiam: non solum delet peccata præterita, quæ commisimus, sed & repellit futura, quæ committere poteramus. Iam verò illa duo orientis lumina Ioannes Chryostomus & Basilus magnus, quibus præconijs non affecerunt ieiunium & a cibis abstinentiam? Quorum ille cum ieiunium vocat purificationem animæ, cum scribit crapulam post terga ligare manus, vitiòrum tyrannidi, velut cuidam prauæ dominæ, seruos nos captiuosque reddere: ieiunium verò, seruos existentes nos atque ligatos inueniens vincula remittere, & tyrannide liberare, pristinamque in libertatem reducere: Hic verò, cum continentiam a cibis dicit

dicit esse peccati ablationem, ab alienationem carnalium affectuum, mortificationem corporis & ipsorum quoque naturalium affectuum & desideriorum, inritum spiritualis vitæ, conciliationem æternorum bonorum: nunquid non eadem, quæ sancti patres illi occidentis ecclesie dicunt? nunquid non istorum, qui Christianæ libertatis assertores videri volunt, insaniè palam contradicunt? Sed quorsum attinet veterum sententias omnium proferre, quorum plerisque editis etiam ea de re sermonibus, maximis laudibus ieiunium in celum tulisse legimus: Cui etiam tantum tributum ab illis videmus, vt quoniam non ieiunauimus in paradiso, eieci inde simus, ieiunandum esse dicerent, vt vnde sumus eieci, reueri liceret. Potuerunt ne maius aliquid ieiunio tribuere, quam quod per illud aditum ad celos patere docuerunt? Sic enim loquitur Chryostomus: Cibus è paradiso te eiecit, ieiunium te reducit. Et ante eum Athanasius: Vt ob escam & inobedientiam protrubatus est Adam ex paradiso, ita rursus per ieiunium & obedientiam in paradysum qui volet redibit. Et successor eius Theophilus qui ieiunium, id est, conuersationem Angelicam per continentiam breui ac paruo labore magna sibi & æterna conciliauit præmia & multo plus accipiunt quam offerunt, & futuri temporis gloria presentes angustia mitigant.

Age igitur, perfrica frontem Philippe, & hostes Euangelij fuisse, doctrinas demoniorum docuisse dic, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Cyprianum, Terullianum, Leonem, Bernardum, Athanasium, Chryostomum, Basilium, Theophilum, denique veteres omnes orthodoxos, qui docuerunt ieiunium esse culpæ mortem, excidium delictorum, purificationem animæ, redemptionem salutis, sacrificium reconciliationis, peccati abolitionem, æternorum bonorum conciliationem: ieiunandum esse pro peccatorum indulgentia, ieiunio Deum esse placandum, ieiunio redimi æterna supplicia: verò cum idolo tuo islebiem si quod adoras, relicto Christo & corpore eius ecclesia, nunc demum Euangelium, verumque Dei verbum, tot seculis reconditum, in lucem protulisse.

Verum vt ne quis erret, quæ fuerit hac de re sanctorum Ecclesie doctorum sententia, quidque sibi voluerint, cum tantum ieiunio tribuerent, tantisque præconijs illud efferrent, mentes hominum ad abstinentiam capeffendam inflamantes, breuibus explicabimus. Neque enim existimandum est, quod isti videre se putant, non vidisse sanctos illos patres, qui vel ante mille annos, vel trecentis his annis vixere, quibus isti extinctam Euangelij lucem fuisse volunt. Iam ante docere nos meminimus, quod qui proprie dicitur Dei cultus, non constat nisi mente & spiritu: nam qui spiritus est Deus, spiritu colit, spiritu vult adorari. Ceterum verus hic & proprius Dei cultus, qui constat spiritualibus exercitijs, fide, spe & charitate, quanquam in ipsa mente reconditus est, & abstrusus, fieri tamen non potest, quin per signa quædam & indicia se foras proferat, & ad spectantium oculos traducat. Verum est quod superius ab Augustino dictum est: quomemoriauimus, quod non colitur Deus nisi amando: sed hic amor ociosus non est: & quamuis in voluntate consistat, externis tamen quibusdam se prodit iudicis: quæ quidem non perinde Deus attendit, atque illam ipsam, vnde prodeunt indicia, voluntatem. Quamobrem non quid adferatur a nobis ad colendum Deum, sed qua mente adferatur, attendit Deus. Affectus est qui pretium rebus imponit. Affectus tuus, dicit Ambrosius, nomen imponit operi tuo, quomodo a te proficiscitur, sic æstimatur. Et alio loco: Dominus non obsequiorum speciem, sed puritatem quærit affectus. Sic ab Idiota quoque viro cum primis pio scriptum est: Quod non ieiunium, oratio, elemosyna est via recta omnino, sed amor & dilectio est via rectissima abque deuio, via breuis abque radio. Cui subscribens Bernardus: Non materia, inquit, nec exitus actuum, sed intentionis propositum culpas discernit & merita. Ante quem etiam in eandem sententiam plerique scribit Ionas Aurelianus sis Episcopus, ubi tractat de cultu imaginum. Quod adeò vulgo fuit etiam non ignoratum, vt in omnium ore passim fuerit vericulus ille volutatus.

Quæ quid agunt homines, intentio dirigit illos.

Quin & illi Christi verba, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autem oculus tuus nequam erit, totum corpus tuum tenebrosum erit, sic qui sunt posterioris ætatis, Augustini Gregorijque sequuti sententiam, enarrauerunt plerique omnes, vt per oculum intentionem significari dicerent, per corpus actionem cuiusque. Lucernam itaque corporis esse oculum, hoc est, per intentionem indicari manifestumque fieri, cuiusmodi sit actio cuiusque. Nam si bona est intentio, quod agit bonum, si mala, quod agit malum esse. Nec fecus de lucerna locum hunc interpretatur Eusebius Emislenus; cuius in explicatione

Chry. ho. in Tob & Abraham. Atha in captiuis temperantie. De virginitate Li. pascheli 3.

Cultus Dei interior. Ioan. 4.

Epist. 29.

Affectum Deus attendit. Am. li. 1. de officijs, cap. 30. Idem lib. 7. in Lucam. Idem in com. pl. de amore diuino cap. 17. Bern. epist. 69. Ionas lib. 3. Matt. 6.

Au in ser. domini in monte, li. 2. Greg. li. 28. no. 14. cap. 12.

Ho. 3. in nata-
li vniuersi confes-
soria.

loci huius, hæc verba sunt. Sola intentio facit, vt opera nostra vel bona, vel mala domi-
no appareant. Potest enim vnum fieri & simile opus, vt non vna intentione fiat. Palam
enim elemosinas dare, bona & non bona intentione fieri potest. Si enim ideo das, vt
ab hominibus videaris, non est bona intentio: si verò ideo das, vt bonum exemplum
alijs tribuas & deus inde glorificetur, bona intentio est: sic igitur in omnibus, sola in-
tentio quærenda est. Quæ si bona fuerit, totum corpus virtutum, totaque massa opera-
tionum lucida erit. Tantum igitur intentioni tributum à sanctis doctoribus legimus,
vt bonam voluntatem sufficere dicerent ad meritum: actionem requiri ad exemplum.
Quamobrem non fuit quisquam adeò rerum imperitus, vt ieiunium per se considera-
tum, hoc est abstinentiam à cibis, Dei cultum esse, siue opus quod Deus approbet puta-
nerit: per quod honore se iudicet affici, cui remissionem peccatorum tribuat. Quis enim
nescit, abstinentiam eiusmodi non modò sine laude, verumetiam non sine reprehensio-
ne quandoque fieri: vt quod ex se reprehendendum non est, si malè fiat, peccati rationem
habeat. Sex eorum genera qui abstinent, vno versiculo visum fuit superiori seculo com-
prehendere.

Abstinentium
genera.

Abstinet aeger, egens, cupidus, gula, simia, virtus.
Ager abstinet, vel quòd fastidit cibum omnem: adeò vt nec odorem illius aut aspectum
ferre possit: vel quòd ratio valetudinis eius postulat, vt per abstinentiam illi medea-
tur. Hæc abstinentia, quoniam ad corpus refertur, nihil ad Dei cultum pertinet. Abstinet
egens, quia quod edat, non habet. Vtraque abstinentia, & si vitio caret, laudem ta-
men apud Deum non meretur. Abstinet cupidus & avarus, vt ne quid in victum impen-
dere necesse habeat. Abstinet gulosus, vt postridie tanto maiore cum apparatu, & maio-
re cum voluptate cibum sumat: si præsertim ad conuiuium sit aliquod delicatius inui-
tatus. Abstinet simia, hoc est, hypocrita, vt ab hominibus videatur. Hæc tria abstinentia
genera, tantum abest, vt Deo grata sint, vt peccare etiam dicantur, qui ad hunc modum
abstinent. Ex tot igitur generibus abstinentiæ solum hoc fieri cum virtute dicitur, si quis
hoc solo nomine ieiunet, vt vel magis idoneum se reddat ad seruiendum Deo, vel pro
peccatis suis satisfaciat.

De ieiunio vece-
riori sententia.
Chry. ho. 12. in
primâ ad Tim.
Caf. coll. 1. ca. 7.

Caf. coll. 21.
cap. 14.

Hier. 14.
marcus in capi-
tulis temperan-
tia.

Philipp. 3.

Hugo in sermo-
nibus sermo 11.
Dom. 23. post
Trinit.

Sed iam ipsos monachos ea de re differentes audiamus. Hos enim fuisse potissimum
dicunt hostes veritatis, qui doctrinas demoniorum docuerunt, ieiunij & alijs id genus
corporalibus exercitijs nimio plus tribuentes: si modò corporalis exercitatio ieiunium
dici potest, quod negat Ioannes Chrysostomus: quandoquidem id macerat potius & ex-
tenuat corpus, quam nutrit. Ac primum quidem huius ipsius Ioannis Chrysostomi dis-
cipulus, Casianus monachus, alterius monachi vel Abbatis Moyfi viri cum primis cele-
bris hæc adfert verba. Ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarû, ac privatio omnium facultatum,
non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non ijs consistit disciplinæ il-
lius finis, sed per illa peruenitur ad finem. Ac paulò superius: Ieiunia, vigiliæ, anachoresis,
meditatio scripturarû, propter principalem scopum, hoc est, puritatem cordis, quæ est cha-
ritas, nos conuenit exercere. Et iterum, ex Abbatis Theonæ sententia, inter ea quæ media
sunt numerat ieiuniû, quòd sicut non iustificat custoditum, ita non condemnat interru-
ptum: nisi fortè præcepti transgressio, magis quam escaurum perceptio puniatur. Ac paulò
post: Nequaquam ieiunium principale bonum à domino iudicari dicit, eò quòd non
per se ipsum, sed per alia opera bonum ac placidum Deo fiat, rursum ex accidentibus
causis, non solum vanum: verumetiam odibile censetur: dicente domino: Cum ieiuna-
uerint, non exaudiam preces eorum. Sic quoque Marcus Eremita: Ieiunium, vigiliæ, pe-
grinatio, bona sunt, sed hæc pertinent adhuc ad honestam viuendi rationem. At qui sta-
tus Christianorum magis interna respicit quam hæc: neque debet quisquam in illis
collocare fiduciam. Sed hic verustior videri possit, atque ideò minus absurdè de ijs
quæ foris siue externè geruntur, scripsisse. Nunc recentiores videamus. Vixit ante
quadringentos annos Anselmus monachus, postea Cantuariensis Archiepiscopus: is
explicans illum Pauli locum, Quorum deus venter est: eos perstringi scribit ijs verbis,
qui mortem Christi non sufficere dicerent ad salutem, sine carnalibus legis obseruatio-
nibus: qui escas quæ ventris sunt, deum sibi faciunt, dum dicunt eas homines iusti-
ficare, & salutem animæ putant in escis. Neque secus eadem illa verba, qui fuit non pau-
lò posterior, interpretatus est Thomas Aquinas. Ideò, inquit, hæc disseminant lega-
lia esse obseruanda, propter lucrum & gloriam propriam, vt satisfaciunt ventri. Et
paulò post adfert hæc glossæ verba: Dei proprium est iustificare: qui ergo in cibis iusti-
ficationem ponebant, dicebant deum ventrem. Quem in eiusdem loci explanatione se-
quitur eiusdem ordinis monachus Hugo de Prato: Carnales, inquit, obseruantias
inducunt, quales erant in lege veteri: Superfluum asserunt crucem Christi, cum aliunde
salu-

salutem expectant: Omnis autem salus in cruce existit. Nihil autem est necesse aliorum
etiam hac de re monachorum sententias adscribere, quos ab his nequaquam discrepasse
certum est, qui non ab escis, verum à cruce Christi salutem expectabant.

Sed quoniam clarius præceteris materiam hanc Bernardus tractauit, illius quòdque ver-
ba adscribemus. Is quoniam fratres suos in simulari congrouerat quòd ordini Clunia-
censi, qui minus habebat austeritatis, detraxissent, apologiam quandam conscripsit ad
Guilhelmum Abbatem, in qua sic suos inducit loqueres: Quomodo, inquit, regulam
tenent, qui pellicijs induuntur, sani carnibus vescuntur, & c. Ac mox responder: Regnum
Dei intra vos est: hoc est, non in externis vestimentis, aut alimentis corporis, sed in virtu-
tibus interioris hominis: Vnde Apostolus: Regnum Dei non est esca & potus, sed iusti-
tia & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Et rursum: Regnum Dei non est in sermone, sed
in virtute. De corporalibus itaque; obseruantijs fratribus calumniam struitis, & quæ ma-
iora sunt regulæ spiritualia scilicet instituta relinquitis: camelumque; glutientes, culicem
liquatis. Magna abusio. Maxima cura est, vt corpus regulariter induatur, & contra regu-
lam suis vestibus anima nuda deferatur. Cum tanto studio tunica & cuculla corpori pro-
curentur, quatenus, cui deerunt, monachus non putetur: cur similiter spiritui pietas &
humilitas, quæ profectò spiritualia indumenta sunt, non prouidentur? Tunicali & ela-
ti ab horremis pelliceos, quasi non melior sit pellibus inuoluta humilitas, quam tunica-
ta superbia: Repleti deinde ventrem faba, mætem superbia, cibos damnatos saginatos:
quasi non melius sit exiguo sagimine ad usum vesci, quam ventoso legumine vsque ad
ructum exaturari: & præcipue cum Esau non de carne, sed de lente sit reprehensus: &
deligno Adam, non de carne damnatus: & Ionatas ex gustu mellis, non carnis, mor-
ti adiudicatus sit, e contra verò Elias innoxie carnem comederit: Abraham gratissimè
carnibus angelos pauerit, & de ipsis sua fieri sacrificia, Deus præceperit. Ac paucis in-
teriectis: Quid ergò inquis? Siccine illa spiritualia persuades, vt etiam hæc quæ ex re-
gula habemus corporalia damnes? Nequaquam, Sed illa oportet agere, & ista non
omittere. Alioqui, cum aut ista omitti necesse est, aut illa, ista potius omittenda sunt,
quàm illa. Quantum enim spiritus corpore melior est, tantò spiritualis, quàm corpo-
ralis exercitatio fructuosior. Tu ergo cum de horum obseruatione elatus, alijs eadem
non obseruantibus derogas, nõne te magis transgressorem regulæ iudicas? cuius li-
cet minima quadam teneas, meliora deuitas? De quibus Paulus: Amulamini charis-
simata meliora: Detrahendo quippe fratribus, in quò temetipsum extollis, perdis hu-
militatem: in quo alios deprimis charitatem: quæ sunt proculdubio charissimata me-
liora. Ac iterum post pauca: Non hoc dico, inquit, quia hæc exteriora negligenda
sunt, aut qui se in illis non exercuerit, mox ideò spiritualis efficiatur: cum potius spiri-
tualia, quanquam meliora, nisi per ista, aut vix, aut nullatenus, vel acquirantur, vel obti-
neantur: sicut scripsum est: Non prius quòd spirituale, sed quòd animale, deinde quòd
spirituale: Sicut nec Iacob, nisi prius cognita Lia, desideratos Rachelis amplexus meruit
obtinere: Vnde rursus in Psalmo: Sumite Psalium & date tympanum: quod est dicere:
Sumite spiritualia, sed prius date corporalia. Optimus autem ille, qui discretè & cõgrue
hæc & illa operatur. Hactenus Bernardus. Multò autè Bernardû quoque; Beatus Ephrem:
Noli existimare in cingulo & veste longa vitam consistere perfectam, aut in eo salutem
esse positam quòd manus habeas mundas & eloquens sis, quòd scripturas interpreteris,
quod capite incedas raso, aut comam nutrias, in virtute in bonis operibus sita est. Hæc
autem dico, non vt habitui detrahatur: absit, sed vt ostendam habitui mores: & opera de-
bere congruere: habitus enim sine operibus nihil est, vbi eos corrigit qui cum viciòse vi-
uant, honores petunt.

Bernardus.

Luc. 17.

Rom. 14.

1. Cor. 4.

Mat. 23.

Gene. 25.

Gene. 3.

1. Reg. 14.

3. Reg. 17.

Gene. 18.

Exod. 29.

1. Cor. 12.

1. Cor. 15.

Gene. 29.

Psalm. 39.

Habitus sine o-
peribus nihil est.

Quid autem? An illi remissionem peccatorum, an iustificationem carnalibus escaurum
aut vestium obseruationibus tribuunt? Tantum ab eo absuit Bernardus, vt quæ foris siue
externè geruntur, his aliquid eiusmodi, tribuendum putauerit, vt de omnibus in genere
operibus diceret, quòd de ijs sæpè incerta, & ob hoc periculosa sententia fertur: cum mul-
toties minus iustitiæ habeant, qui magis operantur. Charitatem esse dicit, cui debentur
omnia: de qua exclamàs: O quanta est, inquit, fiducia charitatis. Alius operatur nõ amas,
& alius amat nihil operans: ille quidem suum opus perdit, illius verò charitas nunquam
excidit. Quamobrem cum idem dixit, veteres orthodoxos sequutus, ieiunio redimi
æterna supplicia, dum remittuntur hoc modò peccata: de eo ieiunio intellexit, quòd
ex charitate procederet, & non alium, quàm charitatis scopum sibi propositum haberet:
huic enim peccatorum remissio, non ei quòd externè sit tribuitur. Sicut etiam apud Lu-
cam legimus de Maria Magdalena, quæ cum stans retro secus pedes Christi, lachrymis ri-
gasset, capillis capitis sui terfisset, osculata fuisset, vnguento quæ pedes eius unxisset:

Luc. 7.

Maria Magda-
lene seruitus
quomodo Chris-
to gratia.

grata quidem Christo fuerunt hæc illius officia, quæ, quem erga Christum gerebat, amoris eius non obscuro quædam erant indicia: verum tamen cum ad Simonem, in cuius hæc domo gerebantur, dixisset: Quod remittuntur ei peccata multa: causam proferens, non ait: quia lachrymis rigauit pedes meos, quia capillis capitis sui terxit, quia osculata est, quia unguento unxit: sed remittuntur, inquit, ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Laudata est à Christo, inquit Bernardus, non quia unxit, sed quia amauit. Aded non quid fieret, sed quo affectu fieret, considerandum esse putauit. Charitatem, per quam fides operata est, non opera ipsa remuneratus est, cum ei remissionis tribuit peccatorum: quæ aliuam etiam, quam à charitate proficisci poterant. Ardor charitatis, rubiginem in ea peccatorum consumpsit. Siquidem vniuersa delicta multitudinemque peccatorum operit charitas. Hoc est quod historiam hanc recensens Paulinus quoque scribit, quod non tam pretio numerum, quam obsequij placuit affectu. Non enim unguentum in illa dominus, sed charitatem dilexit.

In prefatione intrat. de vita solit. ad fratres de Monte Dei. Prouer. 10. 1. Pet. 4. Epi. 4. ad Senec. ymn.

Chrom. in 6. ca. Math.

Leo serm. 2. de quadragesime ieiunij vetum.

Mat. 5. Idem ser. 4. de quadrages. Euseb. hom. 4. Ieiunium & vigiliis non prodesse, nisi mores corrigantur.

In oratione de pauperibus amandis.

Basil. ser. 1. de ieiunio.

Rom. 23.

Luc. 11. Eccl. 3.

Tobie. 12. Daniel. 4.

Quamobrem ut ceteræ omnes carnales obseruationes, sic ieiunium quoque medium quiddam est, cuius & si labor sit idem, non idem tamen fructus est, nec eadem retributio meritorum: quemadmodum à Chromatio memoriæ proditum legimus: Longè enim differt ille, inquit, qui propter Deum ieiunat, ab eo qui propter homines ieiunare proponit: quia huic pro mercede laboris compensatio fit laudis humane: illi pro deuotione humilitatis, meritum gloriæ in futuro seruatur. Hoc de oratione, hoc de eleëmofyna, hoc de ceteris omnibus, quæ sunt externè, dici potest: Siquidem omnis pulchritudo filiar regis intrinsecus: neque quid foris fiat, sed quid intus geratur, Deus attendit. Quamobrem sanctos alios patres sequutus, monet Leo, ut prompta deuotione & alaci fide suscipiamus solenne ieiunium, nõ in sterili inedia; quam plerunque & imbecillitas corporis & auaritiæ morbus inducit, sed in larga beneuolentia celebrandum: ut scilicet summa de illis, de quibus ipsa veritas dicit: Beati qui esurunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ac in alio sermone: Nõ in sola, inquit, abstinentia cibi stat nostri summa ieiunij, aut fructuosè corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obreccationibus lingua cohibeatur. Ad eundem modum Eusebius quoque; Emisissus ieiunare & vigilare, & mores non corrigere, sic est, quomodo si aliquis extra vineam aut circa vineam extirpet, & colat: vineam autem ipsam desertam atque in cultam relinquat, circa vineam ac tribulos germinet: quæ in insidente cultore, iucundissimos fructus ex se proferre potuisset. Agnoscite itaque charissimi, quod ad salutem perpetuam conquirendam abstinentia corporalis sola non sufficit, nisi animæ quoque ieiunium per abstinentiam virtutum fuerit sociatum. Quid enim iuuat, si quis ipsam sit corpore castus & mente pollutus? Quem malitia deprauat, quem furor iracundiæ facibus exagitat, quem superbia omni Dei gratia spoliat, quem mendacis vel maledicis lingua commaculat, nonne ipse se falsit? nonne ipse se irridet & decipit, si credat se solo ieiunio sanctificandum? Et idcirco dilectissimi, ita corpus exerceamus ieiunij, ut mentem purgemus à vitijis. Quid enim proderit, inquit Gregorius Nissenus, ore carnem non attingere, si maledicentia fratrem laceres? Quamnam erit utilitas, si dum tua non comedis, ea quæ pauperis sunt per iniuriam surripis? Quæ porro pietas ista, si aquam bibens struas fraudem, consuas dolos, & ex improbitate sanguinem sitias? Ac paucis interiectis: Quid confert ieiunium corporis, nisi mens pura mundaque; sit? Nihil enim profit currum validum ac strenuis quadrigis instructum esse, si auriga insanat. Hæc ille. Frater autem eius Basilus: Nec in sola ciborum abstinentia ieiunij bonum consistere putat: verum enim ieiunium est adimi crimine vacare. Et in ea quæ sequitur homilia: Non sufficit, inquit, per se abstinentia à cibis ad hoc vt laudabile sit ieiunium, sed ieiunemus ieiunium Deo acceptabile. Deo placens & verum ieiunium est, abstinere à malo, linguam continere, iram temperare à concupiscentijs, alienum esse à detractione, à periurio, à mendacio. Horum moderatio verum est ieiunium. Et Casarius: Noueritis fratres: Nihil prodest, si carnem nostram ieiunij, ac vigilijs assilimus, & mentem nostram nõ emendemus, aut quæ interiora sunt, nõ curemus. Quid enim prodest affectio corporalis, si linguam nequitijs & obreccationibus polluamus? Nonne omnes labores nostri ad nihilum rediguntur? Nonne omnes labores nostri velut fumus, & umbra euanescent, & velut stupæ fauilla in nihilum redigetur?

Neque tamen propterea non rectè dicitur ieiunio placari Deum, ieiunio tribui remissionem peccatorum, quod proposito magis tribuitur ieiunantis, quam ipsi ieiunio: Alio qui dicere liceret eadem ratione, quod nõ rectè dixerit Christus: Date eleëmofynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Non rectè dixisset scriptura: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmofyna resistit peccatis. Et rursum: Eleëmofyna à morte liberat. Et iterum: Peccata tua eleëmofyna redime: quando quidem non quod datur, sed animum dantis respicit

spicit & remunerat Deus. Neque sicut quidam somniat, cum hæc ita dicuntur, obscuratur lux doctrinæ de beneficijs Christi proprijs, & de fide, cum non de infidelium, sed de fidelium, omnem suam fiduciam in Christi cruce collocantium, ieiunij, eleëmofynis, orationibus loquamur: Quæ si per se sunt vtilia, fides, inquit Leo, ea efficit pretiosa, cum si fuerint ab infidelibus ministrata, etiam si fiat magno sumptu, omni tamen iustificatione sint vacua. Non ergo excluditur fides, non excluditur mortis & passionis Christi meritum. Neque ieiunium, orationem, eleëmofynam ita ad mundationem & remissionem sufficere putamus, vt non principaliter opus esse misericordia Dei, & sanguine Christi profiteamur, in quo peccatorum omnium redemptionem habemus, si modo dignos peccatorum. Verum isti non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmat, putant nos de infidelium operibus dicere, quibus certum est remissionem peccatorum non tribui. Tantum autem abest vt propria Christi beneficia per hanc doctrinam obscurentur, magis etiam vt illustrentur, Christi enim passionis & mortis beneficium est, vt ieiunia, vt orationes, vt eleëmofyna, vt reliqua id genus pia opera nostra Deo grata sint & accepta: Omne meritum quod illis tribuitur, ex Christi beneficio, ex Christi pendente merito: quod vbi fuerit sublatum, simul erit actionum nostrarum meritum omne sublatum. Mortem enim suam & crucem Christus non otiosis & nihil agentibus, sed ieiunantibus, sed orantibus, sed in omni pietatis genere nos exercentibus prodesse nobis voluit.

Leo ser. 6. de quadragesime.

Basil. in regalibus contr. reg. 27.

Quod verò negant isti cultus esse Dei, qui non sint à Deo mandati; & idololatriam esse, sine verbo cultum instituire, iam antea confutatum à nobis esse meminimus: quod Abel, Noë, Abraham & Iob, quamuis nullum ea de re Dei mandatum nuberent, tamen & altaribus ædificandis, & primogenitis, adipibus, holocaustis, alijsque sacrificijs offerendis pie Deum coluerunt. Ac vt nihil dicamus de ijs, de quibus scribit Paulus, quod circueunt in melotis, in pellibus caprinis, in solitu diuibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ, quos quamuis nullum haberint de hoc instituto viuendi Dei mandatum, nisi tamen fuisset illud Deo gratum, nequaquam Paulus ita descripsisset: vt silentio prætereamus Rechabitas quoque, quos non Dei immortalis, sed patris sui mortalis præcepto, cum ab alijs rebus nonnullis, tum à vino sic abstinuisset legimus, vt ne iussi quidem à Ieremia propheta, vt vinum gestarent, adduci potuerint: quos non modo commendandos hoc nomine, verum etiam remunerandos esse Deus putauit: vt de Nazareis quoque taceamus, qui cum nullo essent diuino mandato præ ceteris obligati, arctius tamen quoddam viuendi sunt institutum sectati, ac voluntario se voto obstringentes, Deoque consecrantes: à vino & omni quod inebriare potest, abstinebant: vt mittamus Eliam & Eliseum & ceteros prophetas, qui nullo Dei mandato obstricti, & coelibem vitam agebant, & vigilijs, ieiunij, laboribus, humi cubitionibus, ceteroque victu & habitu duriore præ ceteris corpus suum macerabat: quod nõ fecissent, nisi deo gratum existimasset. Quod speciale mandatum habuit Samuël, precibus Deum in Masphat placaturus, vt aqua effunderet in conspectu Dei, dieque illa cum Israelitis omnibus ieiunaret? Quod Dauid, vt septè dierum ieiunio & fletu in terra decubens, in cinere & cilicio se affligeret? Quod Ezechias, vt ad impetrandum Dei misericordiam, obfessus ab Assyrijs, vestimenta sua scinderet, saccoque operiretur? Quod Sara Raguelis filia, vt se triduo ieiunio affligeret? Quod fuit speciale mandatum de ieiunij, quibus affligebat se populus, cum Hierosolymis Nabuchodonosor excidium per Holophernem minaretur? deique eo, vt sacerdotes cilicij induerentur, & cinere caput aspergerent? Sed quorsum attingeret enumerando singulos recensere, Iudith, Hester, Daniele, Niniuitas, Machabæos, & complures alios, qui quoties offensum suis aut populi peccatis, Deum propitium reddere cupiebant, ad orationes, ad ieiunia, ad cineres & cilicia confugiebant. Et tamen in exterioribus & corporalibus his, quod antea quoque commemorauimus, proprium esse Dei cultum, nemo fuit etiam ex monachis qui diceret: Sed sunt hæc indicia mentis à peccatis auersæ, derelictantis ea, de quæ commisit illis vltionem sumentis, singularemque dolorem declarantis, simul ad Deum iuxta prophetæ vocem conuersæ dicentis: Conuertimini ad me in ieiunio & fletu & planctu: qua mente sic ad Deum per amorem conuersa, proprie Deum colitur: Quæ verò sūt externæ, signa tantum quædam sunt & indicia cultus interioris. Atque ideo haud scio an quisquam vnquam monachorum dixerit, ieiunium esse cultus Dei: cui tribus ex causis ieiunari, memoriæ prodiderint: vel ad concupiscentias carnis reprimentas, sicut à Paulo dictum legimus, in ieiunij, in castitate, quod per ieiunia castitas conseruatur, vel ad mentem liberius ad sublimiorum contemplationem eleuandam, sicut danielem legimus post ieiunium trium hebdomadarum, à Deo reuelationem accepisse: vel ad satisfaciendum pro peccatis, quemadmodum per Iohannem ad monet dominus, vt

Heb. 11.

Rechabites obediunt præcepto patris. Iere. 35.

Num. 6. Nazarei.

1. Reg. 7.

2. Reg. 12.

Esa. 38.

Tob. 3.

Iudith. 4. Hester. 1. 4. Daniel. 10. Iona. 3.

2. Mach. 13.

Ioel. 2.

Ieiunandi causa tres.

2. Cor. 6. Daniel. 19.

conuertamur in ieiunio ad se &c. Quamobrem non modò ieiunio vel ab ipsis etiam scholasticis doctoribus aliquid eiusmodi tributum non est, sed nec ipsa quidem adoratio, nec oblatio, nec oratio, vocis que prolatio, nec frontis vultus que demissio, ceruicisque flexus, vera est ab illis Dei seruitus existimata, quòd hæc omnia contraria animi voluntate ad simulationem fallaciam que conuerti possunt: sola credita esse voluntas, quæ si totam se Deo dedisset, verus illi cultus vera que seruitus per hæc etiam externa præstaretur. Itaque pertinere magis ad Dei cultum ieiunium videtur, quàm quòd ipse Dei cultus esse putetur.

Ieiunium in scripturis literis præcipitur.
Ier. 2.
Rom. 13.
Matt. 6.

Neque tamen est interea ieiunium, de quibus nullum expressum mandatum haberi, verè dici queat. Nam & in prophetis & Apostolicis, & in Euangelicis literis præceptum esse legitur. Siquidem & Iohel, vt ieiunemus monet: & Paulus cum à comestationibus & ebrietatibus dehortatur, quid aliud quàm ad ieiunium inuitat? Christus autem ieiunandi modum etiam præscribit, ac sicut orationem & eleemosynam, ita ieiunium appellatione iustitiæ dignatur. Quòd si rectè iustitia Deus coli dicitur, quandoquidem iustitiæ nomen ieiunio Christus tribuit, non rectè ieiunium ad cultum Dei pertinere negatur.

Ieiunij præceptum generale.

Verùm offendit istos necessitatis opinio, quòd que non mitis aliqua & moderata poena adiecta est, vt providentia pastorum, aut indulgentia lenitate que patentum agi nobiscum videatur, sed perinde ac si iactura nostrarum animarum parui momenti sit, poena peccati capitalis, & ademptionis regni cœlestis, qui contrauenit, punitur, dum ira Dei æternæ reus pronunciat. Nos verò quæ fuerit patrum hæc de re sententia videamus. Constat duriores hæc in parte Græcos quàm Latinos fuisse, neque id hæc nostra modò, vel proxima superiori ætate, verum etiam ante mille ducentos & amplius annos. Primum enim illi neminem prorsus mortali ab obseruatione ieiunij volebant exceptum: quòd illa Basilij verba testantur dicentis: Nemo ieiunantium numero sese subducatur, in quo & generationes cunctæ, sexus omnis, ætas, ordo includuntur. Angeli per singulas sunt Ecclesias, eos qui ieiunant describentes. Vnde quæso ne ob breuem ciborum delectationem plectaris: neue te reum & desertorem acie angelo describitur constituas: Minus sanè periculum fuerit aliquem in acie scutum projicere, quàm arma ieiunij detrectare. Deinde quàm graue periculum esse putauerint ieiunium violare, cum ex illis Basilij verbis, tum ex ijs, quæ paulò antè pròduximus, Antiochenorum & Constantinopolitanorum exemplis, facile cuius liquere potest, qui nunquam extrema quæque perferre parati prius fuissent, quàm vt cibos ieiunij lege prohibitos gustarent, nisi gustatis illis multo se grauioribus affectos iri supplicij persuasum habuissent.

Basilij ser. 2. de ieiunij præcepto dicitur.

A ieiunio exempti.

Cæterum Latini, maxime verò qui proximis superioribus sæculis vixerunt, minus hæc in parte seueri valde que moderati fuisse videntur. Siquidem hi non omnem ætatem nec mortales omnes ieiuniorum legibus teneri voluerunt: excipiebant enim pueros, vel quòd indigent alimento multo propter caloris vim, quo facile cibus omnis consumitur, humoris verò tenuitatem: vel quòd natura essent imbecilliores, quàm vt longioris temporis inedia ferre possint: ita vt cibo cebrus refici necesse haberent, qui non hoc tantum in illis operatur, vt nutriat, verum etiam vt augmentum præstet. Quamobrem

Pueri.

Atque ieiunando obnoxia.

quandiu eo statu sunt vt crescant, quòd fieri creditur vsq; ad finem tertij septennij, non fuit visum eos ieiuniorum legibus alligare: etiam si conducere creditum est, vt intra hanc quoque ætatem, si non omnibus, certis tamen quadragesimæ diebus, quo ad vires cuiusque ferre non possent, in ieiunio & abstinentia exercerentur. Idem cauerit de prægnantibus mulieribus, quæ cum cibo refici necesse habeant, non tamen, verum & foetus nutriendi causa, existimatum est ad hoc duplex alimenti genus minime sufficere, si semel in die cibum sumpserint. Deinde verò sæpè inordinato, quodam desiderio, quòd iam nunc illud cibi genus appetunt, atque id tam ardentem, vt nisi desiderio suo satisfecerint de foetu periclitari videantur. Itaque nullum est illis ciborum genus interdictum: atque adeò ieiuniorum legibus non tenentur, vt etiam peccare grauius credantur, si nimis eas arctè obseruantes, de salute foetus quem in vtero gestant, minus fuerint solliciti. Aegri quoque sunt ad eundem modum legibus ieiuniorum soluti, non quòd non plurimum prosit abstinentia his qui morbo aliquo constanter, sed quòd eorum valetudini magis expedit, vt bis aut ter modico cibo, quàm semel tantum in die vtantur in modico. Eadem habita est sententia quoque ratio, quando senectus & ipsa morbus est, quam cum naturalis calor plerumque deficiat, ad eum fouendum senes cibi frequentioris indigent. Sed & qui mendicant victum ostiati eodem numero sunt habiti, qui nõ quando & quantum velint, sed cum illis cibus à locupletioribus fuerit suppeditatus, corpus eo reficere coguntur. Neque dissimilis visa est esse peregrè proficiscentium ratio, qui cum non sem-

Aegri.

Senes.

Pauperes.

Peregrini.

per eo tempore quo vellent in locum destinatum peruenire queant, ieiunij tempus minime tenentur obseruare: quin & oblati quandoque cibis vt coguntur, siquidem eorum quos effusales dies requirunt, potestas non datur. Idem existimatum est de ijs, qui grauius premuntur laboribus, quos vt sustinere facilius possent, quo minus bis in die cibum sumerent, nulla visum est lege prohiberi. Quamuis non alij nunc esse videantur, qui que sunt ab Ecclesia indicta ieiunia, diligentius obseruent, quàm illi, quorum grauius laboribus sit, vt famas à cæteris mortalibus propellantur.

Laboribus præcipitur.
Agricolæ
pietas maior
quàm ocioforis

Hinc videre licet, quàm clementer cum suis liberis egerit occidentalis Ecclesia, quæ materna quadam pietate, ætati cuiusque, valetudini, conditioni, & cuiusque tandem necessitati diligenter prouideri curauit: atque id quidem non tã præcis illis sæculis, quibus maiorem in hominibus duriciem & asperitatem fuisse constat, verum trecentis his annis quibus rerum nouandarum studiosi nimis duris legibus adstrictos homines fuisse queruntur. Legat qui volet Vincentium Beluacensem, & qui sequuti sunt eum, Thomam Aquinatem, Raynerium, Hugonem de Prato, Alexandrum de Ales, & complures alios (quis enim hæc monachorum non tractauit?) ita rem habere comperiet. Quin & illud apud eosdem inueniet: nunquam eorum fuisse sententiam, vt statim reus æternæ mortis pronunciaretur, si quis indictum ab ecclesia ieiunium violasset. Sed ipsos potius ea de re differentes audiamus. Visum est autem eius verba potissimum adscribere, qui cæteros ætate præcessit Vincentij Beluacensis, qui fuit Monachus ordinis Predicatorum. Docet is, quatenus institutum est ab Ecclesia ieiunium, esse de iure positum: quo iure prohibentur, vel præcipiuntur illa, quæ possunt alia vel bene, vel malè fieri: Et idè, inquit, legislatoris intentio nõ est, vel esse non debet, in condendo ius aliquod positum, obligare homines ad illius iuris obseruantiam, habentes causam legitimam & rationabilem non obseruandi. Præcepta enim quæ per modum statuti communis proponuntur, non eodem modo omnes obligant, sed secundum quod requiritur ad finem, quem legislator intendit: cuius auctoritatem si quis transgrediendo statutum contemnat, vel hoc modo transgrediatur, quòd impediatur finis quem legislator intendit, talis transgressor peccat mortaliter. Si autem ex aliqua rationabili causa, quis præceptum non seruat, præcipue in casu, in quo si legislator adesset, non decerneret esse seruandum, talis transgressio non constituit mortale peccatum. Quæ totidem verbis repetit in summa sua Thomas Aquinas: cuius etiam alio loco verba hæc sunt: Præcepta iuris positiui magis obligant ex intentione legislatoris, quàm ex ipsis verbis: & idè transgressor talis præcepti magis est reputandus, qui obuiat intentioni legislatoris, quàm qui deuiat in aliquo à legis ordinatione, secundum textum verborum. Intentioni autem legislatoris obuiat, qui ex contemptu vel sine aliqua rationabili causa ordinationem non seruat: Qui verò in casu, in quo probabiliter credi posset, si legislator adesset, quòd eum obligare nõ veller, à verbis legis deuiat, intentioni legislatoris non obuiat: nec reputandus est statuti transgressor. Et idè non est necessarium, quòd quicumque diem aliquem ab Ecclesia statutum ieiunare omittit, mortaliter peccet: potest enim hoc aliquando omnino sine peccato contingere, aliquando sine mortali cum veniali, aliquando etiam cum mortali: & hoc secundum diuersas occasiones, quibus homo inducitur ad ieiunium frangendum. In eandem sententiam & Abbas Panormitanus, & alij plerique scripserunt.

Rayn. in Pat. theol. cap. 2. ubi tractat de ieiunio.
Hugo de tempore hyemali.
serm. 33.
Alex. Pat. 4. quest. 102.
Vinc. sæculi mo. val. parte. 10. dist. 26.

Ex quibus colligere licet, quòd non aliud in Ecclesia proximis superioribus sæculis etiam monachi docuerunt, quàm quòd magister Ecclesiæ Christus ipse docuit, cum dixit: Non quòd intrat in os, coinquinat hominem, sed quòd procedit ex ore, coinquinat hominem: quia omne quòd intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur: quæ autem procedunt ex ore, de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c. An non, alij quidem verbis, hoc ipsum tamen dicere videntur, qui negant eum peccare, qui quoquo modo diem ab Ecclesia institutum ieiunare omittat, sed eum tandè capitalis criminis reum esse docet, qui contempit id faciat. Quod enim aliud hi dicere putadi sunt, quàm nõ coinquinat te cibus qui intrat per os, sed quòd procedit ex ore, quòd exit de corde tuo, cogitatio mala, arrogatia tua, qua te solli sapere, cæteros omnes... sperere persuasum habes: contemptus iste tuus, quo fit, vt auctoritatem Ecclesiæ, vt præcepta maiorum tuorum, quæ tanquam leges Apostolicas obseruari iubet Hieronymus, pro nihilo ducas: ea demum sunt quæ coinquinant te. Quamobrem sicut Adam non cibus, sed prohibitus cibus perdidit: sicut Esau nepotem sancti Abraham, non esca, sed vsque ad contemptum sacramenti quòd in primatu suo habuit concupit esca dampnauit: Sicut non caro, quam sumis, sed Apostolicarum traditionum contemptus condemnat. Sic apud Abdiam quoque dixisse Matthæus Apostolus legitur. Neque verò manducare crimen est, sed incongruè manducare peccatum est & crimen. Denique si aliquis

Tho. 2. q. 147. ad tertium in 4. sent. dist. 15. quest. 3. art. 1.

Abb. super 2. decretal. de obseru. ieiunij. Et Gabriel Biel in 4. sent. dist. 16. quest. 3. Maius. 15.

Hier. in epi. ad Lucinim. Gen. 3. Gen. 25.

Li. 7. de vitis Apostol.

que conspicuus in medium prodiret, nonne pro infano haberetur? Vir bonus & doctus Sydonius Aruernus Episcopus, quorūdam sui temporis vitia perstringens inter alia sic in eos inuehitur: Procedunt, inquit, albat ad exequias, pullati ad nuptias. Atqui non difsimiles huic sunt, qui cum videant vniuersam Ecclesiam externo quodam abstinentiæ signo mororem suum & dolorem iudicare, quem de Christi cruciatibus, quibus peccata sua, causam dedisse intelligunt, conceperunt, eo ipso die, quo id tanto consensu fieri certant ab omnibus, sibi crapula indulgendum, latitiamque præ ferendam esse putant. Gaudete cum gaudentibus, flere cum flentibus, dicit per Paulum Dei spiritus. Vides homines diem hilarem sumentes in memoriam Christi resurgentis, gaude cum illis. Vides mortitiam præ ferentes in memoriam eiusdem passī, crucifixi, & mortui: quod omnes facere cernis amore Christi, fac & ipse: neque velis cum vniuerso non congruere. Quamobrem pro paterna sollicitudine nostra, qua liberorum nostrorum salutē prospexit ex animo cupimus, hortamur omnes & obtestamur, vt modis omnibus eorū consuetudinem desingant, quos non aliam ob causam, vel quadragesimæ diebus, vel sextis feriis, alijsue temporibus, quibus per vniuersam Ecclesiam abstinetur, carnibus vescentes videre licet, quàm vt hoc signo se nihil habere cum catholica commune plantum omnibus faciant, vt eos fugiant tanquàm viperas & basiliscos: ac certò persuasum habeant, qui cum vniuerso per contemptum non congruunt, & indicta ab Ecclesia ieiunia violant, eos reos esse mortis aternæ & ad Satanæ Synagogam, non ad Ecclesiam Christi peruenire.

Rom. 12.

Relinare qui nō potest, quid facere debeat.

Aug. ser. 62. de tempore.

Aug. ibidem. Chry. hom. 10. in Genes.

Esaj. hom. 18.

Eccl. 37.

Abstinentiam verjanitatis.

Psalm. 89.

Num. 11.

Psalm. 77.

Si quis autem aliqua ex causa earum quas paulò antè commemorauimus, ieiunium non obseruauerit: maximè verò si morbus quominus ieiunet in causa sit: quandoquidem dominum habemus mansuetum & misericordem, & nihil super vires nostras à nobis exigentem: non est quòd se propterea criminis alicuius affinem esse putet, modò id de vtriusque medici consilio faciat. Deindè verò seruet illud, quod in sermone quodam Augustino inscripto legitur. Cùm Cæsarij Petrus esse videatur, apud quem id verbum reperitur. Qui ieiunare non præualeat, secretis sibi soli: aut si est alius infirmus cum ipso, in domo sua præparet quod accipiat, & eos qui ieiunare præualeant, ad prandiū non inuitet: quia si hoc fecerit, non solum Deus, sed etiam homines possunt intelligere illum non pro infirmitate non posse, sed pro gula ieiunare non velle. Sufficiat illi quòd ipse ieiunare non præualeat, & magis cum gemitu & suspirio & animi dolore manducet, pro eo quòd alijs ieiunantibus ille abstinere non potest: Ac iuxta eiusdem Augustini & Chrysoctomi consilium: Qui ieiunare non valet, largiorem de eleëmolyam, feruentior sit in precibus, maiorem habeat alacritatem in audiendis diuinis eloquijs, in quibus corporis infirmitas nihil obstrare potest: inimicis reconcilietur, omne odium & vindictæ cupiditatem ex animo effuget. Quem securus Cæsarius: Pro eo quod non potest ieiunare infirmus, amplius debet erogare pauperibus, vt peccata, quæ non potest ieiunando curare, possit eleëmolyas dando redimere.

Quamquam quòd ad valetudinis tuendæ rationem attinet, verissimum est illud quod à Sapiente scriptum est: Propter crapulam multi perierunt, qui autem abstinentes est, adiciet vitam. Hinc est quòd medici quoque matrem fanitatis vocant abstinentiam. Nam vnde pedum dolor? vnde vertigo capitis? vnde subitanea mortes? vnde ceteri morbi plerique contrahuntur, nisi ex crapula? In paradiso non erat vinum, neque carniū esus, ac nec extra paradysum quidem ad ipsa vsque diluuij tempora: nihilominus ad mille propemodum annos hominum vita producebatur: vt qui septingentos aut octingentos annos vixisset, immatura morte decessisse videretur: Posteaquàm verò carniū vesci, vinumque bibere mortales cœperunt, facti sunt dies annorum nostrorum septuaginta anni: Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor. Aegrè nunc ad tot annorum denarios peruenitur, quor centarijs vixisse legimus, qui carniū vesci in Aegyptum reuersi sunt, à terra promissionis eos Deus exclusit. Petierunt carnes: dedit illis Dominus carnes. Quid autem dicit scriptura? Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis, vocatusque est ille locus sepulchra concupiscentiar: ibi enim sepeliuerunt populum qui desiderauerat carnes. Neque verò tunc solum id ita factum esse legimus. Vidimus etiam nos qui præter necessitatem in quadragesima carniū vesciebantur, eos quoniam compati cum Christo noluerunt, ad resurrectionis eiusdem gaudia non peruenisse, mortemque prius cum vita commutasse, quàm lætus ille pas-

chatie

schatis dies illuxisset. Confert verò de Danièle, deque Anania, Azaria, Mizaèle diuina Danielis. refert historia, quòd cum curæ cuiusdam traditi fuissent, vt eos delicatioribus cibis, qui superfuissent de mensa regia, pasceret, vtrò petierunt, vt in suos vsus quæ mitterentur, à rege conuenteret, ipsos leguminibus tantum & palmulis aleret, ac si quid aliud præterea dare vellet inanime, nã se fastiditis illius, cibos appetere tales. Cumque præfectus eorum, cupere se quidem illis gratificari, dixisset, sed metuere ne si rex deprehendisset maciem, corporibus eorum extenuatis decoreque; vultus immutato, præcipue si collari cum his essent, qui delicatioribus epulis alerentur, in capitis discrimen veniret. Daniel simul vt in eo quod peteret concedendo minus eum foret difficilem animaduertit: fac, inquit, periculum: ac re ipsa comperit, non modò nihil eos maciei contraxisse pulmentorum est, verum etiam habitiores multo factos & nitidiores his, qui delicatioribus carnibus de mensa regia missis vesciebantur. Sed quid opus est Danièlem, tresue pueros illos commemorare? Videre nunc quoque licet, ex his præcipue qui monasticam vitam agunt, plerosque, cum non tantum quadragesimæ diebus, verum etiam per omne vitæ suæ tempus à carnibus abstinerint, habitiores multo nitidioresque, quàm qui perpetuò carniū esu, vinoque venas distenderunt. Quamobrem & prius illos monachos recentere superuacaneum ducimus, qui cum admirabili quadam fuissent abstinentia, vt alij ne panem quidem totis annis octoginta gustauerint, alij septem integros dies ieiunando continuauerint, & fuerit eorum ingens multitudo, omnes ferè fuisse longæuos, ac ceteros in seculo degentes etate longè superasse in Ecclesiastica sua historia narrat Theodoretus. Et in Theophilo: Similiter & Palladius in sua Lausaca.

Theod. l. 6. c. 38

Quorsum autem attinet externa proferre, cum eius rei domestica multa producere liceat exempla? Quàm religiosè nostri maiores indicta ab Ecclesia ieiunia obseruauerint, ex ijs qui paululum ætare processerunt, quæ sanctæ illius antiquitatis adhuc reliquias vident, ignorat nemo. Atqui multò fuit eorum vita productior, multò valerudior robustior, quàm sit istorum, qui diabolica fraude decepti, nisi carnibus in quadragesima vescantur, ad Paschaliū festiūm gaudia se pertingere non posse persuasum habent: plus in carniū esu, quàm in Deo, qui solus seruare potest, fiducia collocantes, Qui primus ex charissima Jagellonum familia regnauit in Polonia regis huius nostri proauus VVladislaus, cum annis propè quinquaginta regni gubernacula tenuisset, paulò minus quàm centum annos vixisse memoratur. Atqui tanta regem hunc abstinentia fuisse nostris proditum est annalibus, vt aquæ solius potu contentus, nec viuum, nec ficeram per omnem vitæ suæ tempus gustauerit vnquam. Sextis verò feriis omnibus pane solo contentus fuerit. Tantum abest, vt is, quæ sunt Ecclesiæ consuetudine recepta ieiunia violauerit, duriores vt ipse sibi ieiunadi leges vtrò, quàm quæ præscriptæ sunt imposuerit. Cuius exemplo filius Cazimirus, nostri regis auus, nihil præter aquam bibebat. Qui cum & ipse non minus quàm pater VVladislaus in obseruadis Ecclesiæ ieiunijs religiosus fuisset, quamuis annos paternos non attigerit, non ita longo tamen ab illis abfuit intervallo: cum ad regni gubernacula per annos quadraginta sederit. Porro Cazimiri filius, pater Sigismundi primi & cognominis huius, qui nunc habenas regni moderatur, vir cum alijs virtutibus cumprimis illustis, tum insigni pietate magnoque animi robore, & in prisca religione, fideque catholica ruenda & conseruanda constantia singulari præditus: num & ipse non admirabili quadà fuit abstinentia? quem patris aique exemplo, nihil præter aquam potasse totis annis quadraginta, ac vix tadem affinis sui Friderici Marchionis Brãdenburgensis, medicorumque consilij adductum scimus, vt suæ valetudinis tuendæ causâ prandij saltem & cenæ tempore, vino modico, vteretur. Is verò quadragesimâ cæteraque ab Ecclesia indicta ieiunia, præter ea, quæ sibi ipse imperauerat, tam sanctè obseruabat, vt priusquam ad ætatem decrepita venisset, ne medicis quidem vt obtemperaret persuaderi sibi facili passus fuerit, si quando quibus ieiunatur diebus, aut carnibus, aut ouis eum vesci iuberent: quòd solius Dei benignitate, si visum hoc illi fuisset, absque carnibus etiam, se pristinam incolumitatem recuperare posse confidebat. Quid autem? nunquid hæc eum sefellit fiducia? nunquid per hanc tam arctam ieiuniorum obseruationem, vel de corporis robore, vel de vultus decore, vel de vitæ curriculo detractum fuit aliquid & diminutum? Ad eò nihil eorum factum est, vt illud potius acciderit, quod de Danièle, deque tribus pueris paulò antè commemorauimus, quantum maior fuit regis abstinentia, tantò & facies augustinior nitidiorque, & membra corporis robustiora; & ætas fuit proestior: Regnauit annis propè quadraginta duobus, vixit ferè bis toridem: tot

Jagellonū regē Poloniæ pietatis & abstinentiæ, VVladislaus.

Cazimiri.

Sigismundi primi

victrij clarus, tot rebus à se domi forisque feliciter gestis illustri, vt earum laude vix vli maiorum suorum, Poloniae regum fuerit secundus. Hec nos non alie petita, sed eorum tantum regum exempla, quorum stirpis adhuc superest, produximus: vt planum omnibus fieret, magis adeo ad augendum robur corporis, vitamque longius producendam, eorum quae indicta sunt ab Ecclesia ieiuniorum obseruationem facere, quam vt aliquid adferre detrimenti valetudini videantur. Neque verò id non iuxta promissionem Dei dicentis: Honora patrem tuam & matrem tuam, vt sis longæuus super terram. Nam sicut in explicacione Decalogi docere nos meminimus, patris & matris nomine non ij solum accipiendi sunt, ex quibus prognati secundum carnem sumus, verum etiam cum alij qui præsunt, tum hi præcipue, de quibus Paulus admonet, dicens: Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi. Quisquis igitur debitum eis honorem non præstat, quisquis eorum dictis audiens non est, quisquis in eorum contemptum vel ieiunia, vel quæcunque tandem alia sunt, admirabili quodam totius Ecclesiae præpositorum consensu constituta, sub vno traditionum humanarum nomine, reiicienda putat, ad eum hæc promissio non pertinet, quæ solis illis rectè facta creditur, qui patrem & matrem honorant, qui Deo patri & Ecclesiae matri dicto se filios præstant audientes: quales fuerunt hi, quos iam commemorauimus, pietissimi reges nostri: & qui ante eos regni gubernacula tenuerunt: Qualem etiam esse videmus ex illis prognatum Regem nostrum, Sigismundum Augustum, qui nihil à maiorum suorum pietate deflexit. Qui cum honoret patrem suum, honoret matrem suam, sequæ Dei patris & Ecclesiae matris filium adeo præset obsequentem, vt nullis persuasiõibus adduci se passus fuerit, quo vel interdicto carniũ esu, præter necessitatem, sanctæ quadragesimæ diebus vteretur, vel à quibuscunque tandem alijs Ecclesie matris nostræ placitis discederet, ad eum quoque pertinere promissionem hanc minimè dubitamus, quod erit longæuus super terram, neque minus quam pater eius vitam aget felicem ac diuturnam. Quam spem nostram vt ratam Deus esse velit, pro sui nominis gloria, proque regni totius & Ecclesiae tranquillitate sedulo precamur. Quominus ferendi sunt, qui ne tam pij quidem regis exemplo mouentur, vt sanctis maiorum suorum vestigijs incedant, nec ea sibi contemnenda putent, quæ summa ratione sunt ab illis instituta: quorum etiam si causas ignorarent, tantam tamen apud filios Ecclesiae matris auctoritatem esse oportebat, vt semper decretis illius obediendum, non semper eorum quæ decreuisset, rationem esse flagitandam existimarent.

Verum de corrupta Ecclesiae disciplina, deque sublata profus omni per audaces & sibi placentes homines obedientia queri, non est præsentis instituti: eo vnde deflexit oratio nostra reuertatur. Illud nobis demonstrare propositum fuerat, qui matris Ecclesiae decretis obtemperantes iuxta rationem ab illa institutam, vel quadragesimæ, vel quibuscunque tandem statis alijs diebus ieiunassent, vel quadragesimæ, vel quibuscunque tandem alijs diebus ieiunassent, eos non modò nihil incommodè valetudinis ex eo contraxisse, verum etiam robustiores factos, in multò longiorem ætatem vitam suam produxisse, quam quanta sit eorum ætas, qui quamlibet leuis tentatiuncula fuerit, non alia ratione, quam carnibus ieiuniorum diebus edendis, illi se mederi posse persuasum habent. Ac non protulimus nos quidem exempla nisi regum, idque eorum tantum, qui sunt ex sagellorum familia prognati, cuius adhuc stirps superest, ac regno feliciter præset. Quod si priuatorum, aut aliorum inferioris status exempla producenda parassemus, finis reperiri potuisset nullus. Vnum tamen commemorabimus. In oppido Srensko, quod viri fuit insigni pietate præditi, Felicis à Srensko Palatini & præfecti Plocensis, qui non ita pridem in Christo obdormiuit, vita longiore dignus, cum catholice & orthodoxe fidei cum primis tenax fuerit: in hoc igitur oppido, memorabili quodam opere sepulchrum constructum videri licet, quod is auo suo paterno posuit: testatur hunc in scripto sepulchri centum quadragesima annos vixisse: Quem Ecclesiae ieiunia religiose obseruasse, nec ea carniũ esu contaminasse dubium esse debet nemini, cum non minor hac in parte maiorũ nostrorum religio fuerit, quam vel Antiochenorum, de quibus meminuit Ioannes Chrysostomus, cum esset apud eos presbyter, vel regnante Iustiniano Imperatore Constantinopolitano. Id quod vel ex eo, quod nostra factum est memoria, colligere licet. Cum enim ante annos plus minus quadragesima Erasmus Vitellius Plocensis Episcopus ex vrbe rediens diploma pontificum attulisset, quo liberè omnibus potestas permittebatur ferijs quartis carniũ vescendi, non est quisquam in toto Polonia regno repertus, qui concessa sibi potestate hac vti vellet. Tanta fuit etiam nostræ ætatis hominum grauitas, tanta constantia, tanta religio in ijs mordicus retinendis, quæ à maioribus nostris nobis per manus tradita accepimus. Sed hæc ista de re iã dicta sufficiant: Satis enim ex ijs demon-

Exod. 20. Patres spirituales.

Heb. 13.

Significandi An guli pietate.

Felix Srenscius Palat.

Polonorum religio. Erasmus Ciole.

strasse videmur, quod ad valetudinis tuendæ rationem attinet, prodesse magis ad eam rem certis temporibus carni abstinendam, quam obesse.

Cæterum demus illud, si quis à carnibus per quadragesimam abstineat, de corporis viribus non nihil detrahi. Verum si Plato, cum non esset nescius, quam grauem aduersarium carnem nostram habeamus, Academiam Athenis in loco pestilenti elegit, vt nimiam corporis ferocitatem velut vitæ palmite luxuriantem amputaret. Si fecit hoc ille, quò libentius ei sapientia vacare liceret, quæ stultitia est apud Deum: quanto magis facendum nobis est, vt eo præsertim anni tempore, quo plus in carne nostra ferocitatis esse consuevit, (cuiusmodi verum esse tempus creditur) non eis qui sunt saluberrimi, quiq; maximè nutriunt, cibus vtamur: quo caro nostra facilius in officio contineri, neque spiritum impedire queat, quo minus, quæ sola est vera Philosophia, diuinis beneficij contemplandis vacare totus possit. Testantur autem hoc etiam ipsi medicorum libri, bonam valetudinem quæ in summo est, fallacem & periculosam esse, quod summis negatum est stare diu: vt qui in offenso valetudinis suæ cursu ad virilem ætatem peruenerunt, eos posteaquam aliquo non grauisimo morbo correpti fuerint, in extremum vitæ discrimen adductos, videre sapè licuerit nisi difficulter ex eo recreatos. Cui periculo minus obnoxij videntur, qui subinde cum leuioribus morbis cõflictantur: vt nõ omninò nolle debeamus, interpolata potius morbis, quàm perpetua quadam incolumitate frui: quod hæc plerumque non solet esse diuturna. Sunt itaque longioris æui, quibus athletica illa valetudo perpetua non est. Quanquam Christianum hominem corporis quam minimam habere rationem oportet, cum quod illius incolumitati detrahitur, animi sanitatem pensetur. Cum enim qui foris est, noster homo corruptur, is qui intus est, sicut à Paulo scriptum legimus, renouatur de die in diem. Eum qui foris est hominem, corpus nostrum: eum, qui intus est, animum Paulus intelligi vult: vt quantum illi detractum fuerit, tantu huc virium accedat. Quid autem aliud est corpus nostru, quàm carcer noster: de quo educi animam suam Propheta petit? Quantò laurioribus & delicatioribus cibus curatũ & saginatum à nobis corpus fuerit, tantò durior nobis carcerem præparamus. Non sunt igitur omnia corpori tribuenda, non est nimis delicatè fouendus hostis noster domesticus, quo vix vllus vel periculosior, vel nobis est infestior. Quin castigandum illud potius, & in seruitutem redigendum est: quemadmodum factitasse Paulum scimus, quominus rebellare spiritui queat. Verum hæc de ieiunijs, deque cæremonijs dicta sufficiant. Quoniam verò sub vno traditionum humanarum nomine omnia hæc externa contemni, & pro nihilo duci hoc infelici auo nostro videmus, operæ pretiũ esse duximus, vt quid sentiendũ de illis sit, breuibus explicemus.

Platonis consiliũ in eligendo loco.

Academia in salubri.

1. Cor. 11.

2. Cor. 4.

Psal. 14.

1. Cor. 9.

De traditionibus humanis. CAPVT XCII.

Si temporis statum deplorans magnus ille Basilius: Vnum, inquit, iam crimen est, quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter obseruet. Non impugnamur propter pecunias, non propter gloriae splendorem, non propter aliud aliquid rerum temporalium: sed propter communem thesaurum, propter hæreditatem paternam, propter sanam fidem, in acie ac certamine stamus. Domus precationum clausæ sunt, altaria cultu spiritali vacant: nulli amplius Christianorum ceteris: nulla amplius doctorum præsentia: cessarunt doctrinæ salubres, cessarunt panegyres: hymnodia nocturnæ non habentur, neque superest beata illa exultatio, qua domino commendatum animæ in synaxi & communione spiritalium charismatum exhiberantur. Nobis iam dicere licet, quod in hoc tempore non sit neque princeps, neque Propheta, neque præses, neque oblatio, neque incensum, neque locus, in quo coram domino possit offerri sacrificium & misericordia acquiri. Quæ sint autem ex eo confestim in ea quæ proxime præcedit epistola, narrat idem dicens: Interea ridet nos infideles, nutant qui modicæ sunt fidei, fides ipsa in ambiguum vocatur, ignorantia menti bus offuscatur: propterea quod formã ad speciem veritatis prætexit, qui versutè sermonè adulterat. Silere enim pie docentiu ora, resoluta verò est quauis blasphemia lingua, prophana sunt sacra, domos orationũ fugiunt, vtpotè in quibus impia docetur. In solitudine verò degentes, manus suas ad dominũ de cœlis cõ gemitibus & lachrymis extollunt. Ac rursus in alia epistola: Spreta sunt patrũ decreta, traditiões apostolicæ nihili sunt, recetiorũ hominũ adinventiones ad gubernandas Ecclesias vsurpantur: ex artificio deniq; iã loquuntur homines non theologice: Sapientia mundi primas obtinet, neglecta crucis gloria: pelluntur pastores, subintroducuntur in eorum locum lupi graues, gregem Christi discerpentes: ædes oratorie concionibus Ecclesiasticis destituta, solitudines deserunt.

Status religionis tempore Basili in epi. 17.

Osee. 3.

Basili. epi. 1. 6.

sunt plangentibus: seniores lamentantur, vetera praesentibus conferentes: iuniores hoc sunt miserabiliores, quod quibus bonis priuati sunt, ignorant.

Haec sunt & alia pleraque, quae scribens ad suos in Italia & Gallia comministros, grauiter deplorat Basilius. Ceterum si miser tunc fuit & calamitosus Ecclesiae status, non minus certe nunc infelix est & calamitosus: neque magis illis, quam nostris temporibus his haec Basilij deploratio conuenire videtur. Graue piaculum visum est Basilio, quod clausa tum suere domus orationum: nunc partim priuatorum domicilia factas, partim in horrea & equorum stabula commutatas, partim prorsus euerfas: & quod horrendum est dictu, vix etiam apud posteros credibile futurum, cruce, in quam furti aut alicuius sceleris alterius condemnati aguntur, in eo ipso loco videre licuit collocatam, vbi crucis, qua redempti sumus, & mortis Christi iugis representatio recordatioq; fiebat. Altaria tum spiritali cultu vacabant: nunc diruta sunt & contraeta: vt in plerisque locis ne vestigium quidem illorum superfit vllum. Quod autem spiritali cultu altaria tum vacabant, non ideo factum est, quod in graui Sacerdotum orthodoxorum persecutione, non facile reperire licebat, qui spirituale cultum hunc Deo praestarent. Ad nostrum tempore, cultus ipse spiritalis, quam propriè Deo debuit seruitutem vocat Augustinus, prorsus abrogatus in plerisque locis esse videtur. Neq; dubitant blasphemii homines, tremendum illud missae sacrificium, (hoc enim per spirituale cultum intelligi vult Basilius) horrendam abominationem & idololatram appellare. Ac quicumque tunc fuerit Ecclesiae status, plangere tamen his qui agebant in solitudine, Deumq; suis precibus circa cuiusquam interpellationem placatum reddere licebat: nunc non alij sunt qui persecutionem patiuntur grauiorem, quiq; magis hominum ludibrio tunc expositi, qua qui solitariam vitam degentes, Deo pie colendo se totos dicauerunt. Quod si nunc Basilius viuere, si, quod vix etiam immanes barbari facerent, in Christi crucifixi simulachra eos, qui Christiani censeri volunt, haud aliter scire cerneret, quam fuit olim à Iudaeis in viuentem Christum scitum: si Christi corpus & sanguinem in Eucharistia conculcari: si horrenda alia patrari aspiceret, quae tandem illi lachrymae? qui plangens? quae lamentationes ad praesentes Ecclesiae statum deplorandum sufficerent?

Horrendum factum.

Lib. 20. contra Faust. cap. 21.

Ezech. 20. Exod. 32.

1. Pet. 2. Heb. 13.

Patrum nomine qui intelligendi. Rom. 9.

Heb. 13.

Idololatria quae. Dij alieni.

hoc

hoc est, noua quaedam & aliena ab Ecclesia dogmata quae si recepta semel fuerint, necesse est, vt fides beatorum patrum nostrorum, aut tota, aut certe magna ex parte violetur: necesse est, vt omnes omnium aetatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes clerici, leuitae & sacerdotes, tot confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot insulae, prouinciae, reges, regna, gentes, nationes, totus postremo iam penè terrarum orbis Christo capiti per catholicam fidem incorporatus, tam longo seculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, quid crederet nescisse, & idola coluisse pronuncietur. Quae est, si non haec est ipsissima idololatria propagatio, cum tum ipse verbum pro Dei verbo rudi plebecula venditas: cum tuarum opinionum commenta sic incipis admirari, vt ea tanquam diuina quaedam oracula, velis ab omnibus adorari? ceteros omnes desipere, te solum sapere: ceteros omnes cecos esse, te solum videre persuasum habes? Profert sententiam suam Lutherus: quod facilius imponat imperitis, aliquot eam scripturae verbis in prauum sensum detortis, adstruere conatur: vocat statim Euangelium, vocat verbum Dei: Profert suam ad eundem modum Zuinglius, aut Calvinus: vocat eam & ipse verbum Dei: Profert similiter sua somnia Balthazarus aut quicumque tandem alius de grege Anabaptistarum, vocat verbum Dei: Quid is (quod ne cogitare quidem vt in mentem veniat, vnquam homini Christiano, prohibere dignetur Deus) nos Ecclesiae catholicae taderet: si ab ea segregati, sententias istorum nobis amplectendas esse putaremus: nunquid non quot sunt haeretici carum opinionum commenta, tot verba Dei: quot haeticos, tot sequuti Deos esse videremur? In quam fraudem qui miseris mortales inducere conatur, quid aliud existimandi sunt dicere, quam quod à pseudo propheta dictum in Deuteronomio legimus: Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoramus, & seruiamus eis. Nobis verò prius omnia Deus eripiat, quam hanc mentem, qua semel nobis deliberatum est, omnia prius & facere & pati, quam vt sequamur deos alienos, hoc est, errores extraneos, novos, & inauditos, quos haecenus ignorabamus, vt seruiamus, hoc est, credamus eis. Quin Deo nos obtemperabimus potius dicenti: Non audies verba prophetae illius, qui iubet sequi deos alienos: vnium Deum sequemur, vni Deo seruiemus, vnus Dei verbo credemus: eius qui multifariam multisq; modis olim locutus in Prophetis, postea locutus in filio, locutus in Apostolis, locutus est deinceps semper, & loquitur adhuc in vna, sancta, catholica, Apostolica Ecclesia: Quicquid ab illa tanquam Dei verbum receptum est, siue scriptum, id est, siue traditum, tanquam Dei verbum obuijs, quod aiunt, vnus amplectemur, & qua summa possumus veneratione prosequemur. Neque audiemus istos, qui si quid in scripturis non reperitur, etiam si totius Ecclesiae quodam admirabili consensu receptum sit & approbatum, sub vno tamen traditionum humanarum nomine, statim reiiciendum esse censent: Verum Dei spiritum audiemus potius per Paulum loquentem: Itaq; fratres istate, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Audiemus eundem spiritum per Athanasium quoq; monentem: Qui ea quae ultra suas vires indagat, in praecipiti consistit: qui verò traditionibus inharet, extra periculum versatur. Suademus igitur, inquit, vobis, quod & nobis ipsi. suademus, vt traditam fidem retineatis. Secutus patres hos Ambrosius. Seruemus, inquit, praecipia maiorum, nec haereditaria signacula auri rudis temeritate violemus, librum signatum illum propheticum non seniores, non potestates, non angeli, non archangeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prerogatiua est seruata. Librum Sacerdotalem quis nostrum designare audeat, signatum à confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum. Quem igitur designare coacti sunt, postea tamen damnata fraude signarent. Qui violare non ausi sunt confessores & martyres extiterunt. Quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam praedicamus.

Verbi Dei prauum se vendit haeretici.

Deut. 13.

Heb. 13.

2. Thess. 2.

In principio 3. toni de incarnatione verbi Dei.

De fide lib. 30 cap. 7.

Obiectio haec veterum contra traditionem. Ezech. 20. In praecipis patrum, etc.

Et auerfemini prophana nouitatis verba, & idem reliquis praecipatis, vt exhorreant tanti mysterij inquisitionem.

Sed videre libet, quid ab istis tandem adferatur, quam obrem traditiones humanas rejicere putent. Certè quod adducunt ex Ezechiele: In praecipis patrum vestrorum nolite incedere, quid eo potuit proferri ineptius magisque ridiculum, ad pios maiorum nostrorum cultus euerandos? eorum dico, quos sexcentis his annis, quibus in Polonia Christi receptum est Euangelium, in fide & confessione Christi nominis ex hac vita migrasse constat: Quae autem est istorum hominum caecitas, qui non vident, si quis verbis velit vrgere, suis hoc, quos per quintum Euangelium genuerunt, libris, multo dici posse rectius: In praecipis patrum vestrorum nolite incedere. Nos enim non tam in patrum, quam in auorum, proauarum, attauorum nostrorum praecipis incedimus: qui mille iam & quingentis annis, eadem qua nos ratione Christum coluerunt, eiusuf-

demq; natura, vna eademq; persona sit: partu lactentium membra, magna iuuenum, eadem ipsa sunt tamen: quot paruulorum artus, tot virorum, & si qua illa sunt, quæ æui maturioris ætate pariuntur, iam in feminis ratione proferta sunt, vt nihil nouum postea proferatur in senibus, quod non in pueris iam ante latuerit.

Heilsberg 4 se-
des episcopi var
mientis.
Ioan. 6.

Anf. II. 2. cõtra
positiõn cap. 23.

Anselmus Hauelsburgensis Episcopus in ea disputatione, quam cum Nechita Archiepiscopo Nicomedie habuit, quem librum in bibliotheca castri Heilsbergenfis, necdum quod sciamus typis mandatum, reperimus, adferens & ipse hunc Euangelij locum: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis ea portare modò: cum autem venerit illu Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: his verbis vitur. Spiritus sanctus procedens ab ore veritatis, quæ Christus est, Euangelium prius condidit: postea sanctorum patrum concilij auctor & doctor omnis veritatis, sicut promissus fuerat, interfuit: fidem quam ipse idem in Euangelio breuiter condiderat, in concilij sanctorum patrum explanauit: & quæ filius adhuc dicere habuit, ipse procedens à filio veraciter edidit, & pleniter docuit: vt quam tunc soli Apostoli non potuerunt portare, eam nunc fidentul tota portet ecclesia per vniuersum mundu diffusa. Itaq; sicut dixi, Spiritus sanctus, sicut promissus fuerat, vt veniens doceret, tunc & nunc, & semper omnem veritatẽ, sanctorum patrum concilij interfuit, & tanquam doctor omniu præfuit: fidem sanctæ Trinitatis, quam tenemus inter impietatem Arij, qui diuinam substantiam separauit, & impietatem Sabelli, qui personas confudit, docens paulatim omnem veritatem, tradidit, sacramenta ecclesiastica instituit: formam baptismi, quem dominus instituerat, conuenienti moderamine ordinauit: & ritu quem in consecratione corporis & sanguinis domini tener sancta ecclesia, disposuit: patriarchas, Metropolitans, Archiepiscopos, presbyteros, diaconos, & alios inferiores ordines ecclesiasticos in ministeriu diuinu, & ad decorem domus Dei instituit: christiales vnctiõnes, nec non sacramentu penitentia, & impositionis manuu, ordine sacratissimo & bono distinxit: missaru solennia, & cetera diuina officia in laudem Dei appofuit: per catholicos doctores, quasi per organum suum, sacras scripturas veteris & noui Testamenti nobis tanquam extrinsecus pluendo aperuit: arca na quoque diuina sub sigillo diuinarum scripturarum mysterialiter clausa, familiariter inspiratione nobis insinuando, tanquam intrinsecus rorando innotuit: hereses paulatim succrescentes (quia virtus altissimi est) potenter dissipauit: leges ecclesiasticas, ad conferuandam religionem Christianam, per Apostolicos viros dictauit: & vt singula sub breuitate colligam, totam Ecclesiam in sancta disciplina eruditam, omnem paulatim docens veritatẽ, lumine vergentia illustrauit, & adhuc illustrat, & semper illustrabit. Ita quippe promissit, qui non mentitur Deus: Dabo vobis spiritum, vt maneat vobiscum in æternum. Et iterum: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi, videlicet per inhabitantem Spiritu sancti gratiam.

Anf. euangelij
sufficiat ad salu-
tatem.
Chry. hom. 1. in
epist. ad Titum.
Matt. 18.
Exod. 20.
Matt. 15.
Heb. 12.
Matt. 23.
Luc. 10.

Rom. 13.
Igra. epist. 8.
Episcopo obedi-
endum.

1. Reg. 8.
Epi. 1.
Heb. 13.

Sed nunquid (aiunt) lex Euangelij non est sufficiens ad salutem, vt humanis præterea legibus opus habeamus? Est reuera lex Euangelij sufficiens ad salutem: Verum est enim quod à Ioanne Chrysofomo scriptum est: Omnia continet Euangelium, & præsentia, & futura, honorem, pietatem, fidem: simul omnia prædicationis verbo conclusit. Verum hæc ipsa lex Euangelij docet nos, vt Ecclesiam audiamus, vt parentes honoremus, vt præpositis obediamus, vt quæ dicunt nobis in cathedra Moysi, cui successit cathedra Petri, sedentes, ea faciamus, etiam si, quod sit non raro, non faciant ipsi quæ dicunt. Atque hæc tam serio, tamque graui comminatione præcipit, vt qui non audierit ecclesiam, eum velit haberi tanquam ethnicum & publicanum: vt Christum non audierit, Christum sperni dicat, si quis præpositu non audiat, vt apertis verbis affirmet damnationem acquirere, si quis potestati resistat. Quapropter scribens ad Magnesianos Ignatius, qui Ioannis Euangelistæ discipulus, & tertius à Petro fuit Antiochenus Episcopus: Dignum est, inquit, vos obedire Episcopo vestro, & in nullo ei contradicere: terribile est enim tali contradicere. Non enim istum visibilem quis spernit, sed illum invisibilem in eo contemnit, qui non potest à quoquam contemni: hic enim non ab homine, sed à Deo habet promotionem. Dicit enim Deus Samueli de contemptoribus eius: Non te spreuerunt, sed me. Hæc Ignatius etiam in alijs epistolis subinde pluribus verbis inculcat. Nam & ad Trallianos scribens: Episcopo, inquit, subiecti estote sicut domino, ipse enim vigilat pro animabus vestris, tanquam rationem redditurus. Sicut domino, sic Episcopo vult obediri. Quorsum autem vt obediat reddi, si nulla penes eos, qui recta præcipienti non obtemperauerint, culpa residet? Continentur in Euangelio quæcunque sunt ad salutem necessaria præcepta omnia, sed tanquam in semine, multoque maxima pars Euangelij peruenit ad nos traditione, per exigua literis est mandata. Quamobrem & Chry.

Chrysofomus nihil hic de scriptura, verum de Euangelio loquitur. Euangelium autem quid intelligi velit, indicat ipse cum dicit, Omnia verbo prædicationis conclusit. Non quod atramento scriptum, sed quod verbo prædicationis traditum est, vocat Euangelium. Quis autem negat omnia per Christum esse prædicata, quæ sunt ad salutem necessaria? Quod autem quæ prædicata sunt, eadem scripta sint omnia, quis est qui affirmare audeat? cum in extrema Euangelij sui parte contrarium Ioannes docere videatur. Quod in Ecclesia docere vniuersi fas non est: quod vir nudo, velato capite mulier orare debet: quod Episcopum vniuersi vxoris esse virum oportet, vt qui duxerit alteram, ei iam Episcopo esse minime liceat, etiam si non totos tres dies cum ea vixerit: vbi fit ea de re villa in Euangelio mentio? At horum tamen suorum præceptorum aded nullam adfert rationem Paulus, vt si quis contradicere velit, ei solum hoc respondeat: Si quis autem videtur contentiosus esse, non talem consuendinem non habemus. Non scripturas, contradicentibus, non rationem aliquam, sed solam opponit consuetudinem. Et tamen alio loco scribit: Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.

Ioan. 20.
1. Tim. 2.
1. Cor. 11.
1. Tim. 3.

1. Cor. 11.

1. Theff. 4.

Quod si nemini fas est constituere quicquam, præter id quod in scripturis aut Euangelio continetur, cur Ioannes Baptista præscripsit suis discipulis certas preces, certaque ieiunia? cur Iacobus Hierosolymorum Episcopus decreuit de suffocato, sanguine, & immolato simulachris, quod nulla scriptura gentibus præscripserat? Cur post hoc decretum ausus est dicere Paulus: Omnia munda mundis. Et: Omne quod in macello venit, comedite? Cur idem Paulus non dubitauit quædam statuere, quæ dominus non vetuit? Cur adiecit postea quædam de ritu Eucharistia? Quod si verò penes solos Apostolos hanc constituendi potestatem fuisse voluit, cur illis ipsis auctoribus, qui segregauerunt semetipsos, viri ac mulieres promiscue cantant in Ecclesia? Denique cuius hoc est Apostoli institutum, vt cantarentur Psalmi redacti in rythmos in fine concinentes, & mutatis etiam, quod est necesse, multis verbis, cum id ipsimet scripturam prohibere dicant, cum ait: Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo? Cur alios præterea nouos ritus excogitant, quos omnes enumerare longum foret? Scilicet sibi fas esse nouas fingere, nobis verò licere nolunt veteres patrum traditiones retinere? Quamobrem nihil impedit, quo minus quædam constituantur ab Episcopis, & præsertim ab Ecclesia vniuersa, quæ Spiritu sancto nunquam destituitur: etiam si quæcunque nobis necessaria sunt ad salutem, ea planè sunt in Euangelio constituta.

Luc. 5.
Acto. 15.

Tit. 1.

1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

Deut. 4. 12.
Apo. 2.

Bernardus.

Scripsit Bernardus præclarum opus de præcepto & dispensatione, in quo tractat de eo diligenter, quatenus hominum præceptis obtemperare sit necesse, tum quatenus ea mutare liceat & dispensare, & penes quos eius rei sit potestas. In eo, Ecclesiastica instituta, inuenta esse dicit (loquitur autem præcipue de monasticis) non quod aliter viuere non liceat, sed quod ira magis expediat, nec planè ad aliud, quam ad lucrum & custodiã charitatis. Quadiu ergo charitati militant, immobiliter fixa sunt: Ac si è cõtrario cõtraria fortè aliquãdo charitati visa fuerint, his duntaxat quibus hoc posse videre datum est, & prouiderè creditum est, nõne iustissimum esse liquet, vt quæ pro charitate inuenta fuerint, pro charitate quoque, vbi expedire videtur, vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliud fortè commodius commutentur? Sicut è regione iniquum proculdubio forer, si statuta pro sola charitate, contra charitatem tenerentur. Tenent ergo fixam firmiterque immobilitatem, etiam apud prælatos, quæ ex stabili necessario sunt, sed quatenus charitati deseruiunt.

Petrus Chuni-
censis. 23. l. 3.
Præcepta diuina
duplicita.

Præclara sunt autem hæc ipsa de re Petri Chuniacensis, qui fuit æqualis Bernardi, verba, quæ sibiuit adscribere, Diuina mandata, inquit, partim mobilia, partim sunt immobilia. Diuina verò mandata diximus, non solum ea quæ per seipsam in carne diuinitas apparent hominibus tradit, aut ea quæ per Apostolos teneri constituit, siue illa quæ ante susceptam carnem per patriarchas & prophetas mandauit, sed etiam illa quæ post Apostolos apostolici viri apostolica vestigia secuti, vnanimi multorum catholicorum consensu seruari præceperunt. Idem enim diuinus spiritus, qui priorum patrum cordibus se infundens, humar saluti congruentia per eos dedit præcepta, per hos quoque qui recentiores videntur, hominum salutem operari, salubria iubendo, non destitit. Per diuersos igitur præcones domini verba edita, venerantur, in diuersis organis eiusdem spiritus statum agnoscamus. Horum ergo præceptorum (vt diximus) quædam pro ratione causarum & temporum mutantur: quædam se mutari nulla ratione permittunt. Et, vt ea quæ vltima diuidendo fecimus (quia digniora sunt) exponendo prima faciamus: de immobili numero dicimus esse (nam cuncta non vacat colligere) illud maximum & primum dilectionis Dei mandatum, secundum quoque huic simile de proximi dilectione: sed & humilitatis, castitatis & veritatis præcepta, quibus licet similia multa sint alia, hæc tamen

Præcepta diuina
immobilia.

Mobilis.

Nota de charitate.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 13.

tamen ad elucidandum quod volumus nobis sufficere credimus. Ista nanque nulla inueniuntur ratione, nulla vnquam dispensatione immutata. Quis enim catholicorum patrum: ne Deus ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente diligeretur, præcipit: vel parum quid mandato huic detraxit? Quis proximum non vt seipsum à se diligendum esse negauit? Quis vel in modico superbire indulfit? quis fornicari, quis mentiri, quis furari, quis rem proximi concupiscere vnquam permisit? Paret ergo hæc & multa talia esse prorsus immobilia: inter illa verò quæ moueri dispensatiuè possunt: patrum auctoritatem sequentes, ea esse dicimus, quorum pleraque in ecclesiasticis canonibus inuenimus: quæ sicut pro communi totius vel propria alicuius ecclesiæ utilitate, cum non existerent, inuenta sunt: sic rursum pro communi totius vel propria alicuius aut gentis, aut ecclesiæ salute, præuia in omnibus charitate, mutata sunt. Et quia nec ista omnia facile numerari possunt, sufficiant illa, quæ in superiori huius opusculi parte posuimus. Quæ quoniam iam scripsimus, iterum scribere recusamus. Nam qui nosse voluerit, ibi scripta reperiet. Ad hoc autem nos ista ponere, legentes nouerint, vt ostendamus ea regulæ decreta, quæ nos præuaricari dicitis, inter ista quæ mobilia vocamus ponenda: atque idèd cum charitas præcipit, cui in omnibus obediendum est, absque vilius præuaricationis timore mouenda. Quid enim coëgit regulam de non transferendis Episcopis à præcedentibus patribus datam immutari, nisi melius prouidens Ecclesijs charitas? Quid hereticos & criminiosos post condignam de criminibus penitentiam, quod primi patres prohibuerant, ecclesijs Dei præfecit, nisi multorum saluti consulens charitas? Quid presbyterorum filios episcopati, contra sanctorum apostolicorum antiqua decreta aliquando iussit, nisi earundem personarum utilitatem Ecclesiæ vtilem esse iudicans charitas? Quid Angelis coniugia indulxit, à quibus ceteros inhiibuit, nisi nouellæ eorum fidei timens charitas? Quid multa in hunc modum vetusta præcepta mutauit, quod noua instituit, quid nunc ista, nunc illa mandauit, nisi pro moribus, temporibus, locis: nunc generaliter, nunc specialiter, semper tamen humanæ salutis sollicitè inserviens charitas? Cum igitur sub iure charitatis omnia canonica mandata, imò secundum domini sententiã vniuersa lex contineatur & prophete, quis vestrum dicere audebit, beati Benedicti regulã charitatis domino non subiacere? Quomodo charitati regula subdita nõ est, à qua per sanctum illum condita est. Si enim sine charitate condita est, sine Deo condita est. Deũ verò esse charitatem, Ioannes Apostolus dicit: Deus charitas est. Sed etsi sine Deo facta est, sequitur, quia iam nihil est. Nam Deus Christus ait: Sine me nihil potestis facere. Quod si hoc credere errare est, sequitur vt charitati velut doctrici regula cedat, ac se pro dominantis arbitrio regi permittat. Nam si præteream quicquam sibi vindicare voluerit, nihil iam se sequentibus proderit. Sed fortè adhuc ad priora recurritis, & dicitis. Quoniam beati Benedicti regulam vos seruare vouistis, oportet vt vora reddatis. Ad quod nos. Si millies istud iteraueritis, id millies à nobis responsi accipietis. Regulam vouimus, charitatem à voto non exclusimus. Si charitatem exclusimus, regula dici non potest quod vouimus. Si enim rectitudo regulæ desit, regula iam consistare non poterit. Rectitudo autem regulæ charitas est. Si ergo charitas excluditur, rectitudo excluditur. Si rectitudo excluditur, restat vt tortitudo sequatur. Si tortitudo sequitur, necesse est vt regula destruat. Simul quippè rectum & distortum consistere nequiunt. Iam regula destructa, quid vos sequi profiteamini, iudicate. Aut enim regulam cum rectitudine, aut sine rectitudine tortitudinem vos sequi oportebit: id est, aut cum charitate regulam, aut sine charitate nebulam retineri necesse erit. Sed sicut nebulam impossibile est teneri, sic sine charitate patet regulam à nemine posse seruari. Vnde constat, quòd quando non facta charitate, quam Apostolus damnat, sed vera, quam ipse celebriter collaudat, proximo aliquid impendimus, beati Benedicti regulam absque vilo errore sequimur, quoniam aliter de ea sentire, nihil est aliud quàm errare. Nec regulam igitur sine charitate vouemus, nec eam sine charitate, vt hac ratione probatur, tenemus. Et iterum post varia instituta monastica commemorata. Sic, inquit, de ieiunijs, sic de menta abbatibus cum hospitibus & peregrinis, sic de seramentis vel rebus monasterij, sic de vniuersis, vt cuncta breuiter explicemus, quæ in superioribus obiecta sunt, quibus & tunc latius respondebimus, charitas per patres nostros, prout temporibus & moribus ac locis congruere vidit, dispensauit: neque in his voluntatibus vel voluptatibus hominum, sed æternæ eorum salutis inseruare studuit. Hoc sanè vno ea quæ iusta esse defendimus, iniusta monstrare potestis: hoc vno nos victos vobis victoribus cedere compellitis, si quæ lege charitatis nobis defendimus, ad charitatem non pertinere rationibus certis ostenderit. In his enim omnibus (vt sæpe iam diximus) ea solùm protectrice tuti, hostibus sunctis inexpugnabiles permanemus. Nam quia secundum dominum, hæc est, in qua vni-

vniversa lex pendet & propheta: & secundum Apostolum, plenitudo legis ac finis præcepti est: omnem legem plenam, omne præceptum finitum, hoc est, perfectum, ea dispensante existeret, quis catholico sensu audeat negare? Et iterum paucis interiectis: Vnum & solum charitatis, inquit, officium est, humanam salutem modis omnibus quærere. Hoc eius esse officium ipse dominus, hoc Apostoli, hoc omnes sancti eius clamant. Iustum esse quicquid illa præcipit, omnes (vt sæpe iam diximus) diuini libri testantur. Et quod maius argumentum? In ipsa vniuersa legem & prophetas pendere dominus dicit. Hanc plenitudinem legis & finem esse præcepti, Apostolus testificatur. De hac beatus Augustinus ait: Si hæc vna desit, inania sunt cuncta: si hæc sola adsit, plena sunt omnia. De hac & ipse alibi. Fructus autem totus est charitas, sine qua nihil est homo, quid aliud homo habuerit. Atque alio in loco. Habe charitatem, & fac quid vis. Igitur vt salutem huic manè consulas, facit quicquid vult. Quod si ei licet quicquid vult facere, licuit regulam facere, licuit & mutare. Nec iniuria sancto facta dicenda est, quia non ab alio mutata est, sed ab ea, quæ diffusa in corde eius per Spiritum sanctum, qui datus erat ei: ipso in condendo regulam tanquam organo vta est. Et quia non æmulatur, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, hi qui ea pleni sunt, nihil horum sciunt. Et quia æmulatione, inflatione, ambitione carent, indignari nesciunt. Iniuria ergo sancto facta non est, quia suam charitatis regulam pro temporis illius congruentia fecit, ac postquam vile fore vidit, quod fecerat immutauit, quodque seruari decuit de eadem regula referuauit. Sicut ergo non esset consequens dicere, iniuriam, notario factam, si quod prius scripserat, vel ab ipso, vel ab alio immutari dictator certa de causa faceret, quam causam fortè ipse solus nosset: sic nec sequitur beato Benedicto factam iniuriam, si vel cuncta, vel aliqua eorum, quæ per eum charitas scripserat, vel per ipsum si sic voluisset, vel per aliũ quia sic voluit, ratione præmissa mutauit. Sed nec indignũ est sancto, charitatis vocari notariũ. Ioannes enim in epistola sua Deũ charitatẽ vocat. Et Gregorius sanctus in Homilijs ait: Spiritus sanctus amor est. Amor verò charitas est, ergo Spiritus sanctus charitas est. Nõ est igitur ei indignũ, Spiritus sancti esse notariũ. Nã & eius notarij prophete omnes fuerunt. Non dedecet autẽ eum similem esse prophetis. Si igitur sancto illi, regula immutata, ab immutantibus iniuria facta est, & prioribus, quos supra memorauimus sanctis à subsequentibus & eorum decreta mutantibus iniuria facta est. Et vt maiora dī canus, legi ab Euangelio, Moysi à Christo iniuria facta est. Quod si idcirco nec Moysi, nec legi, nec canonicis statutis, nunc alicui diuino mandato, nec his per quos ipsa mandata promulgata sunt, aliqua est facta iniuria: quoniam per Spiritum sanctum, quæ charitatem esse probauimus, quid salutem hominum per diuersa tempora congrueret, prouisum est: & licet quædam in mandatis sint mutata, & ipsa mandata permutatos sint data, ipse tamen mutatus non est, quia incommutabilis est: patet, quia regula sancti Benedicti in quibusdam suis capitulis, absque ipsius iniuria, à vobis quamuis iniunctis concedentibus, mutata est. Per charitatem namque mutata est, per quam verbum caro factum est, vt ait Apostolus. Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, filiũ suum misit in similitudinem carnis peccati. Quia igitur mutata sunt quædam in regula, charitas fecit: & quia absque iniuria sancti mutata sunt, charitas fecit.

Ex his itaque Bernardi & Petri Cluniacensis verbis docemur, cum præcipuum sit Christi præceptum charitas, ad quam reliqua referuntur omnia: instituta Ecclesiastica nihil aliud esse, quàm custodes quosdam & ministros charitatis, & eatenus tantum esse fixa debere, quatenus ei, cuius custodes & ministri sunt, seruiunt charitati. Quisquis igitur ea conuellere conatur, quid aliud ille, quàm ipsam conatur exterminare charitatem?

Neque verò audendi sunt, qui per constitutiones Ecclesiasticas, quæ ipsa per se nimis est angusta porta, qua irat ad coelum, eam angustiozem etiam, ac ingressu magis arduam ac difficilem factam esse contendunt. Quin ea multo potius redditur facilior & expeditior. Huc enim spectant traditiones pleræque omnes, nec in alium sunt finem institutæ, quàm vt per has ad contemplationem Dei beneficiorum facilius excitemur, ad expeditiores ad ea diligentius recolenda facti, vicissim in amorem eius rapiamur, à quo nos tot & tantis beneficijs affectos cernimus. Ad hunc finem sexti, septimiq; ieiuniũ, ad hunc finem dierum festorum observatio, piorum in templis Deo dicatis conuentus, hymnodi, sacerdotũ quando sacris operantur vestitus, ad hunc finem eorundẽ cœlibatus, tum & monastica quedam instituta referuntur: nimirum, vt expeditius vacare soli Deo liceret. Intelligunt hoc isti ipsi, qui perturbata volunt omnia, atq; idèd ipsa vi veritatis adacti tantum abest, vt reprehendere audeant, vt non possint etiam pleraque instituta Ecclesiæ non laudare: verum hoc in illis ferri negant oportere, quòd penes quos instituen-

Matt. 22.
Rom. 13.
Tit. 1.

Rom. 5.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 1.
Rom. 8.

Matt. 7.
Traditiones ecclesiæ expeditiores viam reddunt ad salutem.

tuendi potestas est, hi statim ira Dei sempiternę reos faciunt, ac perpetuis gehenne supplicijis cōdemnant eos, qui contra constitutiones eiusmodi venerint. Ceterū non potestas hoc facit Ecclesiastica, verum hoc ipsi faciunt, qui potestatem non audiunt, vt aditu regni cœlestis exclusi, quæ pœnæ contumacibus debentur, eas non effugiant. Nunquid quia mandat aliquid potestas, homo propterea mortis reus fit æternę? Bonū fac, inquit Paulus, tantum abest vt fraudem tibi potestas aliquam inferat, habebis etiam laudē ex illa. Qui autem resistunt potestati, non dicit, causa cōdemnationis est eis potestas, sed ipsi sibi damnationē acquirunt. Non est igitur quod in potestatem culpā conferas, quę condendis legibus nihil aliud, quàm saluti tuę prospectū cupit: teipsum accusa, qui rebellione tua, & contumacia, quasi tuo tibi ipse iumento mortē accersiueris sempiternā. Falluntur autem, qui cum audiunt, Paulū dicentē: Qui resistunt potestati, ipsi sibi damnationē acquirunt, eum de illa tantum damnatione dicere putant, quo temporaria plebsunt principes criminis alicuius capitalis conuictos, nō autē de æterna, qua fontes puniunt Deus, Nam quod Paulus de æterna loquatur, vel ea, quæ statim sequuntur verba, planum faciunt, cum ait: Subditi estote, nō solum propter iram, sed etiā propter cōscientiam. Quæ sic enarrat Ambrosius: Rectē dicit subiectos esse debere non solum propter iram, id est, vltionem præsentem: parit enim ira vindictam, sed & propter futurum iudicium, quia si hic euaserint, illic eos pœnæ expectant, vbi accusante conscientia ipsa punientur. Quapropter dubium esse debet nemini, quin legis humane præcepta subiectos legi, secundum præcipientis mentē, obligent omnes, etiam in foro, vt dicitur, conscientia: ita vt eorum transgressio sine causa rationabili, reum faciat mortis æternæ: si præsertim ex contemptu fiat: qui non tam in hominem præcipientem, quam in ipsum Deum, à quo præcipiendi potestatem nactus est homo, rectē refertur. Sic Samuēl dixit Deus: Non te abiecerunt, sed me regnum super eos. Et apud Lucam Christus: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Apud Matthæum verō, Quicumq; non receperit vos, neq; audierit sermones vestros, tolerabilis erit terræ Sodomorum, & Gommorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Et apud eundem, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quid potest esse hisce scripturę locis euidentius ad ostendendum capitulis criminis reos fieri, qui siue spiritualibus, siue secularibus magistratibus, modo iusta præcipiant, dicto audientes non sunt?

Rom. 15. Magistratibus obediendum.

Damatio.

Rom. 13.

1. Reg. 8. Luc. 10. Matt. 10.

Matt. 18.

Gerſo. de vita spirituali anime lectione 4. corol. 11.

In collatione pro licenciatis in facultate de secretorum.

Aug. epist. 66.

Neque mouere quenquam debet illud, quod à Gerſone scriptum quidam proferunt: Nulla transgressio legis naturalis aut humane, vt naturalis aut humana est de facto peccatum mortale: Nam si Gerſonis hæc sententia sanē fuerit intellecta, minimē cum eo, quod à nobis dictum est, pugnare videtur. Neq; enim sine causa addit, vt naturalis & humana: quia, sicut paulo post subdit, eadem lex talis, sapē cōmunicat cum diuina, quatenus iusta est. Alio verō loco vocem legis, dicit esse vocem Christi pastoris & Episcopi nostri: Ac propriē quidem vocem Euangelicam, vocem esse Christi pastoris nostri, quæ ex ore altissimi prodijt, cuius est oues errantes regere, diligere & formare: Sed esse nihilominus legem quoque canonicam, vocem Christi, per quandam analogiam & attributionem: quatenus vox est Christi vicarij, vox Christi corporis Ecclesię, vox eorum quibus dictum est: Qui vos audit, me audit. Quamobrem vt humana, certum est, quod nos capitalis criminis reos non faciat: sed quoniam communicat cum diuina, quæ præcipit audiendam Ecclesiam, obediendum præpositis, sublimioribus potestatibus esse subditos oportere, quibus qui resistit, Dei ordinationi resistit: non purē humanam, sed diuinam legem transgreditur quisquis iustam legem, quamuis ab homine latam, transgreditur: quæ si iusta non sit, neminem ligat: nam & lex non videtur, dicit Augustinus, quæ iusta non fuerit. Si verō sint opera aliqua per felicitā, quæ nec præcepta nec prohibita sunt lege diuina, simul vt lex aut præceptum eius accesserit, qui cum potestate versatur: quę præstarentur nec ne, nihil prius intereat, ea posteaquam iusta sunt, siue periculo non præstari nequeunt. Verbi gratia: Rus vt colat, vt in forum eat, vt domum custodiat, aut si quid aliud est eiusdem generis, nulla diuina lege facere filius obligatur: sed hæc ipsa nihilominus, solo præcepto patris intercedente, veniunt in obligationem: vt si contumax filius esse voluerit, non iam contra mortalem patrem, sed contra Deum peccet mortalem, qui filios parentibus morigeros esse iussit. Sic Augustinus cum ait: Aliud est grauiore corda crapula & ebrietate, quæ semper malum est: aliud autem est modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium, quod certē cum sit die Dominico, reprehensionem non habet. Nōne manifestē satis indicat, quod illiucum per se non est, modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium: hoc est, vel carnibus vesci, vel bis in die cibum sumere: id si fiat his diebus, quibus per interdictū Ecclesię nō licet, malum esse, iustaq; reprehensione non carere. Hoc est quod à Bernardo dictum

dictum est: Licet ipsa per se iniuncti operis qualitas innoxia sit, adiuncta tamen auctōritatis pondus, obnoxium mandato, mandatum quę peccato facit obnoxium.

Dicit hic aliquis: Quod si peccat, si quis etiam contra humanum præceptum venerit, quis ergo iam poterit saluus esse? Nam etiam diuinæ legi satisfacere non possumus: si præterea tot accesserint humanæ, quid aliud quàm aditum nobis omnem ad regnum cœlorum precluserint? cum præsertim scriptum sit: Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Si reus est idololatriæ, qui non acquiescit, quæ spes nobis erit salutis? qui etiam quod ad diuina præcepta attinet, in multis offendimus omnes. Ceterum si quis hæc scripturę verba diligentius excutiat, facile perspiciet, non quamuis inobedientiam esse capitalem. Neque enim dicit scriptura: quasi scelus idololatriæ est non acquiescere, sed nolle acquiescere: vt non simplex ipsa iusionis transgressio, sed superba voluntatis contemptio, scelus idololatriæ reputetur. Non est enim idem nolle obedire, & non obedire: Hoc quippe nonnunquam erroris est, interdum & infirmitatis: illud autem odiosæ pertinaciæ, aut minimē ferendæ contumaciæ: quod & ipsum repugnare & resistere est Spiritui sancto: & si ad mortem vsque perdurauerit, est blasphemiam, nec in hoc, nec in futuro seculo remittenda. Non ergo qualiscunq; mandati præteritio facit criminalem inobedientiam, sed repugnare, sed nolle obedire. Fortassis hoc Paulus quoque voluit indicare, cum diceret: Qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Non dixit, qui non obediunt, sed qui resistunt: hoc est, qui nolunt obedire, qui recalcitrant, qui repugnant, qui se contumaciter opponunt: sicut ille qui dixit: Si quo casu concilium statueret, in despectum concilij contrarium facerem. Hoc est nolle acquiescere, hoc est resistere, hoc est idololatriæ scelus committere, hoc est in Spiritum sanctum peccare. Sicut etiam ad Aurelium Carthaginensem episcopum scribens, testatur Damasus, cum ait: Violatorem voluntarij canonum grauius à sanctis patribus iudicatur, & à Spiritu sancto, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongruē videntur, qui contra eosdem sanctos canones, non necessitate compulsi, sed libenter aliquid aut proteruē agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spontē consentiunt: Talis enim præsumptio, manifestē vnum est genus blasphemiarum in Spiritum sanctum. Quamobrem rectē Bernardus: Omnis quidem, inquit, inobedientia est inexcusabiliter culpabilis, nulla tamen generaliter damnabilis, nisi quam remedium penitentia non sanat: nulla est lethaliter criminalis, nisi quę contemptum proberia non euitat. Magna igitur securitas filijs obedientia, & reuera pax hominibus bonæ voluntatis, quando in omni obedientia sola damnatur impoenitentia, quam nescit qui diligit Deum: sola vocatur in crimen superbia, quam facile cauet qui timet gehennam. Non ipsa peccati species à Deo, sed peccantis intentio spectatur. Sola voluntas est, quemadmodum antea nos ex eodem Bernardo docere meminimus, quæ retributionem meretur. Si quid igitur aut per surreptionem, aut per obliuionem, aut per infirmitatem admittitur, non facit aliquem culpę grauioris affinem: sed si quis prudens & sciens contra legem venit, etiam humanam: si contemnit & pro nihilo ducit, ob hoc ipsum, quod ab homine profecta videtur, & ex eo contemptu non vult acquiescere, sed repugnat, resistit, recalcitrat: is demum est, qui longē grauissimi criminis idololatriæ reus tenetur: qui si vsq; ad extremum vitæ suę diem in hac sua contumaciā perseverauerit peccatum in Spiritum sanctum, nec in hoc, nec in futuro seculo remittendum vnquam, rectē putatur admisisse.

Bern. de præcepto & dispensatione.

1. Reg. 15.

Facob 3. Inobedientiam quælibet damnabilis. Nolle obedire, & non obedire differunt.

Matt. 12. Rom. 13.

Lutherus.

Bern. in eodē lib.

Quamobrem obturemus aures nostras ad pestilentissimas eorum voces, qui contra manifestum Dei verbum docent ecclesiam non audire, potestati resistere, parentibus non obtemperare, præpositis non obedire, quæ dicunt super Moyſi cathedram sedentes, vel ob hoc ipsum quia dicant & præcipiunt, non facere. Quorum hæc iniqua nefariaq; doctrina, quos fructus attulerit videmus. Licet iam videre non Ecclesiasticam tantū disciplinam collapsam, sed & ciuiliū in multis locis magistratuum nō maiorem rationem haberi: sitque iusto Dei iudicio, quales ipsi se gerunt magistratus ciuitatum erga suos præpositos, vt vicissim quibus ipsi præpositi sunt, eos erga se non dissimiles expectant. Quæ a fronte autem, quibus præes, ab ijs obedientiam exigis, quā ipse non præstas his, quos tibi Deus præesse voluit, qui peruigilant pro anima tua, tanquam rationem reddituri Deo? Procul itaque procul ab ijs doctrinis dæmoniorum, & aures & mentes nostras auertastis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et in eo, quod proximē sequitur, capite: Subtrahentes vos ab omni fratre, ambulante inordinatē, non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Qui ad Corinthios quoq; scribens: Laudo vos, inquit, fratres, quod per omnia mei memores estis: & sicut tradi-

1. Thess. 2.

1. Cor. 11.

Astor. 15.

di vobis, præcepta mea tenetis. Neque verò cum scriberet modò, verumetiam cum pertransiret ciuitates, tradebat eis Paulus custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis.

Nemo fuit veterum orthodoxorum, qui siue cum hæretici refutandi forent, non vt scripturarum, ita traditionum vsus fuerit auctoritate: siue quæ fuerunt à maioribus præcepta, ea non sanctè putauerit obseruanda. In synodo Ariminensi congregati patres, ad Constantium imperatorem scribentes, his verbis vsi leguntur: Supplicamus tuæ humanitati, vt benignis auribus & sereno vultu nostros legatos intuearis, neque ad contumeliam mortuorum aliquid noui induci permittas, sed nos sinas in institutis decretisque maiorum permanere. Certè res nouæ quas isti moluntur, credentibus incredulitatem, incredulis credulitatem inducunt. Quos laudans Athanasius: Quis non approbauerit, inquit, piam prudentiam horum episcoporum, qui tantum itineris laborum, tantaque maris pericula sustinuerunt, vt patrum traditiones integras conseruarent? Quisquis enim eorum sibi persuadebat, si solueret aliquid ex decretis maiorum, occasionem se daturum posteris, vt quod egissent, ipsi rescinderent. Quis autem non vituperaret temeritatem Eudoxij & Acacij, qui honorem patrum suorum Arimanitarum studio & gratia propinant & produnt? Que enim fides in eorù actis, si decreta maiorum suorum soluant, aut quomodo eos quibus succedere, patres suos appellabunt, quorum sententias ipsi culpant? quid docebunt populos ab ipsis institutos? an patres suos lapsos esse? quomodo ipsi veri apud discipulos suos habebuntur, quibus persuadet præceptoribus credendum non esse? Quibus porò oculis intuebuntur monumenta patrum suorum, quos ipsi hæreticos nominant? aut quo iure ipsi episcopi esse poterint, si ab hæreticis quos ipsi criminantur, constituti sunt? Quod si illi malè senserit: & scriptis suis orbem terrarum seduxerunt, cesset omnino eorum memoria, & scripta eorum abijciantur. Itè ergo vos ipsi, & eruite eorum reliquias ex monumentis, vt ab omnibus intelligatur, & eos fuisse seductores, & vos pericidas esse. Certè beatus Apostolus laudat Corinthios, quòd vbiq; sui memores essent, & quòd traditiones, quas tradidisset illis, retinerent. Isti igitur cum talia de suis antecessoribus cogitent, profus contraria ad populum non verebuntur dicere: Non laudamus vos quòd memores estis patrum, sed eo nomine potius vos cõmendamus, quòd eorum traditiones non retinetis. In concilio quoq; 12. Tolero sic à patribus legimus esse dictum: Maiorum constitutionibus ausu temerario contraire, & sanctorum patrum decreta conuellere, & superiorum suorum effrenata libidine contra sanctissimam Apostoli doctrinam sanctionibus eniti, quid aliud est, quàm vinculum societatis Christi abrumpere, & vsurpatè presumptionis licetia statum ecclesiæ dissipare? Et in 7. synodo vniuersali: Si quis traditionem Ecclesiæ siue scripto siue consuetudine valentem non curauerit, anathema. Grauisimus auctor idem &

In epi. de Syno
dis Arimini
Seleucia cele-
bratis.

Cap. 4.

Sep. Sy. a. 110. 7

Cy. in ser. de ab
luuione pedum.

Chr. hom. 4. in
epist. ad Thessa.

Origen. in expla. 1.
cap. epi. ad Tit.
sicut citatur à
Epiphilomartyr
in Apol. Orig.

Tertul. in lib. de
corona militis.

Greg. lib. 2. ca.
4. in lib. Reg.
Bern. de præce-
pto & dispensa-
tione.

episcopus & martyr Cyprianus. Nò minus ratù est, inquit, quod dictate Spiritus sancto Apostoli tradiderunt, quàm quod ipse Christus tradidit. Et eum, qui proximè per nos ad dactus est, locum enarrans Ioannes Chryostomus, Hinc patet, inquit, quòd non omnia per epistolam tradiderit, sed multa etiam sine literis: eadem verò fide digna sunt, tam illa, quàm ista. Itaq; traditionem quoq; ecclesiæ dignam fide putamus. Traditio est, nihil quæras amplius. Origenes verò doctorum omnium iudicio semper habitus doctissimus, tantum traditioni tribuit, vt etiam si quis Christo se credere profiteatur, si tamen aliud de veritate fidei Christianæ credat, quàm habet definitio traditionis Ecclesiastica, eum hæreticum pronunciare non dubitet.

Sed quid nos Cyprianum, Chryostomum, & Origenem proferimus? Omnis orthodoxorum scriptorum cœtus, iam inde à mille quingentis annis, eodem propè loco quo scripturas, traditiones habendas existimauit, eas præsertim, quarum consuetudo confirmatrix, vt Tertulliani verbis vtamur, & fides esset obseruatrix. Contrà quorquor fuerunt hæretici, iam inde ab ipsis Apostolorum temporibus, ad hæc vsque nostra, cum de verbo Dei subinde gloriarentur, cum ad scripturas nunquam non prouocaret, cum sibi solis earum intelligentiam vendicarent, ceteris omnibus detraherent, nihil maiore studio, quàm traditiones oppugnare sunt conati. Hoc itaque filios Belial, tanquam viperas & basiliscos fugiamus, illorum verò quos Dei filios fuisse dubium non est, sancta vestigia persequentes, maiorum decretis reuerenter pareamus, nec vel intentionem illorum discernamus, vel ipsa præcepta discernamus. Sed Chryostomum dicentem audiamus: Traditio est, nihil quæras amplius. Hoc vnum bonum credamus, vt præceptis obediamus. Nam rectè Gregorium sequitur Bernardus, imperfecti cordis, & infirmæ voluntatis iudicium esse scribit, seniorum statuta studiosius discutere, herere ad singula, de quibusq; rationè exigere, & malè de omni præcepto suspicari, cuius causa latuerit. Del-

Delicata satis, imò molesta est huiusmodi obedientia, disputare, hoc est, in astu cordis, non in auditu auris obedire. Quòd si nec vnus patris alicuius in monasterio præcepta discutere fas illi esse putauerunt, quanto minus id nobis licere velle debemus de traditionibus & præceptis, tot seculis, tanto Christiani totius orbis consensu receptis ab omnibus & approbatis?

Nos verò quanto vetustiores traditiones videbimus, tanto maiore cura factas rectas, quod aiunt, eas perpetuò conseruare studebimus. Hoc vt ita faciamus, ipse nos per prophetam Deus admonet, dicens: Stare super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulare in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Quæ namq; sunt aliæ semitæ antiquæ, quàm semitæ patrum nostrorum, quæ præcepta in quibus ambulauerunt, quàm obseruationes, quas nobis, à suis maioribus acceptas, per manus tradiderunt, pari quæ illi obseruauerunt diligentia nò modò retinendas, verumetiam ad posteros nostros transmittendas? In his igitur stare nos iubet fixos & immobiles, vt ne varijs & peregrinis doctrinis abduci nos patiamur, vt ne simus paruuli fluctuantes, ne circumferamur omni verò doctrinæ, ne prebeamus aures his, qui captant nos, qui nouitate aliqua placere, ac apud simplices & imperitos admirationem sibi facere quærent: sed interrogemus de semitis antiquis, quæ sit via bona, per quam tot seculis ambulauerunt patres nostri, quam ostenderunt, quam sanguine suo signauerunt tot myriades mar tyrum, quam docuerunt tot millia confessorum, in ea confiderent ambulemus. Quòd si dixerit nobis aliquis: Ecce hic Christus, ecce illic: ecce in solitudine, non exeamus: ecce in penetrabilibus, non credamus: Ibi Christus est, vbi corpus eius est Ecclesia. Præclare locum hunc Euangelij tractans Origenes: Dicit, inquit, qui seducere voluerit, & defendere contraria veritati: Ecce hic Christus: demonstrans verbi gratia hunc Euangelij locum. Alterius autem erroris auctor dicit, Ecce hic Christus, adferens exempli gratia, alterum textum, qui defendere videtur illius mendacij verbum, quod propositum vindicare: & sic ex lege & prophetis & Apostolis profert vnusquisq; quæ mendacium illud defendere videtur. Ac interiectis nonnullis: Quoties autem canonicas profert scripturas, quibus omnis Christianus consentit, & credit, dicere videtur: Ecce in domibus est verbum veritatis: sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. Et in proœmio Periarchon. Sicut multis apud Græcos & Barbaros pollicentibus veritatem, defuenimus apud omnes eam quære, qui iam falsis opinionibus asserabant, posteaquam credidimus filium Dei esse Christum, ita cum multi sunt, qui se putent sentire quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur verò Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsq; ad præsens in ecclesijs permanens: illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione. Hanc igitur successionem teneamus, ab hac nos auelli nunquam patiamur: quæcumq; per eam nobis tradita sunt & præcepta, firmiter obseruemus: & quod contra Manichæum scribens dixit olim Augustinus, id contra eos qui nostro hoc tempore segregauerunt semetipsos, dicere ne dubitet, quicumq; se catholicum & orthodoxum esse profiteretur. Sic autem ille loquitur: In catholica Ecclesia, vt omittam sincerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spirituales in hac vita perueniunt, vt eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant: ceteram quippè turbam non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit. Vt ergo hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse catholica non creditis: multa sunt alia, quæ in eius gremio me iustissimè teneant: Tenet consensus populorum atq; gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, veritate firmata: Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum: Tenet postremò ipsum catholicæ nomen, quod non sine causa inter multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti rarè en peregrino alicui, vbi ad catholicam conueniatur, nullis hæreticorum vel Basilicam tuam, vel domum audeat ostendere. Ita ergo tot & tanta Christiani nominis charissimæ vincula rectè hominem tenent credentem in catholica Ecclesia: etiam si propter nostræ intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas nondum se aperitissime ostendat. Apud vos autem, vbi nihil horum est, quod me inuitet ac teneat, sola perfonat veritatis pollicatio, &c.

Ierem. 6.

Semite anti-
que, que sunt.

Heb. 13.
Eph. 4.

Matth. 24.

Orig. hom. 29.
in Matt.

Aug. contra Ma-
nichæos epistola,
quæ vocatur sum-
ma, ca. 4.

Aurea sunt hæc Augustini verba, digna quæ non legantur modò, verumetiam ediscantur, & in ore semper à catholicis & orthodoxis habeantur. Fremant licet omnes hæretici, nihil est eo tamen certius, quod asserit Augustinus, In Ecclesia catholica ibi demum

Hilar. cap. 13. in Matt.

2. Cor. 13.

Aug. epist. 120. ad Eudodim.

Rom. 4.

1. Cor. 13. 1. Ioan. 4.

Cui credendum

Catholica Ecclē
sua cur dicitur.

De verareligio
ne cap. 7.

Cyrl. in vlt.
satisb.

Aug. ser. 131. de
tempore.

Epistola 48. ad
Vincentium.

Catholica Ecclē
sua an sit illa-
stris.

Mati. 5.

Auz. hom. 1. in
epist. Ioan.

Duo. 20.

yncerissimam esse sapientiam: In ea est enim verbum Dei, quod isti sibi falso arrogant. Nam extra eam esse scripturę possunt: Dei verbum, hoc est scripturarum omnium verus intellectus, esse non potest. Etenim nauis illa, in qua sedet Christus, non est alia, si quid Hilario credimus, quā Ecclesia catholica: intra nauim hanc verbum vitę Christus posuit, & prædicauit, & adhuc prædicat per ministros suos, in quibus loqui dignatur. Extra nauim hanc qui sunt, & arenę modò steriles atque inutiles adiacent, nullam diuini sermonis capere possunt intelligenti iam. Ad huius itaque sapientię cognitionem pauci spirituales in hac vita perueniunt, in qua non licet eam videre, nisi per speculum & in ænigmate. Nam videre sicut est, in illa tantum vita dabitur, qua cum spiritibus illis beatis fruilebit sempiterna. Nunc autem viri spirituales ex parte tantum cognoscunt, & quidem ex minima parte: Cetera verò turba, qui sunt ex imperita multitudinem, quamuis ne minima quidem ex parte syncerissimam illam sapientiam cognoscat, tutam nihilominus, imò tutissimam illam facit, non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas. Præclare idem Augustinus: Si propter eos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia possunt, quę ad finem pertinent, discernere, penè frustra in Ecclesia laboramus. Nam quod initio quoque libri huius discere nos meminimus, non omnibus ita necessarium est ad salutem, omnem habere scientiam, omnia nosse fidei mysteria, vt si quid eorum non penitus perspectum habuerint, fatium de salute sua veniant in dubium. Non vocamur gnostici, non scientes, non sapientes: vocamur fideles. Credendi simplicitas, non intelligendi viuacitas tutos nos facit, saluos nos facit. Si nihil scire nos iudicemus, nihil aliud prædicemus, quā Iesum Christum & hunc crucifixum, qui traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificacionem nostram, etiam si propter intelligentię nostrę tarditatem cetera non assequamur, modò charitatem habeamus, de salute securi sumus. Charitas omnia credit: omnia quidem credit, sed non omni homini credit. Scriptum est enim: Charissimi nolite omni spiritui credere. Cui ergo credendum est? Ecce docet nos aureis hisce verbis Augustinus: credendum esse auctoritati, credendum successioni, credendum esse postremo Catholicę. Dicit aliquid pars, siue sit ea Lutherana, siue Zuingliana, siue quocunq; tandem alio nomine censatur: vel ob hoc ipsum non credas, quia pars dicit: toti credas, vniuersę credas, catholicę credas. At quenā tandem est ista catholica? nam & hæretici se catholicos dici volunt: Volunt quidem, ait Augustinus, verum vsque eo non est obscura catholica, vt si querat peregrinus aliquis, vbi conueniatur ad catholicam, ne ex ipsis quidem hæreticis inueniatur tam audax aut impudens, qui basilicam aut domum suam audeat ostendere. Neq; enim ignorant suas Ecclesias, heri, quod aiunt, & nudius tertius natas esse: Quę causa etiam fuit nostri temporis hæresion architecto, quod ex Apostolorum symbolo, dum ex bonis Latinis mala facit Germanica, vocem hanc sustulit catholicam. Alio quoque loco scribit Augustinus: Velint nolint, ipsi quoque hæretici & schismatum alumni, quando cum suis vel extraneis loquuntur, Catholicam nil aliud quā Catholicam vocant, cum enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab vniuerso orbe nuncupat.

De qua sic Cyrillus Hierosolymitanus: Catholica vocatur, inquit, quod per omnem diffusa sit orbem habitabilem, à finibus terrę vsque ad fines terrę: quòd catholicè siue generatim, aut vniuersè pleneq; doceat absque villo defectu omnia dogmata, quęcunq; in notitiam hominum peruenire debent, tam de visibilibus, quā de inuisibilibus: tam de cœlestibus quā de terrestribus: quod omne genus hominum sibi piè subiectum habet: tam eorū qui cum potestate versantur, quā eorū qui priuatam vitam agunt: quòd catholicè siue generaliter & vniuersè medetur omnium peccatorum generibus, siue quę per animam, siue quę per corpus patrantur: quòd in ea continetur omne genus virtutis, siue sit ea in operibus posita, siue in sermonibus, siue in quibuscunq; spiritualibus charismatibus. Et Augustinus: Catholicam dicit tot orbe diffusam, quia diuersorum hæreticorum Ecclesię idè catholicę non dicuntur, quia per loca atque per suas quasque prouincias continentur: hæc verò à solis ortu vsq; ad occasum vnius fidei splendore diffunditur. Itidem & Eusebius Emisenus catholicam interpretatur, id est, per vniuersum orbem gratia coruscante diffusam.

Non est igitur obscura catholica, Recteque colligit Augustinus: quod neque Christus ei manifestus esse potest, cui Ecclesia non est manifesta: Non potest abscondi ciuitas super montem posita, non potest ignorari mons qui impleuit vniuersam faciem terrę. Sed si tam clara, tam illustris, tam esse omnium oculis exposita catholica, qui sit vt de ea controuertatur hodie, vtā nonnullis etiam ignorari videatur? Nolite mirari, dicit Augustinus, quia ignoratur ab ijs qui oderunt fratres, quia in tenebris

am -

ambulant & nesciunt quòd eunt, quia tenebrę excæcauerunt oculos eorum, Montem non vident, nolo mireris: oculos non habent. Vnde oculos non habent? Quia tenebrę excæcauerunt eos. Vnde probamus? Quia fratres oderunt. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat: quia tenebrę excæcauerunt eum. Dicit hæc de Donatistis Augustinus, qui ex toto mundo perisse, ac in sola Africa, & ea quidem non tota, Ecclesiam remansisse contendebant. Ac nostro quoque seculo repullulauit in multis Germanię locis hæc Donatistarum hæresis: quam qui sequuntur, Græco nomine dicuntur Anabaptistę. Ceterum non soli sunt illi qui fratres oderunt, & propterea in tenebris ambulat: nihilo minore flagrat erga fratres odio, qui cum se primi nostra memoria segregassent, tot sectarum quot nunc videre licet, actores alijs fuerunt. Quid enim? Sectarum xui nostri princeps, nunquid non spirat in scriptis suis omnibus implecabile quoddam odium erga fratres? erga eum præcipue cuius opera sit, vt fratres esse perseueremus, vt vnanimis in domo Dei habitemus: vt id ipsum dicamus, id ipsum sentiamus, id eam sapiamus omnes: qui propterea vnus vniuersę præficiunt Ecclesia, vt ipsius ministerio fidei possit vnitas in ea retineri. Tolle ex libris eius conuitia, commata, lexdorias, maledicta, quibus & hunc, & ceteros minores pontifices, omnemque sacerdotum & monachorum venerabilem cœtum incredibili quadam insectatur perulantia, quantula tandem scriptorum eius pars supererit? Sed ipsum potius contentem audiamus, quid maxime propositum habuerit, cum in vulgus noua sua dogmata spargeret. Scribens ad Argentoratenses, ita loquitur: Hoc differi nec possum, nec volo, quòd si Carolstadius, aut alius quisquam ante quinquennium mihi persuadere potuisset, in sacramento præter panem & vinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deinxisset: Grauibus enim curis anxius, in hac excutienda materia multum desudabam, omnibus neruis extensis me obruticare & expedire conatus sum, cum probè perspiciebam hæc Papatui valde me incòmodare posse. Vides quid ille secutus fuerit, peregrina sua dõstri na populo inculcanda? Certè non vt Christi gloriam propagaret, verum vt eo qui vnus in Ecclesia iudex est ad tempus vice Christi, quibuscunque fieri potuit artibus in odium & inuidiam adducto, atque ita scissa vnitare, gubernatore sublato, atrocibus atque violentius circa Ecclesiam naufragia grassaretur: cum odio ipse excæcatus, eodem odio ceteros inflammasset: effecissetque vt in tenebris ambulantes, nescirent quòd sent, neq; ciuitatem istam super montem positam, quę impleuit vniuersam faciem terrę, cernere possent. Cuius itaque mens tanta fuit insulcata malevolentia, Christum vt præsentem in Eucharistia libenter fuerit negaturus, dum modò Papatui per hunc modum incommodare liceret, quomodo videret is Ecclesiam? quomodo Christi corpus agnosceret, cuius ipse membrum esse desijisset?

Quare nihil est quòd miretur quispiam, si quorum oculos obcæcauerunt tenebrę, dum ardent erga fratres odio, catholicam Ecclesiam videre non possunt: quę fidelibus & orthodoxis omnibus ita clara, perspicua, & manifesta est, vt illorum, qui non vident, cacitarem satis mirari nequeant: Horum enim oculos nulla perstrinxit malevolentia, nullum excæcavit odium, sed charitate flagrant potius, quę cum patiens & benigna sit, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: & est ei mortis instar separatio. Quam obrem suffert omnia potius, quā vt segregare se velit: credit omnia, verum vt diximus, non omni homini: credit catholicę: quam ibi esse non dubitat, vbi est consensus tot populorum, vbi auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, veritate firmata, vbi successio sacerdotum, ab ipsa Petri sede vsque ad præsentem Episcopatum: Has enim tres Ecclesię notas ponit Augustinus: quę certè ita sunt illius propria, vt eas nulla sibi heresis possit vendicare.

Ac quod ad primā notam attinet, quanta sit apud nos non eorum tantum, qui nunc sunt populorū in Christum credentiu, verum etiam qui multis retro seculis fuerunt, vel in dogmatibus, vel in obseruationibus cõsensio, quis est qui non videat & obstupecat? In quacunq; vneris orbis Christiani partē, vbi in præceptis patrū nostrorum inceditur, siue sit in princeps terrarū Italia, siue Gallia, siue Hispania, siue bona pars Germanię, quam nòdum tot sectarum nostri temporis pestiferum virus afflauit, siue quę nuper eo vnde exciderat reuersa Anglia, siue Hungaria, siue Scotia, siue nostra Polonia, & quęctin que sunt illæ nationes alię subiunctę, tantam populorum omnium cõsensionem videas licet, vt nò modò nullum sit in eis fidei religionisq; dissidium, verum & ritus ijdem ex magna parte, eadem obseruantur cærimonie, vna & eadem lingua sacra peragantur omnia. Idem credunt omnes iisdem temporibus & ieiunant, & orant omnes, eodē ritu sacris operantur omnes: vt facile quiuis perspiciat, multitudinis credentium esse cor vnum, & animā vnā. Execratur enim vera cõselsio pietatis, iuxta diuersitates temporū

1. Ioan. 20.

Anabaptistę.

Lutherus scilicet
vni princeps.

Lutheri male-
dicens.

Lutheri propo-
sitiu.

1. Cor. 13.

Ecclesię 3. nota

Prima cõsen-
sio populorū.

Mat. 4.

Malach. 3.
Actio. 4.

Hereticorum
sesta.

Psal. 54.

Linguarum dis-
persio & con-
gregatio.

In Psal. 54.

Lutheri here-
ticorum.

variari, sic vt nec ipse variari veritate admittit, de quo est ipsa vera confessio, qui dicit: Ego sum, & nō sum mutatus: quemadmodum in epistola quadam ad Constantinum, quæ actis sextæ synodi Constantinopolitanæ inserta est, scribit Agatho. Nunc ad illos verte oculos, qui se à catholica segregarunt, quātum inter eos & opinionum & animos rum dissidium? in quos miserī sectas sunt disiecti? quanto ardore pugnāt & digladiantur ipsi inter se? Quod imprecat talibus Propheta: Præcipita domine & diuide linguas eorum, quia vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, nunquid istis non euenisse videtur? Per humiles Apostolos congregatæ fuerunt linguæ, per superbos istos Pseudoapostolos diuisæ sunt linguæ. Spiritus sanctus congregauerat linguas: spiritus fa perbia dispersit linguas. Cū descendisset supra Apostolos Spiritus sanctus, omnium linguis loquuti sunt, ab omnibus qui cōuenerant ex diuersis orbis terrarum partibus intellecti sunt: & quæ dispersæ linguæ fuerant cū Babel ædificaretur, in vnum omnes congregatæ sunt, nunc isti se mutuo non intelligunt, & qui fuerant ab Apostolis, & eorum successoribus per diuersitatem linguarum multarum in vnitatem fidei congregati, mirandum in modum linguas eorum dispersas videmus, vt eos agitari Satanæ spiritu dubitandum non sit. Ac interest sanæ Ecclesie, vt eorum qui segregauerunt se, linguæ sint diuisæ. Volunt vnam linguam habere? dicit Augustinus, redeant ad Ecclesiam: quia & in diuersitate linguarum carnis, vna est lingua in fide cordis. Primus fuit nostra memoria Martinus Lutherus, qui cum à catholica semetipsum segregasset, dogma suum rudi plebecule pro puro puto Euangelio, pro quibus ipsiusmodi Dei verbo vendicauit. Fuit iuratus illi Carolus stadius non totos, duos annos in eadem cum eo sententia permanisset: discessio neque facta, sic est alter in alterum debacchatus, vt vterque sit alteri factus pluresque hæreticus. Interea tamen vterque sibi gloriam hanc vendicat, quod primus veritatem Euangelicam in lucem extulerit. Lutherus autem hoc argumento probat in epistola quadam ad Saxonie ducem scripta, se primum Euangelium in lucem produxisse, quod ipse alijs auctor fuerit, nō verbo magis, quā exemplo, vt monachatum relinqueret. Quasi verò docere perferdiam, & vt violetur iusurandum Deo prestitum, hominibus persuadere, id sit Dei verbum in lucem proferrē. Potuitne dici quicquā imprudētius? Sequuti sunt Zuinglius, & Oecolampadius, ipsi quidem ab inuicē in multis rebus dissidentes, sed qui voluminibus tamen aliquot Lutheri de Eucharistia sententiā grauiter oppugnarūt, & qui fuerant Lutheranæ factionis, eorum non paucos in suā hæresim pertraxerunt. Exortus est postea Balthasarus, cui fuit ingens cum Zuinglio certamen. Primus hic ætate nostra veterem Donatistarum errorem retulit, ac non prodesse paruulis baptismum docuit, atque idē rebaptizandos censuit. Exiterunt postea qui rollerent baptismum, qui de templis imagines eijcerent, qui nudis corporibus incedentes primos parentes nostros referre conarentur. Nati sunt & Sabbatarij: subsecutum est genus quoddam propheticum, vulgo Schuermeros vocāt, qui reuelationibus niterentur. Quis autē singulos enumerando recensere queat? Quotidie noua dogmata, noua videmus existere dissidia: nec interea tamen quisquam est inter hos omnes quamlibet dogmatibus disrepantes, qui sibi Christi spiritū non vendicat, qui se purum purū Euangelium asserere non gloriatur: quod tamē ab orbē condito nunquā impurius, nunquā obscurius, quam ab istis factum est, fuisse constat. Quāquam ipsum quidem Euangelium nihilominus purū in Ecclesia catholica retinetur, cū nihil eo sit impurius, quod extra catholica docetur. Nam vbi tanta est dissensio, nequaquam ibi catholica esse potest. Quis autē ita fuerit excors, vt non rectius existimet cum Augustino consentiente auctoritatem Ecclesie sequi, quam istos ita dissidentes ab Ecclesia, vt ipsi nihilo secius inter se grauissimis de rebus dissentiant?

Fingamus autem esse non neminem, qui dubitet vbi sit catholica, quemque tēdeat huius Ecclesie, in qua pleraque cernere licet, quibus non possunt multorum oculi non offendi: cū videat idem ex vna secta complures indies nasci, nunquid non turpius fecerit, rationibusque suis melius prospexerit, si dum inter ipsos prius conueniat sectarios, expectauerit, quā vt huic aut illi se dedicat? cū preferim nō ipsi modo inter se, sed ne secum quidem ipse eorum aliquis persæpe consentiat. Indican hoc loci quorundam communes, indicant & commentarij, quos quorannis ferē nouos edunt, cum prioribus illis magna ex parte pugnantes. Tanta est in dogmatibus etiā vnusqueque varietas & inconstantia, vt crebro dicere solitū ferant illustrem olim principē Georgium Saxonie ducem, qui fuit ad extremum vsque vitæ suæ diem, catholicus semper & orthodoxæ fidei tenacissimus: Scire se quidem quid hoc anno crederent vicini sui Vitembergenses, ceterū quid essent anno proxime in sequeūte credituri, se nescire. Neque mirū: Sicut enim ab eodem Agathone, cuius pauld ante meminimus, scriptum est, quod nulla veritate fundatum est, necesse est, vt erroris inconstantia varietur. Nam vera fides im-

Georgij ducis
Saxonie dicitur.

mutari non poterit, nec aliter tunc, aliter postmodum prædicari: Quia sit sermo vester, vt Apostolus docet, Est, est: non, non: quod plus est, à malo est: Sola est Ecclesia catholica, sicut à Tarasio dictum in Synodo secunda Nicæna legimus, in qua quæ sunt hæc tenus tradita, non sunt, etiam & non, sed etiam tantum sunt in veritate, manentque infra cta, minimeque ficulnea in æternum tempus. Quamobrem vbi tanta varietas est & inconstantia, vbi subinde dogmata variari, subinde ritus nouari videmus, qui fieri potest, vt vbi catholica esse rectè credatur?

Aliam quasi notam Ecclesie catholice ponit Augustinus auctoritatem miraculis inchoatam, quæ dogmatibus fidem adstrueret: qua parte aded sunt destituti, qui se veritatem Euangelicam, annis iam plus mille sepultam, in lucem reuocasse gloriantur, vt ne claudum quidem equum eorum quisquā adhuc sanauerit. E contrario quibus & quantis miraculis inchoata sit auctoritas Ecclesie nostræ, non ex annalibus modo scriptis, verum etiam ex tabellis, & cereis quibusdam simulachris ad sepulchra martyrum nostrorum appensis, videre licet. Ceterum isti cū nihil eiusmodi proferre queant, eo sunt ad adaciam & amentiam prolapsi, vt non dubitent affirmare, miracula sanctorum nihil aliud quam dæmonum præstigias fuisse. De quibus sic superioribus seculis Guimundum Archiepiscopum Auerfanum scripsisse legimus: Quod si miracula non recipiunt, hostes Ecclesie se declarant. Ecclesia enim miraculis quàm maximè & propagata est, & adultæ. Quid denique est aliud miracula cassare, nisi Ecclesiam, quantum in se est, auferre?

Tertiam commemorat successionem sacerdotum ab ipsa Petri sede, vsque ad presentem Episcopatum. De qua & alio loco sic scribit: Cū igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum, fructumque videamus, dubitamus nos eius Ecclesie condere gramio, quæ vsque ad confessionem generis humani, ab Apostolica sede per successiones Episcoporum frustra hæreticis circulantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen auctoritatis obrinuit? Cui primas dare nolle, vel summæ profecti impietatis est, vel præcipitis arrogantie. Nam si nulla certa ad sapientiam salutemque animis via est, nisi cū eo rationi præcolit fides, quid est aliud ingratum esse opi atque auxilio diuino, quàm tantò labore preditæ auctoritati velle resistere? Et si vna quæque disciplina, quāquam vilis & facilis, vt percipi possit doctorem aut magistrum requirit: quid temerariæ superbiæ plenus, quàm diuinorum sacramentorum libros, & ab interpretibus suis nolle cognoscere, & incognitos velle damnare? Hac isti quoque cū careant, nihil est quod minus ferre possint, quàm vt ad ordinariæ Episcoporum & sacerdotum successionem ecclesia dicatur alligata. Contra verò non solum Augustinus, verum etiam Irenæus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Hieronymus, Optatus, & alij plerique omnes, qui catholici fuerunt & orthodoxi, non aliā quàm hæc notam, qua catholica agnoscere liceret, illustriorem esse iudicauerunt: quemadmodum vbi de Apostolica nobis Ecclesia sermo fuit, pluribus verbis planum fecimus.

Neque verò nouum, hoc est, quod ordinem hunc successionis impugnant hæretici. Describens Augustinus pestilentie cathedram, his verbis vitur: Quoniam cathedrā pestilentie non esse de Dei ordinem asseuerauimus, etiam eorum, qui extra ecclesiam, vel contra ecclesiam fides sibi instituerunt, cathedram pestilentie dicimus. Qui enim in cōcessa præsumit, reus est, quantum magis si & corrumpat traditionē eius, cuius sedem vsurpat? Nam & ordinem ab Apostolo Petro cceptum, & vsque ad hoc tempus per tradentium succedentium Episcoporum seruatum, perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est, corpus sine capite profitentes: vnde congruit etiam eorum sedem cathedram pestilentie appellare. Nec enim idē impunē erit, quia sub Dei nomine hoc agūt. Constat enim, suas illos causas sub Dei nomine agere: Non enim zelo Dei hoc agunt, sed sibi locum volentes defendere. Cū sciamus Core & ducentos quinquaginta viros per præsumptionem Deo offerentes, hiatu terre absorptos esse: & Oziam regem cum Deo illicitè obtulisset, lepra in fronte percussum esse.

Verum hic isti dicunt: Ergo ne ad hominum commenta vis alligata ecclesiam? nunquid non multo nos rectius, qui ad scripturam prouocamus? qui ad Dei verbum ecclesiam esse velimus alligatam. Atqui vnde scriptura? vnde vobis, quod ita frequenter intonatis, Dei verbum? Nunquid non à nobis? nunquid non à patribus nostris in quorum vos præceptis incedere non oportere, falso vobis persuadetis: Quorum si vos traditiones omnes putabitis esse respuendas, etiam Euangelio necessario vobis erit respuendum. Cuius enim nisi patrum nostrorum traditio est Euangelium? Quis illud incorruptum tot seculis asseruauit & ad nos vsque transmisit? pari fide per nos ad posteros nostros transmittendum? Nūquid non, à quibus vos ipsos priuata vestra libidine magis quàm

Jacob. 5.
Math. 5.
Actione.

Secunda nota
auctoritas mira-
culis inchoata.

Miracula apud
hæreticos nulla.
Enim, lib. 3. de
veritate corpo-
ris & sangui-
nis domini in
Eucharistia.
Tertia successio
sacerdotum.
Aug. de vilitate
te credendi, cap.
17. & 46.

Aug. in questio-
nibus veteris et
noui testamenti
Quest. 110.

Nm. 16.
2. Par. 26.

Ecclesia ad
quid alligata.

Euangelium pa-
trum nostrorum
traditione asse-
ruauit.

au thoritate segregastis, patres nostri? Quibus autem auctoribus, hoc Matthæi, illud Marci, aliud Lucæ, Ioannis aliud Euangelium, aut hoc demum quod ipsi scripserunt, non autem quod vel Thomas, vel Nicodemus, vel Barnabas scripsisse putantur, à Spiritu sancto profectum esse cognouistis? an non illis ipsis, à quibus vos separastis, patribus nostris? Itaque scriptura nostra est, neque vobis quicquam iuris in eam vendicare potestis: nisi prius à quibus discelsistis, ad nos patresque nostros redeatis. Quamobrem auferte ista, verbum Dei: verbum Dei: Euangelium: Euangelium: Non est nobis cum verbo Dei, non est nobis cum Euangelio pugna, sed cum interpretationibus & asseuerationibus vestris. Nam quod olim de Donatistis dixit Augustinus, quod contra Christum portant signum Christi, & contra Euangelium de ipso Euangelio quod non intelligunt, gloriantur. Quodque idem de Pelagianis quoque commemorat, quod eorum dogma, arma contra legem sumit ex lege: impugnat Euangelium ex Euangelio pugnant, & in sui perniciem de veris mendacia fingens: hoc totidem verbis de vobis dicere nobis licet. Verbum Dei toto peccatore veneramus & osculamur: sed quod asseueratis vos, hoc esse verbum Dei constanter negamus: Et cum eodem Augustino dicimus, quod ab alijs antea quoque dictum esse commemorauimus, quod non aliunde natæ sunt hæreses, & quædam dogmata peruersitatis, illaqueat animas & in profundum præcipitatis, nisi dum scripturæ bonæ intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temerè & audacter asseritur. Non pugnat ipsum secum Dei verbum, sed hominum interpretatio cum hominum interpretatione colliditur: de qua et inter nos agit, vtrum constantis animi sit, desicere ab opinione, quam tot vniuersæ doctrina, sanctimonia, miraculis celebres, tantò consensu tradiderunt: desicere ab vniuersæ Ecclesiæ decretis & animæ vniuersi alicuius fidei committere, qui nuper cum paucis exortus est: cum nec ipsi quidem congregationis proceres, vel secum vel inter ipsos consentiant: imò cum nec ipsi quidem secum persèpe consentiant, qui aliud plerumque stantes, aliud sedentes loquuntur. Nos qui per Dei gratiam sumus catholici, si minus omnes eruditè, saltem timide cumque reuerentia sacras literas tractamus, ac quo magis constare possit omnibus, nos esse catholicos, à Sapiente moniti, non innititur prudentiæ nostræ, non loquimur visiones cordis nostri, non solitariam aut nostram, vniuersi alicuius mortalis opinionem sequimur: memores illius, quod ab eodem Sapiente scriptum est: Vidisti hominem, qui sibi sapiens videtur? spes est de stulto, quam eo longè maior: sed orthodoxorum qui nos præcesserunt, vestigijs inherentes, in eorum interpretationibus acquiescetes, ab eis, quæ columna est & firmamentum veritatis, Ecclesiæ decretis recedere cum primis religiosum ducimus, atque ita quod vniuersimiter visum est vniuersis, hoc dicere scripturam, hoc esse Dei verbum credimus, nec ab eo nos vlla ratione dimoueri patimur, etiam si milles per membra sua Satanas occinat, quod ipsum aliquando Christo cecinisse legimus: Scriptum est enim: Vos contra, violenter irrumpitis, ac sub motis omnibus, quod vos vultis, quodque vestris dogmatibus commodum est, hoc sentire scripturam contenditis. Denique sic rem geritis, quasi non esse dispensatores, verum domini sacræ scripturæ postuletis. Hanc vestram tyrannidem ferre non possumus: quodque dixit aliquando Paulus obstrepentibus, id à nobis quoque contra vos rectè dici posse persuasum habemus: An à vobis verbum Dei processit: aut in vos solos peruenit? Vsq; eo certè non processit à vobis Dei verbū, vt quicquid ei habere vos existimatis, à nobis traditū, à nobis rãta fide custoditū habeatis, vt ne iota quidem aut apicè vnū in scriptura mutatū esse verè dicere possitis à nobis, inquam, & à patribus nostris, à quibus vosmet ipsos temerè segregastis. Nam quod sanctus Episcopus & martyr ille Cyprianus de Nouatianis dixit aliquando: Non nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt: id nos non minus verè, quam ille de Nouatianis, de vobis dicere possumus: Non enim nos à vobis, sed vos à nobis recessistis: quod ipsi, velitis nolitis, fatèri necesse habetis: A quo autem recessistis, quando à nobis recessistis? Recessistis à nostris & vestris non ita pridem patribus: nondum enim quadraginta anni intercesserunt, cum eisdem vtrique patres agnoscebamus, in eorundem patrum præceptis incedebamus: à quibus (ò filij desertores) vos certè, vos recessistis. Recessistis à tot millibus sanctorum martyrum, Episcoporum, cõfessorum, sacerdotum, qui, quod nobis Christi tradiderunt Euangelium, id nos constanter adhuc retinemus, omnia prius & facere & pati parati, quam vt ab eo nos in aliud Euangelium transferri permittamus. Recessistis, vt vno verbo cõplectamur omnia, recessistis à catholica. Cuius ergò nisi nostrū proprium est Euangelium? cuius nisi nostræ propriæ sunt scripturæ? Nos enim patrum nostrorum Apostolorum & Apostolicorum virorum vera soboles, nos eorum legitimi sumus hæredes, & successores: ab illis nostræ fidei traducè, ab illis nostræ doctrinæ semina mutua si sumus: ab illis Euangelium, ab illis scripturas nobis traditas possidemus. Nos ecclesiarum

Aug. epist. 61.

In prologo Hypog.

Idem tract. 18. in Ioan.

Scripturæ interpretationes quas sint accipiendæ.

Prover. 3.

Prover. 36.

Matth. 4.

1. Cor. 14.

Matth. 5.

Cyp. tract. de simplicitate prælatorum.

suarum nostrarum origines edere, nos Episcoporum nostrorum ordinem euoluere possumus, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex viris Apostolicis, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit auctorem: ab ijs in possessionem scripturarum & Euangelij missi sumus. Vos autem qui estis? quando & vnde venistis? quid nostro agitis nō nostri? quo iure sylvam nostram cæditis? qua licentia fontes nostros trãsiueritis? qua potestate limites nostros commouetis? Nostra est possessio: quid hic vos ad voluntatem vestram feminatis & paciscitis? nostra est possessio: Olim possidemus: priores possidemus: habemus origines firmas ab ipsis auctoribus, quorum fuit res: Nos Apostolorum sumus hæredes: sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei cõmiserunt, sicut adiuuauerunt, sicut per manus alijs tradiderunt, sicut per longam Episcoporum & sacerdotum successione, ad nos vsque transmiserunt, sic tenemus: vos certè ex hæredauerunt semper & abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos.

Ceterum, quod antea quoque docere nos meminimus, nihil noui faciunt hæretici, cum ad scripturas prouocant, cum eas sibi tanquam proprias vendicant, cum earū possessione ceteros excludunt, cum sibi solis eas interpretandi ius arrogant: idque nouo more, cõtra quam à patribus nostris intellectæ fuerint. Verum hoc illis ius per catholicos cõcessum fuit: nunquam: qui semper quidem scripturas tanquam diuinitus inspiratas, reuerenter accipiebant, sed vbi de sensu earum cõtrouertebatur, ad patrum interpretationis prouocabant: quos isti vsque eo aspernatur & respuunt omnes, vt nihil se recipere dicant, nisi scripturas: sed sic, vt penes se solos certam esse velint auctoritatem interpretandi. Quod interpretantur ipsi, hoc sensisse volunt Spiritum sanctum: quod adseruit alij quamuis magni, quamuis multi, à spiritu Sathanæ & ab alienata mente profectum esse blasphemant. Nolunt vt fidamus veteribus orthodoxis, quod non nunquam inter se variant: cum inter istos paucos tanta sit cõtrouersia de Prophetis, de imaginibus, de disciplinis, de baptismo, de Eucharistia, de iustificatione, de qua ceteris ad religionem pertinentibus. Et volunt, nihilominus credi suis dogmatibus, cum ea tamen quotidie noua expectemus. Quod si quæ fuisse videretur inter veteres dissensio, non de magnis ea, neque de necessarijs rebus, verum de ijs fuit, quæ cum non ita magni essent momenti, liceret vnicuique abundare in sensu suo: Stilo illi diuerso, nō fide diuersa scripserunt. Si quæ res arduæ fuerunt ad religionem nostram pertinentes, ad eam nulla fuit inter eos de illis cõtrouersia, vt cum iisdem plerique temporibus vixerint, ac maximis locorum intervallicis disiectum & distractum fuerint, haud aliter tamen scriptam suam de illis sententiam ad posteros transmiserunt, quam si vno in loco de iisdem collatis sententijs, vnum idemque sensisse, & quasi cõspirasse viderentur. Quæ vel sola res documento nobis esse potest, illos ab eo magistro, qui facit vnanimis in domo sua habitare, quæ scripserunt excepisse, vt nulli sit pro dubitandum, hoc sensisse Spiritum sanctum, quod illos esse legitimos interpretatos: præsertim quoties in vnam aliqua de re sententiam conueniunt omnes. Nam vt labi singulorum homines potuerint, certè si quid à pluribus receptum, & vsu totius Ecclesiæ postea fuit approbatum, in eo labi potuisse credendum non est.

Hæretici ad scripturas prouocant

Psal. 67.

Patrum auctoritas in cõtrouersijs dogmatibus.

Quoties igitur aliqua de re ambigitur, ad quos alios quam ad istos rectitus prouocamus, quorum iam inde à mille & amplius annis, in vniuersa Ecclesia maxima semper fuit auctoritas: quam illis non doctrina magis excellens, quam admirabilis quædam veteris sanctimonia comparauit. Sic enim in illis cum eruditione certabat integritas, neutra vt alteri concedere velle videretur. Si quibus causa est iudicio disceptanda, nonne tales dari sibi iudices optant, qui suæ voluntatis non in hanc maiori, quam in alteram partem inclinatione propendeant: neque vel odium aliquod, vel amorem erga alteram præ se ferant? quod affectiones istæ plerumque in causa sunt, vt illis mens hominis impecta quod verum sit haud facillè perspiciat. Qui possunt autem alij reperiri magis ab omnibus hoc genus affectionibus remoti, quam fuerunt sancti patres nostri: qui cum ante tot secula mortalem hanc vitam cum beata illa & immortalis commutauerint, literarum monumenta reliquerunt, in quibus restatas & consignatas animorum suorum sententia, de rebus hodie cõtrouersis ad nos transmiserunt: nihil vel gratiæ, vel odio tribuentes, cum tantò seculorum intervallo, inter quos hæc esse futura disceptatio, scire tum non potuerint? Hos igitur si duces sequemur, nunquam aberrabimus: horum iudicio si causam nostram permittimus dictum ac factum, eam quam quærimus, & pro qua pugnare videmur, & æquitatem & veritatem inueniemus. Fecerunt hoc (sicut iam non vno in loco demonstrauimus) hi quorū vestigijs libenter incedimus patres nostri, nō minus Ecclesiasticæ traditioni, quam scripturis inherentes. Præ ceteris Augustinus contra Iulianum scribens ad istos iudices prouocabat, tanquam ab omni odio, amicitia, inimicitia, ita, vacuos, Fecerunt item & ducenti patres, qui conueniant Ephesi, quibus hoc catho-

Lit. 28

catholicissimum, fidelissimum, atque optimum factu visum fuisse, narrat Vincentius Lyrensis, ut in medium sanctorum patrum sententia proferrentur, quorum alios martyres, alios confessores, omnes vero catholicos sacerdotis fuisse & permansisse constaret: ut scilicet rite atque solenniter ex eorum consensu atque decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, & prophanae novitatis blasphemiam condemnaretur.

Liber autem ex Ecclesiastica quoque historia exemplum eius rei proferre. Verum est enim quod dixit Sapiens: Nihil sub sole nouum, nec valet quicquam dicere: ecce hoc recens est; iam enim praecessit in seculis quae fuerunt ante nos. Itaque nec haereses istae, quae nunc Ecclesiae Dei tantum exhibent negocij, nouae sunt: cum eas ante mille & amplius annos consutatas videre liceat: nec iste deploratus nostrorum temporum status, quin fuerit etiam olim deploratus, praecipue quibus temporibus Arriana viguit impietas: quae tam longe tamque late grassata fuerat, ut non iam intra populares homines sese conrineret, sed ipsos etiam Ecclesiarum antistites implacabilibus odijs committeret: nec ipsis etiam Imperatoribus, & eorum aulis intactis. In hoc itaque rerum statu, fuisse scribit Socrates catholicum Imperatorem Theodosium, qui tota mente in eam curam incubuerat, ut motus in causa religionis concitati tranquillari, omneque non opinionum magis, quam animorum dissidium ex Ecclesia tolli, atque optata illi pax & tranquillitas restitui posset. Quamobrem congregata synodo, Nectarium Episcopum accersit: consiliu ab eo sibi postulat, quoadmodum effici queat, ut sedatis procellis & tepestatibus, quibus tum Ecclesiae nauis vehemeter iactabatur & agitabatur, ad optatu tandem aliquando quietis portum peruenire liceret. Sibi quidem videri, non alia via commodius id fieri posse, quam si quaestiones & controuersae, quae motibus istis excitandis causam dedissent, diligentius excussae forent. Haec posteaquam audiuit ex Imperatore Nectarius, cum primis anxius & sollicitus, cum Agellio primu, deinde cum Sifinnio rem communicat. Erat Sifinnius egregia quadam dicendi facultate & minime vulgari sacrarum literarum cognitione praeditus: Huc accesserat ingenium solers, & rerum usus, & experientia, quam fuerat non mediocrem motus istos momenti allaturas, verum illud effecturus potius, ut res in maiorem contentionem exiret. Quapropter hoc Nectario dat consilium, ut omni ope contendat & elaboret, ne disputare sit necesse: sed priscorum tantum interpretationes in medium producantur, quibus prolatis, quaeratur ex haeresarchis Imperator, quo loco, quoque numero doctores illos habeant, quorum nomina, quam longe lateque patet Christianus orbis, cum primis celebria semper fuerunt: nunquid ad Ecclesiam eos pertinere putent, aut tanquam alienos a fide Christiana reiiciendos censeant? Quod si inquit, tanquam alienos reiecerint, an deant igitur eos anathemate damnare: Quod si aui fuerint, statim a multitudine profligabuntur. Sin autem priscos doctores minime se probare testati fuerint, nostrum erit libros eorum proferre, quorum testimonio doctrina nostra confirmatur. Hoc Sifinnij consilium Nectario probatur. Itaque nihil cunctatus ad aulam properat, Imperatori rem exponit: Is cupide rem amplexus, accitis haeresarchis, percutatur ex illis: an aliquam eorum doctorum Ecclesiae habeant rationem, quae praecesserant ipsorum haeresim: num probandos eos, an reiiciendos censeant? Illi, cum quorsum iret Imperator nescirent, non alio loco, quam quo suos praecipitantes eos habere se responderunt. Quare rursus Imperator: Num eos tanquam fide dignos Christiani dogmatis testes recipere velint? Tum primum olsecerunt illi, quid sibi vellet haec Imperatoris interrogatio: cumque aliter alij erga veterum libros essent animati, ortum est inter eos dissidium, cum alij recipiendos, alij minime recipiendos esse censerent. Atque ita quorum haecenus vna tantum fuerat haeresis, hi iam non a catholicis magis, a quibus discesserant, quam ipsi a seipsis dissentire ceperunt. Sic eorum concursus improbitas (inquit Socrates) haud aliter quam veterum olim Gigantum lingua dispersa, simul turris eorum improbitatis est euersa. Vel ex hac historia videre licet, minime nouum esse, vel quod haeretici priscorum patrum sententias asperrantur & respuunt, vel quod ad eas catholici libenter pronocant.

Eccl. 1.

Arriani haeresis pestis quam late serpsit.

Socr. ll. 5. ca. 10 Eccl. histo.

Haeretici quomodo reserendi sunt.

Sifinnij consilium

Disputationum pernicies.

Haereticorum successio.

trium non esse liberum, sed seruum: & absoluta necessitate euenire omnia. Nunquid hoc a Simonis Petri sede profectum est? & non a Simonis Magi potius, qui grauis Petri fuit aduersarius? Quem errorem, si quid Clementi credimus, ita Petrus Apostolus confutauit, ut in eo adstruendo, nisi centum annis interiectis, nullum Simon habuerit successorem. Nam post centum demum annos exiit Marcion haereticus, qui non dubitauit hoc ipsum asserere. Sed exprobus est deinceps Marcion quoque, neque reperitus est quicquam intra centum alios & triginta annos, qui in falso dogmate tuendo succedere illi vellet: donec ad Maucum ventum est, vnde Manichei nomen traxerunt. Verum & huius furorem ita compefcuit Augustinus, ut octingentis & amplius annis, nullum hanc illius insaniam sequutus esse legatur. Primum ante quadringentos annos exortus est Petrus Adelhardus, qui pridem sepultum errorem hunc in lucem reuocauit: cuius a Bernardo sic est conuictus, ut annis ducentis quadraginta, qui confirmaret hoc ipsum, reperitus non fuerit. Post quod temporis intervallo, exiit Ioannes Vicleff, in Constantiensi & Basiliensi Concilio condemnatus. Hunc post annos centum quadraginta successit Martinus Lutherus. Atque haec est non continuata, sed saepius interrupta successio, quod attinet ad hunc articulum Ecclesiae Lutheranae, in quo ille summam esse causam scribit. Primus assertor fuit Simon magus: Simoni post annos centum successit Marcion: Marcioni centum alijs & triginta interiectis Manicheus: Manichaeo post octingentos & amplius, Petrus Adelhardus: Adelhardo post ducentos quadraginta, Ioannes Vicleff: Ioanni Vicleff post centum quadraginta annos, Martinus Lutherus: Cuius successione adeo pudet Lutherum, & sectatores eius, ut in sui erroris huius impij defensionem, nullum ex his auctorem citare audeat: Citius adeo, qui confutatur hoc dogma, quoties illi commodum videretur, Augustini, Bernardi, & aliorum catholicorum, in aliam quam ipsi scripserunt, sententiam detorto vsus fuerit testimonio: Sic suo ipse tanquam forex perit indicio. Catholicos, veli nolit, fateatur necesse est, quorum sententiam oppugnat: quorum vero dogma tuetur, eos haereticos fuisse negare non potest. Vnus est ex omnibus impij dogmatis huius assertor, quem nominare tamen audet, Ioannes Vicleff, Ecclesiae iudicio condemnatus: quem (tanta hominis est audacia & impudentia) ob hoc ipsum, quod ab Ecclesia est damnatus, in sanctorum album referre non dubitat. Sed quorum sanctorum? quos iam enumerauimus, Simonem Magum, Marcionem, Manichaeum, Petrum Adelhardum, qui si sancti fuerunt, non fuit ergo sanctus Petrus Apostolus, non alij multi, qui successerunt ei, qui sanguinem suum pro Christo fuderunt, non tot martyres, Episcopi, Doctores, qui a Petri sede se nunquam auelli passi sunt, qui omnes vsque ad haec nostra tempora vno ore, liberum esse, non seruum arbitrium docuerunt.

Seruum arbitrium a Simone Mago Afor. 8. Lib. 2. recognitiuum. Marcion.

Manichei.

Petrus Adelhardus.

Ioan. Vicleff.

Lutherus.

Atque haec est successio Sacerdotum & Episcoporum, quae sicut Augustinum olim, sic & nos in Ecclesiae catholicae gremio iustissimè tenet. Cuius quidem successione, vsque eo nos non pudet, ut quos isti nunc errores suscitauerunt, siue dum absoluta necessitate fieri docent omnia, siue dum & sacerdotium & sacrificium abrogare, & modò non Deum ipsum è medio tollere conantur, siue dum solam fidem ad salutem sufficere docent, siue dum sanctos inuocados negant, dum celi batum sacerdotum oppugnant, dum orare promortuis, aut mediatoris offerre sacrificium prohibent, dum ieiunia, vel ciborum in illis delectum, dierumque discrimen habendum non esse putant, dum imagines à templis reiiciunt, dum Christi corporis & sanguinis veritatem in Eucharistia negant, dum semel baptizatos rebaptizandos esse censent, adeo nos non pudet successione huius, ut hos & quoscumque tandem erroris alios, quos enumerando recensere longum foret, vel hoc ipso nomine tantò vehementius detestemur, quod eos his ipsis auctoribus de quorù successione gloriamur ante tot secula, Christiani totius orbis applausu, videmus esse condemnatos. Contra vero, quae didicimus, in ijs tantò & libentius, & fidentius permannemus: quod ab istis magistris didicimus, quorum tot seculis sacrosancta semper in Ecclesia fuit memoria: quorum scripta publicitus leguntur in templis, & post diuinae legis oracula primum locum obtinent: quae vel ipsi haeretici adeo non sunt aui profus reiicere, ut quoties in sua commodo facere posse videntur, vel ob torto collo (quod aiunt) ad suam sententiam confirmandam ea pertrahere conentur: quod ea re suis quoque scriptis, permultum auctoritatis accessurum esse persuasum habent. Adeo vel hostes etiam ipsi veritatis, quos esse praegones intelligunt veritatis, eorum testimonijs ad falsitatem suam adstruendam vri gaudent. Et dubitamus adhuc vbi sit catholica? Scrupulum hunc eximent nobis Christi verba dicentis: Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilae.

Matth. 24. Corpus Christi Ecclesia. Epha. 17. Aquila in Euangelio qui intelligenda.

Corpus Ecclesiam esse docet nos Paulus, & quidem corpus Christi. Sic enim loquitur ad Ephesios: Deus dedit Christum caput super omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius, Aquilas autem, quos esse dicemus alios, quam, quorum iam facimus mentionem, sanctos

sanctos illos Episcopos & doctores: quorum & excelsa virtus, & sublime fuit ingenium, & doctrina singularis: quorum plerique fuso sanguine suo, veritatem eorum, quae scripserunt, comprobant. Quamobrem vbiunque videris illas aquilas congregatas, ibi Christi corpus, ibi catholicam Ecclesiam esse non dubitaueris: Sic ubi vnam aliquam in sententiam conuolant, ex varijs & longo locorum interuallo disiunctis totius orbis Christiani partibus sancta illa aquila, Dionysius Areopagita, Clemens, Ignatius, Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Ioannes Chryostomus, Theophilus Alexandrinus, Epiphanius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius pontifex, Beda, Isidorus, Bernardus, & qui sunt eos sequuti, quos omnes enumerare longum foret, quod haec Ecclesia catholica sententia sit, nihil est quod ambigas.

Verum hic isti contradicunt: Nunquid etiam hi, quamlibet docti & sancti viri, non aliquando spiritu Dei desititui potuerunt, ut suo pleraque, hoc est, humano spiritu scriberent? Potuit sane seorsum eorum aliquis: at non in eo, in quo cum ceteris idem sentit omnibus: non in eo, quod est tot seculorum consensu comprobatum. Quoniam vero de Spiritu mentionem fecimus, neque nostra haec aetate ferè quiquam est haereticorum, qui sibi Dei spiritum ita non vendicat, ut alijs detrahat omnibus, liber pro libri huius conclusionem, quemadmodum dinosci spiritus oporteat, paucis demonstrare. Praedare monet Ioannes Apostolus & Evangelista: Charissimi nolite omne spiritum credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Causam cur ita moneat, addit dicens: Quoniam multi pseudo-prophetae exierunt in mundum. Reuera si fuit aliquando, nunc esse tempus illud videtur quo probare spiritus cum primis est necessarium: quia vna re vix quicquam esse potest difficilius: ut inter alia, quae Paulus enumerat, non minimum Dei donum sit, discretio spirituum. Sed explicet ille difficultatem hanc, qui nos ut spiritus probaremus admonuit: In hoc, inquit, cognoscitur spiritus Dei: Omnis qui confiteretur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo est. Haec verba Ioannes enarrans Augustinus, cuius interpretationem potissimum sequi libet: Quasi eriguntur, inquit, aures ad discernendos spiritus: & tale quiddam audiuius, vnde nihilo minus non discernamus. Quid enim ait? Omnis spiritus qui confiteretur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Ergo spiritus qui est apud haereticos, ex Deo est: quia confitentur Iesum Christum in carne venisse. Quare ab Arrianis? confitentur Iesum Christum in carne venisse. Quare ab Eunomianis? confitentur Iesum Christum in carne venisse. Quare a Macedonianis? confitentur Iesum Christum in carne venisse. Interroga Cataphrygas? confitentur Iesum Christum in carne venisse. Interroga Nouatianos? confitentur Iesum Christum in carne venisse. Omnes ergo istae haereses spiritum Dei habent? Non ergo pseudo-prophetae sunt? Nulla est ergo ibi deceptio, nulla seductio? Certe Antichristi sunt, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quid ergo facimus? Vnde discernimus? Audiuistis quia dictum est. Qui negant Iesum Christum in carne venisse, hic est Antichristus. Et ibi quae suimus, quis neget, quia nec nos negamus, nec illi negant: Et inuenimus quosdam factis negare, & adhibuimus testimonium de Apostolo, qui ait: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Quaramus igitur in factis, non in linguis. Quis est spiritus qui non est ex Deo? Qui negat Christum in carne venisse. Et quis est spiritus, qui ex Deo est? Qui confiteretur Iesum Christum in carne venisse. Eia fratres, opera attendamus, non strepitum linguae. Quaramus quare venerit in carne Christus, & inuenimus, qui eum negat in carne venisse. Nam si linguas attendas, multas haereses audiretur es, confitentes Christum in carne venisse, sed conuincit illos veritas. Quare venit Christus in carne? Venit ut traderetur gentibus, ut illuderetur, ut flagellaretur, ut conspueretur, ut occideretur, venit ut moreretur pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum: Caritas illi de caelo detraxit: caritas carne vestiuit: caritas, ut acerba & signominiosam crucis mortem oppeteret, impulit. Maiore hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: posuit ille pro inimicis. Qui quis ergo non habet caritatem, negat Christum in carne venisse. Nunciam haereticos omnes interroga: Christus venit in carne? Venit: hoc credo, hoc profiteor. Imò hoc negas. Vnde nego? Audis quia hoc dico. Imò ego conuincio quia negas corde: dicis verbis, negas factis. Quomodo, inquis, nego factis? Quia idem venit in carne Christus, ut moreretur pro nobis. Idem mortuus est pro nobis, quia caritatem multam habuit, per quam filios Dei, qui erant dispersi congregauit in vnum. Tu non habes caritatem, quia non modo non congregas, verum etiam quae pretioso Christi sanguine congregata sunt, ea dispergis, & pro honore tuo diuidis vnitatem. Ergo hinc intelligite spiritum ex Deo, pulsate, tangite fistula, ne forte crepauerint & male resonent. Videte si integrè sonant, videte si est ibi caritas. Tollis te ab vnitatem orbis terra-

1. Ioan. 4. Spiritus quomodo probandi.

1. Cor. 12.

1. Ioan. 4.

Aug. in primis Canonica Ioan. 14. 6.

1. Ioan. 2.

1. Tim. 1.

Math. 20.

Ioan. 11.

Ioan. 15.

1. Tim. 1.

terrarum, diuidis Ecclesiam per schismata, dilanias corpus Christi. Iste venit in carnem, ille mortuus est, ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum: tu idem clamas, ut congregatos dispergas. Ergo ipse est spiritus Dei, qui negat Iesum in carne venisse: qui dicit non lingua, sed factis, qui dicit non sonando, sed amando. Ille autem non est spiritus Dei, qui negat Iesum in carne venisse: negat & ipse non lingua, sed vita, non verbis, sed factis. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus: Soluere, factis intelligitur. Ille venit colligere, tu venis spargere: Quomodo non negas Christum in carne venisse, qui disrumpis Ecclesiam, quam ille congregauit? Contra Christum venis, Antichristus es.

Haec pluribus verbis ex Augustino transcribere visum est, ut qui sit ex Deo, qui non sit ex Deo spiritus, cognosci possit. Qui etiam alibi eadem verba Ioannis explicat: Quid est, inquit, negare Christum factis? Superbire & schismata facere: Ita factis negatur Christus: vnitatem quippe amat Christus. Quamobrem non omnis ille spiritus, qui confitetur Christum in carne venisse, qui confiteretur, quod vnus ipse mediator Dei sit & hominum: quod sit propitiatio pro peccatis totius mundi: quod non sit aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo nos oporteat saluati fieri: non omnis, qui confiteretur haec, spiritus ex Deo statim est, si voce tantum clamat non opere, si lingua confitetur, non factis, si non habet caritatem, per quam cum Christo congreget, sed flagras odio, quos congregauit Christus, eos cum Diabolo dispergit: Habeat Christum in ore, quantum vellet, gloriatur de verbo Dei, iacet se de Euangelio, dicit Augustinus, quod est Antichristus. Verum quid nos haec Augustini dicere dicimus? dicit hoc ipsa veritas: Qui non congregat mecum, spargit. Si congregat Christus, tu quos ille sanguine suo congregauit, spargis: quid hoc est aliud quam Antichristum esse? Meminimus hoc quoque nos iam ex Augustino docuisse, quod sicut a Paulo traditum accepimus, totus Christus & caput est, & corpus. Caput est vniuersus Dei filius, corpus eius est Ecclesia. Non satis est si de capite credas, quae cum; de eo sanctae scripturae nobis prodiderant, si te segregas a corpore capitis huius, a sancta catholica Ecclesia, si non communicas eius vnitati, si contra eum, quem tot seculis illa recepit sensum, scripturas interpretaris, si tibi soli plus, quam illi vniuersae credi vis, quid aliud, quam quantum in te est, soluis Iesum, atque ita Antichristus es. Qui enim vel Ecclesiam a capite suo Christo, vel seipsum ab Ecclesia, vel Ecclesiam in seipsa separat & diuidit, is verè Christum soluit, & Antichristus verè dici meretur, quia scindit, quod Christus vnitum esse vult.

Habemus ergo iam, qui sit ex Deo spiritus, qui non sit ex Deo. Quicumque soluit Iesum, hoc est, qui diuidit corpus eius Ecclesiam, non est ex Deo, sed est Antichristus. Non qui scientia, sed qui charitate praestit, is demum ex Deo spiritus est. Scientia enim inflat, charitas est quae aedificat, nec est aliud quicquam aequè noxium, atque remota charitate scientia. Quamobrem rectè monet Augustinus. Amate scientiam, sed antepone charitatem. Scientia si sola sit, inflat, qui verò charitas aedificat, non permittit scientiam inflari, quam, si scientia coniuxerimus, futurum est, sicut scribit Maximus, ut cateantius omni superba inflatione, erimusque spirituales economi, cum nosmetipsos, tum omnes qui nobis appropinquant aedificantes. Ibi ergo inflat scientia vbi charitas non aedificat, vbi aedificat, solidata est. Non est ibi inflatio, vbi terra est fundamentum. Quando autem rnat inflatio, hoc est elatio? utique quando charitas deest. Est igitur absque charitate cum primis noxia scientia, quae superbos reddit & inflatos, cuiusmodi sunt demones, qui non aliunde nomen apud Gracos, quam a scientia traxisse creduntur. Qui sicut ipsi superbi sunt & arrogantes, ob quod etiam vitium tanquam fulgur de caelo ceciderunt, ita quod ipsis ruina causa fuit, per id primis parentibus nostris infidias fecerunt, & ut ex paradiso turbarentur, in causa fuerunt. Quid enim promissit illis demon, quod facilius persuaderet, ut contra diuinum edictum de ligno scientiae boni & mali manducarent? Eritis, inquit, sicut dii, scientes bonum & malum. Videre instantem scientiam, vnde ad primos parentes nostros, vnde ad nos etiam eorum posteros innumeræ calamitates & miseriae redundauerunt. Quid si, quod Paulus monet, nolissent illi altum sapere, vel plus sapere quam oportet sapere, si contenti fuissent sapere ad sobrietatem, si non esse Deo similes inflante scientia contendissent, si quod eis liberaliter a Deo concessum fuerat, in eo acquieuisissent, nec ipsi, nec nos eorum proles, ex illo tam felici statu turbati, in has tantas calamitates recidissemus. Sed homo cum in honore esset, non intellexit, & idem com paratus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sic etiam qui turbatus est de caelo, non ex ordine Seraphin, sed ex ordine Cherubin fuisse dicitur. Sic enim loquitur Propheta: Peccasti, & eiecisti de monte Dei, & perdidisti de Cherub, protegens de medio lapidum ignitorum, & leuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam in pulchritudine tua, in terram proieci te, ante faciem regum dedi te, ut cernerent

1. Ioan. 11.

Aug. ser. 31. de verb. Apostoli. Tit. 1. Factis negare Christum. 1. Tim. 2. 1. Ioan. 2. 1. Cor. 4.

Math. 12.

Aug. de vnitatem eccle. cap. 4. Christus caput corpus. Soluere Iesum quid sit.

Scientia sine charitate noxia. 1. Cor. 8.

Aug. ser. 53. de verbis dominicis. Max. centuria. 4. cap. 50.

Demon vnde.

Luk. 10. Gen. 2. Sap. 2.

Gen. 3. Rom. 5. Rom. 11. 12.

Psalm. 48.

Ezech. 28.

Cherub.
Seraph.

Esai. 14.

Scientia ex Dei
spiritu.

1. Cor. 8.

Scientiam ha-
bere cupiens pri-
mum se ipsum
scire studeat.
Rom. 12.
Phil. 1. 2.

Nat. 11.
Prouer. 9.
Scientia compo-
sanda ratio.
Prouer. 9.

Psalm. 27.

1. Pet. 5.

Philipp. 2.

re. Quod quidem carere mysterio non videtur. Significatur enim hac re, quod lapsus eius incitamentum fuerit, non diuini amoris, verum scientiae suae excellentia, Cherub enim plenus scientia, Seraph plenus amore interpretatur. Quid autem? qui nunc Ecclesiam concurbant, qui Christi corpus dilaniant, qui pro honore suo diuidunt unitatem, quam alia reputamus eos ad id faciendum adduci, praeterquam inflante sine charitate scientia? Quid illis aliud suggerit diabolus, quam quod suggestit olim parentibus nostris, dicens: Eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Nunquid non se deos esse sibi persuadet, qui siue de sanctorum patrum scriptis, siue de conciliorum decretis productum aliquid audiuerint, quod suis dogmatibus aduersetur, illicet tanquam hominum commentum rejiciunt: tanquam homines & ipsi non sint? Cuius autem ea re se filios esse declarant, nisi Cherub eius qui dixit: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo: qui postea in infernum tractus est in profundum lacus. Certè quicumque sunt hoc ingenio praediti, quamlibet gloriantur se certos esse, quod habent spiritum Dei, certum est, quod non Dei, sed satanae spiritu aguntur, non est ex Dei spiritu quae inflat scientia, sed quae per charitatem aedificat, ea demum est ex Dei spiritu: Caeterum quae charitate vacua est, haud aliter se habet, atque cibus sine digestionem. Sicut enim cibus indigestus, cum non fuerit bene concoctus, generat malos humores, & corrumpit corpus, non nutrit: sic & multa scientia ingesta stomacho animae, si charitatis igne decocta non fuerit, quid aliud quam tumores parit & inflationes? Quamobrem rectè monet Apostolus, ubi de scientia meminit inflante: Qui se existimat aliquid scire, nondum scit quomodo oporteat eum scire: nescit enim quomodo utendum sit scientia, quod praeribit ea, quae non inflatur charitas.

Quisquis igitur ad edificationem, non ad destructionem habere vult scientiam, primum seipsum scire studeat, si enim futurum est, ut facessat omnis tumor & arrogantia. Porro spirituale edificium stare non potest, nisi stabile iactum sit humilitatis fundamentum. Struat itaque se ante faciem suam homo, suam secum reputet imbecillitatem, mox illud consequetur, ut sit non inter alta sapientes, sed inter humilibus consentientes. Nihil aget per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores se alios arbitrabitur, atque aliorum: praesertim verò maiorum, plus quam ipse ipsius iudicio tribuendum esse putabit, non modò, non se praesertim vili, sed sibi potius ceteros anteponet. Siquidem sicut qui per ostium transit, cuius demissum nimis est limen, quantum se dimiserit magis, tantò facilius effugiet, ne impingat: quod si vel transverso digiti spacio, se quantum ostii mensura patitur, altius erexerit, euertigio quassato capite collidetur. Ad eundem planè modum habet se mens hominis: quantum se dimiserit magis, tantò facilius cauebit, ne offendant: quòd cauere non poterit, simul ut se vel paululum erexerit. Hoc est quod à Christo quoque dictum legimus: Confiteor tibi pater, domine caeli & terrae, quia abscondisti haec à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et in Prouerbijs clamat sapientia: Si quis est paruulus, veniat ad me. Quisquis ergo scire vult, discat quemadmodum eum scire oporteat. Docebit autem eum, ea quae non inflatur charitas, ne velit esse sicut Deus ne super nubium altitudinem ascendat, ne similis esse contendat altissimo: sed se cum sui potius generis mortalibus comparet, ac non modò non se illis, verum sibi, & otios illos anteponat: Sic secum ipse reputet: Homines fuerunt, quibus huc aut illum sensum haec habere scriptura visa est: homo sum & ego: non minus, ac fortasse magis etiam, quam eorum aliquis errori obnoxius: Ac si forte illi peccatores fuere, quanto sunt maiores iniquitates meae, quae supergressa caput meum, & sicut onus graue, grauitate sunt super me. Fieri potest ut hallucinet, ut error sit, quod mihi verum esse videtur: quamobrem non committam, ut ab eo temerè discedam, quod tantò omnium consensus, tot seculis receptum, quòd ab ijs etiam, qui ex vniuerso orbe Christiano, viri doctrinae & pietate praeter ceteris insignes, vnum in locum hac ipsa de causa congregati fuerunt, vniuersim voluntate definitum esse video. Fortassis illi viderunt aliquid, quod ego peccatis meis impeditus videre nunc non possum: Fortassis si praesens in eorum confesum adfuissem, & quibus illi rationibus, hoc cita stauerunt, audiuissem, idem quod illi sensissem. Hoc spiritu qui praeditus est, nihil dubitet, quin is ex Deo sit, qui resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.

Paraenesis cum totius operis Peroratione.

CAPVT XCIII.

HVNC spiritum dari sibi postulant omnes, qui Christiani & Orthodoxi ceteri volunt: quos in extrema operis huius nostri parte, visum est nobis iisdem verbis affari, quibus Philippenses olim Paulum esse legimus alloquutum. Si qua, inquit ille, consolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spiri-

tus, si qua viscera miserationis, implete gaudium nostrum.

Scriptis haec ad Philippenses Paulus, à cuius sanctitate quamuis ita longè nos remotos agnoscamus, vt ne qui corrigiam quidem eius calciamenti soluamus, nos dignos ingenue fateamur: quibus tamen alijs, quam doctoris gentium, ex quibus nos originem duximus, verbis rectius alloqui possumus fideles omnes, quorum cura fidei nostrae peculiariter est à Deo commissa: eos praesertim, quibus nihil quod receptum est, placet: qui nouis quibusdam & peregrinis doctrinis abducti, nolunt nobiscum in Christi pace, in Ecclesiae catholicae unitate, in fraterna charitate gaudere, sed ab orbe terrarum, quo Ecclesia catholica, secundum Prophetica & Evangelica promissa, diffunditur, se dirimentes, in parte esse, & pars dici, quam à Catholica nomen ducere malunt: nec amant nobiscum id ipsum, ad quod nos toties hortatur Apostolus, cum tamen eundem se dicant nobiscum confiteri Christum: qui altare contra altare erigere, cathedram contra cathedram constitutere conantur. Hos itaque praeter ceteros vt Paulinus verbis his admoneamus, cogit nos paterna cura & sollicitudo nostra, quam pro salute eorum gerimus: Si qua consolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium nostrum.

Quatuor sunt, per quae Paulus Philippenses obsecrat. Primo loco: Si qua, inquit, consolatio est in Christo. Non cuiusuis, verum eius, quae est in Christo consolationis meminit in Christo, qui pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: Ipse enim solus est, per quem ab unda consolationis nostrae: ipse solus est qui dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Querat qui volet ex auro & argento, querat ex amplitudine possessionum, querat aut ex doctrina excellenti aut ex eloquentia singulari, querat ex quacunque tandem earum rerum consolationem, quae multitudinis imperita iudicio cum primis esse videntur expetenda: nos extra Christum molestias multas, consolationem scimus nullam. Solus Christus est consolatio nostra, pax, quies & tranquillitas nostra. Sic enim ipsum iam iam ex hoc mundo migraturum, suis dixisse legimus. In mundo pressuram habebitis in me verò pacem. Quamobrem & filio, quos iterum in Christo parturimus, si vultis in Christo pacem, si vultis in Christo consolationem habere, quam ipsi cupitis obtinere nobis eandem in Christo & propter Christum consolationem adferre. Cōsolemini nos, qui pro Christo, legatione fungimur apud vos, vt vicissim Christus consoletur vos: Cōsolemini nos: implete gaudium nostrum.

Dicit secundo loco Paulus: Si quod solatiū charitatis. Nulla ex re maius esse potest, quam ex charitate solatiū: Siquidem ubi charitas est, ibi Deus est: Deus est enim charitas, Quapropter quod ex charitate, hoc ex Deo solatiū est. Si quod igitur est solatiū, quod habet fraternam charitatem, quae tristitia pariter & laeta facit communia, implete gaudium nostrum.

Addit tertio loco: Si qua societas spiritus. Societas spiritus aliud non est, quam coniunctio fidelium, quam efficit Spiritus sanctus: per quam vnum corpus, vnus spiritus, vnus omnes. Hac societate nulla esse potest neque firmior neque iucundior: De hac societate si esse vultis, si ad corpus Christi pertinere, si membra eius esse cupitis, implete gaudium nostrum.

Subdit quarto & postremo loco: Si qua viscera miserationis. Si nondum obringerit sensus vestri, si pijs dicitur adhuc affectu oibus animi vestri, implete gaudium nostrum. Beati misericordiae, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Capiat itaque vos nunc nostri misericordiae, si extremo illo die misericordem iudicem habere vultis: Nam quam mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis. Quare si quae sunt in vobis viscera miserationis, implete gaudium nostrum. Inchoatum quidem fuit gaudium hoc, ante annos prope sexcentos, & ad haec vique nostra tempora cōtinuatum: sed pro dolor, proximis his annis superioribus, est non leui tristitia cōtinuatum. Quantam nos ex eo letitiam accepisse putatis, quòd cum iam à sexcentis annis prope Christi receperit Evangelium Polonia, tam in eo tuendo gentis nostrae constantiam videre semper licuit, vt ab eo nunquam in aliud se cuiusuis, quam Christi potius Evangelium transferri passa sit: Verum gaudium hoc nostrum valde est imminutum, posteaquam paucis his superioribus annis, ab eo, quod nobis traditum est, sancto Dei verbo plerumque recessisse videmus: quibus maius erat non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum cōverti. Currebatis bene: quos facinorosi non obedire veritati, quam semel amplexi fueratis? Quare si qua consolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium nostrum: Date operam, vt quod magna cum laude fuit à maioribus vestris inchoatum, & ab illis quidem constanter ad extremum vsque vitae diem,

Heb. 13.

1. Cor. 1.

Consolatio nostra
Christum.

2. Cor. 1.

Matth. 11.

Ioan. 16.

Galat. 4.

2. Cor. 5.

Solatiū charitatis.

1. Ioan. 4.

Ibi charitas

ibi Deus.

Societas spiritus
quae fit.

Ephe. 4.

Viscera miserationis.

Matth. 5.

Matth. 7.

Gaudium impletum.

Poloni constantiam
in religione à 600. annis.

2. Pet. 2.

Gal. 5. & 3.

1. Cor. 4.
2. Cor. 5.
Iac. 1.
Apostoli Poloniae.

1. Tim. 6.

Gaudium implete quomodo.

Philipp. 2.

Deut. 30.

Matth. 6.

Deut. 30.

Ad ipsum credendum eandem charitatem habeatis. Phil. 2. Phil. 2.

Credere quomodo oportet.

à vobis autē aliquādiu continuatū, optato sine terminetis, & sicut à maiorib⁹ accepistis, ad posteros transmittatis. Quod ad nos atinet, qualescunque sumus, indigni quidem, sed ministri tamen Dei sumus: pro Christo legatione fungentes, eorum loca tenemus, qui primi gentem hanc nostram voluntariē Deo genuerunt verbo veritatis. Non igno-
 ratis Apostolos vestros Adalbertum & Stanislavum, quorum admirabilis, vitæ sanctimo-
 nia toti est orbi testata. Quod illi nobis Evangelium sanguine suo signatum relique-
 runt, quod miraculis propagarunt, quod ipsi ab Apostolis, quod nos ab ipsis perlon-
 gam Episcoporum & sacerdotum successione accepimus, hoc, & non aliud annun-
 ciamus vobis. Quod si vita nostra longē disidet ab eorum vita, agnoscimus peccata no-
 stra, sed certē doctrina nostra ab illorum doctrina non disidet. Nam quod ab illis cre-
 ditum, non quod à nobis inuentum est: quod ab illis accepimus, non quod ipsi excogi-
 tavimus, hoc vobis tradimus. Res est non ingenij, sed doctrina: nō usurpationis priua-
 tæ, sed publicæ traditionis: non à nobis prolata, sed ad nos producta: quam ita vt pro-
 ducta est ad nos, adferimus ad vos: non institutores ipsi, sed sectatores: nō ducentes, sed
 sequentes: non auctores, sed custodes. Memores illius, quod verum veri Dei cultorem
 Paulus admonet: Deposita custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & opposi-
 tiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes à fide exciderunt, quod apud
 nos ab his qui præcesserunt nos sanctis patribus fuit depositum, id iuxta Pauli monita,
 fideliter à nobis custoditum vobis nunc reddimus. Quamobrem si nullas ad vos pro-
 phanas vocum nouitates adferimus, si à Paulo docti, quod à patribus depositum fuit a-
 pud nos fidei talentum, id magna fide custoditur, vobis reddimus: iterum atq; iterum
 rogamus vos, & obsecramus, implete gaudium nostrum.

Sed vos iam pridem nosse proculdubio cupitis, quam tandem ratione gaudium
 nostrum per vos impleri velimus. Non est cur anxio sitis & sollicito animo: nihil diffi-
 cile, nihil durum & molestum, nihil quod non cum voluptate potius, quam cum labo-
 re coniunctum sit, vobis præscribemus. Neque enim aliter nos à vobis, quam sicut ma-
 gister noster Paulus olim à Philippensibus, impleri gaudium nostrum postulam. Prin-
 cipio vt idem sapiatis omnes: deinde vt eandem charitatem habeatis. Quid vobis vide-
 tur? Estne aliquid in hoc laboris & molestiæ? Nunquid non dulce potius cum primis &
 iucundum est, quod à vobis exigimus? Non vt maria transmittatis, non vt partem ali-
 quam terrarum orbis peruagimini, non vt aut opes abijciatis, aut sanguinem vestrum
 profundatis, aut aliquam corporibus vestris molestiam adferatis, nihil horum aut si-
 militum præcipimus. Ac si quid tamen huius generis pro Christo legatione fungentes
 præcipemus, certē Christi causa non modo non detrectare, verum etiam summa cum
 animorum alacritate obire vos oporteret omnia. Nam si nullos non profert labores &
 molestias agricola, nulla nō adit pericula mercator, nullis nō discriminibus vita sua ob-
 jicit miles, dum exiguo lucro potiri queant, quo tamen an sint potiri certum adhuc
 nō est, & si maxime potiri sint, persapere tamē citius opinione sua dimittat, necesse est. Si
 mox perituri cōmodi causa perferunt isti tam acerba multa, tam alacriter, vos non mul-
 to maiore alacritate eadem omnia latari essetis, vt infinitum, nec vllō inquam tempore
 vobis periturum thesaurum, ibi cōsequi liceat, vbi neq; erugo, neque tinea demolitur,
 neq; fures effodiunt aut furantur: vbi qua semel potiri fueritis vita beata, ea perpetuò
 frui licebit? Sed tamen nos nullum vobis grauius onus imponemus. Mandatum quod
 nos pro Christo legatione fungentes præcipimus vobis hodie, nō supra vos est, neque
 procul positum, nec in celo situm, vt possitis dicere: quis nostrum valet ad caelum ascen-
 dere vt deferat illud ad nos, vt audiamus atq; opere cōpleamus? neq; trans mare positum,
 vt causerimus & dicatis: quis è nobis poterit transfretare, & illud ad nos vique deferre,
 vt possimus audire & facere quod præceptum est? Sed iuxta vos est sermo valde in ore
 vestro & in corde vestro: vt faciatis illum. Breue verbum est, & expeditum. Hoc tantum
 hortamur vos, oramus & obsecramus, vt id ipsum credatis, vt eandem charitatem habe-
 ris. Quid est facilius, quam credere? quid dulcius, quam amare? Quid autem vtroque fru-
 ctuosius? Videtis quam sit expeditum, quod à vobis postulamus, modò voluntas adsit,
 dictum ac factum, gaudium nostrum per vos erit impletum, Neque enim potentibus
 deerit eius auxilium, qui operatur in nobis & velle & perficere.

Sed hic dicit vestrum aliquis: Quid hoc rei est? tanquam cum infidelibus ita no-
 biscum agitis. Nunquid non credimus? Nobis verò, quin credatis dubium non est, sed
 minime sufficere putamus, si quomodo eundem tandem vos credere profiteamini, ve-
 rum sicut iubet Paulus, ita vos credere velimus, vt idem credendo sapiatis. Non vt
 singularem siue solitariam quisque suam, non vt V. Virtēbergenfis, non vt Tigurinā, non
 vt Augustanam, non vt aliam quacunque (iam enim proh dolor luditur fidibus, nō vna
 fides

fides retinetur) sed vt catholice fidei confessionē Christianā vnanimiter omnes ample-
 ctamini. Quæ malum isthæc est amentia, cum olim vnum Deum colentes, vno & eodem
 nomine Christiani fuerimus appellati, quod nunc plerique tam præclarum nomen hoc
 fastidiunt, & Evangelici quàm Christiani vocari malunt? Scilicet extra Christum, Evan-
 gelium esse potest? Quid est Evangelium? lata annunciatio. Potest autem extra Christum
 lata esse vlla annunciatio? Sempiterni vtr, & aeternæ mortis annunciatio extra Christum
 lata esse potest, lata alicuius rei nūcūsus extra Christum esse non potest. Quamobrem vnde
 discessistis, eò redeatis, neque nomen illud fastidite, quod est super omne nomen, quod
 solum præ nobis ferre, de quo solo gloriari nos oportet. Nihil prædicari de nobis po-
 test gloriosius, quàm si quemadmodum qui præcesserunt nos omnes, ex quo tempore
 Christi semel Evangelium recepit Polonia, Christiani sumus & vocemur omnes. Chri-
 stiani non ita pridē vocari estis, Christianis parētib⁹ prognati, à Christianis maioribus
 profecti, Christiani sicut initio, sic deinceps etiā semper & esse & dici velitis: neq; vōs ab
 illis præcidatis, quos esse & fuisse Christianos negare non potestis. Etiam atq; etiā obse-
 cramus vos per nomen domini nostri Iesu Christi, cuius nominis & ipsi communiōne
 gaudemus, & vos nobilium vna maiorum nostrorum exemplo gaudere cupimus, vt id
 ipsum dicatis omnes: id ipsum sentiatis, idem sapiatis, & non sint in vobis schismata: si-
 tis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Memores libertatis, qua semel
 nos Christus liberavit omnes: quorū quot esse & dici Christiani vultis, nolite iterū iugo
 seruitutis cōtineri: nolite effici serui hominū. Homo est Lutherus, homo est Philippus,
 homo est Caluinus, quorsū alicuius opinionem cum sequimini, quid aliud quā hominis
 opinionem sequimini? Atqui mendacem omnem hominem esse, digito Dei scriptū est.
 Nolite sic eorum alicui vos addicere, vt præ eo, quod ipsi senserunt, totius Ecclesiæ, quæ
 firmamentum est & columna veritatis, sensum & consensum, posthabendum esse putetis.
 Iam verò si verbi Dei appellatione, quod nunc (proh dolor) nō raro fit à multis, ver-
 bum hominis dignari fueritis, videte, nunquid non germana sit hæc idololatria? Fugite
 idola per Deum immortalem. Non est deus Caluinus, nō est deus Lutherus, nō est deus
 Bucerus, aut quicumque tandem alius ex illis, qui multo crudelius Christi corpus san-
 ctissimum traxerunt, quàm illi ipsi qui Christum in crucem egerunt. Tunc enim ve-
 nerūt impij milites, & non fregerunt crura Christi: nunc venerunt isti speciem pietatis
 habentes, virtutem autem eius abnegantes, & diruperunt, ac in multas partes cōciderunt
 totū corpus Christi: vnam, sanctam, catholicam, apostolicam, Apostolicam Ecclesiam. Integrum Chri-
 sti corpus inter manus persequutorum in cruce permansit: & inter manus Christiano-
 rum non est iam integrum corpus ecclesiæ. Quamobrem eorum sectatores esse nolite,
 per quos tam nefarium scelus patratum esse videtis: sed Spiritum sanctum per suum vas
 electum, vos vt idem sapiatis monentem, audite. Non vt suam quisq; propriam confes-
 sionē adferat, sed vt qui vos esse Christianos profiteamini libet enim receptum hoc no-
 men potius vobis tribuere, quā superstitibus etiā Apostolis Antiochiæ primū deo-
 rum vti discipuli leguntur, quàm nouum aliud heri, quod aiunt, & nudius tertius à no-
 uarum rerum studio sis usurpari ceptum) vt idem sapiatis quod vestros, vel cōmuniōnes
 nostros potius maiores Christianos, citra dubitationem vllam, sapuisse certitis, qui nos
 præcesserunt eum eodem signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Procul à vobis absit
 hæc impietas, vt patres vestros, auos, proauos, atavos idola coluisse, & nunc demum
 Christum prædicari ceptum esse, nunc demum vestris oculis Euāgelij lucē affuluisse, ho-
 stibus veritatis, & inimicis crucis Christi credere animum inducatis. Quingenti iam
 sunt octoginta sex anni, sicut annalibus nostris memoria proditū legimus, cū per Chri-
 stum Deum nostrum ab idololorum errore sumus abducti, & ad veritatis agnitionē per-
 ducti, qui postquam semel nos ab idololorum cultu reuocauit, quæ nunquā satis est præ-
 dicanda bonitas illius & misericordia, non permisit deinceps inquam sanguine suo nos
 ablutos, eodem luti vultu bōre fœdari. Idem igitur sapiatis, quod parentes, quod aui,
 quod proau, quod atavi vestri, qui piē Christum coluerunt, iam inde à sexcentis annis
 propè sapunt, quod a quoque idem & ipsi non diuersum ab eo sapuerūt, quod reliquos
 orbis Christianus ab ipsis Apostolis receptum, & per longam Episcoporum & sacerdo-
 tū successione ad nos vique perductum sapuit semper, & sapit etiā nunc, & sapit de-
 inceps vniversus. Non est Polona fides, non Lithuana, non Germana, quam vt firmiter
 teneatis, vobis persuadere conamur, Non est huius vel illius nationis aut provinciæ, vt
 nationalis aut provincialis dici queat, Est & vocatur fides catholica, per vniversum ter-
 rarū orbem, quàm latè patet Christianum nomen diffusa, neque triginta his aut quadra-
 ginta annis nata, sed quæ ab ipsis primis parentibus nostris simul vt orbis cōditus est, in-
 nitū habuerit. Fuit ante legem obscurior, sub lege figuris magis adumbrata, quàm illu-
 striori.

Euāgelij quid

Euāgelij ex- tra Christum esse non potest. Philip. 2.

1. Cor. 2.

Galat. 5.

1. Cor. 7.

Psal. 115.

Idololatria que

1. Cor. 10. Idololatria he- retica.

1. Cor. 10. 2. Tim. 3.

Idem sapiente:

1. Cor. 11.

Phil. 2.

Poloni quādo Christiani facti

Fides catholica, non Polona, vel Germana.

Tit. 2.

1. Ioan. 2.
1. Ioan. 14.

Phil. 2.
Idem sapere
quid sit.
Rom. 12.

Rom. 1.
Ecclesiam ca-
tholicam non
credens, nihil
credit.

2. Cor. 13.
Luc. 10.

Eandem chari-
tatem habentes
Philip. 2.
1. Cor. 13.
Charitatis laus

Fratres sumus
omnes.

Charitatem ha-
veriti non habent
Aug. de bap-
tismo parvulorum
contra Donat-
istas. li. 1. cap. 11.
Rom. 10.
Amb. in epist.
ad Cor. 5.
1. Cor. 13.

Malach. 2.

Matth. 6.
Rom. 8.
1. Cor. 13.

1. Cor. 12.

Extra ecclesiam
salus est chari-
tas haberi non
potest.

In terra super-
est in terra
Unitatis Chri-
stiane laus.
Phil. 2.

strionibus aliquibus notis expressa; posteaquam vero apparuit gratia Dei saluatoris no-
stri omnibus hominibus, facta est indes clarior & dilucidior, ut nihil iam ad eius perspi-
cuitatem deesse videatur. Hanc igitur fidei catholicæ confessionem Christianam vobis
commendamus, ut quod audistis ab initio, & vos in filio & patre manebitis, & societatem habe-
bitis nobiscum, & societas nostra erit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Hanc &
Paulus vobis commendat, cum ut idem sapiatis monet. Quid enim est aliud idem sapere,
quam catholica fidem retinere? Qui catholicus est, idem sapit. Qui schismaticus est aut
hereticus, diuersum sapit. Hoc est idem sapere, sapere ad sobrietatem: hoc est diuersum
sapere, sapere plus quàm oportet. Certè non oportet sapere plus quàm omnes sapiunt: nam
sic sapere, desipere est: Sicut etiam dicit Paulus. Diceres se esse sapientes, stulti facti sunt.
Credere sanctam Ecclesiam catholicam, hoc est idem sapere. Quisquis hanc non credit,
etiam si cetera credat omnia, quæ in symbolo continentur, inanis est fides eius: quan-
do non sapit idem, sicut Paulus admonet. Non est ita necessarium ad salutem habere
Propheciam, nosse mysteria omnia, & omnem scientiam, ut si quid alicui ferre parum
persepectum sit, de salute animæ suæ periclitetur. Vnum est necessarium dicit Christus:
Vnum est ad salutem necessarium: quo si quis vno fuerit destitutus, nihil est, quod
se salutem consequi possit, speret. Quid illud est? Subiungit mox Paulus dicens: Ean-
dem charitatem habentes. Loquatur aliquis linguis hominum aut Angelorum, si chari-
tatem non habuerit, factus est velut æsonans, aut cymbalum tinniens: Habeat Pro-
phetiam, non uerit omnia mysteria, & omnem scientiam, habeat omnem fidem, ita ut mon-
tes transferat: si charitatem non habuerit, nihil est. Distribuat in cibos pauperum om-
nes facultates suas, tradat corpus suum ita ut ardeat, si charitatem non habuerit, nihil ei
prodest. Sola est charitas, quam qui habet, nihil ei deest eorum, qui ad beatè beateque
vitandum pertinent: quam qui non habet, frustra habet cetera omnia. Fratres sumus,
vnum Deum inuocamus, in vniuersum Christum credimus, vnum Euangelium legimus, vnum
Pascium recitamus, vnum Amen respondemus, vnum Altaria refectamus, vnum Pas-
cha celebramus: quid causa est, quod vos foris estis, nos intus sumus? Quid causa est,
quod altare contra altare erigitis, quod cathedra contra cathedram constituitis? Quid causa
est, quod Paulum admonentem audire non vultis, ut idem nobiscum, idem cum no-
stris maioribus, idem cum vniuersa Catholica Ecclesia sapiatis, verum ab orbe terrarum
vos præciditis? Eadem sacramenta nobiscum, eadem scripturas habetis, hoc solum
minus habetis, quod minus habet, qui charitatem non habet. Si esset charitas, nulla
esset præcisio, nihil esset quod impediret, quominus idem sapere mus omnes. Nulli schif-
mata facerent, dicit Augustinus, si fraterno odio non exerceantur. Ante quem Ambro-
sius quoque. Nouatianus, inquit, & alij non parua scientie fuerunt, sed quia per zelum
fœdera charitatis perdididerunt, in schisma versæ ad perditionem sui, hæreses creauerunt. Si
charitas adesset, quandoquidem non inflatur charitas, nunquam eo tumoris ventus ef-
fret à quibusdam, torum ut orbem Christianum desperare, se solos sapere, se solos vi-
dere sibi persuaderent, si charitas adesset, quandoquidem non cogitat malum charitas,
nūquam hæc de nobis opinionem nonnulli conceperunt, quod fecus quàm intelligimus
ipsi scripturas interpretemur, quæ vna, nulla vel cogitari potest maior impietas. Si chari-
tas adesset, causa nihil esset, quomobrem idem non saperemus omnes. Obsecramus vos
per Christum, nunquid non eundem nobiscum in celis patre inuocatis? nunquid inuoca-
tes non eadè ab eius filio nobis præscripta formula utimini, dicentes: Pater noster qui es
in celis? Atqui pater hic noster, vnam tantum coniungere habere voluit. Qui patrem v-
num agnoscimus, quare matrem etiam vnam non agnoscimus? Si primogenitus noster
frater diuinus non est Christus, cur ipsi diuidimur, cur segregamur, cur disiungimur? Si
membra sumus vnius Christi corporis, cur ab eo vos præciditis? Iterum atque iterum per
Deum vos obtestamur immortalem, implete gaudium nostrum: consonate paci, cohare-
te vnitati, acquiescite charitati, credite veritati, quod lætari queamus de concordia vestra,
& gratias agere Deo de salute vestra, quam non potestis habere, nisi in Ecclesia catholica.
Extra Ecclesiam catholicam, quid enim prohibet, quominus Augustini verbis utamur,
omnia potestis habere præter salutem. Potestis habere honorem, potestis habere sacrā-
menta, potestis etiam cantare alleluia, potestis respondere Amen, potestis Euangelium re-
nere, potestis in nomine patris & filij & spiritus sancti fidem habere & prædicare: sed
nūquam nisi in ecclesia catholica salutem potestis inuenire. Extra hæc haberi possunt
omnia: sola ea, quæ sola salutem adfert charitas, extra Ecclesiam haberi non potest. Neque
enim diuidis vnitatem qui quis habet charitatem. Hæc est quæ facit vnanimes: quales ut
scitis, cum Paulo vos hortamur, ut vno sitis & eodem animo, quo sumus nos, quo fuerit
olim

olim nostri & vestri maiores, qui piè Christum coluerunt: ut de vobis quoque dici que-
at, quod de nostris aliquando maioribus dictum legistis: Multitudinis credentium erat
cor vnum, & anima vna. Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in v-
num. Quam iucundum accidit auribus, & suauis, cum legitur: Egressi sunt omnes filij Is-
raël, & pariter cōgregati, quasi vir vnus. Stans omnis populus, quasi vnus sermone res-
pondit. Conuenit vniuersi Israël ad civitatem, quasi homo vnus: eadè mente, vno con-
silio. Congregatus est populus, quasi vir vnus in Ierusalem. Vnū est necessarium: vnum
est ad salutem necessarium. Vnum hoc illa ipsa hora, qua iam traditurus erat seipsum pro
nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, petiuit à patre Christus dicens:
Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum sicut & nos. Et
paulò post: Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per ver-
bum eorum in me, ut omnes vnum sint: ut sicut tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in
nobis vnum sint: ut sint vnum, sicut & nos vnus sumus, ut sint consummati in vnum.
Neque verò petiuit hæc à patre modò repetitis vicibus, verum etiam hæc fuit causa potis-
sima, sicut à Ioanne scriptum legimus, quomobrem turpissima morte cōdemnari voluit,
ut filios Dei, qui erant dispersi, cōgregaret in vnum. Quæ cum ita sint, cum ex hac vita
migraturus ad patrem suum cœlestem nihil aliud nobis testamentum Christus reliquerit
quàm pacem: cum non aliud sit patrem precatus diligentius, quàm ut vnum cum ipso, v-
num & inter nos essemus: cum & mortis illius tam acerbæ tam etiam ignominiosæ,
non alia causa fuerit: quàm ut dispersos congregaret in vnum: cur vos, quod d nobis testa-
mento legatum est, id repudiatis? cur Christi precationem in credibili quadà erga nos
charitate profectam, nullum vobis fructum adferre patimini? cur crucis & mortis illius
beneficium, quantum ad vos pertinet, irritum & inane redditis? dum quod antea dis-
persum, postea sanguine illius fuit pretioso congregatum, id vos iterum dispergere co-
namini. Estne hoc Christianos esse? Estne hoc Euangelium Christi profiteri? Christus ex
duobus fecit vnum. (Fecit enim vtraque vnum dicit Apostolus) vos ex vno facitis duo,
ac plura etiam quàm duo. Altare contra altare erigitis, cathedram contra cathedram con-
stituitis. Obsecramus vos, quid est hoc aliud, quàm Antichristos esse? quàm non Christi
Euangelium, sed Satanæ cacangelium propagare? Sicut enim Christus est, qui congre-
gat: ita Satanæ est, qui spargit. Nolite charissimi, nolite spargere cum Satanæ, sed con-
gregare potius cum Christo: vel saltem, quod semel est pretioso Christi sanguine con-
gregatum, id nec ipsi spargite, nec ab alijs dispergi patiamini. Sitis vnanimes, ut quam-
vis corpora diuersa sint, eadem tamen in illis mens, idem animus, eadem voluntas, idem
sit sensus omnium. Nolite suam quicquæ propriam confessionem adferre, suam quicquæ
solitariam, aut vnus alicuius ex his opinionem sequi, qui sicut propria sua temeritate
segregauerunt semetipsos, ita iusto Dei iudicio sunt & ipsi à se inuicem segregati, & in-
tor tectas dissecti, ut earum vix iam etiam numerum inire liceat. Verum non est nisi
vnum. Hoc vnum retinere: ab omni sectarum genere cauetote. Sitis, ut Paulus mo-
net, vnanimes, & idipsum sentientes: Nam hi demum sunt vnanimes, qui sentiunt
idipsum. Sicubi verò scinditur incertum studia in contraria vulgus, sicut (proh dolor)
in hac nostra prouincia fieri non ita pridem cœptum esse videmus, ibi vnanimitas esse
non potest. Nihil est autem, quod vel ad Romanos, vel ad Corinthios, vel ad Philippen-
ses scribens, tam frequenter inculcat Apostolus, quàm vnum hoc, ut idipsum dicamus,
idipsum sentiamus, idem sapiamus omnes. Quod igitur ille, vel Deus potius per illum
tories tam diligenter præcipit, nolite committere, ut in eo parum ipsi dicto audientes
fuisse videamini. Vultis edificare ciuitatem? Hierusalem edificare, non Babylonem. Si-
quidem de Hierusalem legitis, quod edificatur ut ciuitas, cuius participatio in idipsum.
In Babylone contra, sicut linguarum, ita & sensuum & rerum omnium horrenda quæ-
dam fuit confusio. Ciuitas Hierusalem vnum corpus est, non quadam corporum confu-
sione permixtum, ut inquit Hilarius, neque singulis in discretum acerrum, & in formem
cumulum vnitatis: sed per fidei vnitatem, per charitatis societatem, per opem volunta-
tis; concordiam, per sacramenti vnum in omnibus donum efficiunt omnes vna ciui-
tas Hierusalem: efficiunt vnus cœtus sanctorum: efficiunt vnum corpus Christi: A quo
disidentes, & se peccatis suis præcipitibus separantes, participationem sanctæ huius
domus non habent: in qua non facit habitare Deus, nisi vnanimes: cum sit participatio
ciuitatis huius in idipsum. Quapropter vbi idem sapiunt omnes, eandem charitatem ha-
bentes, vnanimes idipsum sentientes, ibi ciuitas Hierusalem, ibi domus Dei viuus, ex viuus
lapidibus edificata, ibi est vna, sancta, catholica, Apostolica Ecclesia, firmamentum &
colūna veritatis. Hanc itaque ciuitatē edificare charissimè, vel ut ipsi potius hæc esse ciuitas
queatis, elaborate. Fugite verò, fugite de medio Babylonis & saluet vnusquisque animam
suam

Act. 4.

Psal. 132.
Iud. 20.
Ibidem.
Ibidem.
1. Esdr. 3.
Luc. 10.
Eph. 5.
Ioan. 17.

Sapient. 2.
Ioan. 11.
Christi cum
mortuis.
Ioan. 14.

Eph. 2.

Vnanimes idip-
sum sentientes.
Phil. 2.
Rom. 15.
1. Cor. 1.
2. Cor. 13.
Philip. 2.

Psal. 122.

Gene. 21.

In psal. 122.

Psal. 67.
Psal. 122.
1. Pet. 2.
Tit. 2.
Iher. 51.
Esai. 13.
Iher. 50.
Psal. 136.

Lutherus Babylonem adificavit in Germania.

Matt. 12. Luc. 11.

2. Cor. 11.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam.

Comitiois fructus.

Phil. 2. Petrus Claviam. lib. 5. Epist. 16. 1. Tim. 6. Rom. 2.

1. Cor. 11.

Iacob. 3. Sapientia diabolica.

Sapientia divina.

Disputationis permittis.

Greg. Naz. 11. Theol.

Veritas alterando amittitur. 1. Cor. 4. Aug. li. 12. contra Iulian. 75. Veritas est omnium.

Ioan. 8.

suam. Neque enim ignoratis, quam horrenda per Prophetas suos Deus Babylonem commineatur. Quae quidem non illi tantum, de qua proprie scriperunt, verum etiam ei, quam illa significavit evenisse videmus omnia. Adificavit memoria nostra Babylonem in Germania Martinus Lutherus, quid superest malorum ex his omnibus, quae per Prophetam ventura praedixerunt, quod in ea iam non evenerit? Neque tamen eorum adhuc finis apparet ullus. Sed & in Anglia fuit aedificata Babylon, quae iam Mariae regis Philippi coniugis tempore per Dei gratiam aedificatur iterum ut civitas, cuius participatio in idipsum: Quibus non fuit regnum illud iactatum procellis & tempestatibus: quae non perulit naufragia? quibus non est iactatum infortunis, quo ad in ea Babylon aedificabatur? Agite & fratres, quorum exitus perhorrescitis, eorum imitari facta ne velitis. Non potest esse falsum, quod dixit veritas: Omne regnum in seipsum divinum desolabitur. Sic ignis in stipites segregatus, extinguitur: domus in lapides divisa corrui: navis in tabulas discissa, demergitur. Quamobrem tanquam pestem vnam omnium teterinam, fugite divinum nem, fugite schismata, fugite haereses. Nolite vos dividere a nobis, qui patres vestri vocamur, & sumus, ac pro paterna nostra erga vos charitate, nullius rei maiorem, quam vestrae salutis curam & sollicitudinem gerimus. Nolite vos dividere a sanctis vestris, & ipsidem maioribus nostris. Nolite vos dividere ab universo terrarum orbe, quam longe, quamque late patet in eo Christiana religio: sed implete gaudium nostrum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnam animas, idipsum sentientes.

Ceterum quod minus gaudium hoc nostrum impleri possit, duo potissimum ob stare videntur, a quibus ut vobis diligenter caueatis, cum Paulo nostro patrem vos hortamur & monemus: qui statim subiungit: Nihil per contentionem neque per inanem gloriam. Nihil est quod perinde obstat, quominus homines idem sapiant, eandem charitatem habentes vnam animas, idipsum sentientes: contentio. Quod etiam ille videtur indicare qui dixit: Unitate assequi non meretur: quisquis non ipsam, sed quod vult ipse tuetur. Haec enim contentio animos iritat, mentes perturbat, odia accendit, ac tantam per se caliginem oculis mortalium offundit, ut caeca mens, quod rectum est videre non possit. Quamobrem etiam alio loco Paulus, pugnas legis, & verborum vitare iubet, quod ex his oriuntur invidia, contentiones, blasphemiae, suspitiones male, constitutiones hominum mente corruptorum, & qui veritate privati sunt. Et iterum: His qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, creditur autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia. Et ad Corinthios scribens: Si quis autem videtur contentiosus esse, nos tale consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Ad eundem modum & Iacobus, ubi zelus amarus habetur, & contentiones in cordibus, negat ea ibi reperiri sapientiam, quae desursum est, descendens a patre luminum, sed terrenam, animale, diabolicam. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus pravam. Quae autem desursum est, inquit, sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suavis, bonis contentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Secum enim charissimi sapientiam, quae desursum est a patre luminum. Haec enim est pudica, quoniam casta intelligit: est pacifica, quoniam a proximorum societate propter elationem se non disjungit: est modesta, suavis, bonis contentiens, quoniam nihil habet in se praefracti, sed facile cedit veritati. Contra vero, terrenam illam, animale, diabolicam sapientiam, qua qui praediti sunt, omnes alios praese caudices esse putant, modis omnibus aversemini: cum ipsi vestris oculis videatis, ac modo non manibus etiam contrectetis, inconstantia & omne opus pravam, ubi zelus est & contentio. Quid enim apud illos constans, quid fixum & stabile cernere licet, apud quos altercationes istae de se de videntur maxime? Satis iam a nobis est superius indicatum, quemadmodum subinde variant sententias, dogmata sua mutant in annos, quin & aliud hodie nonnumquam, aliud cras affirmant. Suo quoque tempore quaeritur Gregorius Nazianzenus, cum seruerent maxime disputationes, tum refraxisse maxime charitatem, refraxisse pietatem, quae in credendo, in sperando, in amando consistit. Tum autem & hunc fructum adfert contentio, quod sicut ille dixit: Nimum altercando, veritas amittitur. Neque enim vllum adferri potest maius impedimentum ad veritatem investigandam, quam si supra quam scriptum est, vnus pro altero in seletur adversus alterum. Praclare Deum alio loquens Augustinus: Veritas, inquit, tua nec mea est, nec illius, aut illius, sed omnium nostrorum: quos ad eius communionem publice vocas, terribiliter admones, ut nolimus ea habere priuatam, ne priuemur ea. Nam quisquis id, quod tu ad fruentum omnibus proponis, sibi proprie vendicat, & suum vult esse, quod omnium est, a communi propehlitur ad sua: hoc est, a veritate ad mendacium: Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur. Obsecramus vos, quod ab Augustino scriptum est, diligenter vobiscum expedere velitis. Non est, inquit Augustinus, huius aut illius, sed est omnium veritas: omnes ad eius

eius communionem vocavit Deus publice. Quod publicum est, nemo faciat priuatam, ne priuetur: quod omnium est per charitatem, nemo sibi proprie vendicat, aut suum esse velit per contentionem. Nam qui de suo loquitur, mendacium loquitur, non veritatem, sicut ipsa testatur veritas. Atque hic est fructus contentionis, quod odium suam quisque vult esse veritatem, quae omnium est, amittitur veritas: quam non alibi quam apud omnes, hoc est, in ecclesia catholica reperire licet. Praclare scriptum est ab Eusebio Emiseno: Fides religionis catholicae, lumens est animae: ostium vitae: fundamentum salutis aeternae. Quicumque hac derelicta velut pessimum ducem, proprium sequitur intellectum, quicumque per sapientiam suam sensum ad mysterium caelestium, se putat posse peruenire secretum, sic facit, quomodo si absque fundamento aedificet domum, aut si praetermissa ostio, velit introire per tectum, vel si nocte sine lumine inferat gressum, totum se clausis oculis vergeat in profundum. Qui loquitur alio quam omnium, quam ecclesiae catholicae sensu, de suo loquitur, mendacium loquitur. Cum recte scriptum sit ab Augustino. Quisquis ab Ecclesiae ventre separatus fuerit, necesse est, ut falsa loquatur.

Contentio materia est iracundiae. Est autem irae proprium quod facile fallitur fallitque, ita ut iracundorum ferè neminem veracem esse scribat Philo. Quare fugite contentionem, qua priuatam, quae suum esse vult, quod publicum, quod commune est omnium. Cuius mater, sicut ab eodem Augustino scriptum est, est superbia & humanae laudis aviditas. Quamobrem fontem ipsum tanti mali cum obruere vellet Apostolus, postquam dixit, nihil per contentionem adiunxit statim, neque per inanem gloriam. Tolle gloriam inanem, sublata simul erit omnis contentio: cuius non alia ferè causa est, quam quod quaeritur ab hominibus gloria: Verè namque dictum est a Sapiente: Inter superbos semper iurgia: Atque superbia gloria est inanis gloria, quae plerumque facit est stultis insanos. Cessabunt iurgia, cessabunt contentiones, simul ut cesset inanis gloria. Cessasset autem inanis gloria, si fuerit illud obseruatum, quod mox apud Paulum sequitur. Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantur. Vultis iurgia, vultis lites, vultis contentiones effugere? fugite gloriam inanem: succedat in locum eius humilitas: quae statim ut accesserit, cessat illa necesse est. Sicut mater hereticorum superbia, sic mater piorum omnium est humilitas. Vultis audire loquentem superbiam? Deponite, inquit, quicquid armaturae suppeditant orthodoxi veteres, theologorum scholae, auctoritas conciliorum & potissimum consensus tot seculorum ac totius populi Christiani. Nihil recipimus nisi scripturas: sed sic, ut penes nos solos sic certa auctoritas interpretandi: Quod nos interpretamur hoc sensus Spiritus sanctus, quod adferunt alij quamuis magni, quamuis multi, a spiritu satanae, & alienata mente profectum est. Quod orthodoxi docuerunt, quod auctoritas Ecclesiae tradidit, quod populus Christianus amplexus est, quod scholae defendunt, exitabile venennum est Satanae. Quod ego doceo, spiritus esse vitae. Credite in scripturis nihil prorsus esse obscuritatis: vel quod egeat iudice: aut ut omnes cecuriant, ego non cecurto. Nam conscius mihi sum, me habere spiritum Christi, quo possum de omnibus iudicare, nemo de me. Nolo iudicium, sed requiro obsequium: Neque quenquam vel tantillum moueat multitudo, magnitudo, latitudo, profunditas, miracula, sanctitas ecclesiae sanctorum: omnes perierunt si senserunt, ut scriperunt, nisi qui forte respuerunt ante supremum vitae diem. Qui meis probationibus diffidunt, aut caret sensu communi, aut blasphemiam committunt in Spiritum sanctum, & subuertunt Christianismum. Hec est superbiae vox. Nunquid autem hic hominem praese quaerit iudicem? Tantum abest, ut se superioe alium arbitretur, ut ceteros omnes praese fungos esse iudicet. Videtis autem, ut hic non omnium, sed suam priuatam esse vult veritatem: ut quod omnibus ad fruentum Deum proposuit, id sibi proprie vendicat, & suum esse velit, quod est omnium. Itaque a communi propellunt ad sua a veritate ad mendacium: nam qui loquitur mendacium de suo loquitur. At nihil tale humilitas, nihil priuatam, nihil vult habere suum. Quod omnium est, quod catholicum est, quod orbis totius Christiani consensu receptum est, in eo libere acquiescit: id verum, id rectum, id amplectendum esse censet: etiam si propter intelligentiae tarditatem plerumque non assequatur, se tamen non intelligendi viuacitate, sed credendi simplicitate fore tutam persuasionem habet, ac non modo se non praese ceteris, verum sibi potius ceteros anteponeit se ceteros esse superiores: eos praeseferunt de quibus tot seculis tanta doctrina, tantam & sanctitatis opinionem fuisse, videt.

Nisi est quod vel vnanimitati retinenda, vel veritati investiganda sit aequè noxiom, atque laudis humanae & inanis gloriae cupiditas. Hanc enim qui aucupantur, quicquid omnium, quicquid catholicum, quicquid commune cum multis est, id tanquam tritum iam ab alijs & vulgare, quodque nullam admirationem effecturum, nec aliquam excellentiam alicuius ingenij vel doctrinae sit opinionem allaturum, rejicit & aspernatur: sed singulares quosdam exquirunt intellectus, insolitos & haecenus inauditos excogitat sensus, non ut

Fides catholica

In psal. 57.

Contentio materia iracundiae. Phil. li. 2. allegoriarum epi. 60.

Gloria inanis sita superbia. Philip. 2.

Prover. 13.

Sed in humilitate superioris sibi inuicem arbitrantur. Philip. 2. Superbia mater hereticorum.

Lutheri superbia verba.

Ioan. 8.

Inanis gloria cupiditas veritatis inimica.

lios, & hortamur vt fratres. Hæc est enim, quæ segregat, quæ diuidit, quæ dispergit: sicut contra charitas est, quæ ædificat, quæ colligit, quæ congregat. Et sicut ex multis lapidibus architectus vnâ domum, sic hæc ex multis fidelibus vnâ facit Ecclesiam. Charitas hæc sicut non conferuatur nisi in humilitate; sic non tenetur, nisi in vnitatem. Non illam habent diuifores: sicut dicit Iudas Apostolus: Hi sunt, qui seipfos segregant, animales, spiritum non habentes. Qui seipfos segregant: quærit Augustinus: quare segregant? Quia animales, spiritum non habentes. Ideo desunt; quia cogulum non habent charitatis. Ipsa charitate plena est gallina illa propter pullos infirmos, cum pulis humillans vocem suam extendens alas suas. Quoties, inquit, volui colligere filios tuos? Colligere, non diuidere. Quia habeo, inquit, alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili; oportet me & ipsas adducere, vt sit vnus grex & vnus pastor. Merito non audiuit fratrem contra fratrem interpellantem, & dicentem: Domine dic fratri meo, diuidat mecum hæreditatem. Domine, inquit, dic fratri meo. Quid? Diuidat mecum hæreditatem? Ego sum Pauli, alius autem, ego Apollo: non dedit, nisi quia homo? Cum enim dicit alius: Ego sum Pauli, alius autem, ego Apollo: non dedit, nisi quia homo? Quid dicit homo: Quis constituit me diuiforem hæreditatis inter vos? Colligere veni non diuidere. Idem, inquit, dico vobis: Cauere ab omni cupiditate. Cupiditas enim cupit diuidere, sicut charitas colligere. Quid est autem, cauere ab omni cupiditate, nisi impleamini charitate? Nos charitatem pro capite nostro habentes, interpellamus dominum contra fratrem, sicut & ille contra fratrem: sed non hac voce, non hac postulatione. Ille enim dixit, Domine, dic fratri meo, diuidat mecum hæreditatem. Nos dicimus: Domine dic fratri meo, teneat mecum hæreditatem. Hæc recte quidem ab Augustino contra Donatistas dicta sunt: sed à nobis quoque, non minus recte possunt vsurpari contra vos, qui diuisione hæreditatis postulatis. Quamuis enim, sicut illi quondam à patribus nostris, sic vos à nobis diuidi, & vnum nobiscum caput Christum consentientes, ab eius corpore separari cupiatis, fratres vos tamen nostros agnoscamus. Velitis, nolitis, fratres nostri estis. Tunc esse desinetis fratres nostri, cum dicere desinetis, Pater noster. Adferens Propheta locum illum Augustinus: quem ex Efaia citat Ambrosius, & eo veritior Theophilus ad Antholicum scribens: & hoc adhuc veritior Iustinus Philosophus & martyr qui videtur eum ex Efaia capite 66. producere: His qui dicunt vobis non estis fratres nostri, dicit, fratres nostri estis. Circūspicite, inquit, de quibus hoc dicere poterit. Nunquid de paganis? Non. Neque enim dicimus eos fratres nostros secundum scripturas, & Ecclesiasticum loquendi morem. Nunquid de Iudeis, qui in Christum non crederunt? Legite Apostolum, & videtis, quia fratres quando dicit Apostolus sine aliquo additamento, non vult intelligere, nisi Christianos. Isti ergo qui dicunt, non estis fratres nostri: paganos nos dicunt. Ideo enim & rebaptizate nos volunt, dicentes nos non habere quod dant. Vnde consequens est error ipsorum, vt negent nos fratres suos esse. Vos etiam Donatistarum exemplo rebaptizate nos non vultis, tamen sicut illi patres nostros sic vos paganos, & idololatras nos, à quibus verum veri Dei cultum acceperatis, appellatis. Nos nihilominus, quando quidem eadem sacramenta celebratis, etiam non nobiscum eadem, vnum Amen respondetis, etiam non nobiscum vnum Amen, eundem Deum patrem inuocatis, etiam non nobiscum eundem patrem: pro fratribus vos nostris libenter agnoscamus, fratres vos nostros appellamus, & vestram, tanquam fratrum nostrorum, salutem querimus. Quamobrem precamur & nos à domino, vt dicat vobis, quod reneatis nobiscum hæreditatem. Vos verò fratres nostros adiuramus per ipsa viscera charitatis, cuius laete nutrimur, cuius pane solidamur, per Christum dominum nostrum, per manum suæ salutem eius adiuramus vos, vt ne petatis à domino, quo nos diuidere vobiscum velit hæreditatem. Etenim dominus Deus noster non diuisionis, non dissentionis Deus est, sed pacis, sed dilectionis. Sicut ipse Christus diuisus non est, sic hæreditate suam, Ecclesia suam diuidi non vult. Vultis scire quis est, qui diuidit? Diabolus est. de quo dicit Ozeas, quod illi inter fratres diuidit. Fugite per Deum immortalem, fugite diuiforem istum, ad eum autem vos conuertite, qui quemadmodum sollicita gallina congregat pullos suos, fouetque sub alis suis, sic & ipse, quos pretioso sanguine suo redemit: eos congregare conatur. Ipsi est pax nostra, ipse facit vtraque; vnus, non duo de vno. Nolite macerare iterum interponere velle, quæ semel per ipsum pro nobis mortuam, est sublata. Si scripturas communiter posiderimus, si de eodem euangelio gloriamur, quid cause est, quamobrem & Christum & corpus eius, hæreditate eius Ecclesia non itidem communiter possidiamus? Quid cause est, quod minus idem sapiamus omnes, eandem charitatem habentes, vnanimis, id ipsum sentientes? Verum hæc his dicta sufficiant, qui sunt ad eam diuisionis & segregationis cupidi, pro quibus Deum supplices precamur, vt charitatem in cordibus eorum: diffundat per quam ad Ecclesia redire possint vnitatem. Qui verò nondum quidem discelsistis, verum quod

Charitas conferuatur in humilitate, tenetur in vnitatem. Vide Chry. de sancto & venerando spiritu. Aug. ser. 6. dominica post ascensio. domini in fine 10. tom. Matt. 23. Ioan. 1. Luc. 12. 1. Cor. 13.

Luc. 12. Cupiditas diuidit, charitas colligit.

Diuisio fugiens de.

Frates sumus inuicem. Matt. 6. An. in Psal. 14. Am. in cap. 14. grioris, ad Cor. Iustinus in colloquio cum Theophilo Iudeo. Rom. 14. 1. Cor. 6. & 7.

1. Cor. 14. 1. Cor. 13.

Quis diuidit. Ozeas. Matt. 23. Ioan. 1. Eptij. 3.

vos pleraque; offendunt in ecclesia, idem vacillatis animis; ac foras prospicere videmini, oramus vos & obsecramus per viscera misericordie Dei, ne velitis esse paruuli fluctuantēs, neue circūferamini omni vento doctrine, quod dicitur: semel à maioribus vestris traditum accepistis, ab eo vos in aliud Euangelium transferri ne patiamini. Cōstitite firmi in lapide angulari Christo, in quo ædificati sumus in habitaculo Dei in Spiritu sancto. Continere vos in arca, ne pereatis regnante diluuiio. Manete in Petri nauicula, ne fluctus vos absorbeat: perseuerate in otio ecclesie, ne fiat praedæ lupis. Quod ad doctrinam attinet, quam ad vos afferimus, non est ea priuata nostra: nihil de nostro loquimur: quod omnium est, quod catholicum est, quod orthodoxum est, quod Christianum est, quod ab ipsis Apostolis, per longam Episcoporum & sacerdotum successione, per manus nobis traditum est, id vobis offerimus: vt sine vlla dubitatione recipere possitis. Si verò sunt in moribus nostris nonnulla quæ vos offendunt, si doctrina professionique; nostra vita non respondet, ita vt sermones hominum effugere non possimus, nihil ad vos aliena peccata pertinent, si modò displiceant: neque iustam propterea separationis causam habetis.

Sed quo maior sit dictorum fides, non nostris, sed illius verbis vtredum existimamus, cuius non doctrina magis quam vita sanctimonia, in toto terrarum orbe, quam late patet Christiana religio, prædicatur ab omnibus: sic enim ille loquitur, non temerè Chrysofostomus appellatus. Sed longè, inquit, à dignitate Apostolorum tu abes. Fateor, nec vnquam negabo, non solum non illis, sed ne vmbra quidem eorum me dignum esse: sed tamen, si nostrum officium vos cōseruabit, nullam iacturam hinc facietis: imò magnam etiam vilitatem consequemini. Nam cum vel erga indignos magna sitis affecti charitate, cum singularem præteritis illis obedientiam, maiora tunc præmia maiorque vobis debet retributio. Non enim nostra prædicamus, quoniam est nobis doctor in celis: sed quæ recepimus, ea tradimus: & tradentes ea, nihil aliud à vobis flagitamus, quàm vt diligamur. Quod si etiam diligimus indigni, sed nos dilectione ac charitate vestra dignos citò facietis: quamuis mandatum sit non amicos solum, verum etiam inimicos diligere. Quis ergo sic durus atque agrestis est, vt cū huiusmodi madata sibi tradita sint, nihilominus amicos auerferat atque oderit, etiam si mille vitij mentem irriterat atque oppressam habeant? Cōmunicamus eadem mensa spirituali: cōmunicemus & spirituali charitate. Nam si latrones cum alteri alteris sale cōmunicauerint, latrocina diuinitatem deponunt: quibus nos rationibus excusabimus domini corpore communicantes: & latronum consuetudinem atrocitate superantes: præferimus cum multis gentilibus, non quoniam vna mensa vterentur, sed quoniam vnus essent cuius tatis, satis ad amicitiam fuerit: Nos autem, qui eiusdem sumus ciuitatis, vna nobis domus est, eadem mensa, eadem via, iamua, radix, vita, quibus idem caput est, idem pastor, idem rex, vnus & idem magister, in dex, conditor, pater, quæ omnia nobis æquali quadam insunt communitate, qua erimus ita digni, si mente diuisi, alter alterum non diligimus?

Quæ suis olim Constantinopolitanis dixit vir ille præclarus, eadem à nobis quoque dicta vobis esse putate. Narrat ille, non solum Apostolis, sed ne vmbra quidem illorum se dignum esse. Nos verò plus etiā fatemur, quod multò longius ab huius viri sanctissimi sumus integritate remoti, quam ille fuit ab Apostolorum dignitate difunctus: Sed num propterea non audire nos, num propterea separare vos à nobis debetis? Nihil est, quod minus esse faciendum existimet Chrysofostomus: Qui quāto nos minus digni, tanto maiorem in celis mercedem vobis esse positā affirmat, qui non in personarum acceptatione fidē habiatis, neque qui simus nos (eadem enim sumus nos, qua estis vos in firmitate prediti) verum quis & quāto ille sit, pro quo legatione fungimur, dominus noster Iesus Christus, attendendum, atque illi in nobis indignis loquenti parendū esse putetis. Præclare dictū est à Paulino. Quod etiā in malo seruo, bonus dominus honoratur. Nihil est igitur quod metuatis, modò sitis ipsi boni, quicquam obfuturos præpositos malos. Nunquid obsequia frumētis? donec veniat dominus areæ, ferēs ventilabrum in manu sua, vt mundet aream suam, frumenta recondat in horreū suum, paleas verò cōburat igni inextinguibili? Nunquid obsequia bonis tanta multitudo sceleratorum, qui per Ezechielem Propheeta dicti sunt, nimirum illis, qui gemebāt & credebant facinoræ populi, quæ fiebant in medio eorum? Ab ipso etiā orbe cōditio, semper bonis mali permixti fuerunt: neque tamē illis quicquā obfuerūt. Vbi erat Moyses & Aaron, ibi murmuratores sacrilegi, quos Deus à facie sua semper se perditurū esse minabatur: Vbi erat Caiphas & Annas, ibi Zacharias & Simeon, & ceteri omnes: Vbi Saul, ibi Dauid, vbi Efaia, vbi Ieremias, vbi Daniel, vbi Ezechiel, ibi sacerdotis mali & populi mali. Sed facinorā suā vnusquisque portabat: Vbi quibus boni fuerint, nouit Dominus, qui sunt eius dicit Apostolus, & recedat ab iniustitia omnibus, qui inuocat nomē Domini, Nō dicit, recedat ab iniustorum & malorum communiōne, sed

Eph. 4. Galat. 1. Eph. 2. Gen. 7. Marc. 6. Ioan. 10.

Propter improbam vitam alicuius doctrina sana non asseruanda.

Fl. 33. in Mat. Vide Optatum lib. 1. contra Parmenianum hæc de re. Simile. Matt. 5. 1. Pet. 2. Matt. 23.

Matt. 5.

Ioan. 15.

Iacob. 2.

2. Cor. 5.

Epi. 1. ad Senec.

Matt. 3.

Ezech. 9.

Mali semper bonis permixti. Num. 16. Gal. 6. 2. Tim. 2. Psal. 11.

Ei. 2. Constit. eccles. cap. 15. Punire quis; pro suo crimine.

Hom. de Ioseph tom. 1.

Malos propter bonos tolerandi. Roa. 6. 12. et 18

Sap. 2. Philip. 1. 2.

Ser. 5. de lapsis.

Schisma grauius quā idololatriæ crimen. Matt. 7. Li. 2. cont. epi. Parmeniani ca. 2. ep. 102. et 72.

Ter. 36.

NHM. 16.

Li. 2. cont. epi. Parmeniani ca. 4. ep. 112. et 11.

Zutheri contra se testimonium de schismate.

Ephe. 4. Gal. 6.

sed recedat ab iniustitia, recedat à peccatis eorum, quibus si per confessionem non communicauerit, etiam si societatem eorum corporaliter nō deseruerit, securus est, nec ei quicquam aliena peccata prædicabunt: Fugiat paleam, ne hoc sit, nō fugiat aream, ne nihil sit. Præclare dictū est à Clemente: Vnusquisq; de suis operibus rationem est redditurus, Nam neq; Noë pro mundo pœnas pendit, neq; Loth pro Sodomitis igne flagrauit, neq; Raab pro Hierichunte interfecta est, neq; Israel pro Ægyptijs. Non enim si cū iniquis habitent, ea res condemnat iustos, sed si consentientem cum illis voluntatem habeant. Et Chrysostronus: Nec aliena, inquit, quicūque opprimunt crimina, quia nec bona malis, nec mala bonis deputantur aliena.

Nihil itaq; vos moueat peccata nostra, vt propterea vobis vnitatē Ecclesiæ relinquentem esse putetis. Non enim propter malos boni deferendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt. Sicut tolerauerunt Prophetæ, contra quos tanta dicebatur: nec sacramentorum illius populi communionem relinquebant. Sicut ipse dominus tolerauit Iudam diabolum, furem & venditorē suum vsq; ad condignū eius exitum, & eum omnium nocentissimum sacram cœnam cū innocentibus communicare, & pretiū nostrū accipere permisit. Sicut toleratū Apostoli eos, qui per inuidiam, quod ipsius diaboli vitium est, Christum annuntiabant. Et inter sua quærentes, nō quæ Iesu Christi. Paulus non sua quærens, sed quæ Iesu Christi, cum summa tolerantia laude conuersatus est. Sicut tolerauit sanctus Episcopus & martyr Cyprianus collegas suos Episcopos, de quibus plurimos, quos & ornamento oportebat esse ceteris & exemplo, diuina procuratione contempta, procuratores rerum secularium fieri queritur, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias obrerantes, negotiationis questuose nundinas accipere: Esurientibus in Ecclesia fratribus habere argentum largiter, velle fundos in sidiōsis fraudibus rapere, vicijs multiplicanti bus fœnus augere. Horum exemplo tolerare nos quoq; peccatores: & ferte nos, sicut vultis, vt Christus ferat vos. Peccatores quos discesserunt à nobis? Nunquid minus in eorum vita vitiorum & flagitiorum cernere licet? Nunquid quorundam ex eis, quæ vocant ipsi coniugia, castiora sunt, quam nostrorum sacerdotum cœlibatus? Deinde verò: An non extremæ cuiusdā dementia fuerit, sic Sacerdotes, Episcopos, & Monachos odiſſe, vt ipse te reddas illis deteriorem, nec illos tamē efficias meliores? Nullum est enim vitium heresi aut schismate deterius. Congerantur in vnum sacerdotem luxuriam, libidinem, ambitio, auaritia, & quicquid præterea vitiorum est: omnem hanc vitiorum lenam, vna superat heresis aut schisma. Longè enim sunt grauiores trabes schismatis, quas in oculis gerunt, qui segregauerunt semetipsos, quam qualiūcūq; tandem peccata manentium in vnitatē Ecclesiæ: quæ schismati comparata, sicut fœtus in oculis fratrum esse videtur, vt non immeritò dixerit Augustinus, quod consilia separationis, & inania sunt, & pernicioſa, atq; sacrilega: quia & impia, & superba sunt, & plus perturbant in firmos bonos, quam corrigunt animos malos. Qui quanto sit grauius schismatis crimen, vel eo cuius constare posse docet, quod tum prioris populi temporibus & idololatriæ sacrilegium fuisse commissum, & à rege contemptore librum propheticū incensum esse legamus, vtroq; crimine malum hoc non puniretur atrocius, nisi grauius pederetur. Si quidem schismatis auctores vitios dehiscentes terra sorbuit, & eos qui cōfenserant, cœlo irruens ignis absumpsit. Sic ne fabricatum & adoratum idolum, nec sacer liber exultum meruit vindicari. Itaq; diuersitate pœnarum, cuius diuersitatem agnoscere licet merito. Et libro 2. dicit, non esse quicquam grauius sacrilegio schismatis quia præcedendæ vnitatis nulla est iusta necessitas.

Libet autem etiā quid schismaticus ipse, vel schismaticorum & hereticorum princeps potius, Martinus Lutherus de consilio separationis eiusmodi senserit, paucis adscribere. Nā qualis qualis sit digna tamē est vox hæc eius quæ celebretur, & quæ omnes qui se catholicos profiterentur, nō in ore magis quā in pectore semper habeant. Obiectū illi fuerat ab Eckio in disputatione Lipsica, quod esset fautor & patronus Bohemorum schismaticorum. Tum ille dicitur in hæc verba prorupisse: Nunquā mihi placuit, nec in æternū placebit quodcumq; schisma. Iniq; factus Boëmi, quod se auctoritate propria separāt à nostra vnitatē: etiā si ius diuinum pro illis staret: cum supremum ius diuinum sit caritas, & vnitatis spiritus. Sed & illa Pauli verba explicans, Alter alterius onera portate. Hi sanè peruertunt, inquit, hanc doctrinam, qui volunt suā onera portari, & solum commodis aliorum frui & vehi: vt qui in doctos, inuiles, iracundos, inepatos, difficiles, morosos dedignantur habere socios vite: Sed querunt humanos, suas, benignos, quietos & sanctos homines. Hoc est, volunt non in terra, sed in paradiso, nō inter peccatores, sed

inter

inter angelos, non in mūdo sed in cœlo viuere. Quibus quoq; timendū est, ne & hic recipiant mercedē suam, & in hac vita suum regnū cœlorū possederint. Nā cū sponsa nolunt esse lilium inter spinas, nec cū Hierusalem in medio gentium posita, nec cum Christo dominari in medio inimicorū. Euacuat enim crucem Christi in semetipsis, & ociosam & sterentem, alijſque humeris veteratam charitatē habeat. Proinde qui fugiunt talium societatem, vt boni fiant, nihil aliud faciunt, quā vt pessimi omnium fiant, quod tamen non credunt: quia propter charitatē fugiunt, germinum officium charitatis: propter salutem fugiunt veteratū compendium salutis. Ecclesia enim tunc semper fuit optima, quando agebat inter pessimos. Horum enim onerū tolerantia, mirè rutilauit eius charitas. Sicut Psalmus dicit: Posteriora dorsi in pallore auri. Hoc est, tolerantia columbæ Christianæ, quæ per dorsi posteriora significatur, tota est rutilantissima in aurea charitate. Alioquin cur nō Moyses quoq; reliquit duræ ceruicis populum? Cur non Eliseus & Prophetæ, reges Israël idololatrias? Consequens est quod Bohemorum dissidium à Romana Ecclesia, nulla possit excusatione defendi, quin sit impium, & Christi omnibus legibus contrariū. Quia contra charitatē, in qua omnes leges summantur, perſtat. Nam hoc quod vnicè allegant, sese timore Dei & conscientie defecisse, ne inter malos sacerdotēs & pontifices viderentur, hoc eos maxime omnium accusat. Et alio loco: Hęc cideo, inquit, commemo, ne Pighardi nostri vicij heretici, infelix populus factore Romano gaudeant, sicut phariseus super publicanum, nōn autem cōparitur. Ne, inquam, illi nos crederent necite vitia & labeſ nostras, & immanem aduersus nostrā miseriam superberent, si nos ista taceret & approbare videremur. Scimus heu nostrum casum, & dolemus, non autem sicut heretici fugimus, & semiuuii transimus: tanquā alienis peccatis pollii timeamus. Illi fugiunt à nobis Christianis, & repunt ad seipſos in angulū. O blasphematores Dei, & proditores Christi: si Christus fecisset sicut vos facitis, quis vnquam saluatus esset? Et in declaratione quorundā articulorū sic ait: Quod Romana Ecclesia sit à Deo præ alijs omnibus honorata, non est dubium. Ibi enim sancti Petrus & Paulus, pontifices quadraginta sex Romani, ac tot centena millia martyrum, sanguinem suum fuderunt, infernum & mundum vicerunt, vt vel palpari quæat, quā singularem habeat ad eam Ecclesiam respectum Deus. Quod si nūc pro dolor res habet Romæ vt expedi ret habere melius, attamen neq; hæc, neq; alia causa vlla tam grandis est, nec esse potest, vt ab Ecclesia illa separatio, aut dissidio vlla fieri debeat. Imò quod peius res ibi habet, tanto magis accurrendū & adherendū est. Per separationē enim & cōtemptū, nō fit melius: nec dimittedus est Deus propter diabolum, nec vitandi reliqui boni propter turbā prætorū. Imò propter nullū peccatū aut malū, quodcumq; excogitari aut nominari potest, debet rescindi charitas nec spiritalis vnitatis diuidi. Charitas enim omnia potest, & vnitas nihil nimium graue est. Modica enim charitas & vnitatis est, quæ sinit se propter aliena peccata diuidi. Et in epistola quadam ad duos Pleba nos de anabaptismo: Audio, inquit, & video rebaptizationem à quibusdā usurpari ex eo fundamento, vt in despectum Papæ faciant, tanquam hi qui nihil ab Anticristo habere velint. Quemadmodum & Sacramentarij, propterea merum panem & vinum habere volunt in despectum Papæ, arbitantes se hoc pacto rectè subuertere posse papatum. Profectò frivolum est hoc fundamentum, supra quod nihil boni edificatum sunt: Hoc enim pacto negare eos oportet totam quoq; scripturam sacram, & prædicandū officium, hoc enim totum à Papa nimirum habemus. Et non ita quoq; scripturā sacrā nos facere oporteret. Sic & veter Testamentum nos dimittere oporteret, nequid ab infidelibus haberemus Iudæis, Stultitia est hoc totū. Nam & Christus in gente Iudaica inuenit phariseorū & scribarum abusus, nō tamen propterea totum reiecit quod illi habuerunt & docuerunt. Nos autē fatemur, sub papatu plurimū esse boni Christiani, imò omne bonum Christianum atq; etiam illinc ad nos deuenisse. Quippe fatemur in papatu verā esse scripturam sacram, verū baptismū, verum sacramentum altaris, veras clauē ad remissionem peccatorum, verum prædicandū officium, verum carechismum, vt sunt, oratio dominica, decem præcepta, articuli fidei. Dico in super sub papatu veram Christianitatem, imò verum nucleū Christianitatis esse. Videtis cōsistim, quid de separationis consilij senserit ipse, qui primus ætate nostra separationis ab Ecclesia Dei consilium est amplexus, qualem ipse contra Pighardos, & ceteros, suiq; similes hereticos, vi veritatis coactus sententiam protulit. Quam ob rem fugite, fugite separationis consilia, & in vnitatē Ecclesiæ permanere. Quales quales sumus, quamdiu tamen catholici sumus, parata est semper in Ecclesia catholica remissio peccatorum simul vt ex animo paratorum criminum pœnituerit. At in hæresim, vel schismate male viuunt etiā qui bene viuunt, nec est, nisi prius vnde discesserit, eo redeat, quod quicumque se peccatorum suorum veniam adipisci posse speret. Quisquis enim ab Ecclesia catho-

Can. 2. Exch. 5. Pjal. 109.

Psal. 67.

Bohemorum dissidium.

Rom. eccle. inexcusabile. In resolutis, super propositionibus Ro.

Luc. 18.

Ecclesi. Roma. Deo præ alijs omnibus honorata.

1. Cor. 13. Can. 8.

In ecclesia catholica remissio peccatorum.

lica

Ysa. 2.
Eph. 1. 51.
Ade. in epi. ad
Hieronymum Re
gem.

lica fuerit separatus, quātumlibet laudabiliter viuere se existimet, hoc solo scelere, quōd à Christi corporis vnitate disunctus est, non habebit vitam, ait Augustinus, sed ira Dei manet super eum. Cū verē dictum sit ab Adelhelmo: Bonorum operum emolumenta nihil profunt, si extra Ecclesiam catholicā gerantur. Quisquis autem in hac Ecclesia benē vixerit, nihil ei prēiudicant aliena peccata, quia vnusquisque in ea proprium onus portabit, sicut Apostolus dicit.

Galat. 6.
Matt. 13.
Matt. 13.
Ibidem.
Matt. 25.
2. Tim. 2.
Matt. 10.
Presides mali
cur interdum a
Deo dantur.
Prover. 21.
Job. 34.
Esa. 24.
Osee. 13.

Quamobrem nemo propter paleas ventilabro iudicis excutiendas relinquat arē domini: nemo propter zizania in messe comburenda excedat agro: nemo propter pisces malos in littore, hoc est, in fine seculi separādos, rumpat retia: nemo propter hœdos atq; hircos, in iudicis aduentu segregandos, deserat gregem: nemo propter vasa in contumeliam facta, migret ex magna domo domini. Quin illum secū potius quisq; reputet: cum in Euangelio dicat Dominus: Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis nō cadit super terram sine patris vestri voluntate? Si passeres non cadunt in terram absq; voluntate Dei, multo minus sacerdotes aut Episcopos dari terris, vel non sciente, vel non permittente Deo: Si quidem Deus in cuius manu cor est regis, & qui quocunq; voluerit, inclinat illud, aliquando regnare permittit hominē hypocritam propter peccata populi: vt sit sicut populus, ita & sacerdos. Hoc per Prophetam denunciatur, dicens: Dabo tibi regem in furore meo. Dat quandoque Deus improbis potestatem, vt & bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Per potestatem enim diabolo datam, & Iob probatus est, vt iustus appareret: & Petrus tentatus est, ne de se præsumeret: & Paulus cor laphizatus est, ne se extolleret: & Iudas damnatus est, vt se suspenderet. Vsq; eo autem se cundū merita subditorum tribui scribit Gregorius, personas regentium, vt sapē qui videntur boni, accepto mox regimine, permutentur: sicut scriptura sacra de Saule dicit, quia cor cum dignitate mutauit. Sic pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, vt sapē pro malo gregis, etiā verē boni delinquant vita pastoris. Ille enim Deo attestante laudatus, ille superiorum mysteriorum conscius Dauid propheta, rumore repentinae elationis in status, populum numerando peccauit, & tamē vindictam populus Dauid peccante suscepit. Cur hoc? Quia videlicet secundū merita plebium, disponuntur corda regentium. Ante quem etiam Ioannes Chrysostomus: Si nos viuimus, nihil interest, qualis ille sit, qui principatū gerit, quātum ad causam malorum. Qui sic inquisit aut quo pacto? Quoniam si transgressor legum fuerit, si temere nulloq; consilio feratur, nostra incogitantia, nostraq; temeritas talem genuit principem, nostra commissa, plagā accesserunt. Nam quod iuxta corda nostra accipimus principes, nihil aliud est, quā quod preterita peccata nostra talem nobis dederunt præfectum, sine quis fuerit ex consecratis, siue ex eorum numero, qui mundanas administrant dignitates. Mutet igitur populus vitam suam, mutabis etiam Deus eorum corda, qui præsidet: Qui potens est ex lapidibus filios Abraham suscitare: qui potuit ex persecutore Saulo Paulū Apostolum, qui potuit ex Mattheo publicano facere Euangelistam: potest is ex mercenarijs, malisq; præsidibus bonos facere pastores. Non enim est abbreviata manus domini, neq; aggrauata auris eius vt nō exaudiat: dummodo nos declinemus à malo & faciamus bonum, vitæque nostra in melius commutata vnanimiter omnes maiestatem diuinam supplices deprecemur, vt suam nobis gratiam impartiat: quo possimus vtriq; dignè ambulare vocatione, qua vocati sumus: vt & vos, oues vos esse recordati, minimè vobis licere velitis, eos iudicare, & in eorum vitam anxie nimis inquirere, à quibus ipsi iudicandi venitis: sed etiam si aliquo fuerimus in delicto preoccupati, Christū nihilominus audiatis præcipientem: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: & nos eius muneris memores, ad quod arduum nimis & periculosum vocati sumus, ita vitam nostram instituiamus, vt ne quod verbo edificamus, moribus nostris destruere videamur.

1. Reg. 24.

De verbis Esa.
Ibidem.

Matt. 3.

2. Tim. 1.
Matt. 9.
Esa. 59.
Esa. 33.

Eph. 4.
Oues pastores
non iudicent.
Galat. 6.
Matt. 23.

Eph. 4.

Galat. 6.
Ican. 15.
Hebr. 12.

Hierusalem vs
sio pacis.
Eph. 2.
Philip. 4.

Quoniam verò homines vtriq; sumus, & hoc ipso nomine peccatores: quia homines, si qua nos apprehenderit humana tentatio, sicut Paulus monet, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportemus in vicem in charitate: ac si qui sunt firmiores, imbecillitates infirmorum sustineat: nec alia magis de re solliciti sumus omnes quā vt seruare possimus vnitatem spiritus in vinculo pacis. Hanc enim ad pacem suam migraturus, testamento nobis reliquit Christus. Hanc sectari nos iubet Paulus: quod sine ea nemo videbit Deum. Cui si monenti obtemperauerimus, futurum est, vt ex hoc exilio ad manentem illam ciuitatem cœlestem Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur, peruenire mereamur: in qua videre licebit, sicuti est, eum, qui est pax nostra, omnem in intellectu nostrum exuperans, Dominum nostrum Iesum Christum, Gratia & misericordia eiusdē Domini nostri Iesu Christi: cui laus, honor & gloria in secula seculorum.

A M E N.

CONFVTATIO PROLEGOMENON BREN-

TII, QVÆ PRIMVM SCRIPSIT ADVERSVS
venerabilem virum Petrum à Soto, deinde verò Petrus
Paulus Vergerius apud Polonos temerè
defendenda suscepit.

Auctore D. D. Stanislao Hosio Cardinale Episcopo Varmienfi in Concilio
Tridentino Præsida.

Opus elegantissimum, nunc recens æditum, & in quinque libros distributum,
nostri temporis hæreses primū ab origine recensens, dein eas com-
plectens controverfias maximas, quæ nunc de fide & religio-
ne potissimum agitantur, vti se-
xta pagina indi-
cabit.

Vltima editio, nouis ab auctore aucta accessionibus.



ANTVERPIÆ.

In ædibus Viduæ & hæredum Ioannis Stelfij.

M. D. LXVI.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

SERENISSIMO ET CHRISTI-

ANISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO SIGISMUNDO AVGVSTO, DEI GRATIA REGI POLONIAE, MAGNO DVCI LITHVANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE,

Mosoniae, Samogitia, &c. Domino & Heredi, Domino clementissimo, Stanislaus Hosijs Episcopus Varminensis obsequium suum deferet.




Vidi, Serenissime Rex, Libellum quemdam Ioannis Brentij, quem tibi Petrus Paulus Vergerius dicare veritus non est: neq; sine magna animi mei molestia legi. Vocat is libellum hunc aureum, sed ego non facile crediderim, aurum illud, quod proverbio celebratur, Tolosani, maiore perniciem tuis attulisse, quorum est manibus attractatum, quam quantam in caulis & simplicibus, quorum versabitur manibus hic libellus, adferre queat: Vt si dici meretur aureus, non ex alio quam ex auro Tolosano constans esse videatur. Quid enim? An non omnem ordinem in eo peruerit? an non policiam omnem destruit? an non profert omnia sedulo, que ad pacem & tranquillitatem Ecclesie perturbandam pertinere videntur. Quod si recte vir quidam sanctus, pacem omnium rerum esse dixit ordinis tranquillitatem, que potest tibi esse pax, Vbi hoc agitur, vt ne quid ordine fiat, vbi nihil aliud laboratur magis, quam vt ea, que terribilis esse describitur, tanquam acies castrorum ordinata, que sepe regnum caelorum in scripturis appellatur Ecclesia, locus ille reterimus efficiatur, in quo nullus ordo, sed sempiternus horror inhaditat? Ac quod libellum talem in publicum edendum Vergerius curauerit, nihil miror: quod autem eum tibi Catholico, Christiano, Orthodoxo Regi dicare, nomenque tuæ Maiestatis, quod vbique terrarum, sicut aliarum virtutum, sic verè pieratis laude cum primis clarum est & illustre, per hunc modum contaminare ausus fuerit, id verò est, quod mirari satis non possum. Cæterum quid ille vereatur, qui minimè contentus, ita te nuncupando tibi libro hoc, quantum in ipso fuit, deformasse: ausus est præterea virum longè sui dissimilem Aloisium Lipomanum Episcopum Veronensem, quo iam inde à sexcentis propè annis, ex quo tempore Christi recepit Euangelium, nullum ex Legatis Apostolicis vidit Polonia, neque sanctiorem, neque doctiorem: hunc talem virum multò etiam maiore impudètia, quam olim Auxentius hereticus, gratissimum, doctissimum, sanctissimum virum Ambrosium, ausus est hic homo leuissimus puocare, vt de capitibus in hoc, vt ipse vocat, aureo libello contentis, te iudice, secum disceptaret. Quid vereatur ille, quem sic in mentem reprobam abijisse videre licet, posteaquam semel abnegato Christianismo, Lutheranismum amplexus, ex alia in aliam sectam est prolapsus, vt peccatum suum quasi Sodoma prædicet, neque pudeat eum in sua malicia gloriari, dum palàm iacet se quod bis Deo præstitum iusiurandum, id violasse: cuius etiam formulam excudi typis fecit, vt qui sit homo, restatum orbi faceret vniuerso. Ego verò, quod illius tam eminet, tamque proiecta est audacia, minus miror, quem & frontem pridem omnem perdidisse, & ab omni Dei metu prorsus remoriam esse, vel ea sola scripta satis indicant, que in proximis hisce Varschauenisibus Comitijis in vulgus spargi curauit. Illud non possum nõ mirari, quod inueniuntur nihilominus, qui non sine quadã animorũ assensione commenta legat eius hominis: qui sic ad omnem leuitatem incubuisse videtur, nihil vt cauere diligentius, quam ne quid vsquam veri scriberet. Nolo cætera commemorare, longum enim foret. Vel hæc vna Epistola, quam ad Maiestatem tuam scripsit, quot mendacijs est referta? Principio religionis constituende causa, te Comiticia fingit edixisse, cum tamen neque in literis, quas ad Consiliarios regni tui scribi fecisti, neque in legatione, que nuncijs ad minora Comiticia de more profectis data est, vel minima fuerit de religione facta metio: quin & illud satis constat, multis in terris Maiestatis tuæ, qui delecti fuerant ad maiora Comiticia nuncijs, eis mandatum serio fuisse, ne quam religionis mentionem inijcerent, neue quid noui de ea decerni paterentur, quod in veteri libenter essent acquiraturi. Cuius etiam da-

ti sibi

ti sibi mandati, cum ad maiora Comiticia venissent, nonnulli fuerunt admoniti. Sed nec illud obscurum est, quod Maiestas tua nulla alia de re consultationem in Comitijis haberi per nuncios terrarum suarum voluerit, quam que proprie ad Comiticia pertineret, nimirum de ratione qua regnum defendi posset, incunda: quod rectè iudicares religionis tractationem ad synodos Episcoporum, non ad regni vel imperij Comiticia pertinere. Quamobrem etiam cum res postulare visa est, vt mentio tamen aliqua religionis fieret, sic per Ioannem Oczijski regni tui Cancellarium, virum non solum ingenio prudentiaque singulari & admirabili quadam dicendi facultate, sed etiam summa in Catholica & Orthodoxa fide constantia præditum, rem proponi fecisti, disertis vt verbis id explicari mandares, nolle te, vt de constituenda religione, que rectè pridem esset constituta, verum vt de eo tantum sententiæ decernerentur, quemadmodum absente à regno Maiestate tua, prouideri posset, vt pax nihilominus & tranquillitas in regno conseruaretur: ac de communi tandem Senatorum omnium sententia decreuisti, si quis in religione nouare deinceps aliquid ausus esset, vt is hostis patriæ, publica que pacis perturbator haberetur, ac isdem, quibus hostis patriæ, pœnis esset obnoxius. Hæc verò, an non ex diametro, quod aiunt, cum ijs pugnant, que narret Vergerius? Quem & illud non puduit in eadem Epistola comminisci, cum vt emendatio quadam fieret abusuũ & errorum, qui sunt in Ecclesiam inuecti, nonnulli contenderent negasse Proceres, eam rem ad Romani Pontificis & Episcoporum cognitionem & diudicationem pertinere: cum ex Comitiorum Decreto, que sunt ante biennium Perri-couix habita; nuncijs à te missus fuerit ad Pontificem maximum, qui non solum, quod facere Catholicis Regibus & Principibus visitatum est & solenne, te fore semper in eius auctoritate polliceretur, verum etiam Legatum ab eo mitti peteret, cuius auctoritate, qui sunt in regno tuo religionis ergò motus excitati, tranquillari possent. Cuius legationis decernendæ, princeps in Senatu fuit vir illustris Ioannes Comes à Tar-novv, multis rebus, & bello & pace, magna cum laude felicitateque gestis clarissimus: qui non dubitauit etiam dicere, quod à Catholico Senatore dictum oportuit: Si qua facta esset quoruncunque tandem rituum mutatio præter assensum Sanctæ Sedis Apostolica, futurum, vt Schismaticorum infamiam gens nostra non effugeret. Cum itaque non de tua magis, quam de summa Senatus totius voluntate, decreta fuerit hæc ad Pontificem legatio, quod iste, qui tam est in aliena Republica curiosus, nescire non potuit, que est huius hominis tam perfrecta a fons, vt audeat scribere, negasse Proceres, emendationem abusuũ & errorum, ad Romani Pontificis & Episcoporum cognitionem pertinere? Cur enim tanto studio mitti nuncium ab Apostolica Sede petiuisent, si nihil harum rerum ad illam pertinere iudicassent? iam verò conuicium illud, quod Papam & Episcopos, quos veritatis vindices & assertores fuisse semper, & esse dubium non est, hostes veritatis appellat, nunquid à manifesto veritatis hoste profectum non est? Sed ego quò plures eius legi libellos perulantissimè scriptos, hoc magis perspexi, non aliunde quam ex fraude, fallacijs, mendacijs eum totum constare, qui nihil vnquam verius loquutus esse videtur, quam cum se vocat Exulem Iesu Christi: quandoquidem ex quo tempore se transtulit in aliud Euangelium, & à Christi corpore præcidit, cuius & domesticus esse Dei desijt, & extorris à Christo factus, in Sathane se potestatem ipse tradidit, cuius spiritu cum agatur, alia quam que profert, proferre nequit. Neque enim falsum esse potest, quod ait veritas? Quomodo potestis bona loqui, cum sitis ipsi mali? Videtur is ex eorum esse numero, quos Ioannes vocat Antichristos, de quibus ait: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Sic enim fuit iste aliquando in Christi corpore, quomodo sunt humores mali in humano corpore, qui cum euomuntur, corpus reuelatur: sic & iste, posteaquam exiuit, Christi corpus Ecclesia multum est releuata, gaudendum vt sit exiuisse talem. Non enim ex carne CHRISTI coporis præctus est, cuius membrum fuit nunquam, sed peccus tantum premebat, quo aderat in corpore: magna vt sit CHRISTI corporis alleuatio consequuta, posteaquam ex eo humor iste: alus egressus est. Nos verò facile patimur, vt ad renascentijs quinti Euangelij defensionem, tales vocentur: vt sit, quod est in proverbio, dignum patella operculum. Verum de homine satis, idque præter animi mei propositum. Nunc breui causas accipe, quibus adductus sum, vt hæc Brentij scripta, que tantopere suspicit Vergerius, contrario meo scripto refutanda censerem. Per mihi molestum accidit, cum eum virum, quem non solum propter doctrinam, vitæque sanctitatem, verum etiam propter eius personam, quam sustinebat, dignitatem, in summa veneratione habitum ab omnibus oportuit, sic ab homine leuissimo, quasi ad pugnam

Mm 2 quam

quandam prouocari viderem. Sed multò illud molestius, quòd ausum est os impudens, ad te ea de re scribere, te sibi iudicem legere, tibi Christiano, Orthodoxo Regi libellum hunc dicare. Quòd cum ab alijs quoque haereticis non semel iam factitatum esse deprehenderim, vt dicandis tibi scriptis suis nomen tuum contaminarent, suspicionemque tibi conflare conarentur, quasi non aliena sis ab eis voluntate, qui nouatam vel euersam potius religionem Christianam cupiunt, discruciar animi, non idem à Catholicis adhiberi studium in hac, qua te grauant isti, tam turpi suspicionem diluenda. Quàmuis enim talem te praestes in ea, quàm à Maioribus tuis per manus tibi traditam accepisti, Catholica & Orthodoxa religione tuenda & conseruanda, nulla vt eius generis in te vel minima suspicio haerere queat, cum tamen, qui te non norunt, & libellos omni genere impiæ doctrinae refertos, tibi dicari vident, & qui mos est quinti huius Euangelij, falsos rumores, ab improbis de industria, de te spargi audiunt, datur illis occasio, secus aliquid de te suspicandi. Quæ res, credibile non est, quantum animo meo saepe dolorem attulerit. Tantam enim Maiestatem, non solum crimine, verum etiam suspicionem criminis vacare oportet. Hanc igitur vt amouerem à te, tibi que coram orbe terrarum vniuerso, castè & integrè semper à te conseruata religionis testimonium perhiberem, laborem hunc non grauatim suscepi. Neque verò me clam est, quæ sit istorum hominum petulantia, quamque procax conuiciandi libido, qui nescio, cuius à quouis alio potius, quàm à Christo profecti, Euangelij assertores videri volunt, quibus maledictis eos insectari consueuerint, qui ab ipsorum opinione dissentiant, neque statim, quod ipsis videtur tanquam Dei verbum adorant. Sed ego nihil moror istorum conuicia, dum nomen tuum ab ea suspicionem, quam tibi conflare conantur, vindicare queam. Quin etiam ornari me interpretor, quoties à turpibus nomen meum traducitur: vituperari contra, si lauder à talibus illaudatis. Deum precor, vt Maiestatem tuam diu seruet incolumem & felicem. Ex castro meo Heilsbergk, Idibus Octobris, anno Domini M. D. LVII.




PRÆ

PRÆMONITIO AD LECTOREM.

Non opus tibi nouum, summaque laude dignum, Christiane Lector, inde ex Polonia missum & ab obrimis viris exoptatum: quod nos eo tibi damus libentius, quòd certius persuasi sumus fore, vt huius libri lectione simul & causa Ecclesie Dei maiorem in modum illustraretur, & haereticorum huius ætatis falsitas luce clarius coarguatur. Est eiusdem auctoris opus illud, quod Moguntie ante paucos menses accepimus editum, & communi Episcoporum in Polonia nomine publicatum sub hoc Titulo: Confessio Catholicae fidei Christiana. Vtrobique nihil reperias, quod non purum, pium, sanum, & salutare sit, & hac quidem ætate scitu lectique dignum profus. Illic Catholicae religionis & doctrine sinceræ & luculentæ, vt alibi serè nusquam, extat assertio, digna profectò, quæ omnium manibus notæ ac diè euoluitur. Hic eiusdem sanæ Catholicæ doctrinæ accedit defensio, quæ non solum Brentium, sed etiam eiusdem farinae Sectarios omnes in præcipuis totius doctrinæ capitulis, & maximis haereticorum hodie omnium praesidijs atque extremis refugijs, ita refellit ac prostermit, vt si aequè indices, vires illis omnes ademptas, atque ab hoc vno velut Achille, fractas fateare necesse sit: adeò decenter, grauitèr, ingeniosè, piè & eleganter excutiuntur, asseruntur, propugnantur, quæ contra hæreses hoc tempore grassantes Catholicae discenda, docendaque & opponenda sunt. Narratur autem ab initio historia, quam certe nosse refert, & deletat quoque plurimum, quibus gradibus hic in Germanianæ Satanasimus irrepens, nihil serè iam tutum à Sectarum contagio, & innoxium reliquerit. Vnde noua in orbem Evangelia, sed minime lecta & fausta, summa cum animarum pernicie magis & magis passim inuehantur. De Auctore ipso, vt qui superstes est, non attinet dicere, quem pro dignitate laudare tam sit nobis difficile, quàm præclarum alijs Episcopum spectatissimum imitari. Nec potest obsecutus vulgarisq; videri, qui tot annis in aula Regia versatus, & à maximo Rege ad negotia grauisima, ad legationes honorificentissimas diu multumq; adhibitus fuit. Is saepe comprobauit suam fidem, industriam atque virtutem Sarmatis, Lithanis, Russis, Prussis, Masoujs, Bohemis, Germanis Doctrinam verò & eloquentiam eam comparauit, quæ & elegantissimo scriptore, & præstantissimo Theologo, & optimo Episcopo digna sit. Cui rei hoc sanè opus argumento est, ubi dici non potest, quàm solide confirmetur in veteri pietate Catholicum pectus, præsertim si recta secum quis reputet tot sectas huius temporis horrendas, quot superior ætas vno eodemq; tempore nulla sensit, multusq; iam inter se modis ita dissectas etiam, vt earum neq; modum, neque finem ullum inuenire possis. Deinde cum Sectarum harum tanquam pessimarum arborum semina radices fructus atq; germina, quæ nostro & communi Ecclesie malo peruenissimus, rite considerantur, mox apparent huius nostræ tæpestatis densissima tenebra, ac cū his coniuncta multiplices pestes, diræq; furia ceruuntur, quæ nunc agminatim in Ecclesia irruunt, simulq; magistra & ministra sunt omnis impietatis, licentiae, nequitiæ, barbariæ atque vastitatis. Certe si nihil scriptū extaret aliud, vel ex hoc vno libro perspiceret nō cæca posteritas, quæ quædamq; sit ista stultitia, ne dicā insana nostra, quæ nihil serè pensi nunc habemus, quid Apostoli & Apostolici viri, quid veteris Ecclesie proceres & præclari maiores nostri docuerint, tradiderint, obseruauerint. Itaq; (proh pudor) his nouis doctoribus, qui veterem saepe impietatem, erroresq; iam pridem damnatos & crassos nobis obtrudunt, his, inquam, aures adhuc damus ac fidimus, nimirum perinde ac lenes Galathæ illi à Pseudoapostolis persuasi: vt iam in hoc, iam in illud Euangelium, quod non accepimus, neque Patres euangelizauerunt, sed hæc infelix ætas effluxit, cito transferamur, omniq; vento nouæ doctrinæ, quæ se Euangelij nomine venditat, huc, illuc instar arundinis circumagatur. Sed ne multis, hoc vnum admonebimus, Petrum à Soto Theologum Hispanū, qui ab hoc Episcopo nostro hic contra Brentium defenditur, pro se quoque scripsisse, ac eidem Brentio aduersus Prolegomena eruditè respondisse. Defendit autem Soti hic Episcopus, priusquam Soti opus in lucem prodisset, aut certe ad ipsum in Polonia usq; peruenisset, non tam quod Soti causam propugnare, quàm suis Polonis consulerè voluerit, apud quos Paulus Verius homo aequè fastuosus ac petulans apostata de Brentiano opere tantoperè gloriabatur, vt hinc ille ceteri non Theologus insultare, eosq; ad disputationem coram Rege publicè prouocare, non vereretur. Quæ de re lege supra in Auctoris Epistola Nuncupatoria. Fuit & alius Hofius eiusdem nominis, Episcopus Corubensis, cuius fidem, & industriam summam probauerunt Patres in Synodo Nicæna, cūm Ariana Secta Ecclesiam Dei & Catholicos omnes miserè exagitaret. Nunc habet ætas quoque nostra (Christo gratia) suum Hofium, Episcopum Varmiensem, cui neque simplex pugna est cum Ariamis & Seruetianis illis, quæ multis in locis hærent con-

ragijs : sed qui cum omnibus ferè monstris hodie in Ecclesia grassantibus congregatur, eaq; sic dextrè conficit, ut si hunc ducentem sequare, reliquias quidem agnoscas veterum, & iam pridem damnatarum hæresium superesse, vires autem & robur illa ipsis inesse nullum videas, quo inferorum partæ & Sectæ istiusmodi iam inter se dissectæ consistere, ne dum aduersus columnam veritatis Ecclesiam præualere possint. At quanto rectius causa religionis haberet, quantoq; commodius & impietas disijci, & pietas orbi restitui posset, si multos id genus Hæresios hæc ætas ferret, nimirum qui in pascendo seruandiq; grege Dominico, qui in arcendis lupis, & conuincendis hæreticis non dissimili vigilantiâ pariâ, doctrinâ, copia, granitate, sinceritate & fide præstare, seq; muros pro domo Dei aduersus Philistæos istos opponere vellet & possent. Rogandus utique Dominus messis & princeps Pastorum, ut miseris tandem omnium dissipatarum, quæ passim oberantes, miserè pereunt, mittat ipse pastores secundum
cor suum, & idoneos operarios in
messes suam,
Amen.



ARGUMENTA QVINQVE LIBRORVM HVIVS OPERIS.

- Liber primus recenset ab origine nostri temporis hæreses.
Secundus agit de legitimis iudiciis rerum Ecclesiasticarum.
Tertius docet de auctoritate Sacræ Scripturæ.
Quartus est de Traditionibus.
Quintus tractat de Catholica Ecclesia.

In quorum capitum maximè nunc inter Doctos controuersorum tractatione, præter multiplicem & reconditam eruditionem, habes Confutationem solidam argumentorum, quæ Brentius & similes Ecclesie aduersarij hac ætate potissimum adferre, & Catholicis obiectare consueverunt. Nec est vlla ferè materia de religione hoc tempore conouerfa, de qua iudicare non possit qui huius auctoris opus excusserit diligenter.

LIBER PRIMVS DE HÆRESIBVS NOSTRI TEMPORIS, AVCTORE STANISLAO HOSIO EPISCOPO VARMIENSI.



RIVS QVA M excutiamus argumenta Brentij, visum est de varijs huius temporis sectis nonnulla præfari, quod à præsentis nostri instituto minime fuerit alienum. Etenim Sathanismus hic, quem in hac præfatione nostra recensimus, non aliunde sumpsisse videtur originem, quàm ex his quatuor capitibus, quæ in hoc libello suo Brentius asserit. Nam dum vnusquisque sibi de doctrina religionis iudicium arrogat, dū arbitrato suo scripturas interpretatur, dum nihil in eis difficile, nihil obscurum esse persuasum habet, dum præter eas nihil recipi, traditiones autem Patrū prorsus rejici debere censet, dum Ecclesiam neque videri, neque cognosci posse credit, ita ut cuique cœteri liberum sit nomen Ecclesie vendicare, quis non videt, ex his doctrinæ Brentianæ capitibus, cuius primus auctor fuit Martinus Lutherus, natum esse Sathanismum, qui nunc regnat in multis partibus Germaniæ, qui pedetentim etiam in Poloniæ regnum & adiunctas illi terras irrepere conatur? Quamobrem nihil ab instituto nostro fecerimus alienum, si nonnulla de eo præfati fuerimus.

Ante quadraginta hos annos is fuit orbis vniuersi status, quàm latè pater in eo nomen Christianum, ut rectè de illo dici potuerit, quod in Genesi scriptum legitur: Erat terra labij vnus & sermonum eorundem: quodque scribitur in Actis Apostolorum de ijs qui primi in Christum credere cœperunt: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Sicut vnus Deus ab omnibus colebatur, ita fide vna retinebatur, vna fuit & eadem administrandorum sacramentorum ratio, vnus & idem propè ceremoniarum vbiq; ritus. Id ipsum dicebant, id ipsum sentiebant, idem sapiebant omnes, ut facile ciuitatem illam agnosceres, cuius participatio in id ipsum. Quamobrem cum vna & eadem essent omnes mente præditi, nomine quoque non nisi vno & eodem censerit volebant. Non vocabantur alij Gnostici, alij Apostolici, alij Euangelici, non alijs quibuscunque nominibus censebantur, sed à Christo, quem vnanimiter profitebantur omnes, in quo sibi solo fas esse gloriari persuasum habebant, Christiani cuncti nominabantur: quo nomine nullum sibi dari posse nomen glorioius existimabant: Homines enim erant recti & simplices, ac timentes Deum, qui non in contentione sermonis, sed in simplicitate fidei regnum esse Dei crederent, nec aliud scirent Euangelium, nisi quod à Christi spiritu profectum, de Christo per Christi discipulos scriptum esset.

Hic fidei consensus & concors omnium inter se Christianorum doctrina, cum apud alias nationes, tum apud finitimos nobis Germanos lōgo seculorum intervallo viguit: præcipuè verò apud eos populos omnes: qui sunt imperio Maiestatis tuæ subiecti, siue hi Poloni sint, siue Litvani, siue Russi Catholici, siue Prussi, siue Mafonij: ex quo tempore semel hæ gentes omnes Euangelium Christi receperunt, semper apud eas iam inde à sexcentis propè annis consensus hic fidei constans, perpetuus & inuiolatus permanfit. Quodque magis admireris, anni plus minus centum quadraginta intercesserunt, cum vicinam regno Maiestatis tuæ Bohemiam lepra VValdensis infecit: ex eo factum est, ut bona pars illius ab orbe reliquo Christiano se præciderit. Quæ res quantas ei regno calamitates attulerit, nihil hic opus est commemorare. Cum autem cõmunis nostræ cum illa gente lingua sit, nullis tamen Sathanæ fraudibus adduci potuit, ut sensu & consensu totius Ecclesie posthabito, Bohemorum partis esse vellet.

Qua in re quid potissimum prædicem? Episcoporumne regni vigilantiam, an sanctorum maiorum tuorum, penes quos tum erant regni gubernacula, religionè singularem? Vtrique diuini, quorum nomina laudibus omnium celebrentur. Nam & illi memores, in qua essent à Deo specula collocati, nihil curæ, sollicitudinis, laboris prætermiserunt, quò possent à Christo sibi commissi gregis sui salute prospicere. Neque cuiusquam potentiam reformidarunt, sed se murum pro domo Israël opposuerunt, neque vllum bonorum pastorum officium in se requiri passi sunt. Et hi pientissimi Principes, alter proauus tuus VValdislaus Poloniæ Rex, alter frater eius patruelis Vitoldus, cum etiam regnum illis esset à Bohemis delatum, qui nuper ad eò segregauerant se, & à Christi corpore Ecclesia præciderat, admirabili quadam animi magnitudine regnum potius respuen-

Gene. 11.

Act. 4.

Orbis Christiani ante 400. annos in religione consensu.

VValdensis secta Bohemorum distabit.

Vigilantia Episcoporum, & Regni pietas in Polonia.

DE HAERESIBVS NOSTRI TEMPORIS

dum sibi esse duxerunt, quam vt indignum aliquid Christianis Principibus committerent. Quin disertis etiam verbis legatis Bohemorum renunciarunt, sibi religionem esse, apud haereticos regnare. Quod si verò illi in viam rectae religionis, & ad societatem vniuersae Ecclesiae redire vellent, Reipub. Christianae causa, alterutrum de ipsis, quin regni gubernacula suscipiat, non esse recusatorem.

Math. 19.

Math. 16.

Est ne autem, aut fuit multis seculis Principum aliquis, cuius religio cum horum Principum religione potuerit comparari? Mihi verò nihilo videntur etiam illis inferiores nostri fuisse, quos olim Christo dixisse legimus: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Quid enim illi nisi nauiculas & retia piscatorum reliquerunt? sibi verò delatum etiam sibi regnum repudiandum potius esse duxerunt, quam vt illius consequendi spe, quò minus liberè Christum sequi possent, impediri se paterentur: quam vt à Christi corpore, vna, sancta, catholica Ecclesia separati esse vellent. Sonabat procul dubio semper in eorum auribus vox illa Christi, quam ex tuo quoque piensissime Rex, ore, in celebri Senatorum totiusque populi corona prolatam aliquando audiimus: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animae verò suae detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Non illi caelestia, regna terrenis, non sempiterna caducis esse commutanda putauerunt: sed scubi Christi religio agebatur, nullum eis tam suae fuit meritum, quin & spiritus ipse vilis erat, què amittere prius quam religionis causam deserere, prompto semper & parato animo fuerunt. Faciunt & Episcoporum vigilantia & singulari principum pietate, qui nec metuendum sibi quèquam præter Deum, nec illius charitati quicquam anteponendum esse putauerunt, factum est, vt per annos iam propè sexcentos integra & incotaminata in terris Maiestatibus Christiana, Catholica, & Orthodoxa fides permaneret.

Qua occasione Lutherus noua se hinc distidit.

Lutheri cōfessio

Aug. ser. 44. de tempore.

1. Tim. 6. Eph. 3.

Ex radice cupiditatis in Lutheri plantata fructus nouae se hinc processit.

Quae Lutherum fecerit paulatim deteriorari.

Lutheri erga Pontificem submissio

Ceterum anis nunc agitur quadragesimus, cum in lucem prodijt Martinus Lutherus, à quo primum nostro hoc infelici seculo fax est in Ecclesia Dei discordiarum accensa. Ex qua parua autem scintilla, què non difficulter opprimi nascens poterat, quatus ignis exarsit. Initio non alia de re quam de peccatorum condonationibus, vulgò vocant indulgentias, disputari ceptum est. Eas Lutherus oppugnabat, non quòd legitimè earum usum, proflus dānaret, sed quòd ab usum ferendum non esse putaret. Vt autem in hanc arnam descenderet, non rectè zeli feruore, neque studio pietatis adductus est: sed cum permolestè ferret, quòd sui ordinis fratribus pradicandarum indulgentiarum antea munus mandatum erat, qua ex re non parum etiam emolumentum capiebant, id ad Dominicanos translatum fuisse, sicque suis commodum illud interuersum: hæc illi causa fuit in certamen istud prodeundi. Quamobrem non aliò prima hæc illius velitatio, quam ad Deum ventrem referrebat. Quod etiam ipse dissimulare non potuit. Nam cum ad disputationem cum Eckio ventum esset, ac inflammatus ita Lutherus, modestie fines prætergressus, admonitus à quibusdam fuisse, quandoquidè Dei causa tractaretur, vt modestie eam in spiritu lenitatis ageret, in hæc verba prorupit: Non propter Deum hæc res cepta est, neque propter Deum finietur: Sic ille morbum animi sui celare diu non potuit.

Nunc tu mihi diligenter illud animaduerte, quod ab Augustino scriptum est, duas radices in duobus agris à duobus agricolis plantari. Plantat vnam Christus in cordibus bonorum, plantat aliam Diabolus in cordibus malorum. Quæ plantatur ab hoc, radix est malorum omnium cupiditas: quæ plantatur ab illo, radix est bonorum omnium charitas, de qua dicit apostolus: In charitate radicati atque fundati. Nec de radice charitatis aliquid mali, nec de radice cupiditatis aliquid boni nasci potest. Simul illud considera, ex vtra harum radice nata sit causa Lutheri, vt quis illius agricola fuerit, intelligas. Quamlibet in eum suauiter effusus fueris, tamen velis nolis fatearis oportet, quòd non ex charitatis, sed ex cupiditatis radice processerit, quam in illius corde plantauit Diabolus. Certum est enim & indubitatum, quod ne muuisset illa quidem contra indulgentias, si pradicandarum illarum negotium sui ordinis fratribus datum fuisse: sed quod per alios intercipi videbat, quod suis delatum esse maluisset: ea verò iusta illi causa visa est, quam obrem istas tantas tragedias excitaret.

Habemus itaque iam, ex qua radice processerit prima Lutheri velitatio, nimirum ex radice cupiditatis, quæ crebris contentiõibus magis etiam atque magis aucta est indies. Nam initio nõ alia fuit quam pecuniæ cupiditas: accessit postea cupiditas gloriæ, quam perniciosior etiã est cõsequita cupiditas vindictæ, quæ postea in odium quoddam exarsit implacabile. Satis constat, minus præfractum initio fuisse Lutherum, vt qui minime recusaret, eorum, quorum debebat iudicio scripta sua subiacere. Extrã eius in epistola quadã ad Leonem Pontificem hæc verba, quæ scripsit ante annos. duodequadraginta. Beatissime pater, postulat me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus quæ sum & habeo: viuifica,

viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vt placuerit: vocem tuam vocem Christi in te præsentis & loquentis agnoscam. Sed verum est quod à Philone scriptum est quòd contentio est materia iracundia, & ideo contentiosiores quique in disceptationibus ceterisque colloquijs ad iram mouentur. Et hoc iræ proprium est, quòd d fallitur, fallitque: vt non temerè quenquam iracundum veracem reperire liceat, tãquam deuictum ebrietate animi, non corporis. Quantò maiore contentione actum est de rebus quæ videri poterant initio non maximo cum periculo coniuncta, tantò longius est à veritate discessum. Est et hoc ita natura comparatum, vt nõ ferè nascatur error aliquis, qui non secum plures trahat alios: vix vt quemquam reperire liceat, qui posteaquam in vnum aliquem errore prolapsus est, non discedat indies à recta via longius. Quemadmodum in cantu si vel vna aliqua in re turbata sit harmonia, per omnia confusa quædam existit dissonantia: ita doctrinæ consensus vna aliqua hæresis & dogmate à viri symphonia discrepante interruptus, subinde fit ad maiorem confusionem progressio. Et sicut in humano corpore loco suo mota qualitarum temperata constitutione, ex qua sanitas & partium ac omnium inter se virum integritas consistit, alia ex alijs vitia & morbi consequi solent: ita si vel semel sanitas mentis læsa, nec rectè sit constituta, magis indies atque magis afficitur, & ægrotat homo periculosus. Hoc in Luthero quoque vix venisse videmus: Sanabilis erat initio morbus, sed progressu temporis serpebat malum longius.

Phil. lib. 2. Allegoriarum legis.

Error vnus ferè plures secum trahit.

Lutherus à Pontifice oppugnando exordium habuit.

Cyp. lib. 1. ep. 3. Lutheri certamen contra Ecclesie sacramenta.

Damatus à Pontifice Lutherus, nihil nisi Papam incommodatè excogitauit.

Testimonium Lutheri

Ac primum quidem fecit quod est hæreticis omnibus commune, vt Romani Pontificis auctoritatem labefactare, & eum in ordinem cogere conaretur. In hunc rabiem suam conuertit omnem, summaque contentione perficere conatus est, vt plurimorum ab eo voluntates alienaret, & eum in ordinem redigeret, quòd sic gubernatore sublato (sicut ait ille) atrocius atque violentius circa Ecclesie naufragia sibi grassari liceret. Itaque facinus ingens aggressus, omnes pontificij iuris libros cum plerisque literis pontificijs, vulgò bullas vocant, incendit. Nec ita multo post librum scriptum de Captiuitate Babylonica, in quo ne Sacramentis quidem intactis, sursum ac deorsum omnia miscere conatus est. Hanc illius insolentiam cum per triennium tolerasset Leo Pontifex, ac multum saepeque monendo vt in viam rediret, nihil profecisset, fecit tandem pro officio suo, vt eum hæreseos condemnaret, & è cætu piorum eieceret: ex quo iam antea ipse se eiecerat. Hic ille magis atque magis furere, ac rationes omnes inuestigare, quibus odium erga Pontificem suum expleret: quem de gradu suo deiecit, atque omni profus auctoritate spoliatum cupiebat. Vna hac in re curæ illius cogitationesque consumebantur omnes. Itaque nõ iam ille scribendis deinceps libris, qui esset, aut quid non esset cõ pietate coniunctum, sed quid incommodatè Papatui maxime posset, spectandum esse putauit: vt quicquid scriberet, quicquid diceret, quicquid faceret, omnia in odium & despectum Papæ, Conciliorum & Episcoporum faceret. Faretur hoc adeo ipse in quadam epistola ad Argentinenfes, ad quos in hæc verba scripsit. Hoc diffiteri, inquit, nec possum, nec volo, quòd si Carolusadius aut alius quipiam, ante quinquennium persuadere nihil potuisset, in sacramento præter panem & vinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deuinxisset: grauibus enim curis anxius, in hac excutienda materia multum desudabam, omnibus neruis extensis me obricare & expedire conatus sum, cum probè perspiciebam, hæc re Papatui valde me incommodatè posse. Nonne hic aperte cõstitit ipse, peregrina sua doctrina populo inculcanda non hoc se spectasse, vt Christi gloriam propagaret, vtque veritatem illius patefacere, sed vt odio ipse erga Papam exercitatus, eodem illius odio cæteros inflammaret? Tanta autem fuit mens illius infuscata malevolentia, Christum vt præsentem in Eucharia libenter fuerit negaturus, dummodò per hanc occasionem incommodatè Papatui potuisset.

Cum itaque in omnibus dictis, scriptis, factis suis, non alios quam iram & odium pessimos consultores adhibuerit, erit adhuc quisquam qui dubitet, quæcumque ab eo profecta sunt, aliunde quam à Diabolo profecta esse? Si quis est huiusmodi, tollet illi dubitationem hanc Lutherus ipse, qui in libro quem inscripsit de Missa angulari, quæ habuerit a Deo doctrinæ suæ, non obscure fert. Inducit enim ibi Diabolum secum disputantem, ac fortiora contra Missam argumenta proferentem, quam quæ reselli à se potuerint. Cuius etiam vocem inibi describit, quòd ea grauis & robusta sit, tamque terribiliter infonet, vt vsu quandoque eueniat, quòd post collationem cum Dæmone nocturnam homines postridie manè mortui reperiantur: Nam & corpus, inquit, occidere potest, deinde verò animam ita reddit anxiam, vt in vno momento quandoque necesse habeat è corpore migrare. Quod sæpè sibi quoque ipsi propemodum accidisse scribit. Quin & accidit ad extremum. Nam qui vespere benè potus erat & hilaris, postridie

Lutherum malo spiritum actum pleraque persequisse.

Stenckfeldium vocat, ac post alios nonnullos Campani septima, ceterarum enim auctores nominatim non exprimit. Quod si viueret is adhuc, plures etiam ei enumerando recensere liceret. Ed enim iam amentia sunt atque audacia nonnulli progressi, vt etiam ipsa Christi verba in consecratione cœnæ Dominicæ mutare, proque eo quod ille dixit, Hoc est corpus meum, non fuerint veriti dicere, Hic est panis meus. Alij verò profusus omittere verba consecrationis non dubitarunt, sic enim enunciant: Accipite, comedite, hoc facite in mei commemoratio nem: quemadmodum à Ioachimo VVestphalo, & Erhardo Schnepio legimus annotatum. Quanquam etiam superflite Luthero quendam exortum fuisse terre filium scribit Iulius Pflug (cuius tanta est pietas cum non mediocri doctrina coniuncta, vt etiam hostes Ecclesiæ Dei, quod verè Episcopum agat, confiteri necesse habeant) qui negaret, necessaria esse ad Eucharistiam verba Christi, quibus ea consecratur: quin nec speciem panis aut vini necessariam esse, sed satis esse, si motu interiori cordis Eucharistia capiatur.

Toach. in libello quem inscripsit, Recta fides de cœna Domini. Schnep. in consecratione de Enc. Iul. Pflug. in epi. ad Eras. Roterod. Harrendi fratris noui Euangelij.

Formam verborum baptismi mutare sinit Brentius.

Hæretici reprehendi non iustis.

2. Tim. 3.

Luth. de Capt. Bab.

Luth. quam famulos & arroganti.

Luth. in li. de formula missæ.

Luth. auctoritas sacerdotij & sacri ficij euertendi.

Ecce fructus quos nobis atulit quintum istud Euangelium, per quod impij licere sibi volunt, etiam ipsa Christi verba in huius Sacramenti, quod est vnum omnium excellentissimum, consecratione vel mutare, vel profusus prætermittere. Quod etiã in eius Sacramenti administratione, quod solum de necessitate salutis est, (vtcunq; neget id Caluinus) liberum esse vult hic ipse, cuius hic libellus quem confutandum suscepimus, tibi Serenissime Rex, dicitur est, Ioannes Brentius. Nam cum disertis verbis hæc nobis formam Christis prescripserit, vt baptizarem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, negat is baptismi virtutem ad certa verba Christum alligare voluisse, quod non instituerit magiam, quæ ad certam verborum formam, aut certos ritus alligata sit. Itaque nihil in eo piaculi fore putat, si mutetur sonus, dummodò remaneat sententia verborum Christi. Hæc iste, quem numinis instar colit Vergerius, cuius scripta dictaque pro diuinis oraculis haberi vult. Vides autem quàm fecundi monstroso suo partu sint hæretici? Vix enim eorum quæquam reperies, qui vel nouam hæresim protulerit, vel veterem aliquam olim damnatam instaurauerit, qui non multis erroribus, portentis & monstris comitantibus stipatus incedat. Est autem hæreticorum hoc proprium, vt corrigi nolint: ac si reprehendi videant errata sua, quæ vnicè admirantur, & modò non adorant tanquam eisdola manuum suarum, tantum abest, vt mitescant aut emendentur eiusmodi reprehensionibus, maiore etiam vt eorù odio qui reprehenderunt, inflammantur, atque ita proficiunt in peius in dies errantes, & in errorem mittentes. Huc perducit eos scelerata quædam vindicandi cupiditas, qua sic mentes eorum excecantur, vt verum videre nequeant, sed falsa pro veris amplectantur, Documento nobis esse potest Lutherus, qui scribit ipse, quod à fratre quodam reprehensus fuerit, quod senserit aliquando, pulchrum fore, si pro Laicis vtraque Sacramenti species porrigenda statueretur in Concilio generali. Nunquid autem satis habuit ille reprehensionem hanc fratris de re non maximi momenti diluisset? Minimè gentium. Sed video, inquit, illis otium & chartas abundare: dabo operarios victores de vna aliqua mea hæresi (vt eis videtur) triumphant, ego interim nouam molliar. Profert mox nouam hæresim, ac impios omnes declarat, qui Laicis vtriusque speciei communionem denegant. Atque illo quidem loco solos eos impietatis arguit, qui Laicos arcent à calice. Sed audi, quò paulò post progrediatur maiore quodam furoris cœstro percitus. Quam penes Concilium prius potestatem esse volebat, vt Laicis vtraque species daretur, statuerendi, non ita multò post eam abrogat, nec veretur os impudens ita dicere: Si quo casu Concilium statueret, minimè omnium nos vellemus vtraque specie potiri, imò tum primùm in despectum Concilij vellemus, aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri: & planè eos anathema habere, quicunq; auctoritate talis Concilij potirentur vtraque. Quid scribi potuit arrogantius? scilicet si Concilium ad quod ex vniuerso terrarum orbe doctissimi, grauisissimi, sanctissimi viri conuocati fuerint, nullam esse causam declarauerit, cur à calice diuini abstineatur, irritum erit concilij decretum & hoc inane: sin autem hoc ipse Lutherus ita sanxerit, tum demum ratum & firmum erit. Ceterum posteaquam semel ille veterum doctorum scripta, sanctissimorum Pontificum decreta, Conciliorum etiam Oecumenicorum, hoc est, totius Ecclesiæ Catholice placita, contemnere cepit & pro nihilo habere, tandem eo progressus est, vt sicut paulò antè meminimus, & sacerdotium & sacrificium euertere, quin ipsum etiam ex hoc sacramento Christum extra manducationem tollerere, ac debitam ei venerationem exhiberi prohiberet: cum prius etiam post consecrationem in Eucharistia panem & vinum remanere docuisset. Inde sumpsit originem postea Sacramentarium hæresis. Et quæadmodum licere sibi voluit Lutherus priuata sua auctoritate veteres abrogare, non o-

ritus

ritus instituire: sic sibi quoq; veniam hanc dari debere Caluinus cum suis existimauit, cum nihilo se Luthero vlla in re inferiore esse iudicaret. Fecit igitur ille quod adhuc à Luthero & sectatoribus eius factum non fuit, vt & sacras vestes, cum res diuina fieret, & luminarium vsum, & campanarum pulsus profusus reijceret: ne quod esset inter sacra, & prophana discernere: neue si quid esset honoris habitum huic venerabili sacramento, plus aliquid in eo quàm panis & vinum esse crederetur. Quin etiã ex hac vita migraturis sacramentum Eucharistia dari vetuit, quod non sine causa tamen fuit à priscis illis viaticum appellatum. Neq; enim putauit ad illud admittendos, nisi qui cõ reliquo cœtu communicare possent: quibus neq; confessis neque absolutis dari sacramentum hoc voluit. Dies præterea festos, tum & Euangelij & Epistoliarum iuxta receptum morem lectiones abrogauit. Ac ne solum esset Eucharistia sacramentum, in quod sibi licerent omnia, etiam de Baptismi sacramento nouam doctrinam protulit. Cum enim ex Luthero didicisset, eos Christi mortem euacuare, & alium præter Christum mediatorum querere, qui putat opera sibi esse ad salutem necessaria, quoniã & Baptismus opus quoddam est, vifum est illi, quod aliud præter mortem Christi medium inducant, qui nos Baptismo fieri saluos docent: quodq; Christi sanguini reliquum nihil faciant, qui medicinam peti volunt in aqua Baptismi, Docet igitur infantes, modò sint ex Christianis parētibus prognati, citra Baptismum etiam Christi mēbra fieri, in Dei filios adoptari, regnūq; cœlestis heredes effici. Itaq; cum non multum ad salutem inter sit, baptizentur necne, facile fert eos absq; Baptismo ex hac vita migrare. Quid iam nobis intactum isti reliquerunt? Quorū audaciæ & amentia non proruperunt? qui etiam ipsa Sacramenta, sine quibus saluus esse nemo potest, conuellerent & labefactare veriti non sunt.

Habes iam igitur duo Euangelia, si modò tam claro nomine tam impias sectas appellare fas est, Lutheranorū vnum, Zuinglianorū alterū. Nam vtraq; pars quod ipsa sentit, solum id purū putū Dei verbū & Euangelij esse deieauerit. Si doctrina cōsideres, aut superiores, aut certè nihilò sunt inferiores Zuingliani Lutheranis, non pauciora quàm ij scripturarū examina proferunt, orationis verò splendore persuadendiq; vi multò præstare videtur. Si specie spectes pietatis, non eunt hoc inficias etiam ipsi Lutherani, quod ea sit maior in Sacramētarijs. Sic enim scribit de illis Nicolaus Amstdorffius: Anabaptistæ & Sacramētarij iam imponūt Germaniæ sua sanctimonia, quemadmodū imponerunt monachi vniuerso mundo. Si multitudinè inspicias, hæc quidè longè superant, cum ex Lutheranis plurimos in suam sententiã pertraxerint. Fatetur hoc ipsimet: sic enim scribit Ioachimus VVestphalus: Nulla falsa doctrina tā late dispergitur, nulla tanto conatu & hypocriti defenditur, nulla tam multos homines abripit in errorem, quàm falsa doctrina de Eucharistia sacramento. Quis etiam alio quodam in libro contra Caluinum scribens, suos propter paucitatem vocat imbellem turbam præ copijs ingentibus, quibus gloriari Caluinum & confidere dicit. Palam autem illud est, quod præter Saxonicas ciuitates pauci ad modum Lutheri receperunt Euangelium: omnes alij siue apud Heluetios, siue in Germania, aut Catholici sunt aut Sacramentarij. Quod si pertinaciam intuearis in errore tuendo, tantum abest, vt hac in parte Lutheranis cedant Zuingliani, priores vt etiam eos ferre Caluinus gloriatur: qui dum alacriter ad mortem imprimis terrificam se obtulissent, suos quàm Lutheranos multò fuisse promptiores asserit ad fidei suæ, sicut ipsi videtur, veritatem sanguine suo obfigendam. Quin si catalogum legas eorum Pseudomartyrū, qui nostro seculo propter hæresim suam oppetere mortem non dubitarūt, plures inter eos Zuinglianos quàm Lutheranos reperies. Cū itaq; nulla in re sint inferiores Lutheranis Zuingliani, neq; minus ij, quàm illi de puro Dei verbo se iactent, vtriq; tamè sunt alteris plus quàm hæretici. Lutheranis præsertim sic detestatur Zuinglianos, vt eos ne quidè audiedos esse putet, ac sceptro potius magistratus eorū blasphemias, quàm stilo refutandas esse censeat, vt queratur etiã de Lutheranis Sacramentarij, quod non sustulerint, sed potius ad se pertraxerint Papæ tyrannidè: proq; ligneo iugo Papæ collo excusso, ferreū ab illis impostū sit. Sed negat Ioachimus VVestphalus, hæc esse tyrannidè, si quis obstitat Psychothyranis Hæreticis, nec eos tyrannidè suã blandã illã quidè, sed grauissimã & nocentissimã in ouile Christi permittrat exercere, non quidè externo gladio, quo corpus tantū occiditur, sed pestilentis doctrinæ veneno, quo Diabolus interimit animas blandidè & mentiendò. Pastor, inquit, non agit tyrannum, qui repellit lupos: magistratus non exercet tyrannidè, si secundum legem coërcet maleficos, & de fontibus sumit pœnas. Ecclesiæ non sunt accusandi de tyrannidè, qui noxios Ecclesiæ & pertinaces excommunicant, voce & scriptis seductores reprimit, gubernatores politicos admonet sui officij, edicta & necessariam seueritatè magistratus approbant. Minus Ecclesiæ affligeretur à Psychothyranis, min⁹ acciperet dāni, non ita multū, vt nūc fit, seduceretur.

Calu. in quo Lutheri sequatur & superet impietate.

Collatio Lutheri & Zuing. et vtrius alteris præsent. Nicolaus Amstdorffius.

In lib. Recta fides de cœna.

Toachi. VVestph.

N n. seducti

seducti minus pertinaciter haerent in suis erroribus, si magistratus & ministri Ecclesiastici seuerioribus remedijs profligaret morbos qui grauiores, qui coragijs afficiunt membra corporis sani. Hac ille verisimè non contra Sacramentarios magis quam contra suos quoque. De Sacramentarijs autem Martinus Lutherus hanc tulit sententiam: Haereticos ferè cœsumus, & alienos ab ecclesia Dei esse, Zuinglianos & Sacramentarios omnes, qui negant Christi corpus & sanguinem ore carnali sumi in venerabili Eucharistia sacramento. Qui etiam in epist. quadam ad illustrem virum Albertum Marchionem Brandenburg. in Prussia Ducem, negat cum illis tractatus villos habendos, quandoquidem ab initio quam latè patet Christianus orbis, vna fuerit & concors omnium de hoc Sacramento sententia. Proinde, inquit, si quis nunc de eo dubitat, perinde facit, atq; si non credat vnam, sanctam, Catholicam Ecclesiam: qui etiam nò solum Ecclesiam vniuersam hæreticos condemnare videtur, verum etiam Christum ipsum cū Apostolis & Prophetis suis, quorum grauisimo testimonio corroboratus est hic articulus, quo nos credere profitemur sanctam Ecclesiam Catholicam. Sic enim ait Christus: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Et Paulus Ecclesiam vocat columnam & firmamentum veritatis. Deinde verò testimonium contra illos fert ipsa eorum propria opinio, cum in istius textus expositione sic inter de dissident, vt septem propemodum aut octo liceat interpretationes reperire. Hic Lutherus nò contra Zuinglianos magis quam contra seipsum suosq; non minus & dissidentes inter se, & consensum Ecclesiae pro nihilo ducentes, verisimam tulit sententiam. Pergit autem ad eundem Ducem scribens: Quo circa moneo & peto illust. vestram, velit eiusmodi homines vitare, nec eos in ditione sua ferre: Nam illud necesse est, vt secum reputet, si permiserit in suis terris versari sectarios eiusmodi, cum prohibere possit, quod multum grauabit conscientiam suam, ac vix vnquam eam tranquillare poterit. Sic Lutherus ne receptum quidem à suis dandum esse Sacramentarijs censuit, quos etiam non dubitat vocare Sathanæ ministros, mendaces, imò ipsum mendacium, fucum & simulationem. Et in eo libro, qui inscribitur, Confessio de Cœna Christi, monet vt haud aliter caueant sibi omnes à Zuinglio, quam à Sathanæ veneno. Hac est Lutheri de Sacramentarijs censura.

*Luth. quo dam
nat Sacramen-
tarios etiam se
& suos dicit.*

*Quid Sacramen-
tarij de Luthero
pauis induent.*

*In dialogis ad-
uersus Melan.*

*Explicatio de
Caluini doctri-
na circa Euch.*

Nunc audi vicissim, quid illi sentiât de Luthero, deq; sectatoribus eius: Speciem, inquit Oecolampadius, verbi Dei adferunt Lutherani, verbum Dei non adferunt id quod Haereticis passim facere solent, omnesq; volunt videri verbo Dei niti. Bucerus verò scribit Lutherum ab omnibus accusari imperiosa & acerba dicacitatis, & quod non patitur sibi ab aliquo contradici. Si exigit, inquit Bucerus, ne quis à se vlla in re dissentiat, prober se esse Deum. In vertendis & explanandis scripturis manifesti sunt, neque pauci eius lapsus. Sic non minus Zuingliani sibi fas esse putauerunt dissentire à Luthero, quam sibi licere Lutherus voluit dissentire ab vniuersa Ecclesia. Figurini verò ministri, respondentes ei libello, quem paulò antè quam fuisset mortuus, contra Zuinglianos ediderat Lutherus acerrimè cōtra eos inuectus, inter cætera sic aiunt: Prophetæ & Apostoli Dei gloriæ, non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebant, sed peccatorum salutem querebant vnice: Lutherus autem sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & confessum Sathanæ tradit, quotquot illius sententiæ non ilicò subscribe re velint: & in omnibus correptionibus suis plurimum maligni spiritus, quâ minimum verò amici & paterni animi deprehenditur. Hoc est vicissim Sacramentarium de Luthero, deq; sectatoribus eius, ac Lutheri de Sacramentarijs iudicium. Quin autè vtrunque verum & rectum sit, cum ex eadem vnus magistri Sathanæ schola sint vtriq; profecti, dubitandum non est. Ac iactatur quidem à nonnullis, confessionem esse factam inter Zuinglianos & Lutheranos de sacramento Eucharistia. Cæterum ne quis erret, quid hac de re compertum habeamus, paucis perstringere visum est. Quanta fuerit contentio inter Lutherum, qui panem esse affirmabat corpus Christi substantialiter & realiter: & Oecolampadium atque Zuinglium, qui signum & figuram esse tantum dicebant, iam demonstrauius. Quæ postea quam semel efferbuit, sic progressu temporis adaucta est & inflammata, vt acerbissimè fuerit per annos plus minus quindecim exagitata, cum scribit Caluinus, neutri alteros æquo animo & placido audire sustinerent: Nam et si, inquit, semel contulerunt inter se, tanta tamen animorum alienatio fuit, vt re infecta discesserint. Itaq; cum ad concordiam aliquam accedendum esset, magis ac magis regressi sunt, nihil aliud spectantes, quam vt opinionem suam tenerent, & contrariam refutarent. Id cum videret Caluinus, iudicè inter vtrosq; se constituit, haud aliter atque Munerius inter Papam & Lutherum, neque Zuinglij minus & Oecolampadij, quam Lutheri sententiâ damnauit, ac suam quandam attulit nouam, & à seculis inauditam, quæ non solum præcis illis Doctores, verum ipsi etiam nostri seculi Sacramentarijs proflus fuit inco-

incognita. Docuit enim, panem & vinum in mēsa Domini proposita, nihil aliud esse, quā azabonē & quasi sigillū, oēs promissōes in Christo nobis factas confirmās & stabiliens: idq; sine scripturarū, sine Patrū, sine collegarū etiā suorū auctoritate. Qua quidē re nō magis Lutherū, quā scholā etiā ipsam Tigurinā offendit: quæ cū Vlricū Zuingliū tantā primū doctrinæ suæ auctoritatē nouā ab eo quandā opinionē de Cœna Domini adferri: quā vt placeret postea Caluinus, scripsit epist. in qua conatus est ostēdere, se nō dissentire à Zuinglio, & alijs eius scholæ magistris, in doctrina de Cœna Domini, cū tamē reuera plurimū ab eis dissentiret. Quin & illud vulgo persuadere conat⁹ est, qui sunt Augustanæ Confessionis, eos habere se coniunctos in sua de Cœna Domini doctrina. Qua de re ante septem annos libellum quendam edidit, quem inscripsit: Summa confessionis de Sacramentis in quo conatus est illud demonstrare, quod qui sunt Confessionis Augustanæ, de sacramento Eucharistia nihil diuersum ab eo sentiant, quod hī docent qui sunt Confessionis Tiguring, cuius est ipse quoque Caluinus. Cū autem vno vel altero anno nemo contra libellum scripsisse quicquam videretur, plerique sic interpretabantur, quod isto silentio Caluini consilium hoc fuerit approbatum. Iamque voces illæ vulgò iactabatur, eos qui sunt Augustanæ Confessionis, ex Lutheranis factos esse Zuinglianos, Hoc Lutheri quidam sectatores ferre non poterunt, quod à Luthero suo defecisse, & in castra Zuinglij transfugisse dicerentur, cūm quanta contentione dogma Zuinglij de Eucharistia Lutherus oppugnauerit, nemini sit obscurum. Itaq; nō defuerunt, qui Caluini scriptum hoc scriptis contrarijs refutarent: contra quos mox Caluinus edidit ante biennium libellum, cui titulum fecit: Defensio sanæ doctrinæ de Sacramentis, quam Pastores & ministri Tigurinæ Ecclesiae, & Geneuensis ante hac breui Confessionis formula cōplexi sunt, vna cum refutatione probrorum, quibus eam indocti & clamosi homines infamant. Edidit non multò post alteram quoque defensionem contra Ioachimi VVestphali calumnias: cuius quidem Ioachimi libros, quos nominatim contra Caluinum scripserit, nobis adhuc videre non licuit. Verum cum hæc scriberem, incidit in manus nostras libellus Ioachimi VVestphali hominis Lutheranī, cuius hæc est inscriptio, Iusta defensio aduersus in signia mendacia Ioannis à Lasko, quæ in epistola ad Serenissimum Poloniæ Regem, & cœt. contra Saxonicas Ecclesias sparfit. Scribit is in epistola ad Senatores Francofordenses, etiam viuente Luthero fuisse Francoforti ad Menum qui infinuarent animis errorē Zuinglij, idque facerent altitè sub ymbraculo & prætectu, quasi à Saxonici Ecclesijs non dissiderent: à quibus vt sibi diligenter cauere, scripto quodam suo Lutherus hortatus eos fuerit. Mortuo verò Luthero multò maiore eos licentia & impudentia mendacia eiusmodi sparisse, quod de sacramento Eucharistia cum Augustana Confessione consentiant: cum plurimum interesse dicat inter se Augustanam & Sacramentarium doctrinam: cum qui sunt Augustanæ Confessionis, doceant panem verè esse corpus Christi, carnem & sanguinem Christi verè distribui ministri manibus, & sumi in hoc sacramento ore communicantium: Sacramentarij cōtra tantum esse symbolum seu figuram absentis corporis dicant, & tantum dispensari & accipi panem & vinum. Quā obrem hortatur Francofordes, vt consiliū Lutheri sequantur, eiusmodi Pseudoprophetas fugiant, & ex cœtu ciuiū relegent. Morbida, inquit, ouis separatur, ne totum ouile corrūpat: Mēbrum corruptū refectur, ne noceat reliquis: Separatur corpora hominum, ne immunda lepra mēte corruptos, infancios: quanto magis separari oportet immūdos spirituales lepra mēte corruptos, ne oues Christi infancios & perdant: Apostolus prohibet in domum recipere nō afferentes doctrinam Apostolicam, ne recipientes cōmunicent ipsorū operibus malis: quomodo admittendi sunt in consorciū populi Christiani, qui afferunt doctrinam Apostolicam veritatis repugnantem? Sepius commēdat scriptura hospitalitatē, præcipit opera misericordiæ & charitatis exercere erga exules & peregrinos: verum ita, ne fides violetur, & ne aduersus multos lædatur charitas. Vt enim charitatis est, hospitio recipere peregrinos, & his benignè facere, si pro hospitalitate & beneficijs non malefacta rependant, si quieti non turbent Ecclesiā & Rem. ita charitati maximè repugnat, præbere hospitium ingratis, inquietis & noxijs communitati: his parcere, hos fouere, non piæ charitatis obsequium, sed impiæ peruerfiritatis exitiale noxamentum, non misericordia est, sed crudelitas: Hæc Ioachimus in ea quam ad Fræcofordenses hoc ipso anno, 1557. edita scripsit epistola. Qua de re Tymanus quoque pastor Bremenfis anno proxime superiori plurā scripsit in eandem sententiam. Vidimus autem postea recens admodū editum à Caluino libellum, cui titulū fecit: Vltima admonitio Ioannis Caluini ad Ioachimum VVestphalum, cui nisi obtemperet, eo loco postea habendus erit, quo pertinaces Hæreticos haberi iubet Paulus, In quo simul & Magdeburgenfes, & Bremenfes, & Hildesambenfes, & alias

Ioachim. VVestph.

Hæreticos seuerè tractandos et puniendos esse.

Calu. iudicium de plerisque Lutheranis.

& alias quasdam Saxonicas ciuitates, quæ communi consensu dogma suum damnauerant, grauisimis probris & maledictis infectatur: Sic esse dicit errore suo facinatos, ut quod pueris in Catechismo traditur, veterani Theologi non teneant. Quid valeat Cœna, quorum spectet, nunquam gustasse brutos istos homines: ne guttam quidem ingenui pudoris in eis esse: nimis largam illis copiam cauillationum profuere, dum Lutheri sui hyperbolas proiciunt, modò plebeculam suosque fraterculos facinrent, popularis theatri plausu contentos, nec Dei nec Angelorum iudicium magnoperè curare. Tribuit illis furiosum impetum, nugatoriam leuitatem, cæcam temulentiam, caninam improbitatem, diabolicam superbiam, quòd eis superbia sit loco pietatis, quòd eos ferocitas omni humanitate spoliauerit, quòd oblitinatio nil moderaminis reliquum fecerit. Vocat eos vertiginosos homines, Cyclopes, superbam factionem Gigantum, latratores, phreneticos, bestias, proteruos, fastuosos, pertinaces, & alij id genus coloribus depingit. Queritur de illis, quòd se suosque indignos esse clamitènt, quos terra sustineat: ita quòd nisi repente exterminentur è mûdo, non posse cum eis mitius agi, quam ut ad Schyras vel Indos ablegentur: accusare eos Principum segnitiam, quòd non exerto gladio protinus delectant Sacramentariòrum memoriam. Hæc in eo libello Caluinus. Ex quibus facillè quiuis perspicere potest, falsum esse quod de consensu iactatur, cum omnes ferè Saxonie ciuitates doctrinam Sacramentariòrum condemnauerint. Quamuis interea dissimulandum illud non est, quòd in eodem libello duos Saxonie oculos VVittembergam & Lipsiam nil simile contra suam doctrinam decreuisse, quòdque secum facere Philippum gloriatur: quem non magis à se quam à proprijs visceribus in hac causa diuelli posse scribit. Sed non propterea statim verum est, quia sic scribit Caluinus: nos verò de Philippo meliora nobis pollicemur.

De septia secta Anabaptistarum.

Antonius Cornuinus.

Balthasar Pacimontanus.

Bucer, in cap. 3. ad Act.

Memmo Phrisius.

Luth. cont. Ana baptistas scribès se ingulata.

Existimas fortasse duas tantum sectas has esse: quæ sibi nostro hoc infelici seculo nomen & auctoritatè Euangelij vèdicare sint ausè? Erras si id putas. Est perniciosior etiam tertia, quæ quoniã à Catholicis legitimè baptizatos rebaptizat, Anabaptistarum secta vocatur. De quo genere videntur etiam fuisse fratres VValdenses, quos & ipsos nõ ita pridem rebaptizasse constat, quamuis eorum nonnulli nuper ad eò, sicut ipsi in Apologia sua testantur, iterare baptismum deserint: in multis tamen eos cum Anabaptistis cõuent re certũ est. Ac scribit quidè in suis Dialogis Antonius Cornuinus, quòd è Zuingliana secta potissimum haud aliter atq; ex equo Troiano prodierint. Sed si quis rem diligèntius inspexerit, quamuis idem illi quòd Zuingliani de sacramentis Euchariustie sentiant, Anabaptismũ tamen suum eos è Lutheri scriptis hausisse reperiet. Certè Balthasar Pacimontanus, qui primus auctor huius sectæ fuisse videtur, idè secum sentire Lutherũ gloriatur: quemadmodum ipse fatetur in libros què scripsit ad duos Parochos de Anabaptismo. Testatur autem etiam Bucerus, vnde Lutheri, inde & Anabaptistarum Euangelium prodijisse, nimirum è Saxonia. Cum ad VValdenses scriberet Lutherus, inter alios eorũ articulos reprehendebat & hunc, quòd paruulos ad futuram fidem baptizarent, quam adulti cõsequuntur sint. Ait igitur: Prestare prorsus omittere baptismũ in paruulis, quã baptizare sine fide: quia sacramenta neque debeant, neque possint sine fide accipi. Si verò sine fide accipias sacramentum, magno tuo malo accipies. Huic vestræ doctrinæ opponimus nos, inquit, verbũ Christi: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Hinc occasionem arripuerũt Anabaptistæ. Nam cum absurdũ illis videretur, quod asserbat Lutherus, habere suam propriam fidem actu paruulos, sicuti reuerà est absurdissimum, fatius illis visum est, omittere baptismum in paruulis, & eos non nisi credentes baptizare: quòd hoc se verbo Christi niti dicerent, hoc in æternũ esse mansurum vociferarètur, aduersus hoc ne portas quidem inferi præualituras esse gloriarentur. Quorum etiam vnus Mèno Phrisius, qui cæteris eruditione præstare videtur: Certè, inquit, hac in re non possum decipi verbo tuo pater coelestis: credidi, illudque suscepi per Spiritum sanctum, ut certum veritatis verbum. Ac paulò post. Ego scio certò & firmiter, quòd hac mea doctrina, quod est verbũ Dei, in die recti iudicii, non solũ dominos & Principes, nõ solũ mundũ, sed ipsos etiam Angelos iudicabo. Sic ille nõ minùs cõfidenter & animosè quã Lutherus de sua doctrina tanquam de puro Dei verbo se magnificè iactat. Cæterum sicut Sacramentariòrum, sic & hanc sectam Lutherus vehementer est infectatus, & scripsit librum, cuius paulò antè meminimus, ad duos plebanos, in quo inter cætera his etiam verbis vtitur: Quod dicunt Anabaptistæ, nusquam in scripturis haberi, quòd aut habeant fidem, aut baptizari debeat infantes, fatemur nos id nulla scriptura probare posse, quæ clarè & manifestè talibus aut similibus verbis dicat: Debetis pueros baptizare: nam & ipsi credunt: Si quis nos vrgeat ad demonstrandam eiusmodi literam, huic nos tanquã victori cedamus oportet; nusquã enim scriptũ inuenimus. Boni autè & ratione præditi

præditi Christiani, tale nihil à nobis exigunt: faciunt id contentiosi tantum & præfracti homines, ut esse prudentes videantur. Contra verò nullam ipsi scripturam proferunt quæ dicat, Debetis adultos baptizare, nõ autem pueros. Mox ex Apostolorum traditione semper in Ecclesia Dei obseruata docet, paruulos esse baptizandos, etiam si nulla scriptura faciendum id esse præcipiat. Ac sicut nuper in Euchariustie sacramento, ita nunc in paruulorum baptismo defendendo potissimum Ecclesiæ nititur auctoritate: quam tamen opponi sibi non vult, quoties ipse quacunque tandem de re quamuis diuturna multorum seculorum consuetudine recepta, scripturam à nobis exigit.

Hoc ergo iam tertium est Euangelium quàm illa duo superiora multò pestilentius. Nam præterquam quòd cum Lutheranis legitimum sacrificium & sacerdotium abrogat, & cum Zuinglianis in Euchariustie sacramento realem Christi præsentiam negat, multa habet alia & blasphema & seditiosa. Publicum enim verbi ministerium prohibet, Deum humanam ex Maria naturam non suscepisse contendit. Chiliastrarum errorem renouat, dominationem spernit, nec legitime potestati subiectos homines esse vult. Itaque quocunque persuaserit hæc secta, turbas & seditiones ingentes excitat. Documentum esse possunt eũdem alia quædam inferioris Germaniæ, tum præcipuè Monasteriensis ciuitas. Nam sicut Henricus Dorpius Lutheranus, & qui huiusmodi eius ex Germanica Latina fecit Ioannes Sleidanus Zuinglianus literarum monumentis prodiderunt, eò primum venerant ante annos quatuor & viginti, qui populo pro Christi Euangelio Lutheri doctrinam annuuntiarunt: Quos cum Sacerdotes Catholici non esse ferendos putarent, fecit Bernardus Rothmannus cum suis, quos ad propagandam Lutheri doctrinam Philippus Lantgrauus Hesiæ miserat, quod Hæretici facere consueverunt, ut certis doctrinæ Catholicæ capitibus conscriptis, Catholicos ad disputationem prouocarent, idque iudice profano ciuitatis magistratu: coram quo se probaturos ostendebant, falsam esse catholicorum doctrinam. Cum autem Catholici Sacerdotes disputationem refusissent, migrarunt è ciuitate, posteaquam eis officio Dei verbi prædicandi fuerat interdictione. Vnus integer annus non intercessit, cum suam quoque doctrinam in eadem ciuitate pro Christi Euangelio disseminare cœperunt Anabaptistæ. Cumque itidem alteri alteros ad disputationem prouocassent, sed eadem illa lege quæ Catholicis antea lata fuerat, ut nihil præter scripturas Canonicas adduceretur: ecce qui paulò antè eadem hac lege Catholicos ad disputandum prouocauerat Bernardus Rothmannus, primus in illa ciuitate Lutherani Euangelij buccinator, conditionem non accepit. Sic factum est vt nulla disputatione habita, Lutherani qui non ita pridem eiecerant è ciuitate Catholicos, fuerint & ipsi non ita multò post per Anabaptistas ex ea exterminati. Nam & Senatus loco motus est, & templa direpta atque incensa, & quicunque factionis Anabaptistarum esse noluisset, per vim ciuitate pulsus fuit. Bernardus verò Rothmannus, Henricus Rolius, & Godofredus Strallen ex Hesiâ missus, sicut ex Christianis Lutherani, sic paulò post ex Lutheranis facti sunt Anabaptistæ, & Anabaptistarum Euangelium summa vi propagarunt, verumque illud esse ostenderunt, quod scriptum est: Impius cum in profundum venerit, cõremnit. Nam si semel aliquis deserit religionem Christianam, cuiuscunque tandem sectæ nomen dederit, ei ludus quidam esse videtur, de vna secta in aliam transilire.

Anabaptistæ reliquis sectis deteriorer.

Exemplum à ciuitate Monasteriensis.

Anabaptistæ inter se diffecti.

Aug. eph. 50. et 30. de hæresibus hæ. 69. post. in vita Aug. cap. 10. Thomas Munceus ex Anabaptista Castaliensis.

Est autem & hæc Anabaptistarum secta valdè dissecta: Neque enim doctrine capitibus inter se conueniunt. In quibusdam Germaniæ ciuitatibus quidam tanquam cœstro perciti nudi circumcursabant, populum ad pœnitentiam hortantes: in omnem intereã seditionis excitandæ occasionem intenti. Neque heri aut nudius tertius hæc hæresis nata est, fuit etiam Augustini seculo, & sicut alię pleræque omnes hæreses, sic & hæc statim ab initio multas in partes fuit diuisa. Nam alij vocabantur Donatistæ, alij Rogatistæ, alij Maximianistæ, Circeses alij, qui conuersi tandem sunt à factione Donatistarum (hoc enim nomen cæteris erat celebrius) ad Ecclesiæ Catholicæ societatem: alij Circumcellioses qui haud aliter atque nostro seculo Monasterienses reliquos omnes immanitate superabant, quemadmodum & Augustinus non vno loco, & qui vitam eius conscripsit Possidonius memoria prodiderunt. Sed neque nunc pauciora sunt huius hydre capita: Sunt enim alij Muncerani, alij Orantes, alij Silentes, Somniantes, pueris similes, Synceri, Impeccabiles à Baptismo, Liberi, Binderliani, Sabbatarij, Maderani, Hoffmannici, & post eos exorti Circuci: fortassis & Adamitæ ad Anabaptistarũ sectã pertinent. Sunt qui originem huius sectæ ad Thomam Muncerum quam ad Balthasarum referre malunt, qui ante annos trigintaduos seditionem Rusticorũ in Thuringia excitauerat: quo nomine cũ debitas pœnas perfoluisset, priusquam capitis supplicium lueret, non mediocrè dolorem ostendisse dicitur de seducta plebe: quin & errores suos reuo casse, & peccata sua ritu

Catholico confessus sub vna specie Sacramentum venerabile Eucharistiae percipisse. Sed qui scripsit eius historiam Philippus, nullam eius rei mentionem facit, quod rebaptizare docuerit. Immanis haec est Anabaptistarum secta, si vlla alia. Interea tamen qui nomen illi dederunt, aequae ut Lutherani vel Zuingliani, firmiter credunt & certo statuunt, sibi peccata propter Christum esse remissa, se esse in gratia, seque possessuros omnino regnum caelorum: & idem ut quilibet credat, certoque statuatur, a suis omnibus exigunt.

Ex quo videre licet, quam falsum sit Lutheranorum illud axioma, cuius homini ad peccatorum remissionem assequendam esse necessarium ut firmiter credat, certoque statuatur, absque vlla haesitatione propriae infirmitatis & indispotionis esse peccata sibi remissa. Quod sicut omnibus Haereticis inter ipsos fuit semper & est commune & proprium, sic aperte scripturis fideique Catholicae aduersatur. Quid esse potest illa scriptura aperta: De propitiato peccato noli esse sine metu? Etiam si certo sit remissum peccatum, non vult tamen Spiritus sanctus, ut omnino securi simus. Isti contra capitale crimen esse putant, si quis vel minimum dubitet, sibi remissum esse peccatum. Dicit eadem scriptura: Non te iustifices ante Deum, quonia agnitor cordis ipse est. Huic scripturae non contradicunt, qui certo de se statuere & pronuntiare audent, sibi peccata esse remissa, seque esse in gratia? cum praesertim iustificatum esse, nihil aliud sit apud illos, quam peccatorum remissionem esse consequutum? Loquitur alia scriptura: Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscerit illud? Ego Dominus scrutans cor & probans renes. An verò isti non sibi quod Dei proprium est arrogant, qui se corda sua scrutari & cognoscere posse confidunt? quod ille certe sibi non fuit ausus arrogare qui dixit: Delicta quis in telligit? Ab occultis meis munda me: Neque ille qui dixit: Verebar omnia opera mea, scies quod non parceres delinquenti. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissima manus meae, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Monet Paulus: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Ac ne quis puter ipsum deo tantum quo alios, non autem quo nos ipsos iudicamus iudicio, loqui, quae paulò ante praecedunt, de quo loquatur, manifestum faciunt: Sed neque me ipsum, inquit, iudico. Nil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: Qui autem iudicat me, Dominus est. Ecce Paulus vas electionis nihil habebat, in quo reprehenderet eum cor suum, eò tamen audaciae progressus non est, ut ipse se iudicare vellet, Domini qui solus agnitor cordis est iudicium de se esse voluit. Et tu quod solius Domini proprium est, aude tibi vendicare? aude illius de se sententiam antevertere? aude pronuntiare certoque statuere, te iustificatum esse, hoc est peccata tibi remissa esse? Monet Christus: Cum feceritis omnia quae praecipita sunt vobis, dicit: Serui inutiles sumus: & tu contra praecipitum hoc Domini, te seruum vtilem esse pronuntiare non dubitas? Quisquis enim certo statuit, sibi remissa esse peccata, se esse in gratia, quid is aliud quam se seruum vtilem esse pronuntiat? Ait scriptura: Nescit homo an amore, vel odio dignus sit: & tu contra scripturam scire te, quod sis amore dignus affirmas? Nam si certo scire te gloriaris tibi peccata esse remissa, teque esse in gratia, quid aliud quam scire te quod sis amore dignus asseris, & medacij Dei spiritum arguis. Dicit beatus Iob: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit: etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Num illo tu sanctior? num de praedestinatione diuina quam ille certior? ut quod ille suam animam ignorasse fateatur, tu quod simplex & innocens sis, certo statuere de te audeas? Non metuis, ne quod olim audierunt Pharisaei, quos de albata sepulchra Christus vocat, idem audias tu quoque: Vos estis, inquit, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum? Nulla potest esse apud Deum maior abominatio quam sit Haereticorum haec tanta praesumptio.

Dicit aliquis: Quid igitur? tu me non iubes credere, quam in simbolo profiteremur, remissionem peccatorum? Absit, Imò iubeo te firmiter credere certoque statuere, quod sit remissio peccatorum in Ecclesia, quodque remissionem hanc & mihi, & tibi, & iudaei pro ditori, & singulis ad eò moralibus, etiam ijs qui vel iam sunt, vel deinceps etiam futuri sunt apud inferos, abunde Christus promeruit vniuersis: qui pendens in cruce factus est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi: qui per mortem suam nos Deo patri suo reconciliauit. Ut autem credas, omnes hanc remissionem esse consequutos, omnes aut possidere iam, aut possessuros regnum caelorum, non ego, sed scriptura te prohibet credere. Gustauit quidem ille mortem pro omnibus, sed mortis illius fructum non omnes in se transferre conantur: factus est causa salutis omnibus, sed addit scriptura, obtemperantibus sibi parefecit ingressum ad

ad vitam omnibus, sed adiecit Christus ipse, Si mandata seruauerint. Si quis autem non obtemperauerit, si quis eius mandata non seruauerit, si quis ad finem usque non perseverauerit, eum qui nihilominus certo saluum fore statuit, quid is aliud, quam negat vocem Euangelij, quam auditur fuit ad laetum inter haedos collocaui: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius? Ita ut docere, necessarium esse vnicuique ad salutem consequendam ut firmiter credat, certoque statuatur, sibi propter Christum peccata esse remissa, se esse in gratia, se certo possessurum regnum caelorum, nihil aliud sit, quam docere, nullas esse gehennae penas impijs constitutas, quos ad illas peruenturos nemo dubitat, qui Christo credit: non Christi culpa, quasi crux illius & mors parum efficax fuerit ad salutem illis adferendam, sed suo ipsorum vicio, qui per digna poenitentiae opera, passionis & mortis Christi fructum in se transferre non sunt conati. Quamobrem si non teneor de omnibus credere, quod sunt remissionem peccatorum consequuti, si non teneor de hoc aut de illo, certe neque de me credere teneor, nisi mihi specialiter fuerit a Deo reuelatum.

Hic dicent isti: Tu perinde nobiscum agis, ac si nos impios in impietate sua perseverantes firmiter credere iuberemus, quod sint in gratia, cum nos de conuersis loquamur. Atqui huc ibam, hanc a vobis confessionis vestrae vocem extorquere cupiebam. Aliquid igitur in nobis esse conceditis, quod nos firmiter credere certoque statuere faciat, nimirum ut a peccatis aueris, ad Deum autem simus conuersi. Sed obsecro vos, quid si conuersus sibi videatur, qui conuersus non est? verbi gratia: videtur sibi conuersus peruersus Lutheranus, videtur sibi conuersus magis etiam peruersus Zuinglianus, videtur sibi conuersus peruersissimus omnium Anabaptista, vel Seruicus, vel Suenckfeldius, vel quicumque; tandem alius pestilentissimus Haereticus, num ideo dices eum esse cum Deo in gratia? Sicut autem nulli magis opinione doctrinae sunt inflati, quam qui quam minimam illius partem habent, ut non sine causa proterbio celebratum sit illud, quod a Thucydide scriptum est: Inscitia confidentiam, eruditio cunctationem parit: sic non raro fit, ut firmiter credant certoque statuatur, se conuersos esse, qui vel maxime sunt peruersi. Vidit hoc etiam ille sapiens, qui dixit: Sunt impij qui ita securi sunt, quasi facta iustorum habeant. Saulus dum adhuc spiraret minas & caedes in discipulos Domini, & ignorans Ecclesiam persequeretur, nonne sibi visus est singulari quodam zelo pietatis ardere? nonne securus erat se toto corde Deum querere? se persequendis Christianis obsequium illi gratissimum praestare? cum quicquid eius fecerit, fecerit sicut ipse fateatur, secundum emulationem, quod abundantius amulator existeret patrum suarum traditionum. Habuit igitur zelum, sed non secundum scientiam, & ideo misericordiam consequutus est, quia ignorans fecit: Verum igitur est quod scribit Sapiens: Est via quae videtur homini iusta, non vltima autem eius deducunt ad mortem. Et rursus: Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem corda Deus. Mittamus autem infideles & Haereticos, quamuis aequè sibi non videntur Haeretici Zuingliani vel Anabaptistae, atque Lutheranus. Sed loquamur iam de Catholicis. Etiam in illos reperire licet, qui sibi conuersi videntur, cum non sint. Praclare Sapiens: Quis possit dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato? In multis offendimus omnes: Ac si maxime toto corde ad Deum essemus conuersi, non id nos ipsi certo statuere, sed in misericordia Dei fiducia nostra collocata, illius qui scrutatur corda & renes, iudicio rem permittere debemus. Quamobrem, execranda est istorum superbia, qui dum se conuersos pronuntiant, certo sibi peccata remissa seque esse in gratia statuunt.

Dices iterum: Nos non dignitati nostrae, sed misericordiae Dei & promissionibus fidimus, & insulsum vestram caulationem ridemus, cum dicitis, dubitandum esse propter nostram indignitatem. Nam ideo filius Dei mediator constitutus est, quia nos indigni sumus, & ut pater propter ipsum passum, resuscitatum & deprecantem pro nobis, & habitantem in nobis, ac vestientem nos iustitia sua certo sit propitijs huic miseræ massae, indignae, & plene sordium, iuxta illud: Nulla nunc condemnatio est ijs, qui in Christo Iesu ambulat. Rectè vos quidem, si nuda Christi esset promissio, si dignaretur ille misericordiam impartiri etiam non conuersis. Nuncautem cum promissio sit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, cum non alijs praestet misericordiam, quam qui poenitentiam egerint, quique conuersi fuerint a peccatis suis, vestrum hoc dogma consistere non potest. Insulsa vobis caullatio videtur, si quis dicat, rectè nos dubitare posse propter nostram indignitatem: quid igitur? Num insulsum iudicatis illum, quo Christus neminem maiorem surrexisse testatur, qui dixit: Facite fructus dignos poenitentiae. Insulsum Paulum, qui gentibus annuntiabat, ut poenitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna poenitentiae opera facientes? qui ad Corinthios quoque de Eucharistia scribens: Quicumque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne,

Falsi doceri fidem specialem, quae certo quisque statuat remissa sibi esse peccata. Eccl. 5.

Eccl. 7.

Hier. 17.

Psal. 18.

Iob. 9.

I. Cor. 4.

Luc. 17.

Eccl. 9.

Iob. 9.

Matth. 23. Luc. 16.

Obiectio prima soluitur, ut fides specialis negetur.

1. Ioan. 2. 1. Cor. 5.

Heb. 2.

Heb. 5.

Matth. 25.

Obiectio secunda

Thuc. lib. 1. bell. Peloponnesiaci.

Eccl. 5.

Astor. 9. Philip. 3.

Gala. 2.

Rom. 10. 1. Tim. 1.

Prover. 14. Prover. 21.

Prover. 20. Iacob. 3.

Obiectio tertia de fide specialis verba sunt confessionis Ecclesiarum Saxoniae. Rom. 8.

Matth. 19.

Matth. 11. Matth. 3. Astor. 26.

1. Cor. 11.

reus erit corporis & sanguinis Domini: Qui enim máducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Digna pœnitentiæ opera à nobis Paulus & Ioannes exigunt: ne indignè ad Sacramentum accedamus prohibent: & vos non vultis nos de dignitate vestra esse sollicitos? Quin vos potius non insulsi modò, verùm & impij censendi estis, qui Spiritum sanctum per electa sua vasa loquentem, insultatis arguere non dubitatis, quòd is dignos fructus, à pœnitentibus exigit, quòd indignè fumi Sacramentum prohibet. Est ita, quòd propterea filius Dei mediator cõstitutus est, quia nos indigni eramus: sed nunquid vt indigni permaneremus? Minimè gentium: sed vt nos ex indignis dignos faceret, sicut scribit Paulus, in partem foris sanctorum. Nam nisi mediator ipse nos fieri factus esset, nisi dedisset semetipsum redemptionem pro nobis indignis, etiam si & faceremus & pateremur omnia, etiam si traderemus corpus nostrum ita vt arderet, nunquam dignos pœnitentiæ fructus faceremus. Sunt itaque digni fructus pœnitentiæ faciendi, si volumus remitti nobis peccata, & cum Deo esse in gratia: quos an fecerimus, nos ipsi certò statuere nec possumus, nec debemus, illius est ea de re iudicium, qui solus cordis est agnitor. Si verò fecerimus (quod ipse iudicet, nõ nos) tunc pater cœlestis propter filium passum, resuscitatum, & deprecantem pro nobis, & habitantem in nobis, ac non tam vestientem nos, quàm quod nostræ deest donatæ nobis ab illo iustitiæ, iustitia sua compensantem, certò propitius erit huic massæ, non iam indignæ, & plenæ sordibus. (Ab sit à piorum cordibus hæc tam impia vox, vt de cruce & morte Christi tam indignè sentiamus: quasi non potuerit nos facere dignos in partem foris sanctorum in lumine, vt iam digni habeamur illo seculo: quasi non potuerit abluere sordes filiarum Sionis, de quo scriptum est, quòd lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et iterum: Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Et iterum: Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Non ita sanguini Christi derrahamus, vt eum abluere sordes nostras potuisse negemus. Tum autem quomodo Deus habitabit in nobis, si pleni sordibus fuerimus? cum scriptum sit, In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis? Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? quæ Societas luci ad tenebras? quæ conuentio Christo ad Beliam?) Non igitur habitabit Deus in massa, neque propitius erit massæ plenæ sordium: Sed in ijs habitabit, ijs erit propitius, qui fuerunt quidem pleni sordium, sed postea quàm conuersi ad Dominum, dignos pœnitentiæ fructus fecerunt, sanguinis Christi beneficio sunt abluti, vt eis dici deinceps queat: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini Iesu Christi. Quoniam verò nos an fecerimus dignos fructus pœnitentiæ, nescimus, remissa nobis peccata, & esse nos in gratia, certò que possessuros regnum cœlorum, certò statuere non possumus, vel propterea ipsa verba, quæ vos ad axioma vestrum confirmandum adfertis: Nihil damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Nam et si nos per fidem & fidei sacramentum simul vt in Christo baptizati Christum induimus, incorporatos nos esse Christo non dubitamus: vt tamen in illo manserimus, dubitamus: maxime que nos terrent illa verba, qui non secundum carnem ambulant: cum non solum consilij nobis simus, sæpè secundum carnem nos ambulasse, verum etiam in eo ipso tempore, quo nobis conuersi videmur, satis perspectum habere non possumus, nihil restare in nobis de carnis reliquijs. Scriptum autè est: Qui sunt in carne, Deo placere nõ possunt.

Colos. 1.

Luc. 20.
Eph. 4.

Apoc. 1.
Ioh. 1.
Heb. 9.

Sap. 10.

2. Cor. 6.
1. Cor. 7.

Rom. 8.

Rom. 8.

Obiectio quarta
de fide speciali
Hæresiorum.

Rom. 11.

Dicent iterum isti: Quid igitur? desperare nos iubet? Absit. Imò sicut constanter negotari quenquam, firmiter vt credat, certò que statuatur peccata sibi remissa esse, sic non minùs constanter affirmo, teneri fidelem quemlibet, facientem quod in se est, vt firma & certa spe expectet, in hac quidem vita per sacramentum baptisimi & Pœnitentiæ peccatorum remissionem: in seculo autem futuro, vitam æternam. Quam spem nisi firmam & solidam habuerimus, frustra Christiani sumus. Spes autem hæc nostra non in nos, sed in Deum defixa esse debet: quem cum spectamus, certissimum nobis est, eum esse fidelem & in promissis, & in comminationibus. Cum autem nos ipsos respicimus, fieri non potest, quin horrorem quandam concipiamus, etiam si nihil nobis consilij simus, vel propter infirmitatem saltem nostram. Cum enim lapsum esse sciamus Cherub Angelorum nobilissimum, Solomonem hominum sapientissimum, Israëlè populorum electissimum, cum & hoc intelligamus, non magis debere nobis Deum perpetuam nostri tutelam & gratiam, qua nos ab omni casu præseruet, nec vnquam cesserit viam salutis æternæ deducere, quàm aut illis, qui iam sunt à nobis nominati, aut Iudæ vocato Apostolo, aut Saul electo Regi, aut Nicolao constituto Diacono, non possumus omni metu prorsus esse vacui: cum præsertim per electum suum vas nos Deum moneat: Noli altum sapere, sed time, Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat, cum per eundem,

eundem, vt cum timore & tremore salutem nostram operemur, hortetur: cum per alium, beatum hominem pronunciet, qui semper est pauidus: Per alium autem dicat: Qui sine timore est, non poterit iustificari. Hęc tamen trepidatio nostra non debet animos nostros deijcere, sed magis Christo subijcere, & fiduciam erga illum nostram excitare: vt cum beato Iob dicat vnusquisque nostrum: Etiam si occiderit me, in eum sperabo. Quòd si verò paradoxum hoc aliquid videtur, quòd firmiter credere certò que statuere non iubemus, firma autem & certa spe vnusquemque esse iubemus, quòd in præsentia peccatorum remissionem, in futuro verò seculo sit vitam æternam consequuturus, is ita rem accipiat: Nihil à nobis rectè credi (de fide Catholica loquimur) cui subesse falsum potest: Speramus autem etiam ea rectè, quæ secus non nunquàm euenire possunt. Quoniam igitur fieri potest, vt credat aliquis firmiter, certò que statuatur se esse in gratia, & vitam æternam consequuturum, & hæc eum opinio sua fallat, sperare iubemur magis quàm credere: Fidei enim ratio in veritate tanquam à Deo reuelata, sita est: spei autem sufficientissima ratio sita est in possibilitate eius acquirendi, quòd secundum Dei mandatum & promissum speres. Deinde verò si fidem pro fiducia accipias, quemadmodum accipere videntur isti, fiducia timorem excludit, spes comitem ducit metum. Quamobrem rectius certa spe, quàm certa fide iubemur expectare peccatorum remissionem, vt non omninò simus absque metu. Quamquam nec credere quidem quicquam prohibetur, absit modò nimia securitas. A qua sententia ne Caluinus quidem ab horrere videtur, cum dicit: Sic certos Dominus suos esse iubet, vt tamen securos esse nolit: Et iterum alio loco: Nos dum fidem docemus esse debere certam ac securam, non certitudinem aliquam imaginamur, quæ nulla tangatur dubitatione: nec securitatem, quæ nulla sollicitudine impetatur: Quin potius dicimus, perpetuum esse fidelibus certamen cum sua ipsorum diffidentia: tantum abest, vt eorum conscientias in placida aliqua quiete collocemus, quæ nullis omninò turbis interpelletur. Rursus tamen qualemcunque in modum afflicentur, decidere ac descendere negamus à certa illa, quam de misericordia Dei concepimus fiducia.

Philip. 2.
Proverb. 28.
Eccle. 10.

Iob. 13.

Calu. in. 10. 5.
idem institut.
sue. cap. 5.

Verum libet, quid hæc de re Patres in Concilio Tridentino congregati decreuerint, adscribere. Verba eorum hæc sunt: Quamuis necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa vnquam esse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata remitti vel remissa esse dicendum est: cum apud Hæreticos & Schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos qui verè iustificati sunt, absque vlla omninò dubitatione apud semetipsos statuere, sic esse iustificatos, neminemque à peccatis absolutum ac iustificatum, nisi eum, qui certò credat se absolutum ac iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, de que Christi mortis & resurrectionis efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, de que Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: Sic quilibet dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest: cum nullus scire valeat, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam esse Dei consequutum. Non quamuis hic Patres certitudinem excludunt, verum fidei tantum certitudinem, cui non potest subesse falsum. Ista certitudine scire quenquam posse negant, quòd sit gratiam Dei consequutus. Quominus autem vel morali, vel probabili certitudine scire queat, aut ex facta sibi diuinitus reuelatione, sicut de Maria virgine, de que Apostolis certò creditur, de eo pugnare non videntur. Deinde non iubent hic Patres dubitare, quòd isti falsò asserunt: sed posse dicunt quemlibet, dum seipsum suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere: nihil vt ea res impediat, quominus aliquis in gratia sit, etiam si de propitiato reuera peccato non sit sine metu. Hęc nobis propterea visum est: vturibus persequi, quòd in proximis superioribus comitijs grauitè à quibusdam minus rem intelligentibus, Louanienfum hunc articulum, qui tamen est in Concilio Tridentino confirmatus, reprehensum audiuimus. Qui sic habet: Fides qua quis firmiter credit, & certò statuit, propter Christum sibi remissa esse peccata, seque possessurum vitam æternam, nullum habet in scripturis testimonium, imò eisdem aduersatur. Etiam si firma & certa spe expectare debemus, in hac quidem vita, per Sacramentum Baptisimi & Pœnitentiæ remissionem peccatorum, in seculo autem futuro vitam æternam. In huius igitur articuli defensionem hæc obiter adscribere libuit. Nunc vnde deflexit, eò redeat oratio.

Conc. Trident.
sess. 5. cap. 9.

Explicatio verborum Synodi.

Articulus Louanienfis.

Quam

Quamuis magis etiã impij sint Anabaptistæ, quàm vel Lutherani, vel Zuingliani, nõ minus tamen & ipsi firmiter credunt, certoq; statuunt, sibi peccata propter Christum esse remissa, se Dei gratiam esse consequutos, se vitam æternam possessuros, quàm vtrique hincq; verò verbis id magis quàm factis etiam ipsis. Ad mortem enim oppetendam, ac durissimos quoq; cruciatus pro fide sua perferendos, non paulò quàm vtrique sunt a-lacriores. Nam ad quæuis quamlibet horrenda supplicia non aliter quàm ad epulas cur-runt: vt si quis inde velit argumentum sumere vel doctri-næ veritatis, vel eorum gratiæ certitudinis, facillè possit in eam opinionem adduci, nullam vt aliam sectam esse credat, in qua tanta sit vel fidei veritas, vel gratiæ certitudo. Sed verum est, quod à Paulo scri-ptum est: Etiam si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habue-ro, nihil mihi prodest. Non habet autem charitatem, quisquis diuidit vnitatem. Tales, inquit Cyprianus, etiam si occisi in confessione Christi nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur: in expiabilis & grauis culpa discordiæ nec passioe purgatur. Esse mar-tyr non potest, qui in Ecclesia non est: ad regnum peruenire nõ poterit, qui eam quæ re-gnatura est, derelinquit. Pacem nobis Christus dedit, concordēs atque vnanimēs esse præcepit: dilectionis atque charitatis fœdera incorrupta atque inuiolata sequeari manda-uit: Exhibere se non potest martyrem, qui fratrem non tenuit charitatem. Beati qui persequutionem patiuntur, dicit Christus, sed addit, propter iniustitiam. Non ergo qui propter iniustitiam, inquit Augustinus, & propter Christianæ vnitatis imperiam diui-sionem, sed qui propter iniustitiam persequutionem patiuntur, hi martyres veri sunt. Ip-sa se Dominus cum latronibus crucifixus est, sed quos passio iungebat, causa separabat. Potest impiorum similis esse pœna, sed dissi-milis est martyrum causa. Et ea est quæ facit martyres non pœna, sicut non loco repetens docet Augustinus. Quamobrem nihil est, quod hoc nomine se suosque magnificè Calvinus esserat, quodq; propter à Lutherani eos anteferendos esse putet, quod promptiores parati oressque sint ad quæuis genera suppliciorum perferenda. Nam si vt quisque promptissimus est ad mortem pro fide suæ partis obeundam, sic eius fidei veritas censerit debet exploratissima certissimaque, nulla fides erit certior, neque verior, quàm sit Anabaptistarum, cum nulli sint neque fuerint iam inde à mille ducentis annis, de quibus pœnæ fuerint expetitæ grauiiores, qui que for-tius, constantius, alacrius ad eas; tum ad mortem etiam ipsam quamlibet horrendam, vltro se obrulerint. Etiam Augustini seculo, quemadmodum ipse narrat, prodigiola quædam fuit in illis mortis cupiditas. Nam quo tempore cultus adhuc idolorum du-rabatur, ad Paganorum celeberrimas solennitates ingentia Donatistarum agmina sæpe venisse scribit, vt à cultoribus idolorum interficerentur. Quidam etiam, inquit, se tru-cidandos armatis viatoribus ingerebant, percussuros eos se, nisi ab eis pertinerentur, terribiliter comminantes. Nonnunquam & à iudicibus transeuntibus extorquebant violenter, vt à carnificibus, vel ab officio ferirentur. Vnde quidam illos sic illuisse per-hibetur, vt eos tanquàm percutiendos ligari & dimitti iuberet, atque ita eorum impe-rium incruentus & illæsus euaderet. Iam verò per abrupta præcipitia, per aquas & flammās occidere seipfos, quotidianus illis ludus fuit. Neque verò tantum Augustini seculo tales fuerunt: Ante quadragintos etiam annos, quibus Bernardus vixit, fue-runt Anabaptistæ non minus vitæ prodigi, quàm Donatistæ. Mirabantur, inquit, ali-qui, quod non modò patienter, sed & læti, vt videbatur, ducebantur ad mortem: sed qui minùs aduertunt, quanta sit potestas Diaboli, non modò in corpora hominum, sed etiam in corda quæ semel permissus possederit. Nõne plus est hominem sibi met-manus iniicere, quàm id libenter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse Diabo-lum frequenter experti sumus, qui seipfos aut submerserunt, aut suspenderunt. Deniq; Iudas suspen-dit seipsum, Diabolo sine dubio immitente. Ego tamen maius existimo, quàm vt seipsum suspenderet. Nihil ergo simile habet cõstantia martyrum & pertinacia horum: quia mortis contemptum in illis pietas, in istis duritia cordis operatur. Nec à maioribus suis degenerarunt nostri quoque temporis Anabaptistæ, neq; minus fortes fuerunt & ala-cres in omni mortis genere pro fide sua subeundo, quemadmodum inter alios oculatus e-riã eius rei testis Iustus Menius in eo libro, quo errores eorum confutat, scripto prodi-dit. Sic statim ab initio feruere cœpit Anabaptistarum hæresis, neque deinceps etiã quo-ties exaruit, sed feruere suo quicquam remisit. Non ita Sacramentarij, quorum primus au-ctor cum fuerit ante quingentos plus minus annos Berengarius, tantum abest, vt qui fuerunt eius tam sectatores, patri alacritate quibusuis discriminitibus vitam suam obru-lerint, vt ipse etiam eorum Doctor, bis aut etiam ter errorem suum recantasse legatur & abiurasse, Qui cū aliquatò post graui morbo oppressus, ex hac vita migraturus esset, non medio-

mediocrem dolorem præ se tollit moriens, quod ita multos in tam sædum errorem huc adduxisset, ac suspirando dixisse fertur: Deus meus, hodie mihi apparebis ad meam sal-uationem, vt spero, propter pœnitentiam meam: aut ad duram meam damnationem, si-cut timeo, propter eos, quos peruersa doctrina decepi, quos nequiuui reducere ad veram viam tui Sacramenti: quemadmodum contra Romanum de Rosa scribens narrat Io-annes Gerson. Hac primùm tempestate nostra gloriarum de suis martyribus cœperunt: quos tamen & numero & laude tolerantia longe superarunt semper, & hoc etiam nõstro seculo superant Anabaptistæ, vt si suorum illi martyrologium conscribere vellent, multò maiora quàm Sacramentarij volumina conscribere possent. Nihil est igitur, quod gloriatur de doctrinæ suæ certitudine Calvinus, quod illius fiducia nec moritis terrores, nec Dei tribunal formidet: nihil est quod iactet persequutiones, quas patitur, quodque sitos esse dicat oues mactationi destinatas. Et dicunt, & faciunt hæc omnia fortius etiam Anabaptistæ, & fecerunt multis antè seculis, quàm vel auditum fuisset nomen Sacramen-tariorum. Leger qui volet epistolam Petiliani, quæ confutat Augustinus, videbit quàm ille multa conquestus fuerit de persequutione suorum: quomodo Sacerdotes etiam Ca-tholicos carnifices vocauerit, qui fuerint auctores Imperatoribus, vt in ouiculas inno-centes tam grauitè læurent, quas etiam suis pœnis & sanguine æternas diuitias cœli mercari gloriatur. Legat & duas epistolas Gaudentij, contra quas & ipsas duos libros scribit Augustinus inueniet ibi, quod suos ille gaudere scribit, quod persequutores in fi-de Christi constituti sustineant, quod pro sua parte verba Christi & Apostoli vsurpant: Beati qui persequutionem patiuntur: Qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequu-tionem patienter. Sed præclare Augustinus. Si semper esset laudabile persequutionem pati, sufficeret domino dicere: Beati qui persequutionem patiuntur, nec adderet, pro-pter iniustitiam. Item: Si semper esset culpabile persequutionem facere, non scriptum esset in sacris literis: Detrahentem proximo suo occultè hunc persequere. Aliquando ergo & qui eam patitur, iniustus est, & qui eam facit, iustus est. Sed planè semper & mali persequuti sunt bonos, & boni persequuti sunt malos: illi nocendo per iniustitiam, illi consulendo per disciplinam: illi immaniter: illi temperanter: illi seruientes cupiditati, il-li charitati. Nam qui trucidat, non considerat, quemadmodum laniet: qui autem curat, considerat quemadmodum fecerit: ille enim persequitur sanitatem, ille putredinem. Occi-derunt impij Prophetas, occiderunt impios & Prophetas: flagellauerunt Iudæi Chris-tum, Iudæos flagellauit & Christus: traditi sunt Apostoli ab hominibus potestati hu-manæ, tradiderunt & Apostoli homines potestati Sathane. In ijs omnibus quid atten-ditur: nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emen-dandi. Non ergo similitudo pœnæ facit martyres: Sceleratus enim potest habere simi-lem martyris pœnam, sed tamen dissimilem causam. Tres erant in cruce, vnus Salua-tor, alter saluandus, alius damnandus. Quamobrem quisquis ad Hereticos & Schisma-ticos ab Ecclesia transit, etiam si occisus propter nomen Christi postmodum fuerit, ex-tra Ecclesiam constitutus, atque à charitate diuisus, coronari, inquit Cyprianus, in mor-te non potest. Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimēs nolue-runt. Ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel obiecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. Nihil igitur, habent, cur martyrum sibi gloriam vendicent, qui tam procul absunt à martyrum causa, qui pro im-pia diuisione mortem oppetere non dubitant.

Habes itaque iam tria Evangelia, & ea quidem inter se valdè pugnantia. Si spectes a-lacritatem in tolerandis persequutionibus, longo post se intervallo cæteros vtroque re-linquant Anabaptistæ. Si numerum inspicias, verisimile est, nisi tam grauitè in eos a-nimaduertetur, quod eò quoq; futuri essent superiores: Si speciem pietatis, quod vtri-que fateri necesse habent, longè eos antecellunt: Si de verbo Dei iactantiam, non mi-nus & isti confidenter prædicant, quàm Calvinus, quod doctrinam suam super omnem mudi gloriã sublimem, supra omnem potestatem inuictam, stare oporteat: quod non eorum sit, sed Dei viuentis. Neque minus clara voce denunciant quàm Lutherus, quod etiam Angelos doctrina sua, quod est verbum Dei, iudicaturi sint. Et certè quotquot contra hæresim hanc scripserunt siue Catholici, siue Hæretici, non tam scripturæ, quæ satis euidenter viderentur, quàm Ecclesiæ auctoritate eam conuincere potuerunt.

Finem iam fortassis Euangelium horum esse putas? Longius adhuc absumus à fine, Quatum etiam Euangelium edidit in lucem Suenckfeldius, contra quem scriptos vidi mus lingua Germanica quinque libros, quibus Flaccus cum eo rixatur. Is cum vide-ret & Lutheranos, & Sacramentarios, & Anabaptistas, & omnes non huius modò tem-pestatis

Anabaptistæ ve-
liquis promptio-
res ad quæuis
perferenda.

1. Cor. 3.

Cyp. tracl. 3. de
simplicitate Pre-
latorum. Extra
Ecclesiã nullum
martyrium.

Matth. 5.
Non parua sed
causa facit mar-
tyr. Au. ep. 50
Calu. iactat suo-
rum in patiendo
alacritatem.

Aug. epist. 50.
Donatistæ mor-
tis oppetende
cupidi.

Bernardus ser-
66. in cant.

Aliud cõstantia
martyrii, aliud
duritia Hæresi-
corum.

Iustus Menius.

Berengarius &
suis pœnitentiã

Aug. li. 2. cont.
li. Petil. ca. 19.
Ibidem. ca. 99.
Ibidem. li. 1. ca. 5.
lib. 2. cap. 2.

Matth. 5.
2. Tim. 3.

Aug. epist. 48.

Psalm. 100.

Non pœna sed
causæ similitu-
do martyris fa-
cit.

Cyp. li. 4. epist. 2.
Cyp. de simpli-
citate Prælato-
rum.

De quarta sessa
Suenckfeldij.

Quod haec verba Christi, hoc est corpus meum, adhaec firmiter stant contra Munceros.

Psal. 93.

De Thom. Muncero.

Philipp. in b. Muncero.

Philipp. de Stenckfeldio.

Celestes Proph.

1. Cor. 13. Quibus scripturis pro sua secta nitantur Stenckfeldiani.

2. Pet. 1.

Hebr. 8. Ite. 21. Iacob. 2. Matth. 23. I. I. I. 2.

peffatis, verum etiam priscorum seculorum Haereticos e scripturis errores suos confirmare: quod vsque adeo verum & certum est, vt etiam nostri temporis haereseon architectus Martinus Lutherus id inficias ire non poterit, qui propterea dicit ad extremum, nomen hoc esse consequentium scripturam Canonicam, quod vocetur liber Haereticorum, quod ex eo ducant originem omnes haereses quandoquidem omnes Haeretici scripturae praesidio nituntur. Hoc igitur cum animaduertisset, ac fortassis in ipsis, etiam Lutheri libris legisset Suenckfeldius, excogitauit & ipse nouam haeresim, ac scripturarum nixus praesidio scripturis auctoritatem omnem abrogare conatus est. Sic enim loquitur cum suis: Non oportet legis aut scripturae esse peritum, sed a Deo doctum, Etiam si milles percurreris Bibliorum lectionem; tamen non nisi scripturae peritus euades, & nunquam a Deo doctus, Vanus est labor qui scripturae penditur: scriptura enim creatura est. Non conuenit Christiano nimium creaturam addictum esse. Deum audire oportet: huius voces de caelo expectanda sunt, vt erudiant. Beatus vir, inquit David, que tu erudieris Domine. Aequè nos docet hodie, atque olim Patriarchas & Prophetas, visionibus, somnijs attendendū: illis enim loquitur nobis Deus. Vox Dei rectè docet, scriptura non est verbum Dei, sed mortua tantum litera, & inter alias creaturas reputanda. Ne putes te ex scripturis doctum: è caelis illud expectandum erit, non è libris. Spiritus sanctus è supernis delabitur citra omne medium, non per externum auditum & vocalem praedicationem, seu scripturarum lectionem. Et si autem visionum, somniorum, & reuelationum eiusmodi primus auctor fuisse videtur Thomas Muncerus, qui primus etiam a Lutheri secta descituit, quoadmodum in historia, quam de illo scripsit, narrat Philippus: ita vt non minus Lutherum quod nimium laxasset, quam Papam quod nimium adstrinxisset conscientias, damnandū esse putaret: tamè inter errores, quos illi tribuit Philippus, hos tantum enumerat, quod amplectendae pietatis Christianae vias has & rationes comonstrat: Primum vt a manifestis criminibus, qualia sunt, adulteria, caedes, blasphemiae, sibi temperarent homines: Deinde vt corpus castigarent ieiunijs, vilitate vestium, pauca loquendo, toruū obtuendo, barbam non radendo. Tum vt secreta loca peterent, deque Deo saepe cogitarent: quid sit? num nostri curam gerat? nū vera sit fides nostra? si gna simul a Deo postularent, quibus ostenderet, quod sumus illi curae, quodq; nostra fides recta sit. Scripturis non fiderent: accepti verò Spiritus sancti omnia certissima esse signa persuasum haberent. Dicebat Muncerus idem. Habere se mandatum, vt mutaret regimen seculare. Quamobrem cum esset Astarti, codicem cōfecit, in quo conscripsit omnes, qui seculi coniuressent ad castigandos minimè Christianos Principes, & magistratum Christianum instituendū. Haec sunt quae Muncero tribuuntur a Philippo. De Suenckfeldio vero, quem per contumeliam Stenckfeldiu vocat, scribit idem in praefatione commentariorum, quos anno proximo superiore edidit in epistolam ad Romanos. Stenckfeldius centimanus est: Habet milites passim, qui ipsius nomine non solum scribunt, sed etiam seditiones mouent: iactant afflatu, & abducunt homines a publico ministerio, & a lectione & cogitatione doctrinae? Ac nunc quoque aduersus me editis aliquot pagellis nomine Stenckfeldij, repetitur ille *noxiosus* gratissima cantilena fanaticis hominibus, non cogitatione scripturae doctrinae Deum communicare se hominum mentibus, sed sine medio. Neque solum Philippus, verum & Caluinus, & alij nonnulli videntur haec ad Suenckfeldium tanquam primum auctorem referre. Quamuis enim ante eum fuerunt caelestes Prophetae, contra quos iusta duo volumina conscripsit Lutherus, quorum dux & antesignanus fuisse creditur Thomas Muncerus, non tamen ij tam aperte a publico verbi ministerio, & a lectione scripturarum homines deterrebant, sicut nunc facit cum suis Suenckfeldius, qui non dubitant etiam ad patrocinium insaniae suae trahere Pauli locum illum, vbi confert praesentis vitae cognitionem, quod est per verbum, cum perfecta & reuelata cognitione, qualis erit in altera vita. Haec isti detorqueunt ad hanc vitam, tribuentes quod est ex parte, scripturae sacrae, quod perfectum est, spiritus reuelationibus: ad quas cum peruentum fuerit, illud quod est ex parte, puta tractationem & vsum scripturae, somniant aboleri. Huc pertrahitur etiam ille quamlibet repugnans eorum enthusiasmo Petri locus, vbi monet, vt attendamus Prophetico sermoni tanquam lucerna lucenti in tenebroso loco, donec oriatur Lucifer in cordibus nostris. Sathanæ illusiones habent pro illuminatione Spiritus sancti & pro Lucifero: quo exoriente, iam nihil sit opus lucernae Prophetici sermonis. Proferunt & illas scripturas, quas in libello quoque suo de abroganda Missa produxerat Lutherus, ad confirmandum errorem suum: Non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Omnes enim scient me a minore vsq; ad maiorem eorum. Nolite plures magistri fieri, vnus est enim magister vester in caelis. Non habetis necesse, vt aliquis doceat

doceat vos, vndio eius docet vos. Ad hunc igitur magistrum, qui in caelis est, confugere iubent, vt ab eo doceantur, non a scriptura mortua, aut ab hominibus.

Vide pientis Rex, quod tandem isti rem perduxerint. Posteaquam exemplo Lutheri licere sibi quisque voluit, a sensu & consensu totius Ecclesiae recedere, & peculiari suo sensu scripturas interpretari, vt quod ipse sensisset, id esse Dei verbum existimaretur. Eo ventum est ad extremum, vt scripturarum auctoritate scripturis auctoritate omnem detraxerit, hominesq; doceret non tam scripturis, quam somnijs & reuelationibus fidei. Sustulerat Lutherus externum sacerdotium & sacrificium: hoc ei cum non impune modo cedere videret Suenckfeldius, verum etiam probari factum a multis: ipse quoque sustulerit externum verbi ministerium, eade auctoritate, qua sacrificium Lutherus abrogauerat. Cur enim Lutheri auctoritas maior esse debet, quam Suenckfeldij, cum praesertim scripturarum hic maiore praesidio niti videretur? Na sacrificare plures nulla scriptura prohibuit, magistros autem fieri plures aperte non vno loco prohibuit. Cum enim vnus magister noster sit in caelis, videtur eius obsecrari gloria, videtur eius dignitati detrahi, si quis alius audiat praeterea, quasi parum idoneus ille sit ad docendum nos, neque tantum sit in eo facultas, vt circa ministerium hominis id praestare queat. Sic quod Euangelium per Lutherum orsus est Sathanas, ab soluit per Suenckfeldium, vt sublato sacerdotio, sublato sacrificio, sacris omnibus in summum contemptum adductis, externum quoque verbi ministerium sublatum iam esse videamus: Scripturas autem Canonicas vsque adeo dignitate sua profusus omni spoliatus, nihil vt illis fidere iubeamur: quod scriptura non sit verbum Dei, sed mortua tantum litera, quae sit inter alias creaturas reputanda, cui nimis addictum esse, minimè Christianum decere videatur. Neque verò contemnendus aliquis est Suenckfeldius hic. Scribit Philippus eum esse centimanum habere milites passim, qui non solum scripta spargant ipsius nomine, sed etiam seditiones moueant. Grassatur lues ista Suenckfeldiana, non modo per Germaniam vniuersam ferè, verum etiam per Heluetiam: & est ingens eorum numerus, qui iactant hunc afflatum, ita vt ex vulgo plures in maioribus nonnullis ciuitatibus Suenckfeldiani reperiri dicantur, quam vel Lutherani vel Zuingliani. Equidem neque noui hominè, nec eius scripta vidi: sed quod scripsit olim de ijs, ad inxerunt, neminem se scire, qui non seipso sit factus deterior: Contrarium eius cum tuæ Maie. nomine legatione fungeret, apud Christianissimum Imperatorem, vereque Catholicum Regem Carolum Quintum de Suenckfeldio dici audiui, idque a viris quibusdam grauibus, & omni fide dignis: quotquot eius essent amplexi doctrinam, eos de repente quasi numine quodam afflatos in alios viros mutari, veterem hominem exuere, nouum induere, neque secundum carnem iam, verum spiritu deinceps ambulare, carnem vt suam cum vitijs & concupiscentijs in specie crucifixisse videri possint. Hic videre licet, quemadmodum Sathanas non raro se transfiguratur in Angelum lucis, vt per vnam sanctitatis audientium decipiat simplicitatem. Quomodo quaedam illecebras earum aucupes proponunt, vt facilius aues per oblectamenta gulae capiant: sic est quaedam etiam Diaboli sanctitas, id est, decipula humanae animae, per quam facilius capere possit, & falsis sermonibus irretire: sicut Ezechielem enarrans pluribus verbis persequitur Origenes. Talem sanctitatem olim in Psallianis, Euchitis, Antropomorphitis, Ebionitis, Tacianis, & alijs eiusdem generis haereticis: nunc autem in Picardis & Suenckfeldianis videre licet: quae nihil aliud est, sicut ab illo viro doctissimo dictum est, quam decipula quaedam humanarum animarum, in sedijs Diaboli collocata.

Quatuor iam habes Euangelia, sed non secundum Mattheum, Marcum, Lucam, Ioannem, sed secundum Lutherum, Zuinglium, Muncerum, Suenckfeldium: Portentosa nomina, sed ipsa magis Euangelia portentoza, quae Caecaelia rectius quam Enagelia dicere possis, vt quae malorum seculi illi adtulissent, non a Christo, verum ab auctore Diabolo profecta. Quam etiam ob causam Euangelici malunt, quam Christiani vocari: quod concilij sibi sunt, nihil habere seculum Christo comune. Quam parua autem scintilla, quae simul vt emicuit, nullo profusus negotio restingui statim in initio potuit, ecce quantum (proh dolor) nobis incendium conflauit: quam multis in loco etiam cum puluisculo (quod aiunt) Christianam pietatem omnem euerit?

Abolutum existimas iam Euangeliorum numerum? ingens adhuc eorum restat aeternus. Cum enim peccandi magna quaedam sit illecebra impunitas, hac proposito certatim proruperunt, qui vetera fastidientes, noua facere omnia, ac nouo aliquo doctrinae genere excogitando, nomen suum immortalitati consecrare contenderent. Sed quis enumerando singulos recensere, vel cuiusque proprios errores explicare queat? cum primis id operosum, neque praesentis est instituti. Quamobrem nolo esse longior in com-

Quod Euangelium per Lutherum orsus est Sathanas, ab soluit per Suenckfeldium.

Suenckfeldianorum ingens multiitudo ac vis.

Sanctitas haereticorum diabólica decipula animarum.

Origenes.

Epilogus de quatuor Euangelij nouis.

Horrenda & obscura secta sub Luthero nata, de quibus Erasmus de amabili Ecclesia conuulsa.

David tertius.

Apostata premonstratensis.

Noni Nestoriani. Dæmoniacti. Ioannes Campanus. Michael Seruetus.

Ex Lutheri iniurijs quæ horrenda impietas prodierit.

Seruetus à Caluino damnatus & occisus.

Timannus Bremenensis docet pueros hæreticos.

memorandis trecentis illis apud Apocellam in Heluetijs, qui post decantatas Dei laudes extinctis lucernis cum brutorum instar cæca se libidine contaminassent, in montem nihilominus quendam editum ascenderunt, vnde se cum corporibus & animis sublimes raptos in persuasum habebant. Sed neque de alijs quibusdam cõuenticulis quicquam dicam, quorum Erasmus meminit, in quibus matres vtrò tradebant suos infantes occidendos: & tam immane facimus hilari vultu spectabant, persuasæ, sic interfectos inter præcipuos sanctos habendos. Quare quid magis horrendum dici potest: Quin & de Sa cerdote quodâ in Sueuia capto, nihil est quod multa dicam, qui finem iam instare Christi anæ fidei docebat: quod cum lex Moyfi mille quingentis annis durauerit, Christi quo que lex non sit diutiùs duratura: quamobrem adesse iam tempus, vt alia lex, aliaq; fides hominibus tradatur. Deq; alio quodam non procul à VVittemberga, qui certum diem & horam colonis significauerat, quo Dominus ad iudicium esset venturus. Quod ad eum verum esse persuasum illis fuit, vt ab omni opere rustico cessarent, horâ illam expectantes: cumque frustrati expectatione sua fuissent, in discrimen veniebant, ne fame morerentur, quod cum nihil seminassent, nihil erat, quod meterent. Deque Dauide tertio, qui in oppido Embda veterem Saduceorum hæresim renouauit, cum & resurrectionem carnis negaret, & exterium iudicium, Angelos, Dæmones, Baptismum, Matrimonium, scripturas, regnum cœlorum. Itidem de Apostata illo Premonstratensi, qui docuit, nõ esse infernum, neq; descendisse Christum ad inferos, sanctos Patriarchas & Prophetas in inferno nõ fuisse, quin Christum etiam ipsum: quoniam cum diceret, Deus Deus meus, quare me dereliquisti? desperare visus est, hoc nomine condemnatum esse. Potuitne dici magis blasphemum aliquid? Sed & illos præteribo silentio, quibus horror est, si quis Mariam vocet Deiparam, à quibus in Ephesino Cõcilio pridem damnata hæresis Nestorij resuscitata videretur. Sed nec illorum mentionem faciam, qui decies per diem diabolum adorant, quam etiam ob causam Dæmoniacti vocantur, cæterum exorti sunt demum à schola Lutheri Ioannes campanus, & ex Hispanijs Michaël Seruetus, qui libros aliquot de Trinitatis erroribus, plenos erroribus & blasphemijs ediderunt: in ijs nunc tandè veteres Arrij & Macedonij errores in lucem reuocare, fidemq; quam in Nicæno & Constantinopolitano primo cõcilio, Patres congregati nobis tradiderunt, labefactare conantur. Solum enim Deum patrem, & neminem alium adorari & inuocari debere cõtendunt, quod ille solus vider corda nostra, quod nulla creatura facere potest: & est præceptum veteris legis, vt qui quenquam alium adorauerit præter Deum solum, occidatur. Ad quem, Deum alium intercessorem, procuratorem, & mediatorum habemus nullum, præter vnum Dominum Iesum Christum. Quid autem aliud his verbis, quam ad ratio inuocatioq; Dei filij, & Dei Spiritus sancti prohiberi videntur?

Ecce quò ventum est ad extremum? Abrogato sacerdotio, euerso sacrificio, Sacramentis omnibus modò nõ cõculcatis, eò tãdem res perducta est, vt nec infernus, nec cœlum esse credatur, & Christus à multis Deus esse negetur. Quis vnquam futurum existimasset, vt ex tam paruis intijis ad has tam horrendas blasphemias, quas paucis perstrinximus, ad extremum perueniretur? Sed scitum est illud:

*Principijs obsta, serò medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.*

Quod si venienti morbo statim occursum fuisset ab initio, minùs magnis nunc difficultatibus Ecclesia Dei præmeretur. Longè lateq; sparsa sunt & hæc Seruetica contagia. Atque vtinam serenissimè Rex, sicut aliæ, quas recensuimus, hæreses ex magna parte, sic & hæc regni tui fines nõ attingesset: quæ cum impietate superare cæteras videatur, nulla tamen est ex omnibus nostri temporis hæresibus, quàm sit hæc scripturarum armis instructiõr nihil enim crepat aliud, nisi scriptura, scriptura, Euangelium, Euangelium. Ac vide quæ fuerit hominis confidentia. Quauis Caluini scriptis fuerit error hic ipsius oppugnatus, ausus est tamè disputationem, cum dogma suum pertinaciter tueretur, capitis est damnatus: quod vrgente Caluino factum esse, dubium nõ est: qui mox librum etiam edidit, quo doctrinam eius explicat, & rem omnem, quemadmodum acta sit, describit, simulque in Hæreticos rectè gladio vindicari docet. Neq; dissimilia scripsit pastor quidam Bremenensis, sic enim se vocat. Timannus in faragine sententiariæ, quas collegit, non solum ex præscorõ Patrum, qui fuerunt Christianæ, verum etiam ex eorum scriptis, qui sunt Cõfession. Augustanæ: vbi Lutheri, Philippi, Vrbanæ Regij, Nicolai Amldorffij, Viti Theodori, productis testimonijs ostendit, Caluinũ cõ Sacramentarijs omnibus & Anabaptistis, ac alijs hæreticis sceptro magistratus potius, quàm vel stylo vel disputatiõibus esse refutandos. Interea tamen de se suisque tacet, quasi non in eadem & ipsi causa sint, cum

cum quod Lutheranorum de Sacramentarijs, idem sit Sacramentariorum iudicium de Lutheranis. Nam quòd Lutherus inde sumit argumentum, Sacramentariorum doctrinam ab auctore Sathana profectam esse, quòd hæc secta in ipso statim exordio in tot capita est dissecta, tam inter se dissidentia, de verborum horũ interpretatione. Hoc est corpus meum, prudenter id quidam & verè colligit. Verissimum enim est, quòd à Gregorio Nazianzeno scriptum est: Verum enim quòd est, vnũ est, mendacium autem multiplex. Ante quem etiam Athanasius: Ibi est, inquit, vt Patres tradiderunt, veræ disciplinæ & magisterij argumentum, vbi eadem consistunt omnes, nec à se inuicem veri à maioribus dissentiant. Qui autem hoc animo non sunt improbi potius quàm aut doctores appellari debent. Certè Ethnici cum nec eadem profiteantur, sed inter se discrepant, veram disciplinam non habent: sancti contra syncerè sunt veritatis præcones, eò quòd sententij inter se conueniunt, & nullo dissidio inter se laborant, qui tametsi diuersis temporibus vixerunt, æquè tamen simul eodem tendunt, vt eiusdem Dei Prophetæ, & eiusdem sermonis interpretes. Est itaq; certissimum argumentum hoc eorum inter ipsos dissidium, quòd non Dei sed Sathanae spiritu agitentur. Sed quid? Si eadem ratione probare contendunt Sacramentarij quoq; quòd Lutherus Euangelium in lucem à se productum esse gloriatur, id similiter à Sathana profectum esse? quandoquidem non minus inter Lutheranos, quàm inter Zuinglianos dissidiorum videre licet. Ac illi quidè, quamuis hæc Christi verba non ad eundem modum interpretentur, in hoc tamen vnanimiter idem sentiant omnes, quòd in Eucharistiæ Sacramento præsens adesse Christi corpus & sanguinem, impiè negant. Lutheranì verò non de vnus alicuius scripturæ sensu, sed de dogmatibus ipsis mirabiliter inter se pugnant.

Vis autem eorum dissensionem & pugnas audire? Equidem recensere non grauabor, verum non ita vt ordinem temporum obseruem, verum vt à leuionibus exordio sumpto, deinceps ad grauiores progressum faciam. Biennio postquam ex hac vita migravit Martinus Lutherus, cum quasi tribunali pronuncians Deus apertè causam Lutheri condemnasset, admirabili quadam victoria Christianismo Imperatori C. A. R. O. L. O. contra factionis eius homines concessa, quorum ingentem exercitum, nullo prælio commisso, perexigua manu, solius Dei præsidio adiurus, in fugam conuertit: neque multò post paucis comitatus Angeli ductu Albi fluuio transmissio, multò numerosiores eorum copias fudit, ac Principem etiam ipsum factionis in potestatem suam redegit. Post hancigitur admirabilem victoriam, in qua Deus ipse pro ministro suo Cæsare causam suam agente pugnavit, statim in tres sectas Lutheranã secta dissecta est. Nam alij facti sunt Interimistæ, alij Adiaphoristæ. Interimistæ porro duplices, vni ex permisso Cæsare Maiestatis, qui nulla in re alia se Lutheranos profitebantur, præterquam quòd neque calicis vsum à Laicis intermitteri, nec vxores à Sacerdotibus relinquere volebant. Quod ad reliquos ritus & doctrinam attinet, quin per omnia cum orbe reliquo Christiano consentirent, non recusabant. Hos ex comitorum decreto saltem ad Occumenicum vsque concilium tolerandos esse Cæsar censuit. Sed vbi Christiani totius orbis Occumenici decreta non valent, cur ibi plus ponderis habere debeat, quod in vno aliquo regno aut imperio fuerit constitutum? Quamuis itaque Mauritius Princeps Elector, non grauiter comitorum imperialium decreto se pariturum ostenderit, ausi tamen hoc sibi sunt arrogare Lipsici Theologi, vt libellum, qui comitorum decreto fuerat approbatus, arbitrato suo cotingeret, & nouum Interim conscriberent. Ac quod ad ritus quidem & cæremonias attinet, de ijs non magnoperè cum Christianis contendebant, sed plus tamen aliquis sibi de Luther. doctrina, quàm fuit in Interim illo Cæsareo permittum, reseruarè conabantur. Quamobrem in hoc Imperiali libello subscripserunt, vt contenti docere, fide nos iustificari iuxta Paulum, quod erat additum à Luther. sola fide, id reijcerent: quòd addi aliquid verbo Dei, nefas esse indicaret. Vifum est autem illis & hoc Ecclesiæ, quàm diuersum Luther. dogma potius amplectendum, ad iustificationem opera esse necessaria, neque totam nostram iustitiam in solius Christi iustitia feruendam esse. De penitentia quoque receptam Ecclesiæ partitionem admiserunt: septem esse Ecclesiæ Sacramenta concesserunt: Missam abolitam restituerunt, vulgares Lutheri cantilenas fermè profusus aboluerunt: Episcoporum etiam iurisdictioni quominus patenter, causam non dixerunt. Hæc sunt quæ in illo Lipsico Interim contineri scribit Matthias Flaccus Illyricus in quadam adhortatione sua ad Ecclesias Misnicas. Porro VVittembergenes, etsi non diuersum sentire viderentur à Lipsensibus, quòd inde colligit Flaccus, quia scriptum eorum non oppugnauerant: quoniam tamen ex eorum schola ceperat initium Euangelium Lutheri, fuit illis religio tam ab eo subito discedere, quamuis pridem nonnullos, Philippum præsertim, peractum eius fuerit. Quare

Nazia. Athan. in epist. de Syn. Nic. decre. cont. Arrianam hæresim.

Hæreticorum inter se dissidium arguit, quo spiritum agitur.

Lutherana secta in tres sectas dissecta.

Interimistarum genus primum.

Lipsi. Theologi nouum condunt Interim vt sint secundi generis Interimistæ.

VVittembergen. ses adiaphoristæ.

nōdum esse tempus opportunum rati, traditum ab ipso doctrinæ genus mutare, saltem ritus novos, quod induxerat, abrogandos censuerunt, & veteres ex magna parte restituentes iuxta formam in libello cæsareo præscriptam. Vocauerunt autem hæc Græco nomine *Adiaphora*, Latinè dicere possis indifferentia, ut quæ natura sua sunt eiusmodi, nihil ut ad salutem interesse videatur, seruet quis ea, nec ne. Nam & nos in his, quæ sūt externæ, summâ Christianæ pietatis positam esse negamus, cum omnis gloria filiæ regis sit intrinsecus. Intus videt Christus, intus amat, intus alloquitur, nec vel punit, vel coronat, nisi quæ sunt intus. Sed ubi verè Deus intus colitur, non ferè sit, ut eiusmodi cultus per signa quædam & indicia se foras non proferat, & ad spectantium oculos traducat. Habent autem & hoc isti ritus externi, quod scibi similiter ab omnibus obseruantur, vnanimitatis cuiusdam & consensus testes sunt. In ijs igitur maxima ex parte sibi VVirttembergenses cū Christianis consentiendum esse duxerunt: ut ijs quasi signis à Luther. quandâ ad Christū inclinationem se fecisse declararent, simul sp̄e facerent, successu temporis futurum, ut reiecta Lutherana, christianam & catholicam doctrinâ in omnibus amplectereretur. Odoratus est hoc Flaccus, vt est minimè mucosus naribus: itaque summa contentione, ne qua mutatio fieret, obstitit, cumq; se nihil proficere monendo, orando, obsecrando videret, multis maledictis & probis etiam præceptores suos, præ cæteris autem Philippum, nunc obscurius, nunc apertius inceslere veritus non est, quod Christi sui, hoc est, Lutheri causam eos deserere quiritaretur. Nam ille Christum aliū non vult præter eum, qui natus est Illebij: neque dubitauit eos Epicuri de grege porcos appellare, non veritatem, sed ventrè respicientes, vt quorum Deus ventris esset. Ad extremum, cum neque precibus, neque conuijs eos à cæpro deterri posse videret, diris deuouit omnes. Cumq; nomen eis Adiaphoristarum prius imposuisset, hæc tandem eos sententia, quasi pro tribunali sedens condemnauit. Cū videam eos in sua impenitentia manere, & præsentis Adiaphoricas constitutiones contra conscientiam promouere, & Patruū sequuturos fenestras fabricare non desinere: pronuncio, impenitentes Adiaphoritas esse pro Ethnicis & Publicanis habendos: id est, neminem piū debere cum ipsis vllam familiaritatem, conuersationem, amicitiam habere: & ei qui præsertim nulla iuris necessitate eis adstrictus aliter fecerit, denuncio lepræ eorum contagium, & ita haud dubiè, iram diuinâ. Vides quàm sibi Flaccus auctoritatem arrogat, qui non dubitat scholam VVirttembergensem vniuersam, ex qua prodijt etiam is, quem ipse pro Christo adorarat, Martinus Lutherus, anathema pronunciare, & eorum consuetudine pijs omnibus interdiceret. Quod interdictum vtiq; valuisse, cum apud alios pios omnes, tum apud eos præsertim, qui sub sunt imperio Maiestatis tuæ: minus nunc turbarum in regno videremus. Verùm quæ causa est, quod ad eò damnat istas Adiaphoricas mutationes? Alia nulla, quàm quod olfecerit per eas Papatui sequuturo fenestras fabricari. Scilicet, nefas est fabricare fenestras Papatui: fenestras fabricare Sathanismo, nefas non est? quas fabricasse Lutherum negare non potest mutationibus istis, quas priuata sua fecit auctoritate. Nam vnde Sacramentarij, vnde nobis Anabaptistæ, vnde Suenckfeldiani, vnde prodierunt Seruueriani? non aliunde certè, quàm ex ijs mutationibus, quas Lutherus instituit. Huic debemus quod in Eucharistiæ Sacramento non esse Christi corpus & sanguis doceatur: quod à baptismo paruuli prohibentur: quod scripturis Canonicis aucto ritas omnis detrahitur: quod nec infernus, nec esse cælum creditur: quod Christus verus Deus Dei que filius esse negatur. Fatetur hoc ipse Calvinus, fatetur & Balthasar Pacimontanus, vt in superioribus demonstraui, quod è Lutheri scriptis doctrinâ suam hauserint. Lutherum scribit Calvinus rudimenta posuisse, viamq; cõmonstrasse: sed interim præpostero eum esse dicit ingenio, qui rectam ingressus viam, simulac viæ demonstrator iter suum reflectit, in eodem loco pedem obstinatè figens vltra progredi recusat. Progressus igitur est vltra Calvinus ab illis rudimentis & incunabulis Lutheri, cœpit que fieri politior & instructior ac esse Christum in Eucharistiâ presentem negauit. Progressus est vltorius etiam Balthasar, qui sicut Eucharistiæ Sacramento Calvinus, sic & ipse, non sine Caluino tamen, baptismi quoque Sacramento, præsertim quod ad infantes attinet, virtutem omnem detraxit. Progressus est longius adhuc Suenckfeldius, qui scripturis auctoritatem abrogauit. Tandem eò quod tendebat initio Sathanas, peruenit eius ministri Campanus & Seruuer, vt Christum verum esse Deum, Dei que filium negarent: atque ita cui rudimenta posuerat Euangelio Lutherus, ei colophonè adderent. Sic factū est, vt cum aggeres validis aquis oppositos paxillum intridit Lutherus aperuisset, mox tota moles aquarum incuberet, & aggere perupto, late campos, segetes ac pagos sub uerteret. Prudenter admodum, sicut etiam tu meministi Flacce, monet Aristoteles, quod etiam ante eum docuit Præceptor eius Plato lib. 7. de legibus, cauendas esse

Quid Catholici sentiant de ritibus externis, et quatenus conueniant cum illis Adiaphoristis. Psalm. 44.

Illyrici flagellati Adiaphoristis.

Illyr. sententia excommunicatoria in Adiaphoristis.

Luth. Sathanismo fenestras fabricauit.

Illyr. in epist. ad Illyrissimū D.

esse legum ac policiarum labefactiones: ac prestare nonnunquam, vt errata legum latiorum ac magistratuum tolerentur. Neque enim tantum vtilitatis allaturum, si quis corrigat aut mutet, quantum ex eo detrimenti redundat, quod affuefunt paulatim homines, nō obedire magistratui, Proinde veteres leges non uis legibus facile commutare, nihil alium fuerit, quàm eius robur omne detrahere, & homines affuefacere ad mutandum plura maioraq; cum que videntur in speciem esse res minima, maximorum causæ sint maiorum. Quod in mutationibus per Lutherū fieri cœptis, euentus ipse docuit, quæ fenestras huic, quem nunc in Germania videmus, Sathanismo fabricatæ sunt. Contrahas igitur quiritari, his fortiter initio resistere oportebat. Nunc verò nihil erat Flacce, quod immemor officij, tam acerbè, tamq; cõmeloiosè, benè de te merentem Præceptorem ritum acciperes, quod is, quum necessarium esse videret, ordinem ac disciplinam in Ecclesia que per Luther. vtraque sublata fuere, pro virili sua perficere conatus est, vt pedentim eò reditus fieret, vnde facta est discessio. Pium fuit hoc institutum hominis non omnino deplorati, cui violentæ mutationes ista per Luther. factæ nunquam placuerunt: cuius tyrannide se tandem aliquando liberatum esse nō molesto ferre visus est, cum scribès ad Carlouitium, se deformiter ei seruiuisse fateatur. Tuâ verò religionem hanc pietatis Rex, non possum, quin laudem: quod cum à te quoq; nonnulli petuissent, vt mutationes aliquas in regno tuo fieri permitteres in rebus, vt quibusdam visum est, adiaphoribus, nulla ratione vt id faceres, adduci potuisti, ne signum id videri posse defectiois à religione Christiana, quàm à sanctis maioribus tuis per manus tibi traditam acceptis, & inclinationis ad Sathanismum, quem nunc in multis Germania locis florere, & pro flor, in nonnullis etiam regni tui partibus pullulare vides. Possunt alicui videri leniora, quæ sunt petita, de quibus magno opere pugnare non oporteret: sed vt nihil in rebus ipsis esset vitij, tamen in præcissione ab orbe reliquo Christiano tantum est crimen, vt alia omnia cum hoc vno collata, festuca sint cum trabe comparata. Atque hæc est, quam petunt nonnulli: Præcissionem enim petunt, nō res ipsas, quas nihil ad salutem intelligunt pertinere. Quod ipse quoque Verg. confitetur in Scholijs, quæ improbus homo scripsit in epist. Pontificis, ad regni Consiliarios. Rectè fraudes istas Flaccus, quæ veræ pietati struuntur, cuneo similimas esse scribit, qui prima parte tenuissimus est, nec videtur in lignum impactus magnam ligni disruptionem facere: sed tamen, quantumvis prima sit acies tenuis, nihilominus aditu facit sequenti crassitie, ita, vt cum illa prima pars recepta sit, necessariò tandem & sequentia recipiantur, donec lignum penitus discindatur. His fraudibus vsu esse Sathanam videmus in Germania. Prima exitialis istius cunei acies fuit disceptatio de indulgentijs: Secunda iam erat aliquantò crassior, quando calix Laicis, vxores concessæ fuerunt sacerdotibus. Media pars Augustanæ Confess. approbatio: Postremò, Sathanismus hic vniuersus, & quo iam verba fecimus, quo tantam esse factam disceptionem videre licet, vt nisi Deus oculis misericordiam suæ nos respexerit, non facile medicina reperiri queat, Quamobrem non piè magis quàm prudenter fecisti Rex optimè, quod ab isto tam exitiali cuneo tibi regnoq; tuo tam diligenter hætenus cauisti, à quo deinceps etiã quātū tua tibi regniq; tui salus curæ est, tātū cauere debebis. Habemus itaq; iam tres vel quatuor sectas Lutheranorū secundum Flaccum: Nam & Lipsicos Interimistas vult esse duplices, quod vnū sit excerptū Interim, aliud ipsum verum Interim. Erunt igitur triplices Interimistæ, & vni Adiaphoristæ, quibus omnibus consuetudine piorum interdixit Flaccus. Quinta iā non est de adiaphoribus, verum de rebus grauioribus. Extiterunt enim VVirttembergæ anno ab hinc propè 20. qui sicut antea docti fuerant Luther, legem operum reijciebant. Contra quos ille multis disputationibus contendit, & eos probroso nomine vocat Antinomos.

Sexta est Confessionistarum, qui sunt Confess. Augustan. non de veste linea, cuius causa tantas tragedias excitauit Flacc. quam etiam esse vult primam exitialis cunei partem, sed de summa Christianarum rerum, de eo quod Evangelicæ doctrinæ caput esse putat Luther. in quo pendere dicit & periclitari cognitionem sui ipsius, cognitionem & gloriam Dei, quale est iuxta sententiã ipsius dogma de libero arbitrio, de quo semper ita docet, quod patiar tantum, non autem agat, quod sit res de solo titulo, vel potius figmentum in rebus, seu titulus sine re, quia nulli est in manu sua quidpiam cogitare mali aut boni, sed omnia, vt VVicleffi articulus constantiē damnatus rectè docet, de necessitate ab soluta eueniunt. Vnde non dubium Sathana magistro in Ecclesiam venisse hoc nomen liberum arbitrium, ad seducendos homines à via Dei in vias proprias: Et mala inquit, opera in impijs Deus operatur. Cuius doctrinæ subscripterat etiam Philipp. Melant. in ijs Locis communibus, quos edidit VVirtēb. an. 2. o. non sine quadâ arrogantiã iuuenili minime ferenda. Nam & de sanctis Doctoribus ausus est censuram ferre.

Albertum Prussia Ducem. Aristot. Polit. lib. 2.

Phil. cõr. Illyricum defensio. Testimonij Philippi de Luth.

Consilia et pietas Regis Polo.

Quam periculosum, etiam de leuioribus, à veri religione desicere.

Quibus gradibus Sathanismus occupauit.

Alia secta Lutheranorum.

Antinomos.

Confessionistæ.

Luth. in li. quæ inscribit, Operationes in Psal. De libero arbitrio.

Philipp. quæ arroganter primus negavit liberum arbitrium.

Scripsere, inquit, de libero arbitrio Augustinus & Bernardus, & ille quidem sua posterioribus libris, quos aduersus Pelagianos edidit, multipliciter retractauit. Bernardus non est similis sui. Sunt hac de re apud Graecos quoque quaedam, sed sparsim. Ego quandoquidem non sequor hominum opiniones, & simplicissimè & planissimè rem exponam, quàm ferè obscurarunt auctores tam veteres, quàm noui: quia sic interpretabatur scripturas, ut simul vellent tamen rationis humanæ iudicio satisfieri. Parum ciuile videbatur docere, necessariò peccare hominem, crudele videbatur reprehendi voluntatem, si non posset se à vitio ad virtutem conuertere. Ideò & plura viribus humanis, quàm par erat tribuere: & mirè variarunt, cum rationis iudicio viderent ubique refragari scripturas. Et in hoc quidem loco cum profus Christiana doctrina à philosophia & humana ratione dissentiat, tamè sensum irrepit philosophia in Christianismum: & receptum est impiù de libero arbitrio dogma, & obscurata Christi Beneficentia per profanà illam & animalem rationis nostræ sapientiam. Vsurpata est vox liberi arbitrij, à diuinis literis, à sensu & iudicio spiritus alienissima, qua videmus sanctos viros non raro offensos esse. Additum est à Platonis philosophia vocabulum rationis aequè pernitosum. Nam perinde atque his posterioribus Ecclesiæ temporibus Aristotelem pro Christo sumus amplexi, ita statim post Ecclesiæ auspiciis per Platoniam philosophiam Christiana doctrina labefacta est: ita factum est, ut præter Canonicas scripturas nullæ sint in Ecclesiâ synceræ literæ. Redolet philosophiam, quicquid omninò commentariorum extat. Et pacis interpositis: In quaestionem vocatur, sit ne libera voluntas? respondeo, quandoquidem omnia quæ eueniunt, necessariò iuxta diuinam prædestinationem eueniunt, nulla est arbitrij nostri libertas. Quid igitur inquires? nihil fortuna? Omnia necessariò euenire scripturæ docet. Vallam, ait Eckius, quòd scholarum sententiam de libero arbitrio confutauit, plura voluisse scire quàm didicisset. Et in fine huius loci summam colligens, dicit: Si ad prædestinationem referas humanam voluntatem, nec in internis operibus, nec in externis operibus vlla est libertas, sed eueniunt omnia iuxta prædestinationem diuinam. Si ad opera externa referas voluntatem, nulla planè libertas est, etiam naturæ iudicio. Concludit tandem: Vides lect or, quantò simplicius de libero arbitrio scripserimus, quàm vel Bernardus, vel vlli Scholastici. Et in annotationibus in epistolam Pauli ad Romanos, explicans illum Pauli locum, iuxta prædestinationem Dei, posteaquàm confirmauit, quòd nulla est rerum contingentia, nec libertas arbitrij, sic eadem loquitur: Nos verò docemus, non solum permittere Deum creaturis, ut operentur, sed ipsum omnia propriè agere: ut sicut fatetur proprium opus Dei fuisse Pauli vocationem, ita fateantur opera Dei propria esse: siue quæ media vocantur, ut comedere, bibere, communia cum brutis: siue quæ mala sunt, ut Davidis adulterium, Manlij seueritatem animaduertentis in filium: cum constet Deum omnia facere non permissiue, sed potenter, ut Augustini verbo vtamur, ut sit eius proprium opus Iudæ proditionio, sicut Pauli vocatio. Hæc Philippus in ijs libellis, quos adolefcens etiamnum scripsit, Quorum alterum de Locis communibus inuictum libellum esse dicit Lutherus, contra Erasum de seruo arbitrio scribens: non solum immortalitate, sed Canone quoque Ecclesiastico dignum: cui ruius libellus, inquit, comparatus ita mihi sorduit ac viluit, ut tibi vehementer compaterer. In alterum verò præfatus, non dubitat eum doctis Thomæ Aquinatis Commentarijs anteferre. Hieronymi autem & Origenis Commen. meras esse nugas & ineptias, si illius annotationibus comparentur. Ac pasum abest, quin eum Paulo superiorem faciat, certè proximum illi esse vult. Verùm vtrumque libellum hunc toties variado Philippus ipse postea multis in locis erroris condemnauit: in hoc præsertim capite de lib. arbitrij. Nam sæpè deinceps vtrumque excudi fecit, multa detrahens, addens, mutans, corrigens, ut postremi cum primis nulla ferè in parte conueniant. In ijs autem locis, qui sunt impressi anno trecesimo sexto Argentorati, trecesimo octauo V Vittembergæ. 46. Lipsiæ, quinquagesimo quinto, V Vittembergæ, apertè recantauit ea, quæ in primis illis scripserat de libero arbitrio. Sic enim loquitur: Vlla & plerique alij detrahunt voluntati hominis libertatem, idè quia fiant omnia decernente Deo. Addit in locis, anno 46. & 55. excusis: Hæc imaginatio orta ex Stoicis disputationibus deducit eos ad tollendam contingentiam bonarum & malorum actionum, imò omnium motuum in pecudibus & elementis. Dixi autè supra, non esse in Ecclesiâ inuehendas illas Stoicas opiniones, nec defendendam esse necessitatem fatale omnium, sed aliquam contingentiam concedendam. Non necesse fuit Alexandrum interficere Clytum. Nec miscenda est disputatio de determinatione diuina quaestioni de libero arbitrio. Et iterum in Locis anni 36. & 38. ac posterioribus: Cum in natura hominis reliquum

*Aliud Philippi
estimonium cõ.
liberi arbitrij.*

*Luth. quæ scri
pta Philippi. fecerit,
quorũ tamẽ
nonnulla dogmata
ipse postea
Philippus dam
nauit.*

*In scriptis poste
rioribus Philippi
confirmat
liberum arbitrij.*

liquum sit iudicium & delectus quidam rerum, quæ sunt subiectæ rationi aut sensui, reliquus est etiam delectus externorum operum ciuilium: quare voluntas humana potest suis viribus sine renouatione, aliqua externa legis opera facere. Hæc est libertas voluntatis, quam Philosophi rectè tribuunt homini. Nam & Paulus discernens iustitiam carnis à spirituali, fatetur non renatos habere delectum aliquem: manus à cæcæ, à rapto, à furto continere. Et hanc vocant iustitiam carnis: imò hanc disciplinam etiam non renatis præcipit Deus. Ac interiectis nonnullis: Hæc sententia de libero arbitrio nihil habet absurdum: & est germana cum aliorum Scriptorum Ecclesiasticorum ac synodorum, tum verò etiam Augustini sententia: nec adigit ad desperationem bonas mentes, nec deterret eas quominus conentur: imò & amplificat Spiritus sancti auxilium, & acuit curam ac diligentiam nostræ voluntatis. Non probo delirameta Manichæorum, qui prorsus nullam voluntati tribuebant actionem, nec quidem adiuuante Spiritu sancto: quasi nihil interesset inter statum & voluntatem. Scribit etiam concurrere tres causas bonæ actionis, verbum Dei, Spiritum sanctum, & humanam voluntatem assentientem nec repugnantem verbo Dei. Possent enim excutere, ut excutit Saul sua sponte: sed cum mens audiens, ac se sustentans non repugnat, non indulget diffidentia, sed adiuuante etiam Spiritu sancto conatur assentiri, in hoc certamine voluntas non est otiosa. Et iterum post pauca: Vidi multos non Epicureos, qui cum essent in mœrore propter suos lapsus, disputabant, quomodo sperem me recipi, cum non sentiam in me transfundi nouam lucem & nouas virtutes? Præterea si nihil agit liberum arbitrium, interea donec sensero fieri illam regenerationem, de qua dicitis, indulgebo diffidentia & alijs vitiosis affectibus. Hæc Manichæa imaginatio horribile mendacium est: & ab hoc errore mentes abducendæ sunt, & docendæ, agere aliquid liberum arbitrium. Pharao, Saul, non coacti, sed volentes & libere repugnant Deo: nec fit conuersio in Dauide, ut si lapsis in scium verteretur: sed egit aliquid liberum arbitrium in Dauide, cum audiuit oburgationem & promissionem: volens iam & libere fatetur delictum: & egit aliquid eius voluntas, cum se sustentat hac voce: Dominus transfudit peccatum tuum. Et iterum post pauca: Cum promissio sit vniuersalis, nec sint in Deo contradictoria voluntates, necesse est esse in nobis aliquam discriminis causam, cur Saul abijciatur, Dauide recipiatur, id est, necesse est aliquam esse actionem dissimilem in ijs duobus. Et in capite præcedenti, quod est de causa peccati & contingentia. Est autem hac pia & vera sententia, vtraque manu, ac verius toto pectore tenenda, quòd Deus non sit causa peccati: & quòd Deus non velit peccatum, nec impellat voluntates ad peccandum, aut approbet peccatum. Sed causæ peccati sunt voluntas Diaboli, & voluntas hominis, qui sua voluntate abuti potuit, seque à Deo auertere: quæ quidem longius ibi persequitur.

Ex quibus planum cuique fieri potest, quemadmodum Philippus Melancthon, quicquid ab eo peruersè scriptum fuerat de libero arbitrio in Loc. Commu. anni 21. simul & magistri sui Martin. Luther. eadem de sententiam, tanquam impiam & cum heresi Manichæorum congruentem condemnauit: quod pluribus etiam verbis ab eo factum est in Epitome philosophiæ moralis, quam edidit Argentorati anno. 38. vbi similiter damnata ingenia turbulenta, quæ multas de libero arbitrio ferunt contentiones, & Vallæ absurdas imaginationes, quæ propter diuinam gubernationem admittunt libertatem voluntati. Sed & in Comment. in epistol. ad Roman. posterioribus expungi fecit ea, quæ scripserat anno 24. quòd essent Dei propria etiam mala opera, ut Davidis adulterium, & quòd æquè proprium eius opus esset Iudæ proditionio, sicut Pauli vocatio. Quin enarrat illum locum: Tradidit eos Deus in desideria cordis eorum. Nec vult, inquit, nec approbat, nec efficit peccatum Deus. Et quoniam Augustinæ Confessionis est auctor idem Philippus, in ea quoque discessum est à Lutheri sententia, quo ad hoc doctrinæ caput, quòd ille tamen ad finem vsque vitæ suæ tanta pertinacia defendit, ut mori se prius paratũ ostenderet, quàm ab hac sua sententia discederet: In qua quantũ posset esse putauerit, & in exordio, sicut paulò ante commemorauimus, & in fine libri, quæ scripsit contra Erasum, satis declarauit. Sic enim propè calcem eum alloquitur: In hoc re vehementer laudo, quòd solus præ omnibus rem ipsam es aggressus, hoc est summam causam: nec me fatigaris alienis illis causis de Papatu, indulgentijs, purgatorio, ac similibus nugis potius, quàm causis, in quibus me hæcenus omnes venati sunt frustra. Vnus tu & solus rerum cardinem vidisti, & ipsum iugulum petiisti. In eo igitur quod rerum cardo, quod causæ totius iugulum, ausus est Philippus cum suis, qui Augustinæ sunt Confessionis, à magistro suo Martino Lutero se palam diuersum sentiendò segregare. Quod quid aliud fuit, quàm eum hæreseos & impietatis condemnare? Et reuera cardo Lutherane doctrinæ vertitur in hoc vno dogmate de libero arbitrio, quod rueret non potest,

Philipp. se Manichæi fuisse et ipsa declarat.

Cardo Lutherane doctrine est de libero arbitrio.

potest, quin simul eodem motu labefactata concidant omnia, quæ de iustificatione præsertim, de quæ rebus ad illam pertinentibus ab eo scripta sunt. Lutheri sententiam tueretur etiamnum Calvinus, & in ea persistat. Neque sibi prorsus eam sordere Brentius ostendit in prima pericope, quam scripsit contra venerabilem virum Petrum à Soto. Vidimus autem & Galli cuiusdam scriptum, quo grauius insectatur præceptorem suum Philippum, quod in hac tanta re à magistro suo Luthero dissentiat. In quo scripto Philippum etiam insimulat, quod Calvinizer.

In Apol. Confessi. Aug. 2. in Locis communibus.

Osiander male tractatus à Confessionistis.

Osiander doctrinam VVitembergæ damnata, VVitembergæ approbata à Confessionistis.

Iurandum est VVitembergæ in Confessionem Augustianam & verba Philippi.

Osiander de Confessi. August.

Tanti autem Confessionem istam fieri scribiti loq. à Lasko, ut non desinat inter Lutheranos, & quidem non potuerit, qui dicant se male de Paulis

Habemus ergo iam huius hydræ Lutheranae sex capita, quorum sextum reuera caput est: agit enim de summa rei. Sed neque minoris momenti est septimum, de quo immane quantum est inter Lutheranos dissidium? Neque enim agit de linea veste, sed de eo, quem præcipuum doctrinæ Christianæ locum vocat Philippus, quem summam Euangelij continere scribit, nimirum de iustificatione. Nec à scopo multum aberrat, cum illi tantum tribuit. Interea tamen & de hoc ingens est inter eos dimicatio. Nam cum in Augustana Confessione minus dilucidè fuerit locus hic explicatus, fas sibi esse putauit Andreas Osiander, clariùs de eo aliquid differere: quod cum fecisset non relata priùs re ad Philippum & eos qui Confessionis Augustanae præcipui sunt Doctores, tantæ fuerunt excitatae trageediae, vt non longè res abfuerit à seditione. Cuius criminis non est insimulatus Osiander? quæ conuicia & maledicta in eum iactata non sunt? Vocatus est, vt ipse scribit, Hæreticus, Antichristus, Iudæus, niger Diabolus, Draco, homo nefarius, confcleratus, hostis Christi. Fuit etiam de eo confictum, quacunque incederet, quod eum in specie canum duo Diaboli comitarentur, quos tamen non cuius videre liceret: quodque quo tempore cibum & potum in inferiore cum suis hypocausto sumebat, vbi vacare solitus erat literarum studijs, in superiore sedens in illius loco Diabolus visus fuerit scriptitare. Et alia id genus pleraque. Tum & illud sparsum de illo fuit, quod affirmaret Christi passionem & mortem nullum nobis fructum attulisse, cum tamen in scriptis illius diuersum reperiatur. In summa, tantum fuit odium homini constatum, vt non ipse modò tanquam impius haberetur, verum etiam qui sermones eius audiebant, à communione cæterorum, qui se pios existimabant, arcerentur, ac ne sepultura quidem communi digni ducerentur. Missum fuit VVitembergam, vt de doctrina eius iudicium fieret, damnata est per Philippum, Pomeranum, Forsterum, & alios. Missum est VVitembergam, approbata est per Brentium, & qui sunt eiusdem sectæ. Hic vides, de vna eademque doctrina, quàm diuersum fuerit iudicium VVitembergenfium & VVitembergenfium Doctorum, cum tamen inter vtrosque non sit nisi vnus literæ discrimen, cum prolatis etiam è Lutheri libris locis aliquot planum facere conetur Osiander, quod ipse scripserit, idem de iustificatione sensisse Lutherum, nimirum essentialiam Dei iustitiam habitantem in nobis, & excitantem nos ad benè agendum esse iustificationem nostram. Ceterum contra scriptum illud, quod editum contra se fuerat à Philippo & collegis eius, edidit ipse quoque scriptum contrarium Osiander: in quo causam adfert, cur hanc ipsius doctrinam illi non approbarint. Narrat igitur, neminem VVitembergæ vel Theologiæ Doctorem, vel artium fieri Magistrum, nisi priùs conceptis verbis iuxta formulam sibi prolatam iurauerit, se tria symbola, Apostolorum, Nicænum, & Athanasij retinere firmiter, actueri simul, & defendere velle. Quod si quid inciderit, quod in ijs tribus Symbolis & Augustana Confessione satis determinatum non sit, nolle se quicquam de eo conclusuè (quod vulgò dicitur) dicere, nisi re priùs ad seniores Doctores, qui constanter huic adherent Confessioni, relata, & consilio cum illis communicato. Seniores autem isti cum sint Philippus & eius similes, si quid incideret, quod in hac August. Confessi. scriptum non sit, necesse habent, qui iurauerint in Confessionem, nihil de eo statueri, nisi quod visum illis fuerit. Ita vt quod ipsi probauerint, id recipere sint adstricti, etiam si diuersum aliquid in scripturis Canonice reperiatur: quandoquidem non in sacra scriptura, sed in Augustanae Confessionis vnanimi consensu se constanter esse permansuros, iurauerint. Itaque si scripturas potius sequerentur, perituri reatum non effugerent. Confessionem autem hanc Philippus ipse scripsit, penes quem etiam est eam interpretandi potestas. Ex quo consequitur, quod omnes qui iurauerint in eam confessionem, necesse habeant illam eo sensu accipere, quem Philippus attulerit, vt sic reiecta scriptura ad tria symbola tantum, & ad Philippi doctrinam sint alligati. Hæc de Philippo Osiander: qui parentes etiam diligenter monet, vt etiam atque etiam secum deliberent, num suos filios mittere VVitembergam debeant, vt ibi Magistri vel Doctores efficiantur. Coguntur enim, inquit, abiurare verba Dei, & in Philippi verba iurare. Iurat enim, inquit, quilibet, quod de grauoribus rebus ad fidem pertinentibus, nihil velit statuere, nisi

nisi de sententia seniorum Confessionis Augustanae, etiam si contrarium dicat scriptura: Quam si sequi potius voluerit, erit perituri reus. Ita secreta sit quædam, inquit, conspiciatio, quæ magis hominum, quàm Dei verba respicit: atque ideo Christianæ reipublicæ non parum adfert detrimenti. Philippi verbum plùs apud eos ponderis habet, quàm Dei verbum. Sex & triginta Scripturarum loca produxi, quibus habitare Deum in nobis ostendi, creditum non est. Simul vt Philippus paruam schedam scripsit, qua testatus est ita se rem habere, statim creditum est. Ac paulò post: Vox audita est, inquit, de cælo Patris de Christo dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, hunc audite. Hunc, inquit, audite, non Philippum, non alios homines, qui tibi os obtulerant, & volunt, vt secundum eorum consilium, non autem secundum scripturas, pronuncies: Sic Osiander ferre non potuit, vt homines ad Confessionem August. quod Philippi verbum est, alligarentur potius quàm ad Dei verbum, cum quod ipse, nò quod Philippus doceret, id esse Dei verbum credi veller: cum se nulla re Philippo inferiorem esse iudicaret: nulla vt causa esset, quam obrem non ipsum verbum, vt Philippi verbum, pro Dei verbo haberetur: cum præsertim Philippus, quemadmodum alijs plerisque in rebus, ita & in doctrina de iustificatione, nunquam sibi satis constiterit. Vigintri dicit esse diuersas opiniones de hoc vno dogmate: ac Philippi discipulorumque eius quatuordecim enumerat in eo libello, quem contra Nyctioracem quendam scripsit. Nam simul vt, inquit, locum aliquem in Scripturis viderunt, in quo iustitiæ mentio fieret, statim nouam ex eo iustificationem sunt fabricati. Verbi gratia: legit aliquis, Creditus Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, iam ex hoc vno loco duo collegit iustificationis genera, vnum ex verbo creditus, vt diceret fidem esse nostram iustitiam, alterum ex verbo reputatum est, vt diceret, Deum iustitiam suam nobis imputare, nos pro iustis habere, etiam si non simus, atque hanc esse iustitiam nostram. Legit alius: Iustificati sumus per sanguinem eius, statim ex eo collegi, quod pretiosus Christi sanguis sit nostra iustitia. Legit alius: Sicut per vnus inobedientiã peccatores constituti sunt multi, ita per vnus obedientiam iusti constituentur multi: mox docuit, Obedientiam Christi esse iustitiam nostram. Legit alius, Resurrexit propter iustificationem nostram: Resurrectio, inquit, Christi est iustitia nostra. Legit alius, Spiritus sanctus arguet mundum de iustitia, quia vado ad patrem, affirmavit illic, quod Christi transitus ad patrem est iustitia nostra. Legit alius, quod efficimur iusti absque meritis ex gratia Dei, non dubitauit affirmare, quod gratia & misericordia Dei sit iustitia nostra. Legit alius, Ad iustificationem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, euestigiò docuit, remissionem peccatorum esse iustitiam nostram. Legit alius, Liuore eius sanati sumus, asseruit illic, quod vulnera Christi sunt iustitia nostra. Iam igitur remunerasse se scribit nouè genera iustificationum è scripturis collecta, malè inter se coherentia, neque tamen omnia se adhuc recensuisse. Enumerat deinceps, quæ è suo quisque capite continxit. Aliqui, inquit, dicunt, quod iustitia sit opus Dei, quod ipse in Christo operatur: alij, quod nos Deus ad æternam vitam recipit: alij, quod meritum Christi: alij de media quadam iustitia loquuntur, quàm tamen explicare nequeunt. Alij docent, quod essentialis iustitia Dei creat in nobis aliam nouam creatam iustitiam. Sic Osiander quatuordecim opiniones de iustificatione recenset, & quam ipse profert est quintadecima. Iuxta numerum autem cuius meminit in confutatione scripti, quod contra se Philippus ediderat, erunt omnes viginti & vna.

Nunc tu vide Serenissime Rex, quandoquidem sic ipsi dissident inter se non de lana caprina, quod dici solet, sed quod ipsimet fatentur, de præcipuo doctrinæ Christianæ loco, qui summam Euangelij totius in se continet, quàm tutum sit, de quocunque tandem Christianæ doctrinæ capite disceptetur, à sensu & consensu totius Ecclesiæ debeat fieri, & animam vnus alius istorum fidei committere, qui nuper exortus non modò cum suæ congregationis proceribus, sed ne secum quidem ipse persæpè consentiat, sicut in hoc ipso capite de iustificatione toties est à Philippo variatum. Certum esse dicit argu. nentum Lutherus: quandoquidem septem aut octo sectas enumerauit Sacramentorum, doctrinam eorum ab auctore Satana profectam esse, quod in ipso statim exordio sit in tot capita dissecta. Atqui nos non septem, sed bis aut ter septem Lutheranos sectas de vno saltè iustificationis articulo, qui summam Euangelij continet, recensuimus. In vniversum autem de rebus etiam alijs dissidentes, quater septem vna minus. Collegit cuius quidam Hallensis homo Laicus Caspar Querchamer triginta sex loca Lutheri inter se pugnancia super vno duntaxat articulo, qui est de communione vel vtriusque vel alterius speciei sacramenti Eucharistiæ. Quod si triginta sex has opiniones ad istas viginti septè, quas enumerauimus, addendas aliquis putauerit, erunt 63. Quam

ipsum Apostoli, quam vel de Lutheri Confessione Augustanae doctrinam de bisare.

Alligati ad Philippi verbum.

Vigintri opinionibus Confessionistarum de vno dogmate iustificationis.

Quam periculo sum fidere Serenissimi, tantopere discrepanibus de maximis rebus.

Triginta sex pugnantes opiniones de communione vtriusque vel alterius speciei.

Quam multæ sunt autem sectæ, quæ nos adhuc fugiunt? Erit quisquam qui dubitet, quin hæc Lutherianorum doctrina sit ab auctore Satana profecta?

Cæue putes pientissime Rex, Christi causam ab istis agi, in hoc eorum esse studium, ut verbum Dei propagare queant. Nihil est, quod eis curæ sit minori: suam ut gloriam propaget, suum ut verbum pro Dei verbo rudi populo vendiderit, id verò est quod eorum quilibet studet maximè. Vocauerunt, ait Prophetæ, nomina sua in terris: in hoc eorum cura consumitur omnis, ut sit nomen eorum in terris celebre, ut dicatur, hæc est confessio Philippi, hæc Brentij, hæc Osiandri. Nihil enim nunc loquar de Zuinglianis, quos ipsi talem: ut Anabaptistas, habent pro hæreticis: de Lutheranis tantum loquor, quos illi vicissim iudicant hæreticos: neque diuersum est Christianorum omnium de illis iudicium. De ijs igitur dico, quod & ipsi quamlibet induti sint ouium vestimenta, tamen quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: de sua quisque, non de Christi gloria sollicitus est. Quamobrem & ipsi, quamuis ex eadem Lutheri schola profecti, non eandem tamen confessionem habent, omnes constat enim quod Augustanam confessionem non receperunt nisi Saxonica Ecclesia. Ne in ipsa quidem Augustana ciuitate, vbi Cæsari primum fuit exhibita, recepta est: Nam ea magis in Zuinglij partem propendere videtur, ac plures in ea reperiri dicuntur, qui Suenckfeldianæ, quam qui sunt Confessionis Augustanæ. Quam etiam causam fuisse puto, quod cum ante sex annos iterum à Philippo scripta fuisset confessio Synodo Tridentinæ offerenda, sic librum inscripserunt: Confessio doctrinæ Saxonicarum Ecclesiarum.

At Brentius quamuis & ipse præ se ferat à Lutheri doctrina se non esse alienum, minime tamè in eo voluit acquiescere: quod in illo scriptum fuit oppido, ex quo primum Lutheri prodijt Euangelium. Verùm scripsit & ipse peculiarem suam confessionem non sub suo, sed sui Principis nomine, quam etiam congregationi concilij Tridentini proposuit. Est autem illud scitu dignum, quod nec Brentius, nec Urbanus Regius, nec Osiander in confessionis Augustanæ verba iurauerunt. Indignum enim illis videbatur, ut præscriptam à Philippo fidei formulam sequerentur, cum quilibet eorum de se persuasum haberet, quod in sacris literis maiores etiam quam Philippus, progressus fecisset: Atque idè se quoque non minus idoneum quisque iudicabat, qui peculiarem etiam suam fidei confessionem conscriberet. Sic isti dum sui quisque nominis illustrandi, quam inuestigandæ propagandæque veritatis est studiosior, licere sibi volunt, ut non ipsi modò à se inuenirent, sed etiam à magistro suo Lutheri nonnulli in rebus, etiam ijs, in quibus verò Christianæ rei vertitur, dissentientes nouam sibi quisque fidem conderent, ac singularem suam confessionem exhiberent.

Vidit hoc homo quidam Hispanus Petrus à Soto, qui nullam aliam præter Catholicam fidem didicerat, quod aliam confessionem Philippus, aliam proferret Brentius: mirari satis non potuit, quando quidem vterque magistrum suum esse Lutherum profiteretur, quod fidei suæ nihilominus diuersas confessiones adferebant. Visum est ei quiddam portenti simile. Quod si quemadmodum ante annos viginti septem factum est, quo tempore suam Cæsari confessionem protestantes obtulerunt, Zuinglij seorsum suam confessionem produxissent, minùs id illi mirum accidisset. Nam sicut iam à nobis dictum est, habentur à Lutheranis pro hæreticis: quales vicissim, ab illis Lutherani iudicantur. Sed cum id fieret ab ijs, qui quod à Lutheri fuit inuentum, idem Euangelium se profiteri iactarent, id verò instar esse monstrum videbatur, quod ex eadem schola profecti, non eandem confessionem adferrent. Quoniam verò magna fuit opinio, Ducem VVirttembergensem, sub cuius nomine confessionem suam Brentius ediderat, à Christiana & Orthodoxa fide non abhorre, ab ea, inquam, fide, quam à maioribus nostris, sicut ipsi ab Apostolis acceperunt, per manus nobis traditam habemus, viro pio & zelo Christianæ religionis ardenti vehementer doluit, quod eò se Brentij & collegarum eius consilij adduci passus est Princeps ille, qui singulari quadam suæ voluntatis in Catholicam fidem inclinatione propendere putabatur, ut singulariter suæ fidei potius confessionem Synodo proponeret, quam in Catholica, quam à suis maioribus accepisset, acquiesceret. Quamobrem tenere se non potuit, quin ipse quoque suam assertionem ederet, sed nõ singulariter tamen suæ, verùm Catholicæ fidei. Quem librum ita scribi curauit, ut ex vna facie concionatorum Ducis Confessionem ostenderet, ex altera Catholicam. Et doctrinæ Ducis, Catholicam doctrinam auctoritatibus scripturæ, auctoritates non pauciores: testimonijs Patrum, testimonia pariter opponeret.

Scripserat autem in eo libro Princeps, testificari se velle coram Deo & Ecclesia studium suum in excitanda & propaganda verè pia doctrina. Quæ verba Petrus in scholijs excipiens: Prius, inquit, ea fuit agnoscenda, prius erat statuendum, ut ea doctrina cui pro-

Quid venient noui sectarum assertores? Psal. 43.

In schola Luthe vi non omnibus placeat Augustina Confessio.

Confessio Brentij in edenda noua confessione.

Petrus à Soto cur aduersus Brentij confessionem scripserit.

Quam scribendam rationem Petrus à Soto seruauerit.

Dux VVirttembergensis ne salutaris scriptio Brentij qui Confes-

propagandæ datur opera, sit verè pia: maximè nunc, quando constat omnibus in dubium verti, quæ sit vera doctrina. Non ut lateat, inquit, Princeps optime, quod sicut tui impiam doctrinam iudicant, quam Catholici sequuntur: sic eam Catholici vicissim, cui tui propagandæ das operam. Nec sunt apud eos pauciores aut minus fide digni testes, quam apud vestros, ut minimum ergo, non verè & piæ doctrinæ propagandæ das operam, sed aut impia, testibus Catholicis, aut cerè dubia, necessaria ratione. Nonne igitur satius est ab hoc studio cessare, & vel saltem suspendere iudicium, & expectare humiliter à Deo illustrari, idque exigere pijs operibus & precibus ad Deum? Subiunxerat Princeps: Etsi enim non ignoramus suum esse discrimen inter politicam & Ecclesiasticam functionem, tamen cum Psalmus nos grauissimè horretur, Nunc Reges, inquit, intelligite, erudimini qui iudicatis terram: seruite Domino in timore & tremore, non debuimus cælestem vocem contemnere, &c. Et hæc verba Petrus excipiens. Quod verò, inquit, sit hoc discrimen, oportebat benè exploratum habere: certum est, alienum esse à Principe Rempub. administrante definire dubia circa fidem: hoc verò pertinere ad eos, qui Ecclesiam gubernant: ab illis oportet Principes accipere, & eorum expectantiam: alio qui timere debent, quod sequitur post verba hic citata, Nequando irascatur Dominus contra eos, & pereant de via iusta: hoc enim comminatur Principibus, qui non apprehendant disciplinam. Quid verò magis indisciplinatum & inordinatum, quam dubiam doctrinam sequi, & intrudere subditis ante iudicium Ecclesiæ: E religione verò post alia pleraque sic scripserat: Nihil maiore discretione moderandum est, quam zelus illæ agnoscendæ & retinendæ veritatis, qui quod maior fuerit, ed in grauiora pericula & discrimina deducit hominem: ut testis est Paulus supra modum æmulator paternarum suarum traditionum, atque idè iam expertus correctionem verè paternam Dei, de alijs dicit: Testimonium illis perhibeo, quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Ideoque pro illis tristitiam magnam & continuum dolorem cordi suo inesse asserit. Debet igitur quisque gradum suum agnoscere, & iuxta illum sequi & non præire, duci, & non ad se ducere Dei Spiritum & ordinationem: ne dicatur illi, Vade post me Satana, scandalum mihi es: non enim sapiens quæ Dei sunt.

Quid est in ijs verbis non modestè, non piè, non verè, Catholiceque dictum? Er ea tamen exaggeranda sibi Brentius putauit, ac modò non cœlum terræ miscendum, quod ausus fuerit Principi dicere vir pius, Vade post me Satana: cum tamen is nihil eiusmodi Principi dixerit, verùm admodum tantum, ut agnoscat quisque gradum suum, ne si præire velit, & non sequi Spiritum sanctum, dicatur illi: Vade post me Satana. Vade autem impotentiam hominis: Qui scripsit assertionem hanc fidei Catholicæ contra singularem Brentij Confessionem, ei nomen est Petro, cognomen à Soto. Locum nomen id sit an familiæ, mihi non satis liquet. Sed est insignis Brentij petulantianè dicam, an improbitas. Non ei dignatur cognomen suum tribuere, sed eum per contumeliam vocat A sotum. Dicuntur autem ἀσώτοι: Græcè, qui Latine decoctores, nequam homines, luxu, ganeæque studio perdit, qui bona sua abliguerunt omnia. At cui viro probum hoc obijcit Brentius, ut eum per summam iniuriam A sotum vocet? Ei, quo vix quenquam hominem hæc nostra secula tulerunt sanctiorem: qui non verbis magis quam factis pridem seculo nequam nuncium remisit: ac quod magis vacare pietati possit S. Dominici sequutus institutum, ante complures annos in illius familiam transtulit, non alijs, quam sacrarum literarum studijs deditus: Cuius & doctrinæ & vitæ piæ sanctæque traductæ tanta fuit fama, ut eum sibi præ ceteris omnibus eligeret Christianiss. Imperator, cui secretiora suæ conscientię vulnera detegeret, à quo sanandis illis medicinam peteret, cuius ministerio remissionem peccatorum se consequitur speraret. Solent autem potentiss. quique Reges non alios ad id munus asciscere, quam qui sunt excellenti doctrina, vitæque sanctimonia commendati. Quod magis autem intelligas, quod minime sit suo de illo iudicio frustratus pientiss. Imperator: inter cætera hæc quoque in re integratiss. suæ specimen de se præbuit singulare, quod cum verò fuisset episcopalis illi dignitas delata, respuit, ac pauperè vitam potius elegit, in qua reliquum ætatis suæ tempus consumeret. Equidem vidi hominem, cum abs te sereniss. Rex missus ad M. Imperatoriam proficiscens, Dilingam ad Cardinalem Augustanum, virum cum præclaris à Deo multis dotibus ornatum, tum Catholice & Orthodoxæ fidei propugnatores acerrimum, diuertissem. Is nunquam satis eximias & singulares hominis virtutes apud me prædicare potuit. Hunc igitur talem virum audet impurus homo A sotum appellare. Quid est hoc aliud quam lucem tenebras, bonum malum dicere? Sed vnde liceret agnoscere Lutheri discipulum è Satana secola profectum, nisi mendacius

fontem illius non mine edidit, hu maniter à Soto admonetur.

Non confundere da fustio cini tis cum Eccle- sialicia.

Non cuius zelo fideum in cau saueligionis. Galat. 1. Rom. 10.

Math. 6.

Brentius quomodo sotum ag gradum.

Brentij petulantia A sotum vocantis. Eius Petri à Soto.

Cardinalis Augustanus.

daeijs eiusmodi tam sancti hominis famam contaminari? Quid autem ei deinceps erit credendum, qui statim in ipso limine sic impedit, vt aperte falso conuictio vti non vereretur: Neque tamen illi satis libidini sua fecisse se existimabat, nisi quo falso probro virum summa pietate religioneque predictum affecerat, eodem etiam vniuersum Episcoporum & Sacerdotum ordinem perfringeret, quos vocat Praelatos Afoticos. Quasi verò non plures Afotos inuenire liceat apud Luthranos, quorum plerique tam sunt inexhausta libidine, vt ne coniunx quidem illis vna sufficiat quam apud Catholicos: praecipue si partem istorum exiguam cum toto conferas orbe Christiano. Sed non possunt isti sibi temperare, quin ex qua schola sint profecti, planum omnibus faciant, & exemplo magistri sui, fannis, scommatis, dieterijs, conuictijs, calumnijs parum Christianis, liberos suos omnes infarciant.

Brennii probri
in magistratum
Ecclesiasticos.

Virulentum li-
belli Brennii
procurium.

Prima Brennii
probatio.

Rom. 13.
Ej. 10.

Secunda proba-
tio.

Hilarius in li-
bro ad constantium
Augustini.

Tertia probatio.

Gen. 25.
Rom. 12.
1. Cor. 9.

1. Cor. 11.

Reges etiam quodammodo serui

Eccle. 32.

Apostoli & ho-
rum successores
Episcopi simul
serui & domini
Acto. 20.

Sed audi quaeso, quale sit, quamque virulentum huius libelli procerium? Orditur à fabula quadam de seruis, qui contra suos dominos insurrexerint, & eos alicubi peregrè redeuntis oppresserint, Tales esse vult Episcopos Catholicos, seruos flagitioses, con- scelerata mancipia, qui sint ausi mouere seditionem contra suos dominos, & eos de gra- du suo deturbare.

Ac vide, quam bellè primùm eos eiusmodi seruos esse probet? Scriptum est, inquit, Quis est Paulus? quis Apollo nisi ministri per quos credidistis? Nunquid autem non rectè dici potest ex aduerso: Quis est Carolus Imperator? Quis Ferdinandus Celsar? quis est Sigismundus Rex, nisi ministri, per quos ius cuique sum tribuitur? quorum ministri- terio sit, vt in pace & tranquillitate vitam agamus: nisi forè de seculari quoque Prin- cipe scriptum non est: Dei minister est tibi in bonum. Non sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit. Longè potentissimus fuit Senacherib Rex, eum non modò ministrum, verum etiam virgam furoris sui & baculum vocat Dominus: atqui nullum est tam vile mancipium, quod non virgè sit & baculo praerendum. Nunquid ideo Reges & Principes subesse debent populo, non praesse? quia per eorum ministerium ius cuique suum Deus tribuit: bonos praemijs, malos de- bitis afficit supplicijs? Profertur & alia scriptura: Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus. Quid igitur ex eo colligis? Ergo Paulus, Apollo, Cephas & mundus vniuersus, fuit subiectus Corinthijs? Etiam Sigismundus noster est, sed nunquid tanquam qui subiectus sit nobis? Absit, sed tanquam is, qui legitime no- bis imperat Rex & dominus noster. Hic videre quilibet potest, quam verum sit, quod de Haereticis ab Hilario scriptum est? Omnes scripturas sine sensu loquuntur. Atqui ta- libus è scriptura petitis vocibus, clasicum isti cecinerunt rusticis, quo sunt ad arma capi- enda contra suos dominos excitati, cum dicerent: Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue Reges, siue Principes, omnes sunt serui vestri, vos autem Christi, vt in ipsum Brennium, & eius similes ea rectè quadrare videantur, quae de seruis praefatur, qui contra suos dominos insurrexerint. Affertur & tertia scriptura. Non enim nosmetipsos predicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem tem seruos vestros. His tribus locis ex Paulo productis, probat Brennium, quod Paulus Episcopos Ecclesiae subijcit, & facit eam dominam: Nos autem aded non pudet seruos & ministros Ecclesiae dici, vt qui Princeps est Episcoporum, & in terris Christi vicarius, hoc titulo maximè gloriatur, quod seruorum Dei se seruum esse scribit: cum scriptum sit: Maior seruiet minori. Et est ita reuera, quod nulla maior est seruitus, quàm sit eorum qui praesunt in solitudine: qualis fuit hic ipse, cuius haec testimonia proferuntur, qui cum liber esset, se fecit seruum omnium, vt plures lucrifaceret: qui non leuiter afflige- batur animo, cum eum quotidie premeret vrgeretque sollicitudo Ecclesiarum omnium: ita vt non possit etiam, quin exclamaret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scan- dalizatur, & ego non vtor? Tales serui quin sint Episcopi, quis est qui velit inficias ire? Quin & ipsi Reges & Principes, non dissimili seruitutis genere premuntur. Nam si non seruiunt vtilitati subditorum, si nulla cura tanguntur salutis eorum, si voluptatibus, tan- tum, aut suis priuatis commodis inseruiunt, certum est, quod eiusmodi nec Reges veri Reges, nec Episcopi veri dici merentur Episcopi. Monet Sapiens: Rectorem te posse- runt, noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis: curam illorum habe. Hoc igitur est ser- uum esse, non subiectum esse, quibus praesit, non vt eos pro dominis agnoscas, qui tibi fidei formulam praescribant: sed vt ne te propterea extollas, verum curam eorum geras, eis prodesse studeas, quibus te praesesse Deus voluit. Ad hunc modum serui fuerunt Apo- stoli, & sunt etiam nunc eorum successores Episcopi, quos ita Paulus alloquitur: Atten- dite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Eccle- siam Dei. Regere, inquit, non regi: praesesse, non subiectum esse. Ad gregem autem his ver- bis

bis vtitur: Obedite praepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant, quasi ratio- nem pro animabus vestris redditori. Nunquid ait, regite eos? Imperare eis? tanquam eorum Domini: praescribere eis docendae fidei formulam? Nihil horum: Sed obedite, inquit, subiaccete eis. Quaeso te, potuitne dici planius aliquid? potuit ne clarioribus verbis ostendi discrimen inter pastores & oues, quam quod illos regere, hos vult obe- dire & subiaccere? Et tu non reformidas Spiritui sancto repugnare, tam dilucidè sen- tentiam suam per Paulum explicanti? Verum videamus Brenni, qualis fuerit seruus hic, qui cum liber esset seruum se fecit omnium. Scribens ad Corinthios quorum se ser- uum esse profiteretur, ita loquitur: Quid vultis? in virga veniam ad vos? Scilicet in virga venire serui solent ad Dominos? Ac paulò post: Auditur, inquit, inter vos fornicatio & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos in- flati estis, & non magis luctum habuistis, vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi vt praesens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi tradere Satanæ in interi- tum carnis, &c. Vides in quali virga venerit, qualem seruum se gesserit erga suos Do- minos, non hos modò, verum etiam alios quosdam, nominatim autem Alexandrum & Hymenem, quos & ipsos Satanæ se tradidisse scribit, vt discant nò blasphemare. Non dixit ille: Vade post me Sarhana: sed quod multò durius est, Satanæ tradidit in interi- tum carnis. Num tu propterea sceleratum eum fuisse dices mancipium, qui contra suos dominos insurrexerit? Habes iam, qualis fuerit seruus Paulus. Quid autè Petrus? Num huius dissimilis? Ananias cum Zaphira vxore sua vendiderat agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua, & afferens partem quandam ad pedes Apostolorum po- suit. Dixit autem Petrus ad Ananiam: Anania, cur tentauit Satanæ cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venunda- tum iacta erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hac rem? Non es mentitus homi- nibus, sed Deo. Audies autem Ananias haec verba, cecidit & expirauit. Introiuit & vxor eius, nesciens quod factum fuerat. Dixit ei Petrus: Dic mihi, si tanti agrum vendidisti? At illa dixit: Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam: Quid vtiq; conuenit vobis renare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum ad osium, & effe- rent te. Confestim cecedit ante pedes eius, & expirauit. Vides qualis & hic seruus fuerit qui mortis vitæque potestatem in suos dominos haberet.

Qualis seruus
fuerit Paulus
Apostolus.

1. Cor. 4.

1. Cor. 5.

1. Tim. 1.

Qualis seruus
Petrus Aposto-
lus.

Acto. 5.

Qualis serui,
vires Pontifices
& Episcopi.

Sed & qui successerunt in Apostolorum locum, nihilo minore fuerunt, sicuti res po- stulabat, libertate. Scribit de quodam Euseb. (verisimile est Fabianum fuisse Ponti- Roman.) quod cum Philippus Imperator, qui primus Christo nomen dedit, in die qua vltima Paschalis vigilia celebrantur, in precationibus Ecclesiasticæ multitudini, tanquam concors adiungi veller, admissus ab eo non fuerit, nisi prius confiteretur, & ijs qui propter peccata inquitebantur, & in poenitentiae loco fuerant constituti, se con- iungeret: alioquin nisi hoc faceret, non ipsum admittendum fore, quod in multis culpa- bilis foret. Quid autem pius Imperator? num à seruo de gradu se deijci quiritabatur? Imò scribit Eusebius eum proptè obediuisse, syncerumque ac religiosum animum erga Deum ipis operibus declarasse. Non ita Constantius Imperator, qui graui perfequutione catholicos Episcopos premebat, dum quotannis ferè nouam fidei confessionem conscribi veller, ita vt nouem sub eo fides fuisse constitutas recensent Socrates. Aded fuit illius seculi status, nostris temporibus ijs non dissimilis. Verum & qui tum fue- runt Episcopi, fortiter illius tyrannidi repugnabant. Incitauerat is Liberium quem- admodum ipse scribit Athanasius, per Spadonem suum, vt contra Athanasium sub- scriberet, & munera pollicitus si fecisset, & supplicia comminatus, nisi paruisset. Quid adhèc Liberius? Non ita se habet, inquit, Ecclesiasticus Canon, neque vnquam accepti- mus talem à Patribus traditionem. Quod si omnino Imperator curam suam pro eccle- siastica pace interponere quærit, aut scripta à nobis pro Athanasio deleri iubet, deleantur quoque ea quæ contra eum scripta sunt, fiatque deinde Ecclesiastica synodus longè à palatio ubi nec Imperator praesto sit, nec Comes se ingerat, nec ludez mineur, &c. Post hac traditur Liberius ad Imperatorem, quod cum peruenisset, magna & ibi liber- tate dicendi vsus est: Desine, inquit, persequi Christianos, ne tenta per me hereticam impietatem in Ecclesiam introducere, ad omnia potius sustinenda parati sumus, quam- nos Christiani ede denuntians, vt Arriani appellemur. Ne coege nos fieri Christi per- duelles, &c. Tales fuit seruus Liberius, multos cruciatus perpeti, quin & in exilium abire paratior, quam vt suo munere strenuè non fungeretur. Similibus & promissis & minis adortus erat idem Constantius Hosium Cordubensem Episcopum. Verum is scriptis ad eum literis, proposito fratris exemplo: Quid tale, inquit, à Constante actum

Heb. 13.

Eusebi. li. 6. ca. 34. Hist. Eccle. Exemplum de auctoritate pon- tificis in impo- nentem.

Constantius Im- perator à Pon- tifice Liberio correptus. Socrat. li. 2. ca. 4. ecclesi. histo. Athanasius in epistola ad soli- tariam vitam agens.

Hosius Cordubè si Episcopus. Ibidem Atha- nasium.

est? aut quis ibi Episcopus relegatus? aut quis ipsius Palatinus vim adhibuit? Desine quaeso, & memineris te mortalem esse, reformida diem iudicij, serua te in illam diem purum: ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere praecipere, sed potius à nobis ea discere. Tibi Deus Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ: ita & tu caue, ne quæ sunt Ecclesiæ, ad te retrahens, magno crimine fias obnoxius. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Neque dissimilis fuit horum Hilarius Pictauiensis Episcopus: Proclamo tibi, inquit, constanti, quod Neroni loquutus fuisset, quod ex me Decius & Maximianus audirent: Contra Deum pugnas, contra Ecclesiam sæuis, sanctos persequeris, prædicatores Christi odis, religionem tollis, tyrannus non iam humanorum sed diuinorum. Hæc tibi à me atque illis sociata atque communia sunt. Tu verò nunc propria tua accipe: Christianum te mentiris, Christi nouus hostis es, Antichristum præuenis, & arcanorum eius mysteria operaris. Condís fidem, contra fidem viuens, doctor prophanorum es, in doctus piorum, subreptis nomine blandienti, occidis specie religionis, impietatem peragis, Christi fidem Christi mendax prædicator extinguis. Et aliquot paginis interiectis: Hoc nunc à te constanti requiro, in qua tandem fide credas? ego enim nunc fidem tuam ignoro, per demurationis tuæ tempora, quibus quisquam in vnum blasphemiam suam baratrum descendens, per gradus precipites cucurrit. Namque post primam veræ fidei synodicem congregato rursum Antiochicæ concilio, fidem tibi renouas. Sed accidit tibi, quod imperitis ædificationibus, quibus sua semper displicent, ut accidere solet: ut semper destruas, quod semper ædifices. Et in sequenti libro: certè voces exclamantium à tua mansuetudine exaudiri decet: catholicus sum, nolo esse Hæreticus: Christianus sum non Arrianus: & melius est mihi in hoc seculo mori, quam alicuius priuati potentia dominante, castam veritatis virginitatem corrumpere.

Et qui sequutus est hos trecentis post annis, & amplius Ioannes Damasceus, cum Leo I saurus Constantinopolitanus Imperator cum imaginibus bellum suscepisset, easque è templis eiecisset, his verbis contra eum scribens usus est: Cum iam inde ab initio plurimi sacerdotes & reges Christiani à Deo dati fuerint, qui & sapientia & pietate, & non sermone magis quam vita excelleret, cum plurimæ præterea fuerint Sanctorum Patrum Synodi, cur nemo tale quid facere aggressus est? Non patiemur, ut nos aliquid nouam fidem edoceat: Ex Syon enim egredietur lex, ait per Prophetam Spiritus sanctus, & verbum Domini ex Hierusalem. Non patiemur, ut aliis aliter sentire, temporumque vicissitudine fidem variare liceat, ut ea ipsi qui sunt extra Ecclesiam ridiculi appareant. Non patiemur, ut regio subiaceat edicto, si forte conatus is fuerit morem à maioribus nostris traditum euertere. Non est enim piorum regum, subuerrere sanctiones ecclesiasticas: non Patrum hæc, sed latronum & prædonum sunt, quæ vi extorquentur, non libera persuasionem fiunt: Non regibus dixit Dominus, Vbi congregati fuerint duo vel tres in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum: Non regibus ligandi & soluendi potestatem tradidit Christus, sed Apostolis & eorum successoribus. Et proxime in sequenti sermone, Non est regum præscribere leges Ecclesiæ. Vide quid dicat eximius ille Apostolus: Et alios quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophetas, tertio Pastores & Doctores ad ædificationem Ecclesiæ: non addit reges. Et iterum: Obedite præpositis vestris & subiaccete, ipsi enim peruigilant pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri. Et iterum: Mementote præpositorum vestrorum, qui loquuti sunt vobis verbum, quorum contemplantes conuersationem imitemini fidem. Non sunt vobis loquuti sermonem Reges, sed Apostoli, sed Prophetæ, sed Pastores, & doctores. Cum præcepisset Deus Dauid, ut sibi curaret ædificandam domum, dixit ei: Non tu ædificabis mihi domum, quandoquidem vir sanguinum es. Reddite vnicuique debitum, clamat Paulus Apostolus, cui honorem, honorem: cui timorem, timorem: cui uectigal, uectigal: cui tributum, tributum: Regum cura est, ut bene sit Reipublicæ, Ecclesiarum constitutio ad pastores, & doctores pertinet: eiusmodi aliena functionis inuasio, prædonum est & latronum, o fratres. Saul Samuelis pallium didicit. Quid autem ei postea euenit? Scidit Deus regnum ipsius, & dedit illud Dauid regi mansuetissimo. Etiam Iesabel persequuta est, & linxerunt sues & canes sanguinem ipsius. Herodes Ioannem sustulit, & à vermibus erosus exanimatus est. Quin & hac arate nostra beatus Germanus, non vita solum, verum & sermone illustris, alapis cæsus, & in exilium relegatus est. Et alij multi Episcopi & Patres, quorum nescimus nomina, an hoc latronum & prædonum facinus non est? Dominus, cum adijissent eum Scribæ & Pharisei, ut tentarent, laqueo sermonis eum irretituri, quærebant

Aliud exemplum
Hilari in lib. ad
Constant.

Serm. 10.

bant, Num licet dare censum Cæsari? respondit eis, Exhibete mihi numisma: cum autem illi protulissent, Cuius, inquit, habet imaginem? illis autem respondentibus: Cæsaris: Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: quæ autem Dei, Deo. Tibi ò Rex, in ijs quæ pertinent ad præsentem vitam negocia libenter paremus, qualia sunt, uectigalia, tributa, & id genus largitionum acceptiones, quorum gratia administratio Reipublice nostræ tuæ fidei concedita est: In constituendo autem Ecclesiæ statu, habemus pastores, qui loquuti sunt nobis verbum, & ritus atque instituta ecclesiastica nobis expresserunt. Non transferimus terminos, ab orbe condito nobis præscriptos. Sed tuemur & retinemus traditiones quemadmodum accepimus: Nam si cæperimus Ecclesiæ structuram vel in minimo demoliri, paulò post moles vniuersa corruet. Ac paucis interiectis: Non recipio, inquit, regem, qui per tyrannidem sibi sacerdotium vsurpat. Non reges acceperunt potestatem ligandi & soluendi. Et iterum post pauca: Non assentior, ut regum legibus gubernetur Ecclesia, sed patrum potius traditionibus, siue scriptæ re sint, siue non scriptæ.

Habes, quales illo tempore serui fuerint Episcopi, Liberius, Hosius, Athanasius, Hilarius: quam fortiter non vnus alicuius terræ Principis, verum totius orbis Imperatoris, impijs conatibus obstitit: quàm interpidè dicere fuerit ausus vnus ex illis: Ne te misceas Ecclesiasticis Imperator, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius à nobis ea discere. Tibi Deus imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concedidit. Quid si viuerent illi nostro hoc, non minus propè quam fuit illud, infelici seculo: si viderent, non modò Prouinciam, verum etiam ciuitatem ferè vnamquamque singularem fidei suæ confessionem adferre, ac synodo faciendæ decernendæque præscribere: quid eos facturos fuisse putas? Dicerent procul dubio eadem illa, quæ tum ab eis dicta sunt: Catholici sumus, non Hæretici: Christiani sumus, non Lutherani, non Brentiani. Melius est nobis in hoc seculo mori, quam alicuius priuari potentia dominante, castam veritatis virginitatem corrumpere. Nunquid autem aliter se post hos in simili causa gessit Ambrosius? Valentinianus Imperator iunior, Iustine matris impulsus, cum puer adhuc esset, propemodum sibi de fide iudicium vsurpare conatus est. Quid ad hæc Ambrosius: Dalmatius (inquit) me Tribunus & Notarius mandato, ut allegauit, clementiæ conuenit tuæ, postulans, ut ipse iudices legerem, sicut legisset Auxentius. Nec tamen expressit eorum nomina, qui fuerant postulati: sed id addidit, quòd in consistorio esset futura contentio, arbitrio pietatis iudicio tuæ. Cui respondeo, ut arbitror, competenter, nec quicquam contumacem iudicare me debet, cum hoc asseram, quod augustæ memoriæ pater tuus, non solum sermone respondit, sed etiam legibus sanxit suis: In causa fidei vel Ecclesiastici alicuius ordinis, iudicare eum debere, qui nec munere impar sit, nec re disimilis. Hæc enim verba rescripti sunt: Hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hanc voluit ad episcopale iudicium pertinere. Quis igitur contumaciter respondet clementiæ tuæ, ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem? Nisi forte vilis quibusdam tanti imperatoris existimatur sententia, cuius & fides confessionis constantia probata est, & sapientia melioratæ Reipublice profectibus prædicatur. Quando audisti, clementissime Imperator, in causa fidei Laicos de Episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatione curuamur, ut sacerdotalis iuris sumus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipse alijs putem esse credendum? Si docendus est Episcopus à Laico, quid sequitur? Laicus ergo disputet, & Episcopus audiatur, Episcopus discat à Laico. At certè si vel scripturarum seriem diuinarum, vel vetera tempora retraheremus, quis est qui abnuat, in causa fidei, in causa, inquam, fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Eris, Deo fauente, etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis, qualis ille Episcopus sit, qui Laicis ius sacerdotali substat. Pater tuus, Deo fauente, vir martiris qui dicebat, non est meum iudicare inter Episcopos. Tua nunc dicit clementia: Ego debet iudicare. Neque verò scripsit hæc modò verum & dixit Ambrosius, quemadmodum ad forem scribens ipse narrat: Nolite grauari (inquit) Imperator, ut putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere: Esto Deo subiectus. Scriptum est: Quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari. Ad Imperatorem palacia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ: Publicorum tibi mœnium ius commissum est, non factorum. Num & is aliud, quam quod Petrus à Soto dixisse videretur: Vade post me Sathana? Neque id per epistolam tantum, quæ minus erubescit, verum etiam præsentem coram. Quamuis autem æquè Caluinus infestus ordini nostro sit atque tu Brenti, singularem tamen hanc sancti huius hominis moderationem ac prudentiam, cum animi

Collatio veteris
Ecclesiæ et hæc
nostra in vniuersa
causa potestate
et doctrina Ecclesiastica.

Exemplum Am
Erosij.
Am. li. 5. ep. 32.

Ambrosio. epi. 33.

Matth. 23.

Cal. cap. 3. in fli. fuc.

Theodoretus li. 4. cap. 3. Eccl. Historiae.

D. Stanislau Cracouensis Episcopus & martyr.

Collatio Ecclesiastica in Episcopis & civilibus potestatis in Principibus.

Esalm. 44. Chryso. lib. 3. de sacerdotio, & de verbis Esaiæ Rom. 4.

Ignatius epi. 7. ad Smirnaenses.

1. Reg. 3. 2. Reg. 16.

Exemplum de Alexandro. Ioseph. li. 11. ca. 3. de antiquitatibus Iudæorū. Orig. contra Celsum lib. 5.

magnitudine fiduciaque coniunctam vehementer commendat. Negat, inquit, Imperatorem idoneum esse cognitorem tantę controuersię, id quod illius temporis necessitas postulabat, & ipsa etiam perpetua rei natura. Perpetuam rei naturam postulare dicit Caluinus, vt ne caufarū Ecclesiasticarum, fidei p̄ferentim, iudex esset Imperator. Nec erga Valentinianum solum se talem gessit Ambrosius, verum & Theodosium Imperatorem, post eadem Thessalonice patrata, ingressu templi prohibuit: deinde iam reconciliatum, cancellos egredi iussit, iuxta quos mysteria peragebantur, quod ea solis patere Sacerdotibus diceret. Purpuram autem Imperatores facere, Sacerdotes non facere. Quod eius factum adeo patienter tulit Imperator, vt diceret etiam postea, neminem se nosse, qui sciret Episcopum agere, prater vnum Ambrosium. Fecit autem hæc Ambrosius nihil exemplum veritus, quod antea fuit ab Imperatore quodam editum in martyrem Babilam à Ioan. Chryso. celebratum: qui cum Imperatorem tanquã vile quoddam & nullius pretij macipium, sic è Dei templo exegisset, sicut pastor scabiosam & morbidam ouem excludit ab ouili, capiti luit supplicium, Cuius vestigijs incesit etiam vnicum in gente nostra, singulareq; sanctitatis exemplar Stanislau Cracouien. Episcopus. qui cum impio tyranno Boleslao propter multa flagitia designata, sacris interdixisset, gloriosam pro Christi nomine mortem oppetere non dubitauit.

Hosne tu omnes, quorum laus in vniuersa celebratur Ecclesia, quos cum Christo nũc in caelis beatam vitam agere nemo pius dubitat, hos, inquam, tu & eorum similes alios, quos longum esset omnes commemorare, scelerata mancipia vocabis? quæ seditionem contra suos Dominos mouere, quę de gradu suo eos deicere minimẽ vereantur: dum aut eos, propter patrata scelera, Sathanæ tradunt, aut non patiuntur, vt in ea se, quæ sui muneris non sunt, ingerant, modò non eadem ista verba proferentes: Vade post me Sathana? Serui quidem sunt Episcopi, sed de quibus scriptum est, Constitues eos Principes super omnem terram. Qui eorum principatus tantò est omni regno excellentior, sicut & à Chryso. & Gregorio Nazianzeno in oratione, quam habuit de Hieremiæ dictis p̄sente Imperatore, scriptum legimus, quantum inter spiritum & carnem, inter cœlum & terram, inter diuina & humana discrimen & interuallum esse potest. Sed audi, quo loco illos habeat sanctissimus ille martyr Ignatius: Scriptum est, inquit, Honora fili Deum & Regem. Ego autem dico: Honorate quidem Deum vt auctorem omnium & Dominum, Episcopum autem tanquam Principem Sacerdotum; imaginem Dei ferentem, principatum quidem secundum Deum, sacerdotium verò secundum Christum. Et post hunc honorare oportet etiam regem. Nemo enim potior est Deo, neque similis ei, neque Episcopo honorabilior in Ecclesia, sacerdotium Deo gerenti pro mundi salute, neque Regi, qui similis est in exercitu pacem & beneuolentiam omnibus Principibus cogitanti. Qui enim honorat Episcopum, honorabitur à Deo, & qui inhonorauerit Deum, à Deo inhonorabitur. Quoties autem inculcat à Deo, vt obediatur Episcopo? vt in nullo ei contradicatur terribile enim esse rali contradicere. Non enim istum visibilem quis spernit, sed illum inuisibilem in eo contemnit, qui non potest à quoquam contemni: hic enim non ab homine, sed à Deo habet promotionem: dicit enim Deus Samueli de contemptoribus eius: Non te spreuerunt, sed me. Et Moyses populo aduersus se murmuranti. Non aduersus nos mururastis, sed aduersus Dominum Deum. Proponit penas, quas dederunt Chore, Dathan & Abiron: quin & Osias & Saul reges, dum sibi sacerdotium vsurparent. Itaque nulla fuit vnquam gens tam barbara, quæ Sacerdotes suos & Episcopos non summo honore prosequendos putaret. Sacerdotium Iudæorum vmbra fuit cum nostro Christianorum sacerdotio comparatum: tanta fuit nihilominus Episcoporum in eo reuerentia, vt non ipsi modò Iudęi, verum & gentiles nonnulli summa eos veneratione prosequerentur. Scribit Iosephus, repetit Origenes, & ex ijs etiam nonnulli, qui res gestas Alexandri conscripserunt, quòd Alexander Macedonum Rex, cum quæ petierat ab Iaiado Pontifice Iudæorum, non obtinuisset, iratus ei vehementer, Hierosolymam cum exercitu profectus erat, ciuitatem euersurus, in ipsum verò Pontificem omne credulitatis genus exprompturus. Cui cum vltro Pontifex sacra stola indutus cum agmine Sacerdotum & populi progressus fuisset obuiam, ecce Rex qui venerat iratus, simul vt Pontificem conspicatus est, compresso furore, magno cum circumstantium stupore propius ad Pontificem accedens, eum adorauit. Cumque postea Rex à Parmenione fuisset interrogatus, cur cum ipse adoraretur ab omnibus, nunc ipse adoraret, Pontificem Iudæorum? Non eum se respondit adorasse, verum Deo, cuius pontifex esset, honorem hunc habuisse. Quid autem? an huic simile non est, quòd de barbaro Rege Artilla scribitur, qui cum bonam Italię partem occupasset,

& omnia cæde, rapinis, incendijs vastasset, nec vllum in quenquam crudelitatis genus p̄termisisset cum non ita procul ab vrbe iam abesset, itidem illi sanctissimus pontifex Leo processit obuiam, ac ne progrediretur vltius, petiuit. Homo, ferus alioqui, crudelis & atrox, qui ne germano quidem fratri pepercisset, quem cum regni confortem ferre non posset, obruncauerat, non modò magnam Pontifici, sicut scribit Paulus Diaconus, reuerentiam adhibuit, verum etiam ad omnia, quæ sibi imperasset, obtemperauit.

Vide per Deum immortalem, quale sit hoc? quibus etiam barbari Reges, iidem & hostes infestissimi tantum honorem habendum esse putauerunt, vt haud aliter quam si pro suis Dominis ipsos agnoscerent, ipsorum imperata facerent, hos Brentius, qui, si Dijs placet, videri vult Euangelicus, non honestioris tamen alicuius serui, sed mancipij loco vult haberi. Nunquid hic extremè barbaros, barbarie sua longo post se interuallo non relinquit? Possem hic commemorare de Petro à Cornelio adorato, de diuinis honoribus Paulo & Barnabæ habitis, sed ego tibi concedam, quoduis Brenti, serui fumus Episcopi: neque seruorum genus vllum est, quod grauiores labores exantlet, quod maiores erumnas perferat. Quibus enim curis & sollicitudinibus non excruciantur Episcopi, dum peruigilant pro animabus fidei suæ concreditiss, de quibus rationem se Deo reddituros sciunt, cum eorum vnicuique dictum sit: Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Tum & illud apud Ezechielem: Fili hominis, speculatorum dedi te domui Israel: Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, vt auertatur à via sua impia, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Hæc & alia, quæ per eundem Prophetam terribiliter Deus malis Pastoribus comminatur, cum Episcopi non ignorent, ingens reuera labor eorum, & maior quam credi queat, cordis est afflictio, cum fore qui que sciat, vt ei dicatur aliquando: Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices, cum te visitauerit? Tu enim doces aduersum te, & erudis in caput tuum. Nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? Crede mihi Brenti, quando pius hæc secum Pontifex reputat, de sua suorumque salute sollicitus, quòd incredibiles animi cruciatus proferat: hoc p̄sertim tempore, quo vos multò grauisimam seruitutem hanc nostram effecistis, dum vnus vestrum dicit: Ecce hic est Christus: alius ecce ibi: tertius, ecce in penetralibus: quartus, ecce in deserto. Quibus vestris vocibus ita miseræ oues dementalis, vt iam vbi sit Christus, multis in locis ignorent, præcipue posteaquam à vobis edoctæ sunt, contra clarum & apertum Dei verbum non obedire Præpositis suis. Ex quo factum est, vt eò iam audacia atque amentia nonnulli proruperint, vt dicant se ipsos animarum suarum Episcopos & Pastores esse: se pro illis non Episcopos suos rationem Deo reddituros. Ita facti sunt ipsi Doctores, Pastores, Episcopi, concilia: ipsi ligant, ipsi soluant conscientias suas arbitratu suo, & quoniam per vos de doctrina iudicandi potestas eis conceditur, in qualem quisque libellum inciderit, talem fidem sequitur: Hic est confessionis Augustinæ, alijs Brentianæ, alius Osiandrinæ, alius Tigurinæ, alius Anabaptistarum siue Monasteriensis, alius Suenckfeldianæ, alius statutum VValdensium siue Picardorum, alius Seruetianæ. In summa, quod de suo seculo scribit Hilarius, hoc de nostro quoque rectè dici possit: Tot nunc fides existunt, quot voluntates: tot doctrinæ, quot mores: tot causæ blasphemiarum pullulant, quot vitia sunt, dum aut ita fides scribuntur, vt volumus, aut ita intelliguntur. Et cum secundum vnum Deum & vnum Dominum, & vnum baptismum, fides etiam vna sit, excedimus ab ea fide, quæ sola est: & dum plures sunt, ad id coeperunt esse, ne vlla sit. Huc vos rem perduxistis Brenti, dum suam quisque peculiarem Confessionem adferre studetis: hunc tam periculosum, tamque miserabilem Ecclesiæ statum perfecistis: & si qua premebantur ante hæc Episcopi seruitute, multis eam accessionibus auxistis. Sed quantò grauior seruitus, quantò labor eorum est maior, tantò plus eis honoris meritò debetur. Se per itaque sicut sub impijs tyrannis, siue qui Christum apertè persequebantur, siue qui Christi fidem mendaces prædicatores extinguebant, non alioquam seruorum numero sunt habiti, & iisdem quibus nequissimi serui ac maioribus etiam supplicijs miserandum in modum excruciati: sic quotquot fuerunt pij Reges & Imperatores, modò non diuinis honoribus eos profecti sunt: quemadmodum cum ab alijs, tum à Constantino illo verè Magno factitarum esse legimus. Qua de re forsais alio loco dicendi dabitur occasio. Nunc ad rem ipsam veniamus, ac quibus rationibus probet Brentius, ostendamus, quòd non ad Prælatos tantum, imò ne quidem vlla ex parte ad ipsos, quippe qui iam non sint Ecclesiæ membra, sed præcipue ad

Artilla rex barbarus Leonem Pontificem reuerent.

Affo. 10. Affo. 14. Episcopi secundum officij sui rationem maxè serui.

1. Reg. 10. 2. Reg. 23.

Hier. 13.

Haereticus nunc Episcoporum lahores in immensum auget.

Matt. 24.

Quantam vltimo licitiam statum.

Hilarius ad cōstantium libro vltimo.

pios Principes, & ad eos qui tam ex ministrorum Ecclesie numero, quam ex reliquo hominum, qui doctrinam Christi agnoscunt, ceteri, in consilium adhibentur, pertinet de doctrina religionis cognoscere, & iudicare, idque non iuxta arbitrium humanæ prudentiæ, sed iuxta oracula Spiritus sancti, quæ quantum ad æternam nostram salutem satis est, in libris (quos ita vocant) Canonicis sacre scripturæ continentur.

PRIMI LIBRI FINIS.



LIBER SECVNDVS DE LEGITIMIS IUDICIIBVS RERVM ECCLESIASTICARVM, AVCTORE STANISLAO HOSIO EPISCOPO VARMIENSI.

NE temerè factum à nobis esse putes, piensissime Rex, quòd dum hæreses nostri temporis enumerando, resensimus, longiore paulò quasi præfatione vsi videremur. Nam qua de re sermo nobis nunc erit, ad eam quæ proximè sunt à nobis recensita, plurimum ea pertinere paulò post intelliges. Omnes enim isti quos enumerauimus, siue sint tot tam dissectæ sectæ Lutheranorum, siue Sacramentatorum, siue Anabaptistarum, siue Suenckfeldiani, siue Picardi, siue Campani vel Seruetiani, siue quocunque tandem alio nomine vocentur, omnes, inquam, isti quamuis in multis & præcipuis fidei nostræ Christianæ dogmatibus, quemadmodum iam audiuisti, grauissimè dissentiant inter se: nec minus atrocità alteri contra alteros, quàm contra Christianos, Catholicos & Orthodoxos prælia gerant, in hoc tamen vno consentiunt, quòd ordinem ex Ecclesia sublatum cupiunt. Terribilis enim est illis castrostrum hæc acies ordinata. Videt Sathanas, quoad ordo saluus est in Ecclesia, nihil se posse proficere. Hunc itaque quo summo studio potest, perturbare nititur. Quòd igitur, & antea sæpè fecit, id nunc quoque cum per alios, cum per satelitem hunc suum Brentium in hoc libello perficere conatur, vt iudicium de rebus Ecclesiasticis, à suis iudiciis ad alienos transferri queat: Atqui grauissimis viris Hosio Cordubensi, & Ambrosio Mediolanensi Episcopis, tam hoc est visum absurdum, vt nihil magis: iudicium vt sibi in causa fidei, aut quacunque tandem alia ad sacerdotes pertinetur laici fumerent. Interea tamen in hoc suos neruos omnes contendit Brentius, vt proprium hoc esse laicorum munus asseueret. Qua tamen in re sibi non satis constat. Nam nunc ad principes, nunc ad promiscuam plebem, nunc ad singulos quosque priuatos homines iudicium de doctrina religionis pertinere dicit. Sed iam quo progrediatur ordine videamus.

*Hæreses quibus
omnes alios mutuo
inter se dissen-
sientes, tametsi
conspirant con-
tra ordinem Ec-
clesiæ.
In consuetudine
Brentij.*

*Conceditur Bre-
ntio pios prin-
cipes membra Ec-
clesiæ esse.
Reges hoc tem-
pore Catholicos
& verè pij.*

Pluribus initio verbis docere conatur, pios principes esse inter præcipua membra Ecclesiæ. Quasi verò controuersum id sit. Affirmamus & nos Brenti, pios principes esse præcipua membra Ecclesiæ, Sed quid si tibi pij non videntur quos Ecclesia Catholica pios esse iudicat? Romanorum, Hispaniarum, Galliarum, Angliæ, Lusitanicæ, Hungariæ, Poloniæ, Bohemiæ, Scotiæ reges, & omnes præterea principes Christianos, qui cum illis in doctrina religionis consentiunt, pios esse principes non dubitant asserimus. Qui verò dissentiant ab ijs, vt idem illis affirmemus, religione quadam prohibemur. Te contra sentire dubium non est: quin si quis horum principum iudicium sibi de doctrina tua fumere veller, iudicem eum proculdubio recusares. Atqui inter aliàs regum horum pietatis laudes, hanc quoque nos minimè postremam ducimus, quòd eorum nemo, etiam si tu deferres vltro, de causa fidei sibi iudicium arrogaret: verum exemplo aliorum sanctorum Regum, & Imperatorum, qui multis antè seculis vixerunt, ad eorum te quicquæ, quorum id proprium esse munus intelligit, iudicium remitteret. Probat ergo iam Brentius productis scripturæ locis, de quo nemo pius dubitauit vnquam, esse pios principes Ecclesiæ membra.

Ex-

Expectabas lector, vt iam deinceps ostenderet, quandoquidem Ecclesiæ membra principes esse docuit, ad eos de doctrina religionis iudicium pertinere, tum quibus id argumentis probaret cognoscere cupiebas. Ecce autem quòd nunc se proripit illes Non satis illi fuit Ecclesiasticum abrogare magistratum, etiam ciuilem sublatum esse cupit. Nam & hunc simul ab hoc iudicio repellit, ac non solum ad vniuersam Ecclesiam Dei, & ad eum ceterum, qui nomine Christi publica auctoritate conuenit; verum etiam ad vnum quemuis hominè priuatum qui est Ecclesiæ membrum, pertinere dicit de doctrina religionis iudicare, & veram à falsa internoscere. Vides qui paulò antè omnes voluit esse Episcopos & sacerdotes, quemadmodum is eodem supercilio reges etiam esse vult omnes. Neq; id sine scriptura. Scriptum est enim: Fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes. Qui sacerdotes, idem sunt & reges omnes. Itaque iam solis pij principibus, verum & cuiusvis vulgè cognoscere de doctrina licebit secundum Brentium, & veram à falsa discernere. In promptu est scriptura, Cauete, inquit Christus, vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Hoc non solum ad Apostolos, sed etiam ad reliquos discipulos, hoc est, ad vniuersam Ecclesiam & ad singula eius membra dictum est: cuiuscunque quisque ordinis fuerit, necesse habet, quocumque modo potest, sibi à pseudoprophetis cauere. Necesse habet cauere, sed nunquid ideo potestas illi iudicandi permittitur? Nunquid quibus verbis dixit Christus: Attendite à falsis Prophetis, hoc dicere voluisse visus est, iudicare de doctrina prophetarum, vera sit an falsa? An idem est attendere & cauere, quòd iudicare & cognoscere? Sed quomodo sibi cauebunt à pseudoprophetis, inquit Brentius, quomodo impios doctores à suis regionibus prohibebunt, si non iudicauerint ac cognouerint, qui verè sint pseudoprophetæ ac impii doctores? Hic remittit principes Aforos ad iudicium suorum prælatorum. Rectè vir ille venerabilis Petrus à Soto, quem tu petulantissimè conuiciator falsò vocas Aforum. Quid enim aliud ille, quàm quòd verbo Dei consentaneum est? Siquidem Dei digito scriptum est. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirerent, Angelus enim est Domini exercituum. Ex ore sacerdotis legem requirere iussit Deus, nò ex ore principis, aut populi, aut cuiuscunque tandem vnius alicuius laici. Vidit hoc etiam ille, quamuis impius rex Herodes, qui cum vbi Christus nasceretur nosse cuperet, non ab aula suæ ministris, non ab aliquibus de communi populo, sed à principibus sacerdotum & scribis de eo sciscitabat. Nunquid autem non ipse tu dicis in confessione tua, quam ex hæretica facere Catholicam conat' est vir ille venerabilis, quem tu cum veritate superare nequeas, maledictis incestis. Non ignoramus suum esse discrimen inter politicam & ecclesiasticam functionem. Quòd est autem discrimen istud? Quòd esse diceres aliud, nisi quòd ipsa nomina declarant: vt politicæ res politico, ecclesiasticæ contra curæ sint ecclesiastico magistratu. Iudicet politicus magistratus de ijs, quæ ad statum politici pertinet; iudicet Ecclesiasticus de ijs quæ ad Ecclesiasticum. Quamobrem in fidei causis quòd rectè dictum est à te, solum est hoc principum officium, ne dent vllum locum pseudoprophetis ac impijs doctoribus id Ecclesiæ suarum regionum. Qui verò sint Pseudoprophetæ, non est ipsorum officium iudicare, verum sicut Deus ipse præcepit, ex ore sacerdotis requirere debent. Hoc in Ecclesia Dei iam inde à mille trecentis annis, ex quo tempore Reges & Imperatores Euangelium Christi receperunt, ita semper & non aliter obseruatum fuisse, paulò post docebimus.

*Ad priuatum
quemq; vult
Brentius perti-
nere iudicium
de religione.*

Apo. 1.

*Matt. 7.
Responso de lo-
co, Cauete à fal-
sis prophetis.*

*Rursus instat
Brentium.*

Responso.

Mala. 2.

Matth. 2.

*Discrimen inter
functionem poli-
ticam & Ecclie
sistiam.*

*Obiectio Bren-
tij, Nò esse prin-
cipum, sibi su-
mere iudicium
de doctrina re-
ligionis.*

Exigis igitur, inquit Brentius, vt prælatorum iudicio sine iudicio credat princeps? Non hoc exigimus Brenti. Non credit sine iudicio, qui credit ei quòd iam præcelsit legitimo iudicio. Quòd nisi præcelsisset, reuerà credere princeps non teneretur. Etiam in causis ciuilibus credit vnum iudicium alteri. Vis autem scire quid exigamus Brenti? Hoc exigimus, quòd Hosium Cordubensem Episcopum olim Constantio Imperatori dixisse scribit Athanasius: Ne te miestas Ecclesiasticis princeps, neque nobis in hoc genere præcipe, sed à nobis ea disce: Tibi Deus imperium comisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concedidit. Quòd illius exemplo dixit Valentiano quoque postea Mediolanensis Episcopus Anrosius: Noli te grauari Imperatore, vt putes te in ea quæ diuina sunt imperiale aliquod ius habere: noli te extollere: sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ. Hoc est Brenti quòd exigimus, vt se dux ducem esse meminerit, non Episcopum, nec officij sui limites excedat: doceri se ab Episcopis debere sciat, non Episcopos docere. Quamquam si quid per inuidiam fieret ac maleuolentiam, & sic factum esse principi constat: verbi gratia, si condemnaretur aliquis tanquam hereticus, qui se cogitasset quidem vnquam de hæresi cuius insimulatur: cuius generis etiam est exemplum hoc, quòd tu de Christo commemoras, qui tanquam malefactor traditus est præ-

fidi, cum esset summus benefactor, & fons totius beneficentiae, reuera nihil alienum ab officio suo princeps faceret, si non statim crederet. Cumque non iuris haec, verum facti sit quaestio, factum sit necne, prius ei cognoscere liceret, quam quae sunt sui muneris exqueretur. Ut autem de doctrina religionis cognoscat, per nullas ei nec diuinas, nec humanas leges licuit vnquam. Proprium hoc iam est Episcoporum officium. Ceterum si quis non expectato Ecclesiae iudicio, ipse quasi sententiam contra se tulit, ac quod ab Ecclesiastico iudice factum oportuit, sed de cetero piorum eiecit ipse, nec eorum vti communi one vult, quae te, quid hic opus est multa cognitione? Certè quando suo arbitrio de Ecclesia recessit, quod tu Brenti cum tuae farinae hominibus fecisti, haec ipse recessio, sicut ab Hieronymo scriptum est propriae conscientiae videtur esse condemnatio.

hic. in epist. ad Titum.

Puls Brentium, ut sui principes sine iudicio credant hominibus nullius aut deprauati iudicij.

Apud Catholicos locus datur cognoscendi, non agnoscendi, non agnoscendi, non agnoscendi, non agnoscendi.

Obiectio Brentij.

Gala.

Responsio.

Quid igitur iam impedit, etiamsi nullum de tali iudicio in regione sua, petat: verum pro tali potius habeat, quale se fecit ipse: nimirum pro haeretico, qui sit sicut Paulus loquitur, a semetipso damnatus? Qualem esse te tuosque omnes, qui recesserunt ab Ecclesia Dei, negare non potes. Nam quod recesseritis a nobis, qui sumus in eadem Ecclesia in qua fuerunt nostri maiores, ex quo tempore semel Christo nomen dederunt, apertius est, quam ut inficias ire queatis. Sed ab impijs vos recessisse dicitis. Quae te Brenti, in quo iudicio pronunciatum est, esse nos impios? Nullum proferre potest, vide autem quae haec sit tua iniquitas. Vis ut princeps tuus tibi credat, eorum orbem Christianum in impietatem prolapsam a Christo defecisse, tot seculis Christum ignorasse, eidola pro Deo coluisse: Vis ut princeps credat tuo iudicio sine iudicio: & non vis ut credat orbis Christiani totius iudicio, qui tot sententijs legitime latis, toties tuam tuorumque doctrinam condemnauit? Neque enim profertur a vobis ferè quicquam, quod pridem orbis totius Christiani iudicio non sit haereseos condemnatum. Tu es ergo ille Brenti, qui exigit ut princeps tuus credat tuo iudicio sine iudicio: non nos, qui credi nobis non potest, nisi prius auditis partibus causam cognouerimus. Datur apud nos causae dicendi potestas. Est non cognoscendi modus, verum etiam ignoscendi locus. Si lapsus est aliquis, modo suum errorem agnoscat, nec ad eundem (quod aiunt) lapidem deinceps offendant, lapsus suum confitenti, respicientis signa penitentis, non difficile venia concedit: Tu vero principi tuo persuades, ut nos inauditos, hoc est, orbem vniuersum Christianum, ut eos etiam qui iam a mille & amplius annis vita functi, solius Dei iudicio sunt subiecti, non nostros magis quam suos ipsius maiores, eos eidolatriae pronuntiet: tuam doctrinam esse piam, maiorum nostrorum & suorum qui Christum pie coluerunt, quorum nos vestigijs incedere gloriamur, impiam esse, te accusante nemine respondente, decernat. Certè, quando nostra doctrina non est vnus alicuius ciuitatis aut populi, sed est Catholica, hoc est, eorum omnium qui se per vniuersum orbem Christianos esse profitentur. Si princeps tuus hoc sibi sumere volebat, prius eum conuocare Christianum orbem vniuersum oportuit, tum te accusantem, orbem Christianum causam pro se dicentem, audire, atque ita demum vel tuam, vel Catholicam doctrinam condemnare: sic aliqua ramen iudicij forma seruata videretur, si modo pro legitimo iudice principem tuum totus orbis agnoscere dignaretur. Nunc vero, quando neminem audit praeter te, quid aliud, quam sine iudicio, tuo credit iudicio? Quod etiam Ethnicis praesidi turpe & indignum visum est.

Sed audiamus iterum loquentem Brentium. Cicero, inquit, alias dicit: Maioribus etiam nulla ratione reddita credendum est. Sed haec vox iam dudum ad suum auctorem reiecta est. Nobis enim, quibus caeleste oraculum de filio Dei dicit, Hunc audite: & de Apostolico, & diuinis miraculis confirmato Euangelio, si nos, aut angelus de caelo praedicauerit vobis Euangelium praeter id quod accepistis, anathema sit: nullo modo licitum est in causa aeternae salutis alienae sententiae ita inhærere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur. Paulus vrget ut pro anathemate habeamus, si vel Apostolus, vel angelus quispian aliud Euangelium praedicauerit, ac eo ipso exigit, ut diligenti iudicio expendatur, vtrum Apostoli aut angeli praedicio conueniat aut pugnet cum Euangelio, quod ante praedicatum, & diuinitus confirmatum est. Quomodo ergo non exigeret ut decreta & statuta Praelatorum, qui (non iam dicam qualem ducant vitam) sed qui ut homines in explicanda Ecclesiae doctrina, fallere possunt & falli, ac se penumero & se fellerunt, & falsi sunt, summo quisque studio iudicet, nū vel anathemate, vel obseruatione digna sint. Si dederimus tibi Brenti quod vis, nullo modo licitum esse in causa aeternae salutis alienae sententiae ita inhærere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur, quae te qui d' ex eo consequetur aliud, quam quod apud vos in Germania videmus esse consequutū? Vbi dū de totius orbis Christiani iudicio suū quisque iudicium

cium interponere, quin & hoc illi antepone veritus non est, tot fides extitisse videmus, quot iudicia, quot sunt voluntates hominum. Vide autem, ne sit hoc extrema cuiusdam arrogantiae, vel amentiae potius, si quis de Praelatorum decretis, & statutis, quae praesertim in Synodis Oecumenicis facta sunt, rectè nec ne facta sint, sibi iudicandi potestatem vsurpet: certè ad Satanismum propagandum, qui per vos tam longè tamque late sparsus est in Germania, nihil fieri possit accommodatius. Qua de te postea dicentur a nobis vberius. Nunc Brenti, quas tu scripturas adfers, eas pro eo, ut debemus, & libenter & reuerenter accipimus. Et quemadmodum Osiander tuus, cuius tu de iustificatione sententiam approbasti, lectores aliquando suos admonuit, dicens: Vox audita est Patris de caelo dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, hunc audite: hunc, inquit, audite, non Philippum: sic & nos eadem illa verba repetentes, dicimus: Hunc audite, non Brentium. Hunc audite per Prophetam suum dicentem: Legem ex ore sacerdotis requirent: non Brentium, qui iubet ex ore principis requirere. Hunc audite per Apostolum dicentem: Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundum Prophetas, tertio doctores: Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetae? Nunquid omnes doctores? non Brentium omnes ordines confunderem, sursum & deorsum omnia miscntem, quae sunt Apostolorum propria, magistratui profano tribuentem. Hunc audite per eundem loquentem. Si quis Euangelizauerit vobis praeter id quod accepistis, anathema sit. Cum itaque certum sit, Brentium aliud euangelizare, quam quod a maioribus vestris, a sanctis Apostolis, & eorum legitimis successoribus accepistis: cum, inquam, certum hoc sit & indubitatum, non ex vnus alicuius hominis priuati, non ex vnus etiam principis, aut Regis, aut Imperatoris, non ex vnus provinciae aut regni, sed ex orbis totius Christiani iudicio, sit vobis anathema, tanquam pestem aliquam exitialem, ita doctrinam eius fugite.

Sed possunt, ait Brentius, in decretis suis, & statutis ferendis Praelati & falli, & fallere ut homines: quare summo quisque studio iudicet, num vel anathemate, vel obseruatione digna sint. Vbi fuit mens tua Brenti, cum haec scriberes? mihi quidem profus ab ea desertus fuisse videris. Romines sunt Praelati. Quis negat? Fallere possunt & falli. Demus hoc tibi. Quid autem ex vulgo quispiam, cui tu iudicandi potestatem de statutis eorum tribuis, nūquid & ipse homo non est? Nūquid & ipse non æque & fallere & falli potest? Nisi forte quae tu iudicè ex vulgo Praelatis das, eius esse simile vix, qui dixit: In caelum conscendā, super astra Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Sed audi, quid paulo post de eodem dicitur: Veruntamen ad infernum detraheris in profundum lacus. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, reque prospiciet. Nunquid iste est vir, qui conturbauit terram? Iste reuera Brenti, non fuit homo, sed fuit ex ordine Cherubim: non defuit illi scientia quae instat, quae vulgo tamen imperito deesse solet: sed charitate quae aedificat, itidem ut tu, fuit destitutus. Itaque rudentibus inferni detractum in tartarum, tradidit eum Deus cruciandum. Sed, o Brenti, quid est vniuersimilius, priuatum aliquem hominem laicum, qui cum se existimet scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire, & fallere & falli: an eos ex quorum ore legem requirere populus iussus est? quibus dixit Christus, Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Ac paulo post: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Quibus iterum dixit: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: quibus denique dixit. Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Dixit autem haec omnia, non ad turbas, verum ad Apostolos tantum: Qui cum vsque ad seculum consummationem in terris versati non sint, manifestum est, quod etiam de legitimis eorum successoribus haec verba intelligi voluerit. Quod clarius etiam demonstrauit, dicens: Et ego rogabo patrem, & alium paracletem dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis. Hunc igitur audite loquentem in Ecclesia Praelatis, non spiritum vertigi: is loquentem in Brentio, & in alijs eiusdem generis, qui veniunt ad vos in vestimentis onium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Quid sunt vestimenta onium? quid aliud, nisi quod Athanasius, Ambrosius, Vincentius Lirinensis, & alij nonnulli interpretantur, prophetarum & Apostolorum proloquia, quae iisdem oculi quaedam synderitate agno illi immaculato, qui tollit peccata mundi, tanquam vellera quaedam texuerunt. Qui sunt lupi rapaces? Nisi sensus haereticorum feri & rabidi, qui caulas Ecclesiae semper infestant, & gregem Christi quaque possunt dilacerant. Sed ut fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt luporum speciem, & sese diuinæ legis sententijs velut quibusdam velleribus obuoluunt, ut cum quisque lanarum molli-

Ofsander.

Mala.

1. Cor. 12.

Argumentatio Brentij Responso, Praelatis omnem debent reuerentiam & obedientiam.

Esai. 14.

2. Pet. 2.

2. Cor. 8.

Matth. 10. Ibidem.

Mar. 18.

Matth. 28.

Ioan. 14.

Matth. 7. Athan. Oratio in I. contra Arianos. Quid vestimenta onium? Quid lupi rapaces?

ciem

dubitat, iterum id probare velle, quid est aliud, quam dubitare, num Spiritus sanctus sit spiritus veritatis? Sed vos hoc fortasse vultis, vt sicut commentarios vestros & Locos communes, modò non in singulos annos mutatis, idem de doctrina quoq; catholica facere vobis liceat, vt eam quotannis nouam habeamus.

Etiam veteres heretici nos ac quiescebant in decretis Conciliorum. Socrates lib. 2. cap. 20.

Sofonis lib. 4. cap. 17.

Non reuocanda in dubium que concilio semel definita, ad nos perueniunt.

Athan. in epist. de synodis Arimini & Seleucie celebratis.

Idem Apolog. 2.

Item ad Antiochenos tom. 12.

Hilarius ad Constantium. Leo epist. 78.

Quò magis autem intelligas Brèti, catholicè rem exposuisse Petrum à Soto, quid hac ipsa de re prisca patres illi catholici & Orthodoxi senserint, paucis accipe. Neque enim existimare debes, nouum hoc esse, quòd in legitimorum conciliorum decretis non acquiescunt heretici, & quæ semel in eis rectè constituta sunt de ijs denuò disceptari volunt. Non soli faciunt hoc nostro seculo Lutherani, faciebant pridem prisca etiam seculis illis cum alij heretici nonnulli, tum præ cæteris Arriani. Sed quid narrat de eis Ecclesiastica historia? cum quibus de rebus Nicænæ synodi decretum intercesserat, de ijs vrini reuocari noua disputatio postulasent, decretum esse, inquit, à pijs, debere sufficere Nicænæ synodi decreta, nec in illis quicquam esse deinceps curiosè diuexandum. Legimus in eadem historia, quam ex Athanasio descripsit Sofomenus, quòd Valens & Vrsacius cū suis itidem & nunc tu Brenti cum tuis, nouam quandam scripturam, siue (quod nunclouuntur) nouam fidei confessionem protulerant, quam non vnus alicuius terre principij, verum orbis totius Imperatori probari dicebant, atque idèd debere eam necessariò recipi, affirmabant. Quid autem ad hæc sancti patres Arimini congregati? Nos, inquit, non quia fide indigeremus huc conuenimus: habemus enim sanam fidem, sed vt eos qui veritati contradicunt & noua moluntur, confundere. Si igitur vos quasi nunc incipientes credere ista scripsistis, nondum clerici haberi potestis, vt qui nunc rudimenta dei condiscere incipiatis. Quòd si eo animo quo nos huc venistis, sit omnium concordia, & hæreses anathemate excremur, & quæ Patrum sunt tenemus, ne posthac captatæ conciliorum occasiones obuersentur, cum semel illi qui Nicænæ conuenerunt, omnia præoccuparint, & nihil non egerint pro Catholica fide. Itaque nihil aliud Patres tum, quam iusserunt, vt & aliarum hæresium, & Nicænæ quoq; concilij expositio legeretur, vt alijs hæresibus damnatis, Nicænæ decretis consentirent, & in posterum nemo de illis conquereretur, aut synodum flagitaret, sed præteritis contentus esset. Imperatori autem rescripserunt ijs verbis. Supplicamus tuæ humanitati, vt benignis auribus & sereno vultu nostros legatos intuearis, neque ad contumeliam mortuorum aliquid noui induci permittas, sed nos sinas in decretis institutisq; maiorum permanere, quos magno ingenio, prudentia & Spiritu sancto omnia fecisse asseueramus. Certè res nouæ quas isti moluntur, credentibus incredulitatem, incredulis credulitatem inducunt.

Nunc audi Brenti, quod elogium tribuat sanctis illis patribus, quorù legitima soboles est Petrus à Soto, magnus ille Athanasius. Quis (inquit) non approbauerit piam prudentiam Episcoporum Arimini congregatorum? qui tantum itineris laborem, tantaq; pericula maris sustinuerunt, vt Arrianicè sapientes ab Ecclesia detraherent, & patrum traditiones integras conseruarent, sancta & canonica decreta facientes. Quiq; enim eorum sibi persuadebat, si solueret aliquid ex decretis maiorum, occasione aduersæ partis, vt quod ipse egissent rescinderetur. Audi contra, quod elogium aduersæ parti, cuius tu soboles es, tribuat: Quis autem, inquit, non vituperaret temeritatem Eudoxij & Acacij (posset hic addi, Philippi & Brentij) qui honorem patrum suorum Arriomanitarum siue Lutheromanitarum gratiæ propinant, & produnt? Quæ enim fides in eorum actis, si decreta maiorum suorum soluunt? Aut quomodo eos, quibus succedere, patres suos appellabunt, quorum sententias ipsi culpant? Audi quid iterum alio quodam in loco scribat idem Athanasius. Quæ nunc, inquit, à tot ac talibus Episcopis probata sunt & decreta, clarèq; cõstituta, superuacaneum esse denuò reuocare in iudicium, nemo nõ conseruabitur, ne si nunc quoque examinentur & denuò iudicentur, ac rursus examinentur, atque iterum, in infinitum exeat ista curiositas. Et alio loco: Sancta synodus quæ Sardis conuenit, decreto sancit, ne quid vterius de fide scriberetur, & scèe contentos esse Nicænæ fide declarauerunt, neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa quæ Nicænæ scripta est, suis numero non habere videretur, neue illis quibus libido est semper noua statueret, occasio huiusmodi suppeditaretur, vt iterù atq; iterum de fide desiniant. Quæ se Brenti, quid hic aliud scribit Athanasius, quam quod tu tanquam patrum Catholicè dixisse Petrum à Soto reprehendis? Neq; verò solus ita sensit Athanasius: in eadè sententia fuit æqualis etiam eius Hilarius, qui scribens ad Constantium quanta mala peperit fides subinde nouata & conscripta, pluribus verbis demonstrat. Idem sensit Leo quoq; magnus ille p̄fex: qui scribens ad Imperatorem: Prænotat, inquit, pietas vestra venerabilis Imperator, hos quos spondeo dirigendos nõ ad confingendum cū hostibus fidei, nec ad certandũ cõtra illos à sede Apostolica profecturos, quia de rebus apud Nicænâ & apud

& apud Chalcedonem sicut Deo placuit definitis, nullum audemus inire tractatum, tanquam infirma & dubia sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. Et in alia quadam epistola: Quotienscunq; diuina gratia administrante illos qui foris sunt, fonte doctrinæ aut submergimus aut purgamus, in nullo ab illis quas Spiritus sancti diuinitas in Chalcedonensi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter vtrumque hostem nouellæ perfidia, sermonem nostrum cum omni cautela libremus, non iam (quod absit) tanquam de dubijs differentes, sed auctoritate sua quæ benè definita sunt adstruentes. Et iterum in alia: Quæ patefacta sunt (inquit) querere, quæ perfecta sunt retractare, & quæ sunt definita conuellere, quid aliud est, quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdita arboris cibum, improbos appetitus mortifera cupiditatis extendere. Ac ne solos pontifices ita sensisse putes, audi quæ fuerit etiam Imperatorum eiusdem seculi hac ipsa de re sententia. Extar edictum Imperatoris Valentiniani simul & ipsius collegæ Martiani, in quo decreta Synodi Chalcedonenfis rata ab omnibus haberi volunt vbi his verbis vtuntur: Cesser igitur iam prophana contentio: Nam verè impius atque sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam, opinionij suæ tractandum aliquid relinquit. Extremæ quippe dementia est, in medio & peripicio die commentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid vterius discit, mendacium querit. Nemo itaque vel clericus vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis adunatis & aduenientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & præsidia occasione requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita reuoluere & publicè disputare contendit: cū ea quæ nunc de fide Christiana statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones & statuta sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta, definita esse noscuntur. Nam in contemptores diuinæ legis poena non deerit, quia non solum contra fidè benè compositam veniunt, sed etiam cum Iudæis & paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Quibus verbis etiam ad Palladiũ scribens Martinus vsus fuisse videtur, sicut in codicem Iustiniani relatu esse legitur: Est & aliud Martiani ad Constantinopolitanos edictum, in quo sic loquitur: Admonuimus vniuersos, vt de religione disputare desineret, quoniam vnus & alter tanta secreta inuenire non potest, maxime cum summo labore, & amplissimis orationibus tot venerabiles sacerdotes, nisi Deo (vt credendum est) auctore ad indaginem veritatis non potuerint peruenire. Vides Brenti, quemadmodum etiam Imperatores noluerint in dubium reuocari, quæ semel in Oecumenico Concilio decreta sunt. Sic & in Chalcedonenfi Concilio non fuit permillum, vt in decreta Nicænæ Synodi inquireretur, quin clamauit sancta Synodus: Si quis retractat, anathema sit: si quis super ista inquit, anathema sit. Maledictus qui addit, maledictus qui aufert, maledictus qui innouat. Ibidem cum esset proposita Leonis epistola, nihil aliud quaestum est, quam illud: Num expositionibus trecentorum octo & decem patrum, & centum quinquaginta apud Constantinopolim, & in Ephesino Concilio à Sanctissimo Cyrillo expositæ fidei concordare? Cumque omnes Episcopi concordare dixissent, ita statim recepta est, vt qui contra sentirent, pro hereticis haberentur. Iam verò Gelasius Pontifex, cuius & ipsius nomen celebre est: Patres (inquit) nostri Catholici docti Pontifices in vnaquaque hæresi quolibet tempore constituta, quicquid pro fide, pro veritate, pro communiõne Catholica atque Apostolica secundum scripturarum tramitè prædicationemque maiorum facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum voluerunt deinceps firmumque constare: nec in eadem hac causa denuò quæ præfixa fuerant retractari, quamlibet recenti præsumptione permiserunt, sapientissimè providentes: quoniã si decreta salubriter cuiquam liceat retractare, nullum contra singulos quoque prorsus errores stabile consistere Ecclesiæ constitutum, ac semper iisdem furoribus reciduis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodalium regularum non cessant elisæ pestes, resumptis certaminibus contra fundamentum sese veritatis attollere, & simplicia quæque corda percutere, quid fieri? Subinde fas esset perfidis inire consilium, cum quamlibet manifesta sit veritas, nunquam desit, quod perniciosè depromat falsitas, tamen ratione vel auctoritate deficiens, sola tamen contentione non cedens. Quæ maiores nostri diuina inspiratione cernentes, necessarie præcauerunt, vt quæ contra vnamquamque hæresim coacta simul Synodum pro fide, communionè, & veritate Catholica atque Apostolica promulgasset, non sinerent nouis posthac recitationibus mutilari: ne patris occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta pulsandi: sed auctore cuiuslibet insanie ac pariter errore damnato, sufficere iudicauerunt, vt quisquis aliquando huius generis communica tor existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus. Quod etiam exem-

Idem epist. 63.

Imperatores edicunt. Concilij decreta standum, nec de illis dubitandum esse. Actio. 3. Concilij Chalcedon.

Codice de summa trinitate & fide Catholica. Actio. 3. Concilij Chalcedon.

Actio. 1. Immutam consolare fidem & dignitatem decretis Ecclesiæ & Synodorum

Gelas. ad Episcopos Dardanias

Symm. ad Cle-
rum Dardanie

Ormis. in epi-
ad Epi-
Greg. in registro
li. 1. ca. 24. li. 2.
c. 49. li. 3. c. 33.

Agatho Pont.

Quando sit finis
probandi secun-
dam Brentium.
Coloss. 2.
Responso.

Instructi in cha-
ritate.

Spiritus sanctus
non vni. sed Ec-
clesie promissus
Aug. li. 12. Con-
solationu. ca. 25.

plis productis, postea facit planum. Quid autem aliud dicit Petrus à Soto, quàm quod ante mille & amplius annos à Gelasio dictum est? qui & ipse finem aliquem esse probandi spiritus cupiebat. Et qui successit illi Symmachus: Quando paternarum (inquit) regularum despiciuntur inuenta, nec eorum quæ benè instituta sunt firmitas vindicatur, huiusmodi impietatem necesse est fidei semper venire. Nam ubi facilis est dissolutio rationabilis constitutionis, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur, Christus impetitur. Et quis hoc fidelium patienter accipiat? Instituta Patrum reuerenda calcantur, & quis non vitæ mortem iusta electio preponat? Huius verò successor Ormisda: Nec ambigi, inquit, conuenit de rebus ita per fidem definitis sapius, & penè superuacanea esse allegatio, quæ adhibetur instructis. Qui verò successit his Gregorius, quatuor Concilia quæ suam aetatem præcesserunt, sicut sancti Euangelij quatuor libros se suscipere & venerari fateatur, quorum fidei si quis addere vel adimere aliquid præsumpserit, eum anathemate ferit. Cunctas (inquit) personas quas illa respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit aut soluere quos ligant, aut ligare quos soluunt. Et qui Gregorio successit Agatho, sicut in sexta synodi quarta actione legimus, vnum vel præcipuum id esse bonum iudicat, vnihil de eis quæ regulariter definita sunt, minuatur, nihil mutetur vel augeatur, sed eadem & verbis & sensibus illibata custodiantur. Habes iam Brenti, quæ fuerit priorum Patrum hac ipsa de re sententia, qui cum Ecclesiam Catholicam repræsentant, in Concilijs præsertim Oecumenicis congregati, etiam atq; etiam tecum considera, si non Catholicè Petrus à Soto explicat, qui sic explicat, sicut sanctos istos, tot, tam Catholicos & Orthodoxos Patres, tatis & locorum & temporum interuallis inter se distinctos, pridem vno quasi ore, nimirum ab eodè spiritu afflatos explicasse vides. Quibus omnibus iniquum visum est, vt quæ semel essent rectè definita, de ijs vel ambigere quisquam auderet: quod modum & finem tamen aliquem probandi spiritus esse volebant: id quod nusquam alibi, quàm in concilijs Oecumenicis rectè fieri posse persuasum habebant.

Sed audiamus iam ipsum explicantem Brentium. Querit (inquit) quando finis erit probandi. Respondemus, Tunc finis erit, cum Spiritus sanctus certificauerit nos de vera sententia, & cum implebitur in nobis quod Paulus dicit: Instructi in charitate in omnes diuitias plerophorie intellectus ad cognoscendum mysterium Dei patris & Christi. Hoccine est Brenti Catholicè explicare? imò hoc est fenestras fabricare satanismi, quem, immanè quantum in vestra Germanica Babylone iam progressum videre licet. Nihil nouè dicam de vobis Lutheranis, qui cum hæretici cenleri nolitis, patres tamen vos esse nostri temporis hæreticorum apertius est, quàm vt negare possitis. Dicam de ijs qui se à vobis ortos gloriantur Sacramentarijs: num est eorum quisquam, qui non palam iactet, quod se Spiritus sanctus de vera sententia certificauerit, quodq; sit instructus in charitate, & c. quin etiam eos vestri sæpè miseret, qui clarum Euangelij lucè videre nondum possitis. Nū autem idem etiam non fit ab Anabaptistis, qui sibi certiores etiam videntur quàm Sacramentarij? quod eos de vera sententia Spiritus sanctus certificauerit, pro qua magis etiam alacriter, & intrepidè, quàm vel illi vel vos, non modò supplicij quoduis genus, verum & mortem ipsam quamlibet horrendà oppetere sunt parati. Iam verò Suenckfeldiani, quid iactant, quid crepant aliud, quàm afflatum Spiritus sancti, quo, se quidem plenos, vos verò magis etiam esse destitutos affirmant, quàm nos, qui Patrum nostrorum vestigijs incedentes, nec à via regia declinantes, per Dei gratiam Catholici sumus & Orthodoxi. Idem & alij faciunt, ac fecerunt semper hæretici. Vides igitur quid ex eo sit consequuturū, si quod tu vis Brenti, penes priuatum quemq; probandi spiritus Conciliorū præsertim, futura sit potestas: cum non raro, sicut iam antè dictum est à nobis. Satans spiritus transfiguratur se in angelum lucis, & si quicquam aliud, vni discretio spirituum sit longè difficillima. Quid enim consequetur, aliud quàm quod esse cōsequum videmus, vt tot sint fides, quod voluntates, vt quæ maiores indies progressus faciat Satanismus? Rectè verò citas illud ex Paulo: Instructi in charitate. Nūquid autem instructi sunt in charitate, qui se diuidunt ab orbis totius veritate? Certè non diuidit, sed coniungit charitas. Quanam itaque ratione possunt esse instructi in omnes diuitias plenitudinis intellectus, qui non sunt instructi in charitate, qui inflari sensu carnis suæ, se diuidunt ab orbis terrarum vnitatem? Num autem vel tibi Brenti, vel cuiusque tandem alij priuato, certius est promissus Spiritus sanctus, quàm Ecclesie vniuersæ? Quam cum ab illo regi certū sit, rectè Paulus eam columnam vocat & firmamentum veritatis. De quouis autem homine priuato dicit Dei spiritus: Omnis homo mēdax. Præclara sunt Augustini verba, quibus Deū alloquitur: Veritas (inquit) tua, nec mea est nec illius aut alius, sed omnium nostrum, quos ad eius communionē publicè vocas terribili admonēs, ne veli-

mus

mus eam habere priuatam, ne priuemur ea. Nam quisquis id, quod tu ad fruendum omnibus proponis, sibi propriè vèdicat, & suum esse vult quod omnium est, à cōmuni propellitur ad sua, hoc est, à veritate ad mendaciū. Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur. Nō mea est veritas, dicit Augustinus, sed neque tua Brenti, neq; Philippī, neque cuiusquam alterius, sed est omnium. Vbi omnes legitime conueniunt, quando quidem ad fruendū omnibus proposita est, & omnes ad eius communionem Deus publicè vocauit, ibi demum est veritas. Nō vult igitur vt quod publicum est, id priuatum quisquam faciat, ne priuetur: nō vult vt quod omnium est per charitatem, id sibi propriè vendicat, aut suum quisquam esse velit per cōtentionem: quod qui de suo loquitur, mendacium loquitur, non veritatem, sicut ipsa testatur veritas. Tu cōtra non vis, vt ea sit veritas, quæ est omnium: vis vt priuato cuiq; de eo spiritu veritatis qui datus est omnibus, iudicium suum interponere liceat, vt quod publicum est, priuatum quisque faciat: vt quod omnium est, id suum quislibet esse velit. Quid igitur aliud vis, quàm vt de suo quisque loquitur mendacium loquatur? Atqui Catholicus est, non suum, sed qui omnium est, qui Catholice Ecclesie missus & promissus est, spiritum sequitur, memor illius quod ab Ezechiele scriptum est: Vt prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident, itaque suspectum habet, si quid sibi seorsum ab alijs videtur, nihil vult habere suum. Quod omnium est, quod Catholicum est, quod orbis totius Christiani consensu receptum est, in eo libenter acquiescit, id verum, id rectum, id amplectendum esse censet. Etiam si propter intelligentiæ tarditatem pleraque non assequatur, se tamen non intelligēdi vniacitate, sed credēdi simplicitate tutū fore persuasum habet: ac non modò se non præfert cæteris, verum sibi potius cæteros anteponit, se cæteros esse superiores arbitratur, eos præsertim, de quibus tot seculis tantam doctrinæ, tantam & sanctitatis opinionem fuisse videt, quosque Patrum suorum vestigijs incedentes, in Oecumenico Concilio congregatos vnanimis, vno ore, idem sentire perspicit. Non ita tu Brenti, qui dicitis: Quod si probatio iam facta est in Concilio, quid est quod priora concilia posterioribus emendantur: & quid opus est Concilijs posterioribus, si omnia sunt probata? An non Ioannes, cum ait: Nolite cuius spiritui credere, huc etiam spectat, ne cuius Concilio, credamus, sed Concilia quoque ipsa probemus?

Nos verò Brenti, priora Concilia posterioribus nonnunquam emendari, non inuiti fatemur. Verum ita sicut ab Augustino scriptum est: cum aliquo rerū experimento appetitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat. In ijs enim quæ in factō sunt, fieri legitime congregatum, fieri non potest. Profer Brenti, vel vnum aliud quod Concilium plenarium legitime congregatum, in quo prioribus plenarijs Concilijs itidem legitime congregatis contrarium sit aliquid constitutum in ijs quæ ad fidem pertinent: nullum certè proferre poteris. Nā si quæ vel Arimini, vel Seleucie, vel Syrmī, vel Antiochia, vel iterum Ephesi congregata sunt, protuleris, quando quidem auctoritate Romani Pontificis vel congregata vel comprobata iuxta Canones Nicæni Concilij, non sunt legitime congregata, Concilia dici non possunt, sed conuenticula potius, & conciliabula. Quam obrem in ijs quæ sunt iuris positivi, quæ vel ad externum aliquem ritum, vel ad Ecclesiasticam mutationem aliquando requirunt, fit nonnunquam vt priora Concilia posterioribus emendantur, quod quædam superioribus seculis quadrare poterant, quæ posterioribus minime conuenire, vel ipsa magistra rerum experientia compertum est. Itaque cum longè sint omnium vetustissimi canones, qui vocantur Apostolorum, quoniam tamen in eorum plerisque nimio plus inerat seueritatis, quàm posteriora secula ferre non posse viderentur, factū est vt posterioribus Concilijs emendantur. Est Canon Apostolicus, de poni debere presbyterum fornicantem, quem in Gangrensi Concilio, sicut à Gratiano citatur, legitime emendatum, penamque mitigatam. Sic in Concilio Nicæno constitutum fuit, vt Alexandrinus Patriarcha proximum à Romano pontificè locum teneat: cui non ita multo post in Constantinopolitana Synodo prima, prælati est Constantinopolitanus. Ad eodè verum est quod Isidori, Gregorij, Hieronymiq; productis testimonijs docet Gratianus, in plerisque decenteris causam, locum, tempus, personas, considerari oportere. Quæ quoniam perpetua non sunt, fit, vt eiusmodi etiam Conciliorum decreta nonnunquam priora posterioribus emendantur: quæ tamen in ijs, quæ pertinent ad fidē, fixa & immobilia esse oportet, ac sempiterno tempore duratura. Neque propterea non est opus posterioribus Concilijs, quod omnia iam sunt probata. Cerrum enim est, pleraque non esse probata. Ad hoc igitur indicuntur Concilia, vt si qui noui errores emergunt, primo quoque tempore extirpentur. Qui-

Brentius priuatum esse vult quod Augustini vult publicum.

Ioan. 8.

Catholicus qualem sequatur spiritum in iudicando.

Ezech. 12. cap.

Obiectio Brenti contra Concilia.

Responso, quomodo concilia priora posterioribus emendantur. Aug. li. 2. cōtra Donatistas de baptisimi parulis lorum cap. 3. Nullum Concilium legitime congregatum in ijs quæ ad fidem pertinent, vel iterum Concilia vniacitate possunt.

Can. Apo. 75.

Distin. 82. cap. presbyter.

cap. 6.

Synod. Constanti cap. 5. dist. 29. cap. 3.

bus autem de rebus ad fidem pertinentibus semel est aliquid in Concilio constitutum, de ijs iterum in alio deliberationem suscipi planè superuacane est. Nisi fortè solum hoc quaeratur, num ea doctrina, cuius cognoscendæ causa Concilium edictum est, cum expositionibus priorum conciliorum conueniat, necne: vt si eam conuenire cognitum fuerit, recipiatur: si minus, rejiciatur: Quæ admodum in Chalcedonensi concilio, & quæ deinceps sequuta sunt, factum videmus.

Ioannes nō vult probari spiritum Conciliorum, sed priuatum potius illum hereticorum.

Matt. 4. Quomodo spiritus hereticorum probandus.

Obiectio ex Act. 17.

Responsio.

De loco. Deut. 17. Brentij celsura.

Responsio.

Exepl. 7.

Non huc ergo spectat Brenti, Ioannes cum dicit: Nolite omni spiritui credere, ne cui iuis concilio, quod quidem legitime congregatum est, credamus, sed ipsa quoque concilia probem? Absit, vt cuius priuato spiritui, qui & fallere potest & falli, de spiritu conciliorum, qui neque fallere potest, neque falli, iudicandi potestas hæc permittatur. Quid enim fide nostra incertius? quid institutis mirabilius? quid Ecclesiæ statum futurum esset perturbatis? Quis quaerendi, quis disputandi finis expectandus foret? cum semper vnicum remediū finienda sunt, si quæ sunt exorta de fide controuersia, Concilium Occumenicum habitum fuerit. Vis autem scire Brenti, quod spectauerit Ioannes, cum hæc diceret? Prauidetur is venturum re ruique, similes, vestimentis quidè ouium indutos, intrinsecus autem lupos rapaces. Prolatum te diuinæ legis oracula, quibus prauæ detortis, à veritate mentes hominum abducere conareris. Cum itaque nulla sit ad fallendum via facilior, quam vt vbi nefarij erroris subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum prætextu datur auctoritas, monuit pios omnes, ne statim tibi tuique similibus omnibus fidem haberent, sed probarent spiritus, si ex Deo sint: neque mouerentur, si frequens esset in ore tuo scriptura, quam etiam diabolus aduersus ipsum scripturam auctorem Christum produxisse legitur: verum etiam atque etiam secum illud expenderent, quandoquidem non in legendo, sed in intelligendo scripturæ consistunt, tuone proprio, an vniuersalis Ecclesiæ sensu, & iuxta Catholici dogmatis regulas scripturas interpretaretur: illud ne quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, an diuersum aliquid proferas. Quod si de tuo te loqui, propriumque tuum scripturæ sensum adferre constaret, quin id mendacium esset, nihil ambigerent: Nam qui loquitur mendacium, de suo loquitur: si autem de eo loquereris quod est omnium, si communem Ecclesiæ sensum adferres, si quod semel per eam est in Concilio plenario definitum, nihil ab eo discrepare, certum haberent hunc spiritum ex Deo esse, nec quod ab eo profectum est, verum esse dubitarent: Hic sanus est & catholicus verborum Ioannis intellectus.

Pergit Brentius: In Actis Apostolicis Paulus & Silas ingrediuntur Berrhææ in Synagogam Iudæorum: Et additur, Eos, qui summo genere nati erant, recepisse sermonem cum omni animi promptitudine, quotidiè scrutantes scripturas, an hæc ita se haberent. Principes Iudæorum Berrhææ probat & exigunt ad scripturas sacras spiritum tantorum Apostolorum: & Afortus prohibet nostris principibus, ne conciliorum spiritum, ad normam sacra scripturæ exigant? Quæ hæc est impudentia? Quorū sum hæc Brenti? Scribitur in Actis, quod nobiliores eorum, qui Thessalonice fuerunt, susceperunt verbum, scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Quid hoc facit ad rem, qua de nunc agitur? Num iudeo sibi de doctrina Apostolorum iudicandi potestatem arrogauerunt, quia scrutati sunt scripturas? Quam sapè autem accidit, vt sermonem alicuius ex verbi ministris excipiat aliquis, & loca scripturarum, si que per eum adferuntur, inspiciat: Num id eò se iudicem illius doctrinæ constituit? Nemo prohibet Brenti, quod minus vel tu, vel quicumque tandem alius velit, scripturas scrutemini: & an ita se res habeat, quemadmodum in decreto Concilij scriptum est, inspiciatis. Sed si fortè secus alicui vestrum videatur, vt propterea decreta concilij damnandi potestas penes eum sit, id verò ferendum esse non putamus, quin illud esse Christianæ modestiæ fraternæque charitatis existimamus, vt se potius aliquis propter intelligentiæ tarditatem pleræque non assequutum credat, quam ita se cunctis, qui vnum aliquem in locum ex vniuerso terrarum orbe congregati de causa fidei disceptaturi venerunt, anteponat, vt aut à se solo processisse, aut ad se loco peruenisse Dei verbum persuasum habeat.

Prosequitur Brentius: Scilicet quia in lege Mosi scriptum est, difficilia & ambigua res ferenda esse ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: & qui non obediit imperio sacerdotis, ex decreto iudicis moriatur: idcirco spiritus Conciliorum non sunt probandi an sint ex Deo, idcirco omnia decreta Romani Pontificis agnoscenda sunt sine vilo vel priuatore, vel principum iudicio, pro oraculis Spiritus sancti. Hic certe iustificat Afortus Concilium Caiphæ & Annæ, qui filium Dei crucifixerunt. Non iustificat vir venerabilis concilium Caiphæ & Annæ, sed verba legis profert. Impletū autem fuit eo tempore quod à Propheta scriptum est: Peribit lex à sacerdote: nihil vt minus sit, si à Caipha quoque & Anna, quos non rectè neque ordine sacerdotum adeptos esse

esse constat, lex perierit. Quid autè Brenti, si quo tu exemplo ex Euangelica historia producto tibi places maxime, id causam tuam oppugnet maxime? Quid si nihil potuit adferri validius ad eam, quam nos tuemur, sententiam confirmandam? Quod si vti quàm alibi, hic maxime iustificatur in sermonibus suis Deus, vt vincat cum à vobis impijs iudicatur. Quid enim est quod vel tu conaris, vel Caluinus, vel Ioannes à Lasco, vel quicumque tandem alij, qui locum hunc tanquam Achillem quandam in aciem producunt, ad eam que propria est Episcoporum iurisdictionem euertendā? Quid aliud, quàm vultus ostendere, falsum esse quod dixit Deus de sacerdotibus Leuitici generis: Ipsi indicabunt tibi iudicij veritatem? Atqui o mirabile quoddam ac stupendum diuinæ sapientiæ consilium. Nusquam illustrior apparuit, quàm hic diuinæ promissionis veritas: nusquam conuincuntur magis mendacij, quàm hoc loco, qui facultatis veritatem arguere non videntur. Hic vel ipsa luce clarius Deus demonstrauit, nullam esse posse tantam hominum iniustitiam, quæ iustitiam ipsius in gubernatione suæ ciuitatis, quæ est Ecclesia, quæ promissionem ipsius veritatem labefactare queat. Quid esse potuit Anna & Caipha sceleratius? quid iniustius? & horum tamen scelus ac iniustitiam conuertit Deus in occasionem gloria iustitiæque suæ. Noluit morti adiudicari, nisi per horum sententias: noluit redemptionem nostræ beneficii ab soluere, nisi per horum ministerium: horum iudicij exitum ad generis humani salutem deduxit, ac veram esse promissionem suam declarauit, qua dixit de sacerdotibus Leuitici generis: Qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Nam in hoc etiam quamlibet iniusto iudicio, fuit nihilominus iudicij veritas, Paradoxon hoc tibi videtur Brenti, quod iniustum fuisse iudicium, iudicij nihilominus in eo fuisse veritatem affirmamus? Sed nihil est factio facilius, quàm vt hoc tibi manifestissimis argumentis demonstremus. Quod iniustum fuerit iudicium concedis tu quoque, & clamat hoc res ipsa, iudices fuerunt iniustissimi: testes qui producebantur, falsi: crimina quæ proferebantur, falsa. Nam neque populum seduxerat Christus, neque cæsum dari Cæsari prohibuerat, neque blasphemauerat, neque de templo demoliendo vel cogitare illi in mentem venerat, & tamen in hoc iniusto iudicio, per iudices iniustissimos veritas iudicij indicata, vera sententia fuit pronuntiata. Quænam illa? Reus est mortis. Hanc sententiam à Spiritu sancto profectam fuisse dubium non est. Vnde autem istud tibi probabimus? Non recipis nisi Scripturas canonicas. Atqui principem inter eas locum tenet Ioannis Euangelium, in quo consilium illud Pontificum & Phariseorum de Christo comprehendendo describit Euangelista, narrat dixisse Caipham: Expediit vt vnus homo moriatur pro populo, & nō tota gens pereat. Ac mox subdit, Hoc autem à semetipso nō dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit. Vides Brenti, quæ admodum hoc ipso Euangelista teste, non desuit sacerdotio Leuitico spiritus propheticus, Spiritus sanctus, spiritus veritatis, ad id vsque tempus, quo seipsum Christus cruentum sacrificium offerrens Deo patri, sacerdotio & sacrificio illi finem imposuit. Tunc enim primum spiritu prophético destitui cœperunt, cuius rei figura fuit velum templi scissum Christo mortuo: Simul testata est hoc vox Christi, dicentis: Ecce dimittetur domus vestra deserta. Neque verò dubium est, quin ipse Caiphas verba sua non intellexit, eius nihilominus lingua cum Pontifex esset, ea proferri Deus voluit: sicut cymbalum, sic ille magnum quandam & sonorum tinnitum edidit, quem tamen ipse non sensit. Sed expectas, vt hoc tibi demonstremus, quomodo verè pronuntiari potuerit, eum fuisse mortis reum, quem constat peccatum nullum fecisse, nec inueniunt esse dolum in ore eius? Paucis rem accipe. Ex quo tempore primus parens noster, nihil interdictum Dei reueritus, de vitio ligno gustauit, factus est mortis reus Christus Dei filius. Non quod ipse mortem commuerit, qui fuit ipsa innocentia, sed quod reatum & maledictionem peccato primi parentis debitam, quod ad omnes pertransijt in condemnationem, in se suscepit, vt eam coram Deo expiaret: eadem hæc reum se pro nobis ipse constituit, vt penam solueret cui obstricti eramus. Itaque sic ipso volente, posuit in eo Deus iniquitates omnium nostrum, Nostra fuit maledictio, nostra fuerunt peccata quæ perulit ille in corpore suo super l. um: quamque penam debebamur nos, eam ipse pro nobis tolerauit: vt sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti fueramus, sic per vnus ipsius obedientiam iusti constitueremur. Itaque sicut in Apocalypsi scriptum legitimus, ab origine mundi, occisus est agnus hic innocens: vel vt Petrus hic ait, precognitus ante mundi constitutionem. Siquidem ab æterno fixum fuit, & immobile patris decretum, vt proprio filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus eum traderet morte turpissima condemnandum. Cui decreto se filius vltro submisit. Oblatus est enim, quia ipse voluit, & factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Decretum igitur hoc, quod ante mundi constitutionem in mentis fuit, & ideo diuinæ præscientiæ, per

Explicatum lo. 11.

Deut. 17. Ipsi indicabunt tibi iudicij veritatem.

Iudicij veritas etiam penes iniustos Christi in dices Pontifices fuit.

Ioan. 11.

Matt. 23.

Quomodo Christus reus mortis dicit possit. 1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Rom. 5.

1. Pet. 1.

Rom. 8.

1. Pet. 1.

Phil. 2.

legitimos iudices, hoc est, per sacerdotes Leuitici generis pronuntiari Deus voluit, & horum iudicio, quamlibet impij, quamlibet nefarij fuerint & scelerati, se tamen Dei filius vltro subijcere dignatus est, vt exemplo suo doceret, suum in cathedra legitima sedentibus, qualescunque tandem hi forent, honorem habendum esse. Nec saluum illud fuit quod dixerunt: Nos legem habemus, & secundum legem hanc debet mori. Fuit enim reuera lex illa Dei patris, quam vltro suscepit filius, vt moreretur pro peccatis nostris. Quæ lex ex decreto Pontificum cum cruce Christus affigeretur, fuit consummata. Quod ipse confessus etiam est Christus, cum pendens in cruce, iam iam inclinato capite spiritu traditurus, dixit: Consummatum est, Consummatum est, inquit, fixum illud & immobile Patris decretum: consummatum est quod lex & Prophetarum futurum prædixerunt, iam vmbra sublata, iam figuræ sunt impletæ, iam illud sacrificium vitæ peractum est, quo solo reconciliari Deo mundus potuit. Neque moriens hoc solum ita dixit Christus, verum etiam cum à mortuis surrexisset, ac se comitem duobus illis in Emata eunti- bus adiunxisset, O stulti, inquit, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt Prophetarum: Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moysæ & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Iam ex ijs Brenti perspicis, quam stupendo miraculo suam Deum iustitiam & veritatem iniolamam conseruet in illorum iudicijs, quos ipse in cathedris ad iudicandum constituit, quamlibet hi sint ab omni iustitia veritateque remoti. Simul & illud vides, quod ipse nobis tela suppeditaueris, quibus rectissime configi posses. Quod enim illustrius exemplum adferri potuit ad probandum, quod nulla possit esse tanta pontificum improbitas, quæ impedire queat, quo minus vera sit illa Dei promissio: Qui iudicabunt tibi iudicij veritatem?

Ioan. 19.
Christus secun-
dum legem de-
bebat mori.

Ioan. 19.
Consummatum
est cur in cruce
dixerit Christus

Luc. 24.

Obiectio Brentij.

Responsio.
Alij iudeorum
pij, alij impij
in Christum pa-
trem affecti.

Mat. 16.

Amb. li. 1. de
officijs ca. 30.
Bern. Ex affe-
ctu nostro ope-
ra & merita
estimantur.

Rom. 8.
Aug. de Christo,
quod aliter sit
traditus.
Gal. 3.

Sed quid ad hæc Brentius? Verborum quibusdam præstigijs fumum lectorum oculis offundere conatur: Hic iustificat, inquit, Afortis concilium Caiphæ & Annæ, ac omnes eos qui iuxta sententiam illorum filium Dei crucifixerunt: damnat autem Iosephum & Nicodemum, quod non consenserint in sententiâ Caiphæ, & reliquos omnes, qui in pietatem & crudelitatem huius concilij improbarunt. An non Caiphæ erat summus sacerdos? An non concilium erat auctoritate Caiphæ, hoc est, legitime, vt Aforti sentiunt, congregatum? An non Caiphæ & Concilium definerunt filium Dei blasphemasse, ac reum mortis esse? Dicamus igitur iuxta verba legis: Qui superbiert, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, (hic tum erat Caiphæ) ex decreto iudicis moriatur. Moriatur ergo Ioseph & Nicodemus: moriantur Ioannes & Maria: moriantur Apostoli omnes. Talibus verborum præstigijs perstringit imperitorum animos Brentius. Verum iam antè diximus, quod non iustificat consilium Caiphæ & Annæ Petrus à Soto. Nā vt iustum fuerit decretum quo reum esse mortis Christum pronuntiarum est, non propterea iustificati sunt impij iudices, à quibus nihil iure, nihil ordine factum esse constat, cum quod ipsi quoque Pilato minimè fuit obsecrum, ex odio & inuidia fecissent omnia. Sed nihilominus per nefarios hos & sceleratos operari Deum nostram salutem in medio terræ dignatus est: quam pio quidem, sed humano tamen affectu, quantum in ipsis fuit, Ioseph, Nicodemus, & Apostoli cupiebant impediri. Quo affectu Petrum etiam dixisse Christo legimus, cum eum de passione, & morte sua loquentem audiuisset: Absit à te Domine, non erit tibi hoc cõuersum autem Christum dixisse: Vade post me Sathana: scandalum es mihi, non enim lapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Iraque sicut pius in ijs affectus veniam, sic impius in illis damnationem merebatur sempiternam. Vtrique arcanum Dei consilium visi sunt ignorare. Nam quod mors Christi tãtam esset mundo salutem allatura, neque Pontificibus, neque discipulis fuit satis exploratũ. Sed sicut illi suum odiũ erga Christum explorare cupientes, eum morti adiudicauerunt: sic ij vicem innocentis dolentes, magno quodam pietatis affectu seruatum cupiebant. Atque hic est quem in operibus hominum spectat Deus. Affectus tuus, inquit Ambrosius, nomen imponit operi tuo: quomodo à te proficiscitur, sic estimatur. Clarius autem Bernardus: Non materia, inquit, nec exitus actuum, sed intentionis propositum culpas discernit & merita. Sic euenit nonnunquam, vt cum res vna sit, intentio tamen diuersa, facta quoque faciat diuersa, quod exemplo de Christo tradito producto planum facit Augustinus. Cum enim illud attulisset ex Paulo, proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ecce, inquit, Christum tradidit pater, & tradidit Iudas, nunquid non quasi simile factũ videtur? Traditor Iudas, traditor est & Deus pater. Absit, inquit, Nō dico, sed Apostolus dicit: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et pater illum tradidit, & ipse se tradidit. At idẽ Apostolus: Qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. Si pater tradidit filium,

filium, & tradidit seipsum filius, Iudas quid fecit? Facta est traditio à patre, facta est traditio à filio, facta est traditio à Iuda. Vna res facta est, sed quæ res discernit patrem tradentem filium, seipsum filium tradentem, & Iudam discipulum tradentem magistrum suum? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, fecit autem hoc Iudas in proditione. Videtis quia non quid faciat homo considerandum est, sed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus Deum patrem, in quo inuenimus Iudam: Patrem benedicimus, Iudam detestamur. Quare Patre benedicimus, Iudam detestamur? Benedicimus charitatem, detestamur iniquitatem. Quantum enim præstitũ est generi humano de traditio Christo, nũquid hoc cogitauit Iudas vt traderet? Deus cogitauit salutem nostrã qua redẽpti sumus: Iudas cogitauit pretiũ quo vendidit Dominus: Filius ipse cogitauit pretiũ quod dedit pro nobis, Iudas cogitauit pretiũ quod accepit vt venderet. Quod si vbi res vna est, diuersa tamen facta cõsentur ex intentione diuersa, quantum magis vbi res quoque diuersa sunt? Iam igitur intelligis Brenti, quã ineptè dictũ sit à te, Moriatur Nicodemus, Ioseph & Apostoli? quin moriantur potius crudeliter & impij Pontifices illi, qui non ad salutem & redemptionem humani generis respicientes, verum vt odio suo satisfacerent, Christum innocentem Gentibus crucifigendum tradiderunt. Quod autem attinet ad Apostolos & discipulos Christi, sinant eos abire Pontifices illas, vt impleatur sermo quem dixit Christus: Quia quos dedisti mihi non perdi ex eis quenquam. Nondum enim ita confirmati fuerant, vt si grauior aliquis terror ingruisset, constanter Christum fuerint confessuri: cum qui princeps eorum fuit. Petrus, ad vnus ancillæ vocem ipsum negauerit: deinde verò prius illud impletum oportuit, quod à propheta scriptum est: In omnem terram exiit sonus eorum, & in finem orbis terræ verba eorum. Ipsi debebant esse testes eorum quæ viderant & audierant: per ipsos prædicandum fuit Euangeliũ hoc omni creaturæ. Postremò, potuisset existimari, non suffecisse Christi mortem ad expianda peccata nostra, si sub idem tempus discipulorum quoque mors accessisset, quam obrem alij temporibus fuerunt referuandi, vt sicut Christus non prius mortuus est, quam expleuisset omnia propter quæ missus erat à patre: Sic & ipsi non prius pro Christo sanguinem suum profunderent, quam expleuissent ea propter quæ missi fuerant à filio. Nihil igitur morte dignum fecerunt Apostoli, quod in sententiam Caiphæ non consenserunt, quin eorum pius affectus hic remuneratione potius dignus fuit, sicut impietas Annæ & Cayphæ nullum supplicij genus non merebatur.

Ioan. 17.

Apostoli ante
Christum mori
non debebant.
Ezalm. 18.

Quid autem proferre potuit Petrus à Soto magis aptum & appositum ad id quod instituerat probandum, quam locum hunc ex Deuteronomio, quo cuique sit planissimum non aliunde quam ex ore sacerdotis legem esse requirendam? Qui cum docuisset, quem in lege gradum & reges & populi erga doctrinam tenerent, & quem admodum principi præscribitur, vt nouerit se discipulum esse legis, non doctorem: & à sacerdotibus Leuitici generis accipere princeps iubetur exemplar legis: Ad eos, inquit, non ad reges aut principes mitti eo loco Deus difficilia omnia & ambigua circa legem definienda. Ascende, inquit, ad locum quẽ elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad sacerdotem Leuitici generis, & iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Vbi & apertissime qui sit locus non tantum principum, sed & populi circa legis doctrinam, ostensum est. Et facies, inquit, quæcunque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum nec declinabis ad dextram, nec ad sinistram. Hic igitur est, inquit, gradus populi, dubia fidei inquirere à legitimis templi ministris: eorum doctrinam sequi, non quod tam eorum sapientie & pietati inniti debeant, illi enim homines erant, fallere & falli poterant, quam diuinæ promissioni, cui non difficile est vera docere suos, per quoscunque demum ministros. Iam ne quid desit principi, audiamus quid circa subditos illi incumbar in doctrina legis: Qui autem, inquit, superbiert, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille: & auferes malum de Israël: cunctisque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intus necat superbia. Hoc igitur restat principi erga populum eius, superbiam & inobedientiam erga Dei ministros & doctores legis compertere: atque seueritate legum, sententiam eorum exequi, ne videlicet in contemptum veniat. Hæc sunt verba Petri à Soto, non aliunde quam à scriptura sumpta, quæ vel ipsa luce clarior est. Verum hic vide relict, quam verum sit quod à Tertulliano scriptum est. Quod nihil proficiat congressio scripturarum aduersus hæreticos, nisi planè, vt aut stomachi quis inear euerisionem, aut cerebri. Ista hæresis, inquit, non recipit quasdam scripturas: & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit: & si recipit, non recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones

Soti sententia
de loco.
Deut. 17.

Tertul. li. de pra
scripturis ad
uersus hereti-
cos.
Hæreticorum
scripturæ libros
arrogans & im-
prudens iudiciũ

commentata, conuertit. Tantum veritati obstrepit aduler sensus, quantum & corruptor stilius. Quid horum non rectè competit in nostri temporis hereticos? quorum qui princeps est & architectus, nunquid non apertè Jacob reicit Epistolam, quod ea suo dogmati de solius fidei iustificatione manifestè contradicit? Itaque vocat stramineam, nec in libro suo tolerare vult. Sed nec Apocalypsim recipit, nec Ecclesiasticum, nec Machabæorum, nec alios quosdam libros, quos habuit semper & habet pro canonicis Ecclesia Catholica. Iam verò quas recipit scripturas, nonne dum ex bonis Latinis mala facit Germanica, suis eas adiectionibus & deprauationibus ad sui instituti dispositionem interuertit? Si quas autem integras præstat, diuersas expositiones commentatur, quod facile quis in hoc ipso scripturæ loco perspexit. Nam cum Deuteronomij librum neque reijcere possit, cum nunquam de eo quin sit canonicus dubitatum fuerit, neque vel adiectionibus, vel detractationibus verba quæ ex eo citantur, ad institutum suum interuertere, quid illi restabat aliud quam vt diuersam expositionem commentaretur, & quæ clara sunt & perspicua scripturæ verba, tenebras eis offundere conaretur.

Explicatio Brentiane loci. Deut. 17.

Hoc igitur facit explicans hunc in Deuteronomio locum: hoc facit & eius discipulus Brentius, quem loquentem audiamus: Quam legem Aforus ex Deuteronomio citat, partim est cæremonialis, partim moralis. Neque enim talis lex est, cui *agrarè rō pyrōv* & singulas circūstantias, omnes aliæ res publicæ sint obnoxia. Et disertè additur: Quod cunque docuerint te iuxta legem Domini. Iuxta legem, inquit, Domini, non iuxta proprium arbitrium. Nec solis sacerdotibus permittit iudicium, sed adiungit eis iudicem, qui ceterè non semper erat de tribu Leui, vt testatur liber Iudicum nec reges qui sequuntur sunt iudices ante Babylonicum exilium, ex ea tribu genus suum docebant: vt perspicue videas principes, quos isti vocant Laicos, non habere tantum vocem consultatiuam, verum etiam definitiuam. Et cum hæc cæremonialis constitutio cogat tam pontificem quam iudicem intralimites legis Domini, ac definiat eis certam regulam quam sequantur, dubium non est, quin concedat reo grauato libertatem iudicandi & definiendi, num de causa ipsius pronunciatum sit iuxta legem Domini. Ac si quidem persuaserit diuina adiutus clementia iudices, vt sententiam aduersus legem Dei latam, &c. Quid hoc ad rem faciat quod dicit Brentius, legem hanc partim cæremonialem, partim esse moralem, equidem non intelligo, nisi fortè hoc dicere vult, quod magister eius dixit

Responsio.

Lutheri interpretatio ridicula.

Lutherus, Mosen hic agere non de verbo aut doctrina vel quæstionibus fidei, sed de sententia publicorum & profanorum criminum. De quibus quia agat hic Moses, non repugnamus: sed legis nomen apud Hebræos latius patet, quam vt de criminibus tantum intelligi debeat, vt omnes etiam dogmatum controuersie sub eo comprehendantur. Et si scriptura per aliam scripturam, sicut isti volunt, necessario venit explicanda, clara sunt & apud Aggæum, & apud Malachiam scripturæ verba, quibus interrogare legem à sacerdotibus, & ex eorum ore requirere populus iubetur. Proferant isti contra vel vnum scripturæ locum, vbi legem ex ore principis requirere iussus sit. Interroga sacerdotes legem, dixit Aggæus, non interroga principes. Cæterum vt demus hoc Lutheri de criminibus hic agere Mosen, non de doctrina legis, vel sensus hoc ipse communis iudicare Lutheri potuit, si de criminibus iudicium pertinet ad sacerdotes, multò magis pertinere de lege Dei, cum præsertim tot scripturæ locis, quos iam produximus, manifestum id cuius esse queat, ita vt hæc illius tergiversatio planè sit ridicula. Quod verò negat Brentius, huic legi omnes alias res publicas obnoxias esse, si dicit de illis, quæ non credunt in Messiam, quem venturum Iudei, nos iam venisse credimus, audiri fortasse possent. Quamquam & apud illa gentes quæ Deum non agnouerunt, sed eidola coluerunt, alia fuerunt pontificum & sacerdotum, alia regum & principum officia: quod illis sacra, his profana res curæ essent. Ceterum illud pius nemo negabit, quod Ecclesie quædam umbra fuerit Synagoga. Estne autem verisimile, quod vmbra illi Deus prospicere voluerit de ratione, qua subortæ de lege quæstiones & controuersie terminari possent: & non pari studio prouidere sit dignatus Ecclesie sponsæ suæ, quam ita charam habuit, vt eam sanguine suo sibi mundaret, acceptabilemque faceret? Cum præsertim apud hanc tantò maior eius rei sit necessitas, quanto difficilior est immensam multitudinem, quæ ex omnibus gentibus, nationibus, linguis, populis constat, in vnitatem fidei contineri, quam vnum cognatum populum, qualis ille fuit Hebræorum? Qui cum in Esau præfiguratus fuerit, quem Deus odio se dicit habuisse, noster contra in Iacob, quem dilexit, quis est qui credere queat, maiori populum illum quem reprobaui postea, curæ Deo fuisse, quam hunc quem in locum elegit: qui non secundum carnem: sed secundum promissionem ex Israël prognatus esse dicitur? Non fustulit ordinem ex Ecclesia Deus, quem

Rom. 9.

quem esse voluit etiam in Synagoga. Sed adiunxit, ait Brentius, iudicem sacerdotibus, qui non semper erat ex tribu Leui. Fac hoc ita esse, cæterum cognoscendi iudicandique potestas non fuit nisi penes sacerdotes Leuitici generis, & iudicium eiusdem tribus: vt si casu aliquo ex alia tribu iudex adiungeretur, non alio quam exequutoris munere fungeretur. Quod illa verba clarè videntur iudicare: Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur. Sacerdos sententiam legis explicans imperabat: si quis non obtemperasset, iudex vt mortis de eo supplicium sumeret, decerneret. Quid potuit magis perspicue dici ad discrimen inter sacerdotum & regum officio demonstrandum? Quid ad hæc Brentius? Videt nullum esse tergiversationi locum, querit igitur aliud effugium. Hæc enim cæremoniali constitutione iam pontificem, quam iudicem cogi dicit intra limites legis Domini, vt iudicet iuxta legem, non iuxta proprium arbitrium. Quamobrem dubium non esse, quin concedat ista constitutio reo grauato libertatem iudicandi & definiendi, num de causa ipsius pronunciatum sit iuxta legem Domini. Quid si verba illa Brenti. (Et docuerint te iuxta legem eius) quibus tu potissimum hiri videris, nec in translatione septuaginta, nec in interpretatione Chaldaica, nec in Hebræo textu reperiantur? quemadmodum à viro doctissimo Alberto Pigio legimus animaduersum. Iam igitur conciderit omnis hæc tua argumentatio. Sed quis vnquam audiuit, eundem & rei & iudicis personam sustinere debere? Certè si res ad hunc modum haberet, nemo condemnabitur vnquam. Quis enim erit, qui in sua ipsius causa iudex constitutus, condemnare seipsum velit? Quorsum autem attinget, aliquid ad iudices remitti, si de eorum iudicio reus ipse postea iudicare debet, num iuxta Dei legem, an secus pronunciauerit: Quid opus est isto circuitu? Suo quique iudicio potius relinquatur, neque frustra vel Episcopo, vel principi negotium faceat.

Brentius vult eundem & rei & iudicis personam sustinere.

Hic non possum quin te appellem, Serenissime Rex Auguste. Tibi enim libellum huic Brentij dicere, coram te capita doctrinæ, quæ tractantur in eo se defensionum iactare, te iudice vitam longè sui dissimilem, non doctrina magis quam vitæ sanctitate conspicuum Aloysum Lipomanum Episcopum Veronensem, qui sanctæ sedis Apostolicæ legatum apud te agebat, ad disputandum de illis prouocare vetitus non est Vergerius. Te igitur appello, atque vt quorsum spectent istorum hominum conatus, etiam atque etiam diligenter tecum repures horro, moneo, oro & obsecro. Nihil enim est aliud, in quo cura eorum omnis consumitur, quam vt ordinem perturbare, vt auctoritatem legitimi magistratus conuellere queant & labefactare. Erras autem Serenissime Rex, si de sola pontificia iurisdictione abroganda, sollicitos eos esse putas. Etiam regiam sublatam cupiunt, vt sit rerum status, quem in historia Iudicum fuisse legimus, vbi scribitur his verbis: In diebus illis non erat Rex in Israël, sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. In summa, hoc volunt, vt quod cuique, rectum videretur, id credere, id facere cuius liceat. Verbo quidè cōcedunt illi magistratus iudicandi potestatem, sed re ipsa profus adimunt, cum reo grauato libertate permittunt iudicandi & definiendi, nū de causa ipsius pronunciatum sit iuxta legem Domini. Verbi gratia: Proponatur in comitijs coram Rege, & amplissimo senatu illius, doctrinæ caput hoc, Solus Deus pater, & nemo alius adorari & inuocari debet, quod ille solus videt corda nostra, quod nulla creatura facere potest. Et est præceptum veteris legis, vt qui quenquam alium adorauerit præter Deum solum, occidatur. Ad quem Deum alium intercessorem, mediatorem, procuratorem habebimus nullum, præter vnum Dominum Iesum Christum. Fingamus autem regem de senatorum suorum consilio in hanc sententiam decretum fecisse. Dogma hoc falsum est, ac pridem ab Ecclesia damnatum, cum ante mille ducentos annos pronuntiatum sit in concilio Nicæno: Filium eiusdem esse cum Patre substantie, atque idè æquè adorandum, æquè inuocandum vt patrem, cum in forma Dei nihilo sit patre inferior. Quamobrem qui contra sentiunt, eos hæreticos pronunciamus, & ips quæ debentur hæreticis penis afficiendos esse decernimus. Quid hic faciendum docet Brentius? quid vobis defendit Vergerius? Licere dicunt reo grauato per eiusmodi sententiam contra se latam, iudicare. Jesuere, quod de causa ipsius non sit iuxta legem Domini pronunciatum: cum nusquam scriptum sit in vniuersa lege tam veteri, quam noua, quod filius patri sit consubstantialis, nec nomen hoc in scripturis vsquam reperitur. Confidenter igitur & intrepide dicit reus Regi & senatui: An iustum est in conspectu Dei vos potius audire, quam Deum? Oportet obedire Deo magis quam hominibus: Clara sunt Dei verba: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Clara sunt Christi verba, Pater maior est me, & vos iubetis me contrarium dicere, Pater non est maior. Quem hic oportet audire? Nonne illum de quo patris de celo vox audita est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit hunc audire. Hunc igitur audiam, non vos, qui non iuxta

Ad Regem Augustum postrophe.

Quo spectem cœnaris sectariorum.

Indic. 17.

Sicut solus Deus pater adorandus & inuocandus.

Acto. 5. Deut. 6.

Ioan. 14. Matt. 17.

legena

legem Domini pronuntiatis. Ita reus faciet, si Brentium & Vergerium audierit, ac si minus virium habebit, quam ut magistratus legitimi potentia resistere valeat: faciet quod Genes & Seruetus fecit, occidi se potius patietur, quam ut magistratus decreto pareat, qui sicut sibi videtur, non secundum legem Domini pronuntiavit. Hæc est Brentij doctrina, quam tuendam suscepit Vergerius, plena seditionis, plena rebellionis contra legitimum potestatem à Deo constitutam. Volunt enim, ut de iudicio iudicium iudicare subditis & reis liceat, ut siquidem decreuerit reus iustum esse, diuineque legi consentaneum, quod à principe pronuntiatum est, recipiat: si minus, rejiciat: Hoc est, si pronuntiaverit iuxta voluntatem rei, sit ratum: si contra, sit irritum. Volunt, ut princeps & senatus ex populi, non populus ex principis & sanatus iudicio voluntateque pendeat. Dicam vno verbo: Volunt ut sit anarchia, ut Ecclesiæ absque Episcopis, ut regna sint absque regibus, ut credat quisque, ut faciat quisque quicquid visum cuique fuerit. Hunc regni tui statum esse vult Vergerius, hæc est aduentus illius in regnum tuum causa: vult ut sibi quisque rex, ut sibi quisque sit Episcopus, ut in sua quisque causa sit iudex. Neque id sine scriptura: Scriptum est enim, Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Hic status perdidit ferè finitimam nobis Germaniam: hoc eodem statu vult Vergerius, ut pereat regnum hoc quoque tuum, quod sanctus pater tuus florentissimum tibi reliquit. Et tu scelus hoc ferendum in terris tuis putabis? & non aut ferendum potius curabis?

Recommende do
Brentij
aue Vergerij

Apoc.

Erasmi testimo
nium de fessa
Lutheri ferocia
re, in epistol. de
ysedochange
licia

Quamuis autem oculis multorum testatus sit, quem hoc doctrinæ suæ genere Germaniæ statum isti reddiderint, nonnulla tamen verba visum est hic adscribere Erasmi Roterodami, qui diligentius Germaniæ statum hunc descripsit in epistola quadam, quam edidit contra pseudeuangelicos, tanto maiore fide dignus, quod inter eos ipsos vitam debebat, qui se maxime iactabant Euangelicos, ut oculatus eorum testis fuerit. Sic autem ille scribit: Excussum est iugum humanarum constitutionum, sed ubi sunt qui submiserunt ceruicem suam iugo Domini? Et interim constitutiones humanæ constitutionibus humanis, imò patum humanis mutantur. Titulus modò mutatus est: vocantur enim verbum Dei. Cæterum res adeo nihilo est mitior, ut complures boni viri præferat vltro neum exilium isti magnificè decantare libertati. Atque adeo proceres quidam, & antesignani istius factionis cum nondum ad Episcoporum dignitatem, opes & ditionem peruenerint, tamen eiusmodi specimen de se præbent, ut ego me malim in Episcoporum, quam in horum potestatem tradere, si detur optio. Malimque potentis simi Cæsaris ferre iugum, quam quorundam magistratuum Euangelicorum, quamuis humilium forte. Sic excutiunt iugum hominum, qui vestro euangelio submitunt ceruicem: magis vereor ne plerique pro graui iugo hominum portent grauius iugum diaboli.

Aliud testimo
nium Erasmi

Vides quæ fuerit illius sententia de magistratibus istis Euangelicis, quemadmodum eorum intolerabilem quandam tyrannidem & insolentiam descriperit, quæ tanta est, ut etiã ciuili magistratus ab illis metuere sibi necesse habeat, ne si quando sit eis visum, cõtra se populi seditione concitent. Sed audi quæ sequuntur: Excussa est obedientia Episcoporum, sed ita, ut ne prophanis quidem magistratibus pareatur. Iusto Dei iudicio factum est, ut qui datis à Deo sibi suarum animarum pastoribus & Episcopis parere noluerunt, eorum vicissim iugum, qui subiecti sunt eis, ferendum esse non putent. Audiui ex magistratu cuiusdam ciuitatis, qui sibi videbatur Euangelicus, cum diceret magnam olim senatus fuisse reuerentiam, populi quoque magnam obedientiam, nunc deo rem recidisse, nulla ut sit senatus auctoritas, populi verò summa licentia. Sic isti suis vident oculis ac modò non manibus etiam suis contractant, fructus quos nobis tulit hoc Euangelium, neque tamen adduci possunt, ut ad officium sanitatemque redeant. Pergit Erasmus: Olim Christiani sub Ethnicis principibus quietè vivebant, ista dios cauentes, ne quam seditionis occasionem darent, exhibentes honorem, cui debebatur honor: vectigal, cui vectigal: tributum, cui tributum: hortabantur Christo initiatos, ut eidolatri etiam magistratibus obtemperarent: pro illorum incolumitate quotidie Deum orabant: At iste populus tam Euangelicus, etiam Turcarum principum dicitur esse detestabilis, quem ait seditioni natum. Quos subinde tumultus excipit? Quoties quàm leuibus de causis procurrit ad arma? ne suis quidem Ecclesiasticis satis obtemperans, nisi dicant blanda auribus: profugandi etiam, si liberius in vitam eorum inuehantur, aut ab opinione dissentiant. Ecce quorundam res redijt. Cum isti qui se vocant vbi ministros, omne iudicium ac propemodum imperium omne traduxerint ad vulgum, eò tandem ventum est, ut iam doctrinæ suæ non auditores, sed iudices habeant eos qui sunt de vulgo: ut ex illius iudicio pendere cogantur, nec alia quàm quæ sunt illi gra-

grata predicare audeant. Non possum hic quin commemorem, quid mihi quandoque acciderit. Agebam cum quodam verbi ministro, qui quamuis homo fuerit rudis & indoctus, quoniã tamen ex ijs libris ad populum conciones habebat, quos ei mercatores & opifices nõ nulli suppeditauerat, nõ mediocrem sibi gratiam & auctoritatem apud multum dinem imperitã conciliauerat: Sed volebat is tamen videri Catholicus. Quærebam ex illo, qui feret, quòd cum esset in templo populus, nulla prorsus in eo signa pietatis & religionis apparerent, atque haud aliter, quàm si nullis Christianæ fidei mysterijs initiati forent ita se gererent: plerique ne caput quidem aperirent, si quando sacrosanctum Christi corpus & sanguis ostenderetur? Respondit ille: sua culpa nõ fieri: sæpè se contra eos hanc ob causam è superiore loco in Ecclesia detonasse, verum non proficere quicquam: Sed audiui, inquit, sermones meos: Dic si quid in eis reprehendendum esse putes, facile me corrigi patiar. Audiui, inquam, sermonem vnum & alterum. Non reprehendo quæ tunc à te dicta sunt. Sed cum sancta nunc sit hebdomada, qua solent homines delicta sua per confessionem sacerdoti factam expiare, & ad sacramentum altaris accedere, mirari satis non potui, quòd neque de penitentia, neque de Eucharistiæ sacramento mentionem vllam feceris. Tum ille, si quid, inquit, illis dicerem, quod in libellis suis non haberent, euestigiò cuncti se proriperent de templo. Ego verò, Tu ergo, inquam, ea de superiore loco predicas, quæ continentur in libris, quos ipsi tibi suppeditant, quorum exemplaria & ipsi domi suæ habent: & non ea potius, quæ præscribit Episcopus, qui & ipse tibi librum misit, iuxta quem populum institueris? Nunquid non æquius esset ab Episcopo tuo te doceri, quales tibi sermones ad populum habendi essent, quàm ab aliquo de fæce vulgi? Obstupuit ille miser, nec habebat quod responderet: ac verbi quòd ei imprudenter exciderat, vehementer eum penituit. Quam est autem res ista præpostera? Doctorem legis ex imperitæ multitudinis iudicio pendere, ac ad illius nuntium sermones suos accommodare? Sed audiamus adhuc Erasimum loquentem: Initio, inquit, tantum non erat Deus illis Lutherus, nunc ipsi prorsus delirat, quòd nouum de Eucharistia dogma non recipiat. Nouam verò libertatem Euangelicam, impunè facere, sentireque quod cuique libitum est, &c. En quale iudicium est imperitæ multitudinis. Principio Lutherum omnia iuxta legem Domini docere iudicauerat. Postea quàm exortus est Zuinglius, iam Lutherum secus quàm est in lege Zuinglium contra iuxta legem Domini docere maior vulgi pars definit. Hi sunt iudices ad quos remittunt principes Brentius & Vergerius, qui aliud hodie, aliud cras pronuntiant. Ex horum & non è sacerdotum ore contra clara & aperta scripturatum testimonia legem eos requirere iubent.

Alia Brentij
ratiocinatio.
Psal. 137.
Mat. 10.

Responsio.

Alia pars argu
menti Bren
tiani.

Responsio.

Non est necesse
quous nolle
omnia de reli
gione.
Ioan. 7.

Profert autem & alias scripturas Brentius: Quid pluribus, inquit, opus? cum Psalms dicat: Consteantur tibi Domine omnes reges terre, quoniam audierunt verba oris tui. Et Christus: Omnis qui constebitur me coram hominibus, constebor & ego eum coram patre meo: perpicuum est, quòd ut priuatus priuatam, ita princeps publicam habeat de doctrina religionis potestatem iudicandi & decidendi. Quod est hoc per Deum immortalem nouum collectionis genus? An idem est Brenti, Confreri Domino, vel confreri Christum, quod iudicare vel decidere de doctrina religionis? Idem, inquit Brentius: Nemo enim potest ex verã & certã fide, idque periculo omnium rerum suarum terrenarum confreri Christum filium Dei, & Euangelium eius coram hominibus, nisi antè cognouerit Christum, & statuerit Euangelium quod sequitur, esse verum & certum Euangelium Christi. Est ita Brenti, tenetur quisque cognoscere Christum, tenetur statuere quod sequitur Euangelium, esse verum Euangelium Christi: sed nunquid è suo ipsius, & non ex Ecclesiæ totius iudicio? Nunquid priuatus priuatam, princeps publicam debet habere iudicandi potestatem? Quid ex hoc sequetur aliud, quàm vt tot sint fides, quot voluntates, quot hominum iudicia? Possem tibi protiniam ostendere Brenti, vbi princeps cum paucioribus tuam, reliquis verò populis multo maiore ex parte Philippi doctrinam de quodam religionis capite veram esse iudicauit & decidit. Neque nunc res abfuit à seditione. Talis est doctrina vestra ad seditiones excitandas facta. Atqui Brenti, non tenetur è vulgo quibus omnem religionis doctrinam exactè nosse, multo minus de ea iudicare. Simplicium fides in maiorũ fide saluatur. Documento nobis esse potest veteris Testamenti populus, cuius maxima pars quantæ fuerit simplicitatis, vel Pharisæorum illa verba planum faciunt. Turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Atqui ex hac turba multi saluati sunt ex Pharisæis illius temporis: vix quiquam. Ex hac turba sibi Christus elegit Apostolos, rudes piscatores: ex Pharisæis ad munus Apostolicum ex duodecim adsciuit neminem. Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confunderet sapientes. Tu verò Brenti, vis tuos omnes esse sapientes, vis esse

Aug. de verbis
Apostoli ser. 20
2. Cor. 8.
idem li. 2. con-
fessionis cap. 8.
Irenae. lib. 2.
cap. 45.

Luc. 8.
Hilarius lib. 8.
de Trinitate.
Credendi sim-
plicitas à vulgo
requirenda.

Clem. li. 2. Pe-
dagog. cap. 11.
Ora sunt simpli-
tibus de Regio-
ne scitu magis
necessaria.
Aug. contra epi-
stola Manichaei
quam vocant
fundamentum,
ca. 4. epist. 102
ad Eudimum.

Greg. lib. 1. cap.
25. moralium.

2. Cor. 2.

Brennius profe-
cit locum.
Mat. 15.
De caecis duci-
bus caecorum
omittendis.

Responso.

Orig. Hom. 2. in
Exodum.

De exemplo Re-
gis Ozia.

esse doctores, vis esse iudices, & decifores? Sed audi quod ab Augustino scriptum est: Melior est, inquit, fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. Scientia enim inflat, charitas edificat. Surgunt indocti (dicitur idem alio loco) & rapiunt caelum, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamur in carne & sanguine. Ante quem etiam Irenaeus, Melius est, inquit, nihil omnino scientem quempiam credere Deo, & perseuerare in eius dilectione, quae hominem viuificat, nec aliud inquirere ad scientiam, nisi Iesum Christum filium Dei, qui pro nobis crucifixus est, quam per sermones & multiloquium in impietatem cadere. Fides tua te saluum fecit, dicit Christus, non exercitatio scripturarum. Habet, inquit Hilarius, non tam veniam quam praemium, ignorare quod credas: quia maximum fidei stipendium est, sperare quae nescias. Tanrum abest vtijs praestantes doctrina viri, iudicandi decidendique potestatem de causa fidei vulgo tribuendam esse putauerint, vt eius etiam ignorantiam no venia modò, verum etiam praemio dignam iudicauerint. Non enim habet necesse quiuis de vulgo nosse omnia mysteria fidei: charitatem habere illi necessarium est, quae etiam absque literis discitur, sicut apud Clementem presbyterum Alexandrinum legimus. Itaque si scias qui de vulgo est, Dominicam orationem, Angelicam salutationem, Symbolum, Decalogum, & non nihil praeter ea de sacramentis, baptismi praesertim, poenitentiae, & Eucharistiae, deque ritibus & praecipis Ecclesiae, alia eum nosse mysteria de necessitate salutis non est. Turbam enim sicut rectè dicit Augustinus, non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit. Ex qua si quis etiam ea quae iam commemorauimus, non exactè nouerit omnia, modò sciat & credat Iesum Christum & hunc crucifixum, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: iam confessus est Christum, & confitebitur eum vicissim Christus coram patre suo, qui in caelis est. Nam sicut alia omnia, sic & hoc praclare dictum est ab Augustino: Si propter eos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia possunt, quae ad fidem pertinent, discernere, penè frustra in Ecclesia laboramus, plures enim sunt qui non possunt. Quare nihil dubitandum est, quin simplices in fide maiorem saluentur. Quod etiam figuratum esse docet Gregorius in eo, quod scribitur in libro Iob, Boues arabant, & asinae pascebantur iuxta eos. A sinæ quosdam significant simpliciter viuentes: quae rectè pasci iuxta boues dicantur, quia mentes simplices etiam cum alta capere non possunt, eò magis viciniae sunt, quò & fraternae bonae, sua per charitatem credunt, cumque inuidere alienis sensibus nesciunt, quasi in pastu se minimè diuidunt. Simul ergo se asinae cum bouibus resiciunt, quia prudentibus coniunctae tardiores, eorum intelligentia pacuntur. Iudicet igitur idiota, se nihil scire nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum: credat praeter ea sanctam Ecclesiam Catholicam: quicquid ab ea traditur, id pro certo & indubitato habeat. Absit autem vt de doctrina illius, quam in omnibus assequi non potest, iudicare velit, quin se potius, quantus quantus est, illius iudicio submittat, nec secus aliqui, quàm ab ea traditum est, vnquam sentiat. Hoc sufficit idiotae, quem iudicandi de doctrina religionis decidendiue partes sibi sumere fas non est.

Prosequitur Brennius: Et quid sibi grauissima illa cohortatio Christi, Omittite illos, caeci sunt, & duces caecorum. Quod si caecus caeco dux fuerit, ambo in foueam cadunt: aliud vult, quam vt summa cura & studio caueamus, ne caecum ducem sequamur? Quare hic est limes, hic est gradus principum, vt curent doctrinam non tantum politicam honestatis, verum etiam spirituales religionis ac pietatis. Et vanissimum est quod Afotus in scripto suo nunc huc, nunc illuc balbutit, principes & populos nec posse nec valere, nec debere dissensionem hanc circa fidem, vt ipse loquitur definire.

Rectè locum hunc adducis Brenti, audiendus enim est Christus, quando monet vt omittantur aliqui, quòd sint caeci & duces caecorum. Monet autem Christus, non vt mendaces hereticos, quorum ora, sicut apud Origenem legimus, diabolus aperit, verum per Catholicos Episcopos & sacerdotes. Per hos igitur cum hortatur populum, vt te tuique similes omittat, qui percussis estis caecitate & amentia, dum vos ipsos nimio plus amatis, & orbis terrarum iudicio vestrum iudicium antepones, ab eo vos per summam impietatem praeciditis, tenetur populus Christum in illis loquentem audire & omnis vobis, ad eos se conferre, à quibus sanam doctrinam perdiscere queat.

Iterum Brennius reprehendit venerabilem virum Petrum à Soto, quòd is exemplo regis Ozia conatur deterrere principes à suscipienda cognitione & iudicio de doctrina religionis. Atqui nullum exemplum versatur crebrius in ore Catholicorum omnium, quoties hoc argumenti genus tractat: quod etiam vetustissimum illum Dionysium Areopagitam Pauli discipulum, sanctum Martyrem Cyprianum, beatum Ioannem Chryso- stomum, & alios produxisse legimus. Ceterum Chryso- stomi verba libet adscribere:

Rex

Rex, inquit, cum esset sacerdotij principatum vsurpat: Volo, inquit, adolere incensum, quia iustus sum. Sed mane intra tuos terminos. Alij sunt termini regni, alij termini sacerdotij. Ille quidem ea quae sunt in terris sortitus erat administranda, ceterum sacerdotij tus è supernis descendit. Quocumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo. Regi ea quae hic sunt, commissa sunt, mihi caelestia. Mihi cum dico, sacerdotem intelligo. Iraque cum videris sacerdotem indignum, ne traducas sacerdotium: non enim oportet damnare res, sed eum qui te bona male vritur. Quando quidem & Iudas proditor fuit, verum non ob id accusatur ordo Apostolicus, sed illius animus. Nec crimen est sacerdotij, sed malum animi. Et tu igitur ne sacerdotium vituperes, sed sacerdotem male re bona vrentem. Et enim si quis tecum disputet, dicatque, vidisti illum Christianum? respondeo: At non ego de personis, sed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medio facti sunt carnifices, ac venena pro pharmacis dederunt? non tamen artem vituperò, sed male vrentem arte. Quor nauae male rexerunt nauigia? verum non ars nauigandi mala est, sed illorum animus. Si Christianus fuerit improbus, ne incuses professionem & sacerdotium, sed re bona vrentem male. Regi corpora commissa sunt, sacerdoti anima. Rex maculas corporum remittit, sacerdos autem maculas peccatorum. Ille bellum gerit cum Barbaris, mihi bellum est aduersus demones. Maior hic principatus. Propterea rex caput submittit manui sacerdotis. Et vbiq; in veteri scriptura sacerdotes vgebant reges. Verum rex ille sua transiit septa, nondumque regni transgressus, conatus est aliquid addere, atque ingressus est templum, cum auctoritate incensum adolere volens. Quid igitur sacerdos? Non licet tibi Ozia, adolere incensum. Vide libertatem, vide mentem seruire nesciam, vide linguam caelos attingentem. Non licet tibi rex adolere incensum. Non est fas venire in sancta sanctorum transcendis septa tua, quæris tibi non concessa, ea quae accepisti perdes. Non licet tibi adolere incensum, sed sacerdotibus istud datum est. Non tuum hoc est, sed meum. Num mihi tuam vsurpau purpuram? ne vsurpes meum sacerdotium. Vides quemadmodum non aliud Petrus à Soto dixerit, quam quòd à Chryso- stomo dictum audis: Sic enim Petrus loquitur: Huius rei exemplum in Ozia rege scriptura nobis ostendit. Legimus enim eum lepra grauissima percussum, non quòd quicquam detraheret diuino cultui, sed quòd potius nimio pietatis zelo sacerdotum munus praeciparet, velletque incensum offerre, quem magis decebat expectare, vt pro eo sacerdotes offerrent. Sed & exemplum Ozæ deterrere debet eò vehementius, quòd simplicius ille, & praeter omnem temeritatem, manum ad mouere vt arcam Dei iam iam se inclinarem ad ruinam teneret, credidit sibi licere, sed tamen occisus est à Domino, qui docere hoc exemplo voluit, neminem ita pro Dei emulari debere, vt transgrediat terminum suum. Quod dixerat Chryso- stomus: Mane intra tuos terminos, non licet tibi adolere incensum, transcendis septa tua: hoc dixit Petrus à Soto, neminem ita pro Deo emulari debere, vt transgrediat terminum suum. Interea tamen gra- uiter à Brentio redarguitur. Quam tandem ob causam? Quia non cogitauit de vero discrimine vocationum. Arguit eum impudentiae & mendacij, quòd dixerit, nihil Oziam diuino cultui detraxisse. Quid autem dicitur es Brenti, de Dionysio Areopagita, qui manus etiam quiddam ausus est dicere?

Sic enim loquitur: Quid enim inconueniens Ozias faciebat Deo incensum offeres? Quid autem Saul sacrificans? Quid violenti nimium demones, cum Iesum Dei filium verissime predicarent? Sed profecto à Theologia omnis alienus interdicitur Episcopus: vnusquisque enim ministerij sui ordinem seruare debet. Plus aliquid à Dionysio dictum est, quam à Petro. Nam non modò nihil Oziam diuino cultui detraxisse, sed nec inconueniens quidem aliquid fecisse narrat. Num & hunc impudenter & mendaciter scribere dices? Verissimè Brenti, Petrus à Soto negat Oziam diuino cultui quicquam detraxisse. Verissimè & ante eum Dionysius negat eum inconueniens, aliquid fecisse. Nam si rem ipsam spectes, nihil diuino cultui detractum, nihil est inconueniens factum: in persona peccatum est, non in re. Fecisset hoc sacerdos aut Episcopus, quando quidem officio suo nactus esset, gratum Deo munus praestitisset. Quoniam verò fecit rex, praeter, vel contra potius vocationem suam, ideo poenas debitas luit, quòd ordinem sui ministerij non seruauit: Sed malo vt Basilium te docentem audias. Potest, inquit, fieri vt sit aliquid propria sua ratione & voluntas Dei & bonum: quando verò praeter persona- le temporis rationem vsurpatur, iam Deo acceptum non sit. Vt exempli gratia: Voluntas Dei erat & bonum erat incensum offerre Deo, verum acceptum illi non erat, cum fieret à Dathan & Abiron. Vides Brenti, quam nullam causam habueris, cur tam acerbis conuictijs in virum pietate praestantem debacchareris? Sed quid faceret aliud pro- genies viperarum?

Chry. de verbis
Esaie com.
4. Coloss. 2.

Distinguendum
inter vna et
ordinem, perso-
nam et officium
sacerdotum.

Aliud officium
Regis aliud sa-
cerdotis.

Exemplum Ozia
2. Par. 26.

Alterum exem-
plum Ozia.

Dionys. in epist.
8. ad Demosthe-
lum.

Basil. in regulis
contrariis
regula 276.

Rex falsum

Neq; scripturis
neq; praxi Be-
clesia consenti-
entia est prin-
cipis de doctri-
na cognoscere.

Falsum est autem, quod non recte regis hoc exemplum accommodari dicis ad eos qui cognoscunt de doctrina: quodque asseris cognoscere doctrinam vere religionis, & iudicare in controuersia, de varijs sententijs partim in doctrina verbi Dei, non est solius familiaris Aaronis, sed cuiusvis pij hominis in populo Dei, ac precipue regu & principum: illius qui dem vt priuati, horum autem vt publici magistratus. Profer quos vel vnum scripturæ locum Brenti, vbi ex regis ore legem requirere Deus iusserit. Sicut nos ex Malachia, ex Aggæo, ex Deuteronomio testimonia produximus, quibus docuimus, sacerdotes interrogandos esse legem: ad sacerdotes referendum esse, si quid fuerit difficile & ambiguum: herbam tibi non inuiti dabimus. Non scriptura modò, verum & Ecclesia rotius praxi iam inde ab Apostolorum temporibus ad hæc vsq; nostra, hinc tunc sententia reclamationat, sicut suo loco demonstrabimus. Quamobrem non minus peccat princeps cum cognoscit doctrinam vere religionis, & iudicat in controuersia de varijs sententijs partium in doctrina verbi Dei, quam cum vsurpat sibi officium adolendi thymiamatis. Quod si verò tantum hoc peccatum est in principe, quòd maius est flagitium in priuato? Fides nostra Brenti, non est huius aut illius prouinciæ, multo minus huius aut illius priuati hominis, sed vocatur, & est, Catholica: verum apud vos, aut suam quisq; priuatam & solitariam fidem habet, aut ita credit, sicut princeps iusserit.

Brentius proba-
re conatur, pri-
uato fas esse de
doctrina iudi-
care.
Deum. 13.

Pergit docere Brentius, quod etiam priuatum hominem de doctrina religionis iudicare fas est. Lex, inquit, Moysis armat manus cuiusvis etiam priuati hominis, aduersus eum qui suadet idolatriam sectandam. Si tibi, inquit, voluerit persuadere frater tuus clam, dicens, Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, non acquiescas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, vt miseraris, & occulres eum: sed statim interficies. Sic primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Qui iubet quemuis etiam priuatum hominem in Ecclesia populi Dei tam seueriter animaduertere in suaforem idolatriæ, an non eadem seueritate, exigit, vt de idolatria iudicet, ac alienos deos a vero Deo diligenter discernat? Quod, si maiores nostri exercuissent seueritatem huius legis aduersus eos, qui primi diserta doctrina prophetica & Apostolica, introduxerunt in Ecclesiam filij Dei noua, & aliena sacra, quæ ignorauerunt patres nostri, nouas & impias sectas monasticas, quas detestatur verbum Dei, nouam & Aristotelicam doctrinam religionis, quam abominatur Euangelium Christi, non dubitamus quin rectius sese haberent res Christianorum, & tranquilli or esset Ecclesia filij Dei. Quid autem Brenti, si non modò priuatus aliquis ex vulgo, verum & tu, qui tibi præ ceteris cautus & prudens esse videris, idolatriam esse iudices, qui est ipsissimus Deus cultus? Nunc audi qui sint hi dii alieni, quos prohibet sequi scriptura. Audi autem non me, qui mihi nullam auctoritatem arrogo, sed eos, qui vixerunt ante mille ducentos prope annos, in quibus Dei spiritum loquuntur esse persuasum habemus. Ac primo loco virum illum excellenti pietate doctrinaq; ac singulari quadam persuadendi vi præditum

Responsio.

Vincent. Lirin.
Hæreses & et-
vires idola ac
dij alieni.
Iosue 23.
Aug. Quest. 29.
super Iosue: de
de baptismo co-
tra Donatistas
cap. 23.
Hier. in Osee 8.
Ide in Esaiæ 2.
Hier. in Zacha-
riæ cap. 13.

Vincentium Lirinensem: Verus, inquit, Testamentum allegorico sermone deos alienos appellare consuevit noua dogmata: eò quod scilicet ita ab hæreticis ipsorum opinionis sicut à genilibus dii sui obseruentur. In quam sententiam etiam scribit æqualis eius Augustinus: Est, inquit, alius deterior & inferior cultus simulachrorum, quo phantasmata sua colunt, & quicquid animo errante, cum superbia vel tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obseruant. De cuius generis phantasmaticibus illum etiam Iosue locum exponit: Auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum vestrum: Et illum Ezechielis; De auro meo, & argento meo, fecisti tibi imagines. Itidem & Hieronymus explicans illum Osee: Argentum & aurum (suum) fecerunt sibi idola vt interirent. Sed & illum locum enarrans: Repleta est terra idolis, opera manuum suarum adorauerunt, & incurruunt se homo & humiliaus est vir: idola interpretatur dogmata veritati contraria. Et iterum alio loco: Non ea tantum que manuum sunt artificis, de quibus scriptum est: Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, recte vocati dicuntur idola, verum etiam hæreticorum peruersam doctrinam, que quodcumq; simulauerit, vertit in idolum, & pro Christo facit adorari Antichristum.

Hæretici dogma-
ta sua velut i-
dola adoranda
proponunt.

Aduersus vos igitur Brenti, lex ista Moysi manus cuiusvis armat: vos enim estis qui dogmata vestra noua imperitæ multitudini colenda, & adoranda tanquam idola quædam proponitis. Dicit Lutherus: Quod ego doceo, Dei verbum est, & purum Euangelium: statim sectatores eius adorant & incuruantur coram idolo. Dicant idem Zuiniglius & Caluinius, dicunt Anabaptista, dicunt Seruetus & Campanus, dicunt alij nonnulli hæretici: proferunt examina scripturarum in prauum sensum detortarum: mox hominibus, vel diaboli potius per hominem loquentis verbum pro Dei verbis proque Christo Etan-

Euangelio miseri homines amplectuntur, & adorant, & coram idolis incuruantur. Horrenda hæc est idolatria Brenti, contra quam lex Moysi merito manus armat omnium. Quid enim ex eo consequitur aliud, quam cum vnaqueq; secta suum verbum, verbum Dei esse iactet, vt miseri mortales qui seducuntur ab istis, tot deos habeant, quot sunt hæresarchæ? Sed audi quemadmodum hunc locum tractet Vincentius. Scribit, inquit, in Deuteronomio beatus Moyses, Si surrexerit in medio tui propheta, aut somnium in te viderisse dicat: id est, magister in Ecclesia constitutus, quem discipuli vel auditores sui ex aliqua reuelatione docere arbitrantur: & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, vt seruiamus eis: Qui sunt dii alieni, nisi errores extranei? quos ignoras, id est, noui & inauditi: & seruiamus eis, id est, credamus eis, sequamur eos. Quid ad extremum? Non audias, inquit, verba propheta illius. Vos notat hæc lex Brenti: vos non audiri iubet: de vobis hoc statui præcipit, quod tu maioribus literis scribi fecisti. Quod si factum fuisset anno ab hinc quadagesimo fere, quando primum deserta doctrina Prophetica & Apostolica, introduxistis in Ecclesiam filij Dei noua & aliena sacra, que ignorauerunt Patres nostri, nouas & impias sectas Arii, Manichæi, Ioviniani, Vigilanti, Berengarij, Ioconomachorum, Petrobrusianorum, Henricianorum, Valdensium, Vicleffi, & aliorum pridem damnatorum hæreticorum, quas detestatur verbum Dei, quas execrata semper est Ecclesia Dei, nouam & hereticam doctrinam religionis, quam abominatur Euangelium Christi, si statim initio qui cum potestate verabantur exercuissent seueritatem huius legis aduersus vos nec impia vestra dogmata, posteaquam semel Pontificis, cuius proprium hoc est munus, iudicio damnata sunt, radices in multorum animis agere permisissent, non dubitamus, quin se rectius haberent res Christianorum, & tranquilli esset Ecclesia filij Dei. Certè nunquam in magnas istas calamitates inciderisset Germania, quas tantas tulit ex istis sectis vestris tam dilectis, vt si cum numerosissimi moro exercitu Turcarum tyrannum eam peragrasset, maiores inferre non potuisset. Nam non corpora modò miserum hominum vos occidistis, verum & innumerabiles animas gehenna sempiternis incendijs tradidistis. Sed ad institutum.

Vincent.
Lirinens.

Quas hæreses
ex antiquis illis
sectarij resuscita-
riunt.

Plus calamita-
tis illarum Ger-
manie ab hære-
tici, quam in-
ferre Turca po-
tuisset.

Argumentatio-
ne ex lege
Deum.

Responsio.
Obiecta ab ex-
emplis veteris
legis.

2. Quest.
7. Petrus para-
graph. Daniel.
Nazian. in ser-
mone in sancta
luminaria Epì-
phantorum.
Hier. in 1. cap.
Iona.

De exemplo Da-
nielis.
Ista in Synopsi
diuinae scriptu-
re.
Iustinus Philo-
sophus.
Apollonius.
Minitius.
Hier. de vitis
illustribus.
Henricus Rex
Angliæ.

Profer legem Brentius ex Deuteronomio: Docere, inquit, lex, filios vestros, vt illa, videlicet legis verba, meditentur. Verum quid ad rem? Monemus & nos patres-familias, vt suos pueros doceat Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum, Decalogum, quæ si quis eos non docuerit, graui reprehensione dignus censetur. Num autem ideo datur eis facultas de doctrina religionis iudicandi? Nihil igitur aliud hæc tenus, quam quod proterbio dici solet: Extra chorum saltauit Brentius. Nunc tandem aliquid ad rem velle dicere videtur. Proponit enim nobis Dauidis, Salomonis, Ezechie, Iosaphat, Iosue regum exempla. Liceret nobis ad ea respondere, quod in decretis canonicis legitur. Miracula & maximè veteris Testamenti sunt admiranda, non ad exemplum nostre actionis trahenda. Possemus & illud dicere quod à Gregorio Nazianzeno scriptum est: Non continuo legem Ecclesijs dari, si semel aliquando, aut raro: aliquid tale factum est: quodque discipulus eius scripsit Hieronymus: Priuilegia paucorum non faciunt legem comunem. Sed prius facta singulorum, excutiamus, & num aliquid ad rem faciã, qua de agitur, videamus. Quætu, inquit, iste Dauid in docenda pietate & constituendis sacris? At nos exemplum eius rei nobis ostendi cupiebamus, vbi iudicasset Dauid de doctrina religionis. Docuit pietatem Dauid, nunquid in Ecclesia publice? Profer scripturam, vbi doctoris officio sit functus in Ecclesia. Scripsit Psalmos aliquot, si quid Athanasio credimus quinque tantum. Quid ni scriberet? Ne nunc quidem regi prohibetur, aut in principi, quò minus aut rythmos, aut Psalmos, aut carmina scribat, quibus Dei laudes celebret. Scribimus in docti, doctique poemata passim. Scripsit Iustinus philosophus, qui nullo sacerdotio functus legitur, præclara volumina, quibus si fidem Christi contra gentes tutatus est. Scripsit & Apollonius vrbis Romanæ Senator. Scripsit Minutius caudicis quidam Romæ. Scripsit & alij multi, quos enumerat Hieronymus. Nemo est, qui non laudi hoc illis potius, quam vitio tribuendum existimet. Mittamur veteres: nostro quoque seculo scripsit Henricus rex Angliæ contra vestrum idolum Islebiente, & egregie doctrinâ Ecclesiæ de sacramentis tutatus est. Num quis factum hoc illius reprehensione dignum iudicauit? Ipsa quoque sedes Apostolica tantum abest vt reprehenderet, vt etiam elogium illum illi defensoris fidei tribueret. Vnum autem is qualis ceperat vsque ad finem perseuerasset: neque dum se caput Ecclesiæ constituit Anglicanæ, ab orbe se Christiano præcidisset: certè laude sibi debita non caruisset. Fecit idem & Albertus pius Carporum princeps: fecit & ille Ciceronis diligens imitator Christophorus Longolius, homo priuatus, neq; sacris vllis initiatus, vt interea silentio præterea & alios multos, & Picos illos Miradulanos comites, viros excellenti doctrina præ-

Albertus pius.
Christo. Langolius
Pici Miran-
dul.

dam suo ipsorum excogitant. Et si enim nugantur, opera habere hanc virtutem non ex se, sed ex gratia, tamen antea demonstratū est, quod impietas & idololatria sit, creaturae tribuere quod soli diuine maiestati, & soli personae Christi cōuenit. Quare manifestum est, quod Sorbonici & Aſotici legem de adolendo thymiamate ita perstringunt, vt digni sint non corporali tantum lepra, sicut Ozias, verum etiam aeterna ignis gehenna. Quod sanè publicum, nisi respiciant, proculdubio euadere non possunt.

Responsio.

Quod adolere thymiamata significauerit placationem caelestis irae, non grauatim tibi concedimus. Sed nec illud diffitemur, sacerdotium Aaronis figuram & umbram fuisse sacerdotij, quo functus est Christus in ara crucis, vbi semetipsum tradidit oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, cui nos per sacrificium hoc reconciliauit: vnum cum illo manens, cui offerebatur: vnum in se faciens, pro quibus offerebatur: vnum existens ipse qui offerebat, & quod offerebatur. Quod autem asseris, propterea solos Aaronicos sacerdotes thymiamata adolere, quo significaretur solum Iesum Christum filium Dei, cuius illi umbra fuerunt, solo suo thymiamate, sola sua intercessione, passione, & morte placare iram Dei patris, & reconciliare ei humanum genus, Sorbonicos autem & Aſoticos prelatos tribuere hanc maiestatem & virtutem non soli personae Christi, sed etiam operibus hominum, &c. Quos tu Sorbonicos & Aſoticos vocas, aut quid ijs verbis tibi velis, non satis assequimur. Nam si quia sacerdos in aeternum secundū ordinem Melchisedech Christus est, idē nullos iam dici & esse vni sacerdotes: si quia mediator & reconciliator noster Christus est, idē nullos vis dici mediatores alios & reconciliatores: si quia sedens ad dexteram patris Christus interpellat pro nobis, idē non vis vt ipsi quoq; alter pro altero interpellemus, vide, ne quos fortasse non vis, eos Sorbonicos & Aſoticos prelatos voces. Quid est enim, aut quid fuit ab apostolorum temporibus magis vltatum in Ecclesia, quam vt Ecclesiae ministri sacerdotes vocarentur, ex eo praesertim tempore, quo desijt Iudeorum sacerdotium?

Idem sacerdoti vocari mediatores & reconciliatores. Cyp. lib. 1. epi. 3. Nazian. in. Apologet. Hier. in Malach. cap. 2. Ambros. in oratione prioris praevatoriae ad Missam. Chrys. de verbis Esate hom. 5.

Ibidem li. 6. de sacerdotio.

Anacletus Pp.

Celestin. epi. 11.

Greg. li. 1. ep. 24.

Iam verò quod mediatores & reconciliatores idem vocantur, non minus & illud verus est. Sanctus ille martyr & Episcopus Cyprianus, Sacerdotibus, inquit, maior labor incumbit in asserenda, praepitianda, & procuranda Dei maiestate. Apertius autem Gregorius Nazianzenus, qui speciale sacerdotis officium esse dicit, populi mediatorum apud Deum efficit. Qui & Basilium vocat mediatorum inter Deum & hominem. Quem praepitorem suum sequuntur Hieronymus, vocat sacerdotem Dei sequestrum & hominum. Et aequalis horum Ambrosius Iesum alloquens: Quoniam, inquit, me peccatorem, inter te, & eundem populum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditur non recuses: nec per me indignum famulum tuum, eorum salutis pereat pretium, pro quibus victimam factus, salutaris dignatus es esse redemptio. Ad eundem modum Ioannes quoque Chrysostomus, medium stare dicit sacerdotem inter Deum & humanam naturam, illinc venientia beneficia ad nos deferentem, & nostras petitiones illuc proferentem, Dominum iratum vtrique naturae reconciliantem, & nos, qui offendimus, ex illius manibus eripientem. Vides quid iste sacerdoti tribuat? Sed audi quid alio loco dicat: Sacerdotem enim ait, pro vniuerso orbe legatum intercedere, deprecatorumque esse apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modò, sed etiam mortuorum peccatis propitijs fiat. Itaque quasi mundus vniuersus illi concreditus, atque omniū sit pater, sic ipsum ad Deum accedere. Ac paulò post: Cùm autē ille & Spiritum sanctū inuocauerit, sacrificiumque; illud horrore ac reuerentia plenissimum perfecit, cōmuni omnium Domino manibus assidue pertractato, quare ex te, quoro illum in ordine collocabimus? Per id tempus & angeli sacerdoti assident, & caelestium potestatem vniuersus ordo clamoros excitat, & locus altari vicinus, in illius honorem qui immolatur, angelorum choris plenus est. Et qui fuit his omnibus vetustior Anacletus, quartus à Petro Pontifex Romanus. Sicut, inquit, ipse filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos vice illius in Ecclesia estis constituti, vt inter Deū & homines legatione eius fungamini. Hec ille, scribens ad Episcopos per diuersas regiones constitutos. Et qui fuit successor eius Celestinus: Cùm, inquit, sanctarum plebium praesules mandata sibi legatione funguntur, apud diuinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum ingemiscente Ecclesia, postulant & precantur, vt infidelibus donetur fides. Gregorius quoque Magnus successor huius: Quid Antistes, inquit, ad Dominum, nisi pro delictis intercessor quidam eligitur? Vides quemadmodum hi omnes & mediatores, & reconciliatores, & sacerdotes, ac legatos, & intercessores vocant eos, quos vos nihil aliud esse vultis, quam Ecclesiae ministros. Nūm & hos tu Sorbonicos & Aſoticos prelatos esse dicest?

Neque; tamen vel horum, vel posteriorum quisquam, qui vulgò vocantur Scholastici, tri-

tribuit hoc vniquam Ecclesiae ministris, quod proprium est filij Dei munus, vt eos ad eundem modum legatos, mediatores, intercessores, reconciliatores esse diceret, quemadmodum ipsi Christo vero Deo filio haec omnia competunt: Nihil enim aliud eis tribuunt, quam quod à Paulo tribuitur: Deus, inquit ille, nos reconciliauit per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Quid autem dixit aliud Apostolus, quam quod antea dixerat ipse Christus? Pax, inquit, vobis. Sicut me misit pater, & ego mitto vos. Quam autem ad rem pater misit filium, nisi vt inter Deum & homines pacem faceret? Ad hanc ipsam rem suos quoque filius misit in vniuersum orbem sacerdotes & Episcopos, vt eorum ministerio reconciliarentur Deo: si qui se ab illo disunxissent, peccatisque suis eum offensissent. Quod ergo dixit Christus, Misit me pater, idem est cum eo, quod dicit Apostolus, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quod verò subiungit, Ita & ego mitto vos, idem est cum eo quod idem dicit Apostolus: Posuit in nobis verbum reconciliationis: Pro Christo legatione fungimur: & Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Quamobrem non contentus semel dicere, dixit repetita vice, Pax vobis, vt indicaret se & pacem illis fecisse, & pacem per illos mittere nobis.

Vides igitur qua ratione dicatur Sacerdos, Mediator, Legatus, Reconciliator Christus Dei filius, qua rursus ratione eadem omnia ministris Ecclesiae sacerdotibus tribuantur. Christus haec omnia est, virtute sua, qui per sanguinem suum reconciliauit nos Deo patri. In homine sacerdote nihil est praeter ministerium: Quo quidem fungitur is primum, cùm annunciat populo per Christum in cruce pro nobis passum & mortuum, peccatorum remissionem nobis obtentam, ac Deo Patri nos esse reconciliatos. Deinde cùm eum admonet, quandoquidem facta iam sunt per Christum omnia, quae ad reconciliandum Deo patri genus humanum pertinerent, vt ex ipsius Christi patre nihil desit hominibus ad salutem consequendam, vt ne sibi deesse velint ipsi, sed pro se quisque reconciliari Deo studeat: nec existiment solum hoc sufficere, si sciant & credant, quod cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, sed requiri praeter ea, vt ipsi adferant aliquid ad reconciliationis illius in cruce factae fructum in se transferendum, vt peccata sua deserentur, vt conuertantur ad Dominum, vt in illo spem & fiduciam suam collocent, vt illius amore inflammentur, ac per fidem viam, & per sacramentorum suceptionem illud efficere conentur, vt quem fructum vniuerso mundo Christi mors attulit, eius participes esse queant: quo quidem tempore legatione fungitur, & reconciliationis ministerium exequitur sacerdos apud homines pro Christo capite. Quando autem fias ad altare, eam que per sumum in cruce Christi sanguinem facta est reconciliationem, Deo patri offerens, atque illius eum commonefaciens, in totius Ecclesiae persona supplex rogat, vt illius reconciliationis virtute populo suo propitijs esse, ac fructum illius ad ipsum redundare velit: legatione fungitur, & reconciliationis ministerium exequitur apud patrem caelestem pro Christi corpore, Ecclesia. Nihil hic igitur Christo detrahitur: nisi forte quia Christus interpellat pro nobis, idē detrahitur Christo, quod sacerdos etiam interpellat: qui non solum tunc legatus est, & reconciliationis minister, quando praedicat Euangelium, verum etiam cùm baptizat, cùm poenitentem absoluit, cùm Eucharistiae sacramentum porrigit, cùm orat pro populo, cùm corporis & sanguinis Christi sacrificium offert. In omnibus his reconciliationis est minister: quam non modò verbis praedicat, verum etiam habitu & actione repraesentat: ac quemadmodum ea facta sit in cruce sub aspectum astantis populi, subiicit, atque omnia facit, vt fidei suae commissus populus, reconciliationis in cruce factae fructum consequi possit: Quam ad rem non alio vtrius mediator, quam ipso Christo. Illius enim corpus, illius sanguinem offert Deo patri: illius precij quo redemptus & reconciliatus est ei mundus, ipsum commonefacit, nec per alium petit, quam per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem preces suas omnes conuertit: quandoquidem illum esse verum sacerdotem, verum mediatorum, reconciliatorem, interpellatorem agnoscit. Ille est qui baptizat, ille est qui peccata remittit, ille est qui reconciliat, ille est qui interpellat pro nobis, ille est qui docet, ille est qui consecrat Eucharistiam, ille est qui porrigit sumere volentibus, ille est qui offert corporis & sanguinis sui sacrificium, sacerdos manus tantum & linguam accomodat. Itaque virtus omnis & efficacia, non est vniquam tributa nisi vnico mediatori Christo, nisi vnico illi sacrificio, quo se ille obtulit in ara crucis. Sacerdoti nihil est attributum praeter ministerium.

Quamobrem nihil habes quod quizeris Brenti: Non tribuimus creaturae, quod

R r 4 est

Scholastici non tribuunt sacerdotibus quod vni Christo ferri debet acceptum. 2. Cor. 5.

Ioan. 20.

Aliter atq; aliter Christo et sacerdotibus coepit haec nomina sacerdotis, mediatoris, legati, reconciliatoris.

Rom. 5.

Omnia gloria in soli Christi a sacerdote, quæ uti mediator, transferuntur. Quid scholasticus opus operantis & operatum. Antifidi. in prima parte summe. Innoc. li. 3. mysteriorum Missæ cap. 5. Missæ valet ex opere operato Scholasticus quæsum Christo Mediatori tribuit, eoque indignè taxari.

Hier. 17. 1. Pet. 1.

Joan. 7. 1. Joan. 15. 2. Cor. 15.

Hebr. 3.

Hebr. 9.

Rom. 8. Hebr. 9. Cyp. serm. de vita Domini.

1. Part. 2. quæst. 82. arti. 6. 2. In li. 4. sent. dist. 13. arti. 3. 3. In 4. li. sent. dist. 13. quæst. 4. 4. ser. 2. de die mortuorum. 5. In expositione sacri canonis missæ, lectione 26. in quolibetis quæst. 20. Joan. 6. Sacerdos dicitur sustinere personam.

est solius diuinæ maiestatis, quodque soli conuenit Christi personæ. Quò magis autem ita rem habere cognoscas, omnem nos gloriam in solum Christum transferre, etiam si peccator sit minister, non idèò minus valere putamus, quòd manibus illius offeritur sacrificium. Nihil enim tribuimus hominis operi per se considerato, sicut falsò tu nos in simulas: sed omnia referimus ad illud Christi solius opus, quo se pro nobis Deo patri victimam obtulit in ara crucis. Et hoc est quod à scholasticis dicitur, missam valere ex opere operato, nò autem ex opere operantis. Opus operans appellare placuit, siue sacerdotis actionem, quod Antifidiorensi visum est, siue sacerdotem ipsum sacris operantem. Sic enim loquitur Innocentius: Nò ergo sacerdotis iniquitas effectum impedit Sacramenti, sicut nec infirmitas medici virtutem medicine corrumpit. Quamuis igitur opus operans aliquando sit immundus, semper tamen opus operatum est mundum. Opus operans vocat hic Innocentius ministrum sacerdotem. Opus autem operatum vocant Scholasticus, rem immolatam. Cùm itaque docent missam ex opere operato valere, quid aliud videtur docere, quàm nò esse personam aut actionem sacerdotis attendendam, verùm ipsam, quæ præfens est in altari, rem immolatam, ipsum verum Christi corpus, quod pro nobis traditum est, ipsum verum Christi sanguinem, qui pro nobis fusus est in remissionem peccatorum nostrorum. Huius pro nobis traditi corporis, huius pro nobis fusi sanguinis virtute, nò merito sacerdotis aut actione fieri, vt cum Deo reconciliatiorem, peccatorum remissionem, & ea quæ petimus consequamur omnia. Potuit autem dici magis pium aliquid, aut veritati Christianæ magis consentaneum? Quid enim? An nò omnem hac ratione fiduciam ab homine transferunt, & in sola Christi passione, (nam passio Christi est sacrificium quod offerimus) collocari iubent? cum Propheta dicens: *Maledictus homo qui cõfidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Benedictus vir qui cõfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.* Nolunt vt quisquam in sanctitate vel in externo sacerdotis opere spem suam defixam habeat, verùm in agno illo immaculato, cuius pretioso sanguine redempti sumus: Hic est, qui tollit peccata mundi: hic est in cuius nomine si quid perierimus patrem, dabit nobis. Hic est verus aduocatus, mediator, & reconciliator noster. Homo sacerdos, minister tantum est reconciliatiõis: ministerium enim reconciliatiõis dedit illi Deus. Vera propitiatio, vera pro peccatis nostris reconciliatio, verus sacerdos in æternum, solus sanctus & immaculatus p̄cifex, qui & exauditus est, & exauditur semper pro sua reuerentia, nò est alius quàm ille, qui per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, qui sedens ad dexteram patris, etiam nunc interpellat pro nobis Dominus noster Iesus Christus. Cuius corporis & sanguinis sacramentis, cùm præfens adsit in altari, cū subijciatur sub oculos adstantium, quemadmodum ille semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: in huius sacramenti præsentia, sicut à sancto martyre Cypriano scriptum est, non superuacue mendicant lacrymæ veniant, nec vnquam patitur contriti cordis holocaustum repulsum.

Hæc est eorum doctrina, quos tu Aoticos & Sorbonicos Prælatos vocas. Quæso autem te, num tribuunt creaturæ, quod soli diuinæ maiestati, & soli personæ Christi conuenit? Quò certius autem cognoscas, ita rem habere sicut diximus, quamuis multi sint, qui tractent quæstionem hanc, vtrum sacerdotis mali Missa tantumdem valeat, quantum boni (tractant enim eam, 1. Thomas de Aquino, 2. præceptor eius Albertus, 3. Bonauentura, 4. Ioannes Gerson, 5. Gabriel Biel, & alij nonnulli) nos tamen vel vnus Ioannis Scoti testimonio cõtenti erimus, & eius verba pauca adscribemus: Missa, inquit ille, non solum valet virtute meriti siue operis operantis, sed etiam virtute sacrificij & operis operati. Vel nò solum valet virtute meriti personalis sacerdotis offerentis, verum etiam virtute meriti generalis Ecclesiæ, in cuius persona per ministrum cõmunem offeritur sacrificium. Alioqui missa mali sacerdotis, qui in illo actu non meretur personaliter, sed demeretur, nulli valeret in Ecclesia: quod reputatur communiter inconueniens. Et rationabiliter iuxta illud Ioannis: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Quandoquidem enim Christus vt summus sacerdos offert, panis quem dat, id est, caro eius, est mundi vita. Hic dices Brenti: Vel hæc ipsa verba planum faciunt ita esse, quemadmodum à nobis cõmemoratum est, quòd virtutem reconciliatiõis nò soli personæ Christi tribuitis, verum etiam operi sacerdotis. Audi quæ loquitur Brenti: Duas personas sustinere sacerdotem docemus: vnum Christi capitis, cùm cõsecrat, siue sanctificat, offert, distribuit. Tunc manus, lingua, ministerium, hominis est mortalis, ipsa verò cõsecratio, siue sanctificatio, oblatio, distributio, denique virtus omnis & efficacia, nò est nisi æterni sacerdotis illius & immortalis, Domini nostri Iesu Christi. Aliam Christi corporis Ecclesiæ: vt oblationis in cruce factæ per filium, cuius sit in altari representatio, fructum ad fideles omnes redundare faciat. Hoc igitur dicit Scotus, siue sacerdotem cõsideres, tanquam Christi capitis,

pitis, siue tanquam Christi corporis ministrum, vtroque modo valet Missa. Nam quòd ad prius illud ministerium attinet, non refert quo sit vitæ merito sacerdos: Christus est enim immundus ille sacerdos, qui semetipsum offert. Panis quem dat, id est, caro eius, est mundi vita. Quamobrem non hominis sacerdotis actio, verùm Christi sacerdotis oblatio, Christi caro, quam semel in ara crucis pro nobis in mortem obtulit, illa est vita mundi, illa est per quam salutem cõsequimur: hominis autem sacerdotis, nihil aliud est quàm ministerium. Virtus omnis penes carnem illam est, quæ cùm propter nos salutem in cruce pependisset, nunc ad dexteram Dei collocata pro nobis interpellare nunquam intermittit. Rectè enim ab Augustino dictum est: Qui fuerit superbus minister, cum diabolo reputatur, sed non contaminatur donum Christi. Quod per illum fluit, purum est: quod per illum transiit, liquidum venit ad fertilem terram. Puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest: per lapideum canalem transit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil generans, sed tamen hortis plurimum fructum adfert. Spiritalis enim virtus sacramenti, ita est vt lux, & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur. Quod verò spectat ad posterius ministerium, quo sacerdos fungitur pro Christi corpore Ecclesia, si dicit Scotus, aliquid valere ministerii meritum, si bonus sit, quid aliud dicit, quàm quod scriptura loquitur: *Mulum valet deprecatio iusti?* Sed si nullum etiam sit sacerdotis meritum personale, valere tamen dicit sacerdotis preces, virtute meriti generalis Ecclesiæ, cuius personam agit: quæ tamen non aliter valent, nisi pro nobis interpellent verus ille sacerdos, mediator, & reconciliator noster, Dominus noster Iesus Christus, ita vt omnis virtus & efficacia precum etiam nostrarum, ex illius interpellatione pendeat: qui nisi pro nobis interpellaret, nullum esset precum nostrarum pondus, quæ quicquid valent, in illo & per illum valent. Hæc est Ecclesiæ doctrina Brenti, quæ si quid aliquando tribuit operibus, hæc tamen tribuit, quatenus eius qui passus est, & mortuus pro nobis, pretioso sanguine sunt respersa, ex quo precium suum omne mutuatur: omnem vt virtutem & efficaciam soli tribuat pro nobis fuso Christi sanguine. Verùm hæc de re scripsimus vberius in Confessione nostra Christiana, vbi & quale sit sacerdotum sacrificium quæ nostrum, quod hoc loco perstringere tu videris, & quid operibus hominum ab Ecclesia tribuatur, copiosè disseruimus. Fortassis autem legitis Brenti, quid scribat Basilius locum illum adducens Euangelij, *Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Sic enim ille loquitur: Non quòd per se ista ad mundationem sufficiant, cùm principaliter opus sit misericordia Dei & sanguine Christi: in quo & aliorum omnium reconciliationem habemus, si in vno quoque dignos respicientiæ fructus fecerimus. Quod ille dixit de elemosyna, hoc idem nos quoque sentimus de omnibus alijs pijs operibus. Quibus si quando mundari, vel reconciliari quenquam Deo dicimus (nam & ieiunia & preces ad placandam iram Dei non sine scripturarum auctoritate rectè adhiberi docemus) principaliter tamen egere nos misericordia & sanguine Christi profiteamur: per quem & in quo valent, quicquid valent opera nostra omnia. Hæc vos atque ignoratis Brenti, atque ita neque quæ dicitis, neque de quibus affirmatis, intelligitis: aut si nò ignoratis nos ita docere, ratio maior est improbitas vestra: qui cū secus re habere scitis, apud multitudinẽ tamẽ imperita nos traducere nò veremini, quasi nos per summam impietatem creaturæ tribuamus, quod soli diuinæ maiestati, soli que personæ Christi conuenit: & cùm veritate non possitis, eiusmodi confictis saluminijs perficere studetis, vt quàm plurimos à Christi corpore, quæ est Ecclesia Dei, segregare queatis. Verùm hæc extra causam hac quidem de re dicta sufficiant.

Redic iterum ad conuitia Brentius, & grauius inuehitur in Petrum à Soto quòd scripserit Oram licere sibi credidisse simpliciter & præter omnem temeritatem aræ manus admouere. Quasi verò multum hoc ab eo dissimile fuerit, quòd à Gregorio Nazianzeno, quem Theologum Greci vocant scriptum est. *Oram hunc arcam iam iam lapsuram manu sedula & sollicita sustentasse.* Certè quod sedulo, quod sollicitè fit, non omnino temere fieri videtur. Ad eòd veteres etiam illi Theologi, non se putauerunt vlla necessitate ad huc nos esse, vt ipsidem semper verbis scriberent, quæ in Canonicis libris continentur. Sed cùm validiora, quæ proferat, argumenta non habeat, capillis eiusmodi virum & bonum & doctum vexare conatur. Nos autem conuitia, iocos & scommata Brentij missa faciamus, ac silentio præteritis ijs, quæ vel non multum ad rem faciunt, vel abundè iam à nobis confutata sunt, de re potius ipsa sermonem nostrum instituiamus. Itaque nihil est quòd de Ora quòque plura verba faciamus, quandoquidem quæ dicta sunt de Ora, rectè huic accomodari queunt. Quin & de gradu principum & Episcoporum in Ecclesia (qua de re petulantè admodum cùm venerabili viro Petro à Soto rixatur Brentius) non est necesse nunc agere pluribus: erit alius locus ea de re dicendi magis op-

Sacerdos in improbitas non de rogat efficacia sacramentorum

Aug. tract. 5. in Ioan.

Iaco. 3.

Quatenus Ecclesia operibus non sitis tribuat aliquid.

Basili. in regulis cõtractibus, quæst. 27.

Quomodo dicimus operibus mundari, Deo reconciliari.

Conuersa de Ora manus aræ admouente. Responso. Naz. in Apolog.

gis opportunus, vbi quem in Ecclesia Dei quisque gradum obtineat, ex Ecclesie praxi, Deo bene iuuante, demonstrabimus.

*Eph. 4.
1. Cor. 12.
Nisi saluus in
Ecclesia sit or-
do, hæreses non
expugnabuntur.*

Nihil autem erat quod offenderetur Brentius, quod ex Pauli sententia Petrus ordi-
natissimam esse scribit Ecclesiam. Hac quidem de re cum Paulo rixari Brentium oportet
bat, non cum Petro. Quid autem potuit verius dici, quam quod à Petro dictum est? Tol-
le, inquit, ordinem in docendo, & necesse est tot esse doctrinæ diuersitates, quot auræ fla-
tus, quibus non minus instabiliter circumferantur paruuli, quam arundo à vento agita-
ta. Nonne clamat hoc res ipsa Brenti, vt si minus Petro scribenti, saltem scitis istis tam
dissectis, modò non ipsam vocem hanc emittentibus, ac re ipsa ita esse declarantibus, fi-
dem habere te oportuerit? Satanisimum enim hunc, quem operis huius initio recensui-
mus, quæ res nobis alia peperit, quam quod Apostoli, pastoris, doctoris officio fungi
quisque vult? etiam si legitime vocatus non sit. Verum intelligit hoc Brentius, si saluus sit
ordo in Ecclesia, hæreses consistere non posse: quam ob rem hunc sibi præcipue censet
oppugnandum.

*Virulenta Bren-
tij obiectio cir-
ca principum
potestatem.*

Quid autem non fecit Brentius, vt quam possit maxima Catholicis Episcopis princi-
pum odia consistere queat? Quam virulenta sunt hæc illius verba? Nam autem A sotus om-
nem honorem & dignitatem auferat à regibus & principibus, facit eos auctoritate le-
gis, quæ de ambiguis & difficilibus causis ad sacerdotes referendis extat, sacerdotum ap-
paritores & lictores. Hoc restat, inquit, principi erga populum eius, superbiæ & inobe-
dientiam erga Dei ministros & doctores legis compescere, atque seueritate legum, sen-
tentiam illorum exequi, ne videlicet in contemptum veniat. Quæ te Brenti, quoties ali-
quis fidem principis implorat, vt quem non sine causa portat gladium in maleficum ali-
quem stringi iubeat, num statim eum apparitoré & lictozem facit? At vos, inquit Bren-
tius, vultis, vt hoc sine vilo suo iudicio & cognitione faciat. Quotus quisque princeps au-
tem est, qui de cædibus & maleficijs ipse cognoscat, & non aliorum iudicio stringi gla-
dium in fontes faciat? Nam à quo cunque tandem iudicatum vllum sit de seculi rebus quibus-
cunque tandem, nisi principis auctoritate: sicut nec iudicium vllum sit de seculi rebus quibus-
cunque tandem, nisi principis auctoritate. Quam pauci verò fures, quam pauci sicarii,
quam pauci grauiorum etiam scelorum conuicti, supplicium capitis luerent, si non lice-
ret id de quoquam sumere, nisi cuius causam princeps ipse iudicasset? Credit princeps à
se constituto legitimo iudicio, habet apparitores & lictores suos, per quos, quas com-
mererit quisque, pœnæ de quoque sumuntur. Quod si credit princeps iudicibus à se
constitutis, quid ni credat iudicibus in ipso Deo constitutis? vt faciat quod in Deutero-
nomio precepit Dominus: Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, ex decre-
to iudicis moriatur homo ille. Docebimus autem hoc vno loco, quod ex quo tempore
penes Christianos esse cœpit imperium, ad hoc vsque nostrum seculum nemo fuerit regum
& principum Christianorum, qui sibi de causa fidei iudicium arrogare sit ausus, de
qua liberam semper cognoscendi potestatem penes solos Episcopos, quotquot de Chri-
stianis profitebantur, esse voluerunt. Quos illi pronunciantes hæreticos, eos pro hæreti-
cis habuerunt, & ab omnibus tales haberi, nec receptum illis in suis terris dari sancie-
runt: Quam verò fidei doctrinam in concilio congregati Patres approbassent, eam fir-
miter ab omnibus obseruari mandauerunt: si qui contra venire ausi fuissent, seueritate
legum in eos animaduertunt. Nunc vnicam Imperatoris Iustiniani constitutione, quam
in actis quorundam Synodi inserta reperimus, ea de re produxisse contenti erimus. Rem, in-
quit, non insolitam imperio & nos facientes, ad præsentem venimus legem. Quoties en-
im sacerdotum sententia, quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit,
quemadmodum Nestorium, Eutychem, Macedonium, Arrium & Eunomium, ac quot-
dam alios ad iniquitatem non minores illis: toties imperium eiusdem sententiæ & or-
dinationis cum sacerdotum auctoritate fuit. Audis hic Brenti, quod rem non insolitam
imperio se facere dicit Imperator. Nam ita factitabant antea quoque Constantinus,
Theodosius, Valentinianus, Martianus, & alij quidam Imperatores Romani. Quid au-
tem factitabant? Num de causis fidei cognoscebant? num hæreticum quemquam pro-
nunciabant? num indignos sacerdotio de sacris sedibus deponebant? nihil minus. Quin
illi ab hac temeritate tam longè ab fuerunt, quam qui longissimè, vt quæ propria sunt
sacerdotum, ea sibi sumerent: quod vererentur, ne quas pœnas de Oza, de quæ Oza pro-
pter non dissimilem causam sumptas legerant, ipsi afficerentur & ipsi. Sumum itaque
iudicium sacerdotibus liberum permittebant. Si quos illi cõdemnatos hæresicos de suis
sedibus deposuerant, eiusdem sententiæ & ordinationis cum sacerdotum auctoritate
fuerunt: hoc est, qui quid sacerdotum sanxisset auctoritas, id cum ipsi firmum & ratum
habuerunt, tum ab alijs omnibus imperio suo subiectis, firmum & ratum haberi iusse-
runt,

Responsio.

*Iudicium de cau-
sa fidei semper
penes Episcopos
fuit.*

Iustin. Imperat.

*Imperatoris au-
tiqui de fidei
causa non cog-
noscebant.*

runt, & vt executioni debita mandaretur ordinauerunt. Metuebat enim eorum quif-
que, si præire quam sequi: si ducere potiùs ad se Dei spiritum, quam ab eo duci maluisset:
ne vocem Christi sibi dicentis audiret: Vade post me Satana. Quamobrè nullus eorum
de hæresi iudicauit vnquam, sed quos legitime congregati Episcopi hæreticos pronun-
ciassent, in eos quod iuris erat statuerunt: nihil veriti, ne Brentius, aut eius similis aliquis,
eos qui non castros & oppidorum aliquot principes, verù orbis totius Imperatores fue-
runt, apparitores & lictores vocaret: si cû Dei ministri essent, neque sine causa gladii portar-
ent, vindices in iram, id quod sui fuit muneris exequerentur. Vsq; adeo autem nihil eor-
um hac re malefata detrahebatur, vt quantum se gerebant hac in parte submissius, tantò
& apud homines honoratior, & apud Deum essent sublimior. Quos enim in mini-
stris suis quamlibet iuxta mundum vilibus & abiectis tantopere Deum honorare vide-
bant, ipsi maiore cum alacritate reuerentiam & obedientiam omnem præstabant. Fit e-
nim non raro, quales se principes gerunt erga supremum omnium regem Deum, vt po-
puli sibi subiecti talia vicissim erga se studia expiantur.

Sed hic obstrepit Brentius, Quid si sacerdos desinere aliquid contra legem Domi-
ni? Quid si ij qui iactant se esse Dei ministros & legis doctores, superbi ipsi & arrogan-
tes essent, & nolent legi Domini obedire: an non liceret principi seueritate & gladio
suo vti? Quid autem Brenti, si princeps à te persuasus, putaret aliquid contra legem Do-
mini sacerdos desinuisse, quod orbis totius Christiani consensus non esse contra le-
gem Domini definitum testaretur? Nunquid non orbis potius totius consensui, quam
principis alicuius sensui, ex tuo, vel tui similibus sensu pendentis, fides habenda foret? Sed
quid (inquit) si summus sacerdos fuerit pseudopropheta & somniator, & iuberet alic-
nos deos sequi, haberetque suæ sententiæ suffragatores maximam partem sacrificulo-
rum: an tum non liceret principi vnâ cum paucis reliquis siue secularibus, vt vocant, siue
spiritualibus, de impietate sacerdotis & suorum suffragatorum iudicare, & iuxta seueri-
tatem legum in eos animaduertere? Hic iam, inquit, respondet nobis A sotus, quod in
Ecclesia non possit deesse legitima sacerdotum successio, nec in illis doctrinæ veritas:
quippe quod habeat promissionem sempiternæ præsentis Spiritus sancti. Quid autem
dici verius potuit, quam quod à Petro dictum est? Nisi forte non sunt veræ voces illæ
Christi: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: Rogabo Patrem, & a-
lium paraclætum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum: quod quæ dixit idem de
Ecclesia: Porta inferi non præualebunt aduersus eam. Quod si potuit, non verum dicere
veritas, saltem scripsisse Petrum à Soto confitebimur. Neque enim solis hac à Apostolis,
verum & eorum successoribus dicta sunt. Sed nihil est quod minus ferre possint hæreti-
ci, quam vt aliqui sacerdotum legitimæ successioni tribuatur: quæ si quam debet aucto-
ritatem retinuerit, iam (sectas suas consistere non posse facile percipiamur. Atqui demon-
strauimus hoc alibi, quod & ibi est Ecclesia, vbi est legitima sacerdotum & Episcoporum
successio: & ab hac successione semper doctrinæ veritas est petita. Testatur autem hoc
aureus ille Vincensij Lirinensis libellus, quem ante mille ducentos plus minus annos,
hac ipsa de re conscripsit: neque fuit ferè veterum quisquam, qui quoties esset de dogma-
tibus Ecclesie exorta disputatio, non ad hanc tanquam ad sacram anchoram quandam si-
bi confugiendum esse putaret.

Longe verustissimus fuit Irenæus Lugdunensis Episcopus, qui docet, agnitionem ve-
ram esse doctrinam Apostolorum, & antiquum Ecclesie statum in vniuerso mundo, se-
cundum successiones Episcoporum, quibus illi eam quæ in vniuerso loco est, Ecclesiam
tradiderunt, quæ peruenit vsque ad nos custodita. Et in eodem libro aliquatò superfluis.
Eis tantum in Ecclesia Episcopis obedire iubet, qui successione habent ab Apostolis:
qui cum Episcopatus successione charisma veritatis certum secundum placitum patris
acceperunt. Reliquos verò qui absint à principali successione, quocumque loco colli-
gantur, suspectos haberi vult, vel quasi hæreticos & malæ sententiæ, vel quasi scindentes
& elatos, & sibi placetes. Audin tu Brenti, quid Irenæus dicat? Cum successione, inquit,
Episcopatus charisma veritatis certum acceperunt. Quod autem aliò remittit nos Ter-
tullianus, quam ad successione hanc? Quid aliud exigit ab hæreticis, quam vt ostendat
ex qua auctoritate prodierunt? Edant, inquit, origines Ecclesiarum suarum, euoluant or-
dinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille
Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perse-
nerauerit, habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesie Apostolicæ cen-
sus suos deserunt. Sicut Ecclesia Smyrneorum Polycarpum à Iohanne collocatum, refert,
sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit. Proinde vtique & cætera, exhib-
ent quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces ha-
bent.

Obiectio alia.

Responsio.

*Quid si Põfco
impia mandet,
queri Brentius*

Sui sententia.

*Responsio.
Matt. 23.
Ioan. 14.*

Mat. 16.

*Ibi Ecclesia, vbi
bi sacerdotum le-
gitima successio
in sede Petri.
Vincens. Lirin.
Testimonia Pa-
trum.*

*Irenæus li. 2.
cap. 63.*

Ibidem ca. 42.

*Tertull. de præ-
scriptionibus
hæreticorum.*

Deant.

beant. Confringant tale aliquid haeretici. Num autem ab hoc dissentit Cyprianus, cum dicit, Ecclesia vna est, quae vna intrus esse & foris non potest? Nam si apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. Quod si apud Cornelium fuit, qui Episcopo Fabiano legitima ordinatione successit, Nouatianus in Ecclesia non est. Jam vero cum Cathedra Petri de consociari dicit Hieronymus, cum qui iungitur illi, eum suum esse dicit, ceteros se nosse negat: quid aliud quam ibi Ecclesiam, ibi charissima veritatis esse innuit, vbi est legitima Episcoporum successio, quae a Petro sumpsit initium? Quam frequens autem est Augustinus in hac Episcoporum & sacerdotum successione commemoranda? Multa sunt, inquit, quae me in Ecclesia gremio iustissimè tenent. Tenet consensus populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate auerta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Apostoli Petri, cui pascendas oves suas Dominus commendauit, vsque ad praesentem Episcopatum sacerdotum successio. Et alibi: Numerate, inquit, sacerdotes, vel ab ipsa Petri sede, & in ordinis illo Patrum, quibus cui successit, videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superbae inferorum portae. Quod autem in eo Psalmo scriptum, in epistola ad Generosum ipse fecit, ad Romanos Episcopos inuicem sibi succedentes, enumerauit, à Petro vsque ad Anastasium. Quibus enumeratis, In hoc ordine, inquit, successio nullus Donatista Episcopus inuenitur. Quod idem & ab Oprato, qui fuit aequalis Augustini, factum legimus. Is contra Armenianum scribens, eum scire dicit, Petro primum Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sedet omnium Apostolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus est, in quo vno Cathedrae vnitas ab omnibus seruaretur: vt iam schismaticus, esset qui contra singularem Cathedram, alteram collocaret. Ergo Cathedra vnica, quae est prima, sedet prior Petrus, cui successit Linus. Ac enumeratis vsque ad Syricum, qui tum in Cathedra Petri sedebat, Romanis pontificibus: Vestrae, inquit, Cathedrae vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare. Simili enumeratione successiois Pontificum Romanorum vsus est antiquissimus Irenaeus. Quo in loco simul illud asseuerat, quod ad Romanam Ecclesiam, propter potentioris principalem necessesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper conseruata est, ea quae ab Apostolis est, traditio. Enumerationem autem hanc Irenaei transcripsit etiam in Ecclesiasticam historiam suam Eusebius.

Cyp. li. 1. ep. 6.
Paures comemo-
rari successores
Petri.
Hier. ad Dana-
sim scribens.
Aug. contra epi-
scopam Mani-
chei cap. 4.

Idem in Psal. 67.
tra partem Do-
nat.
Idem epist. 165
Opt. li. 2. contra
Donatistas.

Iren. li. 3. ca. 3.
de auctoritate
Romane Eccle-
siae.

Eus. li. 5. cap. 6.
Eccle. histor.

Aug. de vilitate
se quodendi.
cap. 17. § 49.

Idem de quae-
sionibus veteris et
nouae Testamti
questio. 110.
Cathedra pesti-
lenticiae apud ha-
reticos.

Vides itaque iam Brenti, quantum huic successioni tribuendum putauerint viri doctissimi sanctissimiq; Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Opratus, & alij, quos longum esset omnes enumerando recensere. Sed adhuc Augustinum audiamus: Cum igitur (inquit) tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiae condere gremio, quae vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successionem Episcoporum, frustra haeretis circum latrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen auctoritatis obtinet? Cui primas dare nolle, vel summæ profectò impietatis est, vel precipitatis arrogantiae. Nam si nulla certa ad sapientiam salutemque animis via est, nisi cum eos rationi praecolat fides, quid est aliud ingratarum esse opi atque auxilio diuino, quam tanto labore praedictae auctoritati velle resistere? Et si vnaquaeque disciplina quanquam vilis & facilis vt percipi possit, doctorem aut magistrum requirit, quid temerarie superbie plenius, quam diuinorum sacramentorum libros, & ab interpretibus suis nolle cognoscere, & incognitos velle damnare? Et iterum alio loco, describens pestilentiam Cathedram: Quoniam, inquit, Cathedram pestilentiae non esse de Dei ordinatione asseuerauimus, etiam eorum qui extra Ecclesiam, vel contra Ecclesiam sedes sibi instituerunt, Cathedram pestilentiae dicimus. Qui enim inconcessa praesumptione reus est, quantum magis si & corrumpat traditionem eius, cuius sedem vsurpat? Nam & ordinem ab Apostolo Petro ceptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium Episcoporum seruatum, perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est, corpus sine capite profitentes: vnde congruit etiam, eorum sedem Cathedram pestilentiae appellare. Nec enim ideo impune erunt, quia sub Dei nomine hoc agunt: constat enim suas illos causas sub Dei nomine agere. Non enim zelo Dei hoc agunt, sed sibi locum volentes defendere: cum sciamus Core, & ducentos quinquaginta viros, per praesumptionem Deo offeretes, hiatu terrae absorptos esse: & Osiam regem cum Deo illicitè obrulisset, lepra in fronte percussum. Quam graphicè verò depingit vos Augustinus Brenti? Cathedra vestra, vocat Cathedram pestilentiae: vel hoc ipso nomine, quod ordinem ab Apostolo Petro ceptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium Episcoporum seruatum, perturbatis: ordinem sine origine vobis vendicantes, hoc est corpus sine capite profitentes. Nec ideo vobis id impune futurum dicit, quod sub Dei

Dei nomine hoc agitis, quasi verbum & Euangelium eius vindicare volentes, cum constet, vestras vos causas agere sub Dei nomine, vestrum vos verbum sub verbi Dei pretextu propagare velle. Potuitne dici quicquam aptius ad vos describendos? Tales enim vos esse, quales describit Augustinus, negare non potestis.

Neq; verò nos hoc dicimus Brenti, quod nos tu dicere fingis, ideo statim Apostolico spiritu ueq; praeditum esse, quod sit in Apostolorum sedibus collocatus: neq; sic vnum aliquem Episcopum sempiternae Spiritus sancti praesentiae promissionem habere dicimus, vt errare iam non possit. Scimus errasse, qui Iacobus Hierosolymis, qui Andreas in Achaia, qui Matthaeus in Aethiopia, qui Philippo in Phrigia, qui Ioanni in Asia, qui Bartholomaeo in India, qui Iudae in Perside, qui Paulo successerunt in Graecia. Sola est Romana Ecclesia, ad quam nunquam accessum habuisset perfidia scribit Cyprianus: in qua semper Apostolicae Cathedrae viguisse principatù narrat Augustinus: in qua Patrum auctoritate incorruptam seruari testatur 1. Hieronymus: neque dubitat Romanam fidem, Catholicam fidem 2. appellare: sicut & Ambrosius Episcopos Catholicos vocat Romanam Ecclesiam. Ad Pamphacium verò & Oceanum scribens Hieronymus, Quisquis, inquit, assertor nouorum dogmatù, quaso te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei quae Apostolico ore laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris quod antea nescimus? Cur profers in medium, quod Petrus & Paulus edere non vulerunt? Vsq; ad huc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit. Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Quid tibi videtur Brenti: An non istis verbis rectè nos vti contra vos possemus. Cur post mille quadringentos annos docere nos conamini, quod antea nesciuimus? Cur profertis in medium, quod neq; Petrus, neque Paulus, neque quisquam legitimus eorum successor edere voluit? Vsq; adhuc diem sine ista doctrina vestra mundus Christianus fuit. Illam adulti fidem tenebimus, in qua pueri nati sumus. Vsq; adeo autem Romana fides, catholica semper fides est habita, vt Gratianus Imperator, quo imperante vixit Hieronymus, quem ad modum in Ecclesiastica historia scriptum, & in codice Iustiniani relatum esse legimus, noluerit de fide disputari: verum edictum fecerit, vt cuncti subditi eam religionem retinerent: quam vertex Apostolorum Petrus initio tradidisset, ac tum Damasus Romanus pontifex custodiret. In Chalcedonensi quoq; concilio sic legimus acclamatum: Omnes ita credimus: papa Leo ita credit: Cyrillus ita credit: papa Leo sic interpretatus est. Et iterum: Omnes sic credimus: papa Leo sic credit: Anathema ei qui parit, & ei qui diuidit. Haec fides Leonis Archiepiscopi: Leo sic credit. Leo & Anatholius ita credit. Et iterum: Petrus per Leonem ita loquutus est: Apostoli ita docuerunt, pie & verè Leo docuit, Ac paulò post: Omnes ita credimus: sicut Leo ita credimus.

Sedibus Apostolorum peruenitibus sola perstat inuisita sedes Petri Romana.

Laus Romanae Ecclesiae.
Cyp. li. 1. epist. 3
Aug. epist. 142.

1. ad Damasum
2. li. 1. contra
Rufinum.
Amb. in oratione
ne fidei de-
bilis fratis.

Romana fides
Catholica fides
807. li. 7. c. 4.
Cod. de sum-
ma Trinitate.

1. Cunctos populos.
Alio. 2.
Concilio Chac.

Ex ijs & alijs multis facile cuius perspicuum esse potest, quantum fuerit successio sacerdotum tributum: in ea praesertim sede, in qua semper viguit Apostolica: Cathedrae principatus, ad quam de fidei causis referri semper fuit solitum: non à Catholicis tantum, verum etiam ab ipsis non raro haereticis, quod ibi potissimum facta iri damna fidei spes esset, vbi non posset fides sentire defectum: quam solius sedis huius prerogatiuam esse dicit Bernardus. Fateretur autem hoc etiam Calvinus vester, quod res ipsa loquitur, magnum Romanae Ecclesiae honorem vbique detulisse veteres, Reuerenterque de ea loquutos: vel quod fundata & constituta fuisset Petri ministerio: vel quod in ea caput esset imperij: vel quod, cum Orientales & Graecae Ecclesiae Africanae etiam, multis opinionum dissensionibus inter se tumultuarentur, haec sedatio alijs & minus turbulenta fuerit: Ita factum est, inquit, vt pij & sancti Episcopi sedibus suis pulsi, illuc se velut in asilum, aut portum quandam saepe reciperent. Nam quo minus, inquit, acuto & celeri sunt ingenio Occidentales Asiaticis & Aphris, eo etiam sunt rerum nouarum minus cupidi. Hoc ergo Romanae Ecclesiae plurimum accessit ad auctoritatis, quod non ita dubijs illis temporibus tumultuata est vt reliquae, ac doctrinae semel traditae fuit omnibus alijs tenacior. Haec tenus Calvinus. Ad hanc igitur nos quoque more maiorum nostrorum confugimus, quoties de dogmate aliquo fidei conuertitur, vt illa nos doceat, quid per vngam Episcoporum in ea successionem traditum de eo fuerit. In qua traditione libenter acquiescimus, nec temerè nobis ab ea discedendum esse putamus. Haec est successio sacerdotum Brenti, de qua nos gloriamur: quam sempiternae Spiritus sancti praesentiae promissionem habere, persuasum firmiter habemus: quam vos heri, quod aiunt, & nudius tertius nati, cum profere non possitis, mirandum non est, si in ea oppugnanda nervos vestros omnes contenditis. Verum erit alius hac de re dicendi locus magis opportunus.

Bern. epist. 190.
Calu. quantum
tribuat Roma
Ecclesiae.

Confugiendum
in dubijs fidei
ad Eccl. Rom.

Quod autem Vria exemplo, qui voluntati regis Achaes obsequutus instituit in templo Dei altare damascenorum, demonstrare, conatur Brentius, qui succedunt generi di-

4. Reg. 16.
Exemplum v-
riae & salu-
gnitatis

Prophetarū legi non fauet Brentio. Esa. 56. Eze. 12. Hier. 5. 3. Reg. 12.

Idololatria non fuit in successione sacerdotum Leuiticorum. 4. Reg. 17. 2. 8. antiq. c. 8.

Loca Prophetica de pseudopropheta ad hereticos pertinent. Hier. 5. Hier. 13.

Marcell. Pont.

Respondetur objectioni de filiis Heli. 1. Reg. 2. 1. Reg. 4.

4. Reg. 8.

Ero legitimo successore habens eius etiam qui vili adfert indignam officio. Matt. 23.

Aug. contra Iheras Petilian. lib. 2. cap. 48. Etiam improbi Pontifices vestri sancti dicuntur.

gnitati officio Aaronis, non statim eos eodem esse Spiritu sancto præditos: quodque prophetarum testimonijs idem ostendere conatur, qui pontifices & sacerdotes sui temporis vocant speculatores cæcos, ignaros, canes mutos, qui dicunt Prophetas propheta ille mendacium, sacerdotes applauserunt, contempserunt legem, polluisse sanctuarium, possumus hæc vno verbo refutare, si negemus, aut Vriam pontificem, aut eos, de quibus Prophetæ loquuntur, sacerdotes Aaroni successisse. Leuitici quæ generis fuisse. Quod non obscure nobis indicant illa scripturæ verba, vbi de Hieroboam dicitur: Fecit fana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui. Quo in loco commentator causam etiam reddit, quamobrem de qualibet tribu indifferenter sacerdotes fecerit: Quia tribus, inquit, Leui noluit consentire ei, & ideo dixit populo, quod non oportebat habere sacerdotes de tribu Leui. Vides Brenti, quemadmodum vbi fuit ordinaria successio sacerdotum, ibi non est assensus præstitus ad idololatriam. In eo verò, quod proxime sequitur capite, scribitur de eodem Hieroboam, quod fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum. Et in sequenti libro de populo dicitur: Fecerunt sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in fanis sublimibus: Iosephus verò sic inducit loquentem Hieroboam, posteaquam fecerat duas vitulas aureas: Constitutam ex vobis ipsis sacerdotes earum atque Liuitas, vt tribu Leui nequaquam, neque filijs Aaron indigeatis, sed qui voluerit vester esse sacerdos, offerat vitulum, &c. Iamne perspicis Brenti, quemadmodum ipse contra te produxeris testimonia? De vobis enim dixerunt ista prophetæ, qui sacerdotes estis excelsorum, apud quos nulla est ordinaria successio: qui contra quam à Paulo præceptum est, ipsi vobis honorem sumitis, & curritis, cum vos non miserit Dominus. Vos cæcos cæcorum duces vocant, vos prophetare mendacium, vos contemnere legem, vos polluere dicunt sanctuarium. Verum demus hoc tibi, quod d Aaronis dignitati successerit Vriam: quæso te, quid ille fecit aliud, quam quod aliquando factum à Marcellino pontifice legimus? qui in horribili illa Christianorum sub Maximiano & Diocletiano persecutione, metu suppliciorum, quæ fuerant illi intentata, thura adoleuit, arisque iniecit. Non ab Vria pontifice processit facinus hoc, sed à rege, cuius voluntati pontifex obsequutus esse scribitur, non autem vltro contra legem venisse. Vel hoc solum exemplum docere te Brenti potuit, quam sit periculosum quod tu fieri debere contendis, principi de religione statuendi potestatem permittere: quem hac in parte sequi, quam præire, subiectum esse pontifici, potius oportet, quam illi præscribere velle. Quamobrem etiam hoc, quod tu pro defendenda causa tua produxisti, contra te magis facere viderur: Non enim pontifex decreuit, vt altare Damasenorum in templo constitueretur, sed penes quæ tu vis esse de tali bus decernendi potestatem, Regi præcipienti paruit: vt metu magis, quam vel errore, vel in scitia, vel temeritate, peccatum à pontifice fuerit. Quem si postea sicut Marcellinum fecisse commemoratur, facti sui penituisse, eandem proculdubio, quam ille peccati sui veniam fuisset consequurus. Verum nihil de eius penitentia narrat historia: quod imperio iubentis Regis paruerit, hoc tantum commemorat.

Cæterum quod addis de filijs Heli summi sacerdotis, & iudicis in Israël, quod filij eius generi quidem & dignitati parentis successerint, sed scriptura dicat eos fuisse filios Beelial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum, vbi quæso legitur, quod parentis dignitati successerint? cum in historia Regum legamus, vtrunque superstiti patre in bello occisum, & prius quam pater vita functum esse? nec alium successorem patrem eorum habuisse, quam Samuelem, quem ipse sibi Dominus elegerat. Cuius tamen & ipsius filios propter eorum peccata reiecit postea Dominus.

Neque verò non est pro legitimo successore statim habendus, neque iugum eius est illicò detestandum, qui non ambulat in vijs eorum quibus successit, qui longius abest ab eorum vitæ sanctimonia. Non ita nos Christus docuit. Super cathedram, inquit, Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, omnia ergo quæcunquæ dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere: dicit enim, & non faciunt. Multi sunt qui non successerunt in eam vitæ sanctitatem, qua præditi fuerunt Apostoli, sed successerunt nihilominus in eam doctrinæ veritatem, quam prædicauerunt Apostoli. Hoc est, quod ab Hieronymo. lib. 1. contra Iovinianum quoque dictum est: Episcopus, presbiter, diaconus, non sunt meritorum nomina, sed officiorum. Quamuis igitur non habeant eandem vitæ sanctitatem, quam habere sine innocentia nemo potest: quædam tamen est, sicut ab Augustino scribitur, sanctitas vnctionis: quædam est & sacramenti sanctitas: qua duplici sanctitate rectè vocantur sancti pontifices, etiam illi qui sunt eadè qua ceteri mortales infirmitate præditi. Quamobrem quod non obscure videtur enarras illum Evangelij locum Hieronymus indicare. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ

Propheta accipiet: in quocunque tandem Pontifice non persona, sed nomen attendendum & suscipiendum est: hoc est, non qualis persona sit, quòue vitæ merito, considerandum est, cuius ministerio Deus vitur, siue in Ecclesia sua gubernanda, siue in doctrina propaganda, siue in sacramentis administrandis. Non illud attendendum est. Iudas fit an Petrus, an Paulus: sed solum hoc spectandum est, quod sedet in Cathedra Petri, quod Apostolus, quod Christi legatus, quod sacerdos, quod pontifex, quod angelus est Domini exercituum, de cuius ore legem Dei requirere iussus es. Si Iudas est, quandoquidem Apostolus est, & pro Christo legatione fungitur, nihil te moueat quod fur est: audi nihilominus reuenter, audi diligenter, audi legationem eius obedenter: quæ dixerit, facito: quæ fecerit, facere nolit. Non ad ipsum refer animum, verum ad illum cuius nomen gerit. Euangelium (dicit Augustinus) fur quoque Iudas sine detrimento fidelium prædicauit. Ac quicunque non recepit illum, Christum ipsum non recepit: qui æquè Iudas dixerat atque Petro vel Ioanni: Qui vos reijcit, me reijcit. Si verò Petrus est, aut Ioannes, qui eadem legatione fungitur, & dicitis pareto, & facta imitare. Incerta erit salus nostra, si ex sanctitate pendebit docentium, aut sacramenta ministrantium. Prauum est & inscrutabile eorum hominis, vt qui sanctus, quique minus sanctus sit, non possit nisi solus ille scire, qui scrutatur corda & renes. Itaque sit non raro sanctus vt esse videatur, qui non est, quique prosequor est aut Publicanus hodie, cras fiat Apostolus. Quamobrem à Propheta rectè dictum est: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Etiam si quis certò sciat iustum aliquem & innocentem esse, atque omni prorsus macula carere: tamen si in illius sanctitate spem suam collocat, si salutem ab illo expectat, maledictus est. Nam Domini est salus. Er, Vana salus hominis. Nihil igitur impedit Brenti, quo minus habeat Spiritum sanctum Episcopos aut sacerdotes: quo si minus ipse sanctus est, sanctos tamen alios faciat, vel docendi vel baptizandi ministerio.

Nec est quod eorum responsionem reprehendas, qui magis apertas præsentia Christi & Spiritus sancti promissiones habere dicunt ceteris pontificum Christianorum, quam habuerunt pontifices Iudæorum. Nam sicut illustriora nunc sunt fidei mysteria velo scisso Christianis, quam quibus velata cuncta fuerunt Iudæis: sic illustriora nunc habemus promissiones Christi & Spiritus sancti præsentia, quam habuerunt olim Iudæi. Quin hæc ipsa testimonia quæ profert ex scripturis: Statuam pactum meum inter me & te: Ponam tabernaculum meum in medio vestri: Ego sum Dominus qui habito inter filios Israël: Habitabo in medio filiorum Israël, & si quæ sunt similia, non magis ad Iudæos pertinent quam ad nos Christianos. Nam sicut ipsa tu more tuo testimonium adfers contra te: Non omnes qui ex circumcisione sunt Israël, hi sunt Israëlitæ: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Quæcunque sunt igitur in veteri Testamento promissiones eiusmodi, vel populo Israël vel Leuitis factæ, nostro Christianorum cæui, qui verus Israël sumus, nostrorum sacerdotum & Episcoporum congregationi factæ sunt.

Neque quia frustra confidebant quidam Hieremias temporibus in verbis mendacibus, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini, propterea nostris temporibus minus confiderent clamare nobis licet, Ecclesia, Ecclesia. Si quidem diuersa fuit illorum ratio: qui cum non corda solum, sed & manus haberent pollutas furto, homicidio, periurio, adulterio, sacrilegio, & cultu eorum deorum, quos nesciebant: audaçter nihilominus ingrediebantur domus Dei limen, & erecta ceruice stantes, exauditas iri preces in eo suas persuasum habebant. Non hac ratione nos clamamus, Ecclesia, Ecclesia: non in manifesto templo confidimus: sed cum Ecclesiam esse dicat Paulus columnam & firmamentum veritatis, cum non præualiturus aduersus eam portas inferi Christus promittat, eius promissioni qui fallere nescit fidentes, quicquid est vnanimi totius Ecclesie consensu constitutum, id ab ipso spiritu veritatis cum esse profectum indubitanter credamus, ei firmiter innitimur, de quæ eo gloriamur. Quamobrem etiam si consurgat omnes inferorum portæ, si velinriritum reddere quod semel per os Ecclesie suæ ratum & firmum esse voluit Spiritus sanctus, nos qui nihil veremur etiam in simbolo nostro nos credere sanctam Ecclesiam Catholicam profiteri: fremant licet omnes hæretici, non aliud tamen præ nobis ferimus, non alia de re magis gloriamur, quam de Ecclesia: ac magna subinde voce ita vt omnes exaudiant, summaque confidentia clamamus, Ecclesia, Ecclesia. Hæc est à qua nobis tradita sunt quæ tenemus, & quæ docemus alios, hæc est quam in simbolo credere nos profiteremur: hæc est quam qui non audierit, eum tanquam Ethnicum & Publicanum haberi iubet Christus: hæc

Matt. 10. Hier. Non vitæ meriti, sed officium spectandum in ecclesijs.

Et Iudas quia Apostolus honorem merebatur. Ioan. 12. Aug. li. 2. contra epist. Parm. c. 11. Luc. 19. Hier. 17.

Ibidem.

Psal. 53. Psal. 59. Malus est sacerdos habet spiritum sanctum.

Responsio ad aliam objectionem.

Gen. 17. Leuit. 26. Num. 25. 3. Reg. 6.

Rom. 9. Hier. 7.

Rectè Christiani fidem Ecclesiam, de ea gloriantur, sed non Iudæorum more, vt obijcit Brentius.

1. Tim. 3. Matt. 16.

est aduersus quam idem ne portas quidem inferi prauallituras esse dicit: hæc est quam fir-
mamentum & columnâ veritatis vocat Paulus: hæc est quam cum ducem sequimur, erra-
re nos nulla ratione posse, certum & in dubitatum habemus. Quamobrem etiam si rum-
pantur vobis illa Brenti, tamen hæc est prædicatio, hæc est gloriatio nostra: neque nos
pudebit vnquam Ecclesiâ Dei, neque sicut vos fecistis, ab ea discedemus vnquam. Ani-
mas nostras prius à corporibus nostris separari patiemur, quam vt ab ea nos vnquam
separari permittamus: Nihil est igitur quod ijs Hieremiæ verbis nobis insultes
Brenti: quin illud vide potius, ne multò nos verius obijcere tibi possimus ex eod-
dem Hieremia, quod ille non vno loco scribit de te tuique similibus mendacibus
prophetis, quod currebant, cum eos non misisset Dominus, quod prophetabant, cum
non esset ad eos loquutus Dominus, quod subinde vociferabantur, Verbum Do-
mini, Os Domini loquutum est, Hæc dicit Dominus, cum tamen hæc Dominus loquu-
tus non esset quæ ipse dicerent: quos etiam ille fures verborum suorum vocare non du-
bitat. Qui sunt enim alij, qui magis aures nostras obtundant ijs vocibus, Verbum Dei,
Verbum Dei, Euangelium, Euangelium, quam vos profertis, verbum Dei non sit, cum al-
liud sit longè loquutum os Domini, quam quod vos per ea scripturarû verba quæ pro-
ducitis, eum loquutum fuisse vultis. Verum enim est quod scripsit ille: Scripturæ non in
legendo sunt, sed in intelligendo: non in præuaricatione sunt, sed in charitate. Quod si
charitatem haberetis Brenti, nunquam ab Ecclesiâ vos diuideretis: cuius si gremio con-
deremini, rum demum verum scripturarum sensum assequeremini. Nam rectè quidam
ex vestris admonet (vestros autem appello Sacramentarios quoque, cum ex vobis eos
prognatos esse constet) rectè igitur Calvinus vester admonet, & peculiariter notandum
esse dicit, quod non est extra Ecclesiâ sanæ intelligentiæ scripturarum lux. Hanc igitur
cum vos deserueritis, quin & nobis tanquam probrum aliquod obijciatis, quod clama-
mus Ecclesiâ, Ecclesiâ, quod eam nos ducem sequi præ nobis ferimus, fieri nulla ratione
potest, vt sanæ scripturarum intelligentiæ lucem habere queatis, quæ extra Ecclesiâ, cui
tam acerbè vos insultatis, nulla est. Quamobrem Andabatarum (quod aiunt) more pug-
natis in tenebris. Et quamuis frequenter nobis idè occinatis, quod magistro nostro Chri-
sto magister vester Satanas, olim occinebat: Scriptum est enim, quando quidem extra Ec-
clesiam constituti, quod scriptum est intelligere non potestis, quid aliud, quam aërem
(quod est in proverbio) verberatis?

Hier. 23.
Hier. 14.

Hier. 27. et 29.

Hil. in libro ad
Constantium.

Calui. in epist.
ad Hebr.

Matth. 4.

Obijciunt locus.
Deut. 20.

Respondetur.
Differunt prom-
issiones veteris
& noui tes-
tamenti.
Deut. 29.

Promissiones no-
ui Testamenti
non sicut condi-
tione.
Matth. 19.
Rom. 8.
2. Tim. 2.

Profert iterum Brentius locum ex Deuteronomio, vbi promittit Deus se fore in me-
dio exercitus Israël. Non timebis, inquit, eos, quia Dominus Deus tecum est. Er mox
Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt
eruat vos de periculo. Quid hæc, inquit, promissione clarius? Et tamen quoties sunt ab
hostibus cæsi & oppressi? Dicemus igitur promissiones Dei esse vanas & irritas? Nullo
modo, sed ostendimus tales promissiones Dei non pertinere ad incredulos, ad impios,
ad sceleratos, inobedientes, impenitentes: ne frustra gloriaris de successione, & promif-
sione, si non succedas pietati, & non accipias promissionem fide, atque fidei obedientia.
Atqui promissio hæc Brenti, non est de Spiritu sancti præsentia, qui custodiat ab erro-
re, sed de felicitate terrena, cuius generis esse videntur veteris Testamenti promissiones,
quas sub conditione factas esse constat omnes: quod etiam ex eo, quod proximè præces-
sit, capite liquere cuius potest, vbi dicit Moyses: Cum autem dederit tibi Dominus cum
etiam terram, quam patribus tuis pollicitus est, si tamen custodieris mandata eius, & fe-
ceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs ei-
us omni tempore. Manifestius autem id videre licet in capite vigesimo octo eiusdem li-
bri, vbi sic loquitur: Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia
mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie: faciet te Dominus Deus tuus excellentiorem
cunctis gentibus, &c. Et recenset benedictiones multas. Quibus recessit, subdit: Quod
si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, ve-
nient super te omnes maledictiones istæ: quas maledictiones deinceps enumerat. Nun-
quam igitur irritæ fuerunt promissiones Dei: quoties enim ambulauerunt in vijs Domi-
ni, fuit semper Dominus cum illis: dimicauit pro illis contra aduersarios, & eruit eos
de periculis omnibus. Cæterum si quando dereliquerunt vias Domini, dereliquit eos
vicissim Dominus, nec vnquam eius promissio vana fuit & irrita. Euangelium contra
diuersam habet promissionem: non enim terrena ista & caduca, sed sempiterna felicitas
nobis promittitur: neque tamen absque conditione, sicut vos doceris, sed sicut Chri-
stus docet, Si vis ingredi in vitam, serua mandata. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea:
sicut imitator Christi Paulus docet, qui compari nos oportere scribit, si conglorificari
cõmori, si conuiuere: sustinere, si conregnare volumus. Quod si tu nunc ab ista tuorum
doctrina

doctrina discedis, & non solum ad incredulos & impios, verum etiam ad sceleratos &
inobedientes, qui mandata non seruant, eiusmodi promissiones pertinere negas: lauda-
mus te, qui cum Ecclesiâ Catholica tandem aliquando sentire cœperis, & Christi quam
Lutheri doctrinam vel hæc saltem in parte sequi malueris: neque sola fide, sed adiuncta
ei obedientia Christianos hoc genus promissiones assequi posse doceas. Verum non de
hoc promissionum genere nunc inter nos agitur: libenter hoc tibi cõcedimus, quod si-
cut sub lege terrenam, sic etiam hoc tempore gratiæ cœlestem beatitudinem non incre-
dulos tantum & impios, verum sceleratos ac inobediens assequitur nullus.

Quod autem priuilegiû Petri præcipuè Cathedræ promissum statim aliquis amittat, Non ob pastores
malos deserenda Cathedra, aut scindenda vnitas.
simul vt criminis alicuius affinis factus fuerit, nec in eorum, quorum locum tenet, pieta-
tem sanctitatemque successerit, id verò tibi concedemus nunquã. Etiam qui super Moy-
si Cathedram sedebant Scribas & Phariseos, quamuis dicerent tantum, & non facerent,
audire tamen Christus voluit: & non magis audiri debebunt qui sedent super Cathedram,
quam illa Moysi figurabat, etiam si dicant & hi, non autem faciant? Dicunt em̃ quæ
Dei sunt, faciunt quæ suasunt: dicunt bona ex Cathedra Christi, faciunt mala ex pesti-
lentiâ sua. Absit autem vt Cathedræ sanctitas deseratur, & propter pastores malos gre-
gis vnitas diuidatur. Monet Iacobus, ne Christi fidem in acceptione personarum habea-
mus. Augustinus autem etiam à perfido fidem aliquem percipere posse docet. Per asina-
nam loqui Dominus dignatus est, qui minus loquatur per hominem quamuis grauibus
flagitijs cooperatum? Spiritus vbi vult spirat, etiam si voluntati eius is qui loquitur, non
semper contentat. Balaam precio conductus vt populo Dei malediceret, profectus fue-
rat: contra tamen atque animo destinauerat, simul ac in conspectum populi venit, ei be-
nedixit. Saul rex ad occidendum Dauidem properauerat, cuius posteaquam potestas ei
fuit facta, contra quam propulerat veniens ad cuneum prophetarum, in quo Dauid e-
rat, prophetauit & ipse coram Samuèle cum cæteris, cum factus esset super eum Spiritus
Domini. Quis ignorat quales fuerunt sacerdotum principes & Scribæ temporibus He-
rodus? qui tamen vbi naceretur Christus interrogati, semora quauis cunctatione dixe-
runt, In Bethlehem Iudæ. Caipha quid potuit esse nequius? qui quem sceleratus nactus
erat pontificatum precio redemptum, gessit etiam sceleratius. Et tamen is cum diceret.
Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: non à se-
metipso hoc dixit, quemadmodum Ioannes testatur, sed cum esset pontifex anni illius,
prophetauit. Si non destituerat dono prophetiæ, quamlibet esset impius qui sedebat
in Moyse Cathedra, certè multò minùs eo destitui credendus est, qui sedet in Cathedra
Petri, super quem Christus ædificauit Ecclesiâ suâ, cuius à Domino cura suscipitur sin-
gularis, pro cuius fide propriè supplicatur: tanquam aliorum status certios sit futurus, si
mens principis victa non fuerit, aduersus quem nunquam esse portas inferi prauallitu-
ras promissit veritas. Sed audi Brenti, quid de Vigilio Papa traditum sit annalibus: Per
scelus ad Pontificatum is peruenerat. Syluerium enim Papam, cuius erat Diaconus, insti-
gante Augusta, de sede sua deturbandum atque in exilium deportandû curauerat, quod
is omnia se prius & facere & pati paratum diceret, quam vt quod Augusta tanto stu-
dio postulabat, Anthemium, qui propter Eutychetis hæresin de sede Constantinopoli-
tana per antecessorem suum Agapetum deiectus fuerat, in sedem illam restitueret. In hu-
ius autem Syluerij locum opera Augusta susceptus, ac pontifex Romanus designatus
est, ea lege, vt quod Syluerius constanter facere detrahebatur, id ipse facturum se, atque
Anthemium ad Ecclesiâ Constantinopolitanam restitutum promitteret. Res est
admiratione digna: Statim vt petri Cathedrâ ascendit, idem illi quod Sauli euenit: nam
super eum quoque factus est spiritus Domini. Cumq; longè alio animo ad Ecclesiâ gu-
bernacula accessisset, posteaquam promissi fuit admonitus ab Augusta, prius extrema
quæque se passurum responderi, quam vt hæreticum in sedem, ex qua merito suo detur-
batus fuerat, restitueret. Cumq; multa probra, multos etiam graues cruciatus famemq;
diuturnam in carcere pertulisset, passus est omnia fortiter, quod multò se grauiora sup-
plicia commeritum diceret, qui malis artibus pontificatum assequutus, horrendum fa-
cinus contra sanctum pontificem Syluerium designasset. Non fuit hic pontifex in pri-
mo suo ingressu Caiphe dissimilis: efficit tamen sedis huius Apostolicæ priuilegium, vt
à fide non potuerit aberrare: quodque prius impiè promiserat, id piè postea negauit: ac
eo, quo Christianum pontificem decebat animo, tulit omnia potius fortiter quamlibet
acerba, quam vt aliquid indignum Petri successore de religione statueret.

Ex quo videre licet, quantum sit Romanæ sedis priuilegium. Nam vt ab alijs pecca-
tis nõ semper immunes fuerint Romani p̃rifices, obtinuit tamè hoc venerabilis & effi-
cax oratio Christi, quæ admodû scribit sanctus Leo, quod hæc tenet fides Petri nõ defecit,
Iaco. 2.
Aug. li. 1. ca. 2.
cõtra literas Pe-
siliani.
Nem. 22.
Ioan. 3.
Dei spiritus e-
tiam per malos
prophetas, & ve-
ra sancti huius
dicit.
1. Reg. 19.
Matth. 2.
Ioan. 11.

Quantû si pri-
uilegium Rom.
Pontificis.
Sic 3 nec

nec defectura creditur in throno illius in seculum. Quæ propriè sunt inferorum portæ, nunquam aduersus hanc sedem hæreses vllæ præualuerunt, nec deinceps etiam per Dei misericordiam præualebunt. Recensentur quidem à nonnullis, qui cum in Cathedra Petri sedissent, in fidem eius non successisse, nec ab hæresi dicantur alieni fuisse: verum falsò notam hanc eis inuri dubitandum non est.

Nam quòd primo loco Marcellinus numeratur, de quo paulò ante fecimus mentionem, eadem ratione dicatur hæreticus Apostolus Petrus, quem & ipsum Christum negasse constat: sed sicut is crimen hoc postea nõ lacrymis modò, verum & fuso pro Christi nomine sanguine, cum eum constanter ad mortem vsque cõfiteretur, expiauit: sic fecit imitator & successor eius Marcellinus. De Liberio negari non potest, sparsum fuisse rumorem, quòd is in constantij gratiam Arianorum errori subscripserit. Verum id Arianorum commentum fuisse, dubium non est, qui ad confirmandam hæresim suam plurimum id momenti allaturum intelligebant, si tantus ei pontifex subscripserit. Certè qui scripserunt Ecclesiasticam historiam, quamuis Græci, & hoc nomine Romanis Pontificibus minùs æqui, nullam subscriptionis eius mentionem fecisse videntur. Sozocrates quidem Constantium Imperatorem præter animi sui sententiam consensisse scribit, vt qui fuerat ab eo pulsus in exilium Liberius, reuocaretur. Fecisset autè hoc ille præter animi sui sententiam, si quod vnum tanto studio ab eo extorquere conabatur, Liberius ipsius voluntati de (subscribendo assensum præbuisse: cù nõ alia fuerit causa quam obrem exilio multaretur, nisi quòd id facere recusabat. Porro Theodoritus quoque nihil de subscriptione meminit, sed matronarum (inquit) precibus flecti se passus est Imperator, vt optimù Liberiu ab exilio reuocaret. Quid autè opus erat, matronarum precibus Imperatorè flecti, si quod ille madauit, fecerat Liberius, vt nulla causa foret, cur diutius exiliu sustineret. Deinde verò, vocassetne Theodoritus optimù Liberiu, si cõsensisset in hæresim? Sozomenus minùs dilucidè rem explicat. Scribit enim, quòd coegerit Imperator Liberiu cõfiteri, non esse patri filiu homouision. Sed non propterea statim fecit Liberius, quia cogebat Imperator. Hoc quidem à Sozomeno nõ scribitur. Narratis paulò post, quòd Basilius, Eustachius & Eleusius, in vnum scriptum collegerunt, quæ contra Paulum Samosatenum, & Photinum Syrmientem decreta, & fidem quæ in dedicatione Antiochenæ Ecclesiæ exposita fuerat, quòd nonnulli sub prætextu homouision hæresim clanculum confirmare conarentur, atque hoc pacto Liberium, Athanasium, Alexandrum, Seuerianum, & Crescentem, ad consentiendù adduxerunt. Sunt hæc obscurius aliquid scripta, citius tamen ex ijs verbis collegeris, in condemnationem Pauli Samosateni & Photini, quàm in subscriptionem hæreseos Arianae Liberium consensisse: cum præsertim paulò post idem scribat Sozomenus, quòd confessionem à Liberio reportabant, excommunicantem eos, qui non secundum essentiam & omnia, filium patri similem pronunciarunt. Cùm enim, inquit Eudoxius, & qui cum eo Antiochiæ Aetiana hæresis fauebant, epistolam Hosij accepissent, falsò spargebant, quòd & Liberius homouision reprobasset. Fatetur hic Sozomenus, rumorem quidem ea de re, sed falsum tamen sparsum fuisse, cùm non modò non reprobasset homouision Liberius, verùtiam eos qui reprobaauerant, è cœtu piorum eiecisset. Sed hæc dilucidius tractantur à Nicephoro & ipso Græco qui multis post seculis, cùm omnes Ecclesiasticæ historiæ scriptores diligenter prius legisset, Sozomenum auctorem sequutus, in hunc modum de Liberio scribit: Imperator suadere Liberio, vt filium non esse patri consubstantialem opinaretur, tentauit. Egredid quoque Basilius, & qui cum eo erant, eamque rem illi Imperatori, apud què in magno erant pretio, suggessere: & asserentes ea, quæ vel de Paulo Samosateno, vel de Photino apud Syrmium constituta fuerunt omnia: & præterea formulam fidei Antiochiæ in Ecclesiæ consecratione ob *quodam* causam editam allegantes, veluti contenderent quidam hæresim propriam per prætextu & occasionem homouision instituire, in sententiam suam adducere statuere Liberium, & Athanasium, & Alexandrum, & Seuerianum, & Crescentem, Africanos Episcopos. Non minùs id quoque conabantur Vrsicius & Valens, & Germinius Syrmientis Episcopus, & qui præterea ex Oriente ibi aderant. Liberius autem aliam quoque seorsim fidei cõscripsit professionem, quæ omnes ab Ecclesiæ communionem arcebat, qui filium patri non secundum substantialiam, & per omnia æqualem dicerent. Id propterea fecit, quòd Eudoxius, & qui factiohis eius fuere, non ita pridem Antiochiæ propter Aetij hæresim congregati, cum Hosij epistolam in manibus haberent, plurimum verborum fecerant, quibus Liberium per calumniam traduxerant, perinde atque *quodam* cõsubstantialia repudiasset, & patri filium omninò inæqualem dixisset. Quid scribi potuit euidentius ad innocentiam Liberij declarandam? Spargebatur quidem rumor de Liberio, sed eum per calumniam traductu fuisse narrat Nicephorus.

rus. Quamobrem cùm iisdem temporibus, quibus Socrates & Theodoritus, ecclesiasticam historiam scripserit Rufinus, regressus quidem in urbem fuisse Liberium viuente Constantio commemorat: Sed hoc, inquit, vtrum quòd acq̄uerit voluntati suæ ad subscribendum, an ad populi Romani gratiam, à quo proficiscens fuerat exortatus, indulsit, pro certo compertum non habeo. Vixit autem iisdem temporibus Hieronymus quoque: sed si qui temporis illius historiam scribebat, ac diligentius omnia proculdubio scrutabatur, nihil Rufinus pro certo ea de re compertum habere potuit, verisimile est, multò minus Hieronymum scire potuisse, qui solitariam ferè vitam in desertis locis agebat. Ac fieri potest, quòd què de Liberio rumorè falso sparsum fuisse scribit Sozomenus, & eum sequutus Nicephorus, quasi reprobasset homouision, & acquiescisset Imperatoris voluntati, perlatus is ad Hieronymum quoque fuerit. Ex quo factum est, vt scriberet is, Fortunatianum Liberium Romanæ vrbis Episcopum pro fide ad exilium pergentem, primùm sollicitasse ac fregisse, & ad subscriptionem hæreseos impulsisse. Simile quiddam euenisse potuit Athanasio quoque, ad quem & ipsum hac de re falsus rumor peruenisse videtur: propterea cõfictus ab Arrianis, quòd & ipse facilius adduci posset, vt homouision reprobarer, cum id à tanto Pontifice factum accepisset. Quæ causa fuit illi scribendi, quòd Liberius post exactum in exilio biennium inflexus est, minisque mortis ad subscriptionem adductus est. Quare quicquid ea de re scribant, vel Hieronymus, vel ante eum Athanasius, quandoquidem id parum certo rumore cognouerunt, cùm variè rem à varijs narratam fuisse constet, maius meritò pondus eorum habere debent testimonia, qui cum temporis illius res gestas literis mandarent, diligentius omnia sunt explorare conati. Certè Augustinus & Optatus in catalogo Episcoporum Romanorum, quem recensent, etiam Liberij meminere: quòd nequaquam fecissent, si quòd hæresi Arianae subscripserit, certò constitisset: Dixisset autem Ambrosius, Tempus est soror sancta, ea quæ mecum conferre solis, beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere, vt quòd vir sanctior, eo sermo accedat gratior: si quòd hæresi subscripserit, exploratum habuisset? Verum demus factum esse, quòd rumore falso tum spargebatur, quòd inductus fuerit ad subscriptionem, certè factum hoc eum ipse excusat Athanasius. Illud ipsum, inquit, & eorum violentiam, & Liberij in hæresim odium, & suum pro Athanasio suffragium cùm liberos affectus habebat, satis coarguit. Quæ enim per tormenta contra priorem eius sententiam extorta sunt, ea iam non metuentium, sed ita cogentium voluntates habenda sunt. Negat Athanasius, Liberij, sed eorum, qui coegerunt in subscribendo confessionem fuisse, ita vt si maximè verus fuisset rumor hic, qui cõfictus de eo erat, non alio tamen loco haberi oportuerit propterea Liberium, quàm quo Petrum Apostolum qui Christu negauit: & quo Marcellinum, qui thura idolis admouit: nec ei crimen hæreseos vlla ratione impingi potuerit, cùm hæreticus is propriè dicatur, qui suo ipsius iudicio condemnatus, sua sponte seipsum eicit ab Ecclesia, nec eam audire dignatur: quòd se rectius quàm vniuersam habet. Idem enim est hæresis Græcæ, quòd electio Latine. Quamobrem is dicitur hæreticus, qui sibi nouum doctrine genus aliquod elegit, qui singulares quasdam opiniones adfert à communi totius Ecclesiæ sensu & consensu discrepantes, quas ita pertinaciter tuetur, vt orbem vniuersum Christianum cæcitate potius condemnare non dubitet, quàm semel & iterum admonitus errorem suum agnoscere, & ab eo discedere velit. Vbi verò non est electio voluntaria, sed metu quis adigitur, ibi propriè hæresis esse dici non potest. Quòd ad Felicem attinet, is, cùm in Liberij viuente locum suffectus fuisset, non est habitus pro pontifice Romano, nec quisquam ciuium Romanorum in ædem orationis est ingressus, cùm ipse intus foret. Quæquam & huic testimonium dant, 1. Rufinus, 2. Theodoritus, 3. Sozomenus, quòd non tam sectè diuersitate, quàm communionis & ordinationis conuenientia fuerit maculatus: cùm expositam Nicæam fidem incorruptam seruauerit, & in religione profusus inculpatus manserit: in hoc tantum accusatus, quòd præter ordinationes, communionem etiam eorum, qui Nicæam fidem violassent, tulerit, Quamuis Socrates coactè fuisse scriba: ordinatum.

Anastasio pontifici suspitione hanc primus cõflasse videtur Gratianus, cuius errorè, vt fit, alij postea sunt sequuti. Narrat is fabulam quandam, quòd multi clerici se à communionem ipsius (sic enim loquitur Gratianus) abegerunt, eò quòd communicasset sine consilio Episcoporum, vel presbyterorum & clericorum cunctæ Ecclesiæ Catholice, Diacono Thessalonicensi nomine Photino, qui communicauerat Achatio. Et quia vult occultè reuocare Achatium, & non potuit, nutu diuino percussus est. Vnde fabulam hanc Gratianus descripserit non satis constat: verum qui libros eius legerit attentius, riuulos eum potius aliorum compilatorum confectatum, quàm ex ipsi fontibus

In libr. de viris illustribus.

Ad solitariam vitam agentes.

Epi. 165. lib. 11. contra Denatistas. Lib. 2. de Virginitibus.

Hæreticus quòd propriè dicatur.

Defenditur Felix Papa.

1. lib. 1. ca. 22. 2. lib. 4. cap. 11. 3. vbi supra. Sac. li. 2. cap. 37. Distin. 19. cap. Anastasius in questione 1. ca. Dicitur est.

Anastasio pontifici iniquus est Gratianus in decretis.

Cur Gratianus dicitur errat.

tionem plerumque indulgetur in eligendo. Caterum ut aut eligatur hereticus, aut qui Catholice electus est sedens in Petri cathedra pontifex, heresim aperte profiteatur, non facile fieri posse credent hi, quibus persuasum est, efficaciter fuisse, quam pro Petro fudat ad patrem suum coelestem Christum, ut ne deficeret fides eius, quam ut pro sua reuerentia non exaudiri poterit.

Quamobrem nihil est quod illas contra nos sententias coacerues: Non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Non omnes Episcopi sunt episcopi. Non facit Ecclesiastica dignitas Christianum. Auferet Dominus nomina sacerdotum cum sacerdotibus, qui frustra sibi blandiuntur in Episcopali nomine, & presbyterij dignitate, & non in opere, qui malis operibus sua nomina destruunt. Nam & nos tibi cum tuo magistro Luthero respondebimus, quod ille Picardis aliquando respondit: Scimus heu nostrum casum & dolemus, non autem sicut heretici fugimus, & semiuivum relinquimus, tanquam alienis peccatis pollui timeamus. Illi fugiunt à nobis Christianis, & repunt ad seipos in angulum. O blasphematores Dei, & proditores Christi. Si Christus fecisset sicut vos fecistis, quis vnam quam saluatus esset? Sic Picardis vicinis suis hereticis Romano fectore gaudentibus (sic enim ipse loquitur) respondit aliquando Lutherus. Vnam autem quas tu sententias produxisti, minus in mores nostros quadrare possent. Sed interea non minus verè contra vos eadem omnia proferri possunt, qui cum nouum quoddam Euangelium, quod sub scamno tot seculis latuisse dicitis, in lucem nuper ad eod produxeritis, nullam tamen adhuc nouum & eximium sanctitatis vestrae specimen exhibuistis. Vide autem Brenti, num dogmati vestro consentanea scribas. Fidem enim tantum à vestris exitis, & eam sufficere solam putatis: cur à nobis opera præterea requiritis?

Estne autem hoc modesta Christiana, quod venerabilem virum Petrum à Soto tam scurriliter insectaris, quod dixerit, Totam quidem Ecclesiam, non autem singula membra, certam habere promissionem Christi & gubernationis Spiritus sancti? Sic enim insultas homini: Quid hic noui? Imò quid blasphemiae auditur? Amabo te exillimamne Aforum adhuc sana esse mente? Ecclesia habet promissionem præsentis Christi, & gubernationis Spiritus sancti: tota quidem, non autem singula eius membra. Cum ergo Aforici Prælati conueniunt, necesse habet Christus iuxta promissionem suam præsto adesse, necesse habet & Spiritus sanctus eum conuentum gubernare: cum autem inuicem à se iterum digrediuntur, & ad sua quisque reuertuntur, digreditur etiam Spiritus sanctus, & reuertitur ad sinum Trinitatis suæ, ut ne plumam quidem apud Prælatos post se relinquat. Immane, quantus hic est stupor, quantus furor. Toti Ecclesie præsens est Christus, non autem singulis eius membris. Tota Ecclesia gubernatur à Spiritu sancto, non autem singula eius membra. Ac si quidem sermo est de Ecclesia Apostolica, certè nec Christus, nec Spiritus sanctus præsto adest vel toti, vel singulis membris eius. Si autem sermo est de vera Ecclesia Christi, profectò sicut Christus adest toti, ita adest etiam singulis eius membris. Et sicut Spiritus sanctus gubernat totam, ita etiam gubernat singula eius membra. Si quis, inquit Paulus, Spiritum Christi non habet, hic non est eius, &c. Nonne scurrillam hic agere potius videtur Brentius, quam qualis videri vult Euangelij præconè? Sed quod melius res intelligi queat, ipsa Petri verba adscribemus. Dixerat Brentius in confessione sua quod Ecclesia certam habet promissionem perpetuæ præsentis Christi, & gubernatur à Spiritu sancto. Petrus hoc scholion addidit. Verum est, tota, non verò singula membra. Quod si tota, maxime vbi tota conuenit, veraciter curatura & inquisitione quæ ad salutem pertinent: quod fit in concilijs. Vnde illa specialem promissionem habet: Vbiunque sunt duo vel tres, &c. Quæcunque igitur concilia sint, siue Prouincialia, siue Episcopalia, hanc habent promissionem: sed Vniuersalia hanc, quæ fit toti Ecclesie: Porta inferi, &c. Quid est quod in ij verbis pium lectorem offendere queat? Num quod in veritate inuestiganda, cuius rei causa potissimum concilia cono cantur, certior promissionem perpetuæ præsentis Christi, qui veritas est, habere dicit Petrus totam Ecclesiam, quam vnum aliquod eius membrum? Id si falsum est, cur igitur tu Brenti, in ijs quæ proximè præcesserunt, magnam esse legitimum Conciliorum auctoritatè scripisti: quæ certè nihil habebunt eximium, si peræquè certà Christi perpetuæ præsentis promissionem habent singula membra, si peræquè perpetuè gubernantur à Spiritu sancto, quo ad veritatem inuestigandam. Cur autem dicit Christus, Vbiunque sunt duo vel tres: at non potius: Vbiunque est aliquis vestrum: si perinde præsens est semper singulis, atque multis in vnum locum congregatis? Quorum autem attinet Concilia congregare, si perinde præsens est perpetuò Christus vnicuique membro seorsum, atque toti corpori Ecclesie? Quin Ecclesie membra sint etiam agri-

Pontifex factus
hæresim non
proficitur.

Luc. 22.

De indignis
sacerdotibus
distinctione. 40.
cap.

Non est facile.
Hier. ad Helio-
dorum epist. 1.
Hier. in Zoph. 1.
Lutherus in re-
solutionibus su-
per propositione-
num. 80.

Scurrilis Bren-
tij oratio in So-
tano.

Responsio, pro-
missionem per-
petuæ præsentis
Christi & guber-
nationis Spiritus
sancti esse pe-
netratam Eccle-
siam, & non e-
ius membra sin-
gula, quo ad ve-
ritatem inuesti-
gandam.

agricolæ, credo non negabis. Cum itaque iuxta tuam sententiam, etiam eorum quisque promissionem habeat perpetuæ Christi præsentis, quid ex eo consequitur aliud, quam ut eque possit etiam agricola, quibuscunque de rebus ambigitur, in causa fidei definire, atque legitimum concilium: nec minor illius, quam legitimi Concilij sit auctoritas? Stulti igitur fuerunt Apostoli, qui Concilium Antiochiæ primum congregauerunt: Stulti Patres illi, qui Nicæa, Constantinopoli, Ephesti, Calcedone tot numero de causa fidei definituri conuenerunt. Quid enim erat necesse tantos facere sumptus, tot itineris molestias, tot labores perferre, si peræquè certam Christi præsentis promissionem habuerunt singuli seorsum habitantes, atque vnum in locum omnes congregati? Deinde verò si certam habent perpetuæ Christi præsentis promissionem singula verè Ecclesie membra, qualem tu putas esse vestram Lutheranam: quæso te Brenti, fuit ne tum in singulis præsens Christus, cum plurima & ea præstantiora Ecclesie vestrae membra, partim ad Zuinglianam, partim ad Munceranam, partim ad Suenckfeldianam, partim ad Campanam, fidemne dicam an perfidiam, ab errore vestro defecerunt? Aut fatearis oportet Brenti, præsentem etiam tum Christum istos habuisse, cum hos tam fædos errores vestri erroribus reiectis, amplexi sunt, etiam tum eos à Spiritu sancto fuisse gubernatos: aut verò scripsisse Petrus cæcedas, qui negat, certà perpetuæ Christi præsentis promissionem habere singula membra, quam certum est habere totam Ecclesiam. Vidēsne iam quorsum tibi tua dicitas reciderit: in quas ipse te salebras conieceris? quemadmodum ex illis explicare te non possis? dū homini pio piè de rebus diuinis differenti grauisimum blasphemiae crimen impingere, stuporem, furorem adscribere, sanamque mentem & sensum eorum inuicem detrudere non vereris. Neque verò negauit Petrus, præsentem esse Christum singulis membris, & à Spiritu sancto singula membra gubernari: verum de re proposita loquebatur, de eo quod scriptum à te fuerat, Ecclesiam habere certam promissionem perpetuæ præsentis Christi & gubernationis Spiritus sancti: Quod perpetuò sit præsens Christus, quod sic ab eo perpetuò gubernentur singula Ecclesie membra, ut à fide nunquam aberrare possint, sicut gubernari Concilium legitime congregatum nemo pius dubitat, hoc est quod Petrus à Soto rectè negat. Neque verò tu ignorabas hoc Petrum dicere, verum ad inuidiam illi constandam fecisti more vestro, ut calumniam hanc adhiberes, & ipse cōmisereris aliquid, quod rectè posses oppugnare. Quæ causa etiam fuit, ut quod in confessione tua sic scripseras: Ecclesia certam habet promissionem perpetuæ præsentis Christi: sublata vocabula Perpetuæ, poneres in confutatione Promissionem præsentis Christi. Atqui quin præsens adsit Christus in veris membris suis etiam singulis, quæ templa sunt eius, in quibus habitare dignatur, neque Petrus à Soto, neque pius quisquam, qui modò sane sit mentis, negat. Quod autem perpetuò præsens adsit, quod eque præsens adsit ad veritatem inueniendam singulis, atque præsens adest vniuersis in concilio legitimo congregatis: id verò negat Petrus: negant etiam omnes qui vel sensu communi sunt præditi. Itaque nihil ad rem faciunt quæ in testimonio profers & scripturis. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, &c. Nemo enim contradicit. Sed audi quid idem dicat Apostolus: cum enim præmississet: Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, subiunxit: Diuisiones autem gratiarum sunt, idem autè spiritus: & diuisiones ministrarionū sunt, idem autè Dominus: & diuisiones operationū sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitarū in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetiæ: alij discretio spirituum: alij generā linguarum: alij interpretatio sermonum: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Ad hoc igitur ut dicamus, Dominus Iesus, ex equo Spiritum sanctum accepimus omnes, quotquot membra sumus Christi corporis Ecclesie. Nam qui non confiteretur hunc Ecclesie membrum non est. Ad hoc autem ut prophetemus, ut scripturas interpretemur, ut de fidei controuersis definiamus, non ex equo Spiritum sanctum accepimus omnes. Nam nec Episcopi, nec doctores, nec prophete sumus omnes. Quin & ipsis prophetis non semper præsto adfuisse Spiritum sanctum legimus, quo nonnunquam eos destitui, documento nobis esse potest Helias, qui cum stentem vidisset Sunamitidem, causamque necisset, ad quærum qui volebat eam prohibere dixit: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Neque tum solū, verum etiam cum de futuris eum requisisset Iosaphat, spiritus ei prophetiæ defuit, ut necesse haberet psaltem adhibere. Sic alteri prophete præsto quidem adsuit Spiritus sanctus, quando missus contra Samariam, quæ fuerant illi ventura mala nunciavit: 2. Reg. 7.

1. Cor. 12.

Rom. 8.

Etiam Prophe-
te spiritus non
nunquam de-
stituerunt.

4. Reg. 3.
4. Reg. 13.

non autem adfuit, cum pſendopropheta cuiusdam perſaſionibus adductus, panem in eius domo comedit, quod eum facere Dominus prohibuerat. Cuius mandati transgreſſi pœnas luit in leone occiſus. Sic & Nathan Propheta viſus eſt Spirituſancto deſtitutus, cum interrogatus à Dauide rege, num edificare ſibi templum liceret, reſpondit, nihil im pedire, quod minus faceret quod in corde ſuo deliberatum haberet: quem errorem ſuum poſtea correxit, cum eum edificare prohibuiſſet. Ex his cuius perſpicere licet, ſi prophe tis etiam non ſemper præſtò adeſt Spirituſanctus, multò minus eum præſtò adeſſe per petuò ſingulis Eccleſiæ membris, qui non ſolum ubi vult, ſed etiam quando vult, & per quos vult ſpirat: ſæpe vt ſanctos deſerat, inſpiret autem eos, qui ſunt procul ab omni ſanctitate remoti, ſicut inſpiſſe legitur Balaam, Saulem, virum illum arrogantem He liu, Caiſam, & alios peruerſos homines. Eſt quidem ita, quòd ſicut nullum eſt mem brum in corpore quod non ſit particeps aliquo modo ſenſus & motus à capite, ſic nul lus eſt mortalium in Eccleſia, qui non ſit particeps alicuius gratiæ Spirituſancti. Cæ terum in quo ſimul omnes gratiæ concurrunt, præter vnum Chriſtum Deum & homi nem, nemo fuit mortalium: quanquam ſpiritum veritatis Apoſtoliſ præſtò ſemper ſin gulis adſuiſſe non negamus. Vbi verò ſimul conueniunt omnes, ibi præſens adeſt Chri ſtus, ibi præſens adeſt Spirituſanctus cum omni genere gratiarum. Nam quod vni de eſt, penſatur in altero: ac ſæpe quod non reuelatur ducentis aut trecentis viris excellen ti prudentia doctrinæq; præditis, vni alicui nò doctiſſimo reuelatur in cuius poſtea ſen tentiã ſic impellente Spirituſancto, pedibus eunt alij multò doctiores. Sic abſondit ple raq; Spirituſanctus à vobis ſapientibus & prudèribus, & reuelat ea paruulis. Quod etiã in ſynodo Nicæna factum legitur, ubi quidam ex Confeſſoribus (libet autem Ruſſini verbis vt) ſimpliciſſimæ naturæ vir, & nihil aliud ſciens niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum, qui fuerat inter cæteros auditores Episcopos, inſignem quendam philoſo phum, quem ex doctoribus nemo diſputando ſuperare poterat, ſic breui quadam ora tione coſtrinxit, vt obſtupefaetus ille virtute dictorum, ad alia mutus omnia, ſolum hoc reſpondere potuerit, ita ſibi videri, nec aliud verum eſſe, quàm quod Episcopus il le dixerat, Iamne igitur intelligis Brèti, quàm verè Petrus dixerit, certam perpetuè Chri ſti præſentiæ & gubernationis Spirituſancti promiſſionem, quo ad inueſtigandum veritatem, de qua poſſimùm agitur in Concilijs, habere quidem totam Eccleſiam, nò autem ſingula membra? Nihil enim dixit aliud Petrus, quàm quod etiam Caluinum veſtrum fateri veritas coëgit: qui ſe minimè negare ſcribit, quin tota fidelium ſocietas, multiplici donorum varietate inſtructa, longè ampliori & vberiori cœleſtis ſapientiæ theſauro prædita ſit, quàm ſeorſum ſinguli: quòdque multo antè dictum ab Auguſtino fuiſſe commemoramus, qui Deum alloquens his verbis vſus eſt: Veritas tua nec mea eſt, nec illius aut illius: ſed omnium noſtrum, quos ad eius communionem publicè vo cas. Hoc enim dicere videtur Auguſtinus, quod ibi ſemper præſtò Chriſtus adeſt, qui ve ritas eſt, ibi ſemper Spirituſanctus præſtò adeſt, qui ſpiritus eſt veritatis, ubi conueniunt omnes, ubi ſimul in vnum locum tota congregatur Eccleſia: cæterum in ſingulis mem bris, neque Chriſtus veritas, neque ſpiritus veritatis præſtò ſemper adeſt, cum de ſingu lis membris ſcriptum ſit, quòd omnis homo mendax: de tota verò Eccleſia, Porta inferi non præualebunt aduerſus eam: Iudica nunc tu Brenti, vt veſtrum fuerit cum iſta ſcriberet, ſenſu communi deſtitutus? Petrusne, qui dixit idem quod ſcripturæ conſen taneum dictum antè fuerit ab Auguſtino, quod & lumen ipſum rationis indicare vi detur: an tu, qui tam ſcurriliter manifeſtam veritatem oppugnas? Quod ſi verum eſt, ſin gula membra certam habere promiſſionem perpetuæ præſentiæ Chriſti, & gubernati onis Spirituſancti, falſum ſit oportet quòd à Propheta dictum eſt: Omnis homo men dax. Nam ſimul in eodem & veritas Chriſtus, & mendacium, cuius pater eſt diabolus, inelle non poſſunt: Nec erit yllum Eccleſiæ membrum, quod labi, errare, decipi queat, ſi nunquam præſentia Chriſti, qui veritas eſt, deſtituitur. Vnde ergo tot hæreſes quor enu merauimus? quæ non aliunde ferè, quàm ex veſtra ſchola VVittembergeniſ prodierunt? Quin & illud falſum ſit oportet, quod ex Auguſtino proferre ſapè ſoletis, ſolis ſcriptu rarum libris, qui canonici vocantur, hunc timorem honoremque deſerendum eſſe, vt nullus eorum auctor ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſimè credatur. Cur enim nò idem credamus de ſingulorum Eccleſiæ membrorum & ſcriptis & dictis, ſi certam habent ſingula promiſſionem perpetuæ præſentiæ Chriſti: qui cum ſit veritas, neque falli po teſt, neque fallere? Nos verò libenter Auguſtini ſententiã ſubſcribimus, vt quem ille vult, honorem ſcripturis Canoniciſ habeamus, cæterum ſicut ſingula Eccleſiæ mēbra, quam liber excellenti fuerint & vitæ ſanctimonia & doctrina prædita, poſſet tamen errare cre dimus: ſic ubi tota cōuenit Eccleſia: quam certam habere promiſſionem perpetuæ præ ſentiæ

Edm. 3.

Numb. 22.
1. Reg. 10.
Iob. 17.
Ioa. 11.

Chriſtus man
nè præſens in
Concilijs.

Mat. 11.

Ruſſ. li. 1. ca. 3.
Eccleſi. hiſtorie.

Paſ. 115.
Mat. 16.

Aug. in epiſtola
ad Hieronymum.

ſentiæ Chriſti, & gubernationis Spirituſancti, nemo pius ambigit, ibi nullum in fidei dogmatibus errorem admitti poſſe, certum & indubitatum habemus. Quamobrem il lius Decretis proximam à ſcripturis canonicis locum tribuimus, & ab eodem ea Spi rituſancto profecta credimus, quo fuerunt inſpirati, qui ſcripturæ canonice libros edide runt. Sed de re quæ vel ipſa luce clarior eſt, plura nos verba facere neceſſe non eſt.

Facit iam deinceps Brentius, quod facere ſolent qui malas cauſas defendendas ſuſce perunt, & conſarcinatis eſcriptis Gregorij Nazianzeni, Baſilij, Nicephori, Socratis, Ber nardi, Adriani Papæ, delectorum quorundam cardinalium & legatorum ſedis Apoſto licæ, qui præſidebant in concilio Tridentino, quibusdam ſententijs contra vitam & mo res corruptos Episcoporum, & eorum qui ſedent ad Eccleſiæ gubernacula, quando quidem alia ratione non poteſt, vel hac ſaltem ordinem Episcoporum & ſacerdotum & odium, inuidiam & contemptum omnium adducere conatur: quod in cauſa ſuæ di uiſionis defendendæ facere ſemper hæreticis vſitatum fuiſſe, in quadam epiſtola ſcribit Auguſtinus. Cur autem non à Paulo potius exorſus es Brenti, quàm à Gregorio Na zianzeno? quòd ſciam inde à Pauli temporibus nunquam Episcopis præſtò Spiritum ſanctum ad fuiſſe demonſtrare. Nam & ipſe de ijs qui ſuo tempore Dei regebant Eccle ſiam, ad eundem propè modum queſtus eſt. Cum enim dixiſſet, Spero me Timotheum citò mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt ſubiunxit e ueſtigio. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſyncera affectione pro vobis ſoli citus ſit. Mox & rationem addidit: Omnes enim, inquit, quæ ſua ſunt quærent, non quæ Jeſu Chriſti. Vides quòd eadem ferè fuit Pauli de ſuis collegijs querimonia. Ne que tamen idèd tales omnes fuerunt, qui cum Paulo tum erāt. Erat enim cum eo Lucas & Epaphroditus, quos conſtat non quæ ſua ſunt quæſuiſſe, ſed quæ Jeſu Chriſti: ſed quia plures eiſmodi fuerunt in eius ſocietate, nimirum Demas, qui dereli querat eum, diligens hoc ſeculum: Hymenæus, Alezander Ararius, qui multa mala ei oſtenderat, & alij, quorum in hac ipſa meminit epiſtola, qui ex contentione Chriſtum annuncia bant non ſyncerè, exiſtimantes preſſuram ſe ſollicitare vinculis eius idèd, qui ſcripturæ mos eſt, dixit de nonnullis, tanquàm de omnibus, quemadmodum etiam Hieremiam feciſſe legitur: A minore, tanquàm ad maiorem, inquit, omnes auaratiæ student, & à propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Quid ergo dicemus: quia tales e rant etiam Pauli temporibus magna ex parte verbi miniſtri, num eis propteræ Spi rituſanctus deſuiſſum idèd iugum eorum fuit ab omnibus excutiendum? Non ita do cuit Apoſtolus: ſed cum queſtus eſſet de ijs, qui Chriſtum ex contentione prædica bant, non ſyncerè. Quid enim, inquit: Dum omni modo ſiue per occasionem, ſiue per veritatem Chriſtus annūcietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudeo. Qui tum annuncia bant Chriſtum, faciebant id animo minimè Chriſtiano: nihil enim aliud ſpectabant, quàm vt capto vincloque Paulo, maiorem adderent aſſiſtentionem: vt ex Euangelij profe ctu maius illi conſtarent odium, & eum in vitæ ſuæ diſcrimen adducerent. Neq; tamen idèd Paulus eos audiri prohibuit: quin quacunq; tandem occasione Chriſtum per eos annunciari gaudebat. Huius exemplum imitari te Brenti oportebat, vt gauderes potius cū Paulo, ſi vel per occasionem Chriſtus eſſet annunciatus, quàm tot viroꝝ doctorū ſen tentias coarceſtuas, quibus, quorū opera ſit vt Chriſtus annūcietur, eos in odiū & cō temprū adduceres. Quanquam quod ex Gregorio Nazianzeno proferes & Baſilio, de ve ſtris hi ſcribunt, hoc eſt, de hæreticis non de Catholicis Episcopis. Fuit enim idèd propè tunc qui nunc eſt Eccleſiæ ſtatus: quin deterior etiã, quàm ſit hoc noſtro ſeculo, cum nò aulæ tantum & ciuitates infectæ, verum ne ipſi quidem Reges & Imperatores ab hære ſi fuerint intacti. Sicut igitur ſubinde nūc inſtituuntur. Colloquia, ſic illo quoq; tempore fuiſſe factū, etiã ante Gregoriorū queſti ſunt, Athanaſius & Hilarius. Tales igitur Syno dos ſiue cōgreſſus deinceps fugere ſe velle ſcribit Gregorius. Nunc audi quid in ea, que proximè ſequitur epiſtola, ſcribat Baſilius: Vnū iam crimè eſt, inquit, quod vehementer puniatur, ſi paternas quas traditiones diligenter obſeruet. Nò impugnamur propter pe cunias, nò propter theſaurum, nò propter aliud aliquod rerum temporaliū, ſed propter cōmunem gloriam, propter hæreditatem paternam, propter ſanam fidem in acie ac certamine ſtamus. Domus precatonū clauſæ ſunt, altaria cultu ſpirituali vacant, nulli amplius Chriſtianorum cætus, nulla amplius doctorum præſidentia. Ceſſarunt doctrinæ ſalubres, ceſſarunt panegytes, hymnodicæ nocturnæ non habentur. Nobis iam dicere licet, quòd in hoc tempore non ſit neq; princeps, neq; propheta, neq; præſes, neq; oblatio, neq; incenſum, neq; locus, in quo cotam Domino poſſit offerri ſacrificium. Quæſo te Brenti, quos hic notat Baſilius? voſne, an nos, qui per Dei gratiam ſumus Ca tholicæ? Quod nobis grauius crimen obijcitis, quàm quòd paternas traditiones diligen ter

Hæreticorū mos eſt de cleri ijs & abſiſibus libenter loqui.

Aug. 137. epiſt. Epiſtola Pau li Cleus non ca rebat vitijs. Philip. a.

2. Tim. 4.

1. Tim. 6.

Philip. 1.

Thier. 6.

Deterior olim Eccleſiæ ſtatus quàm hodie Col loquia de Reli gione patribus imprabata. Greg. in epi. ad Procopium.

Baſil. epiſt. 70.

Quod nūc ſit ab hæreticis, olim quoque factum.

ter obseruamus? Deinde qui sunt alij quàm vos apud quos altaria spiritali cultu vacant, apud quos cessarunt doctrinae salubres, nec habentur hymnodia nocturna: apud quos neq; oblatio est, neq; incensum, neq; locus, in quo coram Domino possit offerri sacrificium: apud quos ipse etiam sacrificij nomine nihil est abominabilius? Vides igitur quòd de vestris hæc maioribus, non de nostris scripsit Basilius: quòdque sicut antea semel & iterum, sic & nunc testimonium ipse contra te produxisti. Jam quòd adfers ex Nicephori & Socratis Ecclesiastica historia, demus tibi hoc erratum fuisse à Theophilo, & ab illo alio, quid aliud ex eo consequetur, quàm verum esse quòd Petrus à Soto scripsit Ecclesiam totam, non autem singula eius membra: falsum autem esse quòd asseris, tu singula Ecclesie membra certam habere promissionem perpetuam præsentis Christi & gubernationis Spiritus sancti. Certè neq; Petrus à Soto affirmavit hoc vnquam, neque nos in ea sententia sumus, vt putemus errare non posse, si quis successit Episcopo Catholico: qui si quòd à suis antecessoribus sibi traditum per manus accepit, id ipse non retinet, quin ei contrarium docet, aut facit aliquid, grauius eum errare non diffitemur. Non enim satis est in locum Episcopi Catholici successisse, nisi catholicam etiam eorum doctrinam, quibus successisti, retineas. Et vos Brenti, quo iure, quàm iniuria successisti in Ecclesijs plerisque; sacerdotibus Catholicis, neq; tamen propterea vos non delirare dicimus, quòd quidem ab eorum pia doctrina recessisti, neq; patrum nostrorum, qui iidem & vestri fuerunt, traditiones retinetis: quin quòd ab eis non discedere nolimus, per summam iniuriam grauisimum nobis idolatriæ crimen obijcitis: haud aliter atq; Catholicis olim Arrianos fecisse scribit Basilius. Quæ verò profertur ex Bernardo & alijs, qui de corruptis moribus nostris nostro seculo scripserunt, vti nam ea res fellere liceret, sed veriora sunt pleraq; de multis, quàm vt refutari queant. Verùm (quòd aiunt) ab ovo tibi Brenti exordiri licebat. Nam ab orbe condito semper in Ecclesia bonis mali permixti fuerunt. Quòd enim eadem sit eorum qui præcesserunt, & qui sequuti sunt Christum natum Ecclesia, nec ignoras tu, nec diffiteris proculdubio: temporum tantum discrimen, si des fides fuit prorsus eadem. In venturum illi credebant, nos in eum qui iam venit Messiam credimus. Quamobrem si vel à primo parente nostro sumas initium, cum is duos filios habuerit, alterum fraterna cæde manus suas contaminasse reperies. In arca verò sua cum tribus tantum filijs suis fuit Noë: quorum tamen vnus tam fuit ab omni pietate remorus, vt verenda detegere sui patris, & eum habere ludibrio veritus non sit. Abraham & ipse duos habuit filios, quorum reprobus alter eijs vnà cum matre sua iussus est. De liberis autem Isaac nonne dicit Dominus per Prophetam: Jacob dilexi, Esau autè odio habui? Iam in domo Jacob quàm turpe flagitium vnus ex filijs designauit, ex Genesis libro, quàm ex nostra commemoratione te cognoscere malimus. Sed & reliqui fratres ferè omnes cum grege paruo fratrem suum Ioseph vendidissent, quantum in ipis erat, eum perpetuè seruituti manciparunt: Sanctus autem ille Dauid (vt interim silentio prætereamus, quæ de Heli, deq; Samuelis filijs narrat historia) quot & quantis sceleribus coopertos filios habuerit, ex eadem Regum historia videre licet: Quid verò faciunt aliud sancti Prophetæ ferè omnes, quàm quòd sui quisque seculi mores perditissimos accusat? in quos ita sæpe grauius inuehuntur, vt neminem superesse dicant, qui non declinauerit, qui non auaritiæ studeat, qui non dolum faciat. Quid autem nato Christo, num esse vitia deserunt? Elegit ipse sibi Christus duodecim, vnus ex eis erat diabolus. Elegerunt septem diaconos Apostoli, fuit vnus ex eis longè spurcissimus hereticus. De Paulo iam diximus, quemadmodum is questus fuerit, neminem habere se, qui germanè de grege foret sollicitus, quòd omnes quæ sua sunt quererent, non quæ Iesu Christi. Vetus itaque fuit hæc rerum status Brenti. Ab orbe condito semper in Ecclesia bonis mali permixti fuerunt, & sicut huius seculi sapiens quidam dixisse fertur, plures mali. Quòd ipsius dictum etiam æterna sapietia comprobauit, cum diceret: Multi sunt vocati, pauci verò electi. In celum conscendas oportet, si vis locum, vbi nulli sunt mali, reperire, quanquam & ex illo ceciderunt angeli. Quòd si qui seruiunt Deo, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, quantò magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur velut à trinea? Omnes declinauimus Brenti, & iuuciles facti sumus: non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum. Ante bis mille annos dictum est hoc, & fuit multò antè verum, quàm dictum esset, & est nunc quoque verius quàm vellemus. Quid igitur? Num propterea dicemus, ex quo tempore conditus est orbis ad hunc vsque diem, non fuisse Spiritum sanctum in Ecclesia, quòd semper in ea fuerunt mali, & plures mali: quin & qui præsidebant fuerunt sæpe mali? Absit. Quin propter hos malos, non propter vos iustos venit Christus in mundum neque sic semper in Ecclesia mali fuerunt, vt non essent illis boni quoq; permixti: qui

qui licet essent numero pauciores, sæpe tamen eorum causa Deus etiam malorum est miseratus. Et ipsi mali, quemadmodum antea scripsimus, quamuis non haberent spiritum quo ipsi sancti essent, habebant tamen spiritum, quo sanctos alios facerent, siue sacramenta ministrando, siue Dei verbum prædicando. Fatentur autem hoc etiam tui Brenti (si modò tuus est Philippus) non modò Catholici, quòd fieret incerta fides, si vis Euangelij & sacramentorum penderet ex dignitate ministrorum: cum Euangelium & sacramenta efficacia sint propter promissionem Dei, non propter ministri personam. Renouat mentes nostras & fidem nostram Christus à persona ministri ad sese, inquit: Qui vos audit, me audit: quæ si dicat: Nec Euangelium est vestrum, nec opus vestrum est saluos facere auditores, sed Dei opus est: qui hoc mirabili modo sparsa voce Euangelij colligit sibi æternam Ecclesiam. Hoc vestri dicunt Brenti. Quorsum igitur attinet sic nobis exprobrare peccata nostra, quasi verò vos non sitis grauioribus flagitijs cooperiti? Sed audi quid scribat de vobis, qui versatus fuit multis annis inter vos, nec valde nonnullis visus est alienus à doctrina vestra, ita vt quasi vulgò diceretur illud, Aut Erasmus Lutherizat, aut Lutherus Erasmus. Audi quid ille de vobis dixerit, Erasmus Rotterodamus: Vos, inquit, strenuè clamatis in luxum sacerdotum, in ambitionem Episcoporum, in tyrannidem Romani pontificis, in garrulitatem Sophistarum in precibus, ieiunijs & missis: nec ista purgari vultis, sed tolli: nec omnino quicquam in receptis placet, sed zizaniam euellitis cum tritico: aut, vt melius dicam, triticum euellitis pro zizania. At quid interim nobis profertis melius & Euangelio dignius, vt ab astuetis recedamus? circumspecte populū istū Euangelicū & obserua, num minus illic indulgeatur luxui, libidini & pecuniæ, quàm faciunt hi quos detestamini? Profer mihi, quem istud Euangelium ex comeffatore sobriū, ex feroci mansuetum, ex rapaci liberalem, ex maledictū benedictum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipsis deteriores. Et post pauca: Nunquam eorum Ecclesias sum ingressus, sed aliquando vidi redeuntes à concione, veluti malo spiritu afflatos, vultibus omnium iracundiam ac ferociam miram præ se ferentibus. Sic, opinor, discedunt milites à concione duccis ad prælium exhortati, quis vnquam vidit in eorum concionibus quenquam fundentem lachrymas, rudentem pectus, aut ingemiscentem? Et iterum nonnullis interiectis: Circumspecte mihi sodalitatē istam Euangelicam, quot habet adulteros, quot temulentes, quot aleatores, quot decoctores, quot alijs vitijs infames? Et hos habent etiā in delirijs, tantum abest vt virent. Apostoli quòd magis vacarent Euangelio, aut abstinebant ab vxoribus, quas ducere licebat, aut legitime ductas vertebant in forores. Nunc floret Euangelium, quòd sacerdotes & monachi contra certè leges humanas, contra professionem suam ducunt vxores. Condonetur hoc: Circumspecte, num castiora sint eorum coniugia, quàm aliorum, quos ducunt pro Ethnicis. Agnoscis, opinor, quas fabellas tibi possim referre, si liberet. Profer autem in epistola, quam scripsit ad fratres in Germania: Efferunt, inquit, honorabile coniugium & thorum immaculatum. Sed inui nonnullos Euangelicos (nam in genere loquutus sum) nihilo castius colere coniugium, quàm Catholicos. Iubet me proferre fabulas: quid attinet: cum vulgò narrentur. Negat esse notissima, cum falsa sint, & tamen ipse fateatur de duobus. Ego noui monachum, qui pro vna duxerit tres. Noui sacrificium virum aliqui probū, qui duxit vxorem, quam post comperit alteri nupsisse: similia permulta de monachorum & monacharum coniugijs referuntur, qui ductas repudiarunt, eodem iure quo duxerāt. Iam an inter Euangelicos minus indulgeatur libidini, an minus sit adulteriorum? Quid Argentorati fiat nescio. Quid alibi cōpertum sit, mecum nouit populus. Iam vt donemus, istis Euangelij præconibus esse fas vxores ducere, quis non admiretur, ouiculas mactationi destinatas, nihil in hoc mundo quærentes præter Christi gloriam, tot curis distractos, tot afflictionibus obnoxios (quibus accedit & paupertas, onus cum miserum, tum graue) non posse viuere sine vxoribus? quas tam multi ob leniores causas aut nō ducunt, aut ductas nollent. At istis omnis fragor exit in catastrophem comicam. Vbi cōgit vxor, occiditur, Valere & laudite. Quæ malum est ista tanta salacitas, quam tot mala non possunt excutere? vna tanta carnis rebellio in ijs, qui se iactant agi spiritu Christi? Et in eadem epistola: Sacerdotem, inquit, Basileg virgis cæsum, mox vrbe eiectum non nominò. Quid refert, quando deserit concionari? Istius erat professio. Is, vt publicus ferrebat rumor, & in carcere, & extra portam cum à carnifice dimitteretur, publicè restatus est, se postea quam se illi secte addiderat, in omne flagitiorum genus proruisse. Quid de tota secta dixerit, non referam. Et iterum in epistola in pseudoeuangelico: Dices, Nihil tam fuit vnquam felix in rebus humanis, quin malorum admixtu viaretur. Ad bonos verte oculos. Fieri potest vt mea sit hæc infelicitas. Mihi adhuc

Mali estis non habent in Ecclesia spiritum quo sint sancti, habent tamen spiritum ad alios sanctificandos. Philip. in locis communibus. Luc. 10.

De Lutheri sententia Erasmus testimonium. Erasmus epistola in pseudoeuangelico.

Aliud Erasmus testimonium.

Semper in Ecclesia bonis permixti mali.

Gen. 4.

Gen. 9.

Gen. 29.

Mal. 1.

Gen. 49.

Gen. 37.

1. Reg. 2.

In secunda

Regum.

Ioan. 6.

Act. 6.1

Phil. 2.

Mat. 20.

Job. 4.

Mat. 9.

Ad in hipera-
piste secundo.

Geor. VVitelium

Lutherus testa-
tur suos Catho-
licos deteriores
esse.
Luth. in Posti-
la super Evan-
gelium Domini
prima aduersus.

Et in veteri, &
in noua lege iu-
diciu de reli-
gione penes sa-
cerdotes fuit.

Flagitia non ra-
ra ministrorum
noni Evangelij

Matt. 7.

Luc. 6.

Ad Regem apo-
strophe, per scri-
bens Vergerium

Reges Poloni eli-
gunt Episcopos
regni.

neminem contigit nosse, qui non videatur seipso factus deterior: Et iterum: Euangelica pietas à minimis initijs paulatim creuit in maius & melius, & optimus quisque se illi iungebat: hanc doctrinam ferè leuissimum quisque amplectitur. Et in alio quodam li- bro: Ad eò per hoc quod vos vocatis Euangelium, non corrigi scribit homines, vt potius videantur deteriores, nec fieri vt peccare desinant, sed vt peccent impunius. Sic ille, fenestram ad omnem nequitiam aperuisse vestraum Euangelium iudicauit. Possem hic ex Georgio quoque VVicelio viro non vulgari doctrina prædico nonnulla referre: sed quoniam is cum fuisset antea blasphemus, persecutor & contumeliosus, misericordiam Dei consequutus, ex persecutore tandem Apostolus, & ex Lutherano factus est Christianus, minus apud vos ponderis habiturum est eius quamlibet verum testimonium. Itaque nolo verbis eius recitandis esse prolixior. Extat libellus eius qui inscribitur, Rectitio Lutherismi. Ad eum vas remitto, cuiusmodi sint secte vestre mores, ibi verissimè scriptum reperietis. Sed irrefragabile testimonium Illebiensis idoli vestri non possum quin producam. Nam illi fidem quin habeatis indubitata, causam dicere non potestis, præsertim cum Dei verbum non aliud agnoscatis, nisi quod ab illo scribitur. Audiat igitur Deum vestrum loquentem: Mundus, inquit, indies fit deterior. Sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodesti & indisciplinati, multoque deteriores, quam fuerint in Papau. Alio verò loco suos increpans, decies eos esse dicit Sodomitis peiores. Habesne quod ei possis contradicere, cuius verba nihil aliud sunt iudicio vestro, nisi verba Dei? Si mentiri potest Deus vester, mentiri potest hæc scribens de vobis Lutherus: qui nusquam scripsit verius, quam vbi quem fructum attulerit doctrina sua, planum fecit orbi vniuerso. Qua fronte igitur audeat Afocus iste Brentius nobis decies Sodomitis peiores obrudere, qui sint Ecclesiasticæ doctrinæ iudices, & eos reijcere, quorum hoc proprium semper in Ecclesia fuit munus, in cuius possessione plus quam mille quingentis annis fuerunt? quin si spectes Iudeorum etiam sacerdotes, plus quam bis totidem alijs annis. Nam ex quo tempore sacerdotum Iudeorum sumpsit originem ad hunc vsq; diem, nunquam apud omnes eos, qui vel in venturum, vel in eum qui iam venit Christum crediderunt, penes alios quam penes Episcopos & sacerdotes de religionis doctrina iudicandi fuit potestas. Quamobrem nihil est Brenti, quod nobis iudicandi potestatem hanc adimas, quod non sumus omnes absque crimine, cum nihilo sint vestri nostris meliores: quin si vestro idolo credimus, multis etiam partibus deteriores. Quod si scriberet etiam nullus, res tamen ipsa clamaret. Possem historiam tibi proferre Brenti, de quodam, qui cum trium superstitium vxorum esset maritus, à vestris tamen magno cum applausu fuit exceptus, & in pretio habitus, ob hoc solum, quod contraria Christianæ fidei Lutherana vestra dogmata in vulgus spargebat. Possem & aliū in eadem ciuitate nominare, de quo publica fuit fama, quod è schola carnificis profectus, itidem non vnus vxoris esset maritus. Quamuis autem vnā secum tantum adduxisset vnde cum tandem raptam (nam variè res narratur) inter scorta nihilominus perpetuò volutabatur, vxore etiam inspectante. Ad eò nec vxoris commercium vllum ei contra fornicationem attulit remedium: fuit tamen habitus præclarus, & idoneus cum primis Euangelij vestri minister. Sic autem iam hoc est moribus receptum apud Euangelij vestri præcones, simul vt duas aut tres vxores habeant, vt iam pro crimine propemodum non habeatur, ac modò non in laude ponatur. Possem & carnificem pastorem apud vestros officio functum recensere. Et hos tu tales Ecclesiasticæ doctrinæ iudices vis esse potius, quam qui sunt à tot millibus annorum legitime ad eam rem vocati? Et interea nostra nobis obijcis peccata, nihil veritus, ne tibi quoque dicatur illud ex Euangelio: Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.

Hic verum te piensissime Rex appello, cui Brentij libellum hunc dicitur Vergerius, coram quo se doctrinam illius defensorum obrulit. Si locum hunc defendendum coram te susciperet Vergerius, quandoquidem non sic in pietatem & sanctitatem, sicut in loca sedesque maiorum nostrorum successimus, non esse nos idoneos Ecclesiasticæ doctrinæ iudices, quem hic esset accusaturus alium præter te? Cuius enim alius arbitrio præterquam tuo, & à Canonicis eliguntur, & à pontifice Romano confirmantur Episcopi? Certè nec eligunt Canonici, neque confirmat pontifex, nisi quos tu nominaueris: vt quecumque crimina iaciuntur in Episcopos siue sint vera siue falsa, non in alium quam in te ipsum iaciantur? Cuius enim nisi tua culpa sit, vt Ecclesiasticæ doctrinæ nos idonei iudices esse non possumus, si verum est quod de nobis scribit Brentius, quodque se de-

fenfurum offert Vergerius? Nam si vel suo iudicio Canonici eligerent, vel suo iudicio Pontifex Episcopos constitueret, iustam tamen videri possent habere causam Brentius & Vergerius, vel Canonicos, vel Pontificem insectandi. Nunc cum tuo solius iudicio fiat Episcoporum & electio & confirmatio, quam ad rem venit huc Vergerius, nisi vt tibi insultaret? vt populi contra te seditionem excitaret: cuius opera in regno & adiunctis illi terris imperio tuo subiectis, tales Episcopi constituti sint, qui doctrinæ Ecclesiasticæ iudices idonei esse non possint? Verum nos etiam non successimus omnes in pietatem & honestatem maiorum nostrorum, quoniam tamen in eorum doctrinam successimus, à qua Brentium & Vergerium cum suis discessisse certum est, vel hoc satis esse debet pijs omnibus, vt nos Ecclesiasticæ doctrinæ iudices agnoscere non reculent.

Tractat deinde locum Euangelij de portis inferi Brentius, & negat Episcopos siue Prælatos (vt ipse vocat) Ecclesiam illam esse aduersus quam portas inferi non præualituras dixit Christus. Iam enim demonstratum est, inquit, quod præualuerint: cum tamen eius nihil demonstrauerit. Sperare se deinde dicit, pios aliquot viros inter Episcopos inueniri, quibus Afotica impudentia & impietas vehementer displiceat. Est ita Brenti: disciplet pijs omnibus vehementer Afotica ista vestra impudentia & impietas, qui cõtra manifesta scripturæ verba legem ab alijs, quam à sacerdotibus requirit, doctrinæq; religionis alios quam sacerdotes & Episcopos iudices esse vultis. Petri verò à Soto pietas probatur vehementer pijs omnibus, qui sicut alijs de rebus ita de hac quoque non aliud, quam quod verbo Dei consentaneum est, docere videtur. Pergit postea Brentius, ac pios Episcopos, quod ad priuatam eorum personam attinet, membra quidem Ecclesiæ, non autem ipsam totam esse dicit Ecclesiam. Quod verò ad publicum eorum officium attinet, ministri sunt, inquit, Ecclesiæ, non Domini. Non est Brenti, priuata persona Episcopus: Petrus, Paulus, Andreas priuatæ personæ sunt: Episcopus præterquam quod publicum in Ecclesia reconciliatiõnis ministerium gerit, in hoc quoque sustinet personam publicam, quod mandatum est illi à Deo munus pascendi oues, & Ecclesiam Dei regendi. Inter ea rectè dicantur totam Ecclesiam representare, sed illius tantum prouinciæ vel nationis Ecclesiam, vbi sunt vnus aliquem in locum congregati. Cæterum vbi conuocatur Oecumenicum Conciliū, quicumque uenit ad illud ex toto orbe acciti Episcopi, etiam si non omnes conuenerint, quod alij moribus, alij sint alijs causis impediti, qui tamen presentes ad sunt è singulis prouincijs & nationibus eos tota Ecclesiam representare dubium non est. Quod etiam Augustinus non obscure videtur iudicare, cum plenarij Concilij sententiam, totius Ecclesiæ confessionem vocat. Et ante eum Athanasius: Ea, inquit, causa fuit, cur vniuersus orbis in Concilio coiret. Vniuersum orbem vocat trecentos, decem & octo Patres in Concilio Nicæno congregatos. Sic & Leo Pontifex Canonum Nicææ habitorum decreta, quo trecenti tantum, decem & octo Episcopi conuenerant, à totius mundi sacerdotibus dicitur constituta. Quin & in octaua Synodo, quæ quarta fuit Constantinopolitana, sic Phorium Bachaius alloquutus esse legitur: Loquere Domine Phori totus mundus hic est: totum mundum vocauit Synodum Oecumenicam. Quamobrem & que constituuntur in tali Synodo, totius mundi constitutiones rectè vocari possunt, cum eis totus mundus, quam latè patet nomen in eo Christianum, ligetur. In Prouinciali non item: non enim ligantur Synodi prouincialis decretis, nisi qui sunt eiusdem prouinciæ. Quam etiam ob causam à Gratiano scriptum esse legimus: Episcoporum Concilia sunt inualida, ad definiendū, & constituendum, non autem ad corrigendū. Corrigi mores possunt & clerici, & populi in Synodis prouincialibus: de constituendo quicquam non potest. Mores enim habent suos cuiusque prouinciæ & nationis homines: qui quemadmodum corrigendi sunt, nemo scire potest melius, quam qui sunt ex eadem prouincia. Fidem autem suam peculiarem non habet vlla diocesis aut prouincia, sed Catholici vocamur omnes. Sicut de vna Ecclesia Catholica, sic de vna etiam fide Catholica gloriamur: nec licet de fide quicquam definire, nisi vbi simul omnes ex omnibus totius orbis Christiani prouincijs conuenerint Episcopi: qui posteaquam vnū aliquem in locum congregati sunt, tota Ecclesia conuulsa dicitur. Legimus in libris Regum, post descriptam illam magnifici templi à Salomone fabricationem hæc verba: Tū congregati sunt omnes maiores natu Israël ad regem Salomonem in Hierusalem, vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid. Ac paulò post: Cõueritq; rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ. Omnis enim Ecclesia Israël stabat. Omnis Ecclesia benedictum, omnem Ecclesiam Israël stetit dicitur, cum antea maiores natu tantum, principes tribuum, & duces familiarum commemorati fuerint. Quid aliud ijs verbis indicatū est, quam quod illi representabant omnem Ecclesiam? nam reliquis ferè cæteris

De loco
Mat. 16.

Episcopi non pri-
uata persona,
sed qui collecti
totam Ecclesiam
representant.

Aug. li. 1. ca. 18.
de baptismo par-
uulorum contra
Donatistas.
Ath. epi. de ge-
sti synodi Ari-
mini et Seleucie
congregatur.
Leo epi. 24.

Off. Syn.
actio 5.

Distin. 18. ca. 1.
Ecclesia dicitur
conuentus po-
puli
Ecclesiam
ipsam represen-
tantium.

3. Reg. 8.

omnis ex primarijs pendere consuevit. Tales itaq; cum sint Episcopi, quos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei, quemcumq; tandem in locum ex orbe Christiano vniuerso congregati fuerint, tota Ecclesia cõuenisse dicitur, quando quidẽ hi conuenerunt, quorum Deus ministerio gubernat Ecclesiam: quam etiam ob causam Ecclesiæ ministri vocantur: quod nomen etiam regibus & principibus tribuit scriptura. Nam & horum in rebus pollicitis ministerio Deus Ecclesiam suam gubernat: qui tamen & ipsi non arcentur à Synodis, imò vocari consueverunt à Pontifice, præsertim quoties de causa fidei disceptatur, cum habeant & ipsi suam in synodis functionem. Si quos enim tanquam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit sententia sacerdotum, eorum doctrina reprobata debent esse principes, præ cæteris autem Imperator, eiusdem sententiæ & ordinationis cum sacerdotum auctoritate, sicut in epistola sua scripsisse Iustinianum paulò antè commemorauimus: vt externa disciplina contra tales vtantur, quodq; fuerit ab Episcopis constitutum, executioni mandandum curent.

Quod autem ait Brentius, Episcopos Ecclesiæ seruire debere, non iuxta suum ipsorum arbitrium, non iuxta fictitias traditiones, sed iuxta certum & verum Dominum suum scripturis prophetis & Apostolicis comprehensum: itaq; si hanc regulam vere sequuntur, tunc nec Spiritus sanctus eis deest, nec errant: quòd si hanc regulam & metam transiunt, non aliud reliquum est, quàm spiritus ignorantie, cæcitatũ, & erroris, &c. Quid si faciant hoc Episcopi Brenti, neq; tamen facere vobis videantur? Quæro te, qua de re nunc agitur? nonne iuxta verũ & certum verbũ Domini nostri scripturis prophetis & Apostolicis cõprehensum docemus? Vis audire scripturas propheticas? Audi quid in Leuitico dixerit Dominus ad Aaron: Præceptum, inquit, sempiternũ est in generationibus vestris, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctũ & prophanũ, inter politũ & mundũ, doceatisq; filios Israël omnia legitima mea. Cui dedit hic Deus discernendi, cui docendi facultatem? Nonne Aaron & filijs eius sacerdotibus? Rursus in Deuteronomio: Si difficile & ambigũ apud te iudiciũ esse perspexeris, venies ad sacerdotes Leuitici generis, &c. Et in eodem libro: Accedent sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt ministræt ei, & benedicant in nomine eius: & ad verbum eorum omne negotium pendebit. Ad verbum, inquit, sacerdotum omne negotium pendebit. Audi & Ezechielem: Sacerdotes, inquit, Leuitæ filij Zadoc, populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundũ offendent eis: & cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt, &c. Potuitne dici quicquam apertius? Sacerdotes, inquit, doceunt, sacerdotes iudicabunt, non reges, non quicumq; tandem laici, factores, futores, agricolæ. Sic & Aggæus: Interroga, inquit, sacerdotes legẽ, non principes. Sic & Malachias: Labia sacerdotũ custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius. Nunquid hæ non sunt scripturæ propheticæ? Vis & Apostolicas audire? Quosdam quidem, inquit Paulus, posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundò prophetas, tertio doctores. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Et alio loco: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores. Vides quemadmodum hic officia distinxerit? Et iterum: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei. Et hic Episcopus esse posito dicit ad regendam Ecclesiam, non principes, multò minù mercatores aut sordidos aliquos opifices. Nomen iam intelligis Brenti, nos iuxta verum & certum verbum Domini nostri scripturis prophetis & apostolicis comprehensum, Ecclesiæ seruire? Tu contra, quod aduersus Dei verbum, quo requirere legem ex ore principis aut laici, populus iubeatur? quod docendi legẽ, quo iudicandi de doctrina religionis potestas illi permittatur. Interea tamen cum eiusmodi nihil proferas, te videri vis tuosq; qui iuxta Dei verbum Ecclesiæ seruiant: nos ab eius possessione repellis: cum tamen nemo sit qui grauius Dei verbum quàm vos oppugnet. Cæterum vtrum ad scripturas tantum, an ad traditiones quoque Deus Ecclesiam suam voluerit alligatam, alius erat ea de re dicendi locus magis opportunus.

Quòd autem horrendum esse dicit Brentius quòd scribit Petrus Ecclesiam, cui promissio illa Christi facta est, Portam inferi non praualebunt aduersus eam, visibilem esse: nec ex electione Dei, aut vera fide & charitate internis pendere, vt quis ad Ecclesiã pertineat: quis est qui tenebras huius Aeterni mirari fati queat? Si licet id a nobis quandam fingit Platoniam, dum visibilem Ecclesiam esse negat. Atqui concedunt hoc etiam tui Brenti, quòd cœtus vocatorum Ecclesia sit visibilis: nec alibi sint electi, nisi in hoc cœtu visibili. Nisi forte tuus non est Philippus, qui manifestum esse dicit, esse aliam quam visibilem Ecclesiam Dei. Cum enim dicit Christus, Dic Ecclesiã: deducit nos

nos ad visibilem cœtum, à quo neq; Caluinus dissentire videtur ca. 8. Institutionis. Verum & hac de re suo loco tractare malumus, cum de Ecclesia sermo nobis erit.

Profert deinceps Brentius & illum Euangelium locum: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, & eum ad Ecclesiæ prælatos pertinere negat. Primum enim, inquit, non simpliciter dicit, Vbi sunt duo vel tres congregati, sed addit, In nomine meo. Non conuenitur autem in nomine Christi, si verbis tantum iactetur Christus & gloria Christi. Hactenus verè, sed contra vos ipsos Brèti. Qui sunt enim alij, qui verbis tantum iactant Christum & Euangelium, & gloriam Christi, præter vos? Vbi ergo duo vel tres vestrum, quin & duo aut tria millia vestrum congregata fuerint, ibi non esse Christum certum est, cum non sitis in Christi nomine congregati. Addit Brentius: Non conuenitur in nomine Christi, si initio conuētus cantetur Missa de Spiritu sancto. Quam hic audio blasphemiam? Scilicet non est inuocandus Spiritus sanctus, quando conuenitur in nomine Christi? At talibus, inquit, moribus & caeremonijs pellitur potius, quàm inuocatur Spiritus sanctus. Quos tu mores narras? Quas caeremonias? Nos quidem neque moribus, neque caeremonijs alijs vrimur, quoties tremendum Deo sacrificium offerimus, quàm quibus vs sunt sancti patres nostri iam in de à mille quingentis annis. Quamuis enim successu temporis accesserit precum nonnihil, & pleraq; ad decorem addita sint, & ad excitandos homines ad deuotionem: de re tamen ipsa nihil est mutatum. Subiungit, Non conuenire in nomine Christi, si cõuenient impoenitentes. Hoc vt verum esse concedamus, qui sunt impoenitentes isti, nisi vos? Quod est enim aliud impoenitentia peccatum, nisi peccatum in Spiritu sancto? quod vos non modò committitis ipsi, verum etiam alij vt committant auctores estis: dum nec auditis Ecclesiam ipsi, nec ab alijs audiri vultis: dum traditiones eius, ad quas tenendas non vno loco nos horrat Apostolus, contempnit, & contemni iubetis. Actantum abest vt vos alicuius malefacti poeniteat, vt tanquam Sodoma peccatum vestrum prædicetis. Fecit hoc Vergerius tuus Brenti, qui formulam iurisdictionis di typis excudi curauit, quo pontifici fidem suam obstrinxerat, cui non modò tanquam Episcopus, verum etiam tanquam vnus ex eius clientibus & ministris, subiectus erat. Hanc fidem quòd violauerit, quòd ius iurandum Deo datum fregerit, effert se magnificè, nec pudet eum hoc nomine gloriarì, perfidiam quæ suam orbi testatam facere vniuerso. Fecit hoc & is, cuius verbum tanquam Dei verbum accipitis, Martinus Lutherus: qui cum abiecta cuculla contra fidem Deo præstitam, & iure iurando firmatam, sibi monachus monacham copulasset, nõ modò non eum flagitij poenituit, verum etiam in cœstum suum sacrilegum ausus est, honorabile connubium & immaculatum thorum appellare. Fecerunt idem illius exemplo alij quoque multi. Tales igitur impoenitentes vbi conueniunt, non grauatim tibi Brenti assentimur, quòd in cuiusvis alius potius, quàm in Christi nomine conueniant: quibus grauis etiam illa propheta comminatio metuenda est: Vt qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Quod autem ad nos attinet, qui non alia re magis in Domino gloriamur, quàm quòd per illius gratiam Catholici sumus & Orthodoxi: peccatores nos conuenire non imus inficias, sed non tamen impoenitentes. Nam nõ modò non prædicamus peccata nostra, non modò nõ gloriamur in malitia nostra, sicut à vobis fit: verum subinde quæ mala patrantur à nobis, ea detestamur: atque vnam tam facile cauere nobis, ab illis possemus, quàm sepe nobis ex toto corde nostro displicet: quamq; frequenter Deum precamur, vt infirmitatis nostræ memor, ea clementer nobis remitteret, dignetur.

Addit Brentius: Non conueniunt in nomine Christi, qui hoc vnum precipue agunt, vt consulat potius dignitati, opibus gloriæ, otio & voluntati prælatorum ex traditionibus non scriptis, & ex somnijs monachorum, quàm saluti Ecclesiæ ex verbo Domini, & scripturis prophetis atque Apostolicis. Quo quisque animo conueniat, Deo soli qui scrutatur corda & renes, cognitum est: nec minus ista verè de vobis, quàm de nobis dici possunt. Nisi forte quod attinet ad non scriptas traditiones, quas reiecit semper hereticos mo. Jicis autem tenuisse catholicos constat (quod suo loco, si Deus volet, docebimus) eas non amplecti fatemur. Somnia verò Philippi sunt vestri Melanctonis, & ea diuini quiddam habere credunt eius discipuli. Quamobrem illi, non nobis ea obijcias. Incipit nunc docere Brentius, quando cõueniatur in nomine Christi: Tunc, inquit, verè conuenitur in nomine Christi, cum conueniunt qui Christum vera fide cõplectuntur. Quid autem Brenti, si Christum vera fide se complecti dicant, qui quàm longissimè ab eo absunt? Tuos tu putas esse, qui Christum vera fide complectantur: ac nos per suatum habemus, quòd quidem Christiani vocamur, non Lutherani: & quod vocamur,

It 4 mur,

Alfo. 20.
Ecclesie ministri dicuntur magistratus Ecclesiæ, sicut sum & politici.

Brentius Episcopo pos verbo scripto vult alligatos esse.

Responsio. Catholicos ex verbo Dei docere & defendere, penes magistratus Ecclesiæ, eos esse de sacris iudicijs atque sententijs.

Leuit. 10.
Deut. 17.
Ibidem 21. cap.
Ezech. 4. 4.

Aggæ. 2.
Malach. 2.

1. Cor. 12.
Ad Eph. 4.

Alfo. 20.

Brentius Ecclesiam fingit invisibilem.
Mat. 16.
Responsio. Phil. in locis cõmunibus, & in cap. 8. ad Rom. Mat. 18.

De locis Mat. 18. vbi sunt duo vel tres.

Missam de Spiritu sancto videt Brentius.

De missæ caeremonijs.

Peccatum impoenitentia, sed peccatum in Spiritu sancto apud quos proprie Vergerij impudentia.

Lutheri poenitentia.

Esa. 5.

Obijcit Brentius contra Prælatos Responsio.

Quid sit Brèti in Christi nomine conuenire.

mur, id esse pro virili nostra contendimus, nos esse potius quibus id verè competere queat. Arrogant autem sibi hoc zuingliani quoque, arrogant & Anabaptista; arrogant & celestes Prophetæ; arrogant & Pikardi; arrogant omnes ferè non priscorum solum seculorū, verum & nostri temporis hæretici. Quare si tunc verè conuenitur in nomine Christi, cum conueniunt, qui suo ipsorum iudicio Christum vera fide complectuntur, omne genus hoc hæreticorum quod iam recensuimus, nō minùs in Christi nomine verè conuenire videbitur, quàm vos, qui proprium id vestrum esse vultis Lutherani: quam doquidem æquè illi ac magis etiam quàm vos, Christum vera fide se complecti gloriantur. Addit Brentius: Et inuocant solum patrem Domini nostri Iesu Christi: quod est hoc nouū loquutionis genus, Inuocāt solum patrē? Quid si inuocēt filii? quid si Spiritū sanctū inuocēt? iā eos nō cōuenisse dices in Christi nomine? An hoc est quod paulò antè dixeras, quòd nō cōuenitur in Christi nomine, si cæterum cōmune habes, nisi fortè dicaste inuocationem excludi vis? Fortassis aliquid cū Serueto cōmune habes, nisi fortè dicaste Sanctorum inuocationem excludere. At nos quemadmodum nō alium imitatur, nō alium veneramus in sanctis, nisi Christum: ita non alium inuocamus in illis & per illos, nisi Christum: qui si vixit, & habitauit in illis, dum adhuc corpus istud mortis circumferrent, sicut à Paulo docti credimus, multò magis nunc cum in illis carnis ergastulo solutis viuere & habitare persuasum habemus. Quam obrem Christum inuocamus in sanctis & per san ctos, siue qui nobiscum adhuc in terris degunt, siue qui cum Christo iam in cœlis triumphant, illum largitorem agnoscimus; his deprecatoribus tantum vitmur. Qua de re copiosius in confessione christiana disseruimus, ad quam lectorem remittimus. Pergit Brentius: Atque conferunt inter se de vero Dei timore, de doctrina Ecclesie, & de alijs rebus necessarijs. Verum timorem nōminis habere se purat hæreticorum illa fax, quam enumerauimus, quàm vos Brenti. Subiungit: Non ex humana ratione, non ex confictis traditionibus, sed è scriptura prophetica & Apostolica, quæ est celestibus miraculis confirmata. Talem autem cœtum nemo potest vel ex vestitu, vel ab externa facie, vel ex eruditione, vel ex potentia, vel ex sapientia iudicare. Possunt enim honestissime vestiti, ac persona insignes, & doctissimi, & potētissimi, ac sapientissimi non fædè tantū errare, verutiā in doctrina eterne salutis extrema cæcitate laborare. Quod scribis Brenti, Nō ex humana ratione, cōcedimus: magis enim à Deo reuelatis credendū est, quàm rationi nostræ. Damus & illud, Non ex cōfictis traditionibus, modò ne veras excludas, Abist autem vt ab isto conuentu scripturas propheticas & Apostolicas reiectas velimus, dummodò sana sit earum interpretatio. Cæterum quid sibi volunt ea quæ sequuntur? Talem autem cœtum nemo potest vel ex vestitu, &c. Num inuisibile eum esse vis? Num neque vestes videri, neque personas agnoscī, neque vocem audiri vis? An ferendus in eo non esse putas qui sint honestè vestiti, qui vel oris dignitate, vel eruditione, vel splendore generis, aut potentia vel sapientia ceteros antecellant? Itanē non modò Sacerdotes & Pontifices, quia veste talari sunt induti, verum etiam reges & principes, viros quæ doctos omnes (inter quos tu quoque non es indoctissimus) ab isto cœtu repellendos esse censēs? ac factores tantum, futores, zonarios, baiulos, & reliquam faciem vulgi, ei putas interesse vel præesse debere, vt illi conferant de doctrina Ecclesie, de quæ ea sibi iudicium, arrogant? Non hoc (ais) volo, verum non esse quenquam, dico vel ex vestitu, vel ab externa facie, vel ab alijs rebus quas enumeravi, iudicandum. Quis hoc nescit Brenti? Nemini Spiritum sanctum talaris vestis impertit, multò minùs curta & scilla: sed nec oris dignitas, nec opes si adsint, participes, nec eadem si absint, expertes nos faciunt Spiritus sancti, quo sapientes etiam & eruditi per sepe destituuntur. Sed conatur tandem clarius rem explicare: cognoscendus est, inquit, pius cœtus ex fructibus eius. Quos fructus attulerint cœtus vestri, vel ex eo, quem recensuimus in initio, Satanismus, cognoscere lector potuit: quem quidem Satanismum vestros istos cœtus peperisse manifestus est, quàm vt negare queatis. Nam simul vt vos licere vobis voluistis, seorsum ab orbe reliquo Christiano cœtus congregare, seorsum ab illo singulares quosdam scripturarum intellectus proferre, voluerunt idem alij quoque sibi licere. Inde natus est is, quem nunc in Germania videris, qui paulatim ad nos quoque serpit, Satanismus. Nunc fructus Brentius demonstrat. Quod tunc, inquit, præcipuè fieri solet, cum spiritus, seu decreta eius iudicantur & exiguntur ad regulam sacræ scripturæ, manifestè animaduertitur, quòd cum ea conueniant. Atqui Brenti, gloriantur & Sacramentarij, gloriantur & Anabaptista; gloriantur & Seruetiani, gloriantur sunt olim & Arriani & Macedoniani, & Nestoriani; & Eutyechiani, & alij ferè omnes hæretici, quòd spiritus, siue decreta cœtum suorum iudicarent, & exigent ad regulam sacræ scripturæ, quòd quæ cum ea conuenirent: quam etiam ita sibi solis arrogabant, vt eius possessione Catholicos & Orthodoxos omnes exclu-

excludere niterentur. Hæretici nihilominus fuerunt, & sunt, & erunt: non quòd scripturis nō crederent, non quòd earum auctoritatem contemnerent, cum nihil creparent aliud, quàm scripturas: verum, quòd Ecclesie non crederent, quòd Ecclesiasticam traditionem itidem, vt vos nunc pro nihilo ducerent. At quicunque fuerunt Catholici, fidem veram duobus ijs modis approbandam existimabant: primum diuini Canonis auctoritatem, deinde Ecclesie catholice traditione: non quòd Canon solus non sibi ad vniuersa sufficiat, sed quòd verba diuina pro suo plerique arbitrio interpretantes, varias opinionones erroresque cōcipiunt, atque idèd necesse fuit semper existimatum, vt ad vnam Ecclesiasticam sensus regulam scripturæ celestis intelligentia dirigeretur, vt diuinum Canonem secundum vniuersalis Ecclesie traditiones interpretarentur. Hunc sanctorum patrum nostrorum morem, & nos Brenti libenter sequimur, ac eorum nos vestigijs incedere gloriamur. Verum alius erit hac de re differendi locus. Prosequitur Brentius: Deinde, Et si Christus solet esse in medio eorū, qui verè in nomine suo congregantur, tamen non facit ex carne eorum spiritum, sed relinquit in eis suas imbecillitates, quamdiu sunt in hoc seculo, præsertim cum nō ponunt verbum eius lucernam pedibus suis. Qui potest ex lapidibus facere filios Abraham, potest etiam ex carne Brenti, facere spiritum: quòd si facere visum ei non sit, potest tamen etiam carni spiritum suum vel ad inuestigandam & denunciandam saltem veritatem impertineri. Nisi fortè non fuerunt caro Balaam, Saul, Caiphas, Heliod, & alij quos antè recensuimus, quos propheta se tamen etiam inuitos demonstrauimus. Interea tamen verum est quod scribis, quòd relinquit in eis suas imbecillitates, quamdiu sunt in hoc seculo. Verum hæ non impediunt, quòd minùs veritas eis reuelari queat, præsertim in Oecumenico Cōcilio legitime congregato. Nō dubium est, inquit Brentius, quin Petrus & Barnabas fuerint præditi Spiritu sancto, & cum Hierosolymis ad exonerandas gentes à iugo legis Moisaicæ conuenirent, Christus in medio eorum fuerit. Sed & hoc negari non potest, quin aliquid humani passi sint, cum se magno Gentium offendiculo subducerent propter Iudæos quosdam à Gentium conuictu, quemadmodum Paulus ad Galatas testificatur, Petrum & Barnabam optimo animo fecisse, quòd se subduerint à Gentium conuictu, nec aliud ea re quaesiuisse, quàm vt quamplurimos Christo lucrifacerent, dubium non est. Itaque non fert Hieronymus vltimum eis errorem attribui: quin eiusdem secum sententiæ septem alios doctissimos grauissimosque viros testes citat. Proferat aliud exemplum è Nicæno Concilio: Nec dubium est, quin cum patres Nicæni Concilij definiuerunt Christum filium Dei æqualem esse Patri essentia & maiestate, Christus fuerit in medio eorum: quia tum sequuti sunt nō suas ipsorum opinionones, sed sententiam Spiritus sancti in sacra scriptura traditam & patetactam. Libenter hoc tibi concedimus Brenti, sed non concedebant Arriani, neque concedunt etiam hoc nostrò seculo Seruetiani, quin & ex vestra schola profecti Campani. Negabant enim eos sententiā Spiritus sancti in sacra scriptura traditam & patetactam sequi: sed quòd vos obijcere nobis crebrò soletis, hominum tantum traditionibus eos niti: cum ea vox Homousij, quam tum proferebant Patres, in scripturis non reperiretur. Et certè scribit hoc Theodoritus, quòd ex non scriptis sermonibus, piè tamen intellectis, Arriani fuerint damnati. Certè Athanasius cum produxisset Patrum traditiones, quas vos reiecitis, Ecce nos demonstramus, inquit, istiusmodi sententiā à patribus ad patres, quasi per manus traditam esse: vos autem noui Iudæi & discipuli Caiphas, quos verborum vestrorum patres ac maiores demonstrabitis, cum ne vnum quidem ex prudentibus aut doctis in auctorem citare possitis. Cū enim vos præter diabolum istius vobis defectionis à Christo auctorem auerfantur. Ille & olim vobis hanc impietatem iniecit, & nunc vobis auctor est, vt orbis terrarum concilium vituperetis, non alia de causa, quàm quòd in eo concilio non quæ vestra factioni patrocinentur, sed illa sint scripta, quæ ab initio ipsi qui testis oculati & ministri verbi fuere, tradiderunt. Fides enim quæ scriptis decretisque Synodi sancta est, ea est totius Ecclesie. Hanc cum asserere vellet beati Patres, istis verbis concipiendam putauerunt, condemnaruntque Arrianam hæresim. Videte quemadmodum is Patres, Ecclesiam, Traditiones obijciat Arrianis? De quibus quid alio loco scribat audi. Ista, inquit, omnium hæreson vltima, & nunc recēs egressa, & anteambulo, & præcuratrix Antechristi, cui nomen est ab Arrio, dolosa, & vafra, cum vi deret forores suas, cæteras, inquam, hæreses, atate grandiores publicè palamque probrosas haberi, speciem dissimulat, & literarum sacrarum vocibus quasi honesto cultu induitur, vt pater eius diabolus: ac satagat denuò intrare in paradysum Ecclesie, quòd sub specie Christianissimi nonnullos seducat, vt creditate falsarum rationum perfluat, contra Christum sentiant: Ac nonnullis interiectis: Tamen si subinde (inquit) serpentis more sursum deorsum que sese voluat, non tamen effugere potuit, vt non caderet

Inuocari vult Brentius solum Deum patrem.

Christum in sanctis inuocamus. Galat. 2. Ephe. 3.

Quos Brentius velit conuenire in Christi nomine expenditur singularitatem.

Responsio.

Cognoscendum cœtus pius fructibus.

Quis fructus à Brentio requiruntur. Non satis ad scripturam regulam exigere, gnomia.

Fides duobus modis approbanda.

Luc. 3.

Petrus & Barnabas Brentio esse videtur.

Gal. 2. Responsio.

Hier. in epist. ad Augustinum. Iudicium Brentij de Nicæno Concilio.

Responsio.

Theo. li. 1. ca. 8. historia. Athan. in libro quem inscripsit Synodi Nicæne, contra hæresim Arrianam de creta.

Ideò Oratione 2. contra Arrianos. Arriani ad scripturas vi nunc hæretici pronunciabunt.

deret in errorē Phariseorum: Quemadmodum enim illi cum legem prauaricari vel-
 lent, legis tamen verba prætendebant: & cum eius animi essent, vt expectatum haēt
 & iam præsentem Dominum abnegarent, Deum quidem in ore habebant, ipsum ta-
 men blasphemare deprehenderentur, cum his vocibus vtebantur, Cur tu homo cum sis,
 Deum te facis? & dicitis: Ego & pater vnus sumus: ita quoque fucatus Arius simulat se
 quidem de Deo loqui, cum interponat verba sacrarum litterarum deprehenditur tamen
 ad eos, &c. Et iterum: Si igitur ea de causa, quod voculas aliquot sacræ scripturæ ab illis
 scriptas videant, arbitretur blasphemias benedictiones esse, profus futurum est, vt cum
 Iudæos nostri temporis videant legem, & prophetas euoluere, vna cum Iudæis Christum
 abnegent. Forstian quoque audientes Manichæos loqui: particulas aliquot Euangeli-
 orum, inficiabuntur cum illis & legem, & prophetas. Sin autem ex ignorantia ita estu-
 ant & garriant, discent à scripturis, excogitatore inuenitoremque hereseon diabolum me-
 tu suæ graueolentiæ scripturarum voces vsurpare, vt illis obiectus, asperso veneno suo
 simplices decipiat. Ita enim Euam decepit, ita etiam illos hereticos in errorem abduxit,
 ita nunc quoque Ario persuasit, vt quasi sub specie aduersarij contra hæreses loqueretur,
 quod melius falleret, suam ipsius heresim tanquam velleribus quibusdam agni illius
 immaculati Christi obuolebant se lupi Ariani: & sicut Ambrosius alicubi dixit, per
 verba legis legem impugnabant, dum proprium sensum verbis legis adstruerent, vt sua
 mentis prauitatem legis auctoritate commendarent. Contra quos catholici traditiones
 Patrum Ecclesiæque sensum & consensum opponebant, scripturas canonicas iuxta ca-
 tholici dogmatis regulas interpretantes.

Ibidem

Amb. in cap. 3. ad Titum.

Brentius Nicæ-
 num Concilium
 reprehendi ob
 damnatam mi-
 litiam.
 Responso.

Can. 12.
 Nicæni concilij.

Ostendit nunc Brentius, in qua re fuerit erratum à Patribus Nicæni Concilij. Cum
 autem, inquit, postea iudicarent eos qui Christum professi ad militiam redirent, damna-
 tione dignos, certè humani aliquid passi sunt, quod damnauerint legitimam militiam,
 quam Ioannes ipse Baptista approbauerat, nec Christus reiecerat, Et hunc eorum cano-
 nem ab auctore Spiritu sancto profectum dubium non est. Quid enim in eo non pie,
 non sanctè constitutum est? Vtinam autem retineretur adhuc prisca illa disciplina, sed
 ea pridem luxata, per vos iam tandem profusa est euersa. Quæ res causam dedit tot sceleribus
 & flagitijs, quibus ita nunc æstuat orbis Christianus vniversus, vt vix vilo alio
 tempore magis refrixisse charitas, abundasse verò videatur iniquitas. Quod autem inter
 alia crimina magis est detestandum, quam hoc, de quo verè dixit ille Poëta: Nulla fides
 pietasque viris qui castra sequuntur. Venalesque manus, ibi fas vbi maxima merces? Ne-
 que tamen id Patres Concilij Nicæni profus damnauerunt, sicut scribis tu: sed si qui so-
 lennem pœnitentiam egissent, ad militiam secularem, cui semel iam renunciauerant,
 essent reuersi, non ita facilem illis aditum ad veniam esse voluerunt, sed eis paulò durio-
 rem pœnitentiam iniungendam esse putauerunt. Quia tamen in parte, quam fuerit ipso-
 rum verè paterna lenitas, ex ipsius Canonis verbis, videre licet, quæ sic habent: Quicum-
 que vocati per gratiam, primum quidem impetum monstrauerint, deponentes militiam
 cingulum, postmodum verò ad proprium vomitum sunt relapsi, ita vt quidam & pecu-
 nias tribuerent, & beneficijs militiam repeterent, hi decem annis post triennij tempus,
 quo inter audientes erunt in afflictione permaneant. Sed in his omnibus propositum
 & speciem pœnitentiæ conuenit ex plorare. Quotquot enim metu & lachrymis, atque
 patientia, vel bonis operibus, rebus ipsi, conuersione suam, non simulationem demon-
 strant, hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione
 communicent: postmodum verò licebit Episcopo de his aliquid humanius cogitare.
 Quicumque verò indifferenter tulerunt, & aditum introsundi Ecclesiam sibi arbitrati
 sunt ad conuersionem posse sufficere, hi definitum modis omnibus tempus impleant.
 Nonne summa moderatione Patres hic vsi sunt? Neque verò. Canon hic de cunctis lo-
 quitur qui militiam exercent, verum de his tantum, qui deposito semel militiæ cingulo,
 post àctam publicè pœnitentiam, tanquam canes ad vomitum redeunt: in hos aliquid
 exemplum tamen edendum esse censuerunt.

Cum hanc posteriorem editionem adnotarem, legimus quæ scripsit ipse vir vene-
 rabilis Petrus à Soto, contra eadem hæc Prolegomena Brentij, qui locum hunc expen-
 dens, arguit inscitiam Brentij, qui Canonem hunc Nicæni Concilij parum intellexit:
 quo patres non militiam, sed abnegationem fidei damnasse, tantis que pœnis afficere vo-
 luisse scribit. Vidimus autem simul postremam pericopen Apologiæ Brentij, in qua si-
 cut alios multos, sic & hunc errorem tueri pertinaciter, quam patefactæ veritati cedere
 mauult. Etsi autem nos in eodem in quo Brentius errore sumus versati, procul tamen
 abist à nobis, vt in eo persistere velimus. Quin eum libenter agnoscamus, & hanc Petri à
 Soto

Soto sententiam approbamus: quod vt minus dubitanter faceremus adducti sumus,
 cum ijs argumentis, quæ profert in libro suo Petrus, tum Græcorum quorundam scho-
 lijs, quæ communicauit nobiscum, vt cum primis pius & doctus, ac insigni trium lin-
 guarum peritia præditus, Guilhelmus Scirletus, Prothonotarius Apostolicus. Illustra-
 runt enim Canones Nicæni Concilij scholijs suis Theodorus Balsamon, Diaconus Ec-
 clesiæ Constantinopolitanæ, & eiusdem bibliothecarius. ante quadringentos annos,
 & aliquantò antè Ioannes Zonara. Liber autem vtriusque verba adscribere. Sic
 itaque loquitur Canonem hunc explicans Theodorus: Επει τίνες φρατιώται εν χειρό δωρο-
 γησιν δέ επό δαιμονιώδους μεταμειλίας συναθροισαντες απέστησαν τή μαρτυρί, καί τοις άπίστοις διά-
 ταις ακολουθήσαν εν χήμασιν, ή άλλοις διαθήμασι, τήτο γάρ εστι εν βενεφικίοις άσπερ έρηται,
 τας προτερας αυτών φρατείας έλαβον, καί εις τον δικειον έμεται άνεδραμοι, φησιν ο κριτων, ως
 έπερ χει αυτοι μετά ειλικρινος κατανοήσεως, προσέλιπασιν τη εκκλησία, δεχθήσονται όφειδοντες, πρια
 μη εν τη της εκκλησίας έξωθεν ίσασθαι, ακροάσθαι των δειων γραφών. δεκά δέ ετη υποπίπτειν,
 ζτοι ίσασθαι εσθαι εν ερεβανος, καί έξέρχασθαι μετά των κατηγμένων. μετά δέ ταύτα, συ-
 νέχεσθαι μετά των πιαών, πάντας δέ των άγασματων ουκ αξιωδύσιν, εν μη διετία παρελθόν,
 καθώς καί άνωθεν έποικίζη, εν χει αυτοι εκ των εκουσίας παραπιπτόντων έσιν, ανέδωκε δέ ο
 κανών τώ επισκόπω μειον τή επιτίμια, κατά τλώ τώ επιτιμηθέντος επιστροφήν. Hoc est,
 Quoniam nonnulli milites tempore persecutiōnis zelo quodam diuino permoti cingu-
 los suos militares abiecerunt, magno quodam animorum impetu martyrium subire
 parati. Paulò post verò dæmoniacam quadam impulsu pœnitentiæ, martyrij consilium ab-
 tulerunt, & infideles persecutores illos sequuti, pecunijs & alijs largitionibus (hoc e-
 nim significat quod Latine dictum est beneficijs) priores militias recuperarunt, &
 ad propriū vomitū reuersi sunt: dicit canon, quod si ij cū vera cōpunctione ad Ecce-
 siā accesserint, recipiantur, ita tamē, vt annos tres extra Ecclesiā foris stare, & audire tan-
 tum diuinæ scripturæ teneantur: decē verò annis procūbere & stare retro amboni, &
 exire cū catechumenis. Post hæc autem orant licet cum reliquis fidelibus, verum interea
 tamen Euchariistiæ communione digni non habeantur, nisi biennium præterierit, sicut
 superius diximus: quando quidem & ij sunt ex eorum numero, qui volūtariè lapsi sunt.
 Concessit nihilominus Canon Episcopo potestatem pœnas mitigandi, pro eo, vt eū qui
 punitur, ex animo conuersum pœnitentiā agere viderit. Zonara verò verba sunt hæc:
 Περύ φρατειομένων ο κανών διαλύεται, καί αποβρίθωνών μη τας ζώνας ήγην τής φρατείας
 παράσσημα, όρμημα δέ προς μαρτυριον εδξζαμένών, ους καί υπό τής δειας χείριτος κληθείνας φησιν,
 ως δι εκείνης επιβρώσθέντας προς τλώ ηρασιν τής όμολογίας της όμολογίας της πίστεις, ετρα ες με-
 ταμειλεια γενομένων, καί αδιδεις τλώ ποστραν επαναληθόντων θρατειων, καί ταύτλώ άργυριοις ά-
 ναλησασμένων, ή βενεφικίοις: δια δέ μη γάρ των άργυριών, δηλώς τα χρημαία δια δέ των βενεφί-
 κίων, άπαρ είδος χαριδος τε καί δεξιώσεως δηλου δέ πάντας, εν δυδεις τοις τοις ανατραπέσασθαι ηδούγη-
 γη άνημώ τη πλάνη συνέδεται, τοδς γέν τοις τοις μετά τλώ τριών ακρόασιν επί δέκα, επάν υποπίπτειν ο
 κανών διασάττεται. Hoc est, De militantibus Canon hic dissertit, de quæ ijs, qui semel
 zonas abiecerunt, quæ militiæ fuerint insignia, & impetu se quodam ad martyrium fe-
 rendum duci ostenderunt, quam etiam ob causam eos vocatos esse dicit à diuina gratia,
 vt qui per eam impulsī sint, vt initium facerent confessiōnis fidei suæ. Quod si facti eos
 postea pœnituerit, & iterum ad militiam priorem redierint, quam argento sint adēpti
 siue beneficijs (per argentum autem significare vult pecunias: per beneficia verò omne
 genus gratiæ & humanitatis) quoniam constat hoc manifestè, quod nullus eiusmodi
 repeteret militiam potuit, nisi prius errori consensisset. Prescribit Canon talibus, vt po-
 stea quàm tres annos inter auditores fuerint, sint per decennium inter procumbentes.
 Ad eundem modum interpretatur Mathæus quoque monachus. Quid autem dici po-
 tuit euidentiū, ad Petri sententiam confirmandam? quod non propter militiā, sed pro-
 pter negatam fidem, quam exorsī fuerant confiteri, postea quàm cingulum, quod erat in-
 signe militiæ abiecerant, hæc illis ad priorem vomitum redeuntibus tam grauis pœniten-
 tia fuerit imposita? Manifesta sunt verba Zonaræ, quod militiam reuersus fuisset, nemo,
 nisi prius errori consensisset, & ad priorem suum vomitum reuersus fuisset. Quis autem
 hic furor est? quæ cecitas? quæ plus quam sataniana superbia? cum non tantum ratione ma-
 nifesta comprehendas, verū & oculis ipse tuis videas, & modò non manibus contrahes,
 perspicuam veritatem, nolle tamen cedere, nolle acquiescere, sed pedibus nihilominus &
 manibus obnixè iam agnitæ veritati reniti? Sed sic est hæreticorum ingenium, quibus
 nunquā persuaseris, ne si persuaseris quidem, vt facile coniecturam ex eo facere liceat, ex
 cuius matris vtero prodierint. Mater enim hæreticorum omnium est superbia, qua
 impulsī citius dixerint.

Nil

Nil intra est oleam, nil extra est in nucis duri,

Quam ut vel minimum de sua quamlibet falsa sententia, quam semel tuendam suscepit, discesserint. Error hic non erat gravissimus. Humanum aliquid passus erat Brentius, si quod ipsum aliquando legisse dubium non est, id ei scribenti non statim succurrebat: verum hæc tanta superbia, tantaque pertractæ mentis in errore suo tuendo pertinacia, non iam est humana, sed sataniana. Nos verò non modò cedimus libenter agnitæ veritati, verum agimus insuper gratias venerabili viro Petro à Soto, quòd nobis errorem hunc nostrum detexit: nec tam errasse turpe, quam errorem nostrum agnouisse, nobis honestum esse ducimus, cum humanum sit errare, diabolicum autem, in errore perseverare.

Conclusio Brentii contra Synodorum auctoritatem. Responsio.

Tandem Brentius locum hunc ita còcludit: Quare Christus non tradidit se simpliciter duorum aut trium, aut etiam plurimum congregationi captivum. Sed vidèdum est, num fiat congregatio verè in nomine Christi, & num iudicetur ex spiritu Christi, qui se scriptis prophetis & Apostolicis patefacit. Quæ est hæc verborum petulantia? Quis dicit quòd se captivum alicui Christus tradat? Nos hoc dicimus Brenti, quòd cum sit veritas Christus, fallere nequit, neque potest non præstare quod semel est pollicitus.

Cyp. de vero sensu illius vbi sunt duo vel tres, &c. Cyp. tracta. 3. de simplicitate Evangeliorum.

Audiisti iam lector, huc & illuc vertentem se Brentium, dum Evangelij locum hunc tractat: Vbi duo vel tres, & c. & quo magis extricare conatur, hoc se magis inuolventem. Nunc audi quemadmodum explicet eundem hunc locum sanctus ille martyr & Episcopus Cyprianus, qui quamvis ante mille trecentos annos pro Christi nomine morte gloriosam oppetit, perinde tamen ac si viveret adhuc, sermonem suum ad nostri temporis hæreticos convertere videtur. Sic enim loquitur: Nec se quidam vana interpretatione decipiant, quòd dixerit Dominus, Vbiunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum illis sum. Corruptores Evangelij atque interpretes falsi, extrema ponunt, & superiora prætereunt: partim memores, partim subdole corruptentes: ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, sic vnus capituli sententiam scindit. Dominus enim cum discipulis suis vnanimitem suaderet & pacem: Dico, inquit, vobis, quoniam si duo ex vobis conuenerint in terra de omni re quamcumque petieritis, continget vobis à patre meo, qui in cælis est. Vbiunque fuerint duo aut tres in nomine meo, ego cum illis sum. Ostendens non multitudini, sed vnanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duo, inquit, ex vobis conuenerint in terra: vnanimitem prius posuit, concordiam pacis ante præmisit: ut conueniat nobis, fideliter & firmiter docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipsius Ecclesiæ, & cum vniuersa fraternitate non conuenit? Quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, & ab eius Evangelio separari? Non enim nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt. Cum hæreses & schismata post modum nata sint, dum conuenticula sibi diuersa constituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt. Dominus autem de Ecclesia sua loquitur, ad hos qui sunt in Ecclesia loquitur, ut ipsi concordēs fuerint, si secundum quod mandauit & monuit, duo aut tres licet collecti vnanimiter orauerint, duo aut tres licet sint, impetrare possint de Dei maiestate quod postulant. Et paucis interiectis: Quando ergo in præceptis suis ponit, & dicit: Vbi fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum: non homines ab Ecclesia diuidit, qui instituit & fecit Ecclesiam: sed exprobrans discordiam perfidis, & fidelibus pace sua voce commendans, ostendit magis esse se cum duobus aut tribus vnanimiter orantibus, quam cum dissidentibus plurimis. Et post pauca: Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secum esse Christum cum collecti fuerint opinantur, qui extra Christi Ecclesiam colleguntur? Audisne Brenti, de quibus hic sanctus martyr Evangelij locum hunc intelligi voluerit? nimirum de ijs qui se non diuiserunt ab Ecclesia, sed in ea pacem cum fratribus retinèntes, vnanimiter cum illis Deum precantur. Vobis contra, qui vos ab Ecclesia Dei separastis, quandoquidem extra Christi Ecclesiam colligimini, etiamsi quàm maximo numero congregemini, minime verba ista conuenire docet.

Sententia Brentii de loco Mat. 28. Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Responsio.

Tractat deinde Brentius tertiam Christi promissionem, Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Manifestum est, inquit, quòd Christus hæc verba loquatur, non ad impios & impenitentes, qui etiam si habent titulum populi Dei & Ecclesiæ, ramen non sunt verè Dei populus & Ecclesia: sed loquatur ea ad suos discipulos, hoc est, ad eum cœtum, qui verè est populus Dei & Ecclesia eius. Manifestum est Brenti, quòd non loquatur ad impios & impenitentes, qui vobis arrogatis titulum populi Dei & Ecclesiæ, à qua vos vitrò separastis: cum idem & nos verè vobis dicere possimus, quod Nouatianis paulò ante dixisse Cyprianum audiisti: Non uos à vobis, sed vos à nobis recess-

recessistis. Sed loquatur ad nos, qui quamuis esse nos peccatores agnoscamus, quoniam ramen eundem, quem patres nostri, Deum colimus, nec ab eorum traditionibus discessimus, verè nos esse populum Dei & Ecclesiam eius confidimus.

Iam incipit docere Brentius, qui sint verè discipuli Christi, & quæ sit vera eius Ecclesia: Hic, inquit, respondemus non nostris verbis, sed Christi. Si vos, inquit Christus, manseritis in sermone meo, verè discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem. Et iterum: Qui diligit me, diligerit à patre meo, & ego diligam eum, & aperiam me ipsum. Ac mox: Si quis diligit me, sermonem meum seruet, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hæc omnia Brenti rectè nobis, quàm vobis competere persuasum habemus. Nam in Christi sermone manere nos indubitanter credimus: quem si minùs omnes ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus nostris diligimus, vel hæc saltem in re nostram erga illum dilectionem declaramus, quod nos ab illius corpore non separamus: quòd alter alterius onera portamus: quòd vinculum pacis & fraternæ charitatis non rumpimus. Quòd si retinere vos quoque potuisset Brenti, num quàm per summam impietatem ab orbe terrarum vos præcidisset.

Brentius de vera Ecclesia. Ioan. 15. Ioan. 14. Ibidem.

Responsio.

Occidit iterum atque iterum eandem cantilenam cuculi more, totiesque repetita crambe, modò non enecat lectorem: Sed quorsum attinet eadem tam sæpè iterare? cum præsertim alius erit ea de re commodior dicendi locus.

Redire tandem videtur ad propositum: Proprium est, inquit, officium principum, non ut quævis sacrificialorum & monachorum somnia pro oraculis Spiritus sancti agnoscant: non ut populum suum tyrannicè cogant impia decreta Prælatorum tanquam Dei mandata obseruare: sed ut audiant ministros Ecclesiæ docentes, & legant ipsi quoque prophetica & Apostolica scripta, atque conferant cum ijs doctrinam ministrorum. De somnijs, Brenti, cum Philippo discipulis agas, qui somnia sui præceptoris diuini quiddam habere iactant. Nos non alio loco somnia habemus, quàm quo debent haberi somnia, siue sint ea monachorum, siue Philippi, siue cuiuscunque tandem alterius. Sed nec ad impia mandata obseruanda cogi quemquam per principes postulamus, verum ad retinendi piæ patrù nostrorum traditiones. Philippus est Brenti, qui cum & ipse libellum eodem argumento scripsisset, horatus est principes, ut cum essent impios vestros cultus amplexi, pios nostros mutarent, ac vi etiam istos ad impia vestra dogmata suscipienda cogere. Qui tamen in eo libello non tantum principibus tribuit, quantum in hoc tu. Nam spiritus ministerium illis admittit, nec vsquam de doctrina religionis iudicandi potestatem permittit: sed externæ tantum eis disciplinæ conseruandæ tribuit officium, etiam in ijs, quæ ad primam tabulam pertinent. Neque diuersum ab eo sentit Calvinus, qui & ipse, quandoquidem Ecclesiam cogendi cuius exercitatione potestatem habere negat, piorum regum ac principum partes esse dicit, legibus & edictis religionem sustinere, iudicandi verò partes illis admittit, & Ambrosij factum, de quo supra mentionem fecimus, vehementer probat. Quamobrem hac in re nobiscum potius, quàm tecum sentire videtur. Nam & nos magistratum itidem vt ille, custodem esse primæ & secundæ tabulæ legis, quod ad externam disciplinam attinet, profitemur. Debet enim prohibere externa scelera, punire fontes, prohibere idololatriam vestram & blasphemias, vt ne pro verbo Dei verbum vestrum populo vos venditare, neue adorari illud tanquam Dei verbum ab imperita multitudine permittat, propter voculas aliquot è scriptura per vos productas, & in prauum sensum detortas. Debet magistratus, quàm à Patribus ad patres quasi per manus acceptam piæ doctrinam, eam tueri & promouere, impiam verò vestram vnà cum impijs cultibus vestris abolere.

De officio principum in rebus Ecclesiasticis iudicium Brentij.

Responsio.

Philippus & Calvinus non tantum principibus tribuunt, quantum Brentius.

Calu. ca. 8. institutio.

Officiu Caroli coru principum quale.

Redit ad conuicia Brentius, quandoquidem rationibus defici se videt. Dixerat Petrus à Soto, Principum hoc sit munus, vt legitimos sacerdotes agnoscant, tradita ab eis & ipsi teneant, & populos sibi commissos seruari curent, atque ita vtri que & principes & populi satisfaciunt muneri suo. At verò sibi proprios magistratos & doctores adsciscere, at quacunque demum ratione nothos & spurios ministros, de quibus loquitur Dominus, Non mittebant, & ipsi currebant, vel sustinere, vel sequi, quid aliud est quàm totum ordinem Ecclesiæ confudisse? Et in scholio, Principis Christiani est, à legitimis Prælati fidem suscipere, & agere, vt sui suscipiant. Sed coaceruare sibi impios, vel eos audire, qui non legitima missione & auctoritate ab Apostolis deriuata docent, quid aliud est, quàm fures & latrones, qui non veniunt, nisi vt perdant & mactent admittere? Pugnauerunt hæc verba Brentium vehementer, vt est amara veritas. Itaque conatur illud demonstrare, quòd in nostros potius illa verba quadrent: Currebant, & ego non mittebam eos, qui ad Ecclesiasticos honores malis artibus contendere soleant. Vtinam autem pauciores essent in nostris, in quos & ipsos eadem quadrare possent. Sed interea tamen

Solum quale principum esse munus videt.

Hier. 23.

Ioan. 10.

Brentius interpretatur illud, Currebant, & ego non mittebam.

optant hoc omnes pij vehementer, vt quod in hac parte peccatur à nostris quoque non nunquam, id aliqua tamen ratione corrigi quandoque possit. Sed non minus hicin vitio est magistratus ipse, quàm qui ad Ecclesiasticos honores hac via grassantur: quandoquidem à Principibus alicubi nominantur in Episcopos eligendi, quorum quasi prerogatiuum suffragium sequuntur canonici: nec ab eo ferè dissentire solent Romani Pontifices, qui & ipsi cum eliguntur, si penes quos imperium est orbis propè totius Christiani, minus in electione contentiones adhiberent, meliore loco res esset Ecclesiastica, minusq; multa haberent hæretici, quæ contra Pontificum electiones tanquàm vitio factas obijcere possent. Verùm vt cunq; se res haber, ordinem in Ecclesia retineri cum primis est necessarium: nam aliter obuiari Satanismo nequit, quem in Germania tantas iam radices fixisse videmus: vbi si non alij verbi ministerio functi essent, quàm quibus hoc munus ab ordinarijs eorum Episcopis mandatum fuisset, nunquam istam, quàm, nunc videmus in ea Babylonem, ædificatam esse miraremur. Quoniam autem in Confessione Christiana satis copiosè de Ordine scriptum est, ad eam lectorem remittimus.

Principes et magistratus facti quo minus idonei Ecclesijs sepe præficiantur.

Breuius sacrum Chrisma representendit. Responsio. Cur hæretici non sint ferè Christum.

Euseb. li. 4. de uisitatione. cap. 15.

Vite. contra Luciferianos. Anac. epist. 2. Quam vetus et celebris mos sit vngendi sacerdotes.

Clem. epist. 2. ad Taculum fratrem Donati.

Egesippus li. 4.

Cyp. in serm. de vntione chrismi. Impositio manuum probata est cæremonia.

Ardens ira in odio Brentius, ne Chrisma quidem sacrum intactum relinquere potuit. Nam quod existimat, inquit, eos non esse legitimos Ecclesie ministros, qui non sunt vnti Chrismate Episcopali, etiamsi reliqua omnia in ordinatione eorum verè legitimeque conficiantur, prodit partim incertitiam suam, quod non intelligat quæ sit vera ministrorum Ecclesie ordinatio: partim incogitantiam suam, quod non considerat, qui sit huius controversie status. Non est quod miretur vix quisquam, si tam exosum habent sacrum Chrisma, quos etiam nominis pudet Christiani: malunt enim Euangelicè vocari, quàm Christiani: quasi possit extra Christum Euangelium esse vllum. Merito igitur inuisum habent Chrisma, quos Christianorum appellationis pudet. Nam Christiani nomen ducunt à Christo: Christus à chrismate, hoc est, ab vntione vocatur vntus. Ne quid igitur habere commune cum Christo videantur, nihil magis apud illos abominandum est, quàm vngi Chrismate: quo & reges & sacerdotes vngi solitos esse in lege, manifestum est omnibus. Cùm itaque Deus noster Christus & rex esset & sacerdos, vntus est & ipse non ab hominibus, verùm ab ipso Deo: non confecto oleo, sed diuino spiritu. Sic enim de eo Propheta loquitur. Spiritus Domini vnxit me: quemadmodum præter alios multos, copiosus id ab Eusebio quoque scriptum legitimus. Neque vero propterea tantum vocari Christus voluit, verum etiam quod vntionis gratiam in alios diffusurus esset, cuius qui volunt expertes esse, eis ab vntione siue chrismate licet abstinere. Ac non ignoramus nos quidem, inuisibiliter aliquem vngi posse, etiamsi non accedat oleum visibile. Verùm ista visibilis, inuisibilis illius vntionis signum est, quæ sanctis patribus tam est visa non esse negligenda, vt sine chrismate presbyterum ne baptizandi quidem ius habere scribat Hieronymus. Constat autem vetustissimum esse morem hunc sacerdotum vngendi. Anacletus Petri fuit successor, cuius hæc verba sunt: Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus qui in prouincia sint Episcopis, sunt celebrandæ: qui simul conuenientes, scrupulum diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum sanctis Euangelijs quæ prædicantur sunt imponentes, dominica die hora tertia orantes, sacraque vntione exemplo prophetarum & regum, more Apostolorum & Moysi vngentes: quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis sancto chrismati est permixta:

& hoc ritu solennem celebrant ordinationem. Et qui præcessit eum Clemens: Omnis, inquit, Pontifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate constitutus, scripturis sacris eruditus, charus & pretiosus hominibus oppidò esse debet, quem quasi Christi locum tenentem honorare debent omnes, eique seruire, & obediens ad salutem suam fideliter existere, scientes quod siue honor, siue iniuria quæ ei infertur, in Christum redundet, & à Christo ad Deum. Scribit Egesippus, cum Romam proficisceretur, cum plurimis Episcopis in varijs ciuitatibus in itinere se congressum, tandem Romam venisse, & ibi mansisse, donec Aniceto Soter, & Sorheri successit Eleutherius. In omnibus, inquit, istis ordinationibus, vel in cæteris, quas per vrbes reliquas videram, ita omnia habebantur, sicut lex antiquitus tradidit, & propheta iudicauerunt & Dominus statuit. Qui mos obseruatus fuit legis & prophetarum tempore, quo reges & sacerdotes vngi consueuerant, eundem in ordinationibus obseruatum fuisse tum quoque narrat. Nam sicut præclare scriptum est à Cypriano: Cessantibus ijs, quæ ritu antiquo inoleuerat, cum iam in populo Christiano circuncisio videretur damnabilis, & sacrificia idolorum imputarentur, vntionis mysterium religio Christiana non contempsit, sed cæteris generali sanctorum consensu damnatis, non solum in regibus & sacerdotibus vntionis honor permansit, sed in omnem populum Catholicum effusa est huius gratia plenitudo. Et

sicut Christus à chrismate dictus est, eò quod singularis excellentiæ oleo vnxitur eum Deus: ita & participes eius quotquot sunt, confortes sint tam vntionis, quàm nominis, vt dicantur à Christo Christiani. Cæterum si quis propterea reiiciendū esse putat Chrismam, quod cæremonia fuerit aliquando Iudæorum, is & manuum impositionem eadem ratione reiiciat, licebit: nam & ipsa Iudæorum fuit cæremonia quibus familiare fuit cum aliquo cõmendabatur aut offerrebatur Deo, manus imponere. Sic Iacob manus imponit Duobus filijs Ioseph: sic super caput hostiæ immolendæ manus imponebantur. Sed manuum impositionis, autem, fuit vsus in lege noua, Chrismatis non item. Nihil in lege noua scriptum esse de Chrismate fatemur. Verùm ab sit, vt nihil nisi quod scriptum est, sicut hæretici docent, recipiendum esse putemus. Nò ita nos Paulus docuit: State, inquit, & tenete traditiones, quas accepistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et scriptas, & non scriptas traditiones teneri vult. Esse autem hanc Apostolicam traditionem, inter alios Basilius quoque testatur. Fabianus verò sanctus ille Pontifex & martyr, Christum ipsum scribit postquam cenauit, chrisma cõficere docuisse: cuius nò apud Latinos magis, quàm apud Græcos vsus fuit frequentissimus. Meminerunt enim eius 1. Dionysius Areopagita Pauli discipulus, 2. Tertullianus, 3. Chrysostomus, 4. Gregorius Nazianzenus, 5. Augustinus, 6. Ambrosius. Theophylactus: ac vix quisquam est veterum scriptorum, qui Chrismatis mentionem nò faciat, ac plerique non sine honoris præfatione. Interè tamen non desunt homines impetiti, qui per summum nefas cachinnis profecti non dubitant, quod à cunctis priscis sanctis Patribus in summa semper veneratione fuit habitum. Adeo mysteria ferè iam omnia in summum contemptum venerunt, quæ si in vilo alio visibili signo, tum in ista Chrismatis vntione plurima concurrunt. Quid enim aliud baptismi suscepturam, quàm Christo nomen dat? nò vt ocio marcescat, sed vt sub signis illius militet? Quamobrem sicut ante certamen vnguntur athletæ, quò sint ad luctandum expeditiores: ita scribit Chrysostomus oleo Chrismatis vngi baptizandum, vt sibi tanquàm athletæ spirituali luctandum esse sciat contra diabolum. Maius autem certamen incùbit ijs, qui sacris initiantur, qui reges quidam sunt spirituales, quamobrem iterum atque iterum vnguntur. Est autem in oleo fructus, est & pinguedo: ramus cum fructibus quasi pacis interpres, pinguedo luminis est minister. Cùm itaque sacerdos pacis & reconciliationis minister sit, sicut iam à nobis dictum est: cùm idem cæcorum quoque lumen esse debeat: per vntionem hanc, quæ sit Chrismatis oleo, sui muneris admonetur, vt ministerium pacis & reconciliationis frequenter: siue populo Dei voluntatem annuncians, vt scire possit quæ sit reconciliationis ratio: siue pro populo Deo preces offerens & sacrificia, quibus propitijs reddi queat: simul etiam quasi lucernam gestans manibus, & doctrina & exemplo populo præcat, viam quæ salutis commonstret. Miscetur autem oleo balsamum, cuius arbor cùm primis est odorifera, quò meminerint sacerdotes ita se gerere, sic vitam suam inter homines instituere, vt cum Paulo dicere possint: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Quod nemo nisi præditus virtute, cuius odor fragrantissimus est & suauissimus, rectè sibi potest vsurpare. Verùm hac de re fatas.

Explicat nunc nobis controversia statum Brentius: Non queritur, inquit, num liceat alicui ministerium docendæ & administrandæ Ecclesie priuato suo arbitrio, sine legitima & ordinata vocatione intueri: scimus ne in politia quidem, nec in Ecclesia filij Dei licere cuiquam publicas functiones absque legitima vocatione & auctoritate vsurpare. Sed hoc queritur, num Aforus & Prælati eius, qui sunt hostes doctrinæ Prophetice & Apostolicæ, & qui hanc doctrinam omni crudelitatis genere persequuntur, sint vera illi filij Dei Ecclesie, à qua ministri ordinationem petere debeant. Hostes doctrinæ Prophetice & Apostolicæ vos estis Brenti, non nos: nec ad veram illam filij Dei Ecclesiam vlla ratione pertinetis, cū à Christo & ab eius corpore vos præcideritis, quod suo loco docebitis. Pergit Brentius: Hoc queritur, num Petrus, Ioannes & reliqui Apostoli non prius debuerint Hierosolymis prædicare Euangelium Christi, quàm ordinarentur à Anna & Caipha? An non Caiphas erat ordinarius successor Aaronis? Nihil est Brenti, quòd nobis Annam & Caipham toties obijcias: iam enim tum impleta fuit illa scriptura, Perijt lex à sacerdote. Iam venerat ille sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui & legi & sacerdotio Aaronis finem imposuit, & in illa nouissima cenà nouum sacerdotium secundum ordinem Melchisedech instituit. Ab hoc ordinati sunt Apostoli, ab Apostolis deinceps alij. Et hæc est legitima successio, de qua gloriamur, quæ à Christo & ab eius Apostolis sumpsit originem: cum Anna verò & Caipha nihil nobis est rei. Itaque non minus absurde fecissent, qui cùm semel ordinati, & ad prædicandum Euangelium missi fuissent à Christo Pontifice, qui fuit sacerdos in

Gen. 48. Levit. 1. Chrisma est non scriptura præbetur, venter tamen habendum. The. 2. Bass. de Spiritu Jan. ca. 28. ep. 2

1. Ecclesiasticæ literar. cap. 7. 2. De carnis reuerentione. 3. Hom. 5. in Matt. Op. im. 4. In Apolog. tit. 5. Trait. 33. in Ioannem & sermone 43. de verb. Domini & li. 2. contra literas Petiliani c. 104. 6. De ijs qui iniantur mylle rjs cap. 6. Multa in Chrismate mysteria conueniunt. Chryl. hom. 5. in Matt. Op. im.

2. Cor. 4.

In quo statum controversie Brentius ponat.

Responsio.

Diog. Brentij questio.

Responsio. liter. 7. Heb. 7.

eternum secundum ordinem Melchisedech, si nihilominus ab Anna & Caipha ordina-
ri petiissent: quam si quis nostro xuo ab Episcopo suo legitime ordinatus, a te Brenti,
vel a Caluino, aut quocunque tandem alio de grege vestro sibi manus imponi postula-
ret. Quid ergo, inquit Brentius, si Romanus Pontifex fiat Caiphas: an non sine auctori-
tate & vnctione eius licebit pio & docto viro in Ecclesia, ad quam consensu magistra-
tus & populi eius vocatus est, Euangelium Christi annunciare, & sacramenta eius admi-
nistrare? Quid si celum ruat Brenti? Pontificem fieri posse Caipham, vt aperte Christum
oppugnet, nemo pius credet, qui modò Christi preces quas ad patre fudit, vt ne Petri fi-
des in successoribus eius deficeret, efficaces fuisse, & eum exauditum esse pro sua reueren-
tia, persuasum habet. Ac demus fieri posse quod vos vultis, quòd non exaudiuerit Chri-
sti deprecantem pater: quòdque non attentis illius precibus, Petri fidem in eius aliquo
successore deficere permiserit: non ideo statim in omnibus alijs Episcopis defecisse puta-
bitur: neque propterea licebit magistratui populoq; sibi quenquam adsciscere, & ei præ-
dicandi verbi Dei, ministrandorumq; sacramentorum potestatem permittere, nisi prius
examinatus ab Episcopo suo diocesano fuerit & approbatus: cuius, & non magistratus
aut populi munus est, de doctrina religionis iudicare, quæ sit idoneus reconciliationis
minister decernere. Nusquam in Prophetica & Apostolica doctrina reperies, quòd magi-
stratus aut populus potestatem habuerit sibi ministros constituendi: quin illud in Actis
Apostolorum reperies, quòd prophetis & doctoribus ministrantibus Domino & ieiun-
nantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad
quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt il-
los. Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam: & cum venissent Salami-
nam, prædicabant verbum Dei, & c. Reperies de eodè Paulo iam non Saulo, & Barnabam,
quòd cum constituisent per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cù ieiunijs, com-
mendarerunt eos Domino. Reperies, quòd Paulus Timotheum, & Titum constituit Epi-
scopos: quòdq; Tito mandauit, vt ipse, non vt populus, qui docendus, non sequendus
est, non prophanus magistratus aliquis, constitueret per ciuitates presbyteros. Quòd au-
tem quicquam hæc in parte sibi iuris vel populus, vel magistratus vsurpauerit, nusquam
in scripturis Prophetiis & Apostolicis inuenies: vt vos illarum hostes illis omnia con-
traria docere, non autem nos, vnicuique perspicuum esse queat.

Redit ad conuitia Brènius: Dicit à Bernardo vocari Prelatos seruos Antichristi. Qua-
si verò suos non dixerit Lutherus, decies esse Sodomitis peiores. Sed quorsum attinet
cum homine furioso conuitijs certare? Profert exemplum de Ioseph, qui voluerit prohi-
beri quosdam à Mose, ne prophetaret, & audiuerit ab illo: Quid æmularis pro me? Quis
tribuat vt omnis populus prophetet? Deque discipulis qui querebantur quendam eij-
cere demonia, nec sequi ipsos. Et audiuerunt, Ne prohibeatis illum: qui non est aduer-
sus vos, pro vobis est. Videris oblitus eorum Brenti, quæ paulò antè dixerat: Negabas e-
nim illud in disceptationem venire, num liceat alicui ministerium dicendæ & admini-
strandæ Ecclesiæ priuato suo arbitrio sine legitima & ordinaria sua vocatione inuade-
re, cum sciant omnes, ne in politia quidè publicas functiones & administrationes absq;
publica auctoritate vsurpare cuiquam sibi licere, nedum vt id liceat in Ecclesia filij Dei.
Nunc productis scripturæ locis, cõtrarium demonstrare conaris, vt licere credatur, quòd an-
teà non licere scripseras. Quid est quòd sic ipse tecum pugnas Brenti? Quòd si populum
omnè prophetare voluit Moses, cur tu nefas esse putas, vt priuato suo arbitrio sine legi-
tima & ordinaria vocatione docendæ & administrandæ Ecclesiæ ministeriũ quis inua-
dat? Deinde cur dicit Paulus: Alios dedit Apostolos, quosdam autem prophetas, alios ve-
rò Euangelistas? Nunquid omnes Apostoli, nunquid oēs propheta? Cur idè honestè iu-
bet ac ordine fieri omnia, si populum omnè prophetare fas est? Videtur hæc Brenti, per
excessum quandã dixisse Moses, nõ quòd efficaci voluntate cunctos prophetare voluerit:
aut quòd vel ipsius, vel Domini fuerit hæc ordinatio. Nam si voluisset Dominus om-
nem populum prophetare, quorsum septuaginta viros de senioribus eligere Mosen iu-
beat? quos, inquit, tu nosti, quia senes populi sunt & magistri: & asseram de spiritu tuo,
tradamque eis. Quare sic hæc Moses dixisse videtur, sicut à Gregorio scriptum legitur: Fi-
delis prædicator optat, si fieri valeat, vt veritatem, quam solus loqui nõ sufficit, ora cun-
ctorum sonent? Si fieri, inquit, valeat: Aliud enim Dei & Ecclesiæ ordinatio exigit. Sed
cur non prohibuit, inquis, Moses duos illos prophetare? Cur autem prohiberet? cum
testetur scriptura, quòd fuerint de numero septuaginta: quam etiam ob causam requie-
uit super eos spiritus Domini: nam & ipsi descripti fuerant inter septuaginta. Quòd au-
tem in castris remanserant, & ad tabernaculum non exierant, non ex contemptu fecere,
sed sicut etiam Procopio scriptum est, ex quadam animi submissione, quòd se per-

Apo. 13.
Apo. 14.
Tit. 1.
Brentius conui-
siosus.
Num. 11.
Mar. 9.
Responso.
Eph. 4.
1. Cor. 12.
3. Cor. 14.
Lib. 22. Mor-
tuum cap. 24.

ceptione tanti muneris indignos iudicarent. Euenit igitur illis, quod euenerat Thomæ: *Iohan. 10.*
qui cum Spiritum sanctum in sufflasset Christus Apostolis, præsens non aderat. Quo-
niam autem se non malitiosè subdlexerat, aquè Spiritum sanctum ad remittenda pecca-
ta accepit, atque alij Apostoli: cum antè iam Apostolorum numero fuisset inscriptus.
Nihil igitur hi duo fecerunt contra Dei & Moysi ordinationem: quam obrem causa non
erat, cur eos prophetare Moses prohiberet. Cæterum ex hac ista doctrina vestra Brenti,
natus est Sacerdotum hic in Germania, de quo scripsimus initio. Nam dum omnes Apo-
stolos, omnes prophetas, omnes doctores esse vultis, & quod proprium est munus Epi-
scoporum, constituere ministros Ecclesiarum, id ad magistratum secularem & populum
transfertis, factum est, vt in tot sectas tam dissectas dissectos vos esse videamus, quarum
vix iam etiam numerum inire licet. Quòd si salua fuisset Episcopis sua iurisdictio, nec
impediuisset quicquam quòd minus ipsi iuxta morem ab Apostolis traditum, & ad hoc
vsque tempus in Ecclesia semper obseruatum, pastores & doctores ac presbyteros con-
stituerent, nunquam ea quæ terra non ita pridem fuit vnus labij & eorundem sermo-
nũ, in hanc, quã nunc videmus Babylonẽ transformata, nec sic miserandũ in modũ nobi-
lissima gens tot & tantis cladibus effecta & afflictã fuisset: quæ quicquid protulit cala-
mitatum per hos annos quadraginta, non est quòd alij cuiquam acceptum ferat, quàm
illis tam multis prophetis, qui currunt vltro, cum eos nemo miserit, qui quidem mitten-
di potestatem habuerit. In hunc igitur statum vos Brenti Germaniam perduxistis, quo-
rum oēs curæ cogitationesq; nõ aliò collata fuerit, quã vt federet populus vester absq;
rege, absq; lege, absq; sacerdote, absq; Ephorh & Teraphin. Sublato igitur per vos ordi-
ne, omni disciplina luxata, omnibus legibus dissolutis, quid aliud quàm horrendam
sitam rerum omnium cõfusionem sequi necesse fuit? dum vnaquæque ciuitas, quin &
Satrapa ferè quisque pruriens auribus coaceruat sibi magistros, & quod quisq; vult, id
pro Dei verbo prædicari mandat.

Insectatur iterum Brentius Petrũ à Soto, quòd is commemorauerit hoc loco legè Im-
peratoris Theodosij, qui iubet subditos eam agnoscere religionem, quam Petrus do-
cuit, & quam sequuntur Damasus Pontifex Romanus, & Petrus Episcopus Alexandri-
nus. Non videt, inquit, præ animi sui impotentia, quid pro se, quid cõtra se dicat. Primũ
enim Petrus Apostolus verã & rectam docuit religionem. Ac Damasus Romanus & Pe-
trus Alexandrinus rectam fidem de Triade (de hac enim tum præcipue agebatur) sequen-
ti sunt. Nos autem nunc loquimur de pontificibus & Episcopis, qui docent & sequun-
tur impiam religionem, & qui tantum abest vt veram de pietatè doctrinam agnoscant,
vt etiam ea ferro, igne, laqueis persequantur: vultne Aserus vt etiam tales sequamur magi-
stros & sacerdotes? Det nobis Petros Apostolos, det nobis Damasos Romanos, & Pe-
tros Alexandrinos, qui veram & sinceram Apostoli Petri doctrinam sequuntur, & ha-
bebit pios Principes, non auditores tantum, sed etiam adiutores. Imò tu Brenti, præ ani-
mi tui impotentia, dum iuxta nomè tuum ardes odio Romanæ sedis & Catholicorum
Episcoporum, non vides quòd ipse contra te loquaris. Quos enim tibi damus alios, quàm
Petros Apostolos, Damasos Romanos, Petros Alexandrinos? Quamuis enim inficias ire
non possimus, ab istorum sanctitate Pontifices nostros longitus esse remotos, certum ta-
men illud est & indubitatũ, quòd non in alia religione versantur, quàm in ea, quàm di-
uum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, quamque Damasum Pontificem, & Pe-
trum Alexandriæ Episcopum sequutos esse constat. Ac primũ, quòd ad Petrum Apo-
stolum attinet, quis est alius, de cuius in doctrina successione magis gloriemur: cuius e-
tiam epistolas Canonicas vnde vos habetis præterquam à nobis, à quibus discelsistis?
Quod autem ad Petri successorem Damasum Romanum pontificem attinet, produce-
mus aliquot è scriptis eius loca, ex quibus planum fieri cuique possit, vòsne an nos in
ea religioe versetur, quam ipsum esse sequutum scripta eius indicant. Extrat eius episto-
la numero tertia ad Stephanum Archiepiscopum & ad Concilia Africana, in qua Roma-
nam sedem petram & firmamentum à Deo fixum & immobile, ac verticem vocat Eccle-
siarum. Ad quam tanquam ad caput cuncta quæ possunt aliquam recipere dubitatio-
nem, referri debere: absque cuius auctoritate causarum Ecclesiasticarum querelas defini-
re mihi me licere, & ad eam appellare debere censet. Synodum sine eius auctoritate fieri
non esse Catholicum dicit: nec vlla Concilia rara haberi, quæ non sint illius auctoritate
sulta. Ecce tibi damus Damasum Brenti. Num autem idem tu quòd ille hac in parte
doces? qui sic es implacabilis odij cuiusdam facibus erga Romanam Ecclesiam accensus,
vt citius eam quæ graui Turcarum iugo premitur Hierosolymitanam, quã hanc, cuius ip-
se etiã vnus omnium Christianissimus Imperator Carolus se filium esse profitetur, ac præ-
fert, atque adeò gloriatur, pro matre vestra agnoscas: cum tamen non solus sit Dama-
sus

Vnde natus in
Germania Sa-
tanismus.
Osc. 3.
Alia Brentij in
Soto suggestio
Responso Rom-
ane Ecclesie
vindicam digni-
tatem.
Dama. epist. 4.

ius, qui de Romana sede tam magnificè senserit. Fecerunt idem pij omnes & qui præces-
serunt, & qui sequuti sunt Damasum. Quosum autè attinet omnium testimonia pro-
ferre? Qui præcessit Damasum Iulius ita scribit: Sicut B. Petrus primus fuit omnium A-
postolorum, ita & hæc Ecclesia, Domino instituenta, prima & caput est cæterarum, vt ad
eam quasi ad matrem atque apicem, omnes Ecclesiæ causæ & iudicia Episcoporum
recurrant. Vides, vt hic matrem aliarum Ecclesiarum esse dicat Romanam? Ante
quem etiam Cyprianus sanctus martyr & Episcopus, matricè eam ad radicem Ecclesiæ
Catholicæ vocat. Quid autem Bernardus ex quo tu pleraque collegisti, quibus Roma-
nos Pontifices in odium & inuidiam adducere posses. Est ita, quod illi sicut alijs pijs o-
mnibus Romanæ curiæ vitia vehementer displicuerunt, & ea grauissimè, si quisquam a-
lius, quinque libris ad Eugenium conscriptis, est insectatus. Sed nunquid ideo sanctæ
sedis huius auctoritati quicquam detrahit? Imò verò in secundo libro tantum illi tribuit,
quod ad personam attinet quam gerit, Romani Pontificis, vt etiam ipsi Petro plura tri-
buere non poterit. Et in alio quodam libro matrem nihilominus Ecclesiarum Roma-
nam Ecclesiam appellat. Dolet multis pijs Brenti, quòd qui succedunt in cathedram &
doctrinam Petri, non æquè succedunt omnes in sanctitatem Petri, plurimæque Roma-
næ curiæ vitia multorum oculis vehementer offendunt. Sed qui fumus nos, qui seruos
iudicemus alienos? suo illi Domino stant aut cadunt, statuet ille de quoque suo tēpore
quod meritis quisque fuerit. Nobis certè iusta causa non esse videtur, cur separationis
consilia sequamur, quòd malos in Ecclesia nonnunquam præsidere videmus. Nam quò
nos tandem vertemus, vbi meliores inuenire liceat? Quod ad vos attinet, non magis in
scriptis quorundam legimus, quàm oculis ipsi nostris, in moribus vestris cernimus,
nò esse quenquam ferè, qui vestrum Euangelium sit amplexus, qui non seipso sit factus
deterior. Ad Picardos autè vel Anabaptistas, vel Suenckfeldianos, apud quos maior elu-
cere videtur sanctimonix species, vt à matre nostra Romana Ecclesia deficiamus, vos no-
bis auctores futuros non arbitramur. Verùm ad Damasum nostrum redeamus. Docet
idem Damasus in eadem epistola, iudices Episcoporum iuxta decreta canonum, Episco-
pos esse debere. Tu Brenti contra decreta Canonum, etiam Laicos Ecclesiasticarum cau-
sarum iudices esse vis. Meminit ibidem & sacerdotum & sacrificij: & in ea quæ proxi-
mè sequitur epist. Missæ quoque nominatim. At vos à Satana magistro vestro docti, sicut
fateretur dux & antesignanus vester Martinus Lutherus: qui secum hac de re disputasse
diabolum, & fortiora quàm quæ refellere possent contra Missam argumenta produxisse
scribit: ab hoc magistro docti vos, & sacerdoti, & sacrificium prorsus omne sustulistis:
neq; Missæ vel sacrificij nomine quicquam est apud vos magis abominandū. Et interea
dicis: Da mihi Damasos, & audiam. Meminit idem in quarta epistola consecrationis vir-
ginum de erectione altaris, de vñctione sacrationeque, de Ecclesiæ dedicatione, de Chris-
tmatis consecratione, de baptizatorum frontibus Chrismate signandis, de formati episto-
lis mittendis, de populo benedicendo. Quid? An hæc omnia vos Brenti, propria vestra
temeritate non abrogastis? Meminit etiam, sicut ab Iuone qui Gratianum præcessit, scri-
ptum est, quòd metropolitanus infra tres menses consecrationis suæ ad fidem suam ex-
ponendam, palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem mittere teneatur. Num i-
dem vos Brenti, faciendum esse putatis? Iam de traditionibus audi quæ sit Damasi sen-
tentia: Quæ Apostolorum, inquit, prædicatione, & patrum instructione percepimus,
semper tenere debemus, ne aliqua noua semper cedere videamur. Et alio loco: Sancto-
rum Canonum voluntariam transgressionem, blasphemiam esse dici in Spiritum san-
ctum. Num hæc Brenti, cum vestro de traditionibus dogmate consentiunt? Et interea
clamas, Da mihi Damasos, Vis autem vt etiam tibi dem Petros Alexandrinos? Mihi qui-
dem nihil scriptorum eius videre licuit, præter Canones quosdam ex sermone de pen-
nitentia, quibus præscribitur, quæ sit iniungenda penitentia his, qui tempore persecu-
tionis à fide exciderunt. Ac in primo Canone ad reliquam penitentiam adijci vult
quadringenta dies, quibus ieiunent. Cedo Brenti, num vos talem penitentiam iniun-
gere cuiquam consueuistis? quin cachinnis eam potius exploditis. Docetis enim, quan-
do quidem Christus pro peccatis nostris semel satisfecit, nulla deinceps opus esse satisfac-
tione nostra. Atqui non ita Petrus Alexandrinus, non ita quem ille ducent sequutus
est Petrus Apostolus: Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum,
vt sequamini vestigia eius. Exigit à nobis Euangelium fructus & opera digna peni-
tentia. Dicit idem Petrus Apostolus: Satagite vt per bona opera certam vestram vocatio-
nem faciatis: vos exclusis bonis operibus, fidem solam sufficere doceris. Est ne consenties
hæc vestra doctrina, non iam dicam Petri Alexandrini aut Damasi, verùm Petri Aposto-
li doctrinæ? Iamne vides Brenti, nos esse, qui versamur in ea religione: quam vertex Apo-
stolorum

Iulius Pont. ad Orientales Episcopos.

Cyp. li. i. epist. 8 Bern. ad Eug.

Bern. lib. 4. ad Eugen.

Rom. 14.

Calueta de separationis consilio, dum mali Ecclesie presunt.

Damasus Bre- tiijs scribit damasi.

Zúbe. de Missæ angulari.

Tuo lib. 1. de decretorum.

Dam. epist. 3.

Idem ad Aurelium Carthaginiensem, Episcopum, De Petro Alexandrino.

1. Pet. 2.2. Mat. 3. 2. Pet. 1.1.

stolorum Petrus initio Romanis tradidit? quamque Pontifex Romanus Damasus, &
Petrus Episcopus Alexandriae sunt sequuti? Vos autem in quavis alia potius, quàm in
eadem hac religione verari: cum eam partim risu prosequamini, partim horrendis blas-
phemijs insectemini, nec sit ea quicquam apud vos execrabilius. Et audes intrerà vocif-
ferari: Da mihi Petros Apostolos, da Damasos Pontifices Romanos, da Petros Alexan-
drinos, & habebis nos non auditores tantum, verum etiam adiutores. Ecce dedimus eos
tibi Brenti, non in corporibus suis viuentes, nec viua voce sententiam suam experimen-
tes, sed spirantes adhuc in monumentis literarum, quæ post se reliquerunt, & in eis quæ
fuerit eorum religio declarantes: cum qua nos quidem per omnia cōsentire, vos autem
ex diametro cum ea pugnare, negare non potestis. Nam si maximè negare velitis, vel ipsi
libri vestri vos mendacij conuincant, omni genere blasphemiarum referri.

Tandem aliquando Brentius ad causam accedere videtur, nec adhuc vnquam in hoc
scripto suo proprius accessit: nam extra causam ferè cetera loquutus est, nec multum ad
rem, qua de agitur, pertinentia. Nunc autem ex Ecclesiastica historia demonstrare cona-
tur, quod in causa fidei Theodosius iudex inter Episcopos fuerit. Mirum est autem, si
potuit hoc Ambrosium latere, qui vixit eodem illo tempore, qui funebrem etiam ora-
tionem illi conscripsit. Qua confidentia autem ausus ille fuisse scribere Valentiniano,
qui cum Theodosio simul imperauit: Quando audiuit Imperator, in causa fidei la-
icos de Episcopo iudicasse, si quid eiusmodi factum à Theodosio fuerat? Nonne respon-
dere potuisset Imperator: Audiui quòd fecerit hoc imperij mei cōsors nuper ad eò Con-
stantinopoli Theodosius? Deinde verò hoc ipso Theodosio imperante, fuit habitum
Concilium Aquileiense, priusquam Oecumenicum illud Constantinopoli: vbi hæc Im-
peratoris verba recitantur: Ambigua dogmatum reuerentia, ne dissideant sacerdotes,
quam primum experiri cupientes, conuenire in Aquileiensem ciuitatem Episcopos ius-
seramus. Neque controuersia dubia sententiæ rectius poterant experiri, quàm si ob or-
tæ altercationis iudicium in interpretes ipsos constituissemus Antisites, vt videlicet à
quibus proficiuntur instituta doctrinæ, ab eisdem discordis eruditionis repugnantiâ
solueretur. Quæ cum essent lecta, dixit Ambrosius, qui præfens adfuit in illo Concilio:
Ecce quod Christianus constituit Imperator, noluit iniuriam facere sacerdotibus, ipsos
interpretes cōstituit Episcopos. Hic laudat eo nomine Theodosium Ambrosius, quòd
is non alios, quàm Episcopos iudices esse voluerit: quòd idem paucis interiectis facit Eu-
sebius quoque. Inde cōiecturam facere licet, quòd sibi in causa fidei nunquam iudicium
Theodosius arrogauerit: qui quid sui, quid Episcoporum esset munus, vel ex his quæ
gesserat antè Constantinum antecessor eius, cognoscere potuit. Quid igitur de Socratis
historia dicemus? Quod si Brentius ea fide, qua oportuit, Socratis verba recitasset: nec
preteritis quibusdam ea sola produxisset, quæ ad suum institutum probandum facere
videntur: facile cuius perpicere licuisset, nihil præter officium suum Imperatorem fecis-
se. Nam in exordio capituli illius, ex quo nonnulla profert Brentius, omnia Theodosium
de Nectarij Constantinopolitani Episcopi consilio fecisse scribitur, ex quo perspicuum
illud fit, quòd non sibi de causa fidei iudicandi potestatem vllam Imperator vsurpau-
it: sed quòd à Catholicis Episcopis præscriptum fuit & iudicatum, id pro Catholici Im-
peratoris officio & ipse ratum habuerit, & ab omnibus sibi subiectis haberi ratum in-
uoluntate seruari iusserit.

Sed quoniam vrget nos hic Brentius: quæ fuerit Ecclesiæ praxis hac de re, quidque
sit in ea moribus receptum iam inde à mille trecentis fere annis, paucis perscribemus.
Ante mille trecentos annos congregatum fuit primum Nicææ concilium, quòd conue-
nerant ex vniuerso terrarum orbe trecenti, decem & octo patres. Venerat eò Constan-
tinus etiam Imperator. Sed quomodo? Scribit hoc Eusebius, quòd cum paucis postre-
mus omnium ingressus, posita modica quadam sede, non prius consedit, quam annuis-
sent Episcopi. Cumque de concordia & pace pluraque disseruisset, diligentem do-
gmatum inquisitionem ipsorum sententiæ permisit. Quod ita factum esse, præter Eu-
sebius, Socrates etiam & Theodorus memorie prodiderunt. Vides quemadmodum
iste nullas iudicandi sibi partes sumpserit, sed ad monitione facta de pace & concordia
dogmatum inquisitionem Episcoporum sententiæ permisit. Cui testimonium hoc
Augustinus quoque tribuit, quòd cum Donatistæ causam Cecilianæ ad Imperatorem
Constantinum deluissent, non fuerit ausus de causa Episcopi iudicare, sed eam discu-
tiendam ac definiendam Episcopis delegari: quòd & factum est in vrbe Roma, præsi-
dente Melchiade Episcopo illius Ecclesiæ, cum multis collegis suis. Scribit de eo Ruffi-
nus quoque quòd cum Episcopi, qui Nicææ congregati fuerant, libellos ei quosdam in-
prolulissent, quibus se accusabant inuicem, suscepit à singulis libellos & eos omnes in
Vv 4 sinu

Theod. Imper. an iudex inter Episcopos fuerit

Expenditur locus in historia Socratis.

Praxis & mos veteris Ecclesie de iudicanda causa Religionis Constantinianæ exemplum.

Euse. li. 3. de vita Constantini. Socr. li. 1. cap. 8. Theod. li. 1. ca. 7

Aug. epist. 166. & epistola. 43. & 166.

Ruff. li. 1. ca. 2.

sinu suo continens, nec quid in eis contineretur aperiens ait ad Episcopos: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi. Et ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari: propter quod Dei solius inter vos expectare iudicium: & vestra iurgia, quæcumque sint, ad illud diuinum referentur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis dii: & conueniens non est, vt homo iudicet deos: sed ille solus de quo scriptum est: Deus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Et ideo ijs omisissis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorum contentione distinguite. Cum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libello insit exuri, ne innotesceret vlli hominum similtas sacerdotum. Hæc Rufinus. Habuitne tanquam seruos Episcopos Imperator hic Brenti? Num autem est verisimile, quod cum recens hoc fuisset illius exemplum, secus aliquid facere Theodosius in animum induxisset, quàm ab hoc Imperatore laudatissimo factum esse meminerat? In actis Nicænæ Synodi, quæ in libro Conciliorum extrat, reperiuntur subscriptiones Episcoporum trecentorum, decem & octo. Cæsar Constantini subscriptio nulla reperitur. Quamuis autem interfuissent in ea Synodo, vel præfuerint potius legati Syluestri Romani Pontificis, Hosius Cordubensis, Victor & Vincentius: dederunt nihilominus Patres literas ad Syluestrum, quibus ab eo, non autem ab Imperatore confirmari petiuerunt, quod in Synodo fuerat ab illis constitutum.

Aliud exemplum de Synodo Constantino. In secunda Synodo quæ enumeratur inter Oecumenicas Constantinopolitana, nihil aliud actum est à Patribus, quàm quod sententiam Damasi, quam ille paulo ante cõgrogato Romæ Concilio contra Macedonium, Sabellium & Eunominum tulerat, probauerunt, & eam sunt sequuti. Quo nomine scriptis ad Damasum literis, vt sibi cõgauderet ab eo poposcerunt. Quicquid igitur à Theodosio factum esse scribit Socrates, iuxta Nestorij cõsilium ex auctoritate Damasi Papæ factum esse: quæ causa fuit etiam, vt vna cum collegis suis ediceret, vt in tali religione cuncti populi sibi, subiecti versarentur, quam pontifex Damasus sequeretur. Subscripsisse centum quinquaginta Episcopi leguntur: quod Imperator subscripsit, in actis non inuenitur.

In testia Synodo, quæ fuit habita Ephesi, Celestini Romani Pontificis nomine præfuit Cyrillus Alexandrinus: ac lecta fuit epistola Celestini: quam sequuti Patres Nestorium cõdemnauerunt, & ab Episcopali dignitate vniuersosque sacerdotij collegio alienum esse decreuerunt: sicut in historia sua scribit Euagrius. Ad hanc Synodum Imperator Theodosius misit loco suo Candidianum. Sed nõquid vt iudicaret de causa fidei? Audi Brenti scribentem ipsum qua de causa miserit. Depuratus est, inquit, Candidianus magnificus comes strenuorum domesticorum, transire vsque ad sanctissimum Synodum vestram: ac in nullo quidem quæ faciendæ sunt de pijs dogmatibus quæstiones communicare. Illicitum namque est, eum qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus. Vide Brenti, quemadmodum ipse Theodosius formulam à se deputato præscripsit, vt ne se tractatibus Ecclesiasticis, immisceret, neque de causa fidei sibi iudicium arrogaret, sed tuendæ conseruandæque tantum tranquillitatis causa Synodo interesset: quemadmodum is illicitum esse iudicauerit Imperatorem Ecclesiasticis se negotijs immiscere. Et est verisimile, quod illicitum esse iudicauit ipse, hoc aliquando ab ipomet factum esse, vt se pro iudice in causa fidei gereret? Qua autem ex causa mittantur ab Imperatoribus, Regibus & principibus ad Synodos nuntij, plantum tibi Brenti, faciet eiusdem Imperatoris epistola, quam scripsit ad Elpidium comitem, & Eulogium tribunum, quos miserat ad aliam Synodum, quæ fuit iterum Ephesi congregata, cuius acta sunt in Concilio Calcedonenfi rescissa: quos mittere se scribit, non vt de causa fidei iudicent. Sed valentes, inquit, nostris iusionibus ministrare, de ijs quæ in Epheso à sancta Synodo fuerint constituta: & nullum fieri tumultum permittere: sed & si quem videritis conturbationibus & tumultui studentem ad læsionem sanctæ fidei, hunc custodiæ mancipare. In quam sententiã scripsit idem Imperator ad Proclum quoque, Asiæ proconsulem. Extrat eiusdem Imperatoris etiam ad Cyrillum epistola, quæ habetur in operum Cyrilli romano quarto, cuius hæc verba sunt: Nos sanè non patiemur, vt siml & vrbes & Ecclesie turbentur, neque vt in excussa nobis sit ea doctrina, cui diiudicandæ præfici oportet eos, qui circumquaque sacerdotio præsident, & per quos in sententiã veritatis firmiores sumus, & post hæc erimus. Et hic facit Theodosius, de controuersia religionis non ad se, sed ad eos qui præsident sacerdotio iudicium pertinere. In hac tertia Synodo subscripsit ducen Episcopi: quod subscripsit Imperator, ex actis non apparet.

Quarta fuit Synodus Calcedonenfis: Interfuit in ea Martinus Imperator ipse, sed à legatis Leonis Papæ petitus, vt sui præsentiam præstaret Concilio: quod ipse absentem

te se ad Concilium non occursuros dicerent, sicut in Breuiario suo scripsit Liberatus. Nunc audi quam ad rem interfuerit. Narrat enim ipse: Ad confirmandam (inquit) fidem, non ad offendendam virtutem: vt nunc per hanc sanctam Synodum depolita nebula, quæ in his paucis annis ex prauitate quorundam & auaritia visa est exoriri, semper feruentur quæ statuta sunt. Ad hoc se scribit venisse, vt quæ decreta essent à Synodo, ea quemadmodum rata haberentur, & ab omnibus obseruarentur, auctoritate sua Imperiali prouideret. Extrat autem epistola Pulcheriæ Augustæ inter præambulares epistolâs in Synodum Calcedonensem: qua monet Bythinie Strategum, vt clericos, monachos, laicos, quos nulla ratio ad concilium vocat, omnino de ciuitate, deque locis ipsi vbi concilium haberetur, expelleret. Fuit autem hæc Pulcheria, sicut vitæ sanctitate perpetuæque virginali pudicitia insignis, ita summa auctoritate prædita. Nam cum ad fratrem eius Theodosium recens ablatum orbis terrarum imperium fuisset deuolutum, & fratris, & imperij procuratrix erat à Deo constituta: cumque de ipsius sententia mortuo fratre Martinus fuisset Imperator designatus, fuit nihilominus imperij confortis: ac vna cum illo Calcedonenfi Concilio interfuit. Quæ cum nõdum esset quindecim annorum egressa, scribit Sozomenus, eam supra ætatem sapientissimam ac diuinum spiritum accepisse, eiusque studio & sapientia perfectum esse narrat, vt suis temporibus hereses non obtinerent. Neque verò non paritum est huic Pulcheriæ mandato. Nam in actis Concilij Calcedonenfis semel & iterum voces hæc fuerunt emissæ: Synodus Episcoporum est, non clericorum: superfluos foras mitte: vt quod à Pulcheria præceptum, id auctoritate Synodi confirmatum esse videamus. In eadẽ Synodo scriptum reperitur, quod cum ad Martinum Archimandritam directa fuisset charrula, vt subscriberet, nõ acquieuit, dicens: Nõ est meum subscribere. Episcoporum tantum est. Subscripsit nihilominus in ea Synodo sic Episcopis volentibus, etiã presbyteri. Sed ita tamè, vt esset inter eos & Episcopos discrimen. Nã Episcopi subscripsit hac forma. Flauius Episcopus Constantinopolitanus iudicans. Et alio quodã loco, definiens subscripsit. Presbyteri verò simpliciter: Eusebius presbyter subscripsit. Sic vt iudices agnoscerentur Episcopi soli presbyteri verò tanquam decretis eorum consentientibus subscriberent. Fuerunt in eadem Synodo iudices quoque seculares, sed nihil aliud quàm legi preces, quæ acta essent recitari, autentica monumenta proferri, ad obiecta responderi, si qui cupiebant audiri, eos intromitti mandabant: vociferationes prohibebant: si qua vis allata, si quid per tumultum factum esset cognoscebant: vbi de fide agebatur, Synodo iudicium mittebant. Quod vel illa verba indicant ex actione prima Calcedonenfis Concilij, vbi iudices & senatus dixerunt: Dicit sancta Synodus, si canonicis epistolis sanctæ memorię Cyrilli consonat interloquio Eulathij reuerendi Episcopi. Et in octaua actione iudices: Omnis iam dubitatio de Theodoro reuerendo est soluta, quippe & Nestorium coram nobis anathematizauit, & à sanctissimo Leone susceptus est, & definitionem fidei suscipit, & epistola sanctissimi Leonis subscripsit. Deest igitur, vt sententia proferatur à Deo amabilitate vestra, vt cuncta sua prius & Ecclesiam recipiat, sicut & sanctissimus Leo archiepiscopus iudicauit. Qua sententia per Episcopos lata, dixerunt iudices, Secundum decretum sancti Concilij Theodoretus sanctissimus Episcopus Ecclesiam ciuitatis Cyri recipiat. Similiter & de Iba, & de alijs nonnullis factum est. Hic iam videtur discrimen inter seculares & Ecclesiasticos iudices: Hi decernebant quid credendum, quidne faciendum esset: illi, vt quod esset ab eis decretum executioni debitæ mandaretur, procurabant: ipsi autem nullas sibi iudicandi partes sumebant. In hac quarta Synodo quidam respicientes Ecclesie sunt restituti, quemadmodum Theodoritus, Ibas, & alij nonnulli. Diostorus autem & Eutyches condemnati, facta que sunt omnia iuxta sententiam, quæ fuit ante Concilium illud lata per Leonem primum Pontificem Romanum. Actenebant in ea locum Romani Pontificis Legati Pascasinus, Lucenius, & Bonifacius. Nihilominus missum fuit ad Pontificem, & à Synodo petiuit, vt quæ fuerant à patribus constituta confirmaret: quod ille fecit non grauati, cæterum decretum illud, quo Constantinopolitanum archiepiscopum proximum à Romano Pontifice locum habere pronunciatum est, præter legatorum suorum consensum, vt ratum haberet, adduci nulla ratione potuit. Scripsit in Concilio sexcenti triginta, Episcopi: Quod autem Imperator, aut ex iudicibus quispiam subscripsit, acta non indicant.

In quinta quæ est Constantinopolitana secunda Synodo nec Imperator, nec ab eo missus quisquam, quantum ex actis cognoscere licuit, interfuisse videtur. Ac fuit imperator tum Iustinianus, cuius extrat epistola, in qua se pro executore gerit, non pro iudice: nam eisdem illos quos damnauerat Synodus, Agapeti Romani Pontificis auctoritate

Liberat. cap. 3.

Pulcheria Augusta auctoritas & sanctitas.

Sozo. li. 9. ca. 2.

Actio. 2. Syn. Calcedon.

Ibidem Actio. 4.

Discrimen inter seculares & Ecclesiasticos iudices.

Quintum extus planum.

Leo Imp. clericis
imagines, eius-
que filius Consti-
tius videretur
que excommu-
nicatus.

Offa. exempli.

Basilij Imp. ora-
tio piissima.

Elias sanctissi-
mi laici indi-
gnoplane pasto-
res venerantur
et timeant ma-
gis quam iudi-
cent.

Episcopi disti-
nculi Consti-
toli. cap. 4.
De dignitate sa-
cerdotali cap. 6.
Isal. 37.

Greg. Nazianz.
de officio laco-
rum erga pasto-
res.

Affio. 10.
Non est princi-
pum & secula-
rum, se causis
Synodis Episc-
porum iniungere

Nota subscriptio
vires Episcopi.

Imagines & cetera, percussit anathemate. Quod idem statuit contra filium eius Costan-
tium, qui sui patris impietatem fuerat imitatus, Stephanus Papa tertius. Ac interfuerunt
quidem in hac Synodo duo Senatores, sed innotuerunt paucis loquuti, non leguntur
postea de tractatibus Ecclesiasticis immiscuisse. Subscriptum Episcopi trecenti sexagin-
ta septem, alium quendam subscripsisse non apparet.

In octava Synodo, quae fuit Constantinopolitana quarta, interfuit quidem Basilius Im-
perator & subscripsit, sed quam ab eo fuerit alienus, ut aliquas in iudicando sibi partes
de fide sumeret, demonstrant verba quae tum habuit ad eos, qui praesentes aderant in Sy-
nodo, quos in hunc modum alloquitur: De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus,
quam qui absolute versamini, quid amplius dicam non habeo, quam quod nullo modo
vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere: neque penitus resistere integritati Ec-
clesiae, & vniuersali Synodo aduersari. Hec enim inuelligare & querere, Patriarcharum,
Pontificum & Sacerdotum est; qui regimini officium sortiti sunt, qui sanctificandi,
qui solvendi & ligandi potestatem habent, qui Ecclesiasticas & celestes adepti sunt cla-
ues, non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel a ligamento solui ege-
mus. Quatenusque enim religionis & sapientiae laicus existat, vel etiam si vniuersa virtu-
te interitus polleat, donec laicus est, ouis vocari non desinet. Rursusque; quantumcumque sit
Episcopus irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec antistes est, & veritatis ver-
bum recte praedicauerit, pastoris nominis & dignitatis damna non patietur. Quae ergo
ratio est in ordine omnium constituta, pastoris verborum subtilitate discutiendi, & ea quae
supra nos sunt querendi & ambigendi: Oportet ergo nos cum timore & fide syncera hos
audire, & a facie eorum vereri, cum sint ministri Domini omnipotentis, & huius for-
mam possideant, & nihil amplius quam ea quae nostri ordinis sunt, requirere. Nunc au-
tem ut videmus, adeo multos malicia in infantiam accendit, ut obliuiscentes proprii or-
dinis, & quod pedes sint minimae cogitantes, legem ponere velint oculis. Oculos voca-
re Basilius videtur Episcopos, quos Ambrosius oculorum in Ecclesia fungi scribit offi-
cio: de quibus etiam in octavo concilio Toletano legitur: Dum secundum carnis assum-
ptae mysterium, Ecclesiae suae fuerit dignatus caput existere Christus, merito in membris
eius intentio Episcoporum, officia peragere cernitur oculorum. Sic & Augustinus san-
ctos Apostolos vocat oculos. Quatenusque religione sit & sapientia laicus, etiam si v-
niuersa virtute polleat, fas tamen non esse censet Basilius, illi de causis Ecclesiasticis ser-
monem mouere, quod proprium hoc sit Episcopi munus: etiam si multo sit is in virtu-
te sapientiaque inferior. Idque Gregorij, quem Theologum Graeci vocant, sententiam
sequutus, qui in oratione sexta, qua se excusat quod ab Ecclesiastica functione tam diu
abstinuerit, sic populum affatur: Vos oues nolite pascere pastores, neque super termi-
nos eorum eleuimini: satis enim est vobis, si recte pascimini. Nolite iudicare iudices,
nec legem feratis legislatoribus. Deus enim nequamquam Deus est seditionis & confu-
sionis, sed ordinis & pacis. Nemo igitur caput sit, qui vix manus aut pes esse possit, siue
membrum aliquod corporis honorabilis: sed vnusquisque fratres in eo ordine in
quo vocatus est, permaneat, licet etiam dignior existat: in illoque magis praesen-
tem amet claritatem, quam ut eam quam non accepit quarat. Nemo qui sine periculo
subesse potest, imperare desideret: nec subiectionis lex soluantur, qua tam terrestria
quam caelestia sunt alligata. Vides quae fuerit hac de re, de qua nunc inter nos agitur,
Basilius sententia: in qua Gregorius quoque Nazianzenus fuisse videtur, qui fas esse non
putat, ut iudices iudicentur. Sed audi quid de hoc ipso in hac Synodo decretum fue-
rit. Illud tanquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod a quibus-
dam imperitis dicitur, non posse Synodum absque principali praesentia celebrari, cum
nisiquam sacri canones conuenire seculares principes in concilijs sanxerint, sed solos
Antistites. Vnde nec interfuisse illos Synodis, exceptis concilijs vniuersalibus, inue-
niemus. Neque enim fas est, seculares principes spectatores fieri eorum, quae sacerdo-
tibus Dei nonnunquam eueniunt. Iam autem diximus, quemadmodum Imperator
subscribere noluerit: subscriperunt autem primo loco legati, quos Adrianus Pontifex
Romanus miserat, hac forma: Ego Donatus Dei gratia Episcopus Ostiensis Ecclesiae,
locum obtinens Domini mei Adriani Pontificis & vniuersalis Synodo praesidens: ad voluntatem eius-
dem eximij Praefulis promulgavi, & manu propria subscripsi. Qua forma & reliqui
duo collega eius vsi sunt. Ignatius vero hac: Ignatius misericordia Dei Episcopus Con-
stantinopolitane nouae Romae, sanctam hanc & vniuersalem Synodum suscipiens, & om-
nibus quae ab ea iudicata & scripta sunt concordans & desinens, subscripsi manu pro-
pria. Quam eandem formam in subscribendo sequuti sunt Ioseph vices agens patriar-

cha Alexandrini, Thomas Antiocheni, Elias Hierosolymitani. Post quos tandem
subscriperunt Imperatores hac forma: Basilius, Constantinus & cetero perpetui Augu-
sti, in Christo Deo fideles principes Romanorum, & magni Imperatores, sanctam hanc
& vniuersalem Synodum suscipientes, & omnibus, quae ab ipsa desinunt, & scripta
sunt concordantes, subscribimus manu propria. Ex eo videri licet, quod Imperatores,
vel quicumque tandem alij non Episcopi, etiam in subscriptionibus suis diligenter
auerunt, ne quid tanquam iudicantes in fidei, aut quacumque tandem Ecclesiastica causa
fecisse viderentur.

Atque haec sunt octo Synodi generales, quas enumerat Gratianus: neque enim plures
ante ipsius tempora habitae fuerunt. In ijs omnibus non reperies Brenti, quod quic-
quam Imperatorum aut principum, aut quorumcumque tandem laicorum in Ecclesia
causa iudex esse voluerit, quod Apostolicam hanc esse traditionem non ignora-
rent, ut ne laici causa Ecclesiasticis immiscerent. Nam & in illo Hierosolymitano
Concilio nemo sententiam dixit, praeter Apostolos, quorum loca tenent Episcopi. Sic
enim Lucas loquitur: Continerunt Apostoli & seniores (qui Graece presbyteri vocan-
tur) videre de verbo hoc, Mox induit Petrum loquentem, quem recte scribit Hierony-
mus principem in eo Concilio laici decreti fuisse: Post eius orationem tacuit (inquit)
omnis multitudo, & audiebat Barnabam ac Paulum narrantes, quanta fecit Deus si-
gna & prodigia in Gentibus per eos. Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus, &c.
Hi sunt omnes, quos dixisse sententiam scribit Lucas, Petrum primo loco, tum Barna-
bam, Paulum, Iacobum. Omnis, inquit, reliqua multitudo tacuit. Quid his verbis esse
potest euidenti? Hinc itaque; morem Apostolorum sequuta semper est in Concilio Ec-
clesiae Dei, ut illi soli sententiam dicerent in causis Ecclesiasticis, qui loca tenent Apo-
stolorum, reliqua vero multitudo taceret. De Valentino Imperatore scribit Sozomenus
cum per Episcopum Hypatianum verbis Episcoporum per Hellepontum & Bythin-
iam agentium fuisset rogatus, ut Episcopis ad corrigendum dogma conuenire permit-
teret, sic eum respondisse: Mihi qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosus persequi
tari: sacerdotes quibus ista cura sunt, inter se ipsos quocumque loco voluerint, conueniant.
Hic est ille Valentinianus, qui nec interesse voluit, cum Sixto pontifici quadam crimi-
na fuissent obiecta, sed surgens a Concilio, dedit in arbitrio Sixti Episcopi, ut iudicaret
iudicium suum. Simile quiddam a Carolo Magno factum fuisse dicitur, in causa Leo-
nis tertij Pontificis.

Vtque eodem Imperatores Catholici iudicium in Ecclesiasticis causis sibi non ar-
rogarunt, ut ne haereticis quidem id facere voluerint. Vnus fuit Valentinianus iunior
Imperator, qui Iustinae matris impulsu, cum puer adhuc esset propemodum, sibi de fide
iudicium usurpare conatus est. Sed quibus verbis eum adortus fuerit Ambrosius, iam
ante commemorauimus, penituitque eum facti non multo post, ac informatus fide
& institutis Catholici principis Theodosij, tanto in Ambrosium affectu post incubuit,
ut quem antea persequebatur, eum diligeret: quem antea ut aduersarium repellat,
eum ut parentem putaret, sicut ipse in quadam epistola scribit Ambrosius. Non dissimile
quiddam ausus fuit etiam Imperator ille, & re & nomine Basilius, qui circularis dedit
litteras, quibus Calcedonense Concilium, & Leonis libellum per anathema damna-
uit. Quod tamen ipsum fecit, Episcoporum suorum, qui non pauci numero fuerunt
congregati, sententiam sequutus, qui circularibus etiam literis eiusmodi subscripse-
runt, ut magis exequutoris, quam iudicis officio functus videri possit. Sed has tamen
ipsas litteras circulares non ita multo post aboleri & eis contrarias scribi iussit, sicut a-
pud 1. Euaerium, 2. Liberatum, 3. Nicephorum scriptum reperimus. Ad eundem mo-
dum & Constantius, quo nihil in religione fuit inconstantius, qui primus ex Im-
peratore Christiano factus erat Arianus, quicquid egit contra Catholicos, non pro-
pria sua, sed Episcoporum auctoritate, quos frequenter conuocabat, faciebat, & quotan-
tis ferè non iam fidem condi procurabat. Quamuis autem auctoritate Synodi iam fue-
rat Athanasius condemnatus, tamen vide Brenti, quantum ille positum putabat in
vno Pontifice Romano Liberio, quem partim vi & minis, partim etiam pollicitatio-
ne munerum, sicut ipse scribit Athanasius, pertrahere conabatur, ut Athanasij da-
mnationi subscriberet. Tam ardentis desiderio nitentur auctoritate Episcopi aeterna
vrbis firmari, quod iam impletum esse sciebat: sicut ab Ammiano quoque Marcellino
memoria proditum est. Intelligebat enim irrita fore omnia quacumque acta ab alijs
fuissent, nisi Romani Pontificis consensus accessisset. Athanasius autem ferendum non
esse putauit, ut quicumque sibi iuris arrogaret Imperator in Synodis Episcoporum. Qui
sicalicubi scribit: Quae fronte talem conuentum synodum appellare audent, cui Comes

Distin. 16. cap.
sancta.

Doni exempli
est in primo Co-
ncilio Apostolorum.

Act. 15.

Hier. in epistola
ad Augusti.

Soz. lib. 6. ca. 7.
Ecclesiast. hist.
Valentiniani
Imp. erga Epi-
scopos venerandis.

Etiam haereticis
Imp. non arrogat
vni sibi iudicium
de religione.

Ambros. epi. 34.

1. lib. 3. cap. 4.
Historia Ecclesi.
2. cap. 16. Bre-
uiarij.
3. lib. 18. cap. 3.

Ath. in epist. ad
solitariam vna
agentes.

Ammi. lib. 15.
Act. Apolog. 2.
Ath. principes
omnino remo-
uerat a cognoscen-
dis causis Eccle-
siasticis.

praesedit? Et in epistola ad Constantiam vitam agentes; Obtenit, inquit, in speciem Episcoporum iudicium, sed imperator facit quod illi volupe est iudicium Episcoporum, quod cum eo habet Imperator? Sin. contra ista minis Caesaris constantur, quod opus est hominibus praesto Episcopis? Quando a condito xpo auditum est, quod iudicium Ecclesiae auctoritatem suam ab Imperatore accepit? aut quando vnquam hoc pro iudicio a. gnum est? Plurimae antea Synodi fuerunt, multa iudicia Ecclesiae habita sunt: sed neque Patres istiusmodi res principi persuadere conati sunt, nec princeps se in rebus Ecclesiasticis curiosum praebuit. Paulus Apostolus habebat amicos in Caesaris familia, & per eos in literis salutabat Philippenses, non tamen eos in iudicio socios assumpsit, &c. Et prope finem, dicit eum Antichristi imaginem induisse. Quis enim, videns eum, inquit, in decernendo principem se facere Episcoporum, & praesidere iudicijs Ecclesiasticis, non merito dicat, eum, illam ipsam abominationem desolationis esse, quae a Daniele predicta est? Nam cum circumamictus sit Christianismo, & in loca sancta penetret, & inibi consistens destruat Ecclesias, abrogans Canones, vi cogens ut sua obtineant, quis vnquam audebit dicere, hoc tempus Christianis pacatum esse? Vides Brenti, quae fuerit Athanasij sententia de eo, si quis, non dico sacraparum aut ducum, sed regum etiam & Imperatorum, principem se facere vellet Episcoporum. Et fecit tamen omnia Constantius, obtendens in speciem, sicut idem scribit Athanasius, iudicium Episcoporum, quod ad se minime pertinere sciebat: Quare sequi non praere, exequi quod esset ab Episcopis decretum, non ipse decernere videbat.

Ab exemplis
vanorum, vi Theodorici
2. persecutio
nis Vandalicis.
In 4. Synodo
Romano sub
macho Papa.

Quid autem crudelissimus ille fidei Catholicae persecutor Hunericus? cum imperasset Eugenio Carthaginensi Episcopo, vt pro disputatione fidei constituta die vna cum Episcopis suis veniret, constitutum cum suis, hoc est, Arianis Episcopis inuenit: Eugenijs vero respondit: disputationem legis cum adiutorio Dei se nullatenus decline re vel fugere: sed sine vniuersitatis assensu se non debere causas assumere eius fidei asserende: num ipse iudex in ea causa esse voluit? Quamlibet saeuus tyrannus, hoc sibi tamen non usurpauit. Sed cum diceret Eugenijs: Quis erit cognitor? quis examinador? Notarius regis respondit, Patriarcha Cyrillus. Similiter & alius quidam Rex Theodoricus, minus quidem ille saeuus, sed Arianus tamen vltro vocatus ad iudicium Ecclesiasticum: in Synodali arbitrio esse dixit, in tanto negotio sequenda praescribere, nec aliquid ad se praeter reuerentiam de negotijs Ecclesiasticis pertinere. Quanto fuit modestior hic Arianus, quam tu Lutheranus?

Ab exemplis
Lutheranorum

Vis autem etiam Lutheranorum ea de re sententiam audire: Proferam: vt vestris votis confodiam. Gloriantur se Lutheranos esse, qui sunt Confessionis Augustanae, Acqui disertis verbis in ea scriptum est: Secundum Euangelium, seu vt loquuntur, de iure diuino, nulla iurisdictio competit Episcopis vt Episcopis, hoc est, ijs quibus est commissum ministerium verbi & Sacramentorum, nisi remittere peccata, item cognoscere doctrinam: & doctrinam ab Euangelio dissentientem reijcere, & impios, quorum nota est impietas, excludere a communione Ecclesiae. Neque vero dissentit ab hac sententia sua Confessionis Philippus in breui quodam scripto, quod de hac ipsa materia edidit. Nam sicut antea meminimus, non permittit is principibus de doctrina iudicandi potestatem, verum custodes eos tantum esse vult primae & secundae legis tabulae, quod ad externam disciplinam attinet, hoc est, sicut nos interpretamur: vt meminerint se non sine causa gladium portare, prohibeant idololatriam & blasphemias: neue ferant pro Dei verbo verbum suum hereticos populo venditare, neue propter vobulas aliquot e sacris literis productas, & in prauum sensum detortas, quod ab ipsis profertur, adorari tanquam Dei verbum patiantur. Quanta per Deum immortalem est vis veritatis, vt etiam per hostium veritatis iugula nonnunquam erumpat?

Ab exemplis
Ethnicorum

Vis autem Brenti, vt etiam Ethnicorum exemplo demonstremus, fas non esse, quod tu fas esse doces, vt secularis magistratus Ecclesiasticis se causis immisceat? Difficile quidem id esse videtur, sed periculum tamen faciemus. Fuerat a Catholicis Episcopis propter haeresim ex communione piorum electus & Episcopatu priuatus Paulus Samosatenus, quo tempore imperij gubernacula tenebat Aurelianus Imperator Christianae fidei persecutor. Paulus quoniam videbat Imperatorem esse Ethnicum, Episcoporum decretum contempsit, nec ab Ecclesiae domo voluit abstinere. Quid fecerunt Catholici? Confugerunt ad Imperatorem Ethnicum. Ille vero, quamuis Ethnicus, non esse tamen sui muneris intelligebat, vt inter Episcopos iudicaret. Sed conuenientissimè decreuit, sicut scribit Eusebius, vt illis ea domus adiudicaretur, quibus Episcopi Italiae & Romae in dogmate concordēs scriberent. Ita Paulus per summam ignominiam Ecclesiam pulsus est. Vides Brenti, quemadmodum nec Ethnicus Imperator licere

Euseb. lib. 7. cap.
30. Ecclesi. hist.

licere sibi putauit, vt Episcoporum se iudicem constitueret, verum ad suos iudices eos remiserit. Et quod non modo Catholicis, verum ne heretici quidem quamlibet seui aulli tyranni, quin etiam ne graues quidem Christianae fidei persecutores, Imperatores Ethnici fas esse sibi putauerunt, vt inter Episcopos de causa fidei cognoscerent: id tu Brenti fas esse contendis, non modo regibus aut principibus, verum etiam cuius de saepe vulgi. Quae est haec animi tui impotentia? quod est istud tam audens Apostolicis sedis & Catholicorum Episcoporum odium? vt & superioris, & huius gratias nostrae hereticos, quin & ipsos Ethnicos peruersitate superare coneris, dummodo odio tuo plusquam Vatriniano satisfacias?

Celsitudi ad
nerus Brenti
eleganter

Putat autem admirator ille tuus Vergerius, quod peruersè docetur a te, id se pientissimo regi & Domino meo probare posse? Errat Brenti, & quidem toto caelo, quod aiunt, errat. Nescit fortasse, quam sanctis parentibus, auis, proavis, & paternis maternis prognatus sit, quamque semper abhorruerit, & nunc etiam abhorreat ab hoc vestro Satanismo. Quae fuerit in Christiana, Catholica & Orthodoxa religione domus Iageloniae constantia, in ipso operis huius initio paucis attingimus. Neque vero sicut in alijs praedaris multis virtutibus, sic & in hac, sua laude carere inculta domus Austriacae, cuius quanta fuerit semper, & nunc etiam sit pietas, religio, sanctimonia, manifestum est orbi Christiano vniuerso. Atqui sic domus haec cum Iagelonia coniuncta est, vt vna propemodum esse vtraque videatur. Nam sicut pientissimus auus Serenissimi Regis mei Casimirus Rex ante centum annos ex Austriae familia, qua nulla est in orbe terrarum illustrior, Alberti Romanorum, Hungariae, Bohemiae regis & Archiducis Austriae filiam Elizabetham, qua vix vllam vidit Poloniae foeminam religione praestantiorum, uxorem duxit: sic & hic Serenissimus nepos eius excellentissimi illius, & vnius omnium religiosissimi Principis Ferdinandi Romanorum, Hungariae, Bohemiae que regis & Archiducis, in idem Austriae filiam Catharinam sibi matrimonio coniunctam habet, quae & ipsa pietate, religione, sanctimonia, nulla ex parte proauia sua Elizabetha inferior esse videtur. Cum igitur hoc in re certamen tuenda Catholicae religionis vtraque familia susceperit, nec altera alteri hac in parte concedere velle videatur, crede mihi Brenti, quod ad extremum vique vitae suae spiritum, Dei vires suppeditante, in eo quod cepit, praestabit.

Laus domus
Austriacae.

Elizabetha ex
Catharina ex
Austriacae familia
Regina Poloniae.

Vis autem ex Austriae domo recens exemplum tibi proferam? Non te clam est proculdubio, quemadmodum Leo decimus Pontifex Romanus, Martinum Lutherum ante annos plus minus triginta sex, erratè in viam reuocare conatus fuerit. Apud quem cum nihil patenter adhortationibus profecisset, de consilio Patrum amplissimorum, & eorum qui sacrarum literarum doctrina praestabant, Martinum vestrum Lutherum, hereticum pronunciauit. Ac misso nuncio ad vnum omnium Christianissimum Imperatorem, vereque Catholicum regem Carolum, postulauit ab eo tanquam primario filio, & aduocato, vt sedis Apostolicae sententiam sequutus, poenas contra eum decerneret, quibus haeretici condemnati consueuerunt, iuxta morem a praecis Imperatoribus Christianis & Orthodoxis obseruari solitum. Quid ad haec pientissimus Imperator, auitae religionis & puri verbi Dei propugnator acerrimus? Minimè grauatim se facturum ostendit, quod a primario Ecclesiae filio & aduocato factum oportebat. Quoniam vero nonnulli vehementer instabant, vt prius hominem ad se vocaret, quam ad exequutionem decreti a sancta sede Apostolica lati processisset, nec illis negare, nec aliquid quod personae suae non esset admittere voluit. Quamobrem ne secus aliquis factum hoc illius interpretari posset, in suo proscriptionis edicto, quod promulgari fecit, causam. Cur eum accersiri voluerit, his verbis adscripsit: Non vt nos, inquit, de negotio hoc iudicaremur aut cognosceremus: cum id proculdubio ad Romanum Pontificem & sedem Apostolicam pertinere: neque vt res sacrosanctae fidei nostrae tandem post tot secula per nouas altercationes cum magno fidelium scandalo & perturbatione, ac infidelium derisione in contouersiam vocari pateremur: sed vt cum vulgi, & plurimorum iraperentium satisfactione hominis animum percunctantes, cum bonis monitionibus & suasionibus ad rectam semitam, si fieri posset, reduceremus. Vides quemadmodum & hic non obscure tulerit, sui non esse muneris, de doctrina religionis cognoscere? Clarius autem etiam id ostendit, cum ei ante annos viginti septem libellus Augustanae confessionis oblatum, iudiciumque fuisset illius requisitum. Tum enim nulla circuitione vsus, respondit his qui hoc a se postulauerunt: non velle se quicquam determinare, neque posse concludere de negotio religionis, verum apud Pontificem Romanum pro officio suo diligenter se daturum operam de congregando Concilio generali. Agnoscis, opinor, verba vestrae confessionis Augustanae, Sic sibi religiosissimus hic Imperator nihil eorum

Exemplum po
stremi Imperatoris.

Testimonium Im
peratoris Caroli,
non sum esse
de Religione co
gnoscere, sed p
is, & Synodi.

vsurpare volebat, quæ sui non esse muneris intelligebat.

Nunc audi non diuersum de saglonia familia. Sanctus ille pater Serenissimi regis huius nostri Sigismundus primus qui ex qua Carolus Imperator paternum, ex eadem clarissima Austriæ familia maternum suum genus duxit: sanctus, inquam, ille Rex, qui ante annos non ita multos in Christo obdormiuit, cum alijs hæroicis virtutibus multis clarus, tum in tuenda fide Catholica constantia quadam & animi robore singulari præditus, pro qua mortem etiam oppetere paratus fuisse videbatur, cum ab eo postulerent eundem nonnulli, (quibus recte dici potuit: Nescitis quid petatis) vt purum Euangelium in regno suo prædicari permitteret: respondit, officij sui non esse de puritate verbi cognoscere, ad Episcoporum id munus pertinere, quorum quidem hæc de re iudicio, se etiam ipsum libenter maiestas eius submitteret, eorumque iurisdictionem saluam in omnibus esse vellet. Num autem ab eo degenerauit. Serenissimus hic filius eius, qui nunc habens regni moderatur? Is verò nihil facit libentius, quam vt sanctis sancti sui parentis vestigijs incedat, quem sui nominis gloria totum terrarum orbem impleuisse non ignorat. Itaque cum antea semel & iterum eadem illius quæ diu patris vox audita est, tum in proximis superioribus comitijs Varfauensibus, cum iterum peterent nonnulli, quò de causa religionis cognosceret, constanter admodum recusat, quòd non esse sui muneris diceret: sibi satis esse cum prophæticis causis negotij, nec eis omnibus diiudicandis vnũ se sufficere posse: Regem agere se, non Pontificem velle. Has illius voces Christiano, Catholico & Orthodoxo Rege dignas cum præsentibus in comitijs adfuissemus, auribus ipsi nostris audiuius. Tantum autem is ab eo absuit, vt de doctrina religionis cognoscere vellet, suam vt etiam voluntatem omnibus declararet, quòd de ijs rebus tantum quæ proprie ad Comititia pertinerent, præcipue verò de ratione regni defendendi deliberationem suscipi cuperet: cum tractatio de religione ad Synodos Episcoporum, non autem ad comitia spectet. Cum autem omnino res postularet, vt aliqua fieret religionis mentio, sic rem proponi fecit, vt disertis verbis nolle se diceret, vt de constituenda religione, quæ recte pridem esset constituta: verum vt de eo tantum sententiæ dicerentur, quemadmodum absente se à regno prouideri posset, vt pax nihilominus & tranquillitas in regno conseruaretur. Et putat Vergerius, qui non semel iam suæ constantis voluntatis tot nobis tam illustres dedit significationes: eum vel à Christianissimi Imperatoris, vel ab eius quem tanquam alterum patrem colit & obseruat, Serenissimi & excellentissimi Romanorum Regis: vel ab illius, quem iam æterni cœlorum gaudijs esse potitum confidimus, sancti sui parentis institutis discessurum, aut sui ipsius dissimilem futurum: vt suæ oblitus, alienam personam induat: & quibus de rebus semel iam orbis Christianus iudicauit vniuersus, de ijs recte an seculi iudicata sint, cognoscendi sibi ius arrogat? Prius oporteret, vt ei subderet orbem vniuersum, ac tum demum hoc ei persuadere conaretur. Quanquam si fecisset illud etiam, ne sic quidem sibi sumeret Rex pietissimus, quòd etiam eos Imperatores, sub quorum potestate redactus fuit orbis vniuersus, arrogare sibi nunquam ausos fuisse, perspectum habet.

Aliud exempli Regis Poloniae Sigismundi.

Matt. 20.

Exemplum Regis presertim Poloniae, quam sedulo curat is Religionem obseruet Episcopos

Que Vergerij te merit.

Ad Regem Poloniae apostroph.

Fides de qua cõ tenditur hodie, quomodo Catholica censenda et vindicanda est

Epilogus ad Regem adhortatorius. Aug. li. 3. contra epist. Parmeniam cap. 2.

Vide autem Serenissime Rex, quam ineptum, quamque sit absurdum, & ab omni ratione prorsus alienum, quòd admirator Brentij postulat Vergerius. Fides de qua controvertitur, non est huius aut illius nationis, multò minus huius aut illius hominis: verum dicitur & est Catholica, est omnium, omnium, inquam, gentium, regnorum, nationum: est orbis vniuersi Christiani. Et de eo quòd omnium est, quòd est orbis totius Christiani, vult Vergerius, vt vnus aliquis princeps aut rex (qui quotam illius partem obtinet) sibi iudicij vsurpet. Nunquid hunc hominem tu vel micam sanæ mentis habere putas? Etiam cõmuni sensu destitutus esse videret. Fingamus autem, vt in regno tuo (quòd pro sua misericordia procul Deus auertere dignetur) quocunque tandem iudice teor sum aliquid ab orbe reliquo Christiano de fide constitutur: cedo Brenti, cedo & tu Vergeri, quo nomine fidem hanc appellabimus? Poloniamne, an Lithuaniam, an Russicam, an Prusicam? Certè Catholicam vocare non poterimus, si fuerit ab orbe reliquo Christiano diuersa. Quid igitur aliud restabit, quam vt expungamus illum articulum nostræ fidei, Credo sanctam Catholicam Ecclesiam? Et illius loco dicamus: Credo Poloniam, aut Lithuaniam Ecclesiam: quæ sancta dici non poterit, si fuerit à reliquo Christi corpore, sancta Ecclesia Catholica separata.

Vidène iam Serenissime Rex, quam sint inepta, quam absurda, quam cum ipsa ratione pugnantia, quæ isti persuadere tibi conantur? Nulla sunt eorum alia, quam separationis consilia, quæ vir ille sanctus, prudens & doctus Aurelius Angustinus, perniciosa sacrilega, & impie vocat. Hæc vt amplectaris, vt ab orbe terrarum te diuidas, vt

teor-

teor sum ab illo, teor sum ab Ecclesia Catholica, nouam tibi fidem condas, notos ritus, nouas ceremonias institutas, vt maiores tuos ac nostros etiam omnes, quin orbem Christianum vniuersum, aut cecitatis, aut impietatis condemnes, quòd aut in clara luce scripturarum hallucinati sint, aut si quid in scripturis forte viderunt, aperte contra eas venire non dubitauerint: dicam vno verbo, vt schismaticus sis & hæreticus, auctores tibi sunt ipsi schismatici & hæretici Brentius & Vergerius. Et horum tu pestilentissimis vocibus aures tuas accommodabis? horum perniciosi consilij locum dabis? Si rectè non pietatem tuam, quàm & in publicis comitijs omnibus, & in priuatis colloquijs mihi non semel testatam fecisti, non facies pietissime Rex, non facies. Quin istas pestes tu haud aliter atque viperam & basiliscum vitabis, nec eis in regno tuo receptum dari patieris: cum eorum scripta dictaque non aliò, quàm & ad seditionem excitandam, & ad sempiternum animarum interitum spectent omnia. Etiam atq; etiam tecum consideram, quem istiusmodi consilia rerum statum effecerunt in Germania, quem ante annos non ita multos in Anglia quòque, vt ne vetustiora proferam exempla. Alieno quàm tuò ipsius periculo discere potius, quantam secum ea res malorum illadem adferat, si qua gens à Christo, à quo semel vocata est in gratiam, in aliud Euangelium transferri se patiat. Sed nolo pluribus, ne de constantia tua, deque animi tui robore dubitare videar. Nunc de eo quòd proximè sequitur capite, disserere incipiam.

LIBRI SECVNDI FINIS.



LIBER TERTIVS DE AVCTORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, AVCTORE STANISLAO HOSIO EPISCOPO VVARMIIENSIS.



DE quo capite sermo nunc instituitur, in eo permultum esse positum facile quivis intelliget, qui vel Ecclesiasticam historiam, vel acta Conciliorum, vel sanctorum Patrum eos libros diligenter legerit, in quibus illis cum hæreticis certamen fuit. Semper enim hi sic ad solas scripturas prouocabant, sic solis illis innitebantur, vt præter eas nihil recipiendum esse censerent, nec vltas Patrum interpretationes admitterent, sed quem ipsi sensum attulissent, eum obtinere vellent. Horum igitur maiorum suorum vestigijs incedunt etiam nostri temporis hæretici. Quemadmodum illi, sicut à Tertulliano dictum est, de scripturis agebant, de scripturis suadebant, scripturas obtendebant, & hac sua audacia statim quòsdam mouebant, in ipso verò congressu firmos quidem fatigabant, infirmos capiebant, medios cum scrupulo dimittebant: sic isti quoque nunc faciunt scripturarum contortores, sanæque fidei & honorum operum extortores.

Quos eo quidem nomine quòd scripturas adferunt, damnat nemo: sed quòd sicut Ariani, sic Macedoniani, sicut Nestoriani, sicut Eutichiani, sicut alij pleriq; omnes hæretici præter scripturas recipiendum esse putant nihil: quòd prauam earum interpretationem adferunt: quòd penes quæ solæ veræ scripturarum intelligentiæ lux est, Ecclesiæ sensum & consensum pro nihilo ducunt: hoc est, quamobrem eos damnandos censemus: hoc est, quamobrem eos hæreticos pronunciamus. E scripturis probare conabantur Iudæi, quòd Christus ne Propheta quidem esset. Dicebant enim: Scrutare scripturas & vide, quia Propheta de Galilæa non surgit. E scripturis ijdem eum esse morte dignum demòstrare contentebant. Nos legem, aius, habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Quis autem eos vnquam propterea reprehendendos esse duxit, quòd scripturas adducebant? Nemo sanus certè. Sed quòd eas non intellectas, quòd in

Most hæreticorũ, ad solas prouocare scripturas.

De prescriptio nibus hæreticorum.

Catholici cõtra hæreticos, nõ de scri pturis, sed sensu scripturæ contendunt.

Ioan. 7.

Ioan. 19.

prauum sensum detorras, quod contra scripturarum auctorem Christum producebans, hoc est quod eis merito crimini datur.

Catholici plus quam Hæretici scripturis tribuunt.

Lib. 2. de Trini.

1. Ioan. 2. Hæretici à Catholicis scripturis minus minuantur.

Luce. in epist. quada ad duos plebanos de Anabaptismo.

En Lutheri testimonium.

Numer. 23.

Fraudulenta Brentij rhetorica

Confessio Vvitembergensis.

Confessio Cathol.

Exech. 13.

Ioan. 20.

Quamobrem ne credat pius lector, inter Catholicos & hæreticos nostri temporis, vllam esse de scripturis controuersiam, aut eam à nobis tanquam Dei verbum summa cum reuerentia nõ recipi. Nulli sunt, qui plus ei tribuendum putent quam nos, qui per Dei gratiam & vocamur & sumus Catholicis. Sed quod pridem ab Hilario dictum est aduersus eiusdem generis homines, cuius est Brentius cum suis. De intelligentia hæresis est, non de scriptura, sensus non sermo fit crimen. Vnde autem Brentius? vnde cæteri, qui fuerunt ex nobis, sed non permanferunt nobiscum, scripturas habent? An non ab ijs ipsis, à quibus discesserunt? A nobis, à nobis, inquam, & à Patribus nostris Catholicis. Possunt ne vel iota vel apicem vnum proferre, qui fuerit, à nobis, vel à Patribus nostris in Scriptura mutatus? qui sicut à suis acceperunt Maioribus, ita vicissim nobis suis posteris integras eas & incorruptas tradiderunt, vt eas quales accepimus, ad nostros quoque posteros transmittamus. Res est euidentior, quam vt demonstrationis alicuius indigeat.

Proferemus nihilominus hac de re Brenti, Isebiensis idoli vestri testimonium. Sic enim ille loquitur: Audio, inquit, & vidio rebaptizationem à quibusdam vsurpati ex eo fundamento, vt in despectum Papæ faciunt, tanquam hi qui nihil ab Antichristo habere velint. Quemadmodum & Sacramentarij propterea merum panem & vinum credere volunt in despectum Papæ, arbitantes se hoc pacto rectè subuertere posse Paparum. Profectò frivolum est hoc fundamentum, supra quod nihil boni edificari sunt. Hoc enim pacto negare eos oporteret totam scripturam sacram, & prædicandi officium hoc enim totum à Papa nimirum habemus, & nouam quoq; scripturam sacram nos facere oporteret. Sic & vetus testamentum nos dimittere oporteret, ne quid ab infidelibus haberemus Iudæis. Stultitia est hoc totum. Nam & Christus in gente Iudaica inuenit Pharisæorum & Scribarum abusus, nõ tamen propterea totum reiecit, quod illi habuerunt, & docuerit. Nos autem fatemur, sub Papatu, plurimum esse boni Christiani, imò omne bonum Christianum atq; etiam illinc ad nos deuenisse. Quippe fatemur in papatu veram esse scripturam sacram, verum Baptismum, verum Sacramentum altaris, veras claudes ad remissionem peccatorum, verum prædicandi officium, verum Catechismum, vt sunt oratio Dominica, decem præcepta, & articuli fidei: dico insuper sub papatu veram Christianitatem, imò verum nucleum Christianitatis esse agnoscis verba Dei vestri Brenti? Quod autem pro causa nostra testimonium luculentius adferri poruit, etiam ab eo qui suauissimè in nos effusus esset, quam quod allatum est ab hoc vno mortalium omnium nobis infestissimo? Aded per Prophetæ huius vestri, sicut per Balaam olim iugulum, vel in viro eo veritas erupit.

Quare non credat pius lector impio Brentio sic suam causam proponenti, quasi Petrus à Soto vir pius, Catholicus, & doctus fecus aliquid de maiestate scripturarum senserit, quam sentire virum catholicum oporteret. Rhetorem agit Brentius, atque ita rem proponit, vt omni ratione summum odium & inuidiam viro pio & docto conflare queat. Sed nos arte Rhetorica seposita, & confessionis Brentianæ verba, & quæ ex aduerso scripsit Petrus à Soto, ponemus, ex quibus facile Lector æquus iudicabit, quanta venerabili viro fiat iniuria ab eo viro, qui nihil aliud quam ardens odio, odium in illum suum expleri cupit.

Sic habet Confessio Brentiana, quam sub nomine sui Ducis edidit: Sacram Scripturam vocamus eos canonicos libros veteris & noui Testamenti, de quorum auctoritate nunquam in Ecclesia dubitatum est. Sic habet ex aduerso Catholica assertio: Scripturam sacram illam Catholica fides agnoscit, quæ continet noui & veteris instrumenti libros, quos à Spiritu sancto editos Ecclesia agnoscit, & veneratur. Et tanquam inter hos illi primum locum teneat, de quibus nunquam dubitatum est, quosq; semper omnes susceperunt Ecclesiæ: nec tamen propter quos non omnes susceperunt, extra Canonem habere debent consentientes Ecclesiæ filij, si eos posteriori tempore constat susceptos esse in Ecclesia vt Canonicos.

Iudicet hic æquus Lector, vter de scriptura scribat reuerentius, is ne qui vel recipit, vel reijcit quosuis libros Canonicos, arbitrato suo, an is qui recipit omnes, quos à Spiritu sancto editos Ecclesia recipit ac veneratur: qui non sequitur hac in re Spiritum suum, quod faciunt insipientes Prophetæ, sed Ecclesiæ Spiritum sequitur: & quos illa Canonicos esse quocunq; tandem tempore iudicauit, eos pro Canonicis recipit. Nam etsi de nonnullis dubitarum fuit aliquando, num ideo dubitari perpetuò debet? Dubitauit etiam Thomas de Christi resurrectione, num in hac sua dubitatione permanere nihil-

nihilominus debuit etiam, postquam suas illi cicatrices Christus ostendit? Sed sicut dubitatum est à Thoma, ne dubitaretur à nobis: sic etiam de quibusdam Canonicæ scripturæ libris dubitatum aliquando fuit, vt per eorum quorum intereat, præsertim verò Patrum in Concilio congregatorum sententiam, dubitationi quandoque finis imponeretur. Ad hoc enim Concilia congregantur, vt quibus de rebus dubitatur, de ijs quid pro certo teneri debeat, decernatur.

Dubitatum fuit olim de libris veteris Testamenti Iudith, Tobia, Sapientia, Ecclesiastico, duobus etiam primis Machabæorum, & Baruch. Noui verò, de Apocalypsi, epistola ad Hebræos, epistola Iacobi, secunda Petri, secunda & tertia Ioannis. Ac de libro Iudith Cõcilium Carthaginense sub Aurelio Carthag. Episcopo, Innocentius primus, Gelasius cum septuaginta Episcopis, concilium Florentinum sub Eugenio quarto, pronuntiauit quod sit Canonicus: itidem & de Tobia libro, & de Ecclesiastico, & Sapientia. Quod ad Machabæorum duos libros attinet, extant canones Apostolorum, quorum auctor fuisse putatur Clemens Petri successor, in eorum extremo tres libri Machabæorum in Ecclesiastico Canone numerantur. Ab Innocentio primo duo tantum, itidem à Carthaginensi Concilio, prouincialium quidem, sed quod à sexta Synodo generali confirmatum est: vt iam illius decreta, pro Synodi generalis decretis habenda sint. Similiter & à Florentino & à Tridentino concilio duo tantum libri Machabæorum in canone recentur. De quibus ab Augustino scribitur, quod Machabæorum libros non Iudæi, sed Ecclesia pro Canonicis habet. Et alio loco, cum de Rhafia testimonium ex historia Machabæorum produxisset: Hanc, inquit, scripturam non habent Iudæi sicut legem & Prophetas & Psalmos, quibus Dominus Testimonium perhibet tanquam testibus suis, dicens: Oportebat impleri omnia, quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me: sed recepta est ab Ecclesia. Itaque non solus Augustinus ex hac historia testimonia producit, verum & Irenæus, & Tertullianus, & Origenes, & Cyprianus, & Chrysostomus, & alij, ita vt dubitare de ijs libris, num sint Canonicis, post factam ab Ecclesia determinationem sit Iudæum esse, nõ Christianum. Nam nõ recipiunt Iudæi, recipiunt iam à mille ducentis annis Christiani. Eadem est ratio (ne longum faciamus) de libris noui testamenti. Nam etsi fuit aliquando de nonnullis dubitatum, tamen ex quo tempore totius Ecclesiæ cõsensu recepti semel, & inter canonicos numerati sunt, dubitari amplius deinceps non debet.

Prosequitur in sua cõfessione Brentius: malum enim verba cõfessionis ipsius adferre, quam quæ scripsit in hoc libello, cuius magna pars nõ aliunde cõstat quam è fannis, dictionibus, conuitijs: in quo sic etiam ludit scripturis, sic eas tractat ioculariter, vt verè de illo dici possit, quod venerabili viro Petro à Soto falsò impingit, eum haud aliter scripturas, quam Aesopii fabulis vii. Deinde verò cõfusè tractat omnia, subinde eadem repetens, vt scopas (quod est in proverbio) dissolutas agnoscere liceat. Sic igitur loquitur in sua Cõfessione Brentius: Hanc scripturam credimus, & cõfitemur esse oraculum Spiritu sancti, cœlestibus oraculis ita cõfirmatum, vt si angelus de cœlo aliud prædicauerit, a mathema sit. Quare detestamur omnem doctrinam, cultum & religionem pugnantem cum hac scriptura. Ex aduerso verò Petrus à Soto sic: Hanc sacram scripturam non dubitamus Spiritu sancti esse reuelationem: sic Ecclesiam omnesque ad plenam sibi adhibendam fidem obligantem, vt nõ dubium sit, omnem doctrinam illi contrariam reijciendam esse. Hic nihil videtur esse controuersie. Nam & Catholicis detestantur omnem doctrinam, cultum, & religionem pugnantem cum scriptura: nisi quod Brentius & cæteri qui segregauerunt semetipsos, iudicant nõ nunquam pugnare cū scriptura quæ nõ pugnat.

Pergit Brentius: Sed quod nonnulli sentiunt, in hac scriptura nõ contineri omnem doctrinam, nobis ad veram & perpetuam salutem cognitum necessariam, & ius interpretandæ huius scripturæ in potestate summorum Pontificum ita situm esse, vt quod hi pro suo arbitrio pronunciant, amplectendum sit pro sententia Spiritu sancti, videtur facilius posse dici, quam probari. Petrus ex aduerso: Hanc scripturam agnoscit vera fides admirabili Spiritu sancti concilio scriptam, vt maximè salutem hominum conueniebat. Quare multa in ea & diffilia, & obscura: partim hoc ipsum intendente Spiritu sancto ad exercendos pios, & repellendos impios, partim permittere malitia hominum, constat inueniri. Quò fit, vt ad vnitatem fidei tenendam, necesse sit esse in Ecclesia ius & potestatem certam & constantem ad interpretanda hæc dubia: & hæc apud summos eius gubernatores: non vt quisque pro arbitrio suo id faciat, sed pro ipsius Spiritu sancti sensu. Ea quoque Spiritu sancti dispensatione mirabili, ita in hac scriptura iacta sunt fundamenta omnium, quæ ad salutem sunt necessaria, vt tamen multa extra eam credenda tradita sint Ecclesiæ.

Veterum dubitatio de scripturæ libris prodest posteris.

De quibus libris scripturæ dubitatum.

Can. 47. Epist. 3. ad Exuperium cap. 3. Li. 11. Machabæorum Canonici.

Lib. 18. de cini. Dei, cap. 26. Contra Gaudenz. li. 2. c. 23.

Brentius quantum sibi permittat in scripturis, quæ quæ cõfessio.

Hæretici iudicant cum scriptura pugnantem, quod non pugnat.

In his Petri verbis tria sunt, quae offendunt Brentium: Primum quod dixerit, in scriptura difficilia & obscura esse multa. Secundum, quod extra eam credenda pleraque tradita sint Ecclesiae. Tertium, quod ius interpretandi dubia voluit apud summos eius gubernatores esse. Nugantur, inquit, scripturam esse obscuram, id eo quod in digere interpretatio ne: Interpretationem autem esse penes Ecclesiam. Negari quidem non potest, quin aliquoties nonnulla in sacra Scriptura obscuritas imperitis occurrat, propter phrasim eius linguam, qua Scriptores vsi sunt. At qui Brenti, phrasim eius linguam fuit cognita legentibus epistolae Pauli, Petro superflite. Dicit illi nihilominus, quod in illis quaedam sunt intellectu difficilia, quae in docti & instabiles depravant, sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem. Nec negari, inquit Brentius, potest, quod & res ipsa testificatur, quod impij & incredulis scriptura sit maxima ex parte obscura. Si adhuc, inquit Paulus, velatum est Euangelium nostrum: videlicet quod Apostoli praedicarunt, & mox literis mandatum est: in ijs qui pereunt, velatum est, in quibus Deus huius seculi excavit sensus incredulorum, ne luce sceret illis lumen Evangelij. Et Iohannes: Lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non apprehenderunt. Sed pijs credentibus in Christum, atque Spiritu Christi donatis praecipua capita Christianae doctrinae ita nota & manifesta sunt: vt audeant etiam de ijs cum Satana ipso certamen inire.

Est ita, quod impij & incredulis opertum est Euangelium, cum non sine causa dictum sit a Propheta: Credite, & intelligetis. Verum non solis impij & incredulis. Cur enim aliqui tantum opere poneretur a fidelibus in assequenda Scripturarum intelligentia? Inter fideles non postremus erat Hieronymus. & linguis omnibus instructus, & doctrina non vulgari praeditus, saepe tamen haerebat, saepe sudabat in explanandis prophetis. Id eo occidebat Augustinus, quod; non raro, praecipue cum locum illum explicaret de peccato in Spiritu sanctum: & cum alia multa scripturae loca enarraret, in quibus ipse sibi per se non satis faciebat. Et certe fateri ipse, quod pleraque sint in Scripturis obscura: quod ita diuinitus sentiam, quum esse scribit ad edendam laborem superbia, & intellectu a fastidio reuocandum: cui facile inuestigata plerumque vilescunt. Sed & Hieronymus: Omnis, inquit, prophetia in obscuritate continet veritatem, vt discipuli intrinsecus audiant, vulgus ignobile & foris positum, nesciat quid dicatur. Quid autem opus est Doctorum testimonij? Clamar hoc etiam res ipsa. Vnde enim tot & tam variae interpretationes trium tantum verborum, Hoc est corpus meum, si nihil est in scripturis obscuritatis? de quibus ipsi etiam inter se Sacramentarij non consentiunt. Quare nihil cum Brenti, quod cum Satana de doctrinae Christianae praecipuis capitibus certamen inire velis. Tentauit hoc Magister quoque; tuus Martinus Lutherus de non postremo Christianae doctrinae capite, de Missae sacrificio: volebat cum Satana de eo certamen inire: verum turpiter victus manus dedit. Absit igitur, vt ingenij sui fiducia fretus quisquam, cum eo disputare animum inducat. Est enim in scripturis exercitatus, neque sine causa Daemon a Graecis appellatur: qui si charitatem, quae non inflat, scientiae coniunctam habere posset, minus multos in errorem induceret: sed cum alia omnia habere possit, sola est, quae non inflat, charitas, quam nec ipse, nec membra eius habere possunt.

Quaerit Brentius, quomodo peccatum, quomodo mortem, quomodo horrores inferni, adeoque satanam ipsum vincerent, si ignotum, si obscurum eis esset verbum Domini, quod firma fide apprehendere, & quo tanquam gladio aduersus spirituales astutias in caelestibus vti debent? Non semper Brenti scientia, vel intelligentia Scripturarum peccatum, mortem, horrores inferni, denique Satanam ipsum vincere licet. Firma fides ea demum est, qua victoria semper contingit: quam solidiorem non nunquam reperire licet in ijs, qui minorem habent scripturarum intelligentiam. Qui cum se nihil aliud scire iudicent, quam Iesum Christum & hunc crucifixum, in illo solo fiduciam suam omnem collocatam habentes, articulum hunc toto corde profitentur: Credo sanctam Ecclesiam catholicam. Non scripturas in quibus pijs multi non multum exercitati sunt, sed vnicum hunc articulum opponunt Satanae, quoties ille cum eis certamen inire cupit: eo praecipue tempore quo grauis est cum morte lucta, quod non sine causa Graeci vocauerunt agonem. Nihil est periculosius, quam velle tum de Scripturis cum Satana contendere, quas melius ille caller, ac dilucidius & verisimiliter explicare nouit, quam quisquam mortalium, singulari sancti Spiritus auxilio non adiutus, quamlibet fuerit in scripturis exercitatus. Praclare scriptum est a Tertulliano: Fides tua te saluum fecit, non exercitatio scripturarum. Scimus quomodo certamen hoc successerit magistro vestro Martino Luthero, qui cum de Scripturis cum Satana contendere, sic se ab illo superatum esse constiterit, vt argumentorum illius vi compulsum, & sacerdotum & sacrificiorum vllum esse negaret. Neque dubium est, quin eum vt Christum quoque negaret, facile fuisset addu-

adductus: verum causa sua non dum id expedire videbat. Prius per Lutherum animos hominum praeparari necessarium esse duxit sacerdotij & sacrificij simul abrogatione: quod sic per gradus quosdam ad tandem perueniretur, vt esse Deus quoque Christus negaretur. Has itaque partes, Lutheri discipulo Campano & serueto reseruit. Nam si per Lutherum omnia sua mysteria simul Satanae retelasset, plus aded cause suae derimenti attulisset. Quis enim nondum satis Lutheri dogmatibus instructus, aures suas Satanae praebere voluisset, si tam aperte rem ageret, vt Christum verum Deum esse, deique filium negaret? Quam obrem nihil est, quod maiore cum periculo sit coniunctum, quam si quis de Scripturis cum Satana certamen inire velit: praecipue quo tempore grauis agone instat, cum anima venit a corpore separanda: tum vero tutissimum fuerit exemplum, fequi Carbonarij cuiusdam: ex quo cum animi causa vir quidam doctus quaesiuisset, quid crederet, symbolum recitauit. Cum interrogaret ille, quid praeerea crederet, respondit: Quod Ecclesia credit Catholica. Ille vero: Quid credit Ecclesia? Quod ego, inquit, credo. Cumque subinde ille quaereret: circulo hoc vsus Carbonarius, nihil aliud respondit, quam se credere, quod Ecclesia credit, Ecclesiam credere, quod ipse crederet: nec aliud ab illo quicquam elicere potuit: fertur autem euenisse postea, vt vir ille doctus, & sacrarum literarum peritus in grauem morbum incideret, deque vita sua periclitaretur: Orsus est cum eo quoque tum Satanae disputare: quidque crederet, ex eo quaerere. Cumque nimis vrgeret Satanas, neque se miser ille satis explicare posset, venit ei in mentem Carbonarij, nec alia fuit eius vox audita praeter haec, Vt Carbonarius. Qui vero absidebant, eum propter morbi vim errore mentis affici putabant: posteaquam vero fuit ex morbo confirmatus, interrogabant eum; quid sibi voluerit, cum toties clamaret, Vt Carbonarius? Ille rem omnem explicat ordine, quemadmodum in illa sua cum Diabolo disputatione, sicut olim audierat ex Carbonario quodam, non alio sibi confugiendum esse duxerit, quam ad fidem Ecclesiae Catholicae, tanquam ad asylum vnum omnium tutissimum: quodque plus in ea praesidij tum inuenisset, quam in omni scripturarum exercitatione, quas tota vita sua meditatus erat diligenter. Acceptum se ferre diuinae misericordiae, quod in simplicem illum carbonarium incidit: cuius nisi sibi succurrisset exemplum, ingens fuerit periculum & discrimen aditurus. Siue autem vera sit haec historia, siue se res aliter habeat, certum tamen illud est & indubitatum, quod cum omnibus ex aequo fides ad salutem sit necessaria, nulli citius & grauius offendunt, quam qui cum abudent ingenio, plus alijs in scripturis videre se persuasum habent, nisi captiuenter intellectum suum in obsequium Christi & corporis eius Ecclesiae. Quam qui credit, qui se totum illi permittit, illam audit, illam secundum Deum ipsum veretur, etiam si propter intelligentiae suae viciatatem pleraque non assequatur, tutissimum tamen illum facit, non intelligendi variatas, verum credendi simplicitas. Verum enim dixit ille, quod pietas diuina non attendit, quanta cognitione credatur; sed magis, quanta deuotione quod creditur, diligitur. Et alius quidam: In die, inquit, examinis nouissimi non interrogabimur, quantum fuerit intellectus noster acutus & eruditus, sed qualis fuerit affectus noster ad Dominum Deum nostrum: hoc est, quam simplex, quam rectus, quam pius, humilis & deuotus, quam spontaneus & fidelis in Dei seruitio.

Pergit Brentius: Hoc autem verbum Domini habet sua clara, aperta, dilucida & perspicua testimonia in sacra scriptura. Testimonia haec excutientur suo loco. Imo, inquit, vniuersa scriptura in hoc data est diuinitus, vt quae sunt salutis nostrae necessaria ex ea cognoscamus. Hoc verum esse libenter concedimus: verum & hoc non minus verum est, quod etiam scripturas omnes non admodum aliquis intelligat, salutem nihilominus consequi possit. Non enim intelligendi viuacitas, verum credendi simplicitas nos tutos & saluos facit. Quid enim; inquit Brentius, prodesset, si nobis talis scriptura, qualis est Timaeus Platonis, obtruderetur? Iam ex Augustino docuimus, quod non nihil obscuritatis in sacris voluminibus propterea Deus residere voluit, quod expedire iudicaret, caelestis philosophiae mysteria sic velari impijs, porcorum exemplo conculcaturis margaritaras, vt pijs tamen ad docibilibus pateret aditus. Simul quod id excitanda quoque mentis humanae socordia conducere. Nam quod in promptu est, negligimus, iuxta Graecorum prouerbum: In foribus hydrum: ad recondita femotaque sumus audiores. Et vt magis illa iuuant, quae pluris emuntur: ita chariora sunt nobis, quae cum labore sumus assequuti, quam quae vitro obtigerunt.

Quod si alicubi, inquit Brentius, obscuriora videtur, extant alia eiusdem scripturae loca, quibus obscuriora illustrantur, vt verbum quod Dominus nobis cognoscendum proposuit, non sit supra nos, neque procul positum, vt verbis Moysi vtar, nec in caelo, multo minus in Roma situm, vt possis dicere: Quis nostrum possit in caelum ascendere, vt dese-

De scriptura obscuritate & difficultate.

2. Pet. 3.

2. Cor. 4.

Iohan. 1.

Esai. 7. Non solum infidelibus sed fidelibus etiam obscura scriptura.

Labr. 2. de doctr. Christiana. cap. 6.

In Ezech. c. 45.

Matth. 26.

Exemplum Lutheri.

Quomodo vincatur Satan cum suis copijs.

Quae fide Satan deuincatur.

De praescriptionibus aduersus haereticos. Luther. a Satana victum se fecerit.

Exemplum fidelis Carbonarij imitandum.

2. Cor. 12. Ecclesiae credendum.

Hugo de S. V. flore lib. 1. part. 10. cap. 6. de Sacramentis. Genes in libel. An monachus pro studio possit negligere diuinae consideratione.

Non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas saluissimam facit.

Cur obscura scribuntur.

De loco. Deu. 30. Rom. 10.

rat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare aut ultra montana Antiochia aut Romae positum, ut causeris & dicas: Quis est nobis poterit transire mare, aut montes superare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere, quod praeceptum est? Sed iuxta nos est sermo in ore nostro, & in corde nostro ut faciamus illud. Hic enim sermo tam perspicue nobis in Scriptura propositus est, ut de eo & loqui ore, & cogitare corde possimus. At qui Brenti quod profert ex Deuteronomio testimonium, id sancti Doctores de ea, quam vos negatis proclivitate servadorum Dei praeceptorum interpretantur non recentiores magis quam illi praefici, Philo in libello de victimis offerentibus, Tertullianus, Origenes, Antonius apud Athanasium, Ambrosius & alij. Quin & Paulus in hunc sensum citare videtur hoc ex Mose testimonium, quod omnem ille populo velut excusationem adeptam, si quod praeceptum est, servare negligat: quandoquidem sic est exhibitum, ut sit in proprio, nec illud est longinquum petere sit necesse. Quod non modò Chrysostomus & Theophilactus in hunc sensum à Paulo productum esse volunt, verum & ipse Pauli verborum contextus id iudicare videtur.

Lib. 4. contra Marcionem. Lib. 10. in epist. ad Rom. ca. 12.

Septimum esse sententiam suam confirmat Brentius.

Iuramentum VVitembergae magistrorum.

Viginti sententiae de iustificatione variantes. Osiander à VVitembergensibus damnatus, à Brentio non improbat.

Dissensiones in sententia Lutherani.

Brentius & legimus ratio de sententia quaestiones dirimendi. Anacletus epist. 10.

Sed demus tibi Brenti, veram esse quam vos profertis interpretationem, quòd verbum quod Dominus nobis cognoscendum proposuit, non sit supra nos, neque procul positum, nec in caelo, multò minus in Roma situm, ut nihil necesse sit montes superare: certè, si non est Romae situm, nec in oppido VVitembergensi, nec in ducatu VVitembergensi positum est. Si itaque tam propè est unicuique mortalium vbiunque locorum degat, verbum hoc, qui sit quòd qui vel Theologiae Doctores VVitembergae, vel artium sunt Magistri, conceptis verbis iurare coguntur, quòd nihil in doctrina religionis de rebus dubijs constitutere velint, nisi re prius ad Seniores Confessionis Augustanae, quos VVitembergae degere certum est, relata? Quorsum autem atinet etiam à longinquis & remotis locis de quopiam Christianae doctrinae loco VVitembergam referre, si nihil in Scriptura difficile, nihil est obscurum? Si tam propè est unicuique verbum Domini, si tam clarum est & dilucidum omnibus? Non ignoras Brenti, quanta fuerit alicubi de iustificationis articulo disceptatio, quem vos praecipuum Christianae doctrinae locum esse, quem summam Evangelij continere vultis. Certè, summam Euagelij claram & perspicuam esse oportet, cum nusquam periculosus erraret, quam in summa Euagelij. At qui haec vestris etiam, quos tu pios esse vis Brenti, tam est obscura, ut viginti de ea diversas sententias maxima ex parte vestrorum, protulerit Osiander, quas cum reiecisset omnes, suam tandem ab omnibus illis discrepantem attulit, & eam obtinere voluit: de qua verbo Domini, quod vos tam expeditum, tam unicuique propinquum esse vultis, admirabilis quadam exorta fuit altercatio, dum Osiandrina factio quod ipsa diceret. Meliniana contra quod ipsa sentiret, id esse verbum Dei contenderet. Quis est autem qui factio admirari queat, cum tam clarum esse Scripturam lucem velitis, cum nihil in eis obscuritatis inesse, cum eam intelligentià obuiam omnibus esse ita asseueranter dicatis, vnde de praecipuo Christianae doctrinae loco nata sit ista tanta contentio? Sed magis etiam hoc mirum est: posteaquam re ipsa comprobatum est, non esse tam propè verbum Domini, quam vos vultis, ut necesse fuerit de eius sensu cognoscendo longius mittere: missum est longius ad eam, quae Roma vestra est, VVitembergam: ibi condemnata est Osiandri sententia. Erant, qui non acquiescerent in Decreto VVitembergae lato. Mittendum censuerunt adhuc longius: appellatum est ad te Brenti. Tibi verò fuit religio, sententiam Osiandri condemnare, quin eam approbare visus es. Cedo Brenti, si nihil est in Scripturis obscuritatis, cur de praecipuo Christianae doctrinae loco hoc, de quo summa totius Evangelij sic ambigitur? Si tam propè est verbum Domini, quam vos vultis, cur illius explicandi causa tam longè mittitur? Si tam est apertum, tam clarum, tam perspicuum, qui sit, ut aliud de eo Philippo, aliud tibi videatur? nec inter vos qui proceres estis & Antesignani Lutheranae factionis, de summa Euagelij adhuc conueniat? quam obscuriorem etiam effecit hoc vestrum dissidium, quam visa fuerit antea.

Quòd si iuxta receptum à maioribus nostris morem iam inde à mille quingentis annis, quem non tantum à catholicis & Orthodoxis, verum ab ipsis etiam haereticis persèpe legimus fuisse obseruatum, de hac quaestione fuisset ad sedem Apostolicam relatum, sicut Apostolos ipsos iussione Saluatoris statuisse narrat Anacletus, ut maiores & difficiliore quaestiones ad eam deferrentur: si hoc, inquam, ita factum fuisset, & quam semper habuit à Petri Pontificatu ad haec usque nostra tempora sedes ista auctoritatem, eam apud vos quoque retinisset, vel adhuc quoque retineret: iam pridè direptalis haec, & quorum fluctuant cõsistentia, iam pridè in viam essent redacta, animiq; tranquillitatem cõsequuti. Sed vos ad eas, quae heri (quod aiunt) & nudius tertius nate sunt Ecclesias de causis eiusmodi referri mauultis, quàm ad illam cuius solius proprium semper fuit de cõtrouersia religio-

religionis iudicium, ex quo tempore in eum, qui iam venit, Christum credi coeptum est. Inde tot sectae, inde tot haereses natae sunt, inde Satanismus hic exortus est, quem in huius libelli initio recensimus.

Profert & alias scripturas Brentius: Hoc illud est, inquit, quod Esaias de filijs vere Ecclesiae ait: Dabo vniuersos filios vos doctos à Domino. Et Hieremias: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vnusquisque proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me, à minimo usque ad maximum, ait Dominus. Hoc dicto non extenuat, non rejicit Propheta sacram Scripturam, sed potius commendat eam, & docet, quòd Dominus daturus sit populo suo Spiritum sanctum, ut Scripturam rectè intelligant, & ex ea Dominum verè cognoscant. Aperuit, inquit Lucas, illum mentem, ut intelligerent Scripturas. Rectè tu quidem non extenuari, neque rejici Scripturas dicis per haec Esaiæ & Hieremias verba, quae produxisti. Sed quid, si seculis ea Suenckfeldius interpretetur cum suis caelestibus Prophetis, qui per ea volunt externum verbi ministerium abrogatum: quòd certè nihil opus est, si ita aperte, ita faciles, tam omnibus obuia sunt Scripturae, quam vos vultis. Frustra ergo dedit Deus, quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores, si omnes à Deo docti sunt, si non debet ultra docere vir proximum suum, si non habemus necesse, ut aliquis doceat nos, sed vnctio Spiritus sancti docet nos de omnibus. Sed & re Brenti frustra Princeps tuus alit, cum ipse doctus à Deo, re docto re non egeat. Nec omnino vanum est, quod Suenckfeldius docere dicitur, Deum non vti medijs ad iustificationem hominis, non per instrumenta salutem nostram operari. Spiritum sanctum siue medijs docere. Ex tali doctrina vestra prodijt ille nobis: ex tali doctrina prodierunt caelestes quoque Prophetae. Vera sunt autem, quae per Esaiam & Hieremiam dixit Dominus, sed ea partim iam sunt in Apostolis impleta, quo tempore Spiritus sancto repleti, coeperunt loqui varijs linguis; partim in illa caelesti Hierusalem implebuntur, vbi quàm mercedis loco promittitur nobis ipsius Dei beatissima contemplatio. Tunc enim fiet, quod dicit Apostolus: Siue prophetiae euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia euacuabitur: illa scilicet paruulorum scientia, in qua hic viuunt, qua ex parte per speculum Deus in aenigmate videtur: propter hanc enim necessaria est prophetia, cum adhuc praeteritis futura succedunt: propter hanc linguam, id est, multiplicitas significationum, cum ex alio atque alio, aliud admonetur, qui modum aeternam lucem perspicua veritatis mente purgatissima cõtemplatur. Cum autem venerit quod perfectum est, & totum hoc quod ex parte est, fuerit euacuatum, tunc quòd ad summa carne carni apparuit, ostendit seipsum dilectoribus suis: tunc erit vita aeterna, ut cognoscamus vnè verum Deum: tunc similes ei erimus, quoniam tunc cognoscemus, sicut & cogniti sumus: tunc non docebit vnusquisque, quem suum aut fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: Omnes enim cognoscent eum à minore usque; ad maximum eorum: erit enim Deus omnia in omnibus. Ita verba haec Augustini interpretatur, Quamobrem nihil est, quòd ad praesentis seculi homines ea torquere velis, ut sic perspicuam esse scripturam affirmes, nemo ut interpretis aut Doctores egeat. Quamuis & in hoc seculo fieri possit, ut alicui ex paruulis reuelat Deus, quae abscondit à sapientibus. Sed priuilegia paucorum, non faciunt legem communem. Vna hirundo, ut est in prouerbio, non facit ver.

De locis Esai. 54. Hier. 31.

Cap. 24.

Suenckfeld.

1. Ioan. 2.

Interpretatio locorum Esaiæ & Hieremias.

1. Cor. 13.

1. Cor. 15.

De spiritu & littera, cap. 24.

Etiam praecipua scripturae capita egeat explanatione.

Profert ita Brentius praecipua capita verbi Dei, quod in scriptura continetur, & quod ad aeternam nostram salutem cognitu necessarium est: Nimirum quatuor haec, decalogus, symbolum Apostolorum, orationem Dominicam, Sacramenta. Negat in ijs aut in scripturis, vnde sumpta sunt haec quatuor, esse quicquam obscuritatis. Sed si nihil est in illis obscuritatis Brenti, qui sit ergo, quòd Decalogi, quòd symboli, quòd orationis Dominicae, quòd Sacramentorum tot fuerint: semper & nunc etiam sint explanationes? Certè quae clara sunt, explanationis non indigent. Vnde igitur tot tam proluxi Cõmentarij non à praefici illis modo, verum etiam ab ijs, qui vixerunt ante aliquot secula, quiq; nunc etiam viuunt conscripti? non à Catholicis tantum, verum & ijs qui se ab Ecclesia Catholica praecident, siue Lutherani sunt, siue Zuingliani, siue quocunq; tandem alio nomine vocentur. Vnde tot haereses partim de Sacramentis, cum alijs tum Eucharistiae praesertim: partim de ijs, quae & in Symbolo, & in Decalogo continentur, Duo tu tantum Sacramenta enumeras, Catholici septem.

Quòd verò scribis, verba quae sunt in Scriptura de institutione Sacramentorum, nihil habent obscuritatis, nisi si quam inferant Sophista importunis suis disputationibus, & Alostici impijs suis deprauationibus. Quid magis, inquis, perspicue dici potest, quàm quod Christus ipse de populo Cõtrae Dominicae dicit: Bibite ex eo omnes, & tamen Alostici inue-

Explicatio loci illius, Bibite ex hoc omnes.

Inveniunt artificium, quo ex omnes, faciant non omnes. Reuera Brenti, minus habebat obfcuritatis verba de Sacramentorum institutione, priusquam vos homines Afotici, & in arte Sophistica diligenter versati tantam, quantam nunc videre licet, rerum omnium caliginem inuexistis. Quid enim perspicue magis dici potest, quam quod Matthaeus dixit: Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis: quodq; Marcus dixit, Vespere autem facto venit cum duodecim & quod similiter Lucas dixit, Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Ad hos igitur duodecim, quos ita diligenter enumerant omnes Euangelista, quin dixerit Christus, Bibite ex eo omnes, dubitatum fuit nunquam: quod etiam eos fecisse scribit Marcus. Nam biberunt, inquit, ex eo omnes. Nec potes proferre quenquam Brenti, qui vel dixerit vel scripserit aliquando, quod aut non iusserit bibere Christus duodecim Apostolos omnes, aut non biberint omnes. Quare falsum est, quod asseris de Catholicis, quos tu facitissimus homo per quam lepidi tuo dicto vocas Afoticos, eos artificium inuenisse, quo ex, omnes, facerent, non omnes. Nunquam enim quisquam dixit e nostris, quod aut non biberint, aut non iussi fuerint bibere duodecim Apostoli, omnes. Ceterum fuerunt, qui claris verbis caliginem quandam offundere conarentur, vt quod ad omnes Apostolos dictum est, id de Christianis omnibus dictum intelligi vellent, quasi sic esset praeceptum omnibus etiam Laicis de calice bibere, vt nisi facerent, de salute sua in dubium venirent. Hac de re Brenti, duorum decreta Conciliorum intercesserunt, in quibus vnanimiter ab omnibus definitum est, quod non sit de necessitate salutis, vt de calice bibant omnes Christiani.

Cap. 26. Cap. 14. Cap. 22.

Summa controversia de calicis assumptione in quo versetur.

Zauberus, Philippus & Bucer concedunt Laicis necessitatem non esse vniuersam, speciei communionem.

Philippus in Typo hypost. Locorum communium.

Quod recte decretum esse, vos quoq; negare non potistis. Nam & vestra eade est sententia. Magister enim vester Lutherus, quam frequenter hoc idem docuit. Qui illud em addidit, vtq; eod vtraq; speciem non esse de necessitate salutis, vt etia extra omne sacramentalem Eucharistiae perceptione saluus homo fieri possit. Qua in re nec à nostris multum dissentire videtur, qui & ipsi vnicum tantum esse Sacramentum necessitatis Baptismum, non dissentunt: quod extra ceterorum vsuum, dummodo contemptus ab sit, homo salutem consequi possit, sicut saluari pueros constat, etiam si Sacramentum Eucharistiae non perceperint, etiam si quem tu hoc nomine reprehendere videris, secus Augustinus aliquando sensisse videtur. Cuius hanc sententiam cum tibi displicere non obscure pra te feras, tu es Brenti, qui artificium hoc inuenisti, vt ex omnes, facias non omnes. Nam si non ceteros omnes, certe infantes excludis, quos tamen actum fidem habere contendis. Iam vero Philippus vester nonne sicut edere suillam, aut à suilla abstinere, sic medium esse scribit alterutra signi parte vti? Hanc enim quam receptam Ecclesiae vocem vsurpare maluit, ne quid habere commune cum Catholicis videretur. In eadem est sententia Buceris quoque, qui in colloquio Ratisbonensi, quod habitum est ante annos plus minus decimoquinto inter alios articulum hunc assensu suo comprobauit. Ad controuersiam quae est de vna aut vtraque specie tollendam cum primis conuicturum, vt sancta Ecclesia liberam faceret potestatem sacramentum hoc in vna, vel in vtraq; specie sumendi: ea tamen lege, vt nulli per hoc detur occasio, quem vsuum tanto tempore retinuit Ecclesia, temere condemnandi, aut inuicem iudicandi. Certè qui liberum esse vult sub vna, aut sub vtraque specie sacramentum hoc percipere, qui veterem vsuum alterius tantum speciei non esse condemnandum censet, nihil ea de re tanquam ad salutem necessarium à Christo praeceptum esse, satis aperte confiteri videtur.

Etiam praescriptam à Christo baptizandi formulam mutari licet, vt, dummodò nihil in altera de Christi corporis & sanguinis integritate deesse credatur. Plus vos in verbis Brenti, quam in elementis positum esse iudicatis. Quare si certa verba mutare, quae Christus ipse baptizaturis praescripsit, non fas esse tantum existimas, verum etiam eos, qui anxie illa obseruant, modò non magis infimas: estne verisimile ta ex animo te superstitiosum esse in altero elemento tuendo & retinendo, de quo ab omnibus sumendo certò scis nihil esse tanquam ad salutem necessarium à Christo praeceptum? Quae oculis ipsi vestris videtis, certiora vobis non sunt Brenti, quam si hoc, nihil ad salutem referre, altera quis, an vtraq; Sacramenti speciei Laicus vtatur: neq; dubitatis, quin verisimum sit, quod in Constantiensi & Basiliensi Concilio decretum est, non esse de necessitate salutis, vt de calice bibant Laici.

Sectarij non quod esse necessarium iudicet, sed in contemptum Ecclesiae

Neque tu Brenti diuersum ab ijs intelligis, qui si nihil in eo piaculi fore censes si quis mutet praescriptam à Christo baptizandi formulam, dummodò ne mutet sententiam: scilicet in eo permulctum esse positum putabis, si quis altera tantum specie sacramenti velit vti, dummodò nihil in altera de Christi corporis & sanguinis integritate deesse credatur. Plus vos in verbis Brenti, quam in elementis positum esse iudicatis. Quare si certa verba mutare, quae Christus ipse baptizaturis praescripsit, non fas esse tantum existimas, verum etiam eos, qui anxie illa obseruant, modò non magis infimas: estne verisimile ta ex animo te superstitiosum esse in altero elemento tuendo & retinendo, de quo ab omnibus sumendo certò scis nihil esse tanquam ad salutem necessarium à Christo praeceptum? Quae oculis ipsi vestris videtis, certiora vobis non sunt Brenti, quam si hoc, nihil ad salutem referre, altera quis, an vtraq; Sacramenti speciei Laicus vtatur: neq; dubitatis, quin verisimum sit, quod in Constantiensi & Basiliensi Concilio decretum est, non esse de necessitate salutis, vt de calice bibant Laici.

Sed quia Conciliorum hoc decretum est, non quòd diuersum ab illis sentiatis, sed vt affuefaciatis homines ea contemnere quae decernuntur in Concilijs, vt eos Ecclesiam non adire doceatis, vt separationis ab illa consiliorum auctores sitis: haec est & non alia causa, quam obrem tantopere calicem vrgetis: quem si permittendum esse Concilium statu-

statueret, vel ob solam causam hanc, quòd ita Concilium statuisset, negat eo se magister vester vsurum, sed in despectum Concilij, velle se aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraque specie potiri, & plane eos anathema habere, quicunque auctoritate talis Concilij potirentur vtraque. Quodque Sacramentarijs & Anabaptistis alicubi vitio dat, facit ipse dum nonnulla quae recta esse scit, in Papa Conciliorumque despectum abrogare conatur. Dat enim alicubi consilium, vt homo Christianus tempore Quadragesimae & Paschatis non consteatur, nec ad Sacramentum accedat, & cogit ita: Ecce quando hoc praecepit homo, Papa scilicet, ob id ipsum non faciam: & si non praecepisset vellem facere. Faciam autem alio tempore, quo non praecepit, quando & quomodo mea libera voluntas me tetigerit. Non dissimilia de ieiunijs alicubi scribit, exemplum imitatus Aerijs haeretici, qui & ipse ante mille ducentos annos negauit se ieiunaturum cum Ecclesia, sed si omnino, inquit, volo ieiunare, qualemcunque diem eligam à meipso & ieiunabo propter libertatem.

defendum com- mune virius que speciei ut ho mines affuefaciant Conciliorum decreta comen nere. Idem de Confessione par. 3. pag. 14.

Contemptores praecepti Ecclesiastici de ieiunijs Aerijs. Sectarij docent contra verbum Dei contemnendam esse Ecclesiam.

Matt. 23.

Ioan. 2. Quos vultis de scriptura docere, quos non.

2. Cor. 4. Ioan. 9.

Es. 60.

Huc igitur spectatis eiusmodi scriptis vestris, vt & Conciliorum & Pontificum auctoritatem omnem contemnere doceatis. Et hoc est, quod sibi ferendum non esse putat viri Christiani, Catholici & Orthodoxi, qui cum sciant sicut alijs de rebus nonnullis, ita de calice sumendo à Laicis nullum esse Christi praeceptum aut interdictum: de audientia vero Ecclesiam manifestum esse Christi praeceptum, & quidem tale, vt nisi quis ei paruierit, eodem quo & Ethnicum loco Christus eum haberi iubeat, cum primis indignum esse iudicant, id quod à vobis decernitur, tanquam à Deo praeceptum obseruari vos ab omnibus velle. Quod vero citra dubitationem omnem à Christo praeceptum est, contemni, & pro nihilo duci. Intolerabilis haec esse videtur pijs omnibus arrogantia vestra, summa cum amentia coniuncta: qui quod vobis videtur, id esse Dei verbum, id haud aliter quam si praeceptum esset à Deo, vultis ab omnibus obseruari: manifestum verò Dei verbum, homines aspernari doceris.

Addit Brentius: Quòd si de illis capitibus praedicta doctrina, quae iam recensimus, aliquid obfcuritatis reliquum est: hoc si fuerit in homine pio quidem, sed in erudito, certe res ipse quantum satis est, nota sunt ei, & quod adhuc ignorat, docebit eum vnctio, sicut Ioannes loquitur. Hoc verum est Brenti de nobis, qui nos Catholicos esse profite-mur, & sumus per Dei gratiam. Sed & illud quod subiungis, (Si verò fuerit in Afoticis, non mirum est, quando quidem Deus huius seculi solet mentes incredulorum excicare, ne illucescat illis lumen Euangelij,) verum est de vobis. Vos enim estis Afotici illi, quorum Deus huius seculi mentes excacauit; qui si caeci essetis, quòd est, si vos esse caecos agnosceretis, peccatum non haberetis: nunc autem ob hoc ipsum quia vos videre in Scripturis praeteritis persequamini, perpetua caecitas in vobis manet. Sed abeant, inquit Brentius, Afotici. Nos cum loquimur de perspicuitate sacrae scripturae, non respicimus ad Ecclesiam Afotorum, sed ad Ecclesiam piorum, cui scriptura in rebus ad aeternam salutem cognitiuae necessariae tam clara, tam perspicua est, vt iuxta Prophetam: Gentes ambulent in lumine eius, & Reges in splendore ortus eius. Et nos Brenti cum loquimur de perspicuitate scripturae, non respicimus ad vestram Afotorum Ecclesiam, sed ad Ecclesiam piorum, in quo non esse confidimus. In ea quam plurimos esse certum est, qui fidem de quatuor istis à te propositis certissimam habent: quorum pars multò maxima cum sacrae scripturae libros non viderit quidem vnquam, tantum abest, vt quae sunt in illis abstrusa, intelligat: per se tamen inter eos reperire licet non paucos, qui sunt in fide constantiores, quam ex ijs multi, qui sibi plurimum esse videntur in scripturis exercitati.

Prosequitur Brentius: Quemadmodum Deus populum suum Israeliticum quòdam ita gubernauit, vt etiam si non haberent Monarchiam, tamen in summis periculis excitaret Iudices, quos nos Heroes vocare solemus, qui populum ab iniuria hostium mirando modo vindicarent: ac postea cum iam Monarchia & successio instituta esset, excitauit tamen Prophetas, qui in extrema necessitate viam euadendi demonstrarent: ita Deus huius temporibus gubernat Ecclesiam suam, vt etiam si aliquae tenebrae incidere, & ordinarij successores non sint amplius Ecclesiae amici, sed hostes & persecutores, tamen in tantum non deserat eam, vt si non sit alius, qui tenebras discutiat & hostibus obsistat, Heroes quispian siue Ecclesiasticus, siue Politicus ex lapidibus excitetur. Fitemur & nos Brenti quòd varijs modis Ecclesia sua prospexit semper Deus, non solum ante, verum etiam post Christum natum & mortuum. Desecerunt Monarchiae nonnunquam, sicut Constantius, Iulianus, & alij: quin & ordinarij successores (non tamen in Cathedra Petri) desierunt esse Ecclesiae amici, sed hostes & persecutores facti sunt. Quod & nunc vniuenisse alicubi non ignoramus, vbi & Principes desecerunt, & Catholicis & Orthodoxis Episcopis

Deus nunquam non excitat in istis gnes Ecclesiae suae propugnatores, & quibus illi possimim.

& sacerdotibus Lutherani vel zuingliani successerunt: neq; tamen vel deseruit vnquam Deus Ecclesiam suam, vel nunc etiam deserit. Surrexerat Arius, excitavit Deus Heroas illos, Liberium, Athanasium, Hilarium. Exortus est Macedonius, produxit in aciem contra eum Damasum, Gregorium Nazianz. & Basilium. Erupit alicunde Nestorius, emisit Caelestinum Roma. Pontif. & Cyrillum Alexandrinum Archiepiscopum. Emerfit e ne-
 fici o quibus tenebris Eutyches, opposuit illi fortissimum Leonem. Sic aduersus Valenti-
 num, Irengum: contra Marcionem, Tertullianum: contra Celsum, Origenem: contra No-
 uatum, Cyprianum: contra Heluidium, Iouinianum, Vigilantium: Luciferianos, Hiero-
 nimum: contra Donatistas & Pelagianos, Augustinum: contra Monothelitas, Agatho-
 nem: contra Iconomachos, Tarasium: contra Berengarium, Lanfrancum, Guimundum,
 Algerum: contra Henricianos & Petrobrusianos, Petrum Abbatem Cluniacensem: con-
 tra Petrum Adelhardum, excitauit Bernardum: ac quocunq; tempore hereses emerse-
 runt, semper extiterunt singulari Deibeneficio viri, ingenio, doctrina, eloq; etia praestan-
 tes, qui partim scripturarum eas auctoritate, partim ecclesiastica traditione confutarunt.
 Nec hoc infelici nostro seculo defuit Ecclesiae suae Deus. Nam cum erupisset alicunde
 vos Lutherani, & ex vobis nati Zuingliani, mox Munceriani, siue Pacimontani, &
 alia plurima hereticorum portenta, produxit contra vos in aciem Deus multos inge-
 nio minimè vulgari & excellenti doctrina praeditos, per quos insana rabies vestra
 comprimeretur. Inter alios insignem etiam illum pietate virum Ioannem Episcopum
 Rossensem, qui pro fide atque Ecclesia Catholica vitam etiam cum sanguine pro-
 fundere non dubitauit.

D. Ioannes Ros-
 sensis.

Psal. 18.

Preceptum Do-
 mini lucida, lu-
 cerna iuam et lu-
 men, est multa
 in scripturis ob-
 scura.

Rom. 13.

Lib. 3. pedago-
 gi cap. 11.

Psal. 118.

De doctrina
 christiana li. 1.
 cap. 35. & 36.

Psal. 118.
 Mat. 5.

Lucida quidem
 apostolorum
 praedicatio, sed
 non aequè scri-
 ptura.

Conatur nunc ostendere Brentius, scripturam non obscuram, sed perspicuam, nō te-
 nebris inuolutam, sed luce illustratam esse. Profert igitur ex Psalmo primum: Lex Domi-
 ni immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam praestans pat-
 uulis. Iustitiae Domini rectae letificantes corda, praecceptum Domini lucidum, illuminans
 oculos. Quo modo autem erit lucidum, inquit, quomodo illuminabit oculos, si est ob-
 scurum? Rectè Dauid praecceptum dicit lucidum, non vniuersam scripturam, quae etiam si
 lucida est Dauidi, aut alijs afflatis propheticis spiritu, non statim dilucida est omnibus,
 qui tenent Grammaticam, & habent sensum communem. Praecceptum autem Dei vnicum
 est, Dilige: quo quid esse potest lucidius? Ceterum an hoc ita vniuersum est, expleri in
 hac vita possit, quantae sunt ea de re contentiones? Negatis vos, & impossibilia Deum
 praecepisse vultis: aiunt Catholici, qui cerdè persuasum habent, nihil minus in eum cade-
 re posse, qui summa bonitas est, cuius misericordiae non est numerus, quam quod exigat
 à nobis, quae nos praestare non posse scit, & nisi praestiterimus, transgressi praeccepti sui po-
 nas expetat. Est itaque dilucidum hoc Domini praecceptum, quae lex impletur vniuersa,
 cui si per nos fuerit satisfactum, iam nō modò scimus, verū & habemus omnia quae sunt
 nobis ad salutem necessaria. Neque tamen propterea non multa nobis in scripturis oc-
 currunt obscura. Ceterum hoc praecceptum, sicut ex Clemente Alexandrino paulò antè
 docuimus, etiam abique literis dicitur, & est spirituale quoddam decretum in cordibus
 hominum scriptum.

Profertur & alius locus: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.
 Quomodo verbum Dei est lucerna, quomodo lumen, si est obscurum? Hic quoque san-
 ctus Dauid non de perplexis tractat quaestio nibus, quales de scripturis existit non pau-
 ca, sed de praecceptis rectè viuendi, quae praelucem & indicant, quid expetere, quid fuge-
 re debeamus, praecipue verò de praeccepto dilectionis, quod qui seruat, securè ambulat.
 Praclare enim dictum est ab Augustino: Dilige & fac quod vis. Qui docet etiam alio lo-
 co, summam & scopum Scripturae totius nihil aliud esse, quam charitatem. Quam si quis
 ita intelligat, vt sententiā adferat edificandi charitati vtilem, etiam si non hoc dixerit,
 quod ille quem legit, eo loco sensisse probatur, non pernitiosè fallitur, quandoquidem
 ea sententiā fallitur, qua edificat charitatem, quae finis est praeccepti: sed ita fallitur, ac si
 quisquam errore deserens viam, eò tamen per agrum pergat, quò etiam via illa perducit.
 Haec lucerna si vobis quoque praeluceret Brenti, minus & vos pernitiosè falleremini, nec
 inflati sensu carnis vestrae, vltro à Christi corpore Ecclesia separaremini. Ceterum si ma-
 ximè quis haec Psalms verba torquere velit ad legem totam, non propterea quadrat in
 quemlibet Grammatices peritum, ac multò minus in laicum imperitum, quod quadrat
 in sanctum Prophetam Dauid. Neque quia dixit Dauid: Super senes intellexi, Super o-
 mnes docentes me intellexi, statim idem aut idolo vestro Islebienfi, aut cuius è vulgo di-
 cere licebit.

Adfert & alium locum: Vos estis lux mundi: ergo, inquit, praedicatio Apostolorum,
 quae est ab ipsis excepta, & literis mandata, non est obscura. Et si alicubi locus est ob-
 scurus

scurus tamen alius est apertus & perspicuus. Erant reuera lux mundi Apostoli, qui cum
 essent Spiritu Dei pleni, quod erat in Prophetis obscurum, sic eos explicasse dubiū non
 est, omnem vt caliginem ex animis dererferint. Quare libenter illud tibi conce-
 dimus Brenti, quòd eorum praedicatio nō obscura, sed lucida fuerit: Sed quòd aequè sint
 lucida, quae ab ipsis excepta, literisq; madata sunt, nemo tibi sanus concesserit, cum non
 sine causa dictum sit ab Hieronymo, quòd habet nescio quid latentis energiae viua vox,
 & in aures discipuli de doctoris ore trasfusa fortius sonat, & plus afficit, & alit plenius,
 & altius in animo sedent, quae pronuntiatio, vultus, habitus, gestus etiam dicentis affi-
 git. Vita quaedam orationis est actio, qua cum scriptura desinitura sit, quae quasi factitia
 vox quaedam esse viderur, veraq; vocis vctinque imitatrix, perinde efficax vt viua vox
 esse nō potest, vt nec illud celebratum temerè fuerit, in scriptis Demosthenis magna De-
 mosthenis partem abesse. Quod potest de Paulo quoq; totidem verbis dici, quem non
 sine causa Mercurium appellatum fuisse scribit Lucas.

In prologo Bi-
 bliae.

Mat. 14.

Quamobrem nihil erat Brenti, cur venerabilem virum Petrum à Soto tam grauius
 insectaretis, quòd is verbum siue sermonem, aut praedicationem à scriptura distinguerit,
 quòd quae plus in verbo siue viua voce lucis esse dixerit, quam in scriptura, cum ita se
 rem habere vel sensus ipse communis indicet. Nec erat causa, quamobrem ipse te riden-
 dum in sulcis tuis iocis praeberes, dum nobis ridiculum Petrum facere conaris. Nam vt
 verum sit, quòd à te scribitur, quòd sententiā ac res, quae continentur literis sacrorum
 Scriptorum, manent eadem, siue praedictur voce, siue comprehendantur scriptis, siue
 recitentur lectione, non hac tamen de re agebatur inter te & Petrum. Nunquam enim is
 negauit, quòd sententiā ac res, quae continentur literis sacrorum Scriptorum, manent e-
 adem, siue praedictur voce, siue comprehendantur scriptis. Cur enim id negaret, quòd
 indubitanter verum est? Ceterum duo sunt, quae negauit Petrus. Vnum, quòd omnia
 scriptis essent comprehensa, quae cum sunt voce praedicata. Alterum, quòd perinde lu-
 cidum sint, quae scripto comprehensa nunc habemus, atque fuerunt, cum ipsi ea voce sua
 praedicarent Apostoli. Haec fuit causa Brenti, quamobrem ille verbum, sermonem, Eu-
 angelium, praedicationem, à scriptura distinguenda esse putaret, vt & latius patere verbi si-
 ue Euangelij, quam Scripturae nomen indicaret, & non perinde clara nūc esse, quae com-
 prehensa scriptis habemus, atque tum fuerunt, cum essent Prophetarum & Apostolo-
 rum voce praedicata, demonstraret, atque ita duplicem vestrum errorem confutaret, qui
 & nihil in scripturis obscuritatis esse, & sicut Patres olim vestri pisei illi haeretici per-
 sepe fecisse leguntur, nihil praeter Scripturas recipi debere contenditis. Nunc tu Sophi-
 stam quendam agere videris, nec aliud quicquam nisi tenebras offundis lectori, dum a-
 liud impugnas, quam quòd à petro dictum est, ioco interea quosdam & fabulas admi-
 sent, seura quam Theologo digniores.

Non male di-
 stinguunt scriptu-
 ram à praedica-
 tione verbi Dei

Adfert iterum aliam scripturam: Habemus, inquit, firmiorem sermonem Prophe-
 ticum, cui dum attenditis ceu lucernae apparenti in obscuro loco, rectè est facitis. Vocat Pro-
 pheticum sermonem lucernam lucentem in obscuro loco, hoc est, illustrantem obscuram:
 quomodo autem illustraret obscura, si ipsa esset obscura? Sed si tam clara sunt & illu-
 strata Prophetica scripta Brenti, si nihil in eorum opaculis, si nihil in figuris legis obscu-
 rum est, cur vmbra vocantur? cur lucem vocamus Euangelicam? nisi quae figuratum in-
 uolucris tegebantur in lege, per Euangelium sunt in apertum prolata. An erant omnibus
 clarissima, quae de Christo fuerunt à Prophetis praedicta? Legerat vir Aethiops Eunuchus
 lucem ex Esaiā Propheta: Tanquam ouis ad occasionem ductus est, &c. Clara sunt ver-
 bantur ideo statim intelligebat, quòd essent de Christo dicta? Imò nisi Philippus accef-
 sisset, & ei locum explicuisset, de se ne Propheta dixerit, an de alio aliquo, vir Aethiops il-
 le nesciuisset. Quin & ipsi Domini discipuli, post tot sermones auditos, post tot visa mi-
 racula, post tot notas & indicia, quae de Christo Prophetae praedixerant, non prius intel-
 lexere Scripturas, quam Christus illis aperiret sensum, vt illas intelligerent. Iam Paulus
 ad Corinthios de claritate Moysi Christi quae disputans, tantum eminentis claritatis Eu-
 angelio trahit, vt dicat, id quod claruit in hac parte (de lege loquitur) ne glorificatum
 quidem fuisse. Quid quòd data opera Deus vaticinia de Christo non quibuslibet esse
 perspicua voluit, quemadmodum etiam in terris praedicari noluit ante mortem quòd
 esset Messias? quòd sic expediebat ad peragendum humanae salutis negotium. Ceterum
 vbi iam Apostoli nunciarunt, ea esse peracta, quae prophetae praedixerant, tum & lex colla-
 ta cum factis erat dilucidior, factumque est, vt & lex adstrueret fidem Euangelio, & Eu-
 angelium illustraret legis aenigmata. Et hoc sensit Petrus, cum propheticum sermonem
 similem facit lapidi lucenti in caliginoso loco: cuius propheticus sermo quoniam plera-
 que dilucida sunt, quis est qui eat in tenebras? Sed quòd omnibus ex aequo clara sint omnia

2. Pet. 1.
 Quomodo sermo
 propheticus Pe-
 tro lucerna lu-
 cens est scriptu-
 ra tamen saepe
 obscura.

Act. 8.
 Esai. 53.

Luc. 2. 4.
 2. Cor. 4.

Mat. 16.

& perspicua, hoc ne tu quidem Brenti affirmare audes, qui dum Scripturae locos obscuriores per alios magis apertos explicari vis, an non aperte esse quaedam in Scripturis difficilia & obscura confiteris? Nemo est qui dubitet, quin certissima sit in libris Canonice veritas, interea tamen certum est & hoc, quod ea non unquam figurarum & aenigmatum inuolucris obiecta est, ut egeat scrutinio & interprete: siue quod Deus ita voluerit exercere simul, & excitare nostram tarditatem, sicut ex Augustino paulo ante demonstravimus: siue quod iuctandior est veritas, & acutius afficit animos hominum, cum eruta fuerit, & per tenebras inuolucrorum nobis illuxerit, quam si fuisset quorumlibet oculis exposita: siue quod illum sapientiae thesaurum noluerit quibuslibet prostituere, nec margaritas ante porcos projicere. Planum igitur iam est, quod sint in Scripturis obscura pleraque. Quid enim sibi vult illud, quod Christus apud Ioannem Iudaeis dixit: Scrutamini Scripturas, si nihil habent obscuritatis? Certè solem scrutari non dicimus, qui cunctorum oculis est expositus: quod autem abditum est, id rectè scrutari dicimus.

Vnde autem ista tenebrae Brenti inter vos? vnde tanta de sensu trium verborum: Hoc est corpus meum, digladiatio, si sacra Scriptura vnde quaque est clarissima? Vos probatis è sacris literis in Eucharistia esse corpus Domini naturaliter: qui sunt partis Zvinglij siue Caluini, docent ex iisdem, quod sit in signo tantum. Si nihil est in Scripturis obscuritatis, cur sic inter vos tanta de re dissideris? cur etiam de iustificationis articulo, quem praecipuum esse vultis Christianae doctrinae locum, sic inter vos ipsi dimicatis? Verum hac de re satis. Iam enim abundè nobis demonstratum esse videtur, quod multa in Scripturis difficilia sunt & obscura, quodque qui contrarium asserunt, non modò mundo reque ipsa reclamante, verum etiam suis ipsorum scriptis ac suorum dissidijs refellentibus, falsi conuincantur.

Nunc secundo loco de eo nobis differendum venit, an extra scripturam pleraque credenda tradita sint Ecclesia. Negat Brentius, ait Petrus. Profert Brent. ex Pau. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Illustrat hoc scholio suo Petrus: Utilis est, inquit, sed non inde habetur, quod omnia continent. Quod si dixeris ex illis verbis, ut perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum instructus: quia si perficit & instruit ad omne opus, nihil restat: respodemus ita esse: quia instruit Scripturae traditiones ipsas sequendas esse, ut Paul. ipse ad Theff. testatur. Sunt autem ex opposito verba Pauli haec: Ita que fratres stete, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et de traditionibus frequens est in ijs Pauli ad Thessalonic. epistolis mentio. Et in Actibus Apostolorum de Paulo, & qui cum illo erant, dicitur: Cum transirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quae erant decreta ab Apostolis & senioribus. Productio iterum Pauli loco Brentius in hoc suo libello, quem cõfutantem suscepimus, Quid potest, inquit, de sufficientia & perfectione Scripturae clariùs dici? Sed hic mihi vide sophismata Aforti. Cum enim cõfessio Principis recitasset hunc Pauli locum, & alia ad stabiliendam auctoritatem & perfectionem sacrae Scripturae, Afortus concedit quidem, quod omnis doctrina ad salutem necessaria contineatur in scriptura in genere, & vniuersali quadam ratione. Sunt haec quidè verba viri venerabilis Petri à Soto, sed non super huc Rauli locum, quem produxit Brentius, verum super illa verba Brentij, quibus affirmat contineri omnem doctrinam nobis ad veram salutem cognitu necessariam in scriptura: ibi loquitur ista Petrus, & contineri faceret omnem doctrinam in genere, dum docemur Ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis, & obseruanda esse, quae ab Apostolis vel per scripturam, vel per sermonem praecipua sunt. At verò haec omnia, inquit, in speciali non continentur in scriptura, sed in traditione Apostolorum, vel in explicatione posteriorum Conciliorum. Et adducit exempli loco nomen *ὁμοίου*, Christum atque vñctiōnes, quae adhibentur in Baptismo, & eiusmodi alia. Alio qui, inquit, qui nihil vultis recipere, nisi quod scriptum est: ipsum Euan gelium Marthae, ubi scriptum est, à Spiritu sancto esse, & non Thomae, vel Nicodemi, indicat: idemque de ceteris omnibus libris scripturae. Quod si in illis stas iudicio Ecclesiae, quae fundamentum est fidei, cur non in ceteris eius stabis auctoritati? Haec quidè Petrus. Ceterum Brentius ut fumum offundat oculis legentium, confundit omnia, nec ordinem eius seruat, quo & ipse in sua confessione & Petrus vsus est in Catholica assertionem. Hoc est illius omne studium, ut dicerijs, sannis, salibus, cachinnis in Petrum ludat, & eum impotentibus suis conuictijs exagitet: quibus nos relictis, quoniam curram quam Theologum decere magis videntur, ordine re explicabimus, atque ita tractabimus, ut qua de re agitur, in ea maximè versetur, & eam sic sub oculos legentium subiiciamus, ut quod ait Petrus, id esse verissimum, facile cuius constare queat.

Brentio

Brentio fuit propositum probare, quod in Scriptura contineatur omnis doctrina, non bis ad veram & perpetuam salutem cognitu necessaria: Quod eo consilio fecit, ut verus illud haereticorum axioma tueri posset, neque credi, neque recipi praeter scripturas quicquam oportere: quod cum alijs haereticis, tum Arrianis praecipue fuit valde familiare. Petrus à Soto minime negauit omnia contineri in scripturis, sed in genere. Nam & hoc inter alia docet scriptura, seruandas esse traditiones, audiendam esse Ecclesiam. Itaque profert exempli causa nomen homouision, quod Arrianis ideo visum est recipi non oportere, quod in scripturis nusquam reperiretur. Porro Brentius, priusquam de eo concedat aliquid, quod semel in animum induxit, ab Arrianorum sententia se non multum abhorere, sicut olim & magister eius Lutherus, non obscure pra se ferre videtur. Sic enim loquitur: Nam quod existimat Concilij acceptum ferendum esse, quod habemus nomen homouision, satis perspicue significat, quam oscitanter doctrinam verae Ecclesiae expendat. Laudamus maiorum nostrorum studium & diligentiam, quod operam dederint, ut doctrina de vera & aeterna diuinitate Christi, pura & sincera ad posteros transmitteretur: sed quantas turbas hoc homouision nomen excitauerit, non est obscurum. Fin gamus autem nihil periculi ex vocabulo ortum: quid, si rem ipsam probè tenuissemus, num notum vocabulum fuisset nobis necessarium? Nicenum concilium, & pij scriptores illustrarunt aeternam diuinitatem filij Dei, idque non è suis ipsorum somnijs, sed è sacra scriptura. Num ergo Ecclesia amisisset huius necessariae rei cognitionem, nisi nouum homouision vocabulum fuisset excogitatum? Fortassis omnia fuissent tranquilliora, si maiores ut veterem Scripturae sacrae doctrinam, ita etiam vetera rerum vocabula retinuisset. Quare non video, quam magnus sit Conciliorum vsus, si nihil aliud egerint, quam ut non veterum rerum vocabula excogitent.

Quae est haec animi impotentia? quod contentions studium? quae libido non tam veritatis inuestiganda, quam victoriae quoquo modo consequenda? Niceni quoque Concilij, quod semper sacrosanctum est habitum, auctoritatem eleuare, nec obscuram in Arrianos voluntatis inclinationem potius indicare velle, quam ut de sententia tua moueri te patiare? Quid enim aliud haec scribens Brentius, quam Arrianis patrocinari videtur? Qui enim fuerunt, quos magis homouision nomen offenderet, quam Arrianis? de quibus narrat Rufinus, quod cum fuissent Arimini congregati, tanquam ignotum & à scripturis alienum sermonem haberendum id esse putauerunt. Quod ipsum ab ijs quoque factum esse scribit Sozomenus, qui Philippis ciuitate Thraciae constituti separatim concilium fecerant, & manifestè homouision anathematice damnauerant. Contra Catholici, Liberius, Athanasius, Hilarius, & qui cum eis faciebant, extrema quaeque sibi perferenda esse prius putauerunt, quam hanc sibi vocem eripi paterentur. Nec alio fuit animo Basilius, de quo testatur historia Theodosius: quod cum Caesaria Praefectus eum placide alloquutus hortaretur, ut temporè cederet, neque tot Ecclesias in discrimen adducere vellet tenui dogmatis exquisitione, multa Caesaris verbis promittens, si nomen homouision reliquisset. Respondit vir ille sanctus, Adolefcētulis tales sermones congruerent: nam hos & ijs similes huiusmodi rebus inhiare. Qui verò diuinis essent literis innutriti, nullam eos illarum syllabam in discrimen venire pati posse, solereque si res ita postulet, nullum genus mortis pro illis subeundum recusare.

Vide Brenti, quemadmodum etiam pro syllaba, priusquam eam in discrimen venire permitterent, oppetendam esse pijs mortem Basilius existimauerit. Quin & de iora vno quantum certamen fuit inter Catholicos & Arrianos? qui sic inter se iam continere visifuerunt, ut propter accessiōnem vnius tantum tota dissiderent. Quem enim constebatur Catholicos esse Patri homouision, eum Arriani iota tantum addito, dicebant *ὁμοούσιον*, sub hac vnica littera suum errorem occultantes, cum filium intelligi vellent similem Patri largitate gratiae, non proprietate naturae. Exigebatur à Catholicis, ne tantopere digladiarentur de vna littera: neminimo studio contentions impeditore velle concordiam viderentur: verum id insignes heroes illi, Liberius, Athanasius, Hilarius nulla ratione sibi persuaderi passunt. Nec mouebantur quicquam ea re, quod offensurum plerisque nomen homouision, magna quae turbas esset excitaturum.

Sed ipsum potius loquentem Athanasium audiamus: Definite, inquit, causificationibus istiusmodi contra Patres grunnire: alioqui restat, ut etiam cruci Domini obmurmuretis: quoniam ea Iudaeis scandalum est, gentibus vero stultitia, ut dixit Apostolus. Ceterum quemadmodum cur mala non est, nobis enim credentibus Christus est Dei virtus & Dei sapientia, etiam si Iudaei insaniant: ita quoque Patrum verba mala non sunt, sed vtilia ijs quae legitime perlegunt, vimque in se continent omnis haeresis extinguenda, etiam si Arriani subinde rumpatur semetipsos condemnantes. Quae sequuntur

Y y 3 Hilarius

utilis nobis scripturae difficultas.

Ioan. 5. Obscuram esse scripturam et reia vel inuasi probant suis scriptis, suorumque dissidijs.

De traditionibus praeter scripturas recipiendis. 2. Tim. 3.

2. Theff. 2.

Affor. 16.

Propositum est fundamentum Brentij intraditionibus reiectis.

De nomine homouision.

Verba Brentij.

Brentius Arrianis fauens, Concilio Niceno detrahit.

Lib. 1. cap. 21.

Lib. 4. cap. 19.

Religio Patri etiam pro syllaba & iota vna certanimum contra Haereticos.

Athanasius in epist. de Synodo Arimini & Seleucia. 1. Cor. 10.

*Hilarius de Sy
nod. aduersus
Arrianos.*

Hilarius quoq; Male, inquit, sanctis rebus præiudicatur, si quia non sanctæ à quibusdam habentur, esse non debeant. Non ergo gloriemur in cruce Christi, quia scandalum est mundo neq; in viuente Deo mortem prædicemus, ne ab impijs mortuus arguatur. Male intelligitur homouision: quid ad me bene intelligentem? Quam diuersa fuit istorum sententia Brenti, quam pugnans cum ea quam tu profers? Cum enim viderent Arrianos non aliam ob causam hanc vocem homouision repellere, quam quod & eorū hæresim aperiret, & saniam Ecclesiæ doctrinā, quæ minus aperte fuerat in Scripturis expressa, claram & perspicuam redderet omnibus: quanto magis, de ea abolenda laborabant Arriani, tanto vehementius obstabant Patres Catholici, tantoq; diligentius eam, quasi pro munimento quodam & arce contra illorū impias commentationes in scripta referendam curabant: nihil ea re deterriti, quod sicut nunc Lutherani, sic tum quoq; clamabant Arriani, quæ sunt ad salutem necessaria, contineri in Scripturis omnia: non oportere nouas voces profertur: non debere præter Scripturas quicquam recipi.

*Etiam Arriani
vociferabantur
sicut nunc Lu-
therani quod
in scripturis om-
nia continetur,
quod præter eas
recipi nihil oportet.*
*Psalm. 49.
Mat. 4.
Tit. 1.
Act. 17.
1. Cor. 15.
Eil. li. 1. aduer-
sus Constantium.*

Quid enim ad hæc Athanasius? Nihil id refert, inquit, si quis voces in Scripturis non repertas vsurpet; quamdiu pias sententias complectitur. Contra hæreticus tamen voces suas è sacris literis mutuatur, nihilominus suspensus animo quæ corruptus audiet à Spiritu sancto: Quare tu enarras iustificationes meas, & alijus testamentum meum per os tuum? Ita quoq; Diabolo de Scripturis loquenti, os à Domino obturatum est. Contra beatus Paulus etiam ex alienis literis loquatur, Crætenses, semper mendacis: & illud, Ipsius & genitris sumus: & illud, corrumpunt bonos mores colloquia praua: tamen sanctus cum sit, pitum animum gerit, & Christi mentem tenens, magister genitum est in fide & veritate: & quæ loquitur, cum pietate loquitur. Num autem ab hoc dissensit Hilarius? Is verò cum induxisset Constantium loquentem: Nolo verba, quæ non scripta sunt, dici: Dic, inquit, prius, si recte dici putas? Nolo aduersus noua venena, noua medicamentorum comparationes: nolo aduersus nouos hostes noua bella: nolo aduersus nouas insidias confilia recencia? Si enim Arriani hæretici idcirco homouision hodie euitant, quia prius negauerunt: nonne tu hodie idecirco refugis, vt hi nunc quoque denegent? Nouitates vocum, sed profanas, deuitari iubet Apostolus: tu cur pias excludis? cum præferim ab eo dictum sit: Omnis Scriptura diuinitus inspirata utilis est. Inna scibile scriptum nusquam legis: nunquid & hoc negandum erit, quia nouum est? Decernis, similem patri filium. Euangelia non prædicant: quid est, quod non refugis hanc vocem in quo nouitas eligitur, in alio submouetur: vbi impietatis occasio patet, nouitas admittitur; vbi autem religionis maxima & sola cautela est, excluditur. Sed Diabolici ingehij tui fallentem subtilitatem non tacebo: Similem, quod scriptum non est, decernis patri filium prædicari, vt qualem Christum Deum, quod est scriptum, taceas.

*Imputatio in-
iustitiam hæretici
statuunt sine
scriptura.*

Quæso Brenti, non eadem recte vobis quoq; dici possunt. Num & vos a honis vocibus abstinetis, quæ sacris literis non continentur? Imputatam iustitiam vestram vbi legistis in Scripturis? Reputari nobis fidem ad iustitiam, beatum esse cui non imputauit Dominus peccatum, propter Christum non reputari nobis delicta nostra, legimus in Scripturis. Quod verò docetis vos, iustitiam Christi nobis ad iustitiam reputari, ac si nostra esset, non solum in Canonicis, verum ne in veterum quidem Orthodoxorum libris temerè quisquam scriptum reperiet. Interea tamen hoc vos dogma vestrum ita vestris obtruditis, vt nisi quis id firmiter credat, eum salutem consequi posse negetis. Sic ipsi falsum esse demonstratis axioma vestrum, quod in Scripturis omnia continentur ad salutem necessaria, quodq; præter eas credi nihil, recipi nihil oporteat. Nam certe non verè nos esse iustos, sed imputatiuè, vel non esse iustos, sed pro iustis imputatione haberi, quatenus Christi iustitiam per fidem possidemus, neq; scriptum neque prædictum est vsquam in scripturis Canonicis. Ac ne in vllis quidem vel veterum, vel etiam receptorum Doctorum scriptis, qui ante quadraginta hos annos vixerunt.

Quid autem quod asseritis, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessaria esse, vt credat certò & absque vlla hæsitatione propria infirmitatis & indispositionis peccata sibi esse dimissa, nec esse quenquam verè iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum, & hac sola fide iustificationem & abolitionem perfici: hominè renatum & iustificatum teneri ex fide ad credendum se certò esse in numero prædeterminatum, & in finem vsq; magnum illud persequentiæ doni habiturum, ab soluta quadam & infallibili certitudine. Hæc & alia pleraq; quæ vos non alio prope loco, quam quo si dei articulos in symbolum Apostolorum relatos haberi vultis, vt nisi quis ea crediderit, saluū fieri posse negetis, vbi in scripturis reperitur? Quin aduersantur illis potius, quæ admodum in exordio huius libelli demonstrauimus. Conaris tu quidem Brenti commentum hoc vestrum strenuè defendere, productis etiā nonnullis & scripturæ Canonice & sanctorum

etorum Patrum testimonijs, sed quæ si quis diligentius expendat, non magis ex illis elici potest quod asseritis, quam ex pumice lac. Quod facile demonstrare possemus: verum non est præsentis instituti.

Ne vestris quidem omnibus commentum hoc vestrum probatur. Vester est Bucerus, atis, neque solus, verè docet humanam esse cogitationem sine Deo verbo natam, quod vos asserueris, tranquillitatem & pacem conscientia fieri per abolitionem siue annunciationem Euangelij. Sunt, inquit Bucerus, ex nostris, qui affirmant singularem energiam habere, si quis priuatim Euangelium audiat, & sese pronunciat absolutum. Tum demum, inquit, certus es, id propriè ad te pertinere, cum tu priuatim ac propriè ab solueris. Sed quod priuatim ab solui ab homine, hoc est, seorsum audire gratiæ promissionem, per se momentum aliquod ad confirmandam conscientiam habeat, & tum demum certum habeas, Euangelium ad te pertinere, cum tu propriè ac priuatim ab solueris, cogitatio humana est sine verbo Dei. Vides Brenti, quemadmodum vestri quoq; contentur, commentum hoc vestrum humanam esse cogitationem sine verbo Dei? Hanc tamen vos cogitationem vestram, hanc visionem cordis vestri, summo studio & auribus & animis hominum inculcare studetis: nec aliò loco, quam quo Dei verbum ab omnibus recipi vultis & adorari. Ereticè certe Bucerus inter vestros non postremi nominis: doctrinam dolo vestro Isebien si nihil inferior, linguarum verò peritia, tum & Latine scribendi facultate multò superior. Noli putare Brenti, quod sine causa Deus, sicut extremi iudicij diem, ita iustificationem quoque nostram gratiæque suæ consequutionem nobis non esse certissimam voluerit: imbecillioribus enim ista certitudo subiectione quædam esse occasio. Nam si qui persuasum habent apud Regem aliquem aut Principem se esse in gratia, quamlibet animi sui affectionibus imperare sciant, effugere tamen vix possunt, quin efferantur animis, estne verisimile, quod quiuis de vulgo si certò scire queat se esse in gratia apud Deum, ab hoc elationis crimine cauere sibi possit? Monet Paulus, vt in humilitate superiores nobis alios arbitremur. Scilicet hoc facile pigrescat quiuis è turba: Posteaquam certè perfectum haberet, se iustificationem, se Dei gratiam, se Dei filiorum adoptionem esse consequutū, nec impedire iam quicquam, quod minus regni celestis hæres efficiatur? Sicut autem vsuuenit nonnuquam, vt qui serui de gratia suorum dominorum sunt secuti, minus diligenter eis inserviant, quin & contemnere nonnuquam incipiant: sic in viris imperfectis hæc, quam tanta contentione vos asseritis, gratiæ certitudo, quid aliud quam inertia cuiusdam, socordis, vitæq; laxioris esset occasio futura: Quis enim de penitentis fructibus, quis de gratiæ profectu sollicitus foret, si certò se iustificationem, Deique gratiam esse consequutum persuasum haberet? Quamobrem quod consideratores Patres & Domini nonnuquam faciunt, vt gratiam suam erga filios & seruos, dissimulent, nec eos omninò certos de ea esse velint, quò sic illos in officio, contineant, ne si nimium de ea sint securi, negligentiores reddantur idem erga seruos creaturasque suas Deum facere, credi rectè potest.

*Buce. Brentio
cōradici de cer-
titudine gratiæ
in cap. 3.
Mat. 4.*

*Buce. Lutheri
doctrina ex his
quarum peritia
non inferior.*

*Phil. 2. vtiliter
ignorat homo se
in Gratia Dei
esse.*

Merito igitur dogma hoc vestrum damnatum est ab Ecclesia, quod homines natura imbecilles & ad malum pronos ad licentius peccandum inuitare videntur. Quam autem causam aliam esse dicimus, cur vt quisque mortalium vestrum hoc Euangelium amplectitur, statim seipso reddatur deterior, præter inanem istam, quam vos docetis fiduciam? Quid enim respondere vos docet Magister vester Martinus Lutherus, si quem ex vobis aliquando pungit conscientia, propter peccata, quæ patrauit? Iubet, his verbis vt, Quid peccati, peccati: at tamen ego sum sanctus: si ego probus non sum, Christus tamen est probus. Quasi verò propterea vos iā probos esse necesse non sit, quia Christus probus est? Quasi probitas illius etiā illi sufficiat ad salutem, qui improbus esse perseuerat? Nūquid autem tu diuersum ab eo sentis, quando negas nos propter indignitatem nostram trepidare debere, sed nullo meritorum nostrorum habito respectu, solum Christi meritis nitidicis oportere? vt iam quoniam Christus probus est, improbo cuius esse liceat, neque tamen interea de iustificatione, de gratia, deque salute sua dubitare fas sit, quasi Christus, cum in terris versaretur, probum fuisse sufficiat, & illius probitate considerare quisque debeat etiam... probissimus, quod sit æternam salutem consequuturus. Quamtu verò Brenti commento hoc vestro fenestram ad omnem improbitatem aperuistis? vt mirandum non sit, quod idem ille Dux vester & antesignanus queritur, posteaquam suum istud Euangelium prædicare cepit, factos esse vos decies Sodomitæ peiores. Fecerunt itaque pro officio suo Patres in Concilio Tridentino cōgregari, quod hanc vestram doctrinam anathemate condemnarunt, qua videbant homines sua sponte proclines ad scelera, magis etiam ad illa incitari. Rectè Sapiens ille beatum esse pronunciat, qui semper est pauidus. Nam qui sine timore est, iustificari non potest. Contrà verò infelix est ille,

*Prōu. 28.
Ecce. 11.*

ille, quem vos, cum hac inani vestra fiducia securum descendere facitis ad gehennam. Verum de hoc satis: nunc unde deflexit, eo redeat oratio.

Non omnia contineri in Scripturis, quae sunt ad salutem necessaria, dum conatur demonstrare Petrus à Soto, profert vocem homouision, quam propterea rejiciendam esse censent Ariani, quod in Scripturis non contineretur, extra quas recipi quicquam debere negabant. Atqui sic fuit semper & est ad salutem necessarium credere, quod sit patri filius *ὁμοούσιος*, ut qui non credit, anathema sit à corpore eius Ecclesia, nec vllam habere possit spem aeternae salutis adipiscendae. Produxerat secundo loco Petrus Chriſma atque vñctiones quae adhibentur in Baptismo. Hic Brentius: Quid autem est, inquit, quod Afotus adrūgat etiam Chriſmata & vñctiones, quae sunt Baptismo adhibenda? Hòccine est officium conciliorum? vt definiant quid prater ea, quae Christus ipse instituit, Sacramentis sit addendum? Mirabor si has ineptias & haec Aſotica exempla sui ipsi Prælati non rideant, cum scriptores eorum doceat, hæc ad substantiam Baptismi non esse necessaria. Congregemus igitur concilio Prælatorū magno sumptu, nec minori periculo, vt constituantur aut non necessaria, aut puerilia spectacula. Sed de talibus ceremonijs tum tractabitur Deo volente, cum illud Christi, Frustrā colunt me docentes doctrinas & præcepta hominum, explicabimus.

Brentius contra Chriſma & vñctiones quae in Baptismo.

Responsio.

Cap. 1. De consecrac. di. 4. ca. si quis voluerit cap. 1. si quis de alio sup. 2. omni tempore. Act. 15. Aliud est contē nere, aliud ex casu omittere ceremonias Ecclesiae.

Imò verò Brenti, Conciliorum hoc est officium, vt non solum de doctrina religionis, verum etiam de ritibus cognoscant, quos vel in Sacramentorum administratione, vel in diuinis officijs adhiberi oporteat, vt qui sint Apostolicae traditionis, qui non sint, quos debeat, quos non debeat seruari, planum fiat omnibus. Quamobrem ante mille ducentos plus minus annos in Arausicano primo Concilio definitum fuit, vt vngerentur Chriſmate baptizati. Quin & in posterioribus Concilijs, Lugdunensi, Valentino, Beluacensi, Martini Papæ, multæ sunt editæ constitutiones de Chriſmate, quas recitat Gratianus. Neque tibi mirum hoc videatur Brenti, cum etiam Apostoli de rebus non maioris momenti, nimirum vt abstineretur à contaminationibus simulachrorum, & iusto catis, & sanguine, si statuerent aliquid in concilio, se facturos operæpretium existimauerint. Interea tamen fatemur verum esse, quod scribis, ad substantiam Baptismi non esse necessarium vngi chriſmate. Cæterum ad salutem fidelium necessarium est, non contemnere, quæ præcepit Ecclesia. Sit infans aliquis vel adultus etiam, qui de vita periclitetur, non est ad manum Chriſma, si nihil aliud quam aspergat aqua, cum accesserit verbum ad asperſionem hanc, iam est baptizatus, nec ei quicquam deest, quod ad substantiam Baptismi pertinet: ad quam aded chriſma non est necessarium, vt he Sacerdotis quidem in baptizando ministerium, si forte qui baptizandus est, ei vitæ periculum imminet, nec Sacerdotis haberi copia possit, sit necessarium: & æquè pro baptizato talis habeatur, qui sit à femina, cum vrget necessitas, atque si sit à Sacerdote baptizatus, nec iterari baptismum liceat. Neque tamen ideo non grauius peccat, si quis nulla necessitate cogente, malit à Laico, quam à Sacerdote baptizari. Non minus autem & ab illo peccatur, qui sciens prudensque per contemptum Chriſmatis vsum prætermittit.

Proteruè contra Canones Ecclesiasticos veniens est Spiritum sanctum blasphemare.

De secundo Brentij scripto Apologetico.

Vis autem scire, quantum sit hoc peccatum? quem tibi potissimum proferemus, cuius testimonium aliquod apud te pòdus auctoritatis habeat? Cupiebas nò ita pridem dari tibi Damascum. Vis autem hunc tibi demus? Audi quid ille scribat ad Aurelium Carthaginensem Episcopum: Violatores, inquit, canonum voluntarij, grauius à sanctis Patribus iudicantur, & à Spiritu sancto, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spontè consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemiarum in Spiritum sanctum. Audi sine, quantum hic factus esse iudicet, non Chriſmatis vsum omittit, quod vrgete necessitate sine crimine fieri potest, sed proteruè contra canones Ecclesiasticos venire.

Ecce autem quo tempore locum hunc tractabamus, venit in manus nostras liber Brentij contra hunc ipsum virum venerabilem Petrum à Soto scriptus. Cui titulum hunc fecit, Apologie Confessionis V Virtembergensis pericope secunda. Deum immortalem, quam est effrenis in hoc homine cõuitandi libido, & plus quam scurrilis diæteriorum, sanarumque petulantiarum. Quæ autem est hæc Euangelij docendi tam non Euangelica ratio? haud aliter is libellum hunc suum scommatis, conuitijs, calumnijs parum Chriſtianis impleuit, atque solent ij, qui capos aut fastianos infarciunt alijs. Ab his incipit, per hæc pergit, in hæc desinit. Erit autem quicquam, qui possit animo suo imperare, vt credat hæc à Christi, & non à Satanæ potius Spiritu esse profectæ? Commendata mihi fuit à quis-

à quibusdam Brentij modestia: cæterum in hoc suo scripto tam longè ab ea videtur abesse, quam qui longissimè. Furere dicas hominem, non dicere vel scribere. Quam ioculiter in eo Chriſma tractat? quos ritus excitat lepidis suis fabellis recitandis? Quam procaciter insultat sæpè venerabili viro Petro à Soto? quam petulanter etiam in sanctos Patres iam vita functos debacchatur? Mimimum quendam eum agere dicas, non Theologum, vt ego satis mirari non possim, si quisquam est mortalium, qui modò non sit ab omni profusus pietate, grauitateque; remotus, qui tali homine Theologo malit vti, quam ludione. Sed quale Euangelium, tales Euangelistæ, sicut veteri iactatur proverbio: Similes habent labra lactucas. Vnde autem Lutheri discipulum agnoscere liceret? Nobis verò non est hoc loco propositum de Chriſmate multa scribere, & ad infusas hominis cauillationes respondere: sed quin strictim breuiterque de nonnullis agamus, tenere nos non possumus.

Ac fateatur hoc incitò Brentius ipse, Chriſmatis vsum in Baptismo à nonnullis scriptoribus & Concilijs celebratum, & in Ecclesia post diuulgatum Euangelium solentem fuisse. Verum negat hoc modò, hoc consilio traditum Ecclesiae, quo eum Chriſma scriptores obtrudunt. Scilicet melius exploratum habere potest hesternus hic homo, quò modo, quoue consilio sit Ecclesiae chriſma traditum, quam illi presci sancti Patres, qui temporibus Apostolorum proximi fuerunt, à quibus illud per manus Episcoporum inuicem succedentium traditum esse dubium non est, quamlibet reclamet Brentius. Qui ferri tamen posse postea Chriſmatis vsum scribit, verum illud ferri non posse, quod Petrus à Soto vociferetur, eos qui non vrantur Chriſmate, ab vnitae Ecclesiae recessisse, & esse Schismaticos & Ecclesiae hostes. Atqui non Petrus ita censet Brenti, verum Christus ipse. Vis audire Christi sententiam hac de re? Qui non audierit, inquit, Ecce Matt. 18. clesiam, sit tibi tanquam Ethnicus. Si sunt Ethnici in Ecclesia, erunt etiam in Ecclesia, qui Chriſmate non vrantur: quos tamen nemo propterea iudicat alienos ab Ecclesia, quòd non vrantur Chriſmate, cum accidere nouum quam possit, vt omittatur Chriſma sine crimine, sed quòd Ecclesiam non audiunt, quòd prudentes & scientes in credibili quadam arrogancia, legumque Ecclesiasticarum contemptu, contra ea venire audent, quæ sunt vnanimi totius orbis Christiani consensu recepta, perpetuoque tot seculorum vfu comprobata, hoc est, quamobrem ab Ecclesia censentur alieni. Quid qui que credat, quid in pectore suo clausum quisque gerat, scire potest nemo, prater eum solum, qui corda scrutatur & renes, cuius oculis etiam ea nuda sunt & aperta omnia, quæ sunt nostri cordis intima. Cæterum homo, sicut Scriptura dicit, non videri, nisi ea que parent, que sub aspectum cadunt, ex facie iudicat, ex ritibus istis externis pronunciat. Obseruat aliquis ritus, quos per orbem Christianum vnuerſum obseruari videmus ab omnibus, quicumque Christiani censerit volunt, nihil iam impedit, quominus inter Christianos, & Christi corporis Ecclesiae membra numeretur. Nam quæ sunt in animis hominum recondita, Deo iudicanda relinquimus. Quòd si verò sit aliquis, qui non modò non obseruat, verum etiam fastu quodam intolerabili rejicit & aspernatur, quicquid est rituum, quibus homines Christiani fidem suam erga Christum orbi testatam faciunt vnuerſo, non habet is iam, cui potius imputet, quàm sibi ipsi, quòd pro Schismatico habetur, quòd inter Ecclesie membra non censetur, quòd inter Christianos non numeratur. Omnes Christiani iam inde à mille quingentis annis, præter Baptismi & Eucharistiae Sacramentum, duobus etiam his signis visibilibus se ad Christum crucifixum pertinere, & eius membra esse testari voluerunt, Chriſmatis vſu, & crucis signo, quorum vno de Christi nomine, altero de Christi cruce se gloriant, nec in alia sibi re, quam in Christo pro se crucifixo placere, ex illo pendere, in illo spem suam & fiduciam omnem collocatam, in illorum suarum omnium præsidium constitutum habere, publicè profitentur. Hæc signa si quis respuit, quid aliud is de se suspicandi præbet occasionem, quam quòd neque cum nomine, neque cum signo Christi crucifixi commune quicquam habere velit, quòd eum & nominis & crucis Christi pudeat? Cuius vt minime pudere, quin etiã vt in ea se gloriantur Christi: vt demonstrarent, ipsam frontem, quæ pudoris & verecundiæ sedes est, & Chriſmate vngendam, & identidem cruce signandam esse duxerunt, vt in quo membro erubescitur, ibi figeretur, vnde non erubescitur, imò gloria potius omnis quaritur.

Sacri chriſmatis vſus contra Brentium defenditur.

Mat. 18.

Hier. 17. Heb. 4. 1. Reg. 16.

Schismaticum est, solennes Ecclesie probatoresque ritus aspernari.

Quid nos doceat chriſmatis ritus, & crucis signum.

Quamobrem nihil est Brenti, quòd ita grauius feras, vos pro talibus haberi, quales vos ipsi facitis. Ab Ecclesia Dei vos ipsos præciditis, altare contra altare erigitis, cathedram contra cathedram constituitis, veteres ritus abrogatis, nouos instituitis, non à priuata vnus alicuius ex prescis illis Doctoribus sententia, sed à communi omnium opinione totius Ecclesiae consensu comprobata, discedere vobis fas esse ducitis, vt ita vos non solum à nostri temporis, quæ tamen diuersa non est, verum etiam ab illa, quæ fuit

Vnde schismatici hodie designantur.

Apo.

Apostolorum prisci temporis Ecclesia, in qua fuerunt praelara illa lumina, Hieronymus, Augustinus, Cyprianus, Basilius, Chryostomus, Ioannes Damascenus, Theophilactus, & alij multi viri sancti, esse separatos doceatis. Et interea moleste fertis si quis eo nomine vos appellet, quod non modò scripta vel dicta, verum etiam ipsa facta vestra vobis imposuerunt:

Augst. contra
Brentium vin-
dicatus.
Ad Hier. epi. 19

Esai. 28.

Pius vsus Chri-
smatis, & ab
omnibus reti-
mendus.

Quid Catholicis
Brentius affir-
gat, in Chri-
smatis meliosis.

Patres pro Chri-
smate contra
Brentium testat-
ur Dio. cap. 7.
Hierar. Ecclesi.

An. li. 2. ca. 108

Cyp. epi. 12. li. 1.

Consecratio aque
Baptismatis &
olei Chri-
smatis
Am. li. 1. de Sa-
cramentis ca. 5.

Sed quæ est frons tua Brenti, qui Chri-smatis vsum tâquam Impium, Augustini quo- que conaris auctoritate damnare? cum non ignores quàm sapè, quàm honorificè, quàm multis in locis vnctionis istius meminerit. Dixit is de veteribus Sacramentis, non esse sopitos cineres eruendos, quin ea cum honore sepulta à Christianis omnibus irrepara- biliter esse deserenda. Num autem in tota illa epistola vel verbo Chri-smatis facit men- tionem? De circuncisione, sabbato, capitis racione, tum de sacrificijs veteris legis loqui- tur ibi Augustinus, atque hæc sunt, quæ censet irreparabiliter esse deserenda: ceterum si- cut manuum impositionem, sic & Chri-smatis vsum in Ecclesia retinendum Apostoli censuerunt. Sed vos iam pridem Brenti depuduit, cum de eorum esse numero videami- ni, quos dixisse scribit Propheta: Posuimus mendacium spem nostram, & menda- tio protecti sumus.

Neque verò nos vel in Chri-smate, vel in signo crucis nostræ salutis spem collocamus: verum in solo Christo crucifixo, quem signis istis visibilibus denotamus: quamobrem etiam absque signis his fieri posse credimus, vt salutem aliquis æternam consequatur. Verum si, quod vos facitis vsum eorum, aliquis contemnat, eum in Spiritum sanctum peccare, à sanctis Patribus docti persuasum habemus. Nam vt demus hoc, quamuis ritè fieri posse non credamus, quòd hæc visibilia signa, vel vsus eorum potius rectè possit abrogari, non tamen hoc vnus alicuius priuata, verum publica totius Ecclesiæ auctori- tate factum oporteret. Nunc autem cum vnus aliquis hoc sibi per summam superbiam arrogat vt suum ipsius priuatum sensum totius Ecclesiæ sensui & consensui præferen- dum esse iudicet, quid de eo aliud existimari rectè potest, quàm quòd sit singularis, sic schismaticus, sic hæreticus? cū qui tali præditus est ingenio, nò quod omnibus, sed quod seorsum & sigillatim sibi videtur, id sentiat, à reliquo cætu fidelium se prædat, deniq; diuersam quandam sententiam eligat ab ea, quæ totius est orbis Christiani.

Sed factus iam tandem mitior Brentius, vel vi potius veritatis coactus, & Tolerabile esse, inquit, si in Baptismo, in Pontificali confirmatione, & in alijs sacris adhiberetur Chri-sma simplex, & nulla incantatione sordidatum, ac vsus eius permitteretur liber: Nunc autem hoc intolerabile ac detestandum est, quòd non solum vsus eius tanquam ad salutem necessarius exigatur: verum etiam non adhibeatur in vsu, nisi magicis ex- erationibus turpificatum. Quæ est hæc istius incircuncisi Philisthæi blasphemia, qui verba Dei magicas execrationes vocare non reformidat? Verum hoc Euangelium eius- modi gaudet leporebus. Nam non multum dissimilibus verbis vitur, quando de illa formula verba facit, qua nos vti Christus in baptizando voluit. Sic istorum lingua ni- hil esse potest impurius.

Quibus autem contumelijs nò afficit & Clementem & Dionysium, & sanctos alios Pontifices, quos omnes fictitios esse vult? Cuius rei nos cõtrarium docere possemus, nisi pigeret in ijs rebus diutius immorari, quæ presentis instituti non sunt. Reprehendit Brentius Dionysium, quòd scripserit, diuinos Duces nostros, quos nos Apostolos in- terpretamur, hanc vnguenti consecrationem tanquam eiusdem ordinis, & eiusdem efficacie cum sacris cõemonijs. Synaxeos, ijsdem vt plurimum figuris & mysticis dis- positionibus, ac sacris benedictionibus constituisse. Sed si qui scripsit hæc, fictitius il- li Dionysius videtur, num Augustinum quoque dicit esse fictitium, qui scriptum reli- quit in eo libro, quem edidit contra literas Petiliani, quod in genere visibilibus signa- culorum, Sacramentum Chri-smatis sacro sanctum esse sicut Baptismus? Num fictitium esse dicit hoc verustiore etiam Cyprianum, qui cum alijs multis ad fratres quosdam suos scribens, primum de aqua Baptismi sic loquitur: Oportet mundari & sanctificari aquam prius à Sacerdote, vt possit Baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, abluere. Et paucis interiectis: Vagi quoq; necesse est eum, qui baptizatus sit, vt accepto Chri- smate, id est, vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit. Porrò au- tem Eucharistia, & vnde baptizati vnguntur, oleum in altari sanctificatur. Sanctificare autem nò potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec Ecclesiam. Vides quemadmo- dum Cypriani verba nò multum ab ijs, quæ scripsit Dionysius, dissidere videantur? Si- mul & illud ex ijs cognoscere potes, nò vngendi solum, verum etiam aquam Baptisma- tis, & oleum Chri-smatis consecrandi, quàm vetus fuerit institutum. Quæ de re sic etiam ab Ambrosio scriptum est: Vidisti aquam, sed non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quæ

quæ habet gratiã Christi. Aliud est elementũ, aliud consecratio, aliud opus, aliud opera- tio. Non sanat aqua, nisi Spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit. Ac nonnullis interiectis: Vbi primum ingreditur Sacerdos, exorcismum facit, secundo su- per creaturam aquæ inuocationem: postea & precem desert, vt sanctificetur fons, & addit presentia Trinitatis æternæ. Augustinus quoque, Benedicimus, inquit, aquam Baptismatis & oleum vnctionis. Basilius idem: consecramus aquam Baptismatis & oleum vnctionis. Et horum æqualis Sulpitius, quemadmodum diuus Martinus oleum benedixit, commemorat, vbi simul & exorcismi meminit, dialogo tertio, de vita diui Martini. Quorum autem attinet reliquos omnes proferre? cum Apostolo- rum hanc esse traditionem, vt primum consecrentur aqua & oleum, deinde baptizen- tur homines & vngantur, tam sit ex veterum Scriptorum consensienti testimonio per- spicuum, vt de eo dubitari fas non sit? Quòd si liber extaret, quem Ignatium scripsisse de Traditionibus Apostolorum narrat Eusebius, inde verò certo certius ita se rem habere cognoscere liceret. Porrò qua forma consecrari fuerit solitus fons Baptismatis, vel olium Chri-smatis, non satis constat ex veterum scriptis. Inter ea quæ nobis in Pontificali Ro- mano præscripta est, ea rectè vitmur.

Aug. lib. 15. de
Trini. cap. 26.
Basilius ad Am
philochi, ca. 27

Et admirabilem Brentij factum & arrogantiam execrari satis nò possumus, qui quod tanto consensu tot seculis ab vniuersa receptum est Ecclesia, non magnis Latinorum quàm Græcorum, non occidentis magis quàm orientis, tot fannis tam scurriliter exagi- tare non veretur. Scilicet si quid inesset in ea re vitij, quòd exorcizatur & consecratur aquæ, salis, & olei creatura, iuxta receptum tot seculis Ecclesiæ morem, igno rassent hoc illa præclara orbis totius Christiani lumina, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Basi- lius, vt nihil interea dicam de Clemente & Dionysio: nec fuisset hoc tanto temporis in- teruallo mortalium cuiquam reuelatum, nisi nunc demum filijs istis desertoribus: qui quamuis de spiritu se iactent, nihil tamen aliud quàm caro sunt? Et indicant hoc eorum libri, quibus tam procaciter insultant, tam perulantly cõuiciantur, tam scurriliter fannis & dicerijs in quosuis ludunt, nullo minùs eos, quàm Dei spiritu agi. Sed nolimus esse longiores in Chri-smatis vsu defendendo: ad institutum redeamus.

Arrogantia Bre-
tij qui se totius
vni Ecclesiæ op-
ponit.

Profert aliam scripturam Brentius: Vos dixi amicos quia omnia, quæcunque audiui à Patre meo, nota vobis feci. Ac subdit: Quæ autem Apostoli acceperunt à Christo, ea vul- gauerunt prædicatione sua in toto orbe terrarum, & tradiderunt ea posteritati scriptis suis. Manifestum igitur est, quòd omnia, quæ ad salutem cogniti necessaria sunt, in scri- ptis Prophetis & Apostolicis contineantur. Profert è regione Petrus ex epistola ad Thimotheum: Quæ audisti, inquit, à me per multos testes hæc commenda fidelibus ho- minibus, qui idonei erunt & alios docere. Non dixit, inquit, quæ scripsi vel scripto tradi- di, sed verbo tantum, quæ audisti. Non dixit. Tu commenda monumentis literarum, sed hominibus fidelibus. Lex Euangelica magis est cordibus indita Spiritus sancto interi- us docente: Docebit vos omnem veritatem. Apostoli huic Spiritus sancti interiori in- flui cui innixi sunt. Vnde Paulus: Epistola estis Christi, ministrata & scripta non atra- mento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quare iniuriam facit dignitati Euangelicæ & Apostolicæ, & aperte imponit, qui docet, Apostolos scripto tradidisse cuncta, quæ verbo docuerunt, & acceperunt à Christo. Ad- dit in scholijs: Mirandum est, quòd tam audacter hoc asseratis & tam facile, meritò ea- dem facilitate contemnendum. Nam primum constat, non omnes Apostolos scripsisse, & tamen prædicarunt omnes. Deinde neque ipsi qui scripserunt, probantur omnia scri- psisse, imò Paulus aperte contrarium dicit ad Thimotheum, vt habes in assertionem Catho- lica ex opposito. Et testatur Dionysius, Eusebius, & antiquorum plurimi pauca esse scri- pta ab Apostolis. Neque Christus præcepit vnquam eis, vt scriberent, sed prædicare, in- quit. Et quàm indigne sentit de animis hominum, de Ecclesiæ firmitate, de operatione Spiritus sancti, qui non putat solidius & firmitus teneri posse, quæ cordibus mandantur fidelium, dicente Paulo: Hæc commenda, &c. quæ quæ membrans aut tabulis. Denique Euangelica, vt testatur Ezechiele Propheta, nò scripta, sed indita est cordibus, nec ad eius essentiam pertinet scriptura aliqua. Quanto enim tempore sine scriptura Euangelica lex fuit annũciata? Imò vt antiquissimus Iræneus diligentissimè & verissimè considerauit vsque hodie ad omnes barbaros sine scriptura est lex Euangelica. Neq; enim quicquam Apostoli ipsis scripserunt. Sicut enim Græcè loquens aut Hebraicè non loquitur Barba- ris, ita eisdem linguis scribens: Ordinationi enim, inquit, assentiunt multæ gentes Barba- rorum, eorum qui in Christum credunt, sine caractere vel atramento scriptam haben- tes per Spiritum in cordibus suis salutem, &c. Hæc à Petro scripta & aperta sunt, &

2. Tim. 15.
Nò omnia conti-
neri scripturis,
vt vult Brentius

2. Tim. 2.

2. Cor. 3.

Quam

Ridiculus in ve-
spondendo Bren-
tius.

Quid igitur Brentius? cum videat senihil habere quod contradicere possit, incipit nobis narrare lepidam fabellam de Synodo Monialium. Ludit etiam elenchis quibusdam sophisticis. Monachus Dominicafter portentum in rerum natura, quia simul est albus & ater, sed portentum est generis neutri, igitur & Monachus. An non lepidum scurram agit hic Theologus? Sed quid faceret, cum sibi sic occlusum eo esse videret, vt quod contra mutiret, non haberet? Postea tamen, ne nihil dicere videretur, non se loqui dicit de literis & syllabis, siue in membrana, siue in papyro scriptis, sed de sententia, quae ijs literarum & syllabarum notis significatur. Quid autem hoc ad rem, de qua agitur? Docet postea. Eadem res manere, siue vocem nuncientur, siue literis mandentur: quod produm & hoc quid ad Rombum? Quare deinde, Num Moses scribendo legem & Euangelium suscepit vanum laborem, quippe qui caelestem vocem mandauerit membranis rei fragillime? Quasi verò dixerit hoc Petrus, aut quasi quicumque sit homo Christianus, qui vel Prophetas vel Apostolos reprehendat, quod legem & Euangelium literarum monumentis consignarint. Non de hoc agitur Brenti. Verum cum dixisset Petrus, quod aperte imponit hominibus, & eos decipit, qui docet Apostolos scripto tradidisse posteritati cuncta, quae verbo docuerunt, hęc illius à te sententia refutanda: simul demonstrandum erat, quod nihil docuerint, quod non scripserint. Nunc tu de alijs loqueris, cum ille de cœpīs verbā faciat.

Euangelii ante
scripturam om-
nium fuisse.

Euangelio scri-
pto caruit Ecce-
sia primitiua,
76. annis.

Tandem videtur aliquid velle dicere: Euangelium, inquit, quod prædicauerunt Apostoli, non voce tantum vulgatum est, sed erat antea in Scriptura prophetica comprehensum, & iam tum mandabatur literis Apostolicis. Quid autem Brenti, si prius fuit Euangelium de Christo, quam non modò Scriptura, verum etiam vlla literarum esset cognitio? Inter primum hominem & Moſen, qui primus legem scripto mandabat, duo milia, trecenti, septuagintatres anni intercessisse creduntur, num toto illo tempore nullum fuisse putas Euangelium? Ac vt demus tibi, quod in scriptura prophetica comprehensum antea fuerit Euangelium, quam prædicasset Apostoli, num Euangelium illud fuit de eo, qui iam venerat, & non potius de venturo Christo? Sunt graues auctores, qui totis sedecim annis negant fuisse Scripturam vllam de eo, quod Christus venerat in hunc mundum, vt saluos faceret peccatores, de quae rebus ab illo gestis, quae per omne tempus id, voce tantum prædicabantur ab Apostolis.

1. Cor. 11.
1. Tim. 2.
Etiam à sola cõ-
suetudine Pauli
vaticinatur.
2. Cor. 11.

Docet postea Brentius, quo consilio fecerit Spiritus sanctus, vt scripto mandaret Euangelium: quasi verò sit quisquam qui consilium hoc Spiritus sancti reprehendat. Profert paulò post conciones aliquot Apostolorum, quibus auctoritas & maiestas Scripturae sacrae commendatur. Quasi de dignitate illius detractum aliquid quicumque cupiat. Sic ille cum extra rem dicat omnia, nullum tamen facit dicendi finem. Quorum enim attinet congerere tot Scripturarum loca, quibus vsi fuerunt Apostoli: quasi verò sit aliquis, qui neget Scripturarum testimonijs aliquid rectè probari posse? Imò quoties Apostoli de Christo sermonem habuerunt, ad Iudeos præsertim, necesse fuit vt eum Prophetarum oraculis confirmarent. Cæterum cum de Synaxi loquitur Paulus, quas adfert scripturas: Ego enim accepi à Domino, inquit, non legi in hoc aut illo. Nihil igitur adfert præter traditionem acceptā à Christo. Quòd in Ecclesia mulieri docere fas non est, quòd nudo capite vit, velato mulier orare debeat, quòd Episcopum vnus vxoris virum esse oporteat, quibus docet scripturnis? Quin ille ne rationem quidem adfert vllam, sed solam contradicentibus consuetudinem opponit: Si quis, inquit, videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus. Et alio quodam loco dicit: Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.

2. Theſ. 4.
Sola Scriptura
non dirimit om-
nes cõsentiones.

Nemo pius reprehendit Brenti, si quis ad scripturas appellet: nos verò laudamus id, quin & facimus ipsi. Verum si scriptura sit ambigua, si diuersa vel contraria nonnullam illius interpretationes proferantur, quæto quid facere tum oportebit? Tu scripturam hoc sentire vis, mihi contrarium verius esse videtur: vnde veritas nobis erit elicienda? Verbi gratia, de tribus nunc verbis valde cõrouertitur, Hoc est corpus meum, quorum quem tu sensum esse velis, fateor me non satis intelligere. Nam affirmas tu quidem in confessione tua, quin & alijs quibusdam scriptis tuis, quòd verum corpus & verus Christi sanguis in Eucharistia distribuatur, sed quòd realiter & substantialiter ibi sit verum Christi corpus & sanguis, nusquam expresse quod quidem ego legerim, scribis. Quin cum ita de pane dixisset Christum asseris, Hoc est corpus meum, sicut ab Ezechiele de vrbe Hierusalem in latere descripta dicitur: Ista est Hierusalem, non obscure significare videris, quòd sis in Sacramentarij partes propensior. Qui sicut in latere illo non fuit realiter vera ciuitas Hierusalem, sed illius figura tantum & imago, sic in Eucharistia

Brentius fauere
videtur Sacra-
mentarijs, ca. 5

stia negant esse realiter verum corpus Christi, sed illius figuram tantum. Itaq; sicut in alijs nonnullis, ita & in hoc videris ab Augustana confessione dissentire, quæ substantialiter in pane contineri Christi corpus affirmat: si modò eo sensu prolata est de Eucharistia confessio, quem in Apologia sua Philippus adfert.

Nunc igitur videamus quanta sit de tribus ijs verbis inter eos qui Augustana, quid; Tigurina sunt confessionis, discrepatio. Qui sunt Augustanae confessionis, sicut iam dixi, tribus ijs verbis hoc significari volunt, quòd panis vere, substantialiter & realiter sit corpus Christi, quòd in pane (sic enim illi loquuntur) præsens adest. Contra qui sunt Tigurina, secus illis videtur: nam concedunt illi quidem, quòd in Synaxi sit corpus Christi, verum in signo tantum efficaci, non autem substantialiter. Quanta verò de re, quam est hæc ingens discrepatia? Et certè, pertinet ad salutem, vt de Eucharistia certam fidem habeamus. Quid igitur hoc loco faciendum? Doces tu Brenti, docuit prior etiam Lutherus, si qua videtur obscurior esse scriptura, quòd per minus obscurā aliam explicari debeat. Conditionem hanc accipiunt sacramentarij. Sic aiunt, dictum est à Christo: Hoc est corpus meum, sicut scriptum est à Paulo: Petra autem erat Christus. Ecce faciunt sacramentarij, quòd vos docetis Brenti. Quorum autesignanus hoc vno nostro Caluinus negat in discrepationem venire Christi auctoritatem quam vos quoq; similiter vt nos, illis obijcitis, sed verborum duntaxat sensum, de quibus cum discrepatur, Scripturam, quæ videtur obscurior, per minus obscuram aliam iuxta præscriptum vestrum interpretatur. Num autem in eo vos acquiescitis? Minime gentium. Imò panem substantialiter esse corpus Christi modis omnibus cõtenditis, & plurimum ad salutem interesse, si hoc ita credatur, persuasum habetis. Quid ad hæc sacramentarij? Sicut nunc tu doces Brenti, sicut antea docuit magister tuus Martinus Lutherus, contineri dicitur in scripturis omnia, quæ sunt ad salutem necessaria: quam ob rem nihil ad eas addi, nihil præter eas recipi dicunt oportere. Nam si necessarium esset ad salutem credere: quòd in pane substantialiter & realiter sit corpus Christi, prouidisset proculdubio Spiritus sanctus per Apostolos & Euangelistas, quòd vbi Cœnæ Domini facerent mentionem, vocem hanc non prætermisissent. Vides Brenti, quem ad modum vestris contra vos telis pugnet Sacramentarij? negant addendam esse vocem, substantialiter, quòd ea sacris literis expressa non sit: interea tamen addunt ipsi, quòd ibi sit in signo efficaci, cum ne hoc quidem exprimat sacra litera. Quòd igitur hoc rerum statum confugiunt hi, qui sunt Confessionis Augustanae? Quoniam aliò, nisi quòd Catholici confugere solent: ad sanctos Patres, quos tamen quoties eorum auctoritas a nobis producit, rei cõdōs esse censetis: quoties verò vobis id expedit, multum apud vos valet eorum & Ecclesiae totius cõsensu: cuius auctoritate potissimum pugnant vestri, non contra Sacramentarios modò, verum etiam contra Anabaptistas. Qua tamen si Cargolici contra vos vtantur, ferendum non esse putatis, nec eam valere vultis.

Quanta discre-
patio de veritate
corporis Christi
in eucharis-
tia.

Patrum auctori-
tas modò pla-
cet, modò non pla-
cet Sclarijs.

Proferemus & aliud exemplum, quòd res fiat illustrior: Dixit Christus: Bibite ex hoc omnes. Tu Brenti ex omnes, facis, non omnes: Nam excludis infantes, & Augustinum reprehendis, qui communicet infantes corpore & sanguine Christi. Bibite, inquis, ex hoc omnes, qui iudicium, qui que rationes vsu habetis. Hic meritò queritabuntur Bohemi, non esse quicquam addendum ad Scripturas: contineri id illis omnia ad salutem necessaria: si vsu esset Spiritus sancto, nemo particeps vt esset Eucharistia, nisi quia rationis compos esset, additurum id in libris canonicis proculdubio fuisse. Cæterum si sufficit infanti baprisimum suscepturo fides Ecclesie, cur non eadem illi sufficiat Eucharistiam percipere? Porro si quibus alijs, tum vobis minime licet, vt infantes arcæatis ab Eucharistia, qui fidem eos actū habere contenditis: quàm qui adfert ad hoc Sacramentum, in eo nihil præterea requiritis. Tum autem in primitiua Ecclesia dabatur in infantibus Eucharistia, sicut ex Dionysio, Cypriano, Innocentio, Zosimo, Augustino, tum ex provincialibus aliquot concilijs liquet: quæ sub idipsum tempus infantibus dari desijt, cum vos extrinsecò Euangelio nullam fuisse vultis Ecclesiam. Ecce Brenti, quem ad modum & hi vituperijs vrgent, à scripturis discedi nolunt, ad scripturas addi, præter scripturas aliquot recipi, nefas esse ducunt. Quid autem vos contra hæc? Equidem non vido quid aliud, quam Ecclesiae auctoritatem obijcere potestis. Iam ergo non constare posse dogma tuum intelligis, quòd vel apertas omnibus scripturas esse profiteris, vel sic omnia in illis ad salutem necessaria contineri asseris, nihil vt addi ad eas, aut recipi præter eas oporteat.

Quanta discrepa-
tio de verbis Bi-
bite ex hoc om-
nes.

De Eucharistia,
si ne danda
infantibus.

Non sumus autem hi Brenti, qui quod abs te falsò nobis impingitur, auctoritatem scripturarum eleuare, diuinæq; legis maiestate detrudere quicquam velimus. Nihil potest de ea dici tam manifestum, quin maiorem etiam illius esse dignitatem asseramus:
Z z
qua

Plus deseruus
Scripturis Ca-
tholicis hodie,
quàm Sclarijs.

quæ tanta est, vt nullis verbis exprimi satis queat. Quid enim Dei verbo fieri potest excellentius? quod his libris, qui Canonici vocantur, mandatum esse libenter confitemur. Sed interea tamen illud nec tu negabis, quod sicut hoc nostro, sic & prisca illis seculis, ad scripturas canonicas æquè semper hæretici prouocauerunt atq; Catholici. Itaque si detrahitur scripturis, sicut tu velle videris, quando dicitur, Mos est hæreticorum ad scripturas prouocare, quis magis illis detraxit, quam ille magister vester, & hæreticorum nostri temporis dux & antesignanus Martinus Lutherus, qui adeo non veretur scribere quod omnes hæretici Scripturæ præsidio nituntur, quodque ex illis hæreses omnes originem duxerunt, vt ausus fuerit hoc etiam addere, vt Scripturam canonicam ad extremum hoc esse nomen consequutam, vt vocetur liber hæreticorum: quod nomen haud scio an quisquam illi tribuerit vnquam præter hunc magistrum, non nostrum, sed vestrum.

Fingamus autem nunc verum esse, quod tu scripsisse, nescio quem narras: nam nomen non exprimis, ac fieri potest vt sit commentum tuum: Scripturas valere quatum fabulas Aesopi, si destituantur auctoritate Ecclesie. Cedo Brenti non hic minus reuerentur de Scripturis loquutus est, quam qui vocat eam librum hæreticorum, cum tamen nullorum sit minus quam hæreticorum: est enim Catholicorum propria, qui tot seculis in eius possessione præscripserunt. Et potuit illud tamen pio sensu dici, quem homo pius qui charitatem habet, quæ non cogitat malum, ex ijs verbis eliceret. Nam reuera, nisi nos Ecclesie doceret auctoritas hanc scripturam esse canonicam, perexiguum apud nos pondus haberet. Tu ne eas quidem scripturas valere vis, quas non recipit canon Hebræorum, & vis, vt eius apud nos aliqua sit auctoritas, quam non recipit canon totius Ecclesie? Ceterum quæ Scriptura tanquam canonica semel est ab Ecclesia recepta, nomen ei tribuere, quod sit liber hæreticorum, immanè quanta est hæc blasphemia? Verum tu, dum te transthorum rapiunt ira atq; odium, etiam quæ piè dicta esse scis, in sensum impium detorques. Sed reliqua persequamur.

Produserat in confessione sua Brentius locum ex Chrysostomo, Manifestauit temporibus suis verbū suum in prædicatione quæ credita est mihi. Hæc est prædicatione: Omnia enim Euangelium continet, & præsentia, & futura, honorem pietatem, fidem. Omnia prædicationis verbo conclusit. Illustrauit hoc scholion suo Petrus: Euangelium, inquit, verbum est, sed non scriptura Evangelica. Vbi statim obserua, Chrysostomum hic nihil de Scriptura Evangelij dixisse, imò magis de prædicatione tantum loqui. Nostri verò Doctores, consuetudine illa, qua Euangelium ad scripturam semper referunt, ita cæcitant, vt vbicumq; verbum, Euangelium audierunt, mox quasi Scripturam audiant, putant se triumphasse. Sed quis non videat quam longè hæc diuersa sint? & quis non intel ligat ex tantis testimonijs in assertionem Catholica, multa tradita esse verbo, quæ non sunt scripta? Chrysostomus hic inquit, Omnia verbo prædicationis conclusit, nihil dixit de scriptura. Testimonia verò quorū meminit, è regione sunt hæc adscripta: Primum Dionysij, Substantia sacerdotij nostri scriptura sacra est nobis diuinitus tradita. Porro huiusmodi plena venerationis eloquia dicimus, quæq; à beatissimis Patribus nostris, à quibus sacris misterijs imbuti sumus, in sanctis ac Theologicis commendata sunt libris, ac præterea quæque ab ijsdè sanctissimis viris sacratiore & purgatiore, & propinqua quosdammodò cælesti Hierarchiæ doctrina, sancti duces & præceptores nostri didicerunt, ex animo in animum medio inter currente verbo, corporali quidem sed quod carnis penitus excedat sensum, sine literis transfusa sunt. E regione autem illius, Sine auctoritate scripturarum garrulitas non habet fidem, collocauit Petrus testimonium Eusebij, cuius hæc verba sunt: Venerabiles & Deo digni Apostoli Christi, cum essent in omnibus puritate vitæ & animæ virtutibus clari, non magni pendebant sermonis ornatum, & parui ducentes plures libros condere, quod huiusmodi prædicationis assertio non argumento humani sermonis, sed ad stipulatione diuinæ virtutis indigeat. Postea dicit de Paulo, quam pauca scripserit. Sed & reliqui, ait, Domini discipuli, si qui sermonem aliquem diuinitus inspirati memoriæ reliquerunt, breuem hunc & succinctum esse voluerunt. Ad Hieronymi verò sententiam ergo ex hoc verbo Traditiones Apostolorum, si non habent auctoritate scripturæ. At verò Paulus iubet seruari tradita etiam verbo sine scriptura: & Timotheo præcipit, quæ audiuit à se commendare fidelibus hominibus, non scribere. Bene autem dicit Hieronymus garrulitas sed non grauitas Patrum testimonia scilicet eorum, quos Apostoli docuerunt, non auctoritas Ecclesie, non denique certa ratio. Hæc enim omnia fidem habent, etiam si ea quæ asserunt, non sint in scriptura. Est enim in scriptura, Ecclesiam esse columnam & si firmamentum veritatis, audiendos Patres, &

2. Cor. 13.
Non Canon Hebræorum sed Ecclesie, scripturas facit Canonice.

Ad Tit. hom. 1.
Aliud verbum Evangelij, aliud Scriptura Evangelica.

Dio. Eccl.
Hier. cap. 1. Apostoli pauca scripserunt, & multa sine scriptura audierunt.

Hic ad Tit. ca. 2.
Eusej. li. 2. ca. 24.
Ecclesi. hist.

2. Thess. 2.
3. Tim. 2.

& obtemperandum rationi. Quicquid sine ijs est, garrulitas est: videat quisque, ne garrat in rebus tam serijs. Quorsum autem attinet omnia transcribere?

Adfert autem & in Apologia sue Confessionis Brentius nonnulla Scripturæ loca, quibus id ipsum probare cõtentit. Sed qua de re eadem ita cõpondis Brenti? Num de eo, an scripturæ sufficiat ad salutem? Ecce vel tedio tandem victi, concedimus tibi quod vis: quin etiam plus concedimus, quam tu etiam postulare sis ausus. Si nullas etiam scripturas viderit aliquis, eum salutem nihilominus consequi posse dicimus, dummodo si cætera propter intelligentiæ tarditatem assequi non potest, vel hoc solum sciat, quod Iesus traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram, ac ineffabilis huius beneficij memor, redemptorem suum diligat, & propter eum proximo suo bene velit. Hoc qui fecerit, etiam si quid contineatur, aut non contineatur in scripturis, nescierit, nihil est quod propterea de salute sua dubitet. Idem enim sentimus, quod ab Augustino scriptum fuit aliquando: Si propter eos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia possunt, quæ ad fidem pertinent, discernere, penè frustra in Ecclesia laboramus. Quod idem alibi dicit: Homo itaq; fide, spe, & charitate subnixus, eaque inconcussa retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. Adijmus & hoc, quod qui talis est (quandoquidem proprium est istud charitatis, vt submissum reddat hominem, & ad parendum superioribus promptum & alacrem, nullam vt ab eis præceptorum rationem exigat) quod is de salute sua multo certior esse potest, quam qui in tantis scientiæ contentum omnes præ se, nec quam audire iussit Christus Ecclesiam, ei parère dignatur, nisi Scripturarum examina proferat.

Iam igitur & hæc est (sublata controuersia. Nam cum tu Brenti præfractor sis, quam vt de eo, quod semel tuendum suscepisti, vel vnguem (quod aiunt) latum decedas: nos qui non de victoria consequenda, sed de veritate inuenienda laboramus, vltro tibi plus etiam quam tibi postulas, largimur: quod etiam si quis nesciat, quæ contineantur in scripturis, modo sciat Iesum Christum & hunc crucifixum, sufficit ei ad salutem. Ignorasse literas Antonium scribit Athanasius: vocat eum nihilominus columnam Ecclesie. Quem ita suos etiam admonuisse narrat: Confugite ad crucifixi legem, nosque eius imitami ni famulos: & hoc scientiæ sine contenti, nulla deinceps secularis imprudentiæ argumenta queratis. Porro crucifixi lex, quæ est alia, quam charitas: Nam & crux illius quid aliud quam charitatem, qua nos ille complexus est incredibili, designat: ad quam vicissim hoc exemplo suo nos inuitat. Hanc igitur quisquis habet, iam non solum nonit, verum etiam impleuit legem vniuersam: & est ad salutem eternam instructior, paratior, expeditior, quam tu Brenti cum omni cetera sodalium tuorum. Qui, cum scientiæ quadam opinione suis inflati, quandoquidem hac vnica crucifixi lege destituti estis, à Christo & à corpore eius Ecclesia præcili estis & separati. Damus itaque tibi plus quam ipse postulas, & clara voce pronunciamus, non solum sufficere Scripturas ad salutem, verum etiam si quis nunquam Scripturas legerit, ac ne viderit quidem, nec quid in eis continetur sciat, dummodo sciat Iesum & hunc crucifixum, eiusque crucifixi legem obtulerit, iam eum nosse omnia, quæ ad veram & eternam salutem cognitiua sunt necessaria, neque nosse modo, quæ cognitiua verum etiam habere, propterea omnia, quæ sunt ad illam alsequendam necessaria, de qua certus est, si legem obtulerit crucifixi, quæ verbo tantum vno continetur, & sicut scribit Clemens Alexandrinus, absque literis dicitur, cum sit decretum spirituale scriptum in cordibus nostris. Ceterum hoc tibi nunquam concedemus, vt qui non credit sanctam Ecclesiam Catholicam, qui non audit illam, qui non obedit præpositis, qui non facit ea, quæ dicuntur sedentes in Cathedra à Deo constituta, possit ad salutem eternam peruenire, cum cum aperte contra legem crucifixi venire constet.

Sed hæc de re longiores esse nolimus. Iam enim satis multa de duobus capitibus his dixisse, clarèq; demonstrasse videmur, falsum esse quod Brentius, verum quod affirmat Petrus à Sozo. Primum est summa scripturæ totius & scopus, ad quem omnes in Christum credentes collimant oportet, neminem latere possit, cum vno tantum verbo, eo que clare perspicuo & aperto contineatur, quod est Dilige, quo nihil esse potest lucidius, vt recte dicitur sit à Propheta: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos: non ideo tamen ita clara sunt in scripturis omnia, vt ad intelligendum obuia sint omnibus, cum scribat de Pauli epistolis Petrus, quod in eis multa sunt difficilia. Quod etiam nemo scriberet, clamat hoc tamen res ipsa: Quin ista quoque tam acerba nostris seculi de causa fidei contentiones, (vt interiri de prisca illis taceamus, quæ non alio modo, quam è scripturarum tam diuersis, & inter se pugnantibus interpretationibus exortæ sunt,) vel ipsa luce clariùs demonstrant, in plurimis scripturæ locis permul-

Saluat charitas etiam sine scriptura scientia Roma. 4.

Aug. epist. 10. 2. ad Euodium.

Au. de doctrina Christiana li. 2. c. p. 39.

Sub. in vita d. 2. unij magni.

Charitas lex erit ceteri, que sola homini sufficit, possit ad salutem.

Clemens.

Summaria reseruitio de tractatibus capitibus duobus.

Horatius.

tum obscuritatis esse: vt dicere, nihil est in scripturis obscurum, non aliud esse videatur, quam dicere, nil extra est oleam, nil intra est in nuce duri. Deinde, quauis in genere contineantur in scripturis omnia, quae sunt ad salutem necessaria, cum vnicum praeceptum hoc, Dilige, de quo iam diximus, quod obscurum esse nemini potest, in Christu credenri sufficit ad salutem, sunt nihilominus etiam alia pleraque extra scripturam necessariò sic credenda, vt si quis còtrarium asseruerit, anathema sit. Cuius generis sunt (vt ne quid dicam de nostri temporis controuersis dogmatibus) filium & Spiritum sanctum eiusdem esse cum patre substantiæ eiusdem potetie, ac per omnia illi æqualem. Mariam Deiparam non solum Christiparam dici oportere: duas in Christo naturas, duas itidem esse voluntates & operationes. Quæ cum in Scripturis non ita fuissent expressa, quin diuersum vel contrarium potius ex illis Arius, Macedonius, Nestorius, Eutyches, Petrus Antiochenus, Sergius Constantinopolitanus docere cõnarentur, sic in Concilijs Oecumenicis, Nicæno, Constantinopolitano, semel, iterum, & tertio habito, Ephesino & Chalcedonensi nobis credenda tradita sunt, vt nisi quis crederet, è cœtu piorum extorris haberetur. Hæc itaque duo satis iam à nobis copiose tractata sunt, & error Brentij sic est omnium oculis euidenter expositus, vt nihil apud quenquam scrupuli iam residere persuasum habeamus.

Argumenta Brentij contra Patisi cum potestatem in dubijs interpretandi.

1. Cor. 12.

Cap. 11. Cap. 4.

Cap. 7.

Argumenta Sotæ contraria.

Cap. 4. 1. Cor. 14.

1. Ioan. 4. De quibus dicitur auctor.

Nunc tertio & eo postremo loco dicendum nobis restat de eo, penes quos ius sit interpretandi dubia, si qua de doctrina religionis existant. Qua de re quamuis multa iam dixerimus in capite precedenti, vbi, quorum sit munus de causa fidei cognoscere, satis copiosè disseruimus: quoniam tamen visum est Brentio, idem nunc quoq; repetere, nobis quoq; quæ proferuntur ab eo, refellere necesse est. Negat Brentius, ius interpretandæ Scripturæ esse penes summos Pontifices, quod donum interpretandæ Scripturæ non sit humana prudentiæ, sed sancti Spiritus. Quod probat producto loco ex epistola Pauli ad Corinthios de diuisione donorum Spiritus sancti: Qui cum sit liberum, non est, inquit, ad certum genus hominum alligandus, sed distribuit dona hominibus, pro suo beneplacito. Producit locum ex libro Numerorum, quo contendere vult, omnem populum prophetare debere, quem iam excusimus. Producit & alium ex libro Iudicum de Debora muliere, quæ excitatur in Prophetam. Producit & tertium ex Amos Propheta, quod is fuerit armentarius. Quasi verò priuilegia paucorum legem faciant communem, & propterea mulieres omnes & pastores armentorum omnes debeant prophetare, quia prophetarunt Debora & Amos.

Contrà Petrus à Soto concedit hoc, nulli generi hominũ alligatum esse Spiritum sanctum, à quo recta interpretatio scripturæ proficiscitur: quia tamen, inquit, vna omnium Christianorum debet esse fides & vnica confessio, ne quisq; sensum suum sequatur, necessarium est, vt sit publicum magisterium, & certi ministri, ad quos pertineat docere in Ecclesia. Inter quos cum ordinem oporteat esse, non dubitamus ad summos pertinere, quæ inter alios de scripturæ sensu & fide dubia sunt, definire. Proferit & ipse Pauli testimonia ex Epistola ad Ephesios, quod dedit alios Apostolos, &c. ex epistola ad Corinthios, quod omnia honestè & secundum ordinem fieri debeant: ex epistola Ioannis Non omni spiritui esse credendum.

Sed nos ne simus longiores, nec ex confessione Brentij, nec ex ea quàm e regione collocat assertione catholica Petri, plura verba recitabimus. De ijs tantum dicemus, quæ continentur in hoc scripto Brentij, quod confutandum suscepimus. Queritur is remitti se à scriptura ad traditiones Apostolorum. Ad quas autem, inquit, Traditiones? num ad eas, quæ pugnant cum Prophetica & Apostolica scriptura? quæ iam celestibus testimonijs confirmata est? num ad eas, quæ scripturis sunt consentaneæ? Proferant igitur eas, & si pugnant eas exigi ad scripturam, atum cum ea aut conueniant aut pugnent. Nam vt cuius, quasuis nobis traditiones pro Apostolicis obtrudenti sine iudicio credamus, integrum nobis non est: & iuber Apostolus prouidere, ne quis nos seducat per inanem deceptionem secundum traditionem hominum.

An hodie traditiones ad scripturam exigenda.

Mirari satis non possum Brentij, si tu credis Apostolos aliquid tradidisse, quod cum Prophetica, vel cum ea, quæ proprie ipsorum est, scriptura pugnet: quos certum est eodem spiritu fuisse plenos, cum per sermonem, quo vsi fuerunt, cum per literas nonnulla traderent: quamobrem ipsi secum vel cum Prophetis pugnant non potuerunt. Cæterum quod exigi vis ad scripturam traditiones quæ sunt illi consentaneæ, factum id est, in plerisq; concilijs: vt iterum fiat, necesse non est. Filium & Spiritum sanctum esse consubstantialem patri, Mariam Deiparam esse, non Christiparam tantum, esse duas naturas, esse duas voluntates & operationes in Christo, traditiones fuerunt scripturis consentaneæ, quas tamen hæretici consentaneas esse illis negabant. Exurgat nunc Seruetus

aut Campanus vester, spargat in vulgus, non esse eas Scripturis consentaneas: num ea de re nouum celebrari concilium necesse erit? Quis ergo finis erit dubitandi? quid erit in fide nostra certum & stabile? Sed audi quod ab Augustino scriptum est: Licuit, inquit, loquendi & disputandi necessitate tres personas dicere, nõ quia scriptura dicit, sed quia scriptura non contradicit. Si vis exigere ad scripturam, non inuenies alicubi in scriptura dici, tres personas: sed quia non contradicit scriptura, conuenire cum scriptura, & ei consentaneum esse visum esse, sit tres personas diceremus. Quod igitur satis fuit Augustino, satis esse debet cuius homini Catholico. Non sunt omnia seuerè nimis ad scripturam exigenda. Si non dicit scriptura, sufficiat quod non contradicit.

Aug. lib. 7. de Trinitate, ca. 4.

Neq; verò sumus hi Brenti, qui quasuis traditiones pro Apostolicis obtrudenti, sine iudicio credi velimus, sed hac in parte seruandum esse censemus, quod ab Augustino scriptum est: illa autem, inquit, quæ non scripta sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri: Sicut quod Domini passio & resurrectio, & ascensio in cœli, & aduentus de cœlo Spiritus sancti anniuersaria solennitate celebrantur. Deinde enumeratis alijs multis de sumptione Eucharistiæ, de ieiunijs, sic tandem loquitur: Ad hæc ita respondeo, vt quid horum sit faciendum, si diuine scripturæ præscribit auctoritas, non sit dubitandum, quin ita facere debeamus, vt legimus. Similiter etiam si quid horum tota die per orbem frequentat Ecclesia: Nam hoc quoniam ita faciendum sit, disputare insolentissime insanè est. Has ergo traditiones, quæ per totum orbem vnanimitèr tot seculis obseruantur, quoniam vel ab Apostolis vel a plenarijs Concilijs commendata sunt, violare nefas ducimus. Sed de ijs suo loco.

Nõ quasuis traditiones recipiuntur Catholici. Aug. epi. 118. ad Ianna, cap. 1.

Cap. 5.

Queritur deinde Brentius, remitti se ad Concilia: & iterum querit: Ad quæ obsecro? Ad posteriora & legitima. Cur ergo non etiam ad priora? Quia aliquoties errarunt, ideoque aliquoties emendata sunt per posteriora. Sed quis nos certiores reddet, quod & posteriora concilia non errent? Si legitima sunt, fieri, inquit, non potest, vt deserantur à Spiritu sancto. Priora Concilia posterioribus esse nonnunquam emendata legimus apud Augustinum: quod autè Oecumenica concilia, siue quis plenaria dicere malit, legitime congregata, in ijs quæ ad fidem pertinent, aliquando errauerint, nusquam legimus, nec vel factum esse, vel fieri posse credimus. Saltem vnum aliquod proferres Brenti, & eius errorem indicares, verum sat scio, quod proferre nullum potes: neq; enim id facere prætermisisses, si quem errorem in eorum aliquo reperire potuisses. Nisi fortasse vel Apimnense, vel Ephesinum secundum proferas. At ea non modò Catholici pro legitimis concilijs non agnoscent, verum ne vos quidem.

De Concilijs Brentius.

Responso.

Sed audiamus lepidum scurram reliqua persequentem. Quibus ergo notis, inquit, cognoscemus ea esse legitima? si videlicet Romanus Pontifex legitime electus & constitutus conuocauerit Concilium, & primatem in eo locum habeat: Deinde si adiungantur illi Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & reliqui Prælati, qui sunt ordinarij successores Apostolorum: postremo si cœntauerint Missam de Spiritu sancto, & ieiunauerint aliquot diebus à summo mane vsq; ad horam diei sextam, aut Germanicorum horologium more, vsque ad vndecimam seu duodecimam. Tali nimirum cœtui, præsertim si fuiserint Episcopalis infulis ornati fuerint, Spiritus sanctus deesse, nec quidem si velit, potest.

Brentij sermo scurrilis de Concilijs.

Responso.

Piger me pridem ad hoc scripti genus contra leuissimum hominem descendisse, qui nihil Scripturis, nisi forte extra causam productis: nihil agit solidis argumentis, verum ludit tantum & lasciuat, sed sic est hominũ istorum ingenium: qui dici volunt Euangelici: nihil aliud apud eos quam ludus esse religio videtur: quamobrem quæcunque ad illam pertinent, omnia ferè tractant per quam ioculariter. At interea non desunt similes labris laetæ. Quid autem? an non videtur scurra hic noster omnia Concilia deridere, quæ sunt à Catholicis vnquam habita? quæ nunquam aliter habita fuisse constat, quam sicut iste per iocum hic recenset. Semper enim eis præfuit Romanus Pontifex: cum Ecclesiastica regula, sicut est in historia tripartita, iubeat non oportere præter sententiam eius Concilium celebrari, cuius & Iulius, & Damasus, & Athanasius meminerunt. Et fuit hoc etiam ante Nycenam synodum ab ipsis apostolis, sic vt Marcellus testis, institutum, vt præter auctoritatem Romanæ sedis nulla synodus haberetur. Demum autem hoc, quod Imperatores aliquando synodum conuocauerint, penes quos orbis Oecumenici totius fuit imperium: tamen qui si Catholici fuerunt, non fecerunt id nisi de Romanorum Pontificum sententia. Quin etiam ille hæreticus Imperator Constantius, per vim adigere Liberium Pontificem conabatur, vt acta

Romanus Pontifex Concilij semper præfuit, lib. 4. cap. 9.

In 2. Apolog.

Synodi Ariminensis calculo suo comprobaret, quod ea alioqui minime rata fore per-

Actor. 13.

De infulis Epi- scoporum.

Nili liber ab Illyrio castris.

Ioan. 15. Argumentatio Brentiana.

Responsio.

Concilium eorum, qui à Christo, vel capite, vel corpore dis- cesserunt, illegi- timum. Aug. de unitate Ecclie. cap. 1.

Iam si nefas esse putat Brentius inuocare Spiritum sanctum, quoties de causa religio- nis agitur, hic iam certe videtur exorcista magis quam refutatoris indigere. Quoties A- postoli conueniebant, vel ob hanc solam causam, vt Ecclesie ministros instruerent, ora- tiones & ieiunia prae-mittebant, quibus placatus Deus gratiam suam impartiret. At huic lepido scurræ nostro, ridiculum esse videtur, si quis vbi sempiterna salus agitur orbis to- tius christiani, serio velit diuinum auxilium implorare. De hoc genere Daemoniorum, quo Brentius agitatur, dicit Christus, quod non eijcitur nisi oratione & ieiunio: quom- obrem nihil mirum est, si contra se Daemonium, quo Brentius agitatur, agi quicquam non patitur. Sed nec infulus intactas prætermittere potuit. Scilicet ita vestitum incedere præstat, vt secta sint omnia, vt sicut in veste, sic in animo quoque ne sit quicquam inte- grum quam decenti habitu iuxta vetustissimum Ecclesie morem ornatum prodire?

Pergit Brentius: Non possum mirari, quod in tanto splendore Euangelij Christi, & tot eruditissimis scriptis aduersus primatum Romani Pontificis in lucem editis, audeat adhuc Afotici de suo primatu gloriari. Ego quoque; non possum fati mirari, quod in tam clara luce veritatis, & tot eruditissimis scriptis per catholicos in lucem editis, quibus men- dacia vestra pridem refutata sunt, audetis nihilominus vos Afotici manifestam verita- tem oppugnare. Nuper adeo prodijt in lucem Nili, nescio cuius liber, quæ Matthias Flac- cus Illyricus non est veritus Serenissimo Regi meo dicere, quo conatur ille quidæ, quam- uis leuissimis argumentis, Romane sedi iurisdictionem in quatuor sedes reliquas Pa- triarchales abrogare. Sed interea tamen quin sit Occidentalis Ecclesie totius Oecumeni- cus Episcopus, minime negat. Cæterum in concilio Chalcedonensi legimus Pontificem Leonem Oecumenicum sive yniuersalem Patriarcham appellatum. Sed in re perspicua nihil est necesse plura verba facere.

Redit ad conuicia Brentius (iam enim ea pridem intermiserat) iterum & successio- nis meminit, ac videtur tandem scurræ personam deponere, serioque rem agere velle. Itaque propodit Euangelij loco: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quic- quid volueritis petetis, & fiet vobis. Duo, inquit, exigit Christus ab Apostolis & succes- soribus eorum, vt imperrent Spiritum sanctum, & non errent: Vnum est, vt maneat in Christo. Hoc fit, si verè in Christum crediderint, & à Christo per peccatum vastans cõ- scientiam, non exciderint. Alterum est, vt maneat in ipsis verbum Christi, vt ministerio suo fungantur, non iuxta humana somnia, nõ iuxta ementitas traditiones, sed iuxta ver- ba Christi, iuxta sacram scripturam, quam Christus ipse nobis commendauit, & in ma- nus tradidit. Quare nisi concilium Prælatorum manserit in Christo, & verba Christi in eo, nec est legitimum concilium, nec Spiritus sanctus præsto adest, etiam si omnes Prælati reneant loca Apostolorum, & c.

Si peccatores Brenti, à iure scripturæ interpretanda excludendos censet, qui vestrum sine peccato est, is primus hoc sibi ius vendicet: sed magis etiam nos quam vos à Chri- sto, per peccatum vastans conscientiam, excidistis. Quomobrem si non erit fas cognos- cere de doctrina religionis, nisi ijs, qui sine peccato sunt, solius Dei propemodum erit ea de re cognitio: quod etiam in sine capitis huius tu velle videris, quod maiore cum spe impunitatis mentes hominum omni genere peruersæ doctrinæ imbueri queas. Quod autem vis, vt fungantur Antistites ministerio, non iuxta humana somnia, non iuxta e- mentitas traditiones, id equum esse libenter concedimus, verbaque tua sic interpreta- mur, quando quidem ementitarum traditionum meministi, te veras non excludere, si- cut nos, non modò non excludimus verba Christi, sacramque Scripturam, verum etiam primas illi partes tribuimus. Non esse autem legitimum Conciliorum eorum, qui non manserint in Christo, fortassis aliquo sensu verè dici potest. Nam quos aperte con- stat à Christo discessisse siue capite, siue corpore, Concilium eorum non esse legitimum, certum est & indubitatum. Discesserunt autem à Christo capite, sicut ab Augustino me- moria proditum legitimus, qui vel de diuinitate, vel de humanitate eius secus sentiunt, quam è Scripturis docti sumus: quales fuerunt Arius, Apollinaris, Nestorius, Eury- ches, Sergius, & alij nonnulli veteres hæretici: nostro verò seculo, Campanus, Serue- tus, Suenckfeldius, & ex Anabaptistis quidam. A Christi verò corpore discesserunt, qui

quamuis de ipso capite: Scripturis sacris consentiant, Ecclesie tamen unitati non com- municant: quales fuerunt prius illis seculis, Iovinianus, Vigilantius, Pelagius, Donatus, & alij nonnulli: quales estis hoc nostro seculo vos Lutherani cum alijs quibusdam; qui è ludo vestro prodierunt. Vt serò sic vis intelligi, non esse legitimum Concilium eorum, qui non manserint in Christo, hoc est, quos iniquitates à Christo separauerunt, vix vl- lum fuit aut erit vnquam concilium legitimum. Nam si inter eos quos ipse sibi Chri- stus duodecim elegit, vnus tamen fuit Diabolus, qua ratione caueri poterit, quod minus vbi tam frequens est Episcoporum & Sacerdotum coetus, aliquot etiam reperiantur Dia- boli? Non erit felicitior neque melior eorum congregatio, qui nunc in Christi nomine conueniunt, quam fuit illorum, quos cum præsens in terris adesset Christus ipse con- gregauit.

Nulla vnquam Concilium siue peccatoribus fuit. Ioan. 6.

Sed audiamus ea, quæ dixit accomodantem Brentium: Cum Afotus, inquit, aman- dat nos à scriptura ad Concilia Prælatorum suorum, considera mihi queso, à quanta lu- ce in quantas tenebras, à quanta certitudine in quantam obscuritatem adducat. Non e- nim dubium est, quin sacra Scriptura non possit rectè ac verè intelligi, nisi ab ijs qui Spi- ritu sancto sunt diuinitus donati. Et si enim impij possunt quedam scripturæ loca & præsertim iudicialia & moralia, adeoque quæ ad legem pertinent, & quæ historica sunt, cognoscere; tamen quis sit verus finis legis, quid Euangelium de Christo sibi velit, quid Christus ipse sit, & quantum in eo thesaurum per fidem habeamus, & quæ sunt id ge- nus alia sacra Scripturæ, non possunt nisi soli pij per Spiritum sanctum iudicare. Verum est Brenti, quod dicitis sacram Scripturam non posse rectè ac verè intelligi, nisi ab ijs, qui Spiritu sancto sunt diuinitus donati. Sed sunt non pauci, qui cum sint vacui Spiritu san- cto intus habitante & sanctificante corda ipsorum, habent nihilominus Spiritum san- ctum forinsecus illuminantem & ponentem verba Dei in ore ipsorum, si minus ad ipsorum, saltè ad Ecclesie vtilitatè. Hoc est quod rectè docet Scholastici, præter gratiã sancti Spiritus gratum facientè, hoc est, sanctificantè homines, esse & alias gratias gratis datas, ad vili- ratem aliorum, de quibus in epistola priorè ad Corinthios multa scribit Paulus. Sed & apud Matthæum legimus, etiam eos quos vocat Christus operarios iniquitatis, nõ fuisse dono Prophetiæ, virtutis; faciendarum destitutos. Quod est autè aliud Prophetiæ do- no Euangelium? Quare falsum est, quod negas, impios alia scripturæ loca, quam quæ sunt vel iudicialia, vel moralia, vel ad legem pertinentia, vel historica, cognoscere posse. Sciunt etiam hi, qui sit verus finis legis: didicerunt ex Paulo, quod finis legis Christus est ad iu- stitiam omni credenti: didicerunt ex eo dem, quod finis præcepti est charitas: sciunt igi- tur, quod hæc est summa totius Euangelij, quod Christum, qui finis legis est, de coelo detraxit charitas, vt exemplo suo nos ad charitatem inflammaret, quod, per quam viam ip- se descendit ad nos, per eandem oportere nos ad ipsum ascendere, certum habemus. Hoc nemo tam impius est, ex his dico, qui non sunt profusus rudes Euangelicæ doctrinæ, qui nesciat, ac tanto magis est impius, quod cum sciat, quod Christi consilium, quæ sum- ma sit Euangelij, que via sit ad cælum perueniendi, quamuis tamen alia via potius ince- dere vult, quæ ea qua videt Christum incensisse, qui nobis via factus est. Et in hoc est impie- tas, nõ quod nesciat, nõ quod non intelligat, sic em venia dignus videri posset, sed quod sciens prudensque contra Domini sui voluntatè venit, quam etiam ob causam tantò pluri- bus & grauioribus plagis vapulabit. Scitis & vos Brenti, quod hæc sit Euangelij summa, tantoque maior est impietas vestra, quod oblitus viæ, cuius ipse nobis Christus dux fuit, quod immemores Christianæ charitatis, quam solam à Christianis exigit, quin ardentis ira, odio, malevolentia, vos ab orbe Christiano separastis.

Scripturam non intelligi, nisi à pijs Spiritu san- cto donatis, ait Brentius.

Responsio.

1. Cor. 12. Mat. 7. Etiam qui mi- nus pij sunt, seu sum aliquando scripturam co- gnoscunt. Rom. 10. 1. Tim. 1. Que summa Euangelij.

Luc. 12.

2. Cor. 3. 1. Cor. 3.

Scriptura pos- sine cognosci etiam à non spi- ritualibus. Eundo christia- ni spiritus sepe habet illum in- tem, licet non sanctificantem.

Congerit postea Brentius loca Scripturæ: Vsq; in hodiernum diem idem velamen in lectione veteris Testamenti manet: Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non seculi huius: Nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo: Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus, stultitia quippe illi sunt. Ex quibus colligit, Scripturam non posse verè cognosci nisi à spiritualibus. Atqui loquitur ibi Paulus de Iudæis & gentilibus, non autem de malis Christianis, qui fidem & pro- fessionem habent piorum, vitam impiorum, vt videantur velur ex Ethnico & Christia- no conflati. Contentur enim Christum, decantant, laudant, celebrant: at omnis vitæ ra- tio longè à Christi præceptis dissiidet. Vident hi, quid sit optimum, at affectibus corru- pti, ad pessima deflectunt: de quorum numero si quis est, rectè potest illud vsurpare. Vi- deo meliora proboque, deteriora sequor. Quorum tanto maior est damnatio, quod vi- dentes & scientes contra Dei legem veniunt. Interea tamen de talibus non est homi- num, verum Dei solius iudicium. Cum enim cernimus baptizatos, audiuiimus constent

Rom. 14.
10th. 3.
Rom. 8.

res, videmus orantes, nomen etiam in eis Christianorum agnoscimus, etiam si facta minime congruere cum nomine videantur, qui sumus nos, qui seruos iudicare velimus alienos? De talibus dixit Christus: Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem. Viderunt ij lucem Christi per fidem, at tenebras magis amplexi sunt. Vtunque peccatores Christum diligunt: sed magis illa diligunt, ob quorum cupiditatem a Christi preceptis deficiunt. Cupiunt neminem laedere, sed dulcis est honor: nolunt fraudare, sed vincit lucrum. Cupiunt compati cum Christo, vt conregnent, sed auocant voluptates: nolunt bello confictari, sed ad imperium dilatandum non patet alia via, Tales igitur etsi vacui sapere sunt Spiritu intus habitante, & eorum corda sanctificante, non raro tamen fit, vt spiritu forinsecus illuminante, & verba sua in ipso ore ponente, minime destituantur.

De Ecclesia Brentius.

Tandem incipit Brentius tractare de Ecclesia, de qua suo loco rectius dici potuit: sed quando sic illi visum est confuse omnia nulloque ordine scribere, ne quae existimare queat, nos consulto locum hunc praeterire voluisse, quem etiam in superiore capite adduxerat, agere verba illius excutiamus. Operapretium, inquit, est audire, quid Afotus de Ecclesia praetorum suorum, ad quorum Concilia nos reijcit, scribere sibi permisit: & quidem libet verba ipsius recitare. Oportet Ecclesiam ipsam certam esse, visibilem scilicet, & sensibus ipsis corporeis perspectam, non minus quam sunt alia humana respublicae auctoritas etiam ministrorum & gubernatorum eius certa & manifesta esse debet, quare nec gratia, nec certe interior aliqua virtus occulta requirenda est vel in membris, vel in ministris eius, praeter publicam & legitimam professionem fidei & vocationem, vt ad eam pertineant, & vt eius munera integra perficiant. Hic primum vide, inquit, quod Afotus faciat Ecclesiam visibilem & sensibus corporeis perspectam. Delendus igitur ille erit articulus fidei, Credo sanctam Ecclesiam catholicam, & erit sic reponendus, Video & sentio.

Responsio Ecclesiam esse visibilem.
Matt. 5.
Matt. 18.
Act. 20.

Atqui non Petrus a Soto Brenti, sed Christus est, qui dicit Ecclesiam esse visibilem: hunc igitur, non Petrum reprehendis. Christus enim est, qui vocat eam civitatem supra montem positam, quae abscondi non potest. Si non potest abscondi, est igitur hominum oculis exposita, Deinde dicit idem Christus. Si peccaverit frater tuus, dic Ecclesiae. Quae so te, cui dici insit: num his qui videri non poterant? Dicit enim Christi spiritus, quod Episcopos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei: Quos regent? Nū eos quos non vides? De se scribit Paulus, quod sit Ecclesia Dei persequutus: poteratne persequi quae non videbat? Iam cum idem Paulus scribit Ecclesiae, quae est Corinthi, Ecclesiae Galatiae, Ecclesiae Thessalonicensium: cedo Brenti, quibus reddita litera, si videri non potuit Ecclesia? Ac vt ex veteri quoque lege proferamus aliquid: legimus in libris Regum, quod Salomon benedixit omni Ecclesiae Israel. Omnis, inquit, Ecclesia Israel stabat. Quibus benedixit? Hisne quos videre non potuit? Videtne iam, quam sit absurdum, quam ab omni ratione alienum, quam ab ipso etiam communi sensu remotum, quod tu scribis Brenti, non cadere sub aspectum Ecclesiam? Sensit hoc aliquando Philippus quoque magistrum suum sequutus, verum absurditate rei victus, sententiam mutavit, & esse visibilem Ecclesiam confessus est, quemadmodum aliquanto superius ex illius libro, quem inscripsit Locos communes, indicavimus. Quid autem aliud isti, dum asserunt, quod Ecclesia sit invisibilis, quam errori suo latebras quaerunt? Intelligunt se ad hunc visibilem coetum non pertinere, quem esse veram Catholicam Ecclesiam nemo pius dubitat: proinde quandam aliam sibi fingunt, quae nec videri nec agnoscere queat.

Melanchionem
vra Brentium
Ecclesiam facit
visibilem.

Quomodo Ecclesiam simul
videmus &
credimus.

2. Tim. 1.

Neque vero propterea debemus illum articulum symboli, Credo sanctam Ecclesiam, & loco illius dicemus, video & sentio, sicut per quam acutè sibi dicere videtur Brentius. Nam & si videmus Ecclesiam quam credimus, interea tamen multa complexitur hic articulus, quae credimus & non videmus. Qui sint electi in hoc coetu vocatorum, quem Graeci vocat Ecclesiam, nec videmus nec agnoscimus. Nā solus Dominus novit, qui sunt eius: credimus nihilominus firmiter, quod non alibi sint electi, quam in isto coetu vocatorum. Deinde credimus hanc Ecclesiam regi Spiritu sancto, quam etiam ob causam errare non posse: credimus eam esse columnam & firmamentum veritatis: credimus extra eam non magis quenquam saluum fieri posse, quam qui fuerunt olim extra arcam Noë: credimus vera esse omnia, quae in scripturis omnibus canonicis ab illa receptis scripta continentur, iuxta sensum, quem ipsa nobis adfert. Hac & alia pleraque credimus Brenti, quae tamen neque videmus, neque sentimus. Quare nihil est, quod propterea symbolum esse mutandum censas, quod aspectabilem esse dicimus Ecclesiam, quae non sine causa Catholica vocatur: cum praesertim nihil impediatur, quominus etiam

ea, quae videntur, rectè credi dicantur. Sicut dicit vnusquisque oculis suis se credidisse, quemadmodum latius idem etiam profequitur Augustinus. Etiam baptisma, quod videmus, credere nos profitemur.

Tract. 79. in
Ioannem.

Sed est & aliud, quod in verbis Petri Brentius reprehendit: Palam, inquit, & impudenter affirmat, non requirendam esse gratiam & interiorē aliquam occultam virtutem, vel in ministris, vel in membris Ecclesiae, praeter publicam & legitimam professionem fidei & vocationem. Scilicet si Praelati eius sint animo suo Epicuræi, & vira Sardanapali, tamen si sciant verba symboli recitare, & sunt à Cardinalibus & Canonicis ad praelaturas electi, pertinent ad Ecclesiam, & sunt ordinati, vt in rebus aeternae nostrae salutis ab ipsorum iudicio pendeamus. Scimus quidem veritatem Sacramentorum Christi non pendere è dignitate ministrorum, sed non esse requirendam gratiam Dei, aut virtutem Spiritus sancti in ijs, qui de vera sententia sacrae Scripturae seu verbi Dei iudicare debent, hoc demum esse coelestia oracula Spiritus sancti subijcere Epicureis & Sardanapalis.

Praelatis necessarium esse gratiam inhabitantem, vt Praelati agnoscantur vni Brentius.

Et haec abs te tam petulanter dicta, in quem recidunt Brenti? nonne in Christum ipsum? Cuius enim illa verba sunt, Petrine à Soto, an Christi? Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei: Omnia quae dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt? Quae igitur hic alium, quam Christum ipsum reprehendis? Ille enim est, qui iubet eos audiri, qui sedent super Moysi cathedram, etiam si non faciant, quae dicunt, etiam si contraria faciant ijs quae dicunt, etiam si secundum legem docentes, contra legem viuunt. Quid autem, an ipse non concedis, quod sacramentorum dignitas non pendet à dignitate ministrorum? Quae ratio diuersitatis est, vbi de verbo agitur? Qui magis pendere debet doctrinae veritas ex dignitate ministrorum? Cum praesertim sicut in sacramentis non alium agnoscimus, qui baptizat, qui conficiat Eucharistiam, qui peccata remittat, qui per sacramenta, tanquam per vasa quaedam gratiam suam fidelibus impartiat, quam Christum: sic etiam vbi praedicatur Dei verbum, vbi de illo iudicium fit, non alium Doctorem & magistrum agnoscimus, quam eundem ipsum Christum: vt sicut in sacramentorum, sic in verbi dispensatione, nihil nobis obesse queat, quamlibet sclerati sint & impij ministri: quandoquidem verus ipse & sacramentorum suorum dispensator, & verbi sui magister ac iudex, non tam sanctus est, quam ipsa sanctitas. Praclare sicut alia multa, sic & hoc Augustinus: Magisteria, inquit, forinsecus adiutoria quaedam sunt & admonitiones: cathedram in caelo habet, qui corda docet: Interior magister est, qui docet, Christus docet, in spiratio ipsius docet. Vbi illius in spiratio & illius vnctio non est, forinsecus inaniter verba perstrepunt. Sic sunt ista verba quae forinsecus dicuntur, quomodo est agricola ad arborem: forinsecus operatur, adhibet aequam & diligentiam culturae: quaelibet forinsecus adhibeat, nūquid poma formatur: nunquid nuditatem lignorum vestit vmbra filiorum? nunquid tale aliquid intrinsecus agit? sed quis agit hoc? audite agricolam Apostolum, & videte quid sumus, & audite magistrum interiore: Ego plantauim, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hoc ergo vobis dicimus, siue plantemus, siue rigemus loquendo, non sumus aliquid, sed ille qui incrementum dat Deus, id est, vnctio illius docet vos de omnibus.

Responsio.
Mat. 23.

Ex dignitate ministrorum non pendet aut doctrina, aut sacramentorum veritas.

Aug. in epistol.
Ioan. tract. 3.

1. Cor. 3.

Vides Brenti, quemadmodum sacerdotis non est nisi ministerium? ipse vero verus Doctor & magister, ipse verus iudex & interpret scripturarum qui docet efficaciter, Dei spiritus est, sicut etiam ipse Christus dixit: Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Hic spiritus potest loqui per Balaam, potest per Caiapham, potest per Iudam proditorem, denique potest etiam per asinam: nec ideo verbi Dei dignitati doctrinaeque veritati quicquam detrahetur, quae non magis ex ministrorum pender dignitate, quam ipsa veritas sacramentorum. Nam sicut sacramentorum, ita verbi quoque ministri vocantur, & sunt sacerdotes & Episcopi: qui quali vita sunt, ipsum quidem plurimum refert ministrorum, sed auditorum nihil interest. Nam qui mali sunt, dum ea quae bona sunt, administrant, se tantummodo laedunt, sicut fax accensa, sibi quidem detrimentum praestat, alijs vero lumen in tenebris administrat: & vnde commodè alijs praestat, inde sibi dispendium parit. Doctrinae veritas à quocumque proficitur hominē, Dei, non hominis est. Et sicut solis lux etiam si per immunda loca transeat, non inquinatur, sed ab ijs qui illuminantur pura accipitur: sic Dei verbum etiam si nonnunquam ex ore prodeat hominis impuri, purum nihilominus ab ijs qui audiunt, accipitur, nec ex docentis impuritate labis aut sordium quicquam contrahit.

Confirmatio ab exemplis scripturabilibus.
Matth. 10.

Hæc tu Brenti, non es tam hebes, vt non intelligas, sed ita malicia cor tuum excacauit, vt aliud nonnunquam scribas, quam quod sentis ipse, dum odium erga Petrum tuum expletur, omnem animum illum calumniandi quaeris.

Neque

Epicurus & Sardanapali plures apud Lutheranos quam Christianos.

A testimonio Lutheri & Ioannis à Lasko.

Contributor Brentius affugit se, quae habet. Responsio.

Inferri portam contra meliorem etiam viam ecclesiae prevalere possunt. Ep. An. sept. 4. 8.

Origenes, Terrentianus.

Neque verò propterea Petrus caelestia oracula Spiritus sancti subiecit Epicuræ & Sardanapalis, quòd negat ab ijs qui iudicant de sententia scripturæ, gratiam Dei gratum facientem esse requirendam. Non sunt Epicuræ, sed neque Sardanapali, à quibus publica & legitima professio fidei & vocatio requiritur. Porro de animo cuiusque, quid in pectore suo clausum quisque gerat. Dei solius est iudicium. Si quis autem Ecclesiæ iudicio tanquam Epicuræ & Sardanapalis est condemnatus, is ad iudicium de sententia scripturæ non admittitur, quin è cœtu piorum eijciatur. Quoad verò legitimi iudicis decreto talis pronuntiatus non fuerit tolerari, debet quamdiu toleratur ab Ecclesiâ, nec aliquis priuati sententia condemnari. Docuimus autem in priori capite, Martini Lutheri, qui dux vester est & antesignanus, testimonio, non pauciores inter vos Epicuræ & Sardanapalis reperiri quam inter nos, qui catholici vocamur & sumus per Dei gratiâ, præcipuè si paucitatem vestrorum cum nostrorum conferas multitudine. sed audi quid ex vestris quidam scribat, vestrum enim voco Ioannem à Lasko, qui prius vestrum, postea gradu factò dogma sacramentarium est amplexus, quod amplexus nunquam fuisse, nisi vestro exemplo sumi priuatum sensum publico totius Ecclesiæ sensui & consensui anteponeere fas esse iudicasset. Is igitur in epistola quadam quam ad serenissimum Regem meum scripsit, ijs verbis utitur: Summa, inquit, diligenti ac circumspeditione opus est, ne sub prætextu ac fucò Evangelij, aut nouum rursus aliquod tyrannidis genus inuehat, aut selectis alioqui omnibus, atque ita demum atheismo fenestra aperitur, ad quem nunc maxima ferè hominum pars nescio quomodo inclinare videtur. Audin tu Brenti, quemadmodum hic inter vos diu multumque versatus, non obscure fatetur, quòd sub prætextu ac fucò Evangelij vestri, (nihil iam dicam de tyrannide, de qua vehementer queritur) maxima ferè pars hominum ad atheismum quandam inclinare videtur. Ad quem non inclinant modò multi, verum etiam aperte ruunt, & præcipites in eum feruntur: quam ad rem gradum illis doctrina vestra fecit. Et hos tu iudices de sententia scripturæ dare nobis vis, quos palam ad atheismum inclinare, vel reuere potius, etiam is qui sunt factionis vestrae, profitentur.

Sed audiamus iterum ardentem ira atque odio Brentium, & impotentem quadam conuitiandi libidine prorsus furentem. Profert ex capite de Concilijs verba Petri, quæ sic habent: Ecclesia cui promissio illa Christi facta est: Porta inferi non præualebunt aduersus eam, visibilis est, nec ex electione Dei aut vera fide & charitate interiori pendet, ut quis ad Ecclesiam pertineat, siue ut subditus, siue ut Prælatus, sed ut viuum Ecclesiæ membrum sit, hæc requiruntur. Ac mox insulstat. Macte virtute Afote, sic defenditur Catholica Ecclesia, sic conuincuntur nouatores illi heretici. Os impudentissimum, audes tu Ecclesiam illam, aduersus quam non prævalent portæ inferi, hoc est, veram & firmam, ita infamare, ut affirmes eam nec ex electione Dei, nec ex vera fide & charitate pendere? Dicit quidem Afotus hæc requiri, ut quis sit viuum Ecclesiæ membrum, non autem ut sit eius Ecclesiæ membrum, aduersus quam non prævalent portæ inferi. Quæso autem te, an non is aduersus quem non prævalent portæ inferi, est viuum Ecclesiæ membrum? Quid? Portæ ne inferi tam imbecilles, tam eneruatae sunt, ut ne quidem aduersus mortua Ecclesiæ membra prævaleant? Ne tu mihi contionaris de stramineis portis inferi, quæ sic comptuerunt, ut ne mortuum quidem superare queant. O bellum defensorem Catholicæ Ecclesiæ. Quam improbum autem Sophistam hic agit Brentius? qui præterquam quòd cum diceret, negare Petrum, quòd Ecclesia pendeat ex vera fide & charitate, sustulit hæc vocem, interiori, diuersum quiddam ex verbis Petri colligit, quam quod illi vel cogitare in mentem venit vniquam, cum tamen quid sibi voluerit Petrus ijs verbis, obcurum illi non sit. Vbi verò dixit hoc vniquam Petrus, quod aduersus aliquod Ecclesiæ membrum portæ inferi non prævaleant, quamlibet id etiam viuum fuerit: quòd certe tu magis fortiter quam veraciter affirmas? Nam viuum fuit Ecclesiæ membrum Cyprianus, præualebunt nihilominus aduersus eum portæ inferi, ut in errorem incidere: quem aut correxit postea, sicut putat Augustinus, aut si minus correxit, tamen quòd quam secus sese res habebat, senserat, quando quidem in Catholica nihilo secius vnitatem permansit, & charitate vbertate compensatum, & passionis falce purgatum est: cum præferti illis temporibus, nihil adhuc plenarij concilij sententia, quid hæc de re sentiendum esset, Ecclesiæ totius consensio confirmasset. Origenes verò sanctitas, cui nota non est illud & de Tertulliano & de alijs nonnullis dicere licet. Quæ igitur est ista collectio Brentij, quando quidem non prævalent aduersus Ecclesiam portæ inferi, non eas etiam aduersus Ecclesiæ membrum aliquod præualere, cum omnis homo per se consideratus sit mendax: Ecclesia contra ubi sunt fideles omnes in vnum congregati, columna sit & firmamentum veritatis. Nunquam igitur ea fuit sententia Petri, quam adfert Brentius, qui sibi fixisse videtur,

tur, quod impugnaret: sed hoc dixit isto loco Petrus, quod alio loco dixerat, quem proseruit Brentius ex capite de Ecclesia, ut quis pertineat ad Ecclesiam illam, cui promissio facta est, Porta inferi non præualebunt aduersus eam, non pendere ex lectione Dei, aut charitate & fide interiori, verum sufficere publicam & legitimam professionem fidei & vocationem: cæterum ut viuum sit aliquis Ecclesiæ membrum, illa requiri. Quo magis autem res intelligi queat, vnde Petrus occasione sumpserit hæc scribendi, pauca aperiemus.

Brentius in sua confessione dum vehementer metuit, ne quid in fide certum habere queamus, conciliorum auctoritatem, per quæ sit ut certa sit & vna fides nostra, modis omnibus eleuare conatus est: primum quòd non quouis hominum cœtus pro vera Ecclesia haberi potest: deinde quòd in ea pauci sunt electi, quòd non omnium fides, quòd ple runque maior pars vincit meliorem: Postremò quòd Spiritus sanctus non facit populum suum impeccabilem, sed relinquit in ipso multas & varias imbecillitates. Ad hæc regione Petrus ea verba posuit, quæ per Brentium adducta sunt, quibus illud ostendere conatur, Ecclesiam non ex electis tantum constare, quibus nihil intus desit, quòd ad fidem & charitatem pertineat, sed constare ex vocatis, ex ijs qui publicè se Christianos & fideles profitentur, de quibus dicit etiam Christus: Multi sunt vocati, pauci verò electi: fieri posse, ut qui se publicè Christianos profitentur animo quiduis potius, quam Christiani sint, esse huius Christi corporis, quæ vocatur Ecclesia, partim viua, partim etiã putrida & mortua membra, atque hæc quamdiu aut ipsa se non præciderint, aut Ecclesiæ iudicio præcisa non fuerint à Christi corpore membra illius vocari & esse, quamuis mortua. Quid erat hic Brenti quod arroderet? Primum si vocem ipsum Græcam consideres, cæterè Ecclesia non est electorum sed vocatorum cœtus, in quo multi vocati, pauci sunt electi. Deinde verò fateri hoc ipse, quòd huic Ecclesiæ, de qua loquimur, in hac terra multi mali & hypocritæ sunt admixti. Qui sunt autem alij hypocritæ, quam qui publicè Christianam fidem profitentur, cum intus fide sint charitateque destituti? Cum igitur idem dixerit Petrus in capite de Ecclesia, quòd à te dictum fuerat, fuit ne locus hic tragicis istis exclamationibus: Fuitne locus impotentibus conuicijs? quibus ita petulant in grauem hunc & piam virum debaccharis, & cum ipse sis effrons, homini pudentissimo falsum impudentem crimen obijcere non vereris. Sed vnde nobis Lutheri discipulum, vnde quinti Evangelij assertorem agnoscere liceret, nisi ex festiuis hoc genus leporibus?

Manifestius est, quam ut negare possis Brenti, quòd in Ecclesia non boni tantum, sed & mali sunt, ac plures mali, sed longe diuersa ratione quam boni. Siquidem boni sunt in ea tanquam viua membra, quæ vitam suam habent à Spiritu Christi, & viuifico illo influxu, qui est per viuam fidem & charitatem. Contra mali sic sunt in Christi corpore Ecclesia, sicut sunt in humano corpore sanguis noxius, humores mali, capilli, vngues, mēbra arefacta, quæ tamen vitam à spiritu non recipiunt, sunt nihilominus in corpore. Cæterum si nimis exundat sanguis noxius, phlebotomia tollitur, ne totum corpus pereat; si nimis luxuriat, cæcæries capitis aut barba tondetur: si nimis extant vngues in decorè, refecantur: si redundet corpus malis humoribus, per vomitum releuatur: Si denique membrum aliquod cancro sit infectum, enle rescinditur, ne pars sincera trahatur. Eadem est etiam ratio eorum, qui mali sunt in Christi corpore Ecclesia. Nam si nimis exundat eorum effrenis petulantia, vel castigatione comprimatur, vel excommunicatione prorsus refecatur. Quoad autem qui sunt tales, aut Ecclesiæ iudicio per excommunicationem separati non fuerint, aut ipsi sponte sua foras non profuerint, dum vel persequuntur, vel contemnunt Ecclesiam, aut à Deo non fuerint per mortem exterminati, tolerantur in Ecclesia, & quam diu non præciderunt, sunt eius Ecclesiæ membra, cui facta est illa promissio: Porta inferi non præualebunt aduersus eam, haud aliter illi adhærentia, quam adhæret palea tritico, vel capilli membraque arida corpori humano. Et contra hanc Ecclesiam, in qua sunt & boni & mali, non præualere portas inferi firmiter credimus. De qua quoties agitur, non tam fidimus hominum sanctitati, quam ipsius Christi promissioni, qui fallere nescit: qui cum possit ex lapidibus filios Abraham suscitare, potest etiam per lapides salutem nostram procurare. Hæc nobis visum est crassius explicare pingiore (quod aiunt) Minerua, non tua Brenti, cui satis ista perspecta sunt & explorata, nec secus rem habere certo scis: quo nequior es, qui sciens manifestam veritatem oppugnans. Non igitur tua, sed eorum causa suscitasti ista diximus, qui nostro seculo veterem nonatistarum errorè renouantes, manifestos peccatores esse negant in Ecclesia.

Sed audiamus reliqua prosequentem Brentium: Scimus, inquit, multos impios dicituros. Domine per nomen tuum prophetauimus, per nomen tuum dæmonia eiecimus, ac alias virtutes præstitimus: sed iudicium de doctrina æternæ nostræ salutis deserere ad eos, qui ipsi palam fatentur, sibi ea in re non opus esse nec electione Dei, nec vera fide atque

Collationem Brentij & Sati.

Matt. 26.

Rationes Sati defenduntur.

Boni & mali in Ecclesia, sed diuersa ratione.

Quam diu mali Ecclesie manent membra.

Matt. 7.

Vindicatur Sotus ab iniuria Brentij calumnioſa.

que charitate, quid hoc alium est, quam spiritum ipsum sanctum a suis ipsius oraculis diiudicandis excludere, & in locum eius homines Epicuræus & Sardanapalos reponere? Scis tu Brenti, nihil alienum a vero docuisse Petrum, sed cum veritate non possis, mendacis eum oppugnare conaris. Quando dixit hoc vnquam Petrus, quod ad eos deferendum sit de doctrina iudicium, qui palam fatentur sibi non opus esse nec electione Dei, nec vera fide atque charitate? An ille non potius disertis verbis contrarium dixit, nimirum requiri in eis publicam & legitimam professionem fidei? Non te pudet vanitatis? An non pugnant inter se, profiteri publice fidem, & dicere, non est mihi opus fide? Quod si quis ausus esset dicere, tantum abest, ut ad eum iudicium de doctrina deferretur, ut is a Christi corpore tanquam putridum membrum rescicaretur potius, & cetera priorum exterminaretur. Objicis alicubi Petro, quod is non satis explicet, quid velit dicere: Est autem is reuera de eorum Theologorum numero, qui sunt rerum quam verborum studiosiores, ut cum Paulo dicere possit: Etsi imperitus sermone, sed non scientia: Quamobrem ne quis erret, quid nos eum, existimemus dicere voluisse, paucis iudicabimur.

2. Cor. 11.

Explicatio sententiae Soti.

Certum est eum in hac sententia nunquam fuisse, ut pareret, quibus de doctrina iudicandum est, eos non opus habere gratia, non fide & charitate interna, cum nulli magis indigeant ijs rebus, quam qui doctrinæ religionis iudices constituendi sunt. Ceterum hanc illius fuisse sententiam omnino persuasum habemus, quod officium in ijs, non meritum spectatur, quibus de scripturæ sensu iudicandum est: ita ut si quis ad hoc iudicium sit vocatus, hoc est, Apostolorum in Ecclesia locum teneat, quem Episcopi tenent, habeat præterea publicam & legitimam fidei professionem, is ad iudicandum de doctrina sit idoneus. Nihil ut aliud senserit, quam quod ab Imperatore Basilio dictum aliquando fuisse in superiore capite commemorauimus: Quæcumque religionis & sapientiæ Laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat, donec Laicus est, ouis vocari non desinet: rursus quantuncumque sit Episcopus irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antistes est, & veritatis verbum rectè prædicauerit, pastoris nominis & dignitatis damna non patietur. Quæ ratio est in ordine ouium constitutis pastores verborum subtilitate discutiendi, & ea quæ super nos sunt querendi? Pastorum esse vult de doctrina iudicium Petrus, non otium: ita ut si præter etiam vel sanctitate vel doctrina aliquis ex ouibus, quod vsu venire quandoque potest, nihilominus ei de doctrina sibi iudicium arrogare fas non sit: Est autem aliquid in hac sententia, quod abs te Brenti merito reprehendi queat: nisi forte velis Dei spiritum per Paulum loquentem reprehendere. Non quid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophete? nunquid omnes Doctores? Oportet ut ordo sit in Ecclesia, nec omnes omnia sibi arrogent. Quæ ciuilibus, eadem Ecclesiasticis quoque magistratus est ratio. Reperire nonnunquam de plebe licet, & iurisprudentia & integritate maiori præditos, quam plerique sint ex politico magistratu, qui iudicium officio funguntur? num ideo legitimos iudices de gradu suo deturbabitur, num ideo cuius de vulgo qui sibi castus & prudens videbitur, iudicis officium usurpare sibi licebit? Minime gentium. Quam diu toleratur a superiori magistratu iudex inferior tam diu necesse est ab ijs quoque toleretur, quorum iudex est. Ac sit aliquis sanctissimus, sit iuris consultissimus, iudicis tamen ordinarij sibi munus non sumet, quoad alius hoc officio fungitur. Ceterum quod minus in consilium abhibeatur a iudice, nemo prohibebit. Hanc nos Petri sententiam fuisse non dubitamus: quod ipsum etiam tibi demonstraturum existimamus, si modò te responso suo dignum iudicauerit. Nam & nos in hanc arenam nunquam descendissemus, nisi nos in circuncisi illius Philistæi admiratoris tui vergerij procacitas & iactantia impulisset, qui Sereni filij Regi nostro libellum hunc tuum dicare, & virum illum sanctum Aloysium Lipomanum ad disputandum de capitibus in eo contentis ipso iudice prouocare veritus non est. Quamobrem non tam Petrum a Soto contra te defendere, quod si volerit ipse, multò præstabit melius, nec hac in parte nostra opera indiget, quam Serenissimo Regi nostro, quæ sit ijs de rebus Ecclesiasticæ doctrinæ veritas, indicare volumus.

Ut includat sic in Ecclesiastico magistratu iudicandi potestas est penes iudices, quamuis imperiosos.

Argumentum Brentij.

Sapientia.

Rom. 8.

Pergit Brentius: Si Afortus serid reponit librum Sapientiæ in Catalogo Canonico- rum librorum, miror quod non audiat quid ibi dicatur. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus fugiet dolum, & auferet se a cogitationibus insipientibus. Si Afortus iudicat hoc verum esse, quomodo audet nobis eos Christianæ disciplinæ iudices proponere, in quorum maleuolam animam non ingreditur sapientia, & quos Spiritus sanctus fugit? Paulus ait: Qui non habet spiritum Christi, hic non est eius. Non habent autem spiritum Christi, qui non sunt a Deo electi & non habent veram fidem & charitatem, quomodo ergo hi possunt esse de doctrina Christi iudices?

Sapientia

Sapientiæ liber, sicut superius a nobis demonstratum est, quamuis ab Hebræis exclusus, a Christianis tamen in catalogum Canonico- rum librorum à mille ducentis & amplius annis est repositus: quam etiam ob causam testimonium eius libenter accepimus. Verum quem tu sensum eius adfers, eum respicimus. Quod in maleuolam animam non intrat sapientia, quodque non habitat in corpore subdito peccatis, minime negamus. Quæ sit autem ista sapientia, fortassis nobis tecum non conuenit. Nam nos a scriptura docti dicimus, Ecce pietas est sapientia. Quam autem pietatem Latinus interpres, eam septuaginta verterunt θεοσεβειαν, quasi tu dicas cultum Dei. Quis autem est cultus Dei, inquit Augustinus, nisi amor eius? Hic igitur non introibit in maleuolam animam, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Nam peccatum, mortale præsertim, cum charitate consistere non potest, cum fide quæ est ex auditu & intelligentia scripturarum, potest. Potest habere peccator scientiam scripturarum, potest habere fidem, charitatem habere non potest. Et certè diuersa dona sunt Spiritus sapientiæ & Spiritus scienciæ, sicut etiam ex Esaiæ illo loco patet, ubi dona Spiritus sancti enumerantur. Quod etiam Paulus indicat dicens: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scienciæ, eundem eundem Spiritum. Sermo sapientiæ non datur illi, cuius corpus peccatis est subditum: sermo scienciæ, donum prophetiæ datur. Itaque queritur alicubi Augustinus: Surgunt indocti & rapiunt celum, & nos cum doctrinis nostris, ecce vbi volutamur? Potest habere quis scientiam & cum illa mergi in profundum inferni: sapientiam, hoc est, veram pietatem quæ charitas est, habere non potest, nisi is, cui regna cœlestia sunt præparata. Sed audi, quid ea de re scribat Augustinus: Spiritus, inquit, sanctus in Ecclesia propositus vel ministro sic inest, ut si factus non est, operetur per eum Spiritus sanctus, & ad eius mercedem in salutem sempiternam, & eorum regenerationem vel ædificationem, qui per eum siue consecratur, siue euangelizatur. Si autem factus est, quoniam verissime scriptum est: Spiritus enim sanctus disciplina effugiet factum, deest quidem saluti eius, ut auferat se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, ministerium tamen eius non deserit, qui per eum salutem operatur aliorum. Propter quod Apostolus ait: Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: si autem inuitus dispensatio mihi credita est: id est, illis prodest, quibus hoc dispensatio, non mihi qui factus sum. Qui enim inuitus facit propter comoda gaudiaque carnalia, quæ si aliter habere posset, illud desereret, ipse vti que factus est, ideo que inuitus facit, sed esse prodest, erga quos facit. Se autem tantum a mercede salutaris alienat, non etiam illos priuar, quibus cibaria dominicæ etiã malus seruus impendit. Interea tamen illud libenter concedimus, quod mysteria sua citius ijs, qui mundo sunt corde, deus reuelat, quam illis qui varijs sunt flagitijs cooperiti. Atque vti nam hoc præstari posset, ut ad munus Apostolicum, cuius proprium est de doctrina religionis iudicare, non vocarentur, nisi quorum esset perspecta vitæ sanctimoniam: fortassis tanti motus in Ecclesia non fuissent excitati: qui verò sunt excitati minore negotio sedari possent. Verum nemo propterea putet se iustam habere causam ab Ecclesia vitæ discendendi, vel eorum qui præsumunt declinandi, quod sicut populus, ita est & sacerdos, nec sanctitate ceteros, qui præsumunt, excellat. Quamuis enim hi spiritum Christi non habeant, quo sancti sint ipsi, habent tamen spiritum Christi, quo sanctos reddant alios, siue cum baptizant, siue cum peccata remittunt, siue cum Dei verbis annunciant, de que scripturæ sententia iudicant. Na quod sancti sunt homines, siue baptismus id sit, siue ab solutio, siue Dei verbum, non ministro- rum est, sed ipsius Domini. Præclare Gregorius Nazianzenus, ubi docere conatur, non esse curiosè dignitates eorum, qui nos purgant, expendas, nec esse iudices iudicandos: Sint, inquit, duo annuli, aureus hic, ferreus alius: vterque regia imagine sculptus, ceræ ambo imprimatur, quid inter signum hoc & illud intererit? Nihil. Discerne materiam in cera, etiam si sapientissimus existas, dic quodnam ferri, quod te sit auri signaculum. Vnum est vtrumque, materia est diuersa, character vnus est. Quæ baptismi, eadem & ab solutionis, eadem & doctrinæ est ratio. Idem est baptismus, eadem ab solutionis, eadem doctrinæ, idem Dei verbum, siue à probo, siue à improbo ministro proficitur. Sic autem tu Brenti, qui potest per ministrum, quamuis improbum, peccata remittere, qui minus, possit per eundem doctrinæ veritatem indicare? An maius quiddam esse putas interpretari Scripturas, quam peccata remittere? Verè dictum est ab Ambrosio, quod quicquid verum à quocumque dicitur, à sancto dicitur Spiritu, quod que gradus charismatum sunt officijs Ecclesiæ, non vti que meritis humanis indulti. Sicut igitur qui dicit Dominum Iesum, in Spiritu sancto dicit, qualis vis sit, ita & in loco ordinis officij ecclesiastici positus, gratiam habet qualis vis sit: non vti que propriam, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti. Nam neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quid autem aliud vult Petrus à Soto, nisi quod ab Ambrosio dictum est, Gratiam charismatum officijs Ecclesiæ, non meritis humanis indulgeri, quam

Responsio. Liber sapientiæ Canonici & a Brentio male intellectus. Sapientia quid. Aug. li. 2. de trin. cap. 14.

Scientia est peccato esse, non autem sapientia potest. Esai. 4. 1. Cor. 12.

Aug. li. 3. con- fess. cap. 3.

Lib. 2. contra epi. Parmeniam. cap. 11.

1. Cor. 9.

Eiam votum autis.

Esai. 24.

Greg. Nazian. in orat. in sancti lauac. iudices non iudicandi.

Amb. in 12. Cap. 1. ad Corinth. Gratia charismatum officijs Ecclesiæ, non meritis humanis indulgetur.

quàm qualiscunque sit, habere tamen possit qui est in loco ordinis ecclesiastici positus. Sed si nullum apud vos pondus habent veterum Orthodoxorum testimonia, proferam vestri cuiusdam non ignobilis ea ipsa de re sententiam. Ioannes is est Caluinus: Quarta hic, inquit, cum impij præclare interdum de Christo & splendide differant, an habeant Dei spiritum? Respōdeo: Eos proculdubid habere quod ad effectum illum spectat; sed aliud est donum regenerationis, aliud donum nudè intelligentiæ, qua Iudas quoque prædicus fuit, cum Euangelium prædicaret. Verùm de ijs satis.

In cap. 12. 1. ad Cori.

Matt. 16. Brentius contra auctoritatem clauium.

Responsio.

Commendatio regni Hispaniæ vni.

Ad confirmandam Conciliorum & Episcoporum auctoritatem adduxerat Petrus & illa loca: Tibi dabo claves regni cælorū. Et: Quicquid solueritis in terra, &c. Quibus productis Brentius: Sed hæc, inquit, loca non solum sacra scripturæ, verum etiam Ecclesiasticorum scriptorum testimonijs à vanis & impijs Sophistarum commentis ita vindicata sunt, vt existimem Afotum in alio orbe hæcenus commemoratum, quod nesciat, quid in hoc orbe aduersus Romanensium adulatorum deprauationes dictum, scriptum, ac etiam pictum sit. Claves enim Ecclesiæ datæ sunt Petro & Confessoribus petrae, quæ est Christus. Non sunt datæ Lyberio Arriano, aut Marcellino idololatricæ datæ sunt ministro, non hosti Ecclesiæ: datæ sunt seruo Christi, non seruo Antichristi. Etiam si sit inter vos aliquandiu Petrus cōmoratus, est reuerà tamē in alio quodā orbe natus. Quàm felix est autē orbis ille, in quo natus est? Nam solus hic esse propemodum orbis nunc videtur, vbi Pelopidarū, hoc esse Lutheranorum, & aliorum nostri temporis hæreticorum nec facta videntur, nec vel nomen ipsum auditur. Nullum est enim regnum nostro hoc infelici seculo magis ab hæresibus intactū, quàm sit vel hoc solo nomine felicissimum Hispaniarum regnum, cui propter hanc in fide Catholica constantiam & eius tuendam diligentiam alias præterea multas felicitates Deus largitur. Quæ laus olim penes Germanos fuit, quoad illi non aliud erant quàm Christiani, nec in aliud Euangelium se transferri passi sunt ab eo, quod à Patribus acceperant, vt esse gens armis inuicta crederetur, ea postea quàm Lutherus in Germania Babylonem ædificare cepit nunc est ferè ad Hispanos trāsata. Est autem ita, quod nusquam sunt pauciores, quàm in felici orbe illo, qui deprauationes vestras & scripturarum contorsiones vel scriptas, vel pictas viderint: tantum abest, vt de ijs quicquam dici audierint. Ac tantò maior est illius regni tranquillitas, in quo & Rex piens, legitime imperat, & qui sunt eius potestati subiecti, sic in omnibus ei dicto sunt audientes, nullum vt fidelium & obsequentium subditorum officium in se requiri patiatur, quos erga Regē suū, cuius opera fieri vident, vt non ab externis hostibus modo, verum etiā ab ijs, qui multò sunt perniciosiores domesticis (hæreticos dico) tunc esse queant, tanto studio & obseruatiā esse cōstat, vt quoties id vel salus illius vel dignitas postulet, ad quoduis vitæ discrimen subeundum non minore animorum alacritate, quàm alij solent ad epulas, accurrant. Et si autem in felici orbe illo vanæ & impia commenta vestra non à quibusvis leguntur, lecta sunt ea tamen & à Petro, & ab alijs viris doctis quos cum iudicio legere posse existimatum est, & quæ contra clauium auctoritatem à vestris adferuntur, pluribus doctissimorum virorum scriptis pridè confurtata sunt, nihil vt ea nunc à nobis repeti sit necesse.

Page 280. Brentius inique facit Liberium Arrianum & Marcellinum idolatram.

Cæterum quod Liberium fuisse scribis Arrianum, id in proximo superiore capite falsum esse docuimus. Sed neque Marcellinum rectè dixeris idololatram, etiam si metu compulsus, thura idolis admouisse legitur: Nam vt lapsus in crimen hoc aliquando fuerit, martyrio tamen illud expiauit. Peccauit vt Petrus, poenitit vt Petrus. Et sicut Petrus non inter eos, qui negauerunt Christum, sed inter eos qui constantem eum confessi, nullum supplicij genus subire, ad extremum vitam etiam pro nomine illius profundere non dubitarent: sic & Marcellinus non inter idolatras, verum inter sanctos martyres ab ecclesia Dei numeratur. Interea tamen illud libenter tibi concedimus, quod claves datæ sunt Petro, & successoribus eius Petrae cōfessoribus, Ecclesiæ ministris, & quam liber indignis, seruis tamen Christi: non sunt autem datæ vobis hostibus Ecclesiæ & seruis Antichristi.

Citat Brentius Hiero. contra clauem Ecclesiæ Hieron. ca. 16. Matt.

Responsio. Cyp. li. 1. epi. 2.

Pergit Brentius: Et quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælo: Quæcunque ergo præceperint Prælati, erunt præcepta Dei, & quoscunque abiecerunt ex Ecclesia, erunt & abiecti à Deo. Quid est igitur illud, quod Hieronymus de priore dicto apud Matth. scribit? Istum locū inquires, Episcopi & Presbyteri nō intelligentes, aliquid sibi de Pharisæorum assumunt supercilio, vt vel damnent innocentes, vel soluerent se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur. Hic Afotus iterum habebit paratas suas regulas interpretandi dicta Patrum. Quid si nos Brentio Hieronymo opposuerimus aliquanto vetustiore sanctum illum Martyrem Cyprianū? Sic enim loquitur: Nec fas erat Ecclesiā pulsantibus claudi, cū permiserit ipse

ipse qui legem dedit, vt ligata in terris, etiam in cælis ligata essent: solui autem possent illic, quæ hic prius in Ecclesia soluerentur. Clarius autem Hilarius Petrum alloquens: O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiæ, fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret: O beatus cæli ianitor, cuius arbitrio claves æterni aditus traduntur, cuius terreftre iudicium præiudicata auctoritas sit in cælo, vt quæ in terris aut ligata sunt, aut soluta, statim eiusdem conditionem continerent & in cælo. Ioannes quoque Chrysostomus: Sacerdotum, inquit, vinculum ipsam etiam animam attingit, atque ad cælos vsque peruadit. Vsq; adeo, vt quæcunque in infernè sacerdotes confecerint, illa eadem supernè Deus ratas habeat, ac seruatorum sententiam Dominus confirmet. Quos sequutus Bernardus, vbi de Petro loquitur: Claves, inquit, regni cælorum tam singulariter accepit, vt præcedat sententia Petri sententiā cæli. Et eius equalis Hugo de sancto Victore: Sententiam, inquit, Petri non præcedit, sed subsequitur sententiā cæli. Vides igitur, quàm multos habeamus, quos vni Hieronymo opponere possimus. Verùm & is non pugnat cum istis, æquè vt ipse fuit catholicis & Orthodoxis. Sunt enim duæ claves, vna scientiæ, quam in Paulo: potestatis altera, quam in Petro fuisse scribit Ambrosius: quarum vtranque quæ Christus tribuit, sed inter se scribis & Pharisæis abusum earum exprobat. Væ vobis, inquit, legitis, qui nullis clauem scientiæ: ipsi non introitis, & eos qui introibant, prohibuistis. De clauē autem potestatis dicit: Super cathedram Moisi sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite. Vtramque clauem in ecclesiastico iudice coniunctam esse oportet. Nam ita demum ratum erit in cælo, quod aut ligauerit, aut soluerit in terra, si clauē non errante fecerit: alioqui periculum est, ne rectè dicatur illud Propheta: Mortificabant animas, quæ non moriuntur: & viuificabant animas, quæ non viuunt. Scientiæ clauis haud aliter est necessaria potestatem habenti, quàm lucerna in tenebris ambulanti, quæ si destituta fuerit, quid aliud consequetur, quàm quod dicit Christus: Si cæcus cæco ducatur præter, ambo in foveam cadunt. Quamobrem quod à Bernardo & Hugone dicitur, sententia Petri præcedit sententiā cæli, non aliter intelligendum est, quàm sicut à Chrysostomo scriptum est: Sententiam seruatorum Dominus confirmat, quatenus ea tamen iusta fuerit. Nam si iusta non fuerit, nihil potest dici verius, quàm quod ab Hieronymo scriptum est, quod dicit ante eum dixit Origenes: Si quis non recto iudicio eorum qui præsumunt depellatur, si ipse non antea exigit, hoc est, si non ita egit, vt mereretur exire, nihil læditur in eo, quod non recto iudicio ab hominibus videri expulsi. Et ita sit: vt interdum ille qui foras mittitur, intus sit: & ille foris, qui intus retineri videtur. Quamobrem rectè monet vir ille sanctissimus Gregorius Pontifex, magno moderamine pastores vel soluere debere, vel ligare: Sed interea siue iuste siue iniuste obliget pastor, pastoris tamen, inquit, sententia gregi timenda est, ne is qui subest, & cū iniuste forsitan ligatur ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolueret indiscretè timeat, vel ligare. Is autem qui sub manu Pastoris est, ligari timeat vel iniuste, nec pastoris sui iudicium temerè reprehendat, ne & si iniuste ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat. Non vult Gregorius, vt de iudicio sui pastoris ouis iudicet, etiam si forte error aliquis sit admixtus, quin sententiam ab illo latam ne contemnat: Quam si tulerit insons æquanimiter, coram Deo reus non erit: si verò contempserit, hoc ipso nomine coram Deo quoque reus efficitur. Sed hæc sicut alia multa, sic volente Brentio extra causam dicta sunt.

Hil. Canoni. 16. in Matth.

Chry. li. 1. de sacerdotio.

Ber. in ser. 1. in die Apost. Petri & Pauli.

Hugo li. 2. de Sacra. Dna clauis.

Amb. serm. 66.

Luce. 11.

Matth. 23.

Exech. 30.

Sententia Petri præcedit sententiam Dei.

Orig. hom. 14. in Leuiticum.

Greg. hom. 26.

Exe. 20.

Excursus locus, in præceptis Patrum vestrorum nolite incedere.

Acto. 25. Acto. 16.

Pergit is: Si quicquid præceperint Patres in terris, erit præceptum Dei, quid est quod Propheta ait: In præceptis Patrum vestrorum nolite incedere: nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis illorum polluatini? Si non est incedendum in præceptis Patrum Brenti, quid est quod Paulus & Silas, cum perambularent Syriam & Ciliciam, præcipiebant custodire præcepta Apostolorum & seniorum? Quid est, quod ijdē ipsi cum pertransirent alias ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus? Quod si verbo liber vrgere, nos in anorum, proauiorum, atavorum præceptis incedimus, qui mille quingentis annis non polluebantur in idolis, verum eadem qua nos ratione, Christū coluerunt, eiusque colendi ratione partim scripto, partim traditionibus ad nos transmiserunt. Quare liberis vestris cantilenam hanc rectius occineris, qui nisi mentem illis Deus dederit meliorem, non in aliorū, quàm in Patrum suorum præceptis incedet: auos enim & proauios suos præceptorum vestrorum sectatores edere non poterūt, sed quid quæso vobis vultis, cum hæc verba toties nobis obijcitis? nū vt quam Patres religionem seruarūt, quos ritus tenuerūt, ab ijs discendat liberi: semperque diuersam religionem, diuersos ritus quos ignorauerūt Patres eorum, sequantur: quod vel sic se quiduis

Prout 32.

Eccle. 8.

Prout 22.

Eccl. 6.

Matth. 15.

Responsio ad lo-
cum Frustra me
colunt do. pra
do. hominū.

An. II. contra
Maximium.

Basil. in Ethicis
definit. 12.

Coloss. 2.

Alia obiectio.

Responsio.

Lutherani do-
centi preceptis
Dei non consen-
dent.

Ecclesie præce-
pta cum Dei
preceptis con-
gruunt.

Non constat sibi
Brentius.

esse potius, quam Catholicos, testatum faciant omnibus? Quid esse potest absurdius? Non ita nos docet Dei Spiritus: Interroga, inquit, patrem tuum, & annuntiabit tibi maiores tuos, & dicent tibi. Non te prætereant narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis discēs intellectum. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Terminos autem indubitanter transgredietur, qui statuta patrum postponit, atque confundit: Sicut Alexander quartus à Petro Pontifex Romanus, in prima sua decretali scribit epistola. State super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona & ambulata in ea, & inuenietis requiem animabus vestris.

Profert & illud Brentius: Frustra colunt me docentes præcepta & doctrinas hominum. Habet, inquit, Aforus suum cœnū, quo hunc locum aspergat. Sed ne sit mora longa sua occasione probè (ne dubitet) eluatur. Locum hunc Maximinus etiam Arrianus aliquando protulit cum Augustino congressurus, ad eandem sententiam tuendam, quam hoc loco suscepit Brentius defendendam. Sic enim loquitur Maximinus: Si quid de diuinis scripturis protuleris, quod commune est omnibus, necesse est vt audiamus. Hæc verò voces quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur, cum ipse Dominus moneat nos, & dicat: Sine causa colunt me docentes mandata & præcepta hominum. Nihil itaque noui profertis Brenti. Docebimus hoc suo loco, quod vetus hæc fuerit hæreticorum cantilena, qui nihil præter scripturas recipiendum esse censerent. Verum quid ad hæc Augustinus? Si ad ista omnia, inquit, respondere volueris, id etiam ego agere videbor, ne veniatur ad causam. Proinde vt citò agamus, dic mihi fidem tuam. Sic Augustinus ne respondere quidem dignatus est ad hunc locum, quod alienus à causa videretur, cum æque recipi traditiones Apostolicas oporteat atque scripturas. Quare nihil est, quod dicat Brentius, dictum hoc Christi sudem esse in Catholicorū oculis. Assueverunt illi pridem, cum nihil hæreticorum ore sonet frequentius. Rectè autem Petrus, solum illum cultum dicendum esse scribit secundum doctrinas, & præcepta hominum, qui fidei nō consonat. Nam & ante eum Basilius indicauit, nihil aliud ijs Christi verbis intelligi, quam quod humanis traditionibus ad mandatum Dei reprobandum obsequendum non sit. Quod autem promittit Brentius confutare se velle, quod à Petro de verborum horum sensu scriptum est, id facit in secunda pericope, verum frigidius quam vt responderi sit necesse, cum præsertim in Confessione nostra Christiana pluribus & de hoc, & de præcedenti scripturæ loco tractauerimus, ad quam lectorem remittimus.

Profert & aliam Scripturam Brentius: Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid quasi viuentes in mundo decretis tenemini? Ex mox iuxta præcepta & doctrinas hominum, quæ verborentis quidem habent speciem sapientiæ, &c. Quatenus elementis hoc genus teneantur homines, docuimus in eadem illa Confessione. Quoniam verò nihil ea res pertinet ad præsentem causam, minimè necessarium esse duximus, hæc de re pluribus nunc agere. Pergit Brentius: Fingamus autem Christum dedisse hoc dicto, Quicquid ligaueritis in terra, &c. potestatem præcipiendi: non tamen dedit eam hostibus Ecclesie, non seruis Antichristi, qui præcipiunt quælibet: sed veris ministris Ecclesie, & seruis Christi, qui præcipiunt, non quæ ipsi libent, sed quæ Deus præcepit. Quæ igitur sic in terris præcipiuntur, erunt certè præcepta coram Deo in celo, quæ vt Deus verbo suo antè constituit: ita nunc per ministros suos verbo prædicata confirmat. Hac in parte libenter tibi subscribimus, quod non dedit hanc potestatem vobis hostibus Ecclesie & seruis Antichristi, qui præcipitis, quæ vobis libent: sed nobis quamuis peccatoribus, veris tamen Ecclesie ministris & indignis seruis Christi, qui præcipimus, non quæ vobis libent, sed quæ Deus præcepit. Nam vbi præcepit Deus, vt crederemus imputatione Christi iustitiæ nos iustos esse, etiam si nihil eius nobis adhæreat? Vbi præcepit, vt tanquam articulum fidei crederet vnusquisque, sibi certò remissa esse peccata, neque vel minimum de eo dubitare auderet, verum contra Scripturam, de propitiato peccato securus esset? Vbi præcepit credi, quod absoluta necessitate fiant omnia, & alia pleraque, quæ vos traditis, quod vobis ita liber, non quod Deus ita præcepit? Nos contra nihil tradimus, nisi quod à Deo traditum est vel in sacris literis præcipiente, vel in legitimis Concilijs inspirante. Ieiunium præcepisse Deum constat, ceterum quibus temporibus, quodue modo ieiunandum sit, ordinandum Ecclesie sue reliquit. Quæ quamuis tempora modumque ieiunandi præscribit, nihil tamen aliud tradit, quam quod à Domino præceptum est. Idem & de oratione, idem & de Sabbato sanctificando, de quæ alijs præceptis Dei dici potest, de quibus nihil mutat, sed quemadmodum decenter & ordine fieri possint omnia, docet nos nostra mater Ecclesia. Quam autem sibi nō constat Brentius? Paulò superius non abnuere visus est in ijs verbis: Quicquid

quid alligaueritis, &c. datam esse potestatem ministris Ecclesie præcipiendi: nunc diuersum eorum sensum adfert. Sic enim loquitur: Hoc dicto Christus non loquitur de auctoritate præcipiendi aut mandandi, sed de ministerio Euangelij prædicandi: vt qui Euangelio, quod à ministris Ecclesie in terra audit, crediderit, soluat in celo: qui verò non crediderit, ligetur in celo. Mox profert scripturam, iuxta illud: Ite in mundum vnuersum, prædicatè Euangelium omni creatura. Qui crediderit Euangelio, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Quod cum ita verè se habeat, inquisitum est, quod Aforus remittat nos à sacra scriptura ad suorum Canonum explicationes. Nouum verò genus interpretationis ac totis mille quingentis annis Orthodoxis omnibus inauditum, quibus vnanimiter visum est, iudiciariam quandam potestatem ab soluendi, con demnandi, præcipiendi, prohibendi ijs verbis Apostolis & eorum successoribus esse concessam. Atqui de ijs qui fors sunt, hoc est, de infidelibus, negat suum Paulus esse iudiciam. Verum hoc vobis commentum placuit ad falsum dogma vestrum de solius fidei iustificatiōe defendendum.

Pergit Brentius: Remittuntur ad Patres: Ad quos obsecro? ad veteres & iam mortuos? nominentur ergo, vt sciamus, quorum interpretatio sacrosancta & inuiolata haberi debeat. Græca Ecclesia suos habuit Patres, Origenem, Chrysostrum, Basilium, Nazianzenum, & alios. Habuit & Latina suos, Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, Hieronymum, Augustinum, & alios. Habuit etiam posterior ætas suos, Thomam Aquinatem, Albertum, Scotum, & id genus multos. Ad quos ergo Aforus inter hos aut illos nos remittit? num ad omnes & singulos indiscriminatim? & non permittit nobis eorū scripta cum iudicio legere. An verò omnia eorum absque iudicio vt sacrosancta agnoscenda sunt? Quin cum iudicio legenda sunt, causam dicit nemo, sed non tuo Brenti, neque Philippi iudicio, qui quod Catholicum est redarguit, & non raro sententiam è scriptis eorum aliquam profertis, quæ cum vestro dogmate facere videatur, cum tamen ab eo longissimè distideat. Non tuo igitur, non Philippi iudicio, sed cum Ecclesie iudicio legenda sunt scripta Patrum, atque ea est regula obseruanda, quam in aureo suo libello (quem vtinam legisset Brenti) tradit Vincencius Lyrinensis. Quod si in ipsa, inquit, veritate duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnus aut etiam provincie, error deprehendatur, tunc omnino curabit, vt paucorum temeritati vel inscitie, si qua sunt vnuerfalia, antiquitatis, vnuerfalis concilij decreta præponat. Quod si tale aliquid emergat, vbi nihil eiusmodi reperiat, tunc operam dabit, vt collatas inter se maiorum consulat in terrogetque sententias, eorum duntaxat, qui diuersi licet temporibus & locis, in vnus tamen Ecclesie Catholicæ communionem & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt. Et quicquid non vnum aut duos tantum, sed omnes pariter vno eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum. Quod etiam exemplis deinde facit illustrius. Ad extremum autem concludit, nos cum Ecclesia Doctores recipere, non cum doctoribus Ecclesie fidem deserere debere: patrumque sententijs ea tandem lege credi iubet, vt quicquid vel omnes vel plures vno eodemque sensu manifestè, frequenter, perseveranter velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo ratioque habeatur. Quicquid verò quamuis ille sanctus & doctus, quamuis Episcopus, quamuis confessor & martyr, præter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias, priuatas & occultas opiniunculas, à communis & publicæ generalis sententiæ auctoritate secretum sit: nec cum summo æternæ salutis periculo iuxta sacrilegam hæreticorum & Schismaticorum consuetudinem vnuerfalis dogmatis, antiqua veritate dimissa, vnus hominis nouitium sectetur errorem. Habes iam quomodo legenda sunt patrum scripta, & quantum sit eorum auctoritate tribuendum.

Tandem arrepta censoria virgula Brentius, de Patribus iudicium sibi sumit, & eos erroris insimulat. Negari, inquit, non potest, quin in Patribus sint errores, & alienæ à sensu Scripturæ interpretationes. Origenes fuit insignis pietate & eruditione, tamen habet quædam dogmata, quæ non sunt sacre Scripturæ consentanea, & si nonnullis historijs creditur, abiectus est ab Ecclesia. Tertullianus Montanizat, Cyprianus Anabaptizat, Hieronymus Origenizat, & Digamizat: Putat enim Digamiam, qualem quidam nunc intelligunt, hoc est, si quis post mortem prioris vxoris ducat alteram, parum aut nihil à foricatione differre. Augustinus scribit ipse libros retractationum, ac prætereà communicat infantes corpore & sanguine Christi. Longum esset singulos percurrere. Adnotemus etiam quædam loca Scripturarum, in quibus interpretatio Patrum pugnat, Ioannis sexto: Amen dico vobis, nisi mâducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius

Edarc. vlt.

Confutatio.

2. Cor. 5.

Brentius non
vult premi
vri auctoritatē.

Responsio.
Ogo iudicio scri-
pta Patrum leg-
enda.

Vincencius Ly-
rinensis.

Brentius insi-
mulat Patres
erroris.

sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Alij Patres putant Christum de spiritali tantum manducatione loqui. Augustinus exponit etiam de sacramentali, unde necessarium communicat infantes corpore & sanguine Christi. Ad cuius ergo Patris interpretationem remittet nos Afortus? Mart. 1. 6. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Alij per petram intelligunt Petrum ipsum, alij intelligunt Christum, quanti igitur interpretationem agnosceremus? Vide quam probe consulat Afortus salutem nostram, quod abducat nos a Scriptura ad Patres?

Responsio. Imò consilium hoc venerabilis viri Petri a Soro, longè saluberrimum est: idem enim, iam commemoravimus, monuit Vincentius Lyrensis, idem ante eum quoque Clemens Petri successor, qui cum lex Dei legitur, illud servari dicit oportere, ne secundum ingenij propriam intelligentiam legatur, seu doceatur. Sunt enim multa in Scripturis diuinis, quae possunt ad eum sensum trahi, quem vnuquisque sibi praesumit. Et ideo Scripturam intelligentiam, inquit, oportet ab eo discere, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam servat. Hoc fecisse Basilium & Gregorium praecipuos Graecorum Theologos narrat Ruffinus. Qui cum omnium Graecorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturae voluminibus operam dedissent, eorum intelligentiam, non ex propria praesumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebatur: quos & ipsos ex Apostolica successione regulam intelligendi suscepisse constat. Nihil itaque noui consulit Petrus a Soro, quando nos ad patres remittit, modò vt illud teneamus, quod à Vincentio scriptum est, vt cum Ecclesia Doctores recipiamus, nò cum Doctoribus Ecclesiae fidem deferamus. Quare si cuius ex sanctis Doctoribus dogma aliquod est ab Ecclesia reprobatur, sequamur illius iudicium, vt quae per illam damnata sunt, rejiciamus. Negari non potest, quod Origenes habeat quaedam dogmata, quae quamuis haereticis visa sunt sacrae Scripturae consentanea, praesertim Arianae, ab Ecclesia tamen sunt expulsa. Quamuis, si Ruffino credimus, dogmata illa falsa non tam Origenis fuerint, quam haereticorum quorundam, qui libros illius corruerunt. Verum est & de Tertulliano, quod is iam natu grandior incidit in haesim Montani. Cyprianum etiam errasse manifestum est, quem nihilominus inter sanctos martyres numeramus. Ceterum quod scribit Hieronymum Origenem, quid ijs verbis tibi velis, non satis assequimur. Na quod is fuerit Origenis aliquantò studiosior, quod eius libros nonnullos in linguam Latinam vteret, quod in Commentarios etiam suos ex illis pleraque transtulit, clarum est & manifestum. Sed fecerunt idem Hilarius, Victorinus, Ambrosius, cuius penè omnes libri sermonibus Origenis pleni sunt, & alij multi Catholici & Orthodoxi, tã Graeci, quam Latini. Ceterum si virum sanctum hunc in simulas, quod fuerit errores Origenis amplecti nihil abs te dici potest à vero magis alienum: cum vix quifquam alius errores illius vel diligentius annotauerit, vel vehementius fuerit infectatus. Quod non modo libri contra Ruffinum ab eo scripti planum faciunt, verum etiam epistolae testantur, quas de erroribus Origenis ad Pammachium, Ocianum, & Avitum conscripsit. Testantur etiam Theophili & Epiphaniij libelli, ab eodem Hieronymo versi, quibus Origenis dogmata damnantur. Sed & illud non minus falsum est, quod cum arguere videris digamiam condemnat, cum in eadem illa epistola, quam tu notare visus es, posteaquam pluribus verbis Geruntiam viduam à secundis nuptijs dehortari conatus es, his tandem verbis utatur: Quid igitur? damnamus secunda matrimonia? Minimè, sed prima laudamus. Abjicimus de Ecclesia Digamos? Absit, sed Monogamos ad continentiam prouocamus. In Apologia quoque, qua pro libris aduersus Iouinianum ad Pammachium scripsit. Nò damno, inquit, Digamos, imò nec Trigamos, & si dici potest, Octogamos. Habeat cuiuslibet ostentum maritum, & esse desinat prostituta. Nò te pudet vanitatis? Quod de August. scribis, vtinã nò essent grauiores errores vestri, quã quales ij fuerunt, quos ille retractauit, haeretici iure dici non possent. Cũ autē vestri planè sunt haeretici, & omni genere blasphemiam pleni, vel in hoc saltem vtinã imitarentur virum sanctum, vt illius exemplo de retractandis illis cogitationem aliquando susceperitis. Mirum est autem eum abs te reprehendi, quod communicat infantes corpore & sanguine Christi, cum quasi necessarium praeccepta nos vrgeas, Bibite ex hoc omnes. An infantes quoque baptizati non sunt inter omnes? Itane solis vobis licere vultis, vt cum vobis commodum est, ex, omnes, faciatis, non omnes: Ecclesiae verò potestatem hanc non permittatis? Nos, quod Augustinus communicat infantes, nò probamus, cū ex Vincentio Lyrensi didicerimus, cum Ecclesia doctores recipere, non cum Doctoribus Ecclesiae dogma deserere nos debere. Quanquam non solius haec Augustini, verum & Innocentij, Zosimi, Cypriani, Dionysij, ac plurimorum aliorum in Ecclesia primitiua fuerit de communicandis infantibus sententia.

Quod

Quod quaeris de Ioannis loco, responsum accipe: Vtraque sana est interpretatio tam eorum qui de spiritali, quam eorum qui de sacramentali manducatione haec verba vultunt intelligi. Si quidem ab Augustino docti sumus, nihil prohibere, quò minus idem locus in scripturis variè possit intelligi. Miror autem, cur ceteris Patribus hoc tribuas, quod ipsi de spiritali, soli verò Augustino, quòd is de sacramentali manducatione haec verba exposuerit, cum 1. Origenem. 2. Chryostomum, & 3. Cyrillum Graecos. 4. Cyprianum autem & 5. Hilarium Latinos ea de sacramentali: Augustinum verò non magis de sacramentali, quam de spiritali exposuisse legamus. Nam vt locum illum preteream in libris de Ciuitate Dei, lib. 1. cap. 2. 5. vbi obiter haec verba Augustinus tractat, & praecipue contra Pelagianos scribens, vbi necessariam infantibus Eucharistiam esse censet.

Neque diuersum tibi respondebimus de loco Matthaei. Poteras autem ibi etiam tercia interpretatione addere, vt petra esse diceres non solum Christum aut Petrum, verum etiam fidem de Christo, quam confessus est Petrus. Nam super hanc fidem aedificasse Christum Ecclesiam suam, quidam ex patribus interpretantur. Neque verò pugnant haec inter se: Christus, fides de Christo, Petrus confitens Christum. Quin se iungi rectè non possunt. Certum est & indubitatum, quòd fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quòd positum est, quòd est Christus Iesus. Interea tamen & illud falsum esse nequit, quòd ab eodem Paulo scriptum est: Superaedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipsum summo angulati lapide Christus. Quod magis etiam explicare legimus in Apocalypsi: Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum. Fundamentum Christus, fundamentum & Apostoli. Fundamentum fundamentorum, quod per se soliditate habet, sicut rupe aliqua, super qua aedificati & constructi sunt, non est aliud, quam Christus Iesus. Ipse est petra illa, de qua dicitur in Euangelio, quòd dominus fundata erat supra firmam petram. Ipse est summus lapis angularis, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum. Sed sunt interim & Apostoli fundamenta, quòd dominus fundata erat supra firmam petram. Inter soliditatem habent, sicut lapides qui primò ponuntur supra solidam petram. Inter haec fundamenta primarium est Petrus, cui praeter ceteris dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram, hoc est, te consentem me aedificabo Ecclesiam meam. Inter alios multos praclare Leo Pontifex Euangelij locum hunc explicans: Tu es, inquit, Petrus, id est, cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum: ego fundamentum, praeter quod nemo potest aliud ponere, tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quae mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Super hanc, inquit, fortitudinem aeternum extruam templum, & Ecclesiam meam caelo inferenda sublimitas, in huius fidei firmitate confurget. Hanc Confessionem portae inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt. Vox enim ista vox vitae est. Et sicut confessores suos in caelestia prouehit, ita negatores ad inferna demergit. Vides, quemadmodum simul haec tria pulchre sanctus iste pontifex coniunxerit, Christum, fidem & Petrum. Absit enim, vt aliud fundamentum ponamus quam Christum: ipse est caput inuisibile, qui gubernat inuisibiliter: ipse est petra inuisibilis & inuiolabilis, quae virtute sua continet molem Ecclesiae. Sed quemadmodum in sacramentis cum ipse solus inuisibiliter operetur omnia, ministerio tamen vtrius visibilium sacerdotum: sic visibile in terris elegit ministrum, per quem Ecclesiae molem hanc sustineret, per quem gregem suum visibilem inuisibilis ipse gubernaret. Est igitur petra Christus: est petra fides de Christo, quam confessus est Petrus: est Petrus: est Petrus ipse confitens Christum.

Nam & hoc procul à nobis absit, vt iuxta commentum tuum esse dicamus aedificatam Ecclesiam super talem Petrum, qui publice fateretur sibi nò opus esse fidei, sed sicut Petrus à vero dicit, in quo nò desideretur publica & legitima professio fidei, qui Christum pro fundamento agnoscat: qui summo illi lapidi angulari innitatur: super talem Petrum aedificatam Ecclesiam credimus. Hic est, per quem à Christo gubernatur Ecclesia, cuius ministerio fit, vt vna fides in ea retineatur. Quod nostris temporibus his clamet etiam res ipsa. Nam vbi discessum est ab hoc Petro Christum confitente, Deum immortalè, quorū ibi sectas quam dissectas? quot schismata? quot haereses? quam varias & multas blasphemias videre licet & audire? Contra vbiunque terrarum Petrus hic agnosceretur, vbi dicitis eius pareretur, vbi in doctrina eius acquiesceretur, ibi ciuitas vnius labij, ibi multitudinis credentium videtur esse cor vnu & anima vna. Hoc & vos periculosum.

De loco Ioan. 6 Aug. lib. 3. de doctr. Chri. ca. 26. 1. Ho. 7. in Nu. 2. Hom. 46. in Ioan. 3. Li. 3. ca. 13. 14. in Ioan. 11. 10. c. 13. 4. inexpl. orat. Domin. 5. Li. 8. de Trin. Aug. tra. 26. in Ioanem. Contra Cresconium li. 1. ca. 25. de verbis Domini serm. 11. c. 46. De peccatorum meritis & remissione. li. 1. ca. 20. c. 23. Hypognosticon. lib. 5. 1. Cor. 3. Ephe. 2. Apoc. 21. Mat. 7. Leo homilia. 3. in assumptione die assumptionis sue, et Ho. 2. in nativitate. Apostolo. Petri & Pauli. Christus, Petrus & fides petra dicuntur, sed nò eadem ratione. Figmentū Brentij contra Petrum Ecclesiam Petram explorat. A Petro. petrus discedere quam periculosum.

Brenti,quamuis inuiti,fateri tamen necesse habetis.Nam si taceant homines,vel ipsi lapides loquentur. Videmus enim,quid sit consequutum,posteaquam ab hac petra pars ædificij diuulsa est,in quam multas deinde particulas fuerit comminata. Iam ne intelligis,qua ratione Petram voemus Christum,qua verò Petrum,quam que nihil hac inter se pugnent? Christus petra est,quæ virtute sua molem hanc Ecclesiæ sustinet. Petrus petra est,cuius id ministerio Christus facit. Petrum autem cum dicimus,publice & legitime Christum consistentem dicimus:quod nisi faciat,Petrum negamus.

August. epist. 19. ad Hieronim. Brenti. Augustinum Solo oppo nit.

Pergit Brentius:Quantò rectius Augustinus, qui nos potius à Patribus ad scripturam,quam à scriptura ad patres ducit? Ego,inquit,fateor charitati tuæ,folis eis scripturarum libris,qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honorerique; deferre, vt nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam. Ac si aliquid in eis offendero literis,quod videatur cõtrarium veritati,nihil aliud quam vel mendosum esse codicem,vel interpretem non assequutum esse,quod dictum est,vel me minime intellexisse,non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinaque præpollent,non ideo verè putem,quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere poterunt. Hactenus Augustinus. Sed Afotus maiori prudentia & pietate ornatus, quam Augustinus, non remittit nos à patribus & scriptoribus ad scripturam, sed a patribus mortuis ad prælatos viuentes, vt si hæsitauerimus in scriptura, adeamus patres mortuos: si & in ijs aliquid ambigui occurrit,accedamus ad prælatos viuentes.

Responsio.

Quam tu malitiosè rem agis Brenti, Scis quid senserit petrus, & quoniam in eo nihil reprehensione dignum inuenire potes, fingis eum dicere, quæ nusquam sensit, vt habere tamen possis, quod reprehendas. Quando enim à scriptura sic ille duxit ad patres, vt maiorem eorum quam scripturarum auctoritatem esse voluerit? Scilicet ignorauit, quod nemo nescit, etiam ex illis, qui sacras literas primoribus (quod aiunt) labris degustarunt, quid libris, qui vocantur canonici, quidque Patrum scriptis debeamus? Verum non hoc agebatur, an parem cum ijs, que in libris Canonicis continentur, scripta Patrum auctoritatem haberent, sed si quid aut non expressum, aut parum dilucide expressum esset in scripturis, si quis occurreret scripturæ locus obscurior, quem aliter vos interpretaremini, qui discessistis à nobis, aliter nos qui in Ecclesiæ vnitatem permansimus, quid eo rerum statu faciendum, quodue cõfugiendum esset. Hic docet Petrus, quod olim docuit Augustinus, qui locum illum enarrans Propheta. Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis: Attendite, inquit: in facta sanctorum, ne forte nostra videatur interpretatio, Quomodo hæc verba intellexerunt Sancti, sic vtrique intelligenda sunt. Quid autem aliud vult Petrus, quam vt sic intelligantur verba scripturæ, sicut ea sancti Patres intellexerunt? Neque verò secus ipse fecit, quam docuit Augustinus: Ab Ecclesiæ doctri credimus, quod ex Adam trahimus originale peccatum, quod per lauacrum regenerationis non solum in maioribus, verumetiam in paruulis soluitur. Quamuis autem hoc dogma diuinæ legis oraculis adstruitur, secus ea tamen Iulianus interpretatus est, nec dubitauit, quin hoc sentirent, eis Manichæorum errorem impingere.

August. de verbis Domini. Esa. 52. August. Patrum auctoritate suspicari assequitur

August. contra Iulianum.

Quid hic Augustinus? Ad Patres confugit: profert quid ea de re senserint Irenæus, Cyprianus, Rheticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Basilius, Chrystomus. Et cum illud attulisset à Sallustio, quod omnes iudices ab odio, inimicitia, ira vacuos esse decet, paucos dicit inueniri tales potuisse: Verum Ambrosium, inquit, alioque collegas eius, quos cum eo commemorauit, tales fuisse credendum est. Et si tales non fuerunt in ijs causis, quas ad se delatas, & inter partes cognitatas, cum hic viuerent, suo iudicio definierunt, ad hanc tamen causam tales erant, quado de illa sententias protulerunt. Nullas nobiscum vel vobiscum amicitias præterderunt, nullas inimicitias exerceuerunt, neque nobis neque vobis irati sunt, neque nos neque vos miserati sunt quod inuenerunt in Ecclesiâ, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondum vobiscum apud istos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est causa nostra. Nec nos, nec vos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas cõtra vos sententias recitamus. Nondum vobiscum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus. Dicis, me si sub potestate iudicum premerer, non habiturum fuisse quod facerem, quod confugerem. Ego planè haberem, quod facerem, haberem quod confugerem: à Pelagianis enim tenebris ad hæc tam clara Catholica lumina prouocauit, quod & nunc iam facio. Tu ergo responde quid facias? dic quod confugas? ego à Pelagianis ad istos, tu ab istis ad quos? An quia non numerandas sed pòderandas esse cõtes sententias, etiam istos cæcos dicere audebis? Et vsque ad eò permiscuit ima summis longus dies, vsq; adeo tenebræ lux, & lux tenebræ esse dicuntur vt vide-

vt videant Celestius, Pelagius, Iulianus, & cæci simi Gregorius, Hilarius, Ambrosius, &c. Vides quemadmodum non docuerit modò faciendum, verum & ipse fecerit: Augustinus, vt quibus de rebus ambigebatur, de ijs ad Patrum iudicium prouocaret: qui tamè etiã in eo ipso loco, què tu citas, longè aliud quã quod inferis, tenuisse videtur. Non enim hoc vult, vt ad Patrũ iudicia ne quis cõfugias, ad quæ cõfugit & ipse nõ semel: sed vt primas partes deferendas esse scripturæ quisque sciat: patribus autem tantum tribuat, quantum vel scripturis, vel aliqua probabili ratione persuadere possint. Non scripturam hic tantum, verum & probabilis rationis meminit August. Fieri autè potest vt aliud mihi, aliud tibi probabile videatur. Quam igitur aliam probabilem rationem intelligemus, nisi quæ tot seculis Ecclesiæ probata atque illius iudicio fuit recepta? Cuius iudicio si qua Doctõris alicuius, quamlibet magni, sententia reiecta fuerit & explosa, quales plerumque sunt Origenis, qualis & illa de Monogamia Tertulliani, qualis de rebaptizãdis hereticis Cypriani, qualis de communicandis infantibus est Augustini, quamlibet multis diuinæ legis oraculis nixa sit, nihilominus non modò non sequenda, verumetiam velis est (quod aiunt) remisq; fugienda. Sic hoc Augustini testimoniũ contra te magis, quã in contra nos facere videtur.

Quo sensu Augustinus scripturis Canonici indubiam fidem haberi velint.

Tandem Brentius minor factus, non omnino Patres reiiciendos esse censet: quin cõsilendos & audiendos potius, non tamen Scripturæ æquandos. Quasi quisquam æquandos eos esse dixerit. Si quidem, inquit, interpretantur scripturam per scripturam, & obscuros locos scripturæ per manifestos & claros, interpretatio eorum amplectenda est. Sin autem interpretantur Scripturam contra scripturam, & reddunt scripturæ locos obscuriores, refutanda est eorum interpretatio. Non enim tanti nobis esse debet vlla humana auctoritas, vt præferamus eam diuinæ.

Brentius qualis nescit patres.

Postremum hoc libenter tibi concedimus. Sed nec illud negamus, rectè facere, si quis per scripturam scripturam interpretatur. Nolumus autem hoc loco vel de nobis Christianis, vel de vobis Lutheranis quicquid dicere. Ex eorum scriptis exèpla proferemus, quos æquè vos atq; nos pro hereticis habetis. Quod vos rectè monetis, per scripturam esse scripturam interpretandã, id se strenuè facere clamant Sacramentarij, Profert & à nobis & iterum per aliam: Ego sum vitis. Hac itaque ratione dicunt secundum nos speciem, secundum vos autem substantiam panis vocari corpus Christi, quare ratione Christus ipse petra vocatur & vitis: Num in hac interpretatione vos acquiescitis. Certè si qui vestrum in ijs manent, quæ didicerunt à Luthero (nam Philippo sunt qui crimini dent, quod Calvinizet, quod que sicut in alijs plerisque, sic & in hoc à magistri sui placitis discesserit) ceterum qui constanter Lutheri doctrinam tuerunt, itumquam acquiescent, sed neque nos, qui decem sequimur Ecclesiã, quæ columna est & firmamentum veritatis. Proferemus & aliud exemplum: Anabaptistæ docent, neminem esse baptizandum, nisi qui crediderit. Neque desunt illis diuinæ legis oracula, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Vna fides, vnum baptisma: præcedit fides, sequitur baptisma. Ac si quis dubitet, qualis fides, ne putetur esse infusa, per aliam scripturam interpretatur, Fides ex auditu: Et iterum, Docete omnes gentes, baptizantes eos. Et quoniam infantes, æquè sunt idonei, qui doceantur, atque paries aut saxum aliquod, negant eos qui non credunt, baptizari debere. Num & in hac interpretatione vos acquiescitis? Æquè vt nos. Quin itidem vt nos, & à Sacramentarijs & ab Anabaptistis ad Patres confugitis, ad Patrum iudicia prouocatis. Lege quæ scripserunt Lutherus, Philippus, Vrbanius Regius, Ioachimus Vvestphalus, tam contra Sacramentarios, quam contra Anabaptistas, nihil eos magis crepare, quam Patres, Patres, & Ecclesiæ cõsensum, inuenies. Et oblectum hoc sibi fuisse scribit Ioachimus, eadem ratione suos quoque Patrum & Ecclesiæ iudicio damnari. Sed audi, quam festiuè respondet: Consihser, inquit, facile ille clamor, modò velit attendere non quis dicat, sed quid & quàm verè aliquid dicatur, aut secus. Quæ dicta sunt à me, veritati consonant, quicquid tandem Papadicat, definit, damnet aut præbet. Non ideo oportet honestæ matronæ sermonem per se verum aspernari & reiicere, quod scortum similem proferat dissimili animo, & in dissimili causa. Iniqua fuerit comparatio, si bona matrona compareretur cum scorto, & boni viri rectè facta computetur cum malè factis viri peruersi, specie aliqua boni fucatis. Quid conuenit luci cum tenebris? quæ conuentio est Christi cum Belial? Quid confert, Pseudolus, seruos Christi cum Antichristo? Sic ille in libello, quem inscripsit aduersus insignia mendacia Ioannis à Lasko.

Responsio.

Seclarj omnes scripturam per scripturam se interpretari profert.

Mat. 26. 1. Cor. 10. Ioan. 15. De sacramenti viti. Philippum Caluinizare.

De Anabaptist. Marc. 16. Ebr. 4.

Rom. 10. Matt. 28.

Seclarj crepare Patres, cum eos cause sue sane putant.

Ioachimus Vvestphalus.

Bellum autem responsum: Scilicet quod volumus sanctum est. Num autem hæc, & quidem verissimè totidem verbis in vos retorqueri non possunt: Scilicet quæ dicuntur à

tur à Luthero vel à VVestphalo, veritati consonant, non autem quæ ab Ecclesia dicuntur vniuersa?

Hier. 2. Ezech. 16. Duo dicta Prop. hereticos bellè quadrant.

Scilicet non vos estis potius illa, de qua dixit Hieremias: In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix? De qua & alius Propheta scribit: Fabricata es lupanar tuum in capite omnis viæ, & diuarcasti crura tua omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas? An non posternum se in omni colle sublimi & sub omni ligno frondoso, qui posteaquam semel ei datam sefellerunt, subinde mutant ac nutant? ac simul vt viderint collem aliquem sublimem, aut lignum frondosum, hoc est simul vt quempiam conspexerint, qui scientia habet opinionem, quæ inflat, qui que verbis ornatis ea quæ praua sunt, edisserere queat, statim illi adherent. In titio sublimis illius visus est collis Martinus Lutherus, & lignum valde frondosum, illic, sub eo prosternebantur, & verbum eius tanquam Dei verbum adorauerunt. Non ita multo post exiitit Zuinglius, visus est & illè collegis magis etiam sublimis: ac mox sub eo quoque prosternebantur, proque Dei verbo, verbum eius receperunt. Tertius fuit sublimis collis Balthasar Pacimontanus. Quartus Suenckfeldius. Quorsum autem attinet omnes numerantur recensere? coram quolibet eorum statim se prostrauerunt, & verbum cuiusque tanquam Dei verbum adorauerunt: ita nunc ad hunc, nunc ad illum desistentes, omni transeunti crura sua diuarcauerunt. Quæ potest esse maior, quæ turrior, quam sit hæc vestra fornicatio, vel mœchia potius? Sed audi, quid super Ezechielis verba, quæ produximus, dicat Hieronymus? In omnibus, inquit, viarum principijs fabricatur lupanar suum, qui ad peruersitatem doctrinæ testimonijs malè vitur scripturarum: & dicit, Hæc ait Esaias, hæc dicit Osee, hæc loquutus est Moyses, hæc Daniel. Et pulchrè non in medijs vijs nec in terminis ponit lupanar suum, sed in principio. Si enim ad scientiam & profunda diuinorum venerit librorum, errare non potest. Et paucis interiectis. Quicquid de Hierusalem diximus, refert ad Ecclesiam animasque credentium, quæ munera maritalia, aurum videlicet in sensu, argentum in eloquio & vestimèta, quibus fœditas nostra ac turpitudine velatur, dant amatoribus suis, vel contrarijs fortitudinibus, vel magistris dogmatum, peruersorum: quando asserunt nihil nocere luxuriam, cibis omnibus indifferenter vtendum, quia ad hoc facti sunt, vt sumantur, &c. An his verbis Hieronymus vos graphicè depingere non videtur? ex quibus quis est, qui non facile perspicat, quæ sit honesta matrona, quæ contra sit mulier adultera & impudens meretrix? Hanc nimirum esse vos, apud quos nullus est legitimus thorus, sed vagi sunt concubitus: qui crura vestra diuarcastis omni transeunti: in qualemunque libellum incideritis, talem fidem plerique profitemini: apud quos nulla constas confessio, nulli sunt ritus perpetui, sed in annos, propè singulos mutantur omnia. Contra, nos honestam esse matronam, qui posteaquam semel fidem nostram Christo respondimus, nunquam in huius sponsi nostri cubile quenquam alium admittimus, nec vnquam sponsæ illius Ecclesiæ membra esse desijimus, sed illi fidem inuiolatum seruamus, ad extremum etiam vsque spiritum seruatur.

Brentius vult audire Ecclesiam, sed ita vt de illius iudicio sibi iudicare liceat

Lutheri dist.

Figmentum Brentij, Ecclesiam sanam ex electis constare.

Tandem (vt est fortissima veritas) eius vi superatus Brentius, eò inclinare videtur, vt Ecclesiæ iudicio non nihil tribuat, verum ita vt conferre magis velit cum viris modestis & eruditis, quàm quòd se cuiusquam iudicio totum submittat. Vult audire Synodos, quos piorum, sed non sine iudicio suo: hoc est, si iudicauerit ipse rectè esse, quod in Synodo piorum decretum erit, ratum sit: si secus ipse iudicauerit, sit irritum. Illius ergo Synodi iudicium audire vult, cuius ipse iudex esse queat, vt simul & litigatoris & iudicis personam sustineat. Estne hoc iudicio se submittere, & nò potius dicere, quod Lutherus olim dixit: Nolo iudicium, sed requiro obsequium? Et hunc nos plusquam barbaricum factum vestrum Brenti feremus? Deinde quòd plures habeat rimas, quibus elabi queat, eà in qua fuerunt aui, proaui nostri, in qua continemur & nos, qui Catholici vocamur, & sumus per Dei gratiã: Ecclesiam esse negat: quin plausitris quibusdam conuictiorum in eam inuehitur: cum ea tamen non alia sit, quàm ea in qua fuerunt Apostoli & eorum successores, in qua fuerunt præclara illa lumina, Basilius, Athanasius, Gregorius, Chrysostronus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus: quorum nos iudiciu non defugimus. Hanc igitur Ecclesiam esse negat, sed suam quandam fingit, quæ nò ex alijs constat, quàm ex electis: itaq; nec videri, nec agnosci possit. Quoniã verò qui sint electi, nemo scire potest præter vnũ Deũ, eos vel hoc nòme rejicere possit, quòd electos esse negat. Sed quia propriu erit caput de Ecclesia, magis opportunu nobis visum est, cum ad illud ventum erit, pluribus de eo disserere, nunc autem reliqua persequi.

Post

Post interiecta plaraque de perspicuitate scripturæ, quæ satis iam diluisse videmur, tandem querit iterum: Quis erit huius controersæ finis: & quod erit vltimum iudicium? Ac respondet ipse sibi: Nos negamus ea esse legitima concilia, quæ ex Aſoticis Prælati congregatur. Toridem verbis & nos negamus esse ea legitima concilia, quæ ex vobis Aſoticis congregantur. Adfert causam quare conuentus nostrorum non agnoscat pro legitimum Concilij: Quia canones etiam ipsi describunt ex Apostolo Paulo, quales debeant esse Episcopi, re ipsa autem videmus maximam partem Episcoporum, qui hæc temporibus (suprema loca in ecclesijs occupant, haudquaquam respondere eò ditionibus, quas Paulus & Canones exigunt, non possumus affirmare, quod taliu Prælatorum conuentus sit legitimum Concilium. Si non alios Episcopos dari tibi iudices vis, quam quales describit Paulus, qui sint irreprehensibiles, etiam Petrus Apostolus talis iudex non erit, vt contra eum excipere non possis, Scribit enim Paulus, quòd in facili illi restiterit, quia reprehensibilis erat. Omnes declinauimus Brenti, & inutiles facti sumus. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et certè si non reperiuntur inter nos, multò minùs inter vos, qui sint irreprehensibiles.

Cur Brentius eò cilia defugiat.

Responsio.

Gal. 2. Ejal. 13. 1. Ioan. 1.

Alia Brentij obiectio.

Responsio.

De verbis Biblæ ex eo omnes.

Querit iterum Quis igitur hanc litem componet? quis hic erit iudex? Vos Aſotici contenditis (exempli gratia) de hoc loco scripturæ. Tu es Petrus. &c. Quod ad hunc scripturæ locum attinet, iam diximus, vtroque modo interprete, nihil referre: nos enim Ecclesiam ædificatam esse credimus super Petrum confidentem petram Christum, nec petrum à petra Christo, & ab eius confusione disingimus. Profert & alium locum scripturæ de poculo cœnæ Dominiçæ, Bibite ex eo omnes. Vos Aſotici per Omnes, intelligitis sacrificulos tantum. Bis crambe, vt est in proverbio, mors. Cæterum qua vos auctoritate licere vobis vultis, per Omnes intelligere ratum adultos, & infantes à comunione Christi corporis & sanguinis excludere, multò maiore auctoritate licere sibi putat sancta mater Ecclesia, vt per Omnes intelligat sacris tantum operantes, quibus hoc poculum Christus ministravit, ceteris neque ministravit, neque ministrari præcepit, nulla vt sint necessitate ex eo bibendi Laici adstricti. Querit iterum, quis ergo dremet iudicio suo hanc litem? Ante centum quadraginta annos in Constantiensi, & non ita multis annis post in Basiliensi iam est dirempta.

Brentius ad Deum iudicem pro uocat.

Responsio.

Rursum querit, quòd nos in tanto disidio vertemus? quem tandem iudicem, quòd iudicium agnoscemus? Ac tandè aliquòd promittit, quòd ita diu premebat. Breuissimis inquit, & perspicuis respondebo: Eũ agnoscamus iudicem, quem in simbolo Apostolorum iam inde ab incunabulis, & paterna atq; auita traditione (vt & nos aliquid traditionibus demus) didicimus iudicem viuorum ac mortuorum. Quid autem aliud optarint omnes parriçide, sicarij, venefici, fures, latrones, & quotquot sunt criminis alicuius rei capitalis, quàm vt nullus esset in tertis iudex alius præter eũ, quem profitemur è cælo venturum iudicem viuorum & mortuorum, vt illis interea liceret in quorumuis fortunis & capita liberè grassari? At qui multis modis vos istis estis sceleratioris, qui nò in corpora, verum in animas piorum grassamini, ac dum eis pestiferum doctrinæ vestræ virus affatis, in ima tartara miseris præcipitatis. Sed quorsum tandem res Brentio redijt? de principum officio scribere cum instituerit, ac proprium eorum munus esse docere, de doctrina religionis iudicare, nunc & eorũ & mortalium omnium iudicium excludit, neque putat doctrinæ suæ quenquam idoneum esse iudicem, præter solum Christum, Sed verè dictũ est illud, quòd omnis qui malè agit, odit lucem. Si te bonam habere causam Brenti consideres, legitimum Ecclesiæ iudiciu non defuges. Quoniã verò ipse tibi conscius es impiæ doctrinæ, sacrilegæq; separationes tuas: præstabilius tibi videtur, vt sit anarchia quædam inter Christianos: nec sit quisquã, qui vel cognoscat de sacrilegijs vestris, vel conuictos debitis penis afficiat, quòd sic omnia vobis impune licere queant.

Iniqua Brentij querela de persequutione.

Queritur postea de persequutione Atqui ad eundem modum questi sunt ante mille ducentos annos Gaudenius, Periliadus, & alij Donatistæ. Quod illis responder Augustinus, sic tibi suisque responsum esse putet Brentius. Quin & nostro seculo queruntur Sacramentarij de vobis, quòd non sustuleritis Papæ tyrannidem, sed potius ad vos pertraxeritis, quòdq; pro ligneo Papæ iugo collo excusso, ferreum imposueritis. Reperies has & apud Ioannem Calvinũ, & apud Ioannem à Lasko querimonias. Quod vtrique respondit Ioachimus VVestphalus, sibi quoq; dictũ id existimet Brentius. Porrò quòd queruntur Sacramentarij de Lutheranis, queruntur idem Serueticiani de Sacramentarijs. Quid factum sit auctore Caluino de Serueto, scimus. Is libellum etiam edidit, quòd docet, hereticos gladio rectè vindicari. Scilicet vobis fas est, in Sacramentarios, Anabaptistas, Serueticianos, & alia huius generis hæreticorum portenta animaduertere,

Etiam heretici docent hereticos gladio rectè vindicari.

eis in

eis in terris vestris receptum non dare, deniq; aut exilio mulctare, aut capitis supplicium de illis sumere: Catholicis idem in vos statuere fas non est.

Profert ad extremum & scripturis loca nonnulla, quibus non raro fecisse Deum ostendit, vt victoria patri meliori concessa, quos approbare, nō obscure quasi prolata sententia declararet. At qui si ex eo coniecturam facere vis, vtrius partis causa sit melior, nihil est opus longius exempla petere, & ea quae ante duo vel tria millia annorū gesta sunt, cōmemorare. Recens nos exemplū proferemus, ex quo vel cæco possit apparere, quod scēdum nos contra vos Deus pronunciauerit, nostramque causam esse miliozem declarauerit. Ante decem hos annos quid factum sit, recens est hominum memoria. Quale fuerit scēdus vestrum Schmalcaldicum, vos Brenti scire melius potestis, Erat certē tunc di & armis propagandi Euangelij vestri causa percussum, cuius potentia freti, non dubitatis contra legitimum vestrum Dominum & Imperatorem Carolum eius nominis quintū, non bellica laude magis, quam pietate clarum, arma capere, Fuit exercitus vester, & numero lectissimorū militū, & omnibus rebus bello necessarijs instructissimus: Fuit ænearum machinorum tanta vis, vt cælum impleri mugitibus videretur. Tanta fuit opinio rei bene gerendæ, tam nihil deerat ad victoriam consequendam, vt eam certa spe iam deuorasse videremini. Quoties perlatas est ad nos rumor, piētissimum Cæsarem, fufum, fugatum, & castis exurum esse? Sed fuit is tam verus, quam verum est Euangelium vestrū. Erat ex altera parte Dominus & Imperator vester, quod ad robur militum & ad victorię spem hominum opinione consequendam atinet, nulla re cum exercitu vestro conferendus, cū essent illius copię perexigua, cumque magna ex parte totius Imperij ferē præfidiis esset destitutus, ita vt si quis ex apparatu bellico vtriusque partis iudicium de belli euentu facere vellet, fieri nulla ratione posse putaret, quin ex eo victus Imperator discederet. Visum est vobis, vos Christi causam agere, nam sub huius obtentu bellum contra Dominum & Imperatorem vestrum suscepistis. Visum est & Imperatori Christianissimo, quod Christi causam contra infestissimos Christi hostes propugnandā suscepisset. Sed ita pro tribunali Deus: vtra pars causam suā ageret, quasi lata sententia pronunciauit, piētissimū Imperatorem Euangelij sui propugnatorem esse declarauit, ei que victoriam incrementam concessit. Fugistis Brenti nemine persequente. Cumque postea bellum iterum instaurassetis, alterum contra vos sententiam pronunciauit Christus, cuius minister Imperator ingentē exercitū vestrum, quamuis Albis fluius esset interiectus, ductū tamē Angeli, vado reperto, perexigua manu vicit, fugit, fugauit, quin & ipsos belli Duces in potestatem suā redegit. Vides Brenti, quam aperte indicauerit Deus, vos cuiusvis potius, quam suā causam agere? Ac minister quidem eius inuictissimus Imperator, vt est natura propentis magis ad misericordiam, quam ad seueritatem implicatus, edictis cōpluribus clementiæ, lenitatis, moderationis exemplis, victoriæ laudem, quam Dei beneficio fuerat consequutus, multo redidit illustriorē. Cæterum multo maiores ipsi grauioresque de vobis inuicem pœnas sumpstis, Deo suam iniuriam aperte vindicante, Nōne statim initio nascentis Euangelij vestri, rusticorum contra Dominos fuit seditio concitata, cui libellos vestros occasione deditisse certius est, quam vt negare possitis? Quibus ibi cladibus Deus Germaniā non afflixit? Quin & post insignem illam Imperatoris Christianissimi victoriam, cum perexiguo tempore cessatum ab armis fuisset, quando quidem clementer ab illo castigati, nulla tamen respiciētiæ signa dedistis, nōne Deus apertiora contra vos tulit iudicia? Nōne concurrere fecit Aegyptios contra Aegyptios? nōne pugnavit vir contra fratrem suum, & contra amicum suum? Nōne sic vos ipsi mutuis vulneribus concidistis, sic ipsi cædibus inuicem confecistis, tantis patriā ipsi vestram infortunijs mactastis, vt si quamlibet eam truculentus hostis grandi cum exercitu peruassisset, vix vobis maiores calamitatis inferre potuisset? Poruitne Deus manifestiora iudicia proferre, quibus causam vestram damnaret, quam quæ vobis per tot annos tam grauiter affligendis protulisse videtur? Sed accidit vobis illud, quod à Propheta scriptū est: Percussisti eos, & non doluerunt: attriuiti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Clamat Dominus, reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos: reuertimini & viuite. Plagas etiam vos ad reuertendum impellit, vos nihilominus mori maualtis in peccatis vestris, quam eō vnde vos per nefariam diuisionem præcidistis, reuerti. Quæ vestra cæcitas, cordisque duritia, pœna & ipsa est impietate vestra & confecerat ab Ecclesia Dei separationis: manentque vos, nisi resipueritis, multo pœnæ grauiores, Si quidem quam crudelis, quamque potens hostis ceruicibus vestris immineat, non ignoratis: qui quos nunc populos acerbissimo seruitutis iugo premit, eos ex magna parte non prius potestati suæ subiecit, quam ipsi se à Christi corpore vna

Vtrius partis, Catholicorū ne an Lutheranorū causa sit melior, ex victoria alteri parti concessa, vt vult Brentius, colligē potest.

Euidens Dei iudicium in Germanos hæreticos.

Seditio & caedes rusticorum in Germania.

Ma. 19.

Hier. 5. Zach. 3. Ezech. 18. Germania a propter secessos suos vnde afflicta non respicit.

sancta

sancta, Catholica, Apostolica Ecclesia diuisos, in Satanæ potestatem tradidissent. Quorum si vos exitus per heresitatis, in eorum que fecerunt imitatione perstare nolite. Habes iam Brenti, quod sententijs promulgatis iudex ille viuorum & mortuorum causam vestram aperte damnauerit: quarum etiam ex parte facta est executio, tamen præ ijs quæ vobis adhuc impendent malis, perexigua sunt ea, quibus iam estis mulctati. Sed quæ vobis imminant, effugere tamen adhuc liceat, si possitis animo vestro imperare, vt vnde dicefistis, ad Christum & ad corpus eius vnā, sanctam, Catholicam, Apostolicam Ecclesiam rediretis, ac vno ore atque animo Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi nobiscum glorificaretis. Quam vt vobis Deus mentem inspiret, diuinam illius misericordiam implorare nunquam intermitto.

Ecclesia deserta vrbis Turcas inuenit.

Hactenus refutata sunt per nos argumenta Brentij, quibus demonstrare conatus est, quod nihil sit in scripturis obscuritatis, quod ea sic omnia continent ad salutem necessaria, nihil vt vel recipi vel credi præter eas oporteat: Quod si quid reperiatur illis controuersum, nec ad eorum Patrum, qui decesserunt ex hac vita, nec ad eorum qui successerunt illis, iudicium prouocari debeat. Ac esse quidem in scripturis obscura pleraque, præterquam quod satis id à nobis copiose demonstratum est in ipso propē capitis huius exordio, clamar hoc etiam res ipsa. Restat igitur, vt de posterioribus duobus, quæ praxis Ecclesię Catholię, quid contra semper fuerit ab hæreticis obseruatum, paucis nunc disseramus, quod sic cognoscere possis piētiss. Rex, cui potissimum labor hic noster desudat, vtra sit honestæ matronæ, hoc est, eius in qua nati vel renati sumus potius Ecclesię piorum: vtra verò sit vox mulieris adulteræ, hoc est, eius quæ à viro suo Christo diuerit, que se à corpore eius præcedit, Ecclesiæ malignantium. Perrinebit autem hoc plurimum ad cognoscendum vtra vera sit Ecclesia, si linguam vtriusque cognitam habueris. Quam obrem quod in sine præcedentis capitis fecimus, faciemus hic quoque, & ex actis A. Conciij huius Oecumenicorum, quæ nec ipse Brentius improbare videretur, quæ fuerit Patrum catholicorum, quæ verò vox hæreticorum, breuibus ostendemus.

Repetitio prædictorum cū translatione.

In primo concilio, quod est habitum Nicæ, quid Arius, qui fuit in eo condēnatus, qui post eū loquuti fuerint scēdiores eius, iam non vno loco demonstrauimus, producit Athanasij, Hilarij, Augustini, Theodoriti, & aliorum quorundam tēstimonij, quæ nunc repetere nihil est necesse. Vocem homonij propterea recipere noluerunt Ariani, quod in scripturis ea non inueniretur, extra quas recipi nihil debere contendebant: eandem illā cantilenā cantantes, quā nunc occinunt nobis Lutherani: Sine causa colunt me docentes doctrinam & mandata hominum. Cōtra Catholici, ad Patres confugiebāt, ac Patrum iudicia prouocabāt, qui priusquam natus esse Arius, & ij qui cum illo tum contendeant, tum de re controuertebatur, iam sententias tulerāt. Quam obrem ex illorum sententia pronunciatum est, frustra reclamantibus Arianis, rectē Patri filium homonij appellari. Habes hic quæ fuerit vox honestæ matronæ, quæ mulieris adulteræ, cuius vocem nunc semen etiam illius audis proferre, dum præter scripturas nihil recepisse contendit: patrum verò iudicia traditionesque respuit.

Quæ praxis Catholicorū, quæ tēstimonij hæreticorū in primo Concilio.

In secundo Concilio, quod est habitum Constantinopoli, quid fecerit Imperator Theodosius ex Nestarij suggestione, scribit in historia sua Socrates. Accitis enim hæresis percontatus est illos, an aliquam eorum Doctorum rationem haberent, qui præcesserunt ipsorum hæresim. Illi cum quorsum iret Imperator, nescirent, non alio loco quam quo suos præceptores, eos habere se responderunt. Cum autem iterum quæreret, num eos tanquam fide dignos Christiani dogmatis testes recipere vellent, tum illi primum olfecerunt, quid sibi vellent hæc Imperatoris interrogatio, cumque aliter alij erga veterum libros essent animati ortum est inter eos dissidium, cum alij recipiendos, alij minimè recipiendos esse censerent. Et hic vides piētissime Rex, quod illius quoque temporis hæretici non aliter, quam nostri nunc, deferre Patrum auctoritati recubabant. Fuit autem in illo quoque concilio Macedonius condemnatus, qui propterea Deum esse Spiritum sanctum negabat, quod scripturæ nomen hoc illi nō tribuerent. Quid ad hæc Gregorius de Nazianzenus, non sine causa Theologus à Grecis appellatus, qui maxima pars fuit illius Concilij, quem etiam auctorem esse volunt symboli, quod cantatur in Ecclesiā? Quod Spiritus sanctus in scripturis aperte nominari Deum non legatur, visus est inficias non ire: cæterum vt hac in parte subleuaret imperitos, quem ad modū dū rebus & nominibus vtriusque scripturæ, paucis edisserit. Rerum, inquit, alia cum non sint, dicuntur tamen: alia cum sint, non dicuntur; alia neque sunt neque dicuntur: alia & sunt, & dicuntur. Primi generis exemplum ponit, quod scriptura dicit Deum dormire, & vigilare, & irasci, & c. cum tamen nihil eorum sit in Deo, sed pro nostro captu nominata ad res diuinas traducimur. Secūdi, quod vocamur Deū ingenitū: quod in scripturis nō reperitur, sed e

De secundo Concilio. Hist. Tri. lib. 5. cap. 10.

Naz. li. 5. Theologic.

B b b scriptu-

scripturis tamen colligitur: Tertij, Deum esse malum aut mali auctorem: hoc nec est nec dicitur. Quarti, Deum esse, hominem esse, angelum esse: hæc & sunt & dicuntur. Secundi generis vult esse, quod Spiritum sanctum Deum esse dicimus: quod quamuis iisdem verbis in scripturis non reperiatur, è scripturis tamen colligitur. Sic & Cyrillus ex illo scripturæ loco, Ego sum qui sum, colligit Filium esse consubstantialem Patri, quamuis nomen ipsum in scripturis nusquam reperiatur. Sic & nos ex plerisque scripturæ locis inuocandos esse Sanctos, orandum pro defunctis, esse purgatorium, colligimus, etiam si non omnia iisdem verbis in libris Canonicis scripta reperiuntur. Vides & hic Serenissimi Rex, quòd illo quoque tempore Macedonius cum alijs hæreticis recipiendum esse negauit, quòd nominatim in scripturis expressum non esset, nec in Patrum testimonijs acquiescendum esse putauit. Sed alia fuit vox honestæ matronæ, quàm illius mulieris adulteræ, facillè ut cognoscere licet, vtriusque semen sint, qui eandem nuncillas voces edunt, quas tunc Arius & Macedonius edebant, qui tamen suis illis clamoribus nihil profecerunt. Nam sicut scribit Phorius, Spiritum sanctum tãquam eiusdem naturæ & essentiæ simul cù Patre & Filio adorandum & conglorificandum, ex Patrum Theologorumque doctrina, qui fuerant in Synodo Constantinopolitana congregati Episcopi declarauerunt.

Tertium Concilium habitum est Ephesi. Ibi cõdemnatus est Nestorius, quòd vnum Dominum nostrum Iesum Christum ausus est in duas secare atque diuidere personas, alium nudum hominem, alium Deum tantum esse dicens: quam etiã ob causam voluit Mariam virginem Christiparam: quòd nudum Christum peperisset, non autem deiparam vocari, ne Deum quoque peperisset crederetur. Quæ nunc hæresis pientissime Rex, in tuo quoque regno reuixisse, paululumque pullulare videtur, in quo non defunt, quibus abominatò quædã est, Mariã virginem Dei matrè appellare. Quid autem aliud illo tempore Nestorius, quàm scripturas crepabat? cõtra quas venire quiritabatur, cum semel & iterum Iesu matrem vocari Mariam in Euangelio legatur, Dei verò matrem nominari, nusquam in scripturis reperiatur? Quid autem ad hæc sanctissimus ille Cyrillus? Hæc nobis, inquit, fidem diuini tradere discipuli, & licet nullam fecerint dictionis huius mentionem, ita tamen sentire à sanctis Patribus edocti sumus. Confitetur is nusquam scriptum esse, sed quia sic Patres docuerunt, ideo monet amplectendum. Sed audi quæ scripsit de hoc concilio Vincentius Lyrinensis, triennio postquam habitum fuisset. Cùm, inquit, de sciendis fidei regulis disceptaretur, vniuersis Sacerdotibus, qui illo ducenti fere numero conuenerant, hoc Catholice summum, si delissimum atque optimum factu visum esse, vt in medium sanctorum patrum sententiæ proferrentur: vt ex eorum consensu atque decreto anti qui dogmatis religio confirmaretur, & prophag nouitatis blasphemiam condemnaretur. Deinde patribus recensitis, quorum sententiã tum prolata fuerunt: Hi sunt, inquit, omnes apud Ephesum sacro decalogi numero magistri, consiliarij, testes, iudicesque producti: quorum beatã illa Synodus doctrinam tenens, consiliũ sequens, credens testimonio, obediens iudicio, absque odio, presumptione & gratia, de fidei regulis pronunciauit. Admirati sumus, quanta fuerit illius Concilij humilitas & sanctitas, qui cùm essent tot numero, tanta eruditionis tantaque doctrinæ, nihil tamen nouarent, nihil presumere, nihil sibi penitus arrogarent, sed omnimodis præcauerent, ne aliquid posteris traderent, quòd ipsi à patribus non accepissent, & non solum in præsentem rem bene disponerent, verum etiã post futuris exempla præberent, vt & ipsi scilicet sacratæ ueritatibus dogmata colerent, prophag verò nouitatis adinuenta damnaarent. Inuerti sumus etiã in Nestorij sceleratam presumptionem, quòd sacram scripturam se primum & solum intelligere, & omnes eos igno rasse iactaret, quicumque ante se magisterij munere præditi diuina eloquia tractauissent, vniuersos scilicet sacerdotes, vniuersos confessores & martyres, quorum alij Dei legem explanassent, alij verò explanantibus consensissent & credi dissent, rotam postremò nunc erratè, & semper erratè asseueraret Ecclesiam, quæ, vt ipsi videbatur, ignaros erroneosque Doctores & sequuta esset, & sequeretur. Quid autem de Nestorio dixit Vincentius, quòd non totidem verbis uerisimilè dici possit de Martino Lutero, de què Ioanne Brentio? Vides pientissime Rex, quæ fuerit in hoc quoque Concilio vox honestæ matronæ, quæ uerò mulieris adulteræ? Desygiebat hæc Patrum auctoritatem, illa contra suos parentes libenter agnoscebat, ex eorum iudicio pendeat, in eorum placitis acquiescebat.

Quartum Concilium habitum est Chalcedone. Fuit in eo condemnatus Eutyches, qui duas in Christo naturas esse negabat: Audi Serenissime Rex, quæ tum quoque fuerit vox mulieris adulteræ, quæ uerò mulieris adulteræ, in qua scriptura iacent duæ naturæ: Ego, inquit, à sanctis scripturis non didici, de duabus naturis, ac subinde se de reb⁹ eiusmodi so-

Cyrillus lib. 1. dialogorum de Trinitate. Olim, sic hodie Catholici docent, quædam non expressa scripturis in epistola ad Michaelem Bulgariæ Principem de septem Concilijs.

De tertio Concilio.

Matt. 1. Luc. 2. Ioan. 19. Act. 1. Cyril. epi. 1. quar si som.

Vinc. Lyrin. de Concilio Chalced.

Nestorij arrogantiã epiphilantiã

Nestorio tota erat Ecclesia.

De quarto Concilio.

las inquirere scripturas vociferabatur, tanquam sanctorum Patrum doctrinis & expositionibus firmiores. Audi rursus vocem honestæ matronæ: Reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Ea quæ sunt Patrum, teneantur. Ac rursus in definitione quam fecerunt: Sequentes igitur sanctos Patres, vnum & ipsum confiteri filium Dominum nostrum Iesum Christum consonanter omnes docemus, perfectum ipsum in deitate, & perfectum ipsum in humanitate. Quidam autem ex Episcopis in eodem Concilio congregatis, Eudoxius nomine, præclaram dixit sententiã: Omnis, inquit, qui non consentit expositionibus sanctorum Patrum seipsum alienat ab omni sacerdotali communione, & à Christi præsentia. Nihil dici potuit uerius. Quid enim aliud quàm semen adulteræ & fornicariæ se esse declarant qui Patrum placitis non consentiunt? Iudicat hoc etiam Athanasius, cùm dicit: Aequum est, vt bene de Patribus illis sentiamus, à quibus rectè viuendi instituta, & pietatis doctrinam accepimus, hissi volumus nos esse filios adulterinos, declarare. Tales isti se manifestè declarant, qui patrum traditiones respiciunt, in eorum præceptis incedere nefas esse putant, & grauissimum illis idololatriæ crimen, impingere non uentur: illis, inquam, quos certò constat, ex quo tempore semel se Christo desponderunt, illi se perpetuò virginem castam exhibuisse, nec vnquam varijs & peregrinis doctrinis abductos, in aliud Euangelium se transferri passos fuisse. Contrà uerò isti, qui pietatis omnis oblit, tanti sceleris Patres suos filij degeneres condemnare sunt ausi, quibus cum idolis fornicati non sunt? posteaquàm in Patrum suorum præceptis incedere, & quod illos fuisse dubium non est, esse Christiani deserunt? Facti sunt initio Lutherani, paulò post Zuingliani, mox Pickardi, deinde alij Seruetiani, alij Nestoriani, alij Iconomachi, in quos hæreticorũ libellos inciderunt, tot idolorũ stupris polluerunt, dũ vniuersisq; verbis, tãquam Dei uerbum adorauerunt. Et erit quicquam, qui uocem hanc adulteræ potius & fornicariæ esse putauerit audiendam, quæ nihil recipiendum præter scripturas, Patrum expositiones, traditionesque respuendas, & eorum iudicia clamare esse declinanda, quàm honestissimæ matronæ, sanctæ matris nostræ Ecclesiæ, quæ nos Deo filios generauit, quæ iubet quidem, vt scripturis tantum tribuamus, quantum si Deum ipsum loquentem audiremus: sed interea iubet eadem, si quid reperitum sit in scripturis ambigui, Patrum vt potius & Ecclesiæ sensum atque consensum sequamur, quàm interpretationi seminis istius adulteræ loci quicquam demus. Deinde iubet, ut istis ipsis scripturis docti, non ea modò quæ per chartam & atramentum, uerum & ea quæ per sermonem nobis tradita sunt, firmiter teneamus. Sicut vnus etiam ex pijs istius honestissimæ matronæ filijs Augustinus contra Cresconium scribens, docuit: Quamuis, inquit, huius rei de scripturis de Canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiã in hac re à nobis tenetur Veritas; cùm hoc facimus, quòd vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat auctoritas: vt quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli meruit, huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Quàm uerò dissimilis est vox huius ab ea, quam prolata audiuius à Brentio; qui uerè dici potest semen mulieris adulteræ? Si quid in scripturis canonicis non reperitur, non statim id propterea reicendum esse censet Augustinus; quin potius, quandoquidem in iisdem scripturis Ecclesiæ nobis commendatur auctoritas, cùm ea uocatur à Paulo firmamentum & columna ueritatis, cùm à Christo dicitur: Qui non audierit Ecclesiam, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: quid aliud ait Augustinus, quàm scripturarum tenere auctoritatem, quisquis hoc facit, quòd vniuersæ iam placuit Ecclesiæ? Sensibus hæc imis pientissime Rex, res est non parua, reponere. Cùm hoc facit aliquis, quòd vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, scripturarum eum tenere Veritatem docet Augustinus. At qui uir? cuius & pietas & doctrina sic spectata cunctis est & probata, ut etiam filij desertores hæretici nostri seculi, nulli ex omnibus Catholicis Doctoribus, quàm huic uiri, plus tribuere uideantur. Neque uerò non uerisimè dixit hæc Augustinus. Est enim Ecclesia uiuum Euangelium. Nam ea quæ per chartam & atramentum Propnetæ scripserunt & Apostoli, non modò uiua uoce suis tradidit liberis, uerum etiam dierum obseruatione, signis, simulachris, habitu, gestu, siue actione sacerdotum, præcipue sacris operantibus, ac uario ritu ac caeremoniarum genere, quasi præmansum in sanctum orbem cupiens, pijs omnibus quamlibet imperitis inculcare conatur.

Sed audi Serenissime Rex, quid in eandem propè sententiã alius ab Oriente, cuius & ipsius præcipua semper in Ecclesia Dei fuit auctoritas, dixerit. Athanasius is est, qui Alexandrinæ Ecclesiæ sedes, sicut scribit Cyril. integros quadraginta sex annos cù decore

Ab. 1. Concil. Chalced. Ab. 5.

Eudoxij præclara sententiã.

Atha. in epist. de Synod. Arimini & Seleucia celebratis.

Ecclesiæ deserto res ex scilicet in festis uiuunt.

Aug. cont. Cres. lib. 1. cap. 27.

Ecclesia uiuum est Euangelium.

Atha. epi. 1. Athanasij laus.

moderatus est, & loquacibus hæreticorum impiorum nugis inexpugnabili quadam & Apostolica prudentia restitit, quasi que fragrantissimo quodam unguento ipsum cœlum scriptis suis exornavit, & ob dogmatum rectitudinem & integritatem, optimum ab omnibus fortitus est testimonium. Hic igitur, cui tale Cyrillus tribuit elogium, in libro de incarnatione Christi, quemadmodum ab eodem Cyrillo citatur, his verbis vtitur: Si quis præter hæc ex diuinis scripturis alium esse docet filium Dei, & alium, qui ex Maria adoptatus est in filium, sicut nos: vel si quis Domini nostri carnem supernè dicat, & non ex Maria virgine, vel conuersam diuinitatem in carnem, vel consulam vel immutatam, vel passibilem Domini dicitatem, vel inadorabilem Domini nostri carnem vt hominis, hunc anathematizat sancta & Catholica Ecclesia, obtemperans in hoc diuino Apostolo dicenti: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Obserua quæso diligenter, quid ab hoc sanctissimo viro dicatur: simul expende, num eadem sit Brentij quoque vox, vt ex eo iudicium facere queas, honeste ne matronæ, an mulieris adulteræ semen sit Brentius. Certa quædam capita profert Athanasius, quæ si quis ex diuinis scripturis docere sit conatus, eum anathematizati dicit à sancta Catholica Ecclesia. Sed quanam auctoritate, si docet hoc ex diuinis scripturis? Pauli inquit, auctoritate dicentis, Si quis vobis euangelizauerit, & cæter. Res mira: quod Pauli testimonium pro scripturis contra traditiones nostræ temporis hæretici produciunt, hoc ad confirmandas traditiones adfertur ab Athanasio, vt etiam si quis è scripturis contrarium docere conetur ei quod in Patrum Concilijs definitum, per manus ab illis accepimus, non sit audiendus: verum in eo quod accepimus, nobis potius sit permanendum: quamlibet, ille multa profert in contrarium scripturarum examina. Non vult Athanasius iudicare filios de Patrum decretis, nisi declarare se velint adulterinos: non vult etiam ad normam scripturarum ea exigere, sicut semen istud adulteræ mulieris in hoc libro docuisse audiui. Sed etiam si quis quamlibet multa profert scripturarum loca, quibus infirmare conetur, quæ tradita nobis à Patribus accepimus, iubet eum iuxta Pauli doctrinam anathematizari, quoniam aliud euangelizat ab eo, quod accepimus. Hic vides, quantum traditioni tribuendum putauerit Athanasius, quam etiam ipsi scripturæ non dubitauit anteferre: scripturæ, inquam, non quomodo à Catholicis, sed quomodo profertur ab hæreticis. Nam quomodo profertur à Catholicis, verbum est Dei, cui ab sit vt quicquam anteponendum esse putemus: quomodo profertur ab hæreticis, verbum est Diaboli. Nam sicut per membra sua Christus, ita per membra sua loquitur & Diabolus, & sunt vtrisque scripturæ communes, quæ non in legendo, sed in intelligendo consistunt. Omnes hæretici, (inquit Cyrillus) de scriptura diuinitus inspirata sui colligunt erroris occasiones, ea quæ à sancto Spiritu rectè dicta sunt, sua malitia corrumpentes, & super sua capita flammam inextinguibilem excitantes. Quæ verba & in septima Synodo profertur, & est hæc Cyrilli epist. Synodi quoque Chalcedonenfis actis inserta. Quoniam verò proprium ei rei caput dicauit Brentius, quod de traditionibus inscripsit, cui proximum ab hoc locum tribuit, quod nunc est à nobis tractatum de auctoritate scripturarum, agere quod nos Brentius vocat, sequamur, & eius de traditionibus quoque vocem expendamus, vt honestè ne matronæ sit, an mulieris adulteræ, cognosci queat.

Cyr. ad Reginas de vesta fide.

Explicatio verborum Albanasij.

Scriptura quomodo profertur ab hæreticis, verbum est Diaboli. Cyr. epist. 28.

Ab. 6. Ab. 1.

LIBRI TERTII FINIS.

LIBER

LIBER QVARTVS DE TRADITIONIBVS.



VI docet omni & soli Dei verbo fidè debere, qua Christi fideles vocantur & sumus, hoc est, eà fidè cui falsum subesse non potest, horum sententiæ ratiō abest, vt nos repugnare velimus, vt etiā clara voce pronunciemus, nihil verius, nihil homine Christiano dignius dici posse. Dñs em̄ deus verax est, quin ipsa potius Veritas, omnis aut homo mēdax. Quare soli & omni Dei verbo, qui mentiri nescit & fallere, fidem eam debemus, quæ Catholica vocatur, vt indubitanter verū esse, nec ei subesse falsi quicquā credamus, quod à Deo, qui Veritas est, proficiscitur. Cæteri quid sit illud quod vocamus verbū Dei, diligētius nobis venit expendendū. Nā si quis putat hoc tātū esse verbū Dei, quod scriptū in ijs libris cōtinetur, quos canonicos vocamus, quod nostri tēporis hæretici nō iā putare, sed affeuerare videntur, ab eorū opinione nostra lōgissimè disidet ratio, nihil vt dici posse credamus, quod magis à veritate sit alienū. Quis em̄ est, qui nesciat, quod multis ante seculis fuit Dei verbū, quàm esset illa scriptura nō modò sacra, verum etiā, vt quorundā est opinio, profana? Primus qui literis mādauit Dei verbū, fuisse Moses creditur, quin eū primū literas inuenisse, nec ante ipsum vllū eorū vsū fuisse, etiam Ethnicorū testimonio probare conatur Eusebius. Inter Mosen autē & primū hominē cōditum, sicut antea quoque; meminimus, intercesserunt annorū plus quàm duo millia, ac toto illo tēpore non fuit alia lex quàm lex naturæ. Nā lex scripta sumpsit exordiū à Mose, sicut à Christo lex gratiæ. Fuit igitur multis ante seculis Dei verbum, quàm vel natus esset Moses, per quem primum literarum est monumentis signatum. Quod verbum Dei, siue quod ipse loquutus est ad Adam, Noë, Abraham, siue quod sanctis illis Patriarchis inspirauit, sola traditione peruenit ad posteros, & ad Mosen etiam ipsum, præcessitque scripturam traditio plus quàm 2000. annorum. Lex verò gratiæ non fuit scripta, sed à Christo, viua voce tradita, qui nec eam scribi mandauit, sed prædicari tantum. Prædicate, inquit, Euangelium: hæc enim est lex gratiæ. Quare si quis tum aliqua de re contendere voluisset, non illi dicebatur: Sic scriptum est, aut, sic legisti: sed quomodo? Siue, inquit Paulus, ego, siue illi sic prædicauimus, et sic credidistis. Tu verò permane in ijs quæ didicisti, sciens à quo didiceris. Sic visum est Spiritui sancto & nobis. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus. Sic illi non scripturas, verum traditiones & consuetudinem allegabant, & in eo pij non grauatum acquiescebant.

Verbum igitur Dei non sola scriptura, verum etiam traditione continetur, cui si quis fidem non habet, is non omni, sed scripto tantum Dei verbo fidem habet. At qui verè dicit vult & esse Christianus, is sicut soli, ita & omni Dei verbo credere tenetur, siue scriptum id sit, siue traditum. Certe multò maxima pars eorum, qui priscis etiam temporibus illis hæretici ferunt declarari, non propterea sunt hæretici declarati, quòd scripto, sed quòd tradito Dei verbo fidem non habuerunt, sicut in proximo superiori capite pluribus demonstraui. Eiusdem esse substantiæ cum Patre filium, ex verbo Dei Patres Catholici docuerunt. Negabant id esse scriptum hæretici: cōcedebant illis catholici non esse scriptum, sed esse traditum. Vides, quæ res catholicos ab hæreticis discreuerit illi nō recipiebant verbum Dei, nisi quòd esset scriptum: ij nō modò scriptum Dei verbum, verum & traditum recipiendum esse putauerunt. Certè Felix Pontifex, qui centum quinquaginta plus minùs annis Nicænum Cōcilium præcessit, ad Benignum scribens, Apostolorum esse traditionem scribit, quòd Filius eiusdem sit cum Patre substantiæ. Ad eundem modum, quòd Spiritus sanctus eque sit adorandus & glorificandus, vt Pater & Filius, cum iisdem sit cum Patre & Filio substantiæ, demonstrabant ex verbo Dei Catholici. Quærebant, vbi scriptum esset, hæretici. Catholici cum iisdem verbis scriptum non possent, verbum Dei traditum proferebant. Id hæretici recipere noluerunt. Sed quorsum attinet reliquos commemorare? Magna ex parte quotquot fuerunt hæretici, solum esse Dei verbum affeuerabant, quòd scripturis contineretur, cui fidem habere Christianum quemlibet oporteret. Contra Catholici contendebant, & soli & omni Dei verbo, siue scriptum id, siue traditum esset, fidem haberi debere. Ex quo cuius perspicuum esse potest, quæ sit honestè matronæ, quæ contra vox adulteræ mulieris & fornicariæ, tum vtrius semen sit Brentius. Qui cum & ipse non aliud esse Dei verbum recipiendum,

Soli verbo Dei credendum, quomodo vere dicitur. Hier. 10. Rom. 3. Psal. 13.

Verbum Dei longius patet quàm scriptura canonica.

Euseb. li. 9. c. 4. & li. 10. cap. 2. preparatiois Euangelicæ. Verbum Dei non scriptum ad Mosen vsque.

Etiā Euangelii traditio constat. Marc. 16.

1. Cor. 15. 2. Tim. 3. Ab. 15. 1. Cor. 11.

Prisci hæretici credabant verbo Dei scripto, sed non item tradito.

Felix Pontifex.

Brentius verbū Dei traditum rejicit.

quam quod his libris continetur, quos Canonicos vocamus, quod verò per Traditionem accepimus, id esse reiiciendum doceat, quid aliud se, quam semen aduleræ mulieris esse demonstrat? Sed audiamus, quibus modis opinionem suam tueatur.

*Institutio obiectio
num Brentij
tra traditiones.*

Responsio.

*In confessionem
suam magis quàm
in scripturam
magis VVitiab.*

*Tot hodie Dij
adorantur, quos
Heresiarchæ.*

*Traditiones sub
damenta fidei
quodam modo
dici posse.*

*Non de scriptu-
ris, sed de carii
sensu contēditur*

1. Cor. 3.

Sumit exordium à cabala Iudeorum, quos in tantam Rabinorum suorum seruitutem coniecit os narrat, vt quicquid illis fabularum quamuis incredibile nomine cabalæ, quam receptionem siue Traditionē interpretatur, obtruditur, necesse habeant tanquam celestia oracula excipere & adorare. Itaque tanta premuntur, inquit, tyrannide, vt si Rabinus quisquam dixerit, dextrum esse sinistrum, & sinistrum esse dextrum, non est in misero vulgo, qui contra dicere audeat. Hanc, inquit, Iudaicam seruitutem & tyrannidem suscipiunt hinc temporibus in Ecclesiam filij Dei induendam hi, quos à traditionibus dicere possis traditionarios, aut si breuiori vocabulo delectaris, traditores, &c. Quid autem Brenti, si vestri magis de hac vestra tyrannide queruntur? Produximus in præfatione libri huius querimoniam Osandri, qui sex & triginta scripturarum loca se protulisse scribit, quibus habitare Deum in nobis demonstrauit, neque tamen fidem habitam esse: scripsisse breuem (chedam Philippum, qua testatur esse ita se rem habere, statim esse creditum. Queritur & hoc Osander, sicut ibidem indicauimus, quod qui vel Theologia Doctores, vel artium VVittembergæ magistri creantur, iurare coguntur conceptis verbis, non in sacre scripturæ, verum in Augustanæ Confessionis vnanimi consensu se constanter esse permanentes. Coguntur, inquit, abiurare verba Dei, & in Philippi verba iurare, dum iurant, de grauioribus rebus ad fidem pertinentibus nihil se statueri velle nisi de sententia Seniorum Confessionis Augustanæ, etiam si contrarium dicat scriptura. Vides ergo Brenti, vestros esse traditores illos, qui multitudinem imperitam induxerunt in eam seruitutem, vt quicquid ipsis tradere visum fuerit, necesse habeant tanquam celestia oracula excipere & adorare, vt si vos eorum Rabini, si vel tu Brenti, vel Philippus dixerit, dextrum esse sinistrum, & sinistrum esse dextrum, non sit in misero vulgo qui contradicere audeat, cum iureiurando etiam adstringantur, quibus docendi munus imponitur, ne contradicant. Magis hæc igitur in vestros quam in nostros tua quadratoratio: ac tantò minus ferendi estis, quod vestra quedam inculcatis auribus nostris, quæ tot seculis Ecclesiæ Dei fuerunt ignota: eaque pro celestibus oraculis haberi, & itaquam Dei verbum adorari vultis: vt quibus persuasum est vt ab Ecclesiæ gremio se separarent eos iam tot deos, quot sunt nouarum hereseon auctores, adorare videamus: dum vnacumque secta sui Rabini verbum, Dei verbum esse contendit. Iamne intelligis Brenti, quod vos estis, qui seruitutem hanc & tyrannidem in Ecclesiam Dei induxistis: quodque multò verius hæc de vobis dici possunt, quam de Iudeorum Rabinis, vel Catholicis Episcopis?

Neque verò causam video, cur Petrum à soto reprehendas, quod is dixerit, traditiones esse certissimum fidei fundamentum. Nam si quod primo loco ponitur in ædificatione domus, id rectè fundamentum dicitur, constat in ædificatione domus Dei viuientis, quæ est Ecclesia, primas fuisse traditiones, & illis ædificatam esse Ecclesiam, prorsusquam extaret scriptura vlla, nihil vt absurdè loquatur, si quis eas fidei fundamentum esse dicat. Deinde verò manifestum est & hoc, quod labefacto fundamento, quod reliquum est operis extructum, ruere necesse est. An non hoc ipsum accidisse videmus labefactis traditionibus? Non potes dicere Brenti, nobis vllam esse vobiscum de scripturis controuersiam, recipimus omnes: tanquam Dei verbum veneramus & adoramus omnes. Qua de re itaque agitur inter nos? Agitur de eo, quo sensu nobis recipiendæ sint, eone quem vos adfertis, an eo, quem à Patribus nostris traditum accepimus? Deinde an simul cum scripturis traditiones quoque Patrum sint nobis retinendæ? Scripturæ saluæ sunt apud nos etiam vestro ipsorum testimonio. Iota vnum aut apex vnus ex illis per nos sublatus aut mutatus non est. Nam de vestris in Germanicam linguam versionibus, hoc loco mihi sermo non est. Posteaquam verò traditiones Patrum reiiciendas esse putastis, tanquam conuulso fundamento, quæ sit, & quanta ruina consequuta, quam variæ, quam multæ, quam horrendæ sectæ ex eo nata sint, vestris oculis ipsi videris. Nihil igitur erratum est à Petro, quod suo modo quodam fundamentum fidei traditiones esse dixit. Interea tamen & fidei & domus, quæ supra hanc fidem ædificata est, aliud fundamentum nõ esse, quam illud, de quo scribit Apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, Petrus vnà cum Ecclesia Catholica libenter confiteatur. Quare quæcunque sunt ædificata siue tradiro, siue scripto Dei verbo, non super aliud fundamentum ædificata sunt: quam quod à Paulo, quod & à cæteris Apostolis fuit positum super Christum Iesum: in cuius gloriam & tradita & scripta sunt omnia. Quod res fiat illustrior, exemplum proferemus. E scriptura didicim⁹, Iesum traditum esse propter

propter delicta nostra, resurrexisset propter iustificationem nostram: quorum alterum luctus & meroris, alterum gaudij est & lætitiæ. Vide quemadmodum hoc ipsum traditione quadam & cæremonia sit expressum; quò magis memoria tantorum beneficiorum animis fidelium inculcari posset. Quoniam feria sexta passus est Christus, die verò Dominico resurrexit, quò tenaciùs insigi id posset mentibus mortalium, visum est Ecclesiæ statuendum, vt quo die passus est Christus, abstinentes à cibis delicatioribus, & ieiunio corpus macerantes, passionis illius & mortis beneficium, quasi compatiens illi pro nobis passio, grata quadam recordatione prosequeremur. Contrà verò, quia gauisi sunt Discipuli, cum Christum vidissent à mortuis resurgentem, quo die factum id est, vt eum ipsi quoque sumeremus hilariorem, & plus etiam aliquid resiciendo recreando que corpori tribueremus. Vides quemadmodum & scripturæ & traditionis id est fundamentum Christus. Et impletur illud, quod ab Apostolo scriptum est: Siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et alio loco: Omne quodcunque facitis in verbo & in opere, omnia in gloriam Dei facite. Quod abstinemus, in gloriam facimus Christi, qui pro nobis passus est: quod manducamus, in gloriam facimus eiusdem Christi, qui resurrexit propter iustificationem nostram. Fundamentum igitur tam scripturæ quam traditionis Christus est, quodque per chartam & atramentum scriptura, hoc per cæremonia quasdam & obseruationes docet nos traditio.

Dies Solis & Veneris quomodo nos admonent de Christo idq; ex traditione.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

Col. 3.

Quir Brentius traditiones oppugnet.

Responsio.

Quales traditiones Brentius respiciat.

Responsio de Irene quid contra Brentium senserit de traditionibus Iren. II. 3. cap. 3.

Que nunc Cathedralis Sæcularium.

Idem. II. 3. ca. 4. Traditioni credendum etiam sine scriptura.

Sed quam tandem causam adfert Brentius, quam ob rem Petri sententiam de traditionibus resurandam esse putet? Quid, inquit, miseris, quid erumosi esset Ecclesia filij Dei, quid incertis esset salute Ecclesiæ, si fundamentum eius penderet ab Aforicis traditionibus? An non hac via conijceretur Ecclesia in extremam seruitutem ambitiosissimum Prelatorum, & superstitionisissimorum hypocritarum, qui prætextu Apostolicarum traditionum obruderent Ecclesiæ, non solum vanissimas quasque nugæ & ineptias, verum etiam horribiles errores amplectendos? Atqui tale aliquid obrudi sub Apostolicarum traditionum prætextu negamus: quod cum tu dicas tantum, & non doceas, eadem facilitate contemnimus, qua dicitur ab te. Tandem Brentius de quo traditionum genere loquatur, definit. Non loquimur, inquit, nunc de ea traditione, qua nobis sacra scriptura, & quæ in ea continentur, à maioribus per manus tradita sunt. Hæc vult esse certam, necessariam, & modis omnibus amplectendam. De hac loqui dicit Irenæus, cum recenset symbolum Apostolorum & successi onem ordinariam. Nam in hoc prodest, inquit, cognitio ordinarię successi onis, non vt liceat Episcopis noua dogmata aduersus sacram scripturam fingere, sed vt habeamus ordinaria testimonia, quibus scimus hanc esse illam scripturam, in qua contineatur vera Prophetarum & Apostolorum doctrina. Miror Brenti, quomodo sis ausus dicere, quod de scripturæ traditione loquatur Irenæus in eo loco, quem citauerat Petrus à Soto. Dicerem te librum Irenæi non inspexisse, nisi ex ijs, quæ paulò post ex eo adfers, malitia magis quam errore te peccare cognouissem. Qua de re cum eo ventum erit, agam pluribus. Certè vel ex illis ipsis verbis, quæ citauit Petrus, vbi dicit Irenæus. Quam habent ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem: quandoquidem annunciatam dicit, non scriptam, colligere tibi licuit, quod non de traditione scripturæ loqueretur, verum de traditione viuæ voce facta. Itidem ex ijs quæ præcesserunt, habemus annuere eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi Ecclesijs, & successores eorum vsque ad nos: qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt, quale ab ijs deliratur. Non dixit, nihil tale scripserunt, sed nihil tale docuerunt, neque cognouerunt. Iam verò quando iubet ad successores Episcoporum, & Cathedras Apostolorum recurrere, quam ad rem id iubet: num vt scripturas ibi legant? Quasi verò domibros habere non possint. Certum est, quod eo consilio remisit eos Irenæus ad successores Episcoporum, & ad Cathedras Apostolorum, vt si quid fortasse scripturis canonicis comprehensum non esset, vt si quid obscuritatis haberet aliqua scriptura, vel propter intelligentiæ nostræ tarditatem, vel quod hæreticorum pernicitas perplexam redderet quæstionem, doceret non esse ad vnus alicuius oppidi Doctorem siue ministrum recurrendum: quale est, verbi gratia, VVittembergæ in Saxonia, Tubinga in Ducatu VVittembergensi, Geneua in finibus Heluetiæ: sed ad Cathedras Apostolorum, vt quem sensum quamue doctrinam per manus ea de re traditam accepissent, per longam Sacerdotum & Episcoporum successi onem dubitantibus patefacerent. Sed audiamus adhuc loquentem Irenæum: Quid autem, inquit, si neque Apostoli scripturas reliquissent nobis, nõne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt, quibus committebant Ecclesiæ? Cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charactere vel atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes. Quibus si aliquis annunciauerit

ea, quæ ab hæreticis adinuenta sunt proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, longè longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium. Sicut illam veterem Apostolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum portenti loquimur. Potuitne clarioribus verbis iudicare, se non de scripturæ, sed de ea, quæ viua voce facta est, tradidit loqui? Simul ex ijs verbis collige, quòd ipse etiam seculo, hoc est, centu octoginta annis post Christum natum, nulla fuerit apud plerasq; gentes Euangelij scriptura, sed sola tantum Apostolorum viua voce facta traditio. Sed de hoc paulò pòst pluribus.

Quòd autem in hoc modo prodesse dicis ordinariæ successioni cognitionem, vt habeamus ordinaria testimonia, quibus scimus hanc esse illam scripturam, in qua contineatur vera prophetarum & Apostolorum doctrina, alium etiam eius vsum fuisse reperies, cum apud alios sanctos Patres, tum apud hunc ipsum Irenæum. Neque enim de veritate scripturæ, sed de veritate doctrinæ, si qua noua proferebatur, num ad eundem modum, qui Cathedras Apostolorum tenuerunt, inuicem sibi succedentes Episcopi docuerint ordinaria testimonia, perquirebant. Sic in epistola quadà ad Florinum hic idem Irenæus: Hæc dogmata, inquit, Florine, sanam doctrinam non habent, hæc dogmata dissentiant ab Ecclesia, hæc dogmata tibi, qui ante nos fuerunt Presbyteri, qui & Apostolorum exiterunt discipuli, non tradiderunt. Hic Irenæus non de scripturarum, sed de dogmarum veritate traditionem profert. Sic in Concilio Nicæno, de eo quòd. Filius est Patri consubstantialis: in Constantinopolitano de eo, quòd Spiritus sanctus æquè sit adorandus & glorificandus, vt Pater & Filius: in Ephesino, quòd Maria virgo rectè vocetur Deipara: in Chalcedonensi, quòd duæ sunt naturæ in Christo: in tertio Constantinopolitano, quòd duæ sint in eo voluntates & operationes in secundo Nicæno, quòd imaginibus rectè vritur Ecclesia: in eo quod ante centum annos habitum est Florentiæ, quòd Spiritus sanctus à Patre Filioq; procedat, cum de rebus ijs in illis Concilijs disceptaretur, quando quidem solis hæreticis scripturis nitentur, quas iuxta suam voluntatem interpretabantur, visum est faciendum catholicis, vt quæ fuerit ijs de rebus inuicem sibi succedentium sacerdotum & Episcoporum sententia, diligentius inquirerent: & quod ordinariæ successioni testimonio tot seculis vnanimiter ab illis traditum esse constabat, id tanquam Dei verbum reciperent. Cæterum quòd scribis: Non in hoc prodesse cognitionem ordinariæ successioni, vt liceat noua dogmata aduersus sacram scripturam fingere, verissimum esse confitemur, quin hanc solam causam esse dicimus, cur ordinariæ successioni testimonij tantoperè nitamur, vt si quæ doctrina profertur, vetus an noua sit, cognoscere possimus. Verbi gratia: Docet aliquis absoluta necessitate fieri omnia, profert scripturæ testimonia, quibus adstruere sententiam suam conatur, quarimus num hæc fuerit Apostolorum traditio? Recurrimus ad eorum, qui successerunt illis, veterumq; Doctorum testimonia: inuenimus quòd primus eius sententiæ auctor fuerit Simon Magus, ei successerit Marcion, Marcioni, Manichæus, Manichæo, Petrus Adelhardus, Petro Adelhardo Ioannes Vicleff, Vicleffo Dux & antesignanus hæreseos vestræ Lutherus: cõtrà quòtquot fuerunt sancti Põrifices & Sacerdotes, eos contrarium docuisse. A quibus cum hoc dogma vestrum incredibili quodam cunctorum consensu pridem damnatum esse videamus, audemus pronuciare, quod illi inuicem sibi succedentes Episcopi tot seculis, tam consentienter tradiderunt, id esse verbum Dei: quod verò profertur à vobis, aut à Magistro vestro, verbum esse Diaboli. Deinde, profertis vos iustitiam nescio quam imputatiuam: profertis & fidem quandam specialem, de qua iam antè plura verba fecimus. Scrutamur scripturas, nihil tale in illis inuenimus. Querimus deinde diligenter, num apud Patres aliqua eiusmodi doctrina reperitur, contraria reperimus potius omnia. His igitur ordinarijs testimonijs freti, quod ab illis docetur, tanquã Dei verbum recipere: quòd verò profertur à vobis, tanquam Diaboli verbum execrari & anathematizare nihil dubitamus. Adferis etiam noua quædam vocabula. Nam quod nos penitentiam, hoc vos terrores conscientiar: quod nos Eucharistia Sacramentum & sacrificium, hoc vos coenam vocatis Dominicam. Excusimus Patrum scripta: videmus eos nominibus vsos, quibus vtrum nos, vestras verò voces profus ignorasse. Nam & si coenæ Dominicæ mentionem faciunt nonnunquam, sacrificij tamen apud illos nomen multò est vsitatum. Quid igitur? facimus, quod Paulus monet, depositum custodimus, & profanas vocum nouitates deuitamus. Similiter statimus de reliquis vestris dogmatibus. Negatis vos Missam esse sacrificium, negatis pro defunctis orandum, aut sanctos inuocandos esse, vota monastica cœlibaturnq; sacerdotum damnatis: Nos priusquam aliquid de vestra sententia definiamus, quæ sint ijs de rebus ordinariæ successioni testimonia, diligenter indagamus: quibus percuratis,

Apud multas gentes fuit Euangelium sine scriptura

Synodi ex traditione multi a consisterunt.

Ad discernenda dogmata prædicti cognitio successioni ordinariæ.

Quomodo cõtinuati, qui negati liberum hominibus arbitrium.

Contra iustitiam imputatiuam & fidem specialem.

Sacerdij nomen penitentia & Eucharistia mutans.

2. Tim. 6.

inuen

inuenimus vos noua quædam dogmata, contra scripturam sacram, contra sensum & consensum Patrum nostrorum fingere. Quamobrè quod à vobis adfertur, tanquam Diaboli verbum repudiamus: quod verò per longà sacerdotu & Episcoporum successiõnem per manus nobis traditum accepimus, id mordicus tanquam Dei verbum retinemus. Vides igitur, ad quid nobis proficit ordinariæ successiõnis cognitio? nimirum ad hoc, vt cognoscamus quæ noua sit, quæ vetus doctrina.

Ostendit iam Brentius, de quibus traditionibus loqui velit de ijs enim loquimur, inquit, quas nonnulli scriptores & alij tribuunt Apostolis, quæ tamen ab Apostolis non sunt scripto mandata. Concedit igitur & Christum fecisse dixisseque multa & Apostolos nonnulla tradidisse & instituisse, quæ ab ipsis non sunt literis comprehensa. Cæterum duo nobis, inquit: hic consideranda veniunt: vnum est, quæ sint illæ Christi aut Apostolorum traditiones, quæ sermone & non scripto posteritati sunt commendatæ. Alterum est, si constiterit, eas traditiones esse Apostolicas, cuius, sint generis aut conditionis, & quo consilio sint traditæ. Videlicet num sint traditæ vel ad tempus tantum vel ad eternam tantum disciplinam, vel, num sint eius condiciones, vt sine ipsarum, obseruatione veram & æternam salutem consequi non possimus. Omnino enim ac diligentissimè cauendum est, ne nobis humane ac fictitiæ traditiones pro Apostolicis obtrudantur. Partitio tua Brenti, nobis non displicet: sed nec illud improbamus, quòd ex Paulo mones, cauendum esse, ne fictitiæ traditiones pro Apostolicis obtrudantur, nam hac in parte nos quoq; tecum sentimus, Cæterum Irenæi testimonium expendamus. Scribit, inquit Irenæus, hæreticis solemne fuisse cum vigerentur scripturis, ad traditiones confugere, cum è scripturis, inquit, arguuntur, in accusationem conuertuntur ipsarum scripturarum, quasi non rectè habeat, neque sint ex auctoritate, & quia variæ sint dictæ, & quia non possit ex ijs inueniri veritas ab ijs, qui nesciunt traditionem. Sicut ipse scisus es ab Ecclesia Brenti, sic vnus capituli sententiam scidisti, dum superiora ponis, extrema verò præteris, partim memor, partim subdole corrupens. Cur enim illud non adiunxisti, quod non totis octo versibus interiectis sequitur? Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis, prouocamus eos, qui aduersantur traditioni, dicent, se non solum presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores synceram inuenisse veritatem. Quæ per deum immortalè est hæc animi tui peruerfitas? quæ frontis duritia? quod eum Irenæi locum ad opinionem tuam confirmandam ausus es producere, quo vix aptior alius ad eam infirmandam proferri potuisset? Contra quem enim ibi loquitur Irenæus? Nonne contra turbam vestram Asoricam, quam nullus pictor tam graphicè depingere penicillo suo potuisset, quam ille calamo suo descripsit? Nam cum duplex ratio fit congregandi cum hæreticis, aut scripturis, aut traditione, queritur Irenæus, neutra contra eos quicquam profici. Cuius etiam hæc verba sunt. Euenit, inquit, neque scripturis iam neque traditioni consentire eos. Aduersus tales certamen nobis est, & dilectissime, more serpentum, lubrici vndique fingere conantes. De vobis igitur queritur. Quod si quis proferat contra vos scripturas, verbi gratia, locum aliquè ex epistola Iacobi aut ex Apocalypsi, aut ex Ecclesiastico, aut ex duobus libris Machabeorum, statim aut excipitis, contra scripturas has, quòd non sint ex auctoritate, quàmlibet nos ordinarijs testimonijs, quod sint ex auctoritate, quodque libros hos tanquam Canonicos iam pridem receperit Ecclesia, demonstremus: Aut si nulla datur excipiendi potestas, variè dictum causamini quòd scriptum est, & eius alienum quandam adferitis. Si verò traditio vobis obijcitur Apostolica, si Patrum sententia contra vos profertur, non dubitatis vos illis profiteri sapientiores, & cum idolo vestro dicere: Nihil est, quòd quenquam tantillum moueat multitudo, magnitudo, longitudo, profunditas, miracula, sanctitas, Ecclesiæ sanctorum: omnes perierunt, si senserunt vt scripserunt, nisi fortè qui respuerunt ante supremum vitæ diem. Difficilis est igitur, inquit, ratio vobiscum congregandi: Nam neq; scripturas recipitis: nisi quas vultis, & quo sensu vultis: neque traditionibus: Apostolicis loci quicquã datis. Vbi fuit frons tua Brenti, cum istud testimonium prouoceres? quò vides vel maxime tuam sententiam oppugnari. Et certè si quicquam Irenæus fuit is, qui traditionibus plurimum esse tribuendum putaret, quique subinde ad eas prouocaret, quod etiam ex ijs verbis, quæ paulò antè produximus ab Eusebio citata, ex epistola eius ad Florinum, cognoscere cuius licet.

Brentij sententia.

Responso.

Responso Brentij in citando Irenæo improbum esse.

Nec scripturis nec traditione proficitur contra hæreticos: Irenæi lib. 3. ca. 2.

Enchir. li. 5. cap. 20. bissa. Etale. Quæstio Brentij. Euse. li. 3. cap. 39. bissa.

rem

Quaritur postea Brentius, quomodo cognoscere liceat, num aliqua traditio sit Apostolica? Num sufficiat nobis auctoritas siue testimonij vnus & alterius Ecclesiastici scriptoris? Profert, quod Eusebius de Papiæ scribit, eum fabulosa quædam & peregrina tanquam ex viua traditione Apostolorum ad se relata, vnde Chiliaistæ quoque sunt erro-

rem suum mutuari scripisse: cuius exemplo monet, ne temerè traditionibus, quæ Apostolorum & maiorum nomine proponi solent, credamus. Persicilis est ad id, quod quarit Brentius, responsio. Nam si quid nobis obruditur Apostolicæ traditionis nomine, quod non modo non est ab Ecclesia receptum, & eius usu comprobatum, verum etiam statim ab initio fuit illi reclamatum, siue Papias id produxerit, siue quicumq; tandem scriptor alius Ecclesiasticus, quantæcumq; sit auctoritatis, pro fabula potius, quam pro Apostolica traditione habendum est. Cæterum illa, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, datur, inquit Augustinus, intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel à plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata ac statuta retineri. Nam si quid tota per orbem frequentat Ecclesia, hoc quin ita faciendum sit, disputare, insolentissimè insaniam est. Vides quam regulam dederit August. cognoscendæ traditionis Apostolicæ? hanc sequere & non errabis.

Responsio.

August. epist. 21. cap. 1.

Brentij narratio de actis in Concilio Africano contra Pont. Rom.

Narrat deinceps Brentius, quemadmodum in concilio Africano petunt Legati Rom. Pontificis, ut liceat Episcopis Romam prouocare, & proferunt Canonem Nicæni Concilij, cuius auctoritate exigunt, ut Africanæ Ecclesie subijciantur Romanæ, sed Patres Africani Concilij petunt ab Ecclesia Alexandrina & Constantinopolitana vera exemplaria Canonum Nicæni Concilij, & deprehendunt Rom. Pontificem ambitione excitatum designasse in proferendis Canonibus Nicænis crimen falsi. Quare inuehuntur in eum grauisimè, & arguunt eum aperte mendacij. Ut aliqui, inquit, tanquam à tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus Patrum Synodo constitutum, quia illud quod pridem per eundem Coepiscopum nostrum tanquam ex patre Nicæni Concilij exinde transmissis, in Concilijs verioribus quæ accipiuntur Nicæna, à sancto Cyrillo Coepiscopo nostro Alexandriæ Ecclesie, & à venerabili Attico Constantinopolitano Anticite ex autentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium Presbyterum & Marcellum Subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt venerabilis memoriæ Bonifacio Episcopo prædecessori vestro à nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Exequutores etiam clericos vestros, quibusq; petentibus nolite mittere, ne fumo sum rypum seculi in Ecclesiam Christi (quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem videre cupientibus præfert) videamur inducere. Hoc exemplo monet, caute indicandum esse de traditionibus, quæ Apostolorum nomine actantur.

Responsio de actis Brentij peruersitate in citanda fide historica.

Sed quæ est hæc animi tui impotentia Brentij? quam ardens odium erga sedem Apostolicam? quanta mentiendi libido? Scribis Patres Africani concilij deprehendisse Romanum Pontificem designasse crimen falsi. Quando autem hoc illi crimen obiecerunt? An quia meminerunt veriorum conciliorum, quæ fuerunt aliunde missa, ideo Pontifici falsi crimen impegere? Num quia dico verius habere me exemplar quam tuum sit: falsi te statim in simulo quasi tu codicem tuum adulteraueris? Videris ex te Patres illos longe tui dissimiles metiri. Sed illi, quamuis certis ex causis appellationes ad illum fieri nolent, quem tamen honorem deberent Romano Pontifici, non ignorauerunt. Itaque non modo quod falso scribitur à te, grauisimè in eum inuecti non sunt, non modo mendacij non arguerunt, verum etiam reuerenter ad eum scripserunt. Tota epistola nihil habet in se amarulentæ, nihil acerbitatis, sed est modestissimè scripta. Cur autem illud quoq; non adiecisti, quod in extremo positum est? Nam cum negarent se Faustinum in Africa sustinere velle, clausulam illam adiecerunt, probitate ac moderatione tuæ sanctitatis salua. Sic illi sententiam suam Romani Pontificis moderationi subiecisse videntur. Hæc ita dicta sunt à nobis, ac si vera esse concederemus, quæ tum Patres illi scripserunt: simul etiam ut indicaremus, quæ tua sit vanitas & mentiendi voluptas. Quid autem Brenti, si quæ Patribus illis veriora visa sunt esse consilia, minus vera fuerunt, quam quæ proferebantur à Romano Pontifice? Vis hoc tibi probemus? Quem autem eius rei testem dari tibi vis, qui sit exceptione tua maior? Ut Latini tibi satis faciant metuo, ex Orientalibus aliquem Græcæ linguæ produci voles, si fides illi, per te sit habenda. Difficile est, quod à nobis exigit, ut ex ijs testes proferamus, quos Ecclesie Romane semper iniquiores fuisse constat. Sed accipimus tamen conditionem, quamlibet ea dura videatur. Ecce tibi producimus ex Orientalibus testem omni maiorem exceptione Græcæ linguæ Magnum illum Athanasium, qui non solus, sed cum reliquis etiam Aegyptiorum Episcopis ad Marcum Syluestri successorem scribens, queritur Arrianos omnia vastasse, libros etiam vsque ad minimum incendisse, ne iota quidem vno relicto. Precamur, inquit, Pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni Concilij exemplaria, ut illa nobis, quæ (sanctæ recordationis) prædecessoris vestri Syluestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quod à prædicta Synodo cum Pontifice nostro, id est, Alexandrino magne ciuitatis Episcopo in Diacono-

Athanasius de synode Arrianorum in eorum andis libris Episcoporum.

Diaconatus interfuimus officio, sub nostra præsentia testimonio per beatos viros Vincentum & Vincentium presbyteros, missa sunt prædicto Papæ Syluestro cum ad stipulatione subnexa capitula septuaginta. Audis hic Brenti, quod incensum fuerunt per Arrianos omnes Aegyptiorum Episcoporum libri, ne iota quidem relicto, quorum impietate & fraude factum est, cum præferim nec Imperatoris Constantij studium illi deesset, ut paucis post annis quam celebratum esse Nicænum Concilium, de plenarijs eius Concilij exemplaribus dubitari ceperim sit, nec vllum integrum esse putaretur præter id, quod Romæ fuit asseruatum: ex quo & Iulius & Innocentius & Leo primus hunc ipsum canonem citant, de quo nunc agitur. Est ne autem verisimile, quod Iulius Pontifex non plus quam viginti post annis quam habitum fuit Nicænum concilium, ausus esset falsum aliquem canonem citare, cum illo tempore superesse testes non pauci potuerint, quibus eum de crimine falsi conuincere licuisset, quod Arriani proculdubio facere non prætermisissent? Produxissent autem post hunc etiam Innocentius & Leo Canonem hunc ipsum, si falsi crimen obiectum à quoquam Iulio cognouissent? Sed quos tu semen aduulteræ tanti patris sceleris audes arguere? An non eos Pontifices, quorum sanctitas, honestas, grauitas in toto celebratur orbe Christiano? Patres Africani concilij potuerunt vi homines errare, de re præferim sibi minus nota: tam sancti verò Pontifices ij, falsi crimen committere nunquam potuerunt. Misit Cyrillus exempla canonum Patribus Africanis, verum vnde ex Alexandria? Atqui magnus Athanasius incensos ibi libros fuisse queritur ab Arrianis. Quod ergo mittere potuit Cyrillus exemplar aliud, quam quod ab hæreticis fuerat corruptum certis canonibus omisis? Atticus porro viuenti Ioanni Chrysofostomo, cum in exilium pulsus fuisset, successerat, qui facile ferre potuit diminutum esse canonum numerum, eum præcipue sublatum, quo libera permittebatur ad Romanum Pontificem appellatio, cum sub id ipsum tempus Innocentius Rom. Pont. Chrysofostomum per honorificè suscepisset, de quo eo restituendo in sedem suam laborasset. Sed extat Athanasij quoque & Aegyptiorum, Thebaidorum, & Lybiorum Episcoporum in sancta Alexandr. Synodo congregatorum epistola, in qua cano hic ipse Nicæni concilij proferatur. Satis ne iam tibi docuisse videmur Brenti, quod lapsi fuerint Patres Africani concilij, cum esse veriora putarent exemplaria Nicæni concilij, quæ Cyrillus Alexandria & Atticus Constantinopol. miserant, quam ea quibus Roman. Pontifices nitentur? Quid autem si ex abundantia docuerimus, etiam Africanos Episcopos errorem postea suum agnouisse & qui sub Bonifacio primo suas contra sedem Apostolicam ceruices erexerant, eas sub Bonifacio secundo dimisisse, penitentiaque ductos totos se potestari Romani Pontificis subiecisse, prædecessorumque suorum errorem hunc damnasse? Lege quæ scripsit hic ipse Bonifacius secundus ad Eulalium Alexandrinum Episcopum, tum & eam epistolam, quæ sequitur mox Eulalij Carthaginensi Episcopi ad Bonifacium, ita rem habere comperies. Habes itaque iam satis, ut opinor, demonstratum, non solum Roman. Pontificum testimonio, quos apud Catholicos omnes magnum semper auctoritatis pondus habuisse constat, verum & magni illius Athanasij, aliorumq; multorum Orientalium; quin & ipsorum Africanorum Episcoporum quodammodo propria confessione, quod veriora fuerint, quæ Roma, quam quæ vel Alexandria, vel Constantinopoli producta sunt actorum, Nicæni Concilij exemplaria.

Acta probatio, Africani Episcopi Rom. Pont. se submisserunt.

Monet iterum Brentius, ut de traditionibus, num sint Apostolicæ, cum stant in iudicemus. Aliquando enim, inquit, proponuntur nobis diuersæ de eadem re traditiones, quarum vna huic, altera illi Apostolo tribuitur. Traditiones de tempore obseruationis Paschæ extant. Et alij quidem affirmant Petrum & Paulum tradidisse Paschæ celebrandum esse die dominico post Lunam decimam quartam: alij autem scribunt, Ioannem Apostolum & Philippum tradidisse Paschæ celebrandum esse Luna decima quarta. De coniugio Sacerdotum aliter se, inquit Stephanus, traditio habet Orientalium Ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ Ecclesie. In eiusmodi casu Brenti, quid aliud seruandum est, quam quod factum esse legitimus ab Imperatore Constantino, qui concilium congregari, cuius auctoritate, quæ fuit de tempore obseruationis Paschæ controuersia, dirempta est? Porro de coniugio Sacerdotum, audi quid dicat celebris apud Græcos Epiphanius: Reuera, inquit, non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum, eos qui à nuptijs, mortua eorum vxore, secundis nuptijs coniuncti sunt. Et hæc cerò sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat. Sed & adhuc viuentem & liberos gignentem vnus vxoris virum non suscipit, Sed eum qui se ab vna continuit, vel in viduitate vixit, Diaconum & Presbyterum & Episcopum & Hypodiamum, maxime vbi sinceri sunt Canones Ecclesiastici. At dices mihi: Omnino in quibusdam locis adhuc liberos gignere presbyteros & Diaconos & Hypodiamos, At hoc non est iuxta Canonem, sed iuxta hominum

Obiectio de traditionibus diuersis, quæ quasi contrarij.

Responsio.

De coniugio Sacerdotum. Epiphanius. l. 5. c. 12. Thom. 1.

Græci sacerdotes ducunt vxorem.

unde facta, non
de iure.

num mentem, quæ per tempus elanguit. Sic & hæc Stephani dubitatio iam est sublata. Nam quamuis aliter hac in parte se gerant Orientales, non faciant hoc tamen iuxta Canonem, qui idem est, si quid Epiphano credimus, apud Orientales, & Occidentales, sed faciunt pro libidine sua. Verum ea de re pluribus in Confessione Christiana disseruimus, ubi de impedimentis matrimonij tractauimus, eò lectorem remittimus.

Brenij sententia.

Monet iterum Brenius: Cùm à scriptore quopiam traditio tãquam Apostolica proponitur, eam non ideo agnoscendam esse, quòd scriptor ille, quantaliber sit sanctitate aut eruditione, affirmat: sed quia doctrina Prophetica & Apostolica, quæ sacris literis continetur, diuinitus nobis commendata & confirmata est: quam obrem expendendum esse, num ea traditio conueniat cum ijs sacris literis, quæ sunt cœlestibus testimonijs ad nos propagatæ. Nam si cum hac scriptura pugauerit, dubitari amplius nec potest, nec debet, quin scriptor ille aut alios fallere voluerit, aut ab alijs falsus fuerit, & pro veritate mendacium acceperit. Fieri enim nõ potest, quòd Apostoli Spiritu sancto præditi, tradiderint verbis pugnantia cum ijs quæ mandauerunt scriptis. Hoc quin verum sit, non dubitamus, quòd nihil tale verbis tradiderunt Apostoli, quod cum ijs, quæ scriptis tradiderunt, pugnet. Sed quid si pugnare videbitur hæretico Traditio cum Scriptura, quam Ecclesia tota pulchrè conuenire cum ea censet?

Responsio.

Brenij sententia de iudicandis Apostolorum traditionibus.

Aggreditur iam tandem ad alteram suæ partitionis partem, Si certò cõstitit, inquit, traditione esse verè ab Apostolis profectam, proxima cura erit, quo consilio & in què vltim ac finem ab Apostolis, sit instituta. Non possumus autem hoc cognoscere, nisi ex ipsa Apostolorum doctrina, & perpetuo eius doctrinæ, quæ scripto est mandata, consensu, Quare siue dubitemus, siue non dubitemus, de traditione, semper nobis ad facram scripturam recurrendum est, & ex ea iudicium petendum. Quod excuti vis ab omnibus, quo consilio traditio sit ab Apostolis instituta, nos minimè necessarium ducimus: quin illud magis probamus, quod à Ioanne Chryostomo scriptum est? Traditio est, nihil quætas amplius. Præclare scriptum est à Gregorio Pontifice: Vera obediètia nec Præpositorù intentione discutit, nec præcepta discernit: quia qui omne vitæ suæ iudiciù maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur. Nescit enim iudicare, quisquis perfectè didicerit obedire, quia hoc tantum bonù putat, si præceptis obediat. Quem sequuntur Bernadus quoq; Imperfecti, inquit, cordis & infirmæ voluntariæ iudicium est, statuta Seniorum curiosus discutere, hæere ad singula, quæ iniunguntur, exigere de quibusq; ratione, & malè suspicari de omni præcepto, cuius causa latuerit: nec vnquam libenter obedire, nisi cùm audire contigerit, quòd fortè liberit, aut quod non aliter licere seu expedire monstraueit, vel aperta ratio, vel indubitata autoritas. Delicata sanè, imò nimis molesta est huiuscemodi obediètia: disputare, hoc est, in actu cordis, non in auditu auris obedire. Ac loquuntur quidem hi duo de monasticis institutis: cæterum si Patris vnus alicuius, qui cæteris præsert in monasterio præcepta discutere, fas isti non esse putant, quantò minùs fas esse debet, vt eas traditiones curiosus quiuis excutiat, quas Apostolicas esse certò cõstitit? Certè decretis Apostolorù tãquam à Deo profectis parere semper, eorum autem quæ decreta sunt, rationem ab illis flagitare semper nõ debemus. Illud verò nobis vel maximè persuasum esse debet quæcunq; lex vel ab Apostolis, vel ab eorù successoribus lata est, eà respectu charitatis lata esse: nec in ea præscribi quicquã, nisi quantù charitatis interest, nec aliud esse legis eiusmodi transgressionè, quàm charitatis violatione. Docet id etiã Bernadus, ubi de monasticis loquitur institutis, quòd ea inueta fuerint, nõ quia aliter viuere nõ liceret, sed quòd ita magis expediret: nec planè ad aliud, quã ad lucrù & custodiã charitatis. Quamdiu ergo charitatis militat, immobiliter fixa sunt, mutariq; omnino ne ab ipsis quide præpositis sine offensa possit. At si e cõtrario cõtraria aliquando charitati visa fuerint, nõ tibi Breni, dicit Bernardus, neq; tua farina alicui, sed ijs dũtaxat, quibus hoc posse videre datù est, & providere creditum est nõnne iustissimum esse liquet, vt quæ pro charitate inuenta fuere pro charitate quoque ubi expedire videtur, vel omittantur, vel in aliud forte commodius demutentur? Sicut è regione iniquum proculdubio foret, si statuta pro sola charitate contra charitatem tenerentur. Tenent ergo fixam firmamq; immobilitatem etiã apud Prælatos, quæ ex stabili necessario sunt, sed quatenus charitati deseruiunt. Si de monasticis institutis rectè visum est Bernado, quòd non ad aliud quàm ad lucrù & custodiã charitatis inueta sunt, quãto magis nobis persuasum esse debet, quæ sunt ab Apostolis & eorù successoribus instituta, itidè non ad aliud, quàm ad lucrù & custodiã charitatis esse instituta? Cùm in omnibus ijs quæ decreuerit, nihil aliud, quàm eam, quæ finis est præcepti, charitatem spectauerint: quam solã præcepti Christus, cuius lex nõ est, nisi lex charitatis: ad quam præcepta referuntur omnia, ita vt si quis dixerit, omnia mandata, siue quæ

Brenij de præcepto et dispensatione.

Quam reuerentiam sententiam de traditis post.

Idem ubi supra.

Idè scopus scribitur et traditio charitatis.

scripta

scripta in libris Cononicis, siue quæ tradita sunt nobis ab Apostolis & eorù successoribus, vnũ esse mandatum charitatis à vero nihil aberrauerit. Hoc itaq; cõsilio, in hunc vsũ & finè instituta sunt omnes Traditiones, quæ non ab Apostolis modò, verum etiã ab eorù successoribus profectæ sunt, quã denotat Bernardus, ad lucrù & custodiã charitatis: quam etiã ob causam non diuini immobiliter fixa sunt, quàm quoad charitatis militat: cui simul vt militare deserint, iam nihil impedit, quòd minùs vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliud aliquid fortè commodius cõmutentur. Nam quæ pro charitate statuta sunt, ea contra charitatem retineri, profus iniquum fuerit. Sed num ideo cuius de sepe vulgi iudicare licebit, quando traditiones militat, quando non militat charitati? Tantum abest, vt id vnicique de plebe liceat, vt ne tibi quidè Breni fas id sit, quamlibet cautus & prudens esse tibi videaris: verum ijs tantum, inquit Bernardus, quibus id posse videre datum & providere creditum est. Non satis est, si datum alicui sit posse videre, nisi creditum sit posse providere. Quamobrè etiã si tu, qui prudens es in oculis tuis, posse te videre iudices, quando militet, quando nõ militet charitati traditio, quoniã tamè tibi non est creditum providere, nullã habes legitimam potestatem, quæ sint eius generis traditiones cognoscendi, & eas arbitrio tuo vel abrogandi, vel cõmutandi, sed inuitis etiã omnibus portis inferi, penes eos solos potestas hæc est, qui sedet in Petri Cathedra, qui cùm semper ad manũ habere queat viros & prudentia & doctrina singulari præditos, quorù vtantur consilio, datù est illis posse videre multorum oculis adiutus, quod deseruiat, aut non deseruiat, charitati traditio, simul postea quàm ad munus Apostolicũ vocati sunt, creditum est illis providere, quo si traditione aliquam nõ amplius charitati seruire iudicauerint, aut eam omitti deinceps, aut intermittere posse decernat, aut in aliud aliquid cõmodius cõmutent. Absit autè, vt penes vniciquem de vulgo potestas sit ea de re iudicadi. Interest enim Reip. vt non modò scriptæ leges, verum & quæ moribus receptæ, diuturnaque consuetudine sunt approbatæ, non temere mutentur aut corrigantur, nisi eorum, qui cum potestate versantur, auctoritas accesserit.

Quorũ sit de vna diuinitus iudicari care, an seruiat charitati.

Perstringit postea Brenius traditiones aliquot, & expendit eas iuxta sacra scripturæ regulam, vt quid de ipsis sentiendum sit cognoscamus. Non venci, inquit, nec sanguine, nec suffocato, nec idolothrit, traditio est. Et quia ex actis Apostolicis, manifestum est quòd Apostoli ipsi tradiderint hoc decretum Ecclesijs gentium, non amplius de hac traditione querendum est, num sit Apostolica, sed quo consilio & quo fine Apostoli eam Ecclesiæ commèdauerint. Queritur ergò, num Apostoli tradiderint eã hoc consilio, vt imponerent Ecclesiæ perpetuã legem, cuius operum meritis consequerentur homines coram Deo remissionem peccatorum? Nihil certè minùs, Quis autem vnquam eò consilio traditiones instituit, vt imponeret perpetuam legem, e cuius operum meritis consequerentur homines coram Deo remissionem peccatorum? Iam audisti quid ea de re scripserit Bernardus, quo consilio, & quo fine pleraque traditiones institutas esse docuerit, nimirum ad lucrù & custodiã charitatis: per quam charitatem consequuntur homines coram Deo remissionem peccatorum, sicut à Christo dictum est: Dimissa sunt illi peccata multa, quoniam dilexit multum. Nam quod ad ipsa opera per se considerata attinet, non puto quòd quemquam reperies, qui doceat, quod meritis eorum remissionem peccatorum aliquis consequi possit. Non est obscurum, quid de ea re scripserit Thomas Aquinas, à quo non dissentit omnis reliqua Theologorum schola. Si consideretur, inquit, opus hominis meritorium, secundum substantiam operis, & quatenus ex libero proficiscitur arbitrio, vitæ æterna dignum non est. Cæterum præclare dicit Augustinus: Radix nostra est charitas nostra, fructus nostri opera nostra, opus est, vt opera tua de charitate procedant: tunc est radix tua in terra viuentium. Radicem Deus inspicit, non opera. Sunt autem, sicut idem Augustinus docet, duæ radices. Radix omnium bonorum charitas: radix omnium malorum cupiditas. Sicut in charitate nihil vnquã mali, sic in cupiditate nihil vnquã boni poterit inueniri. Itæ duæ radices in duobus agris à duobus plantantur agricolis: vnã in cordibus bonorum plantat Christus, aliã in cordibus malorù plantat diabolus. Nec de charitatis radice nascitur aliquid mali, nec de radice cupiditatis aliquid boni. Non attendit igitur Deus ad id, quod foris apparet, verum radicem intuetur: vtrum ex cupiditate, an ex charitate facias, solùm id spectandũ esse putat: vsq; eò etiã, vt homicidiũ laudatum & de eo verò qui misericordia ductus abstinuit à cæde, penas expetitas esse legamus. Phinees vno pugione duos cõfecerat, à Domino cõmendatus, æterni sacerdotij testamentũ accepit. Nõ quod ipsum bonũ per se sit homicidiũ, quod lege prohibitum esse scimus, sed quòd illud zelando zelum Dei patrauerat. Ita charitas opus quod natura siue substantia sua malum est, fecit esse bonum. Contrã, Saul non occidit Agag Regè pinguisi-

Brenius de vna diuinitus Apostolicis. Alio. 5.

Luc. 7.

Thomas cap. 12. quæst. 11. 4. Merita nostræ non substantia operis, sed virtus in actu nititur. Augu. in Psal. 51. Idè serm. 44. de tempore.

Num. 25. 1. Mach. 2. Exemplũ Phinees et Saul.

1. Reg. 15.

Scopus traditio-
nis Apostolica
vnum, praesertim
in die festo-
rum institutio-
ne.

Rom. 8.
Mat. 20.

Rom. 15.

Athan. in Epist.
de Synodis Ari-
mini & Seleu-
cie congregatis,
& in epist. ad
Episcopos in A-
frica. Ibidem.

Euseb. lib. 3. de
vita Constantii.
Socr. lib. 5.
cap. 22.
Solo. li. 7. ca. 18.
& 19.
Theo. li. 1. cap. 10.
Eph. 4.

Constantinus.
Epiph. haeresi.
70.
Duae causae pri-
scis obseruandi
vel mutandi iei-
iura.

Dam. epist. 4. de
ebore piscopis.
Leo epist. 4. cap.
8. 1. Cor. 11.

proximi. Charitas erga Deum flagitabat, vt eius beneficentiam, quae nobis, immensa praestitit, memoria nulla apud nos vnquam obliuione obrueretur. Cum autem nulla fuerint illius erga nos beneficia maiora, quam quod vnigenitum filium suum misit, qui traderetur propter delicta nostra, resurgeret autem propter iustificationem nostram, illa conati sunt animis hominum diligentius inculcare, quod sic ad eum redmandum vehementer accenderetur, quem nos priore sic dilexisset cognouissemus, vt proprio filio suo non parceret, verum pro nobis omnibus traderet illum: traderet autem ad illudendum, flagellandum, crucifigendum, & morte turpissima condemnandum, qui tamen tertio post die resurgeret a mortuis, quo scinos de nostra quoque resurrectione certos redderet. Haec praeter ceteris memoria nostrae tenacius infigi voluerunt. Quare non contenti quartae & sextae ieiunium diemque Dominicum festum instituisse, quadragesimam etiam & sanctam hebdomadam, quam in luctu & merore transigeremus, deinde vero Paschatis festa, quae solenni quadam laetitia celebraremus, nobis obseruanda tradiderunt. Quorum obseruatio quid est aliud, quam Euangelij quadam viua explicatio, quam si quis abrogandam putat, eadem ratione qua viuum hoc etiam scriptum Euangelium abroget, licebit. Hic igitur fuit, Apostolorum scopus, quo ad charitatem, quam Deo debemus, in animis nostris excitandam. Fuit & alter scopus, vt inter nos quoque mutua charitate conseruaremus, qua sola maxime aliter amicitia. Est autem hoc amorum proprium, idem velle & idem nolle, gaudere cum gaudentibus & flere cum stentibus. Volebat igitur Apostoli, vt quos in fratres sibi Christus cooptasset, quicumque nomen ab illo ducere, de quo illo gloriarri cuperent, vt fraternam inter se charitatem retinerent, simul ferent Christi passi & mortui, simul gauderent Christi resurgentis memoriam celebrantes, & sicut fidem vnam & eandem haberent, sic eam iisdem etiam ritibus & caeremonijs, iisdem etiam, quo ad eius fieri posset, obseruationibus mentibus fidelium, vt ita dicam, inscribere conauerunt, nec vlla in re inter se discrepant. Habes iam Brentii, qui fuit Apostolorum scopus. Ad quem etiam collimarunt patres in Synodo Nicæna congregati. Quam duabus de causis fuisse conuocatam scribit Athanasius: Primum, vt festum Paschatis eodem die celebraretur: deinde vt haeresis Ariana, quae suppullulauerat, anathemate percuteretur. Vides quantum eo tempore fuerit existimatum in eo positum esse vt haec de tempore celebrandi Paschatis discrepantia tolleretur, vt vniuersus orbis (sic enim loquitur Athanasius) in Concilium congregatum die Pascha celebraretur, & haec prima congregandae Synodi causa fuerit. Nunc audi quibus rationibus adducti fuerint illi sancti Patres, vt vno eodemque die sanctissimi Paschatis ferias peragi, & orientis ecclesias, quae a Romana & ceteris occidentis ecclesijs distidere visae sunt, eandem cum ijs, ad quibus dissidebant, die obseruare vellent. Duae enim Ecclesiasticae historiae scriptores commemorant: Primam, quod minime fas esset, Christianos Indaeorum sequi consuetudinem, qui posteaquam conseruatas manus suas nefaria Christi caede contaminarunt, tanta sunt animorum caecitate percussis, vt videntes non videant, audientes non audiant, neque quod rectum est intelligat. Deinde, quod graue cumprimis & indecorum esse putaretur, quandoquidem vnum corpus, vnus spiritus sumus omnes, vna vocationis nostrae spes, vnus Dominus noster, vna fides vniuersae baptismi, vnus est Deus & pater omnium, non vno eodemque tempore vniuersarum redemptionis nostrae diem ab omnibus & singulis eiusdem corporis membris celebrari: sed per eodum dies alios quidem ieiunij exerceri, alios vero conuiuijs vacare, & hos quidem feriari & conuiuere, illos vero corporis afflictionibus macerari: quemadmodum in sua quadam ad Episcopos, qui ad Synodum Nicænam venire non poterant, & ad omnes vbique locorum Ecclesias, epistola, fuisit ab Imperatore Constantino, & in eo libro quem aduersus haereses conscripsit, ab Epiphano proditum legimus. Ex eo colligere licet, quae ratio prisca fuerit, vel obseruandi certa tempora, vel mutandi: duplex nimirum, vna, vt ne quid vel cum Iudaeis, quemadmodum de Pascha de quo sabbato factum vides, vel cum gentibus haberet commune Christiani: quae cum sextum hebdomadae diem tanquam Veneri sacrum, in Iudis, epulis, nequitijis cōsumere cōsueuissent, visum est Christianis, vt quem illi diem cūprimis luctum & hilarem ducebant, eum in merore luctuque traducerent, non solum acerbissimos cruciatos & mortem Christi turpissimam, verum etiam peccata quae causam illi dederunt, desentes. Altera, quod sicut à Damaso Papa scriptum, & à Leone magno reperitum legimus non aliter vnus grex & vnus pastor sumus, quam si, quod iterum atque iterum monet Apostolus, id ipsum dicamus omnes, si perfecti sumus in eodem sensu, & in eadē sententia, si vno atque eodem tempore, ritus etiam eosdem obseruemus. Eundem igitur quem Apostoli, sancti quoque Patres in Synodo Nicæna

Nicæna congregati, scopum sibi propositum habuerunt, cum hoc de tempore celebrandi Paschatis decretum promulgarent, nimirum eam, quae finis est praeccepti.

Ponamus, inquit Brentius. Apostolos aliquid de tempore celebrandi Paschatis quibusdam Ecclesijs tradidisse, manifestum tamē est, quod non tradiderint legem necessariam, sed disciplinam liberissimam, qua Ecclesia raris per vteretur, dum vtilitati ipsius seruiret. Paulus enim dicit: Hic quidem iudicat diem ad diem conferens, ille autem idem iudicat de quouis die, &c. Demus autē hoc tibi Brentii non tradidisse legem necessariam Apostolos de tempore celebrandi Paschatis: Posteaquam verò totus orbis in Concilio conuictus, quæ se, nisi propter eam tanta labore conuictus in locum vnum, vt postquam decreuisset aliquid, liberum esset nihilominus vnicique parere si vellet, aut non parere? Quorsum autē attinebat, vt laudatissimus Imperator ille Constantinus raris sumptu suo tot sanctos patres ita fatigaret, quorum alij ætate, alij valetudine affecti, alij longissimè fuerunt ab eo loco remoti, in quae illis conueniendū erat: vt sine magna difficultate & molestia sua tam longū iter perficere plerique non possent? quorsum inquam, attinebat raris facere sumptus, & ita fatigare sanctos patres illos, si quod tu vis, liberissimè esse nihilominus disciplinam hanc oportuit? Scilicet, ijs verbis ad illos Imperator vsus est: Decernite Patres aliquid de tempore Paschatis obseruandi, verum ita, nihil vt hac de re tradatis tanquam necessariū, sed liberissimam tantum disciplinam, qua raris per vteretur Ecclesia, dum ipsius vtilitati seruiat. Si diceret. Nihil tradatis perpetuo teneat, colorem tamen haberet aliquae oratio tua: sed si hoc vis, vt etiam post decretum factum liberissima sit nihilominus disciplina, & liceat cuius iudicare, quam diu seruiat vtilitati Ecclesiae, quid dici potest absurdum? Nos verò nihil dubitamus, quod etiam Apostoli quæ hac de re legem tradiderunt, non tanquam liberissimam disciplinam tradiderint, sed ita necessariò voluerint ab omnibus obseruari, ne pro sua priuata libidine cuius eam rescindere liceret. Quod si quid aliquando dubitationis incidisset, eius eximendæ non penes vnum aliquem, quamlibet sibi prudens vis videretur, sed penes vniuersam Ecclesiam, aut certe penes eum qui Petri tener cathedram, potestatem esse voluerunt. Quorsum autem adducis locum illum Pauli, Alius iudicat diem, &c. Scilicet ignorabant illi Patres in Synodo Nicæna congregati? Denique totus orbis Christianus quis Pauli verborum horum sensus esset, nesciebat, quandoquidem iam inde ab Apostolorum temporibus in occidentis ecclesijs: totis verò mille trecentis annis in toto orbe, quam longè quamque late Christiana fides fuit propagata, summa concordia semper ab omnibus Paschatis festum eo die, quem Patres Nicænae Synodi praescripserunt, ab omnibus Christianis ad hunc vsque diem semper fuit celebratum, ac deinceps etiā nunquam aliter celebrabitur vsque ad mundi finem? Legebatur, ante vos quoque Brentii, Paulus in Ecclesia, legebatur, inquam, & intelligebatur, neque de Christianorum verum de Iudaeorum obseruationibus hæc Pauli verba sancti Patres nostri sunt interpretati. Nam cum Iudaeicae fuerint vmbrae venturumque Christi figurauerint, obseruationes nostrae venisse, iam natum, passum, & mortuum, tertio die resurrexisset, quadragesimo post in caelum ascēdisset, decimo post hoc est, ab eo quo resurrexit quinquagesimo, Spiritum sanctum misisse, nobis in memoriam reuocant. Quod non scriptum, sed nobis traditum per sanctos Apostolos, quasi viuum Euangelium, si sublatum aliquis cupiat, quid is aliud quam Christum nobis ereptum, & omnem beneficiorum eius memoriam extinctam cupit?

Quod verò scribis, Victorem Romanum Pontificem grauitè à maioribus reprehensum esse, quod suscepisset eos, qui decima quarta luna Pascha celebrabant, ex Ecclesia abijciendos: Tradunt hoc auctores Ecclesiasticae historiae, non omnibus Episcopis factum hoc eius placuisse, Verum interea Leoni quoque Pontifici Romano, cum de festo Paschatis tractaret, non leuiter delinquit visum est, si in principio Sacramentis veritas et vniuersa Ecclesia non teneretur. Sed & ante eum scriptor celebris Epiphanius tam esse graue iudicauit in hac obseruatione diei Paschatis, à more ceterarum orbis Ecclesiarum alios discrepare, vt non dubitauerit in album haereticorum eos referre, qui luna quartae decima Pascha celebrassent, quos quidem quartadecimanos vocat.

Excute. nuncenfor noster Basilij dictū de traditionibus, quod scriptū his verbis legitur: Dogmata quae in Ecclesia praedicantur, partim ex cōscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorū traditione ad nos delata in mysterio recepimus, quae vtraque eandē ad pietatē vim habet, et nemo ijs cōtradicit, qui vel saltē modicā Ecclesiasticarū legū experientia habet. Et iterū Apostolicū arbitror esse, etiā in non scriptis traditionibus perseverare. Quid autē in his & quae sequuntur verbis, non piè, non catholice, non orthodoxè scriptū est? Et hunc etiam audeo momus hic veribus quam Aristarchus reprehendere? At quæ virum? Quæ Theodotus lumen orbis terrarum, quem Socrates columnam veritatis, quem Grego-

Breuius iterum,
de traditione
Paschatis cele-
brandi.
Rom. 14.
Responsio.

Apostoli suas
traditiones non
liberè esse disci-
plinam volue-
runt.

De vitioe Pon-
tificis.
Euseb. lib. 5.
capit. 25.
Socr. lib. 5.
cap. 22.
Nice. li. 4. ca. 36
Leo epist. 64.
Epiph. haeresi.
70.

Brentius contra
Basilium, Basilij
de spiritu sancto
capit. 27.
Cap. 29.

Laus Basilij.
Theod. lib. 4.
cap. 19.

Soc lib. 4. ca. 23
epist. 26.
Nazan. in mo-
nodia siue ora-
tione funebri,
quam habuit de
Basilio.
Brentius qua ar-
te perfingit
Basilium.

Responsio.
Basilium vin-
dicans ab infec-
tatione Brentii.

2. Theff. 2.

Acto. 12.

Responsio.

Qui sunt Cha-
mii Brentio.
Gen. 9.
Responsio.

Iterum Brentius.

Responsio Pa-
tres omnes Ba-
silio consonare
Orig. in explana-
tione. 1. cap. e-
pist. ad Titum.
sicut citatur a
Pansphilo mar-
tyre in Apolo.
Origeni.

rius ille Theologus à Græcis vocatus, orbis oculù vocat, neque dubitat cū veteris & no-
ui testamenti Patribus conferre, ac tantas illius fuisse virtutes narrat, nulla vt vis oratio-
nis esse tanta queat, quæ pro dignitate eas exprimere possit. In hunc talem virum, cu-
ius tot seculis in Ecclesia summa semper fuit auctoritas, audeat sibi censuram sumere Bre-
ntius. Neque verò non intelligit Peccatum suum: rem esse videt indignam, neque posse non
offendi piorum aures, cum virum tantum homo ab eius doctrina pietateque longissi-
mè remotus, reprehendere non veretur. Itaque longa quadam vtitur præfatione, qua cri-
men à se temeritatis & arrogantiae repellere conatur. Etsi Basilium, inquit, vir est in oeu-
lis nostris magnus, què, & agnoscimus, & veneramur, tam doctrina, quam pietate insignem,
& agimus Deo gratias, quòd excitauerit hunc, per què multa & magna sua benefi-
cia in Ecclesià suà conferret: ac dolemus, quòd necessitas cogat nos ab ipsius sententià hac
in parte recedere? Tamen non debet nobis esse fraudi, quòd in seria, & ad salutem no-
stram pertinenti, malumus diuinam quam humanam auctoritatem sequi. Animaduertit-
tine Lector, què admodum hic altera quidè manu caput demulcet, altera verò maxil-
lam ferit. Reuereri se dicit in signem doctrina pietateque virum: hæc tamen caput demul-
cet: Sed in re seria, & ad salutem pertinenti, malle se dicit diuinam quam humanam au-
toritatem sequi: hic pugno maxillam ferit, Scilicet is fuit Basilium, qui diuinam aucto-
ritatem sequutus non est, aduersus hæreticos præsertim scribens in re seria, in re ad sem-
piternam salutem pertinenti. An non est diuina auctoritas, quam sequutus est Basilium?
cum post illa verba, quæ producta per te sunt: Arbitror Apostolicum esse, etiam non
scriptis traditionibus inhærere, subiungit: Laudo, inquit, vos, quòd omnia mea memini-
stis, & quemadmodum tradidi vobis, traditiones obtinetis, quas accepistis, siue per ser-
monem, siue per epistolam. An hæc nō est diuina auctoritas? Qua fronte igitur hominū
arrogantissime tibi tribuere audes, quòd diuinam auctoritatem, quam humanam sequi
malis: quasi Basilium quoque non diuinam sequutus fuerit? Nisi forte præterquam quòd
vos dicitis, nihil diuinum censeri vultis, vt quàmlibet cum Deo verbo pugnantia lo-
quamini, nihilominus acclamari vobis à populo velitis, quemadmodum Herodi quò-
dam acclamatum fuisse legimus, Dei voces non hominis. Verùm sicut illum, sic & vos
aliquando, nisi resipueritis, Angelus Domini percutiet: Adfert iam causam Brentius, qua
fuerit adductus, vt sibi censuram sumeret in Basilium. Nos quidem, inquit, honorifi-
centiæ tanti viri libenter parcimus, sicut & hæc tamen eius sententiam de Apostolicis tra-
ditionibus dissimulare, & silentio potius obuere, quam exagitare volumus: Sed quid
faciamus? Aduersarij nostri propugnatores Pontificiæ superstitionibus & impietatis
hunc Basilij locū ita profere solet, & videantur sibi auctoritate eius triumphare. Atqui
sanctus Basilium, vt illi parcas, abs te nō petit: quin quòd magis illum vituperaueris, hoc se
laudari magis interpretatur. Neque enim minus gloriosum est ab impijs reprehendi,
quam à pijs laudari. Sed quam tu nobis impietate obijcis? Fuerit aliquid superstitionis
apud quosdā qui Romani Pont. auctoritate agnoscerent, cuius nos esse membra profitemur,
impietas certè non aliunde, quam à vobis originem sumpsisse videtur, per quos aperta
esse fenestram Satanismo, quo referta nūc est Germania, manifestus est, quam vt negare
possitis. Nam eò pederentem rem perduxistis, vt multos iam repetere liceat, qui Christū
apertè Deum esse negent. Ita dum Papismum (sic enim vobis appellare Christianismum
libuit) exterminare conati estis, in eius locū induxistis atheismū. Qua de re vos ipsos al-
quando querentes audire licet. Cur autè nos auctoritate Basilij non triumphemus, qui
cum eandem nos fidem, eadem instituta tenere gloriamur?

Verùm audiamus adhuc Brentium sermonem suum prosequentem: Quanquam autem
Afortus, inquit, obijcit nobis alicubi Chamum parentis sui derisorem, tamen re ip-
sa ostendam, Afortum & collegas eius multò impudētiores & sceleratiores esse Chamum.
Verissimè Chamum vobis obijcit vir venerabilis Petrus à Soto, qui parentes vestros
ridetis, & in eorum præceptis incedere nefas esse ducitis. Nunc videamus, quam ve-
re tu id in illum retorqueas. Hic enim inquit, etsi non tegebat nuda verenda lenis
Noè, non tamen ipse se denudauerat, nec contenebat ea esse pulcherrimam & venustis-
simam corporis partem, sed potius quida sentiebat esse turpitudinem, derisit. Illi autem
immundi porci non solum ipsi denudant verèda Basilij, viri de Ecclesia optime meriti,
veru meriam contendunt ea esse honestissimum membrum corporis eius. Atqui Brentii,
quæ tu verèda vocas, quæ turpitudinem et scabiè appellas, & hoc nomine tegi vis, ea nos in
Basilio summè esse puritatis cõtendimus, & nō modò tegèda, verum etià præ nobis esse
ferèda putamus: Neque soli nos. Quis enim fuit priscorū Patrū iam inde ab Apostolorum
tèporibus vsq; ad hæc nostra, qui non idem, quòd Basilium, sentierit, scripserit, docuerit?
An Origenes omnium Doctorū iudicio nō fuit semper habitus longè doctissimus? At is
etiam

etiam, si quis Christo se credere profiteatur, si tamen aliud de veritate Christianæ fidei
credat, quam habeat definitio traditionis Ecclesiasticæ, hæreticum eum pronūciare non
dubitat. Et alio loco de hæreticis loquens: Quoties, inquit, Canonicas profertur scri-
pturas, qui bus omnis Christianus consensit & credit, videntur dicere: Ecce in domibus
verbum est veritatis; Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima Ecclesiastica
traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradide-
runt nobis. Hic Origenes plus aliquid dicit quam Basilium. Nam etiam si scripturæ Ca-
nonicæ profertur, traditionibus tamen inhærere iuber. Et alio loco dicit: Illa sola cre-
dendā est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione. Quid autem Cypria-
nus? cum dicit non minus ratum esse, quòd dicit ante Spiritum sancto Apostoli tradide-
runt, quam quòd ipse Christo tradidit, an non & ipse plus aliquid tribuit traditio-
nis quam Basilium? Num autem ab eo dissentit Hieronymus cum scribit, multa quæ per
traditionem in Ecclesijs obseruantur, aut oritatem sibi scriptæ legis vsurpasse? Quid hic
ego proferam Athanasium? qui quoties illi res est cum Arrianis, maxima ex parte tradi-
tionibus niti videtur, qui suadet etiam omnibus, vt traditam fidem retineant, & tanti
mysterij inquisitionem exhorret. Nam qui, inquit, quæ vltra suas vires sunt, indagat,
in præcipiti consistit: Qui verò traditionibus inhæret extra periculum versatur. Profer-
tis etiam epistolam, in qua Patres in Synodo Arimini congregati supplicat Imperato-
ri, ne ad contumeliam mortuorum aliquid noui induci permittat: sed eos sinat in insti-
tutis decretisq; maiorum permanere. Laudat etiam Patrum illorum piam prudentiam
qui tantum itineris laborem, tantaque maris pericula sustinuerunt, vt Patrum traditi-
ones integras conseruarent. Quis que enim eorum, inquit, sibi persuadebat, si solueret ali-
quid ex decretis maiorum, occasionem se daturum posteris, vt quòd ipsi egissent, rescin-
deretur. Vituperat contra temeritatem Eudoxij & Acacij, qui honorem Patrū suorum,
Ariomanitarum studio ac gratiæ propinarent & proderent. Quæ enim fides, ait, in eo-
rum actis, si decreta maiorum suorum soluant? Aut quomodo eos, quibus successere, Pa-
tres suos appellabunt, quorum sententiâ ipsi culpant? De Ignatio scribit Eusebius, quòd
is docebat Ecclesiæ populos, vt diligentius ac tenacius Apostolorum traditionibus in-
hærerent, quas etiam scriptas reliquerit. Sed quorsum atinet, omnes hic enumerare? To-
tus Ecclesiæ vox eadem fuit, quam in hoc Basilij libro legimus, Et hæc tuos impurum
verenda vocare? hanc turpitudinem & scabiem aude appellare, hanc regi vis: cum nihil
magis præ se tulerint, nulla de re magis gloriari fuerint catholici Patres omnes & Ortho-
doxi? quòd hac vna re, se legitimis honestæ matronæ sanctæ matris Ecclesiæ filios esse
declinauerint.

Pergit Brentius: Negari non potest, quin quòd Basilium dixit Traditiones istas quas
paulò ante commemorauimus, & scriptas ab Apostolis esse acceptas, & eandem habere vim
ad pietatem, quam habent ea, quæ scripta sunt, referendum sit in catalogum eorum di-
ctorum, quæ patribus ignosci potius quam probari debent. Atqui contrarium iam ex
nobis didicisti. Et extat liber Vincentij Lyrinensis, quem non alia de re conscripsit ferè
quam vt doceret, cum diuinæ legis auctoritate coniungendam semper esse traditionem
Ecclesiæ Catholicæ, neque minus huic quam illi tribuendum. Nostri igitur officij est, in-
quit Brentius, vt ista dissimulemus, & tegamus. Nihil est in Basilio Brentii, quòd tegeri
debeat. Quicquid est in toto corpore librorum, quos edidit, est honestissimum. Sed si
pergemus, inquit, actiones Basilij diligenter intueri, sese ipse regit, & quòd in cogitanti
forfitan excidit, haud obscure alias emendat. Oportet, inquit, omne verbum aut re con-
firmare testimonio sacre scripturæ, ad certitudinem quidem & perfectionem bonorum,
ad confusionem autem malorum. Et iterum: In quacunque re vnusquisque se indignum
senserit, si in illis scripturis cõuerteretur, velut ex communi medicamentaria officina, me-
dicamentum agritudini commodum reperit. Audis, quanti sacram scripturam faciat Ba-
silium? Ait omne verbum testimonio sacre scripturæ confirmandum esse. Vult igitur, vt
etiam traditiones, quæ nomine Apostolorum circumferuntur, ad sacram scripturam exi-
gantur. E- iterum ait: Scripturam esse commune Pharmacopolion aduersus omnem in-
digentiam. Sed & alias vetus & nouum testamentum vocat thesaurum Ecclesiæ. Qui
tam præclare sentit de doctrina scripto veteris & noui testamenti comprehensa, nū exi-
stimas eum, si serio admonitus fuisset, Traditiones illas pædagogicas & pueriles, quæ
nullo scripto continentur, æquaturum aut cum auctoritate sacre scripturæ, aut cum Sa-
cramentis Christi in scriptura traditis? Sed quòd est istud collectionis genus Brentii? Ma-
gni facit sacram scripturam Basilium, præclare sentit de doctrina scripto comprehensa,
nō igitur æquat cum illa traditiones? An propterea quòd præclare sentit aliquis de re
aliqua, nihil est, quòd æquare cum ea possit? Detrahatur ne quicquam scripturarum di-

Idem hom. 29.
in Matth.

Orig. in præfat.
lib. Periar.
Cyp. in serm. de
ablu. pedum.

Hier. aduersus
Luciferianos.

Athan. in prin-
cip. tom. 3. de inat-
natione verbi
Dei.

Idem in epi. de
synodo Arimini-
ni & Seleucie
celebrati.

Epist. 12. ca. 35.
hist. Eccle.

Atrax Brentii
censura in Bas-
ilium.

Responsio Vinc.
Lyrin.

Brentius citat
loca Basilij.
Basil. in exhibitis
definitio. 26.
Idem in præfa-
tione in psal.

Responsio.

Collatio scrip-
turæ et traditi-
onum.

gnitati, si quis dicat, eandem habere vim traditiones ad pietatem, si præsertim traditio- nes istæ nihil aliud sint, quàm quædam scripturarum explicatio: vel si maius, quædã eor- um scriptura, qui literas nesciunt. Nam quod scripto mädatur est, id sub oculis quo- dammodò subiiciunt, representantque traditã nobis ab Apostolis cæremonia: sicut iam planum fecimus, & vberius postea suo loco demonstrabimus. Nil igitur incogitanti Ba- silio excidit, quòd tegere & emendare voluerit ijs verbis, quæ tu ex alijs eius locis produ- cis. Nisi forè quia dixit Paulus: Tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam: cum dixit, per epistolam, tegere voluit & emendare, quod sibi prius imprudenti exciderat, cum diceret, per sermonem. Quin ille potius eodem loco haberi voluit, quæ per sermonem, quo illa, quæ per epistolam tradiderat. Vides igitur, quàm non consistat hæc tua collectio? Incipit iam excutere Brentius traditiones, quarum Basilius meminit, qui cum docuisset, parem vim ad pietatem habere dogmata scripta & non scri- pra, rationem simul di&ti sui profert. Nam si consuetudines, inquit, quæ scripto prodita non sunt, tanquàm haud multum habentes momenti rejicere conemur, impruden- tes & ea damnabimus, quæ in Euangelio necessaria ad salutem habentur, imò potius ip- sam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est, vt eius quod primum est & vulgarissimum primo loco commemorem, vt signo crucis eos qui ipem collocarunt in Christum signemus, quis scripto docuit? Potuitne verius dici aliquid, quàm quod à Basilio scriptum est? Est enim illud verissimum, quòd reiectis traditio- nis, ipsum etiã Euangelium rejici videtur. Quid enim aliud (sunt traditiones, quã viuum quoddam Euangelium? Hoc ipsum cuius primo loco meminit signum crucis, quida- liud est quàm summa totius Euangelij? Quo magis moror hoc nescire tam in signem Ra- binum hunc, qui sibi tamen ignorare nihil videtur. Quid, inquit, hoc facit ad honestam disciplinam, vel ad veram pietatem? Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Imo verò Brenti, omnis propemodum Evangelica disciplina, quin & vera pietas omnis, hoc vno signo crucis quodammodo comprehenditur & explicatur. Quod cum apud nos ne pue- ri quidem ignorent, est ne verissimile te nescire Brenti? Sic apud nos matres puerulos instituant, simul vt inceperint talem qualem rationis vsum habere: Postea quàm è sum- mo fueris expergefactus, surgens è lecto cruce te signa: Similiter facies cum iueris cubi- tum. Duces autem signum hoc à vertice capitis siue à fronte, ad vmbilicum vsque, simul cogitationem tuam ad Christum referes, qui de summo cælo egressus descendit in visce- ra matris, atque ex purissimis illius sanguinibus carnem nostram assumpsit. Deinde col- locabis manum in sinistro brachio, & duces ad dextrum, simul causam animo tecum re- peres, quam obrem eò se dimittere Dei filius dignatus fuerit, vt relinqueret domũ suam, dimitteret hæreditatem suam, daret dilectam animam suam in manus inimicorum suo- rum in cruce pro nobis moriens. Fecit enim hæc, vt nos qui pro meritis nostris cum hæ- dis à sinistris eramus collocandi, transferret ad dexteram inter oues suas, vbi vocem il- lam desideratam audire nobis liceret: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vo- bis regnum à constitutione mundi. Facies autem hoc signum tribus digitis, ad significan- dum trinitatis mysterium, & vteris his verbis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus san- cti, quo sic in recordationem eius rei venias, quòd salutem nostram, quæ crucis benefi- cio nobis obrigit, tota trinitas, cuius in separabilia sunt opera, in medio terræ operata est. Pater filio, sicut ipse filius testatur, calicem passionis dedit, & ipse Filius animã suã in po- testate sua propinavit, sicut ipse ait: Potestatem habeo ponendi animam meam. Oblatus est enim quia ipse voluit. Et Spiritus sanctus illi propinari fecit, Apòstolo teste, qui di- cit, quòd Christus per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatam Deo. Vi- des quanta fidei nostræ mysteria vnica hac signandi nos cruce forma nobis Apòstoli tra- diderint? vt si rudis aliquis & agrestis homo propter intelligentiæ suæ tarditatem asse- qui cætera non possit, vel hoc illi, propè solum ad salutem sufficere queat. Hic enim in- carnatio, hic passio Christi, hic causa passionis, hic extremum illud iudicium, & spes no- stræ vocationis, hic mysterium trinitatis, per quam redempti sumus, vnica signatione crucis exprimitur. Sic puerulos matres apud nos instituant: sic etiam agricolas in villis docent Sacerdotes. Qui verò liberalius in ciuitatibus educantur, admoneri solent, vt ne sibi sufficere putent, si crucis hoc signo factò, memoriam illius crucis, quam Christus pro nobis pertulit, sibi representent, verum eadem & ipsi cogitatione armati, simul ad cru- cem cum vltus fuerit, pro illius nomine teredam semper parati, crucifigere carnem suam cum vitijs & concupiscentijs suis assuecant, vt dicere qui que possit, Christo confixus sum cruci per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Sic futurum, si con- passio fuerint, vt conglorificentur. An non verè dixit Basilius, quòd omnia quæ sunt in Euangelio ad salutem necessaria damnat, qui traditiones hoc genus Apòstolicas rejicit?

2. Theff. 2.

Bas. de pondere traditionum.

De signo crucis.

Traditiones E- uangelij vniu.

10an. 2. Quid significet expressio crucis

Hier. 12.

Matt. 15.

10an. 18.

10an. 10.

Eia. 53.

Heb. 9.

Quanta fidei mysteria signa- tum crucis complectatur.

Gal. 5.

Gal. 2.

Gal. 6.

Rom. 8.

Siqui-

Siquidem quicquid est Evangelicæ disciplina, quicquid est veræ pietatis, hæc vna Tradi- tione contineri videtur, vt eam reiecit, nihil sit aliud, quàm vniuersum Euangelium con- demnasse, fideique prædicationem omnem radicibus, euerisse. Et aude dicere Brenti, quòd summam hanc Euangelij Paulus in firmum elementum vocauerit? Quod si in solo hoc signo hæreretur, si nihil præterea sublimius cogitaretur, aliquid tamen dixisse videri posses. Nunc non iubemur in hoc visibili signo consistere, verum ad illud quod non vi- demus, cuius nobis memoriam hoc signum representat, immensum crucis Christi benefi- cium cogitationem nostram auocare, quòd sic nullo vnquam tempore illius apud nos memoria intermoriatur. Hoc beneficium, quo nullum est nobis à deo maius præstitum, sollicita de salute nostra mater Ecclesia non contenta fuit scriptis consignasse, verbis præ- dicasse, certis diebus instituedis inculcasse, verum hoc etiam signum addere voluit, quo non tam oculis, quàm animis nostris illud perpetuò representaret. Quam obrem ad om- nem progressum atque promotum, vt Tertulliani verbis vtamur, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcunque tandem homines exereret conuersatio, frontem crucis signaculo terere fuit vsitatum. De qua Chryostomus quoque sic loquitur: Neque enim sic regia corona or- natur caput, vt cruce: subinde, omnes ea se signant, inscribendo in nobilissimum mem- brum nostrum, in fronte enim nostra quasi in columna quotidie figuratur: Sic in sacra men- sa, sic in Sacerdotum ordinationibus, sic iterum cum corpore Christi in mysticis cenis fulget, hanc vbique celebrari videre licet, in domibus, in foro, in solitudine, in vijs, in ma- ri, in nauigijs, in vestibus, in armis, in corporibus brutis malè affectis, in corporibus à Dæmonijs obsessis, adeò certatim bonum hoc mirabile rapiunt omnes. Mira est hæc ratio: nullus confunditur, nullus erubescit. Et huius rei signi pudet Brenti, cuius in Ecclesia primitiua iuxta traditionem Apòstolorum, tam frequentem vsum fuisse vides? At vi- de quàm illius non puduerit virum longè tui dissimilem, doctissimum & sanctissimum Augustinum, qui sic de ea scripsit, quasi de te loqui videretur. Insultat, inquit ille, crucifi- xo Christo: videam ego in frontibus regum crucem Christi: quod irridet, ibi saluor. Ni- hil est superbius ægroto, qui deridet medicamentum suum. Si non derideret, acciperet & ipse, & sanaretur. Crux illa signum est humilitatis, illa autem superbia non agnoscit vnde sanetur tumor animæ suæ. Si autem ego agnosco, in via ambulo: vsque adeò de cru- ce non erubescio, vt non in occulto loco habeam crucem Christi, sed in fronte portem. Multa Sacramenta aliter atque aliter accipimus, quædam ore, quædam per totum corpus. Quia verò in fronte erubescitur, ille dixit, qui me erubuerit coram hominibus, erubescam & ego eum coram Patre meo: ipsam ignominiam quodammodo, & quam Pageni derident, in loco pudoris nostri constituit. Quam tu Brenti erubescis, quam in firmum elementum à Paulo vocari vis, quam etiam risu profequi videris, ecce quomodo de ea gloriatur Ecclesiæ columna sanctus Augustinus? quomodo eam in loco pudoris in fron- te sua collocat? Sed audi quid adhuc ille de signo hoc loquatur: Quid est, inquit, quod om- nes nouerunt signum Christi? quod signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aq; quæ regenerantur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo a- luntur, nihil eorum ritè perficitur. Et alio loco: Crucis mysterio rudes Cathechizantur, fons regenerationis consecratur, per manus impositionem baptizati dona gratiarũ acci- piunt, basilicæ dedicantur, altaria consecrantur, altaris Sacramenta cū interpositione Do- minicorũ verborum conficiuntur, sacerdotes & Levitæ ad sacros ordines promouentur, & omnia Ecclesiastica Sacramenta in huius virtute conficiuntur. Audin tu Brenti, quan- tum huic in firmo (vt vos vultis) elemento tribuat Augustinus, nihil vt Sacramentorum absque eo ritè perfici dicat, simul illud adhiberi docet, non frontibus modò credentium, verum & aq; & oleo, & sacrificio, & basilicarum, altariũ que consecrationi. Num simi- liter vos docetis Brenti? Verum vnde nobis constare posset, quòd estis adulteræ semen, si cum Patribus nostris eadem doceretis?

Iterum nobis occidit Brentius eandem illam cantilenam, quam ex Ecclesiastica Socra- tis histo: paulò ante contra nos produxerat, Institutum Apòstolorum fuisse, non festos dies tancire & c. Itane nullum habes, cuius nobis auctoritatem obijcere queas, præter hunc quem Nicæphorus fuisse scribit hereticum? Qui tamè si sanè intelligatur, nihil à ve- ro dixisse videtur alienum. Nam sicut antea scripsimus, certum est, non hunc Apòstolo- rum fuisse scopum, vt Iudaico more tantum festa celebrari vellent, sed vt cum alijs, tum præcipuè festis diebus, contemplationi diuinorum beneficiorum homines totos vacare, nec à corporis magis laboribus, quàm ab animi vitijs quiescere docerent. Certum est il- los vt in externa cæremonia spem suam quicquam collocaret, noluisse, verum vt per hæc signa

Gal. 4.

Tert. de corona militis.

Chryl. in demon- stratione aduer- sus Gentiles, quod Christus sit Deus. Tom. 3.

De signo crucis Aug. in 13. 14.

Idem tra. 12. in Ioan.

Idem sermo. 19 de sanctis.

Socr. scriptor.

Nicæ. li. 6. cap. 37. hist. eccl. lib. 9. cap. 13.

signa visibilia mentes hominum, inuisibilium amore raperentur: hic fuit scopus eorum, cum hæc instituisent.

Brentius h. signum crucis blasphemus.

Occurrit obiectioni tacite Brentius. At enim aliquoties Satan talibus crucibus fatus est. Scio hoc de Iuliano & alijs commemorari, sed scimus etiam, Satanam esse mendacem, & impostorem, qui idcirco fingat se talibus crucibus fugari, vt superstitionem confirmet, & magiam doceat. Vna enim tantum cruce fugatur Satan, nimirum cruce Domini nostri Iesu Christi, ea que non digitis in aere aut corpore affixa, ac ne illa quidem lignea in qua Christus pependit, sed ipsa passione in cruce peracta, & a nobis per fidem suscepta. Quare non est dubium, quin Apostoli longè occupatiores fuerint in explicanda passione Christi, quæ veram nobis salutem attulit, quam vt vacauerit illud de cruce digitis formanda, Ecclesia tradere: quæ res per se ad pietatem nihil magis facit, quam si manibus in aere circulum describeris.

Responsio

Alba. de humanitate Christi & aduentu eius in carne. Chrys. vbi sup. oratione 5. aduersus Iudeos & hom. 55. in Mat. De Iuliano que crucis signum defendit. Naz. in oratione prior, que scripta conit. Iuliano. Theo. li. 2. ca. 3. lib. 1. Eccl.

Quis hanc hominis blasphemiam non horreat? si modò dici meretur homo, portentum hoc in vltimas terras deportandum. Audes tu magiam appellare signum hoc, cuius metu demones fugere, vaticinia conuiescere, magiam & veneficia irrita iacere, nò vno loco scribunt Athanasius, Chrysostomus, Augustinus, & alij. Quod autem dicis mendacem esse Satanam, vt inam quam id verum est, tam facile persuaderi potuisset magistro vestro Martino Luthero, qui illius argumentis conuictus, quem etiam in eo libro ab hac nota liberare conatur, & Sacerdotium & Sacrificium sustulit, Seruetoque viam munivit, ad verum sacerdotem & Pontificem nostrum Christum Deum negandum. Scilicet fingebat se fugari cruce satanas? Audi quid ea de re scribant, qui nobis rem gestam hanc literarum monumentis consignatam reliquerunt. Gregorius Nazianzenus, cui Theologi nomen Græci tribuunt, scribit de Iuliano: Ad crucem confugit, ac ob timorem signatur, adiurorem que facit quem persequebatur: præualuit signaculum, superantur demones, soluantur timores, respirat malum, animatur rursus iterum impetus, denuoque signaculum, compescuntur demones. Theodoritus vero celebris & ipse inter Græcos, sic de eo loquitur: Apparentibus Demonibus cogitur ille metu inscribere fronti signum crucis. At Demones conspexit figura dominici trophæi, & stragis sue memores, mox euauerunt. Zosomenus vero sic: Ex consuetudine pristina symbolo se Christi clanculum ob signauit: quo facto, spectra illa subito euauerunt. Quam diuersa verò fuit vox Patrum nostrorum ab ea, quam profert semè istud adultera? Quid autem dici potuit atrocius ab ijs, qui fuerunt ex professo Christi crucis inimici, quam dictum est ab hoc, qui vocari vult Evangelicus? Ne mystagogo quidem, qui Iulianum in aditum illum introduxerat, hoc tam impium commentum in mentem venit, cum admirari crucis vim, cuius figura terribi, fugati que fuissent Demones, Iulianum videret. Caue, inquit ille, causam hanc eorum fugæ fuisse suspicaris. Non illi formidine, sed odio facti tui fugerunt. Veram ille fugam fuisse non distitabatur, timorem autem vt attribueret ijs, quos pro Dijs colebat, religione prohibebatur. An non autem ipsos etiam Ethnicos impietate superat Cacæus gelicus hic, qui quod illi non fuerunt ausi, nihil esse veritus cõminisci? Sed quo non progreditur impietatis? Non est contentum blasphemum os, crucem, quæ digitis effingitur, derisisse, nec illam intactam relinquit, in qua Christus clauis affixi, quam tactu sui corporis & asperione sui sanguinis consecrare dignatus est & sanctificare, quam tot miraculis illustrem sancti Patres nostri tot præconijs extulerunt, cuius etiam & inuentio nis & exaltationis dies vt anniuersaria celebrata festus ageretur, ante mille annos instituerunt.

Brentius signo sancte crucis iniquus.

Brem. profectat Dionysium.

Responsio

Caluinus.

Non fat est prædicatione nos commoueri de religione ppus est signis.

Pergit Brentius: Dionysius affirmat hunc morè signandi baptizatos cruce, idcirco vsurpatum, vt homines admonerentur ad ferendam crucem. Christus autem docuit, hoc prædicatione verbi sui, non signaculis digitorum. Quare cum Apostoli claris & perspicuis verbis Ecclesiæ tradiderit, non est verisimile, quòd postea in hac clara luce induxerint tenebras vbrarum. Haber huius sententiæ suæ ad stipulatorem Brentius, qui sicut impietate non est inferior, sic Latine scribendi facultate Lutheranos omnes longè superare videret, Ioannem Caluinum, cuius & ipsius hæc verba sunt: Quorsum artimebat tot passim in templis cruces erigi, si probè & fideliter illuc inculcarentur, Christum esse mortuum, vt in cruce maledictionem nostram sustineret, peccata nostra expiaret, corporis sui sacrificio sanguineque ablueret, nos denique reconciliaret Deo Patri: ex quo vno plus discere poterant, quam ex mille crucibus ligneis aut lapideis. Sed o genimina vipersarum, quinam estis vos, qui præscribere Spiritui sancto, vt non alio modo quàm hoc verbi gratia, prædicatione, mysteria sua fidelibus nota faciat, voluntatem que suam explicet, audiat? Quid autem? Si fuerint & alij Prophetæ post vos exorti, qui nec hunc modum ferendum esse putent, num his locum dabit? Quid si dicant, Deum audiendum, nò hominem,

minem, cum scriptum sit: Beatus vir, quem tu erudieris Domine, non quem hic aut ille homo erudierit. Cum scriptum præterea sit, Vnum esse magistrum nostrum, & non debere fieri plures magistros, Detrahi enim cœlestis magistrum dignitati, & eius gloriam obsecrari, si quis alius audiarur præterea, quæsi parum idoneus ille sit ad docendum nos. Quamobrem è caelo cœlestis Doctois voces expectandas esse, cum nihil impediatur, quòd minus æque nos docere queat, atque docuit olim Patriarchas & Prophetas. Nò esse ad creaturæ cõgiendū, hoc esse, ad scripturam: ne nos obiurgare videatur Apostolus, dicens: Quomodo cõuertimini iterū ad infirma & egena elemēta? Quæ em esse alia infirma & egena elemēta, nisi literas, vel ipsis Gramaticis testibus, qui literas elemēta vocat? Nò ex istis igitur egenis & infirmis elemētis, quibus cõtinetur scriptura, sed ab ipso Deo doctri nā petendā, illius esse vocē audiendā, quod ille nobis reuelauerit, siue per visiones, siue per somnia, tanquā Dei verbū esse suscipiendū. An autē tales Prophetæ iā exorti nò sunt? An ipsi vos graues de illis querimonias non contexitis? Sed quis eis ad hos errores in vulgus spargendos fenestram aperuit præter vos? Voluistis externa signa sublata omnia, ne quid infirmis & egenis elemētis tribui videretur. An litera quoque externa signa nò sunt? An verba quoque & elementa non sunt signa rerum, quæ illis significantur? A vobis igitur doctri sustulerūt illi externa signa omnia, sustulerunt scripturas, sustulerūt & prædicationē, siue externum verbi ministerium, quòd soli Deo gloriam hanc esse tribuendam putarēt, vt ipsam, & non quemquam alium Doctorem & magistrum agnosceremus.

Gal. 4.

Prosequitur Brentius: Concedamus, quòd Apostoli tradiderint talem crucis affectionem, num dicemus igitur, hanc traditionem idem robur habere, quod habet vel baptismus, vel cœna Domini? Certè nemo de vera Apostolorum doctrina admonitus hoc affirmare potest. Quare etiam si hæc esset manifestè traditio Apostolorum, tamen è scripturarum doctrina iudicandum est de ea, quòd non sit necessaria observatio, nec magica consecratio, sed tantum pædagogica, ea que liberrima observatio. Etiam si tu non concedas Brenti, nemo tamen pius dubitabit, quin Apostoli nobis tradiderint istam crucis affectionem, vel expressionem potius. Extrat Abdia liber à Iulio Africano Latinus factus, quem ille scripsit de rebus gestis Apostolorum, quarum conscius ipse fuit, cum eorum esset discipulus & affecta, ibi non vno loco reperies, quàm frequenter illi & se & alios in frontibus cruce signarint. Cæterum quod queris, num idem robur habere debeat hæc traditio, quod habet vel baptismus vel Cœna Domini, nunquam hoc dictum est à Basilio, nusquam ille comparauit traditiones Apostolorum cum Sacramentis à Christo institutis, sed hoc dixit apostolus, quòd quæ sunt ex Apostolorum traditione, parem vim habet ad pietatem cum ijs, quæ scripta sunt. Quid hic habes quod arrodas? Nisi forte quòd minus dixerit quam ab eo dictum oportuerit. Nam quæ subiiciuntur oculis, magis excitare solent homines, quàm quæ vel dicuntur, vel scribuntur tantum. Itaq; celebratur illud Poëtæ cuiusdam:

Responsio. Abd. probat signum crucis traditionem Apostolicam esse.

Magis mouent visa quam audita vel lecta.

Segnius irritant animos demissa per aures, Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Scimus etiam quid ab artis Rhetoricæ scriptoribus traditum sit, vbi docet, quæ ratio ne sint mentes hominum permouendæ, vbi meminerunt etiam prætertexe Cæsaris, quæ fuerat in foro prolata, quantos ea motus fecerit in animis spectantium: quòd vestis illa sanguine madens ita representabat imaginem sceleris, vt non occisus esse Cæsar, sed tum occidi maximè videretur. Nihil igitur absurdi scripsit Basilius, cum docuit, eandem ad pietatem vim habere traditiones non scriptas quæ sunt per signa, quàm habent scriptæ: cum ipsa nos doceat experientia, quòd simplex præsertim & imperita plebecula, plus persæpè mouetur signis istis externis, si quædo Christi crucifixi simulachrum ostēditur, quàm si tota passionis historia ex Euangelista aliquo recitetur. Atqui Brenti, non vobis tantum magnis Rabinis cõsultum Apostoli vouerunt, verum & ijs, quorum pars est multò maxima, qui ad eam sapientiæ perfectionem, quam vos consequuti vobis esse videmini, nondum peruenerunt: qui simulachris eiusmodi plus persæpè, quàm vllis verbis afficiuntur. Huc accedit, quòd eiusmodi signa multum faciunt ad memoriam rerum, quarum signa sunt, excitandam. Si sermo sit aliquis auditus, facile excidit: Signum subinde representatū oculis, nò facile rei memoriā, quā representat, excidere patitur. Quam sit autem hæc observatio necessaria, nihil est quod multis in præsentia de eo disseramus. Nemo cogitur vt se cruce signet, neque tanquā necessariū id cuiquā præcipitur, etiam fieri potest, vt si quis intermiserit vbi locus postulet, quoniā secus de se suspicandi præbet occasionē, non leuiter peccet. Cæterum si quis Episcopus aut sacerdos in vstitatis cæremonijs nò adhibet signum crucis, id quæ prouidens facit, peccat grauius: si verò prætermittat ex cõtemptu, sicut à vobis fit, multò grauius peccat: peccat enim in Spiritum sanctum.

Signa iuuant memoriam.

Exa-

De traditione precandi ad Orientem.

Li. 4. de oratione dicitur fidei. 13.

Ori. hom. 5. in Nume. 10. 1. 1. 1.

Alia. in quest. 37.

Ioan. 1.

Lib. 2. de serm. in monte.

Vbi supra.

Examinat aliam quoque traditionem, vt ad Orientem in precatione conuertamur Itaque, inquit, putat Apostolos sollicitos fuisse ad quam partem mundi faciem nostram in precatione vertamus, & non potius vt in spiritu & veritate precemur? Primam eorum Apostolorum fuisse, vt in spiritu & veritate precemur, dubium non est: ex eo namque vis pender omnis precationis. Interea tamen nec illud visum est negligendum, ob certi mysterij significationem, quam ad patrem verfos orare nos oporteat. Sed audi quid ea de re scripserit Ioannes Damascenus: Non simpliciter, inquit, & fortuito ad Orientem adoramus, sed quia ex visibili & inuisibili, id est, intellectu & sensibili conflatum sumus natura, duplicem adorationem Cōditori nostro offerimus, vt & mēte psallimus, & corporalibus labijs, & baptisamur aqua & Spiritu, & dupliciter Domino vnimur, mysterijs participantes & gratia spiritus. Quia igitur Deus est lux intelligibilis & solius sitit, & Oriens in scripturis nominatur Christus, dedicandus illi Oriens est ad adorationem. Nam omne prestantius magisque bonum illi offerendum, à quo omne bonum benignè largitur. Dicit autem diuinus Dauid: Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, qui ascendit supra cœlum ad Orientem. Et quia dicit scriptura: Plantauit Deus paradysum in Edem ad Orientem, vbi hominem, quem plantauit, posuit, quem transgredientē exilio multauit, & è regione paradisi ipsum habitare fecit, ab Occidente videlicet. Antiquam igitur patriam requirentes, & ad ipsam suspirantes Deum adoramus. Iudæis quondam, inquit Brentius, qui adhuc sub elementis mundi erant, præscriptum fuit, vt in exilium eiekti, verterent in precatione faciem suam aduersus Ierusalem: hoc erat tempus noctis & vmbra: nunc postquam nox præterijt, & corpus absolutum est, Apostoli ne diei & veritatis præcones, nouas tenebras & vmbra inducerent? Atqui Brenti, meminit huius traditionis antiquior Basilio Origenes, ex quo pleraque transcripsit Basilius videtur. Meminit hoc etiam vetustior Iustinus Martyr, qui mouet hanc quæstionem: Si Deus, cum fecerit omnia secundum naturam circuitum, est omnium Dominus, ideoque Dauid in omni loco ditionis Domini iubet nos celebrare Dominum: similiter & Apostolus in omni loco iubet nos attollere pijs manus ad Deum, cur nos Solis tractum pro venerabili opere & domicilio diuino habentes in eum intuemur, dum Deo laudes & preces mittimus: aut quinam consuetudinem hanc docuere Christianos? Et ei tandem respondet: Quoniam nostrorum honorabilissima queque ad dei honorem seponimus, & est hominum opinione Solis ortus honorabilior, quam aliarum partem mundi, propterea tempore precum spectamus omnes ad Orientem: quemadmodum dextera manu in nomine Christi consignamus eos, qui hoc signo egent, quia honorabilior existimatur quam sinistra, tamen si sit non natura ab ea differt. Sic & ortus totius mundi pars honoratior adorationi Dei destinatus est. A quibus autem orandi morem accepit Ecclesia, ab iisdem etiam locum accepit, videlicet ab Apostolis. Meminit Athanasius quoque, nam & ipse querit, quare nos Christiani adoramus versus Orientem, & Iudæi ad Meridiem? Qui duplicem adfert responsionem, quod aliter Iudæis, aliter Græcis responderi velit: Iudæis, quod ita nos instituerit Spiritus sanctus per Dauid Prophetam, cum dicit: Adoramus ad locum, vbi steterunt pedes tui Domine. Et propheta Zacharias docet nos dicens: Et stabunt pedes Domini in monte Oliuarum contra Ierusalem: Græcis, quod non quasi in Oriente circumscriptus sit Deus, inde versus Orientem adoramus: sed cum Deus sit & nominetur lux vera, ob id respiciendo ad lucem creatam, iam non quidem illam ipsam, sed factorem eius adoramus, videlicet ex lucidior elemēto ipsum, qui est ante oia elementa & ante omnia secula, illustrissimū Deū honorantes. Tertiam adfert responsionem pro fidelibus, quam etiā ei capiti, ex quo sibi Brentius hac excutienda sumpsit, Basilius inseruit. Hac, inquit, de causa beatissimi Apostoli fecerunt, Christianorum Ecclesias intendere versus Orientem, vt ad paradysum respicientes vnde cecidimus, scilicet ad veterem patriam & regionem nostram, petamus Deum & Dominū nostrum reducere nos illic vnde eiekti exulamus. Ad Austrum verò intendere Iudæis Propheta præcepit, quod ex Austro quod ad Ierusalem, scilicet ex Bethlehem nasciturus erat Dominus: ideo dixit Propheta, Deus ab Austro veniet. Meminit & Augustinus huius traditionis. Cum ad orationes, inquit, istas, ad Orientem conuertimur, vnde cœlum surgit, non tanquam ibi sit Deus, & quasi cæteras mundi partes deseruerit, qui ubique præsens est, non locorum spacijs, sed maiestate potentie: sed vt admonetur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad Dominum, cum ipsum corpus eius quod est terrenū ad corpus excellentius, id est, ad corpus cœleste conuertitur. Vides quemadmodum & Athanasius, & qui fuit Apostolorum temporibus proximus Iustinus Martyr, sicut alias pleraque, quas omnibus quidem facere necesse est, inquit Origenes, nec tū ratio rerū omnibus patet, sic & hanc traditionem Apostolorū esse docuerunt, & eius rationes assignarūt. Sed

Sed demus, inquit, etiam hanc predicationem esse Apostolicam. Quid? Habebit ne ad pietatem hanc eandem virtutem, quam habet illud quod scriptum mandatum est, Oportet Patrem in spiritu & veritate adorari? Quod est hoc genus quæstionis? An contulit aliquando Basilius orationem ad Orientem, cum Christi præcepto, quo vult nos in spiritu & veritate Deum adorare? Quis autem de eo dubitat, etiam si totos dies aliquot ad Orientem spectemus, nec vllum orandi finem faciamus, nisi tamen in spiritu & veritate precati fuerimus, & oleum (quod aiunt) & operam nobis perituram. Non itaque cum hac scriptura parem vim habet traditio, sed cum illa potius, qua iubemur, quæ sursum sunt querere, qua iubemur ad cœlestem illam patriam vnde excidimus, anhelare. Quod igitur illa scriptura nos monet, ad hoc nos excitat ab Apostolis nobis tradita cæremonia. Querit iterum Brentius. Quid? Peccabit ne aduersus Deum, qui in precatione sua verterit se potius ad meridiem & septentrionem, quam ad orientem? Certè si esset traditio Apostolica, que eandem haberet vim ad pietatem cum ijs, que sacra scriptura mandat, fieri non posset, quin esses peccati reus, si te aliò quam ad Orientem in precibus ruis verteres. Atqui si diligenter excusseris, que scribuntur ab Athanasio, non fuit hæc eorum intentio, vt omnes preces ab hominibus ad Orientem versis fierent, sed publice tantum, hoc est, vt templa ædificarentur fronte ad Orientem conuersa, vt eò se quoque, cum publico totius Ecclesiæ ministerio fungitur Sacerdos, orant conuerteret. Quare nihil peccati, si quis, priuatim orans, aliò se vertat, quam ad Orientem. Quin & altaria, in quibus publicum sit sacrificium, & ad Austrum, & ad Boream versa non nunquam vidimus: qua in re si quid erratum est imprudentia, veniale peccatum est, ac dissimulatur non raro. Cæterum vt frons templi verteretur aliò quam ad Orientem, non temere quenquam vidisse putamus. Quam obrem quòd in orbe vniuerso, quam longè, quamque late propagata est fides Christiana, tanto consensu videmus in omnibus terris obseruari, quis est, qui traditionem hanc Apostolicam esse dubitare queat? In quam nihil à vobis peccatur Brenti. Nam vos tantum abest vt ædificanda vobis esse templa putetis, ex quo tempore quinti vestri Euangelij lux vobis affulsit, vt etiam ea, quæ sunt à Patribus vestris ædificata, partim euerteritis ipsi, partim in solitudinem redactis, sponte sua ruerē passis sitis, partim etiam in priuatas ædes, inque stabula conuerteritis. Sed si quis tamen sit, qui templum ædificare velit, fronte versus Occidentem conuersa in despectum traditionis huius Apostolicæ, eum in Spiritum sanctum peccaturum, certum est & indubitarum: neque video, quo possit alio peccatum hoc, quam Satani nomen rectius appellari. Satanam enim Hebræi vocant, quem aduersarium Latini: Aduersari autem ei, quod ab Apostolis traditum, tam est vnanimiter ab omnibus per orbem Christianum vniuersum in Ecclesia Dei totis mille quingentis annis semper obseruatum, quid est aliud, quam Satanam agere: cuius non aliud est studium, quam vt hoc ipsum pleraque reiiciat, quòd ea videt tanto Christianorum omnium consensu obseruari. Sic ferè fecit ille vester, qui se plurimum salis cum Satana comedisse gloriatur: qui pleraque, quamuis esse laudanda sciret, non aliam tamen ob causam à suis respui voluit, quam quòd auctoritate Conciliorum sancita, summoque totius orbis consensu recepta essent ab omnibus & approbata. Quam enim ille causam habet, quam obrem ca licem dari Laicis tantoperè non nunquam exigit? Num quia de necessitate salutis esse putat vt ex eo bibant omnes. Atqui non vno ex loco illius colligere licet, longè aliam ipsius esse sententiam, sed quoniam illius vsu fuit à Patribus in Concilio congregatis interdctum, ea sola visa est illi causa legitima, quam obrem eum restituendum omnino Laicis esse censeret. Quin etiam si quo casu, inquit, Concilium statueret, minime omnium nos vellemus vtraque specie potiri, imò tunc primum in despectum Concilij vellemus aut vna aut neutra, & nequaquam vtraque potiri, & planè eos anathema habere, quicunque auctoritate talis Concilij potirentur vtraque. Sic & alio loco de Confessione scribens: Fidele, inquit, consiliū meum est, vt homo Christianus tempore quadragesimæ & paschatis non cōfiteatur, nec ad Sacramentū accedat: & cogitet ita, Ecce quòd hoc præcepit homo, Papa scilicet, ob id ipsum non faciā: & si non præcepisset, vellē facere. Faciā autem alio tempore, quo non præcepit, quòd & quomodo mea libera volūtas me tergere rit. Et iterū alio loco: Videns quæ esset Ecclesia, quæ determinasset in altari non esse verum panem verumque vinum, sed sola accidentia, nempe Thomistica, hoc est, Aristotelica, auctor factus sum, & stabiliui tandē conscientia meam sententia priore, esse videlicet verum panem, verumque vinum, &c. Simile quiddam scribit etiam de eleuatione Eucharistiæ. Ad hunc modū decretis & traditionibus Ecclesiæ repugnare, & ob hoc ipsum eas aspernari, quia sic visum fuit Ecclesiæ & Spiritui sancto, hoc est, idololatriæ cœlum admittente, hoc est in Spiritum sanctum peccare, hoc est hominem exuere, & Satanam induere. Et

Obiclio Brentij. Ioan. 4.

Responso.

Coloff. 3. Heb. 13.

Publice preces & structura templorum versus Orientem sunt ex traditione.

Irreuerentiæ scilicet statueri in templo.

Satanista qui obmittunt ex contemptu traditionem Apostolicam, peccat in Spiritum sanctum.

Ioan. docet ex contemptu peccare in Ecclesiā.

Luth. in lib. de formula Missæ.

Idem de Confessione par. 3. par. 1. 4.

Luth. de Cap. Bab. cap. de Eucharistiā. Idem in libello, quem inscripsit. Breuis confessio de Eucharistiā. Satanista qui.

qui tali sunt ingenio præditi, non alio sibi magis appposito nomine possunt appellari, quam si vocentur Satanistæ.

De traditione
trine immersionis
circa Baptis-
mum.
Canon Apost.

Ad tertiam traditionem Brentius aggreditur, quæ est ter immergere hominem in Baptismo: de hac etiam re extat Canon inter eos, qui Apostolorum nomine circumferuntur: Si quis Presbyter aut Episcopus non trina immersione vnus mysterij, sed semel emergat in baptismo, quod dari à quibusdam dicitur in morte Domini, deponatur. Mirabor, si serid cogitare potes hanc traditionem ab Apostolis ipsi profectam esse. Baptizantur vno die Penthecostes ter mille homines: si ergo Apostoli necesse habuerunt iuxta suam ipsorum traditionem singulos ter immergere, num existimas vno omnem die baptizari potuisse? Sed fortasse hæc est causa, quia dies tum longiores fuere quam circa brumam. Quo tempore ter mille homines baptizauerunt Apostoli, nondum hoc ab illis traditum fuerat: quod si maximè traditum etiam fuisset, non habere tamen legem, sed facere legem rectè dicitur necessitas, & quod aliàs licitum non esset, sæpè necessitate cogente fit licitum. Quod multis exemplis docere possumus, verum non est præteritis institutiõgius in ijs immorari. Christus ipse, quibus dixit, vt eutes doceret & baptizaret? Certè Apostolis, nõ Laicis. Quoniam tamen vnici hoc est Sacramentum necessitatis, sine quo nemo saluus fieri potest, etiam si contrarium Caluinus cum suis sentiat: contra Christi, sicut alicui videri possit, institutionem permissum est Laicis, neque viris magis quam feminis, si quando mortis periculum instat, baptizare. Adeo verum est, quod omnes traditiones vni militent charitati. Nam & si requirit hoc ordo, requirit ipsius Christi institutio, vt non baptizet nisi sacerdos, tantum tamen valet charitas, quæ finis præcepti est, ad quam solam omnia vel Christi, vel Apostolorum & Ecclesiæ totius instituta referuntur, vt quoties id proximi salus flagitare videtur, non quod institutum est, sed quod charitas exigit, id spectemus potissimum: cum certum sit & indubitatum, nihil vel à Christo, vel ab Apostolis & eorum successoribus esse traditum, nisi quod pertinet ad salutem fidelium. Annotarunt hoc etiam ij, quos vos habetis ludibrio Brenti, scholastici Doctores, qui volunt in eiusmodi, non tam legem ipsam, quam legislatoris intentionem spectari. Sic enim loquitur ea de re Vincentius Beluacensis, qui fuit Monachus ordinis Prædicatorum: Legislatorum intentio non est, vel esse non debet in condendo ius aliquod positium, obligare homines ad illius iuris obseruantiam, habentes causam legitimam vel etiam rationabilem non obseruandi. Præcepta enim, quæ per modum statuti communis ponuntur, non eodem modo omnes obligant, sed secundum quod requiritur ad finem, quem legislator intendit. Cuius auctoritatem si quis transgrediendo statutum contemnat, vel hoc modo transgrediatur, quod impediatur finis quem legislator intendit, talis transgressor peccat mortaliter. Si autem ex aliqua rationabili causa quis præceptum, non seruat, præcipue in casu, in quo si legislator adesset, non decerneret esse seruandum, talis transgressio non constituit mortale peccatum. Quæ totidem verbis repetit in sua summa Thomas Aquinas, cuius etiam loca sunt hæc verba: Præcepta iuris positii magis obligant ex intentione legislatoris, quam ex ipsis verbis, & ideo transgressor talis præcepti magis est reputandus, qui obuiat intentioni legislatoris, quam qui deuiat ab aliquo in legis obseruatione secundum textum verborum. Intentioni autem legislatoris obuiat, qui ex contemptu, vel sine aliqua rationabili causa ordinationem non seruat. Qui verò in casu, in quo probabiliter credi possit, si legislator adesset, quod eum obligare non vellet, à verbis legis deuiat, intentioni legislatoris non obuiat, nec reputandus est statuti transgressor. Non dissimilia scribit Abbas Panormitanus, & alij nonnulli. Quamobrem cum certum sit, Apostolorum intentionem non fuisse, vt cuiusquam salus negligeret, quam absque Baptismo consequi nemini licet, sicubi magna est baptizandorum frequentia, & est in mora periculum, non solam hanc traditionem, verum & ipsius Christi institutionem, qui Sacerdotibus tantum baptizandi potestatem fuisse videtur, sicubi eorum copia haberi non potest, rectè licet intermittere. Quamuis enim à verbis legislatorum non nihil discedatur, nihil tamen contra eorum intentionem fieri videtur.

Responsio.

1. quæst. 1. Res-
misionem.
Necessitas non
habet, sed facit
legem.
Marc. vii.
C. alium. Baptis-
mi necessitatem
negat.

Legislatoris
magis quam le-
gis spectanda
mens iuxta scho-
lasticos.
Vincent. speculi
moralis part. 10
distin. 26.

Tho. 2. 2. q. 4. 1. 4. 7
ad tertium.
In 4. sent. dist.
15. quæst. 3.
art. 1.

Pauor. super. 3.
Decret. de obser-
uatione reuinij.

1. Tim. 3.
Tit. 1.
Obiectio Bren-
tij iocularis.

Responsio.

Prosequitur Brentius: Paulus ad Timothæum & Titum scribens, commemorat dotes, quibus is qui Episcopatu dignus est, ornatus esse debet. Non præfactus, inquit, non iracundus, non vinosus, non percussor, non turpiter lucro deditus: sed hospitalis, bonarum rerum studiosus, & quæ sequuntur. Quod si is Episcopus, qui tantum semel eum, qui baptizatur, mergit, meretur ab Episcopatu deijci, an non debuisset Paulus in hoc virtutum Catalogo addere, mergens eum, qui baptizatur, non semel tantum, sed tertè Satis hæc ioculariter Brenti, sed sic est ingenium vestrum. Atqui si quis præfactus non est, is facile paret Maiorū institutis: itaque satis Paulo fuit hoc vno verbo rem denotasse.

Subijcit

Subijcit Brentius: iam si hoc est Apostolicum Decretum, cur posteri mutarunt, an non Apostolica Decreta *ἄγγραφα* eandè habent vim, vt vos asseritis, cum ijs quæ sunt *ἔντυπα*, ideoq; debent esse inuolata? Sic Gregorium scripsisse testatur Thomas: Reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismo vel tertio vel semel immergere: & quidem addit Decretum Concilij Toletani, in quo ita scribitur: Propter vitandam schismatis scandalum, vel hereticis dogmatis vsu simplam teneamus Baptismi immersionem. Sed si ter immergere est Apostolica traditio, reprehendatur, aut damnatur schisma seu hereticum dogma prædicatione potius verbi Dei, quam mutatione traditionis Apostolicæ, quæ cū Christus dixit: Qui vos audit, me audit, debet esse sacrosancta. Quærit Brentius: Cur mutarunt posteri Decretum Apostolicum? Quis autem prohibebit, quò minus & nos vicissim ab eo quæramus, cur ipsi mutarunt Apostoli Decretum Christi? Christus decreuit, vt baptizarent in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sancti Apostoli baptizauerunt in nomine solius Iesu. Cur mutauerunt posteri Decretum de baptizando? cum in plerisque locis perfundantur modò vel aspergantur, non autem baptizentur? Cur mutarunt aliud Decretum de docendo: Quis enim est qui doceat, aut docere possit infantes, priusquam baptizentur? Quam igitur illæ scriptæ vim habuerunt, eandem vim habet hæc non scripta traditio. Et tamen quam quærit causam adfert ipse Brentius ex Decret. Concil. Tolet. quarti, quod Gregor. Pontificis auctoritate potissimum nititur. Sicenim habent verba Decreti ante nongentos annos lati: Beata memoriæ Gregorius Romanæ Ecclesiæ Pontifex, qui non solum partes Italiæ illustrauit, sed & longè existentis Ecclesiæ sua doctrina perdoctus, efflagitante sanctiss. Leandro Episcopo de hac Hispaniæ diuersitate, quid potius esset sequendum, inter cetera rescribens eis, sic ait: De trina verò mersione baptismatis nihil responderi verius potest, quam quod ipsi sensistis, quia in vna fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa. Nos autem quòd tertio mergimus, triduanè sepulture sacramenta signamus, vt dum tertio infans ab aqua educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimat. Quòd si quis fortè etiam pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obstitit, baptizando semel in aquis mergere: quia dum in tribus personis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in Baptismo vel ter, vel semel immergere: quando & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Sed si nunc vsq; ab hereticis in baptismo infans tertio mergebatur, sciendum apud vos esse non censere, ne dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant, dum quæ quod faciebant, faciunt, morem vestrum se vicisse gloriantur. Ex huius itaq; sententia Decretum hoc tulerunt Patres in illo Concilio congregati, cuius tu meministi. Interea tecum reputa Brenti, quanta cum honoris præfatione nominetur à Patribus istis Gregorius, quem vos mire exagitatis: præcipue verò impurus ille Vergerius tuus, quibus conuictiorum Plautis in hominem hunc & sanctitate & doctrina conspicuum non inuehitur? Sed & illud considera, quòd iusta fuit illis causa visa, quamobrem ab Apostolica traditione discederent, ne quid habere cum hereticis commune viderentur. Neque satis fore iudicauerunt, si prædicatione verbi Dei iuxta consilium tuum schisma damnaretur, sed hac insuper Traditionis mutatione, magis id animis hominum infigere libuit: efficacius enim res impri-
mitur, quando cum prædicatione signum etiam aliquod concurrat.

Greg. li. 1. epist.
41. in Registro.
Tho par. 3. q. 1.
66. art. 8. ca. 5.
Luc. 10.

Matt. 28.
Apostoli muta-
runt Decreta
Christi.

Conc. Tol. ca. 5.

Gregor. in ius
sacerdotij.

Brent. iterum
aduersus dictæ
traditionem.

Responsio.

Leo ep. 4. ca. 3.
Damasi. 4.
cap. 10.

Rom. 7.

Prosequitur Brentius: Agitè, dum autem sit sanè certum, hanc esse Apostolicam traditionem non scriptam, num parem habebit vim ad pietatem cum ijs, quæ scripto sunt mandata? Baptismus ipse diligenter est nobis in Scriptura commendatus, num ergo tantum peccabit is, qui in baptismo hominem non ter immergit, quantum ille qui hominem Baptismo legitime perentem, omnino baptizare recusat? At hoc necessariò sequetur, si Traditiones non scriptæ eandem habent vim ad pietatem, quam habent ea quæ scripto sunt mandata, quis autem hoc diligenter admonitus sentiat. Quare hæc de trina immersione Traditio, aut non est Apostolica: aut si est, pertinet tantum ad pædagogiam, quæ sit liberæ obseruationis, & quauis oportunitate mutabilis. Videmus ad hæc iam antè respondisse. Non fuit ea mens Basilij, quòd ceremoniam hanc cum Baptismo, quòd est vnum omnium maximè necessarium Sacramentum, parem vim habere diceret, cum absque ceremonia hac saluum hominem fieri posse constet, absque Baptismo verò nulla sit spes salutis. Cæterum quo d scriptum est, tertio die Christum à mortuis resurrexisse, cum eo parem vim habet hæc traditio. Nam sicut à Leone Magno & à Ioanne Damasceno legitimus annotatum, sepulturam triduanam imitatur trinitatis dimensio: & ab aquis eleuatio, resurgentis instar est de sepulchro: Quòd itaque dictum est à Paulo: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulsi enim sumus cum illo per baptismum in morte, vt quomodo Christi

D d d 2 tus

stus surrexit à mortuis per gloriã Patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Si em̄ complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis eius. Quod his verbis Paulus scripsit, hoc expressit ista non scripta traditio, paremque cum hac scriptura vim habere: cum Baptismo autem parem vim non habet. Nam & absque hac cęremonia constat Baptismus, quam esse mutabilem non negamus, sed nõ pro cuiusvis tamen libidine mutabilem.

Epiph. here. 61.

1. Cor. 11.
1. Cor. 14.

Brent. examinat Epiphaniij verba.

1. Tim. 5.

Responso Sac. lib. 6. cap. 10.
Zof. li. 7. ca. 26
Lans Epiphani.
Hier. de viris illust. li. 2.
contra Ruff.
Au. de heresib.

Ruff. in inuestiua contr. Hiero. Euseb. li. 6. c. 13.
Responso.

An votum virginittis fuerit in usu tempore Apostolorum.

Abd. lib. 7. A. post. hist.

Matth. Evangel.

Abfoluit tandem Brentius censuram suam in Basiliũ: nunc incipit in Epiphaniũ quoque censores agere, ac profert quidem hæc eius verba: Quod oportet & traditione vti, non enim omnia à diuina Scriptura accipi possunt. Subijcit Epiphanius, quæ reticet Brentius: Aliqua in Scripturis, aliqua in traditione sancti Apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit S. Apostolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesijs. Et, Si contineris, nisi frustra credidistis. Quam pulchre verò cum Basilio concinit Epiphanius? Cuius tu sententiam hanc Brenti quandoquidem non oppugnas, quamvis à teipso prolata sit, in eam id partem accipimus, ut priore tua sententia discussile te credamus, qua sic omnem doctrinam nobis ad veram & perpetuam salutem necessariam in sacra scriptura contineri docuisti, nihil ut præterea requirendum esse putares. Quod si ita est, gratulamur tibi, quod non nihil de tua pertinacia remiseris, erroreque tuo correcto, concedendum aliquid esse veritati putaueris. Nunc de traditione quam que tuo correcto, concedendum aliquid esse veritati putaueris. Nunc de traditione quam oppugnas, videamus. Excudit enim censor noster illa verba Epiphaniij. Tradiderunt sancti Dei Apostoli peccatum esse post decretam virginittatem ad nuptias conuerti. Et ut verisimile faciat hanc esse Apostolicam traditionem, allegat similem doctrinam ex paulo de viduis: Iuniores viduas, inquit Paulus, rejice: cum enim lasciuire ceperint aduersus Christum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem reiecerint. Expendamus igitur, num hæc traditio sit Apostolica. Affirmat quidem Epiphanius, eam esse Apostolicam, & iudico eum tam bonum, tam piũ virum, ut hac asseueratione non voluerit Ecclesiam Domini scienter fallere: sed cum non fuerit admodum vicinus temporibus Apostolorum, cogito multa ad eum publica, sed incerta fama nomine Apostolorum relata esse, quæ fortassis alij de Apostolis, ut essent plausibilia confinxerunt. Non cupit Epiphanius abs te laudari Brenti. Nam etiam si tu secus de illo sentires, nos tamen ex Ecclesiasticę historię scriptoribus didicimus, eum insigni fuisse pietate præditum. Sed ei doctrinæ quoque laudem non mediocrem, variarum linguarum peritiam, & multiingam lectionem tribuunt Hieronymus & Augustinus. Quin clamant hoc ipsi libri quos edidit, fuisse virum longè doctiſsimum. Quod minùs ferendus es tu, quod ab eo, quem bonum & piũ virum esse fateris, quem eruditionis laude quoque celebrem fuisse negare nõ potes, in eo dissentire nõ dubitas, in quo ipse cum Ecclesia cõsentit vniversa. Ceterum quas tu coniecturas adfers, quamobrem traditionem hanc Apostolicam non esse dicas? Non fuit admodum vicinus temporibus Apostolorum. Quid autem vicinior ne tu? Certè mille ducentis annis te præcessit. Potuit hæc incerta forma cognouisse. Quid si cognouit ex certa lectione grauium & fide dignorum auctorum, in qua diligenter eum versatum fuisse, testis est etiã aduersarius eius Ruffinus: Scribit, ais, Eusebius de Clemente, quod significauerit quædam à presbyteris, id est, à successoribus Apostolorum voce sola sibi tradita esse. Quod ergo presbyteri, hoc est, ut Eusebius ipse interpretatur, successores Apostolorum tradiderunt, fieri potest, ut pro ipsorum Apostolorum traditione vulgatum fuerit. Magis autem fieri potest, ut hoc falsum sit, quod opinaris tu. Nam presbyteros illos non est verisimile tam fuisse vanos, ut maximè ab illis aliquid eiusmodi profectum fuerit, ut alijs sub Apostolorum nomine traderent, quæ ab ipsis nõ accepissent. Incipit iam de traditione iudicare, num sit Apostolici Spiritus. Non est certum, inquit, quod temporibus Apostolorum fuerit tale genus vouendę aut definiendę, ut Epiphanius loquitur, virginittatis, quale est vsitatum apud Monachos. Tibi certum nõ est Brenti, sed nobis certũ est, qui legimus hæc apud Apostolorum æquales, apud eos qui Christum vidisse, ex numero septuagintaduorum Discipulorum fuisse, & cum Apostolis cõsuetudinem habuisse creduntur: Quorum vnus Abdias, qui res gestas Apostolorum conscripsit, quibus ipse præsens intererat, & ex magna parte testis fuit oculus, de Matthæo scribit, quod Iphigenia filia defuncti Regis Æthyopię sacrum votum acceperat de manu eius, præposita iam virginittate, inquit, amplius quàm ducentarũ. Audi verò, quæ fuerit Matthæi Apostoli & Euangelistę hac ipsa dicit, de qua sermo nobis nũc est, sententiã. Docuit is, aliqua opera sic mala esse, ut nõ per naturam mala sint, sed per intemperantiam nostram. Nam si præsumat Sacramentorum mysteria sumere is, qui nondum est cęlesti aqua perfusus, rem bonam cõuertit in crimen, & inde reatum æternę pœnę incurrit, vnde à reatu eternę pœnę potuerat liberari. Ita & nuptiarum bona,

bona, cum à deo benedicantur coniugia, à deo sanctificantur, ac per Sacerdotũ benedictiones à deo specialiter consecrētur, videntur aliquibus aliquam habere diuinę indigationis offensam, Ac paucis interiectis: Videte filii & fratres, in quantum sermo noster proruperit, ut etiã homicidium bonum posse fieri probaremus, cum hic occiditur, qui si non esset ipse solus occisus nocens, multos potuisset occidere innocentes. Sicut est occisus Goliath, & sicut est occisus Sisara, sicut occisus est Aman, sicut est truncatus Holofernes, & sicut denique sunt occisi cum laude, qui vestris sedibus inimicabantur & regnis. Sic ergo & matrimonia dum copulantur, boni operis honestate ornantur, si sancte, & iuste, & integre, & irreprehensibiliter copulentur. Nam si hodie desponsatam regis, seruis regis vsurpare audeat, non solum offensam, sed etiam crimen tam grande incurrisse dignoscitur, ut merito vitens tradatur flammarum incendijs: Nõ ideo quidem, quia duxerit uxorem, sed quia spõsam sui regis accepisset. Ita etiam tu, õ fili charissime Rex Hirtace, sciens Iphigeniam filiam Regis decessoris tui spõsam Regis cęlestis esse etiam esse, & sacro velamine cõsecratam, quomodo quæso poteris spõsam potentioris te tollere, & tuo eam matrimonio copulare? Audis hic Brenti, virginem Christo dicatam, audis de manu Matthęi sacrum velamen accepisse, audis præpositam virginum plus quàm ducentarum fuisse, audis quantum crimen incurrat, qui spõsam cęlestis Regis effectam sacroque velamine cõsecratam, tollere, matrimonioque suo copulare, fuerit ausus? quod ab idolo vestro Isebiensi, quod ab Oecolampadio, quod à Pelicano, quod à Bucero rex marito, quod ab alijs vestris nõ paucis factitatum esse non ignoras. Audis, qualem contra vos, non quivis homo, sed Apostolus & Euangelista Christi sententiam tulit? quæ si quis esset apud vos residuus Dei timor, merito vos cõmouere deberet. Quoniam verò scriptum est, quod in ore duorum aut trium testium stet omne verbum, adhibebimus & alium testem huius æqualem. Martialis hic est Lemouicensis Episcopus, vnus & ipse de 72. Christi discipulis, qui scribens ad Tolosanõs: Virgo, inquit, Valeria spõsa Regis terreftris, sed melius spõsa Regis cęlestis, quæ per meam prædicationem virginittatem mentis & corporis deuouerat, &c. Audis & hic, quod virgo Deo virginittatem deuouerit, quodque fecerit hoc prædicatione S. Marcialis: qui nunquam id ausus fuisset prædicare, nisi traditum ab Apostolis accepisset. Sufficiuntne tibi quõ testes hi? Lex quidem pluribus nõ requirit, sed si tu contentus ijs non es, tertium producemus, & ipsum Apostolorum æqualem Philonem Hebręum. Meminit is grandęuorum virginum, nõ coactę castitatis, sicut apud Græcos quædam sunt Sacrificulę, sed sponte continentium amore sapientię. Vis & quartum? Fuit Ignatius à Petro tertius Episcopus Antiochię: Hortatur ille virgines, ut agnoscant, cui se cõsecrauerint. Quin & in Actis Apostolorum sit mentio quatuor virginum Philippi filiarum, quarum duas in virginittate cõsensisse narrat apud Eusebium Polycrates. Ephe. Episcopus, & ipse temporibus Apostolorum vicinus. Vides iam, quod etiam Apostolorum temporibus nõ defuerint virgines, quæ Deo virginittatem suam deuouerent. Sed neq; vidua idem institutum vitę professę, quas suo tempore Nonas fuisse vocatas ad Eusto. scribit Hieron. de quibus esse videtur locus hic Pauli, quem tu mirabiliter torques. Sed præstat verba reã ponere,

Nam quod Paulus, inquis, de viduis scribit, nõ loquitur de Nonabus, sed de mulieribus, quæ orbatae viris, tradebant sese in ministerium pauperum Ecclesię: idque ea tantum fide & promissione, qua solent ancillę sese in ministeria dominarum tradere. Nec cum dicit eas rejicere primam fidem, intelligit monasticum genus vouendi, cum non dum tale votum fuerit: sed intelligit fidem in Christum, quam in Baptismo dederant: eæ enim lasciuie viduæ, de quibus Paulus scribit, postquam saginatae essent facultatibus Ecclesię, & meruerent, ne si nubarent, inferiori loco, quàm antea inter Christianos haberentur: maluerit à Christianismo prorsus ad Ethnicismũ deficere, quàm inter Christianos cõtempiores esse. Hoc significat Paulus, cum dicit eas lasciuisse aduersus Christum, & cõuersas esse ad Satanam. Cum igitur nõ sit certum, quod tale genus vouendę virginittatis aut viduitatis fuerit temporibus Apostolorum vsitatum, quale nunc est monasticum nõ potest etiam certum esse, quod hæc traditio, decreta virginittate sit vere Apostolica. Est ne hoc interpretari scripturas Brenti? Quid autem est oborto collo (quod aiunt) in quã velis tu in sententiã eas pertrahere, si hoc nõ est? Ne per somniũ quidẽ cogitare Paulus venit in mentẽ vnquam ea, quæ proferuntur abs te: sed neq; contextus orationis patitur, is vt sensus verborum sit, quem elicere tu conaris. Tum autẽ, est ne quicquam veterum Orthodoxorũ, qui Pauli verba hæc ad eundem nobis modum interpretetur? Totis mille quingentis annis non puto fuisse quenquam, non modo proficorum, verum ne recentiorum quidem Theologorum præter vos quadraginta his annis natos, qui sic ea putaret intelligenda. Reuerã consulto facitis Brenti, quod tanto perẽ traditones

Homicidii aliquando laudabile.

Hereticus ex Machinis mariti facti hac aitate

Deut. 19. Matth. 18.

Martialis, cap. 8.

Philo. de vitę contemptu.

Ignat. epist. 20. Act. 21. Euseb. li. 3. ca. 31.

Vidua professę vitam cõseruatum

Brent. de loco Pauli. 1. Tim. 5.

Responso.

tiones oppugnatis, quod veterum simul & recentium scriptorum, qui vos præcesserunt, omnium auctoritatem eleuatis, quod nihil præter scripturas esse recipiendum asseueratis, verum ita, penes vos vt solos eas interpretandi sit auctoritas. Interest vestra plurimum, vt hoc quam plurimis persuadere possitis. Nam sola hæc est, & non alia ratio, qua quicquid vultis, obtinere queatis. Nam si quid habebit momenti præcorum auctoritas, si quid valebit sensus horum Pauli verborum per illos nobis traditus, receptus tot seculis Ecclesiæ si quid totius vsus, denique si verum erit, quod dicitur, Optima scripturarum interpretatio est consuetudo, iam quidem causa nobis est peiorata, cum quod vel verbo respondere nobis queatis, omnium seculorum Orthodoxis nobiscum facientibus, & ab hac interpretatione vestra dissentientibus habere nihil possitis. Sin autem illud valebit, quod vos vultis, nihil recipiatur præter scripturas, & penes vos solos certa fuerit auctoritas eas interpretandi, vt quemcunque sensum earum attuleritis, ab eo nobis discrepare fas non sit, vestra nimirum est victoria. Quid autem Brentius? sine ij quidem, qui vestrae faring sunt, in horum Pauli verborum interpretatione vobiscum cõsentiant? Nam quod negas tu de Nonnabus Paulum hæc dixisse, concedit Caluinus vester. Sic enim loquitur: Ego verò illis minime nego, viduas, quæ sese, suasque Ecclesiæ operas addiderunt, perpetui cõlibatus legem simul suscepisse, non quia in eo religionem aliquam statueret, vt postea fieri ceptum est, sed quoniam nisi sui iuris, & iugo maritali soluta, functionem illam sustinere non possent. Quod si data fide ad nouas nuptias respectarent, quid hoc erat aliud, quam Dei vocationem excutere? Non igitur mirum, quod talibus desiderijs lasciuire in Christum eas dicit. Postea verò amplificat causam subiungit, Ad eos ipsas, quod Ecclesiæ pollicite sunt, non præstare, vt primam quoque fidem in Baptismo datam violent, ac irritam faciant, in qua hoc comprehenditur, vt vocationi quisque sue respondeat. Nisi forte hoc maius intelligeret, quod velut amisso pudore, omnem deinde honestatis curam abijcerent, ad omnem lasciuiam & perulantiam se prostituerent, licentiosa dissolutaque vita, nihil minus quam Christianas mulieres præ se ferrent: qui sensus mihi perplacet. Respondemus ergo, quæ tunc ad publicum ministerium recipiebantur viduæ, eas sibi perpetui cõlibatus conditionem imposuisse: si postea nubere, facile intelligimus accidisse, quod dicit Paulus, vt proiecto pudore insolentiores fierent, quam deceret mulieres Christianas. Ita non solum peccasse fidem Ecclesiæ datam fallendo, sed à communi piarum mulierum lege desciuisse. Vides, quemadmodum vi veritatis compulsius Caluinus, quamuis & ipse similiter vt vos, vota reprehendat, in huius loci tamè expositione à vobis aperte dissentiat. Dicit enim, viduas illas perpetui cõlibatus legem suscepisse: dicit, si data fide ad nouas nuptias respectarent, nihil hoc fuisse aliud, quam Dei vocationem excutere: dicit postremo, si postea nubere, accidisse quod scribit Paulus, vt proiecto pudore insolentiores fierent, quam deceret mulieres Christianas. Quid autem postremum hoc, an non esse verissimum Sacerdotum vestrorum periculum, qui nuptias incestas contraxerunt, didicimus? Quis enim eorum mulierum, quas vxores vocari volunt, an non omnem honestatis curam magna ex parte abiecerunt? an ad omnem lasciuiam & perulantiam se non prostituerunt? quiduis vt potius, quam Christianas mulieres præ se ferre videantur. Verum de hoc satis. Quod autem primam fidem interpretaris, fidem in Christum, quam in Baptismo dederant, quam coactum id est: quam contortum? quam à Pauli cogitatione longè remotum? qui Baptismi ne verbo quidem hoc loco meminit. Primam fidem irritam fecerunt, exponit Augustinus. id est, voluntate ad nuptias à proposito continentiae deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem, quæ prius vouerant, quod implere perseverantia noluerunt. Et alio loco: Quid autem ais de quibusdam, quæ vouerunt, & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est, primam fidem irritam fecerunt? Vouerunt & non reddiderunt. Nemo ergo positus in monasterio frater dicat: Recedo de monasterio, neque enim soli qui sunt in monasterio, peruenturi sunt ad regnum cælorum, & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondentur ei: At illi non vouerunt, tu vouisisti, tu retrò respexisti. Et iterum alio loco: Apostolus de quibusdam, quæ continentiam vouent, & postea nubere volunt, quod eiusdem, antequam vouissent vtique licebat, habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Idem Augustinus conuersas retrò post Satanam interpretatur, quæ ab illo excellenti diuinali castitatis proposito in posteriora respiciendo ceciderunt & interierunt. Quorum autem attinet aliorum etiam interpretationes huius loci producere? qui sicut cum Augustino ferè consentiunt, sic à vobis dissentiunt omnes. Verum nos in eorum verbis describendis longiores esse nolumus, cum præsertim vnus propè sit Augustinus inter omnes, cui vos tamen tribuere aliquid videmini.

Deo consilio
Scribitur
Sola vrgenti

Calu. cap. 4. in
Scriptionis religio
nis sue scilicet. 19.

Aug. ad Iulianum
de viduitate
cap. 8.

Idem in psal. 75.

Idem ad Polentium
de adulteriis
coniugij, lib. 1.
cap. 14.
Idem de viduitate.
cap. 8.

Pergit

Pergit Brentius: Apostolorum officium fuit, non imponere nouam legem Ecclesiæ, sed potius liberare eam à iugo veteris legis. Quid tentatis, inquit Petrus, Deum, vt imponatur iugum super ceruicem discipulorum? Et Paulus: In libertate qua Christus nos liberauit, stete. Nullam nouam legem Apostolos imposuisse, libenter tibi concedimus. Verum quisque sibi legem hanc imposuit. Certum est, quod neminem Apostoli coegerunt, vt perpetui cõlibatus legem susciperet, cum ne nunc quidem, vt id faciat, compellatur quisquã. Ceterum verus erat lex: vouere & reddere. Ad vouendum nemo: ad ea quæ vouit præstanda, rectè quisque cogit. Nō fuit, inquit Brentius, Apostolici officij, vt eximerent Ecclesiam ab obedientia legis naturalis: hæc enim obedientiam diligenter vserunt. Sed hoc magna cura, quantum in ipsis fuit, prouiderunt, ne ex rebus per se liberis, & in libertate per Euangelium restitutis, nouæ fieret leges, & noui cõscientiarum laquei. Ne quis vos iudicet, inquit Paulus. Et mox: Si mortui estis cum Christo, & c. Virginitatem autem seruare, & cõlibem vitam ducere, res est per se libera: Quare tantum abest, vt Apostoli docuerint, virginitatem ad cultum & gloriam Dei vouendam, & sibi ipsi necessitatem seruandæ virginitatis lege voti imponendam, vt potius vniuersam Ecclesiam ab hoc instituto doctrina sua deterrerent, & libertatem seruandam cõseruarent. Quicquid blateres tu Brenti, maior est apud nos auctoritas Epiphaniij, cui præserim totius Ecclesiæ cõsensus accessit hæc in re quam vt nugis istis tuis aures nostras præbeam? Nō dubitat Origenes mulieri cui dâ suadere, quod superstitie etiam marito suo dicat: Hoc voueo atque promitto: si quid humanitus acciderit marito meo, quod nō opto, nihil aliud faciã quã vt incontramata, viduaque, perseuerem. Ausus autem fuisset Origenes hoc facere, si nō modò nō suauis erat tale quid Apostoli, verum etiam vniuersam Ecclesiã, quod admodum imprudens abs te fingitur, ab hoc instituto doctrina sua deterruissent? Quod ille cetero tanto melius quam tu scire poterat, quanto fuit Apostolorum temporibus propinquior.

Pergit Brentius: Quod si quæ virgo temerè contra ipsorum doctrinam coniecisset se voto suo in hos laqueos cõscientiæ putã sine detinuisset eã in ijs nolentè, iniuriã, & conditione sua ad coniugium magis quam ad cõlibatũ idoneam? Certè quantum intelligi potest è dicto Christi, Non omnes capiunt verbum hoc. Et è dictis Pauli: Melius est nubere quam vri. Et vnusquisque proprium donum habet à Deo, alius quidem sic, alius autè sic: non solum non detinuisset virginem in illis laqueis, verum etiam horati eam essent ad suscipiendum coniugium. Cedo Brenti, quam vnquam virginem hortati sunt ad suscipiendum coniugium Apostoli? cum suis etiã proprijs vxoribus eos persuasisse cõstet, vt ab omni viri copula abstinere, nec alij rei quam orationi vacarent, Quas etiã quidã circūducebant, loco tamè sororum eas habebant. Quod nemini mortaliũ temere vouedi fuerint auctores, certũ est: sed quæ semel spõte virginitatè suã Deo deuouissent, eas vt hortarentur, quod resisterent ab Instituto suo, nullis neque precibus, neque comminationibus aut supplicijs adduci potuissent vnquam. Quæ autem causa fuit Matthæo Apostolo, quã obrem capitis de eo supplicium sumereret, nisi quod Iphigeniam, quæ semel cõrinentiã suam Christo deuouerat, cũ Hirtacõ Rege nuptias contrahere nō permittebat? Nihil igitur est, quod quisquã pius dubitet etiam si cui virgini cũ carne sua grauior esset cõflictatio, quin eã ad pugandum fortiter oratione sua inflamasent, simul ad eũ, qui dat omnibus assidue cõfugere docuissent, vt ipsa daret quid iuberet, iuberet deinde quod vellet. Nam quod in hanc sententiã pleraque scripta sunt ab Athanasio, Hieronymo, Basilio, Ambrosio, Chrysostomo, Augustino, & alijs plerisque sanctis Episcopis & Doctoribus, Apostolorum illi proculdubio vestigijs insisterant, & eorum exemplo quam plurimos ad virginitatem siue continentiam hortabantur. Libet autem hic adscribere, quæ in epistola quadam scripta sunt ab Augustino: Priusquã esses, inquit, voti reus liberum fuit, quod esses inferior, quamuis non sit gratulanda libertas, qua fit vt non debeat quod cum lucro redditur. Nunc verò quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam iusticiam inuito, sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis es: si non feceris quod vouisti, qualis mansisses, si nihil tale vouisses. Minor enim runc es, non peior: modò autem tantò (quod absit) miserior, si fidem Deo freris, quanto beator, si persolueris. Nec ideo te vouisse pœniteat, imò gaude iam tibi sic non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, & dicta imple factis, ipse adiuuabit qui vota tua explet: Felix est necessitas, quæ ad meliorem compellit: Sic & Chrysostomus ad Theodorum lapsum: Sic & Ambrosius ad virginem lapsum: Sic omnes præci Patres quoduis aliud potius remedij genus adhibuissent, quam vt violatũ voti continetiam professis auctores fuissent, Ambrosius verò accusat se fuisse scribit, sibi quæ tanquam crimen obiectum, quod suaderet castitatè, & persuaderet plurimis.

Brentius aduersus
Scripturas.
Acto. 15.

Gal. 4.
Responso.

Psalm. 75.

Coloss. 2.
Gal. 4.

Hom. 17. in
Lucam.

Argumentatio
Brentij.

Mat. 19.
1. Cor. 7.

Responso.

Nō est suadenda
coniugij ijs,
qui cõlibatium
profecerunt.

Aug. epi. 45.

Chrysost. epi. 6.
Amb. ca. vltim.

D d d 4 Quid

Basilii
Mogunt.

doctrina non inferior, sic & ipse multò celebrior est, quàm sit Epiphanius. Extat eius de virginitate oratio, in ea sic loquitur de ijs quibus hoc loco tibi patrocinari visum est. Cum inquit, virginitatem Domino professæ sint, carnali postea voluptate maleblanda delinunt, ac deicitur, stupri scelus honesto coniugij nomine obterege cupiunt. Ac paucis interiectis: Coniugij quippe illi in peccatum reputabitur: primum quidem, quia pessimum coniunctionis huius fundamentum voluptatem iccit, præuaricationique malum: Deinde, quia causa non esset libera. Neque enim mortuus est vir eius, vt cui vult, nubat, viuente immortalis viro, meritò censetur adultera, quæ mortalem hominem ob carnis vitia Domini thalamis intulit. Et iterum post pauca: Si connubium istud & processu & testibus, cunctis denique iudicijs illustre & apertum est, nec est vir eius mortuus, mœchatur, quæ huiusmodi admittit scelus, viuente viro semper adultera. Nec sanè video, qua ratione, imò quo sacrilegio ipsa pro immortalis viro Dei filio, mortalem hominem in malum suum ambire præsumat, ante viri oculos in ipsum impurus ac nequissimis semper amplexibus impia. Quo itè furere homo ille cubili Domini conscendere ac violare non metuat. Quæso quo cruciatu digna censetur mulier, quæ nobili coniuncta viro, seruo suo seipsum violandam impudicè substerneret, ac seruum in infidèle nequiterque Domini thoris inueheret? quo item seruus ille damnandus examine, qui Dominæ suæ Domini cubili se concitatus libidine, aded petulanter immiscuit?

Accedit nunc propius ad rem qua de agitur: Sed enim vestræ istæ quid faciunt? quæ tantum impietatis contra seipsas per carnis flagitia admittere non timuerunt. Non modò non lachrymantur aut ingemiscunt, vt vel lachrymis remittant peccatum suum, minoresque suscipiant pœnas, verum virginitatem quoque, quàm antea professæ fuerat, abnegant. Quippe virginitatis limites transgredi, vt voluptatibus in seruatur, turpissimum esse, plenumque dedecoris non ignorans, huiusmodi negatione, maiore scilicet scelere, virginitatem solari sese arbitrantur amissam. Homines miserè & infeliciter eligunt, sub quibus ad excusationem præuaricationis abnegent, quod fuerant antè pollicitæ, nec Dominum metuunt, cum quo fœdera castitatis inierant, cuique dederant dextras, edò quòd in malorum profunda deciderint. Ignorant miserè, quia apud Deum & apud homines contra se crimè exaggerant. Christus præter violata virginitatis fœdera huiusmodi negationem, quam vice pœnitentiæ patrocinium criminis sumunt, acrius ac seuerius suo illo iudicio vindicabit. Neque prolapsum ad voluptatem quicquid ad excusationem proderit vmbra, solatiumque connubij. Nec sanè incongruè ijs, quæ sunt eiusmodi, illud Apostolicum aptari potest: Quoniam cumque fornicatæ à Christo fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, non coniugium, sed adulterium malè cõsumant. Nullus itaque seruus ad id impietatis erumpat, vt sponsam Domini contingere audeat: nullus aded insanus ac sacrilegus sit, vt immaculatam hostiam impudicis manibus tractet: nemo in tantum audacæ temeritatisque proflit, vt eiusmodi vltionem sacrilegis impendere considerans, non vasa exanimæ ex auri argenti que materia elaborata, sed animata ipsa & viuæ donaria, latronis more profanis manibus temerare atque inuestigare præsumat. Et si sponte sua se virgo sponsi fœdera transgressa substernat, cunctaque simul & templum, & donaria, & charitatis sponsi, communionemque ac societatem regni perniciose voluptatis gratia confundere atque calcare nitatur: noli huiusmodi ad scelus vti, neque te peccati communionem commacules. Quòd si te, viuente alij se virgo in matrimonij consortium tradiderit, ille pœnas fœderis luat: tu te ipsum mundum atque integrum serua, ne sceleris impij in Dominum participes fias. Oportet, inquit, filium hominis tradi: vnde autem illi, per quem traderetur, vile illi esset, si natus non fuisset. Nonne de illa pari ratione iudicabitur, quæ virginitatem antè professæ, postmodum pœnitens, fruendæ voluptatis gratia, mortali se viro immunda coniungit? Et si dixerit: Oportet me viro coniungi in matrimonium, quem admodum oportebat filium hominis tradi, verum vnde illi per quem illa sponsi fœdera transgressa, suam impleuerit impura libidinem. Vtilius fuerat (audeo dicere homini illi) non esse natum, quam socium tanti in Dominum flagitij damnari. Non audis, quoniam qui dimissam duxerit, mœchatur? etsi enim pro culpa dimissa est, viuere tamen vir eius. Quid ergo dimissam perturbas: cur ei spacium non das, vt & de ijs agat pœnitentiam, quorum gratia dimissa est, & vir à se dimissæ pœnam emendationemque miseratus, ad se rursus proprium reuocet membrum? Quid emendandi se spacium præripis viuente viro sic dimissam ducens? Permite, inquit, aut ad viuentem virum remeare meliorem factam mulierem, aut certè cum neque vidua neque vxor sit, pro remissione culpæ, quæ peccauit in virum, semper pœnas dare. Tu cur antequam peccatum suum pro quo demissa est, planè intelligere possit eam ad coniugium rapiens, impudentiorè ad

rapi-

rapiens, impudentiorè ad scelera deinceps facis? nempe viuente viro, alienam adulteras coniugem, facilemque illi ad nequitiam reditum per cõnubium pandis. Si autem qui dimissam à viro mortali ducit, adulter atque impius est, qui immortalis viri spõsam nūquam dimissam violare præsumit, multò profecto funestius adulter atque impius erit. Itaque etsi illa pessima se mutatione deiciat, ad carnis vitia vltro deuoluta: tu tamen eam noli tangere: viuere enim vir eius, neque illum dimittere vult. Permite, vt se inspiciat, vnde sit lapsa, vbi nam iaceat. Digerat vitium, diluat amorem carnis, consideret diligentius in dulo spacio, cuiusmodi crimen admiserit, quantumque molita sit sceleris. Redibit profusus ad sponsum suum. Quid infelicis anticipas lapsum? quid considerandi peccati tempus intercipis? quid consilij spacium tollis? Cur non dimissam à Domino ducens, non viuente te, sed adulterum impiè Domini cubile violando manifestas? Hactenus Basiliius.

Quid autem acrius, quid vehementius, quid aptius ad rem qua de agitur, quid magis appositum ad inuestra sacrilegia, quibus honestum coniugij nomen præterditis, condemnanda dici potuit, quàm est dictum ab hoc sancto viro? Num autem is didipafon, quod aiunt, ab Epiphanijs sententia non discrepat? Nuptias hoc genus virginitatis abnegatione vocat, & maius id esse scelus, exaggeratque crimen ea re, quin & Christum acrius id & seuerius in illo suo iudicio vindicaturum scribit. Deinde verò, si dimissa sit etiam à viro suo Christo, hoc est, si sit ad carnis vitia deuoluta, tangi tamen eam verat, sed spacium illi pœnitentiæ concedi vult. Vides, qualem de coniugijs vestris tulerit sententiam vir hic, non doctrina magis admirabilis & sapientia, quàm vita sanctimoniam cõspicuis, cuius cum summa semper in Ecclesia Dei fuerit auctoritas, merito maius hæc illius, quàm cuiusquam alterius diuersa sententia pondus auctoritatis apud pios omnes habere debet. Qui cum sicut vitæ quondam, sic & huius sententiæ socii habuerit Ioannem Chryostomum, duos hos celebres Græcos, contra Græcum & ipsum Epiphanius à te productum, collocamus. Et horum duorum sententiam tantò nos amplecti libentius profitemur, quantò magis cum ea, quæ totius est Ecclesiæ sententia, consenti videntur. Quamobrem nemini dubium esse debet, siue quis virginalem aut vidualem, siue continentiam vouerit coniugalem, eum vtrumque præstare teneri, neque licere post emissum votum continentiam matrimonium cuiquam contrahere. Ceterum illud esse debet cuique persuasissimum, quòd cum alia, tum monastica simul instituta, non in alium vsum inuenta sunt, quàm sicut scribit Bernardus, ad lucrum & custodiam charitatis. Hæc est enim, quemadmodum ab Augustino quoque scriptum est, quæ præcipue custoditur in monasterijs. Charitati victus, charitati sermo, charitati habitus, charitati cultus (ad demus nos vero) charitati coelibatus aptatur. Coitur in vnam conspiraturque charitatem. Hanc violare tanquam Deum, nefas ducitur: huic si quis resistit, eijcitur atque vitatur: hanc si quis offendit, vno de die durare non sinitur: hanc ita cõmendatam sciunt omnes à Christo & ab Apostolis, vt si hæc vna ab sit, inania: si hæc ad sit, plena sint omnia. Cum itaque sicut Scripturæ, sic & traditõnum, cum aliarum, tum earum, quibus vruntur hi, qui monasticam profitentur, non sit alius scopus, quàm charitas, nec aliud spectatum sit, cum instituta monastica fuerunt inuenta, quàm lucrum & custodia charitatis, ab eorum sententia non discrepamus, qui sibi charitas hoc postulat Christiana (verbi gratia, salus alicuius regni, quod alioqui necesse foret interire, aut aliud aliquid eiusdem genereris) rectè posse putant aliquem lege coelibatus solui, modò ne sit ipse in sua causa iudex, sed eius ea de re iudicium requirat, cui sicut à Bernardo scriptum est, posse videre datum, & posse prouidere creditum est. Vt autem pro sua quis libidine resistat ad eiusmodi voto, seq; propria sua auctoritate lege soluat, quã ipse sibi tulit (quod à vestris apostatis, quos vos Apostolos agnoscitis, factum est) scelus id esse profusus inexpressibile iudicamus.

Profert canonem Ancyranæ concilij Brentius, qui sic habet: Professi virginitatem qui sunt, si hanc mitentes iritam faciunt, inter Digamos censeantur. Digamia autem, inquit, qualem illis temporibus intelligebant, videlicet, cum quis post prioris vxoris mortem duxisset alteram, non iudicabatur quidem ex omni parte commendabilis, non tamen damnabatur. Quare cum hoc Concilium censet eos qui professam virginitatem coniugio violant, inter Digamos habendos, etsi non laudat eorum facta, tamen non audeat damnare, & vel iporum coniugia dissoluere, vel ipsos ex Ecclesia proscribere. Quid sibi vult Brenti, quod ais, digamia qualem illis temporibus intelligebant, videlicet cum quis post prioris vxoris mortem duxisset alteram? An aliam nunc intelligit digamiam, quàm intelligebant tum? Digamos ad Episcopatum prouehi non vult Paulus. Quod si vos vultis aliam intelligi digamiam, quàm intelligebatur tum, & nunc intelligitur à Catholicis, quid aliud quàm duas vxores habere simul ijs, qui Laici sunt, permittitis. Nam

soli

Post emissum cõ
tinentiæ votum
nulli licet cõtra
bere matrimo
nium.Bernard. de præ
ceptis & dispõ
satione.
August. de mo
ribus. Ecclesiæ,
capit. 33.In casu solui
potest lex celi
batus.Conci. Ancy.
capit. 18.Que si digam
ia prohibita.

1. Tim. 3.

foli illi excludentur ab honoribus Ecclesiasticis, qui duas simul habent vxores: quandoquidē qui mortua vna, duxit aliam & tertiam, apud vos digamus non est, nec excluditur à sacerdotio. Scimus etiam libros à vobis editos, quibus polygamia fuit à vobis approbata. Cæterū, contra Canonem, quē tu profers Ancyrani Concilij, nos vicissim obijciemus canonē cōcilij Chalcedonenfis: Virginē, quæ se Deo cōsecrauit, simpliciter & Monachū, non licere nuptialia vota cōtrahere: Quōd si hoc inuenti fuerint peccantes, excommunicentur. Et quoniā verū est illud Augustini, cōcilia, quæ per singulas regiones vel prouincias fiunt, plenariū cōcilio auctoritati, quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiana no, sine vllis ambagibus cedere, cedat necesse est Chalcedonenfi concilio Ancyrano.

Objicit postea Brentius auctoritatem Cypriani, cuius hæc verba profert: Si se cum fide Christo dedicauerunt, pudicē & castē sine vlla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles præmium virginittatis expectent. Si autem perseuerare nolunt, vel non possunt, melius est vt nubant, quā vt in ignem delicias suis cadant. Huic vni Episcopo Africano opponimus nos Patres itidem Africanos, qui fuerunt in Concilio Carthagenensī quarto congregati ante annos mille ducentos, quorum hoc est Decretum: Sicut bonum est castitatis præmium, ita & maiori obseruantia custodiendum est, vt si quæ vidua, quārumvis adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate à viro relicta se deuouerunt Domino, & veste Laicali abiecta, sub testimonio Episcopi & Ecclesiæ religioso, habitū apparuerint, postea verò ad nuptias seculares transferant, secundū Apostolum damnationē habeant: quoniam fidem castitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuiū cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu sunt viris obnoxie, quāto magis viduæ, quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionē, quā spontē Deo non coactē obtulerunt, libidinosā voluntate corruerint, atque ad secundas nuptias trāsitum fecerint. Sed nos adduci non possumus, vt credamus hoc sensisse cyprianum, quod vos vultis. Nam cum is Christi sponsam esse dicat Deo dicatam virginem, & si cum viro reperta fuerit, Christi vocet adulteram, non est verisimile, quod ei adulterium permittendum esse censuerit. Quomobrem eandem illius fuisse sententiam existimamus, quam apud Gelasium legimus, qui sic scribit: Si viduæ propria voluntate professam pristini coniugij castitatem mutabiliter calcauerint, multum earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, quia iuxta Apostolum primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundū Apostolum nullatenus nubere vetabantur: sic habita secura deliberatione, promissam Deo pudicitie fidē debent custodire. Ante quem etiā Innocentius in hæc verba scripsit: Quæ Christo spiritualiter nubunt, & à Sacerdote velantur, si postea vel nupserint publicè, vel occultè corruptæ fuerint, non eas admittendas esse ad agendam poenitentiam, nisi is, cui se iunxerāt, de hac vita decesserit. Hæc verò, quæ necdum sacro velamine rectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere, si forte nupserint ijs agenda aliquando poenitentia est. Aut igitur de nondum velatis loquitur Cyprianus, quæ tamen in proposito virginali se permanere simulauerunt, aut illius verba retro trahi oportet ad id tempus, quo nondum velatæ fuerunt.

Profert ad extremum Brentius auctoritatem Augustini. Quidam, inquit Augustinus, nubentes post votum, asserunt adulteros esse: Ego autem dico vobis, quod grauius peccant, qui tales diuidunt. Et iterum: Qui dicunt talium nuptias non esse nuptias, non mihi videntur satis acutē ac diligenter considerare, quid dicant. Ac mox: Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito feminarum non paruum malum, vt à maritis separarentur vxores, quasi adulteræ sint, non vxores, & cæt. Tandem concludit ita Brentius: Ex hac Patrum sententia, & ex alijs rationibus, quas supra cōmemorauimus, apparet, quod hæc traditio, quæ ex Epiphano proposuimus, aut non sit Apostolica, aut si est Apostolica, per peccatum non sit intelligendum tale peccatum, quod natura sua coniiciat hominem in æternam damnationem, & propter quod dissoluendum sit coniugium eorum, qui post decretam virginittatem contraxerunt: sed pro nota inconstantia, quæ etsi honesto homini non est omninō decora, tamen non est abiectio & damnatio digna. Et quæ etiam ipsa non nunquam est honesta consilij mutatio, si iuste & pie rationes ita ferant. Vellem ad scripsisses locum, vbi scribit hæc Augustinus, quæ tu citas: nam hæc in libro illius telegisse non credo. Citat quidem hæc verba Gratianus ex libro de bono coniugali ad Iulianam, cæterum ad Iulianam de bono viduitatis, non de bono coniugali scripsit Augustinus. In libro autē illius de bono coniugali hæc verba non reperiuntur, fortassis autem nec vsquam alibi. Quæ tamen posterius adfers, qui dicunt talium nuptias, & cæ.

Sectarij polygamia defendunt. Cano. 16. Conc. Chalcedonem. Aug. de baptismo paruulorum, contra Donatistas. lib. 2. cap. 3. Brentius ex Cyprianum castitatis opponat. Cyp. li. 1. epi. 11. Responsio. con. car. can. 104.

Gelasio. 23. epi. 1. pro.

Innocentius. epi. 2. cap. 12. Idem cap. 13.

Aug. de bono viduitatis. cap. 20. Quomodo Bren. Augustini citet de coniugio eorum qui vouerunt castitatem.

Responsio. Dist. 27. cap. 1. qui dicunt.

ea leguntur apud Augustinum in libro de bono viduitatis. Quomobrem autem non adscripsisti que statim sequuntur? Non possum, inquit Augustinus, dicere, à proposito meliore lapsas si nupserint feminas adulteria esse, non coniugia, sed plane non dubitauerim dicere, lapsas & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo adulterij esse peiores. Si enim quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non seruat marito, quanto grauius offenditur, cum illi ipsi non seruat fides, in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum. Cum enim quisque non reddat, quod non imperio compulsus, sed consilio com monitus vouit, tanto magis fraudari voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vouendi necessitatem. Hæc tu prætermisisti Brenti, quod ad rem tuam non faciebant. Egregium verò nuptijs vestris elogium tribuit Augustinus, quas cum adulteria quidem esse non dicat, quod tamen sint adulterij peiores, dicere non dubitat. Nec diuersum ab eo sentit Ioannes Chrysostomus, qui & ipse tales nuptias affirmat esse peius quiddam adulterio. Quomodo autem peius quiddam intelligi debeat, docet Hieronymus, dicens: Virgines, quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ. Porro ab Augustino sumus edocti, quod sicut fornicatione peius adulterij, sic adulterio peior est incestus. Ambrosius, Basilius, Theophylactus, vocant hoc genus nuptias adulterium: Hieronymo, Augustino. Chrysostomo visum est, non satis pro eo ac ipsius turpitudinem meretur, facinus istud appellari, si vocassent id adulterium: itaque peius quiddam adulterio, hoc est, incestum sacrilegium, eas nuptias appellandas putauerunt, quibus contaminat se primus auctor scilicet vestra, & complures alij, qui eum postea sunt sequuti. Sed Augustinus ais, nihilominus has esse nuptias contendit, nec à maritis separari vxores, quasi adulteras permittit. Est ita, sed eas Cyprianus, Ambrosius, Basilius, Theophylactus, quin & ipse Chrysostomus alio quodā loco vocat adulteria. Sed audi quid de nuptijs eiusmodi senserit, Sicutius, qui fuit æqualis Augustini: Manachorum inquit, quosdam atque monachorum abiecto proposito sanctitatis, in tantam potestatis demerfos esse lasciuiā, vt prius diluculo, velut sub monasteriorum prætextu illicita se ac sacrilega cōtagione miscerint: postea verò in abruptum conscientie desperatione perducti, de illicitis complexibus liberè filios procreant, quod & publicæ leges, & Ecclesiastica iura condemnant. Has ergo impudicas detestabileque personas, à monasteriorum cœtu, Ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione desistentes, purificatorio possint penitudinis igne decoqui, vt eis vel ad mortem saltem, solius misericordie intuitu, per communionis gratiam indulgentia subuenire possit. Adferunt autē ex Gregorio Burchardus, & post eū Petrus Lombardus, & frater eius Gratianus verba hæc: Viduæ à proposito viduitatis recedentes, super quibus nos cōsuluisti, credo te nosse à sancto Paulo, nisi conuerterantur, olim esse damnatas: quas & nos Apostolica auctoritate danandas, & à communione fidelium, atque à liminibus Ecclesiæ arcendas esse censemus, vsque quod obediant Episcopis suis, & ad bonum quod cæperant, inuitē aut voluntariē reuertantur. Quid igitur dicemus? Num ij quos protulimus, dissentiant ab Augustino? Num inter sanctos Doctores pugna est? Nulla prorsus, modò rectē rem accipias. Dissoluunt enim nodum hunc Petrus Lombardus & Gratianus, qui duplex vorum esse docent, quod aliud sit priuatum aliud solenne: Priuatum est in abcondito factum. Solenne verò, in conspectu Ecclesiæ factum. Priuatum vorum si violatur, peccatum est mortale: solenne verò violatur, peccatum & scandalum est. Qui priuatum faciunt vorum continentie, matrimonium contrahere non debent, qui contrahendo mortaliter peccant, si tamen contraxerint, non separantur, quia probari non potest, quod occulte factum est. Qui verò solenniter vouent, nullatenus coniugium inire queant: & si iniuerint, separantur. Videntur autem ij Doctores Innocentium sequuti, cum quo propemodum idem sentire videtur Epiphanius. Is enim adfers locum illum Pauli, de viduis, ita loquitur: Quæ promiserunt, & reprobauerunt, iudicium habent: quæ verò non promiserunt, sed coniunctæ sunt propter debilitatem, iudicium non habent: Si nanque iudicium siue condemnationem habituræ essent, quomodo dixisset, Nubant, domum gubernent? Quid autem aliud ab Innocentio quoque dictum est? Quod enim dixit Epiphanius, quæ promiserunt, dixit Innocentius, quæ Christo spiritualiter nubunt, & à sacerdote velantur, si postea nupserint publicè, non eas admittendas esse ad publicam poenitentiam, nisi is cui se iunxerint, de hac vita decesserit. Quod verò dixit Epiphanius, quæ non promiserunt, sed coniunctæ sunt propter debilitatem, hoc dixit Innocentius, quæ necdum sacro velamine rectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerint permanere: ab ijs si nupserint, agi

Aug. cap. 10. Ibid. ca. 11. Post votū castitatis contrahere, peius est adulterio. Chrysost. epi. 6. ad Theodidum lapsam. Hier. li. 1. aduersus Iouinianum. Aug. de bono coniugij ca. 3. Ambros. ad virginē lapsam ca. 5. Basi. de virginittate. Ibe. in ca. 7. ad Corinthe.

Amb. ab ipsa. Basili. ubi supra. Ibeo. ubi supra. Syri. epi. 1. ca. 6.

Bur. li. 8. ca. 45. Lomb. li. 4. sentent. dist. 18. Gratia. 23. quest. 1. viduar. Lomb. ibi. 27. dist. presbyt. Voti aliud priuati, aliud solenne continentie.

Epiph. heresi. 48. contra Brenti defenditur.

vult aliquando tempore penitentiam. Idem vult & Epiphanius, cum dicit in eo loco, quem tu citas, eam ad virginitate multo tempore penitentiam agere, & sic rursus ad Ecclēsiā induci debere. Quam pulchē conuenit Epiphaniō Græco cum Innocentio Latino? vt facillē cuius constare possit, Orientis & Occidentis eandem ea de re sententiā fuisse. Simul autem explicat Epiphanius ipse, quo sensu dixerit ea, quæ producta sunt p̄te: quin & quæ videtur inter sanctos Doctores esse pugnantiā, tollitur. Nam & Epiphanius in eo loco, quem tu profers, & concilium Ancyranum, & Cyprianus, & Augustinus; etiam si de professis loquantur, non de ijs tamen quæ publicē professæ sunt & velatæ, sed de ijs tantum, quæ necdum sacro velamine tectæ in proposito virginali, vel viduali semper se simulauerunt permanuras, loqui videntur. Contrā, qui sunt à nobis producti, de ijs dicunt, quæ publicē professæ, & habitum religionis induta, solenni se voto obstrinxerunt. Talibus, tantum abest vt nuptias permittant, vt ne ad agendam quidem penitentiam permittendas censeat, nisi is, cui se iunxerint, ex hac vita decesserit, hoc est, sicut Petrus Lombardus & Gratianus interpretantur nisi ab incesta copula discesserint. Tunc enim ille, qui se coniunxerat Monachæ, defunctus erit, cum ab illius illicitis amplexibus ea penitus recesserit. Sicut mundus ei dicitur mortuus, quem suis illecebris non adstringit: & ille perhibetur mortuus esse mundo, qui nihil in mundo concupiscit. Hæc igitur distinctio, quam non modò Petrus Lombardus & Gratianus, verum & veritiores ijs Innocentius & Epiphanius adferunt de voto priuato & solenni, si diligenter expendatur, efficit, vt quæ tu profers testimonia, cum ijs, quæ sunt à nobis producta, nihil profus pugnare videantur. Nec est, quod eam contempnam existimes. Nam præterquam quod maiore deliberatione sit solenne votum quam priuatum, nullus vt esse locus tergiversationi queat, grauiore cum offendiculo violatur. Plures enim offenduntur, si quod publicē solenniterque, quam si quod priuatum promissum est, non præstetur. Quid autem est quod sibi charitatis magis cauendum esse putet, quam offendiculum? Hinc est, quod Paulus ait: Si esca scandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Vides, vt nos exemplo Pauli ad charitatis regulam omnia moderemur, cui soli apud nos aptantur omnia, quam haud aliter quam Deum ipsum violare nefas ducimus. Num similiter & vos estis animati? Quin vobis in contrarium potius recidunt omnia: qui si minus lingua, factis tamen dicitis: Quoniam esca scandalizat fratrem meum, manducabo carnes in æternum, vt fratrem meum scandalizem. Sic omnia facitis, vt omnibus offendiculo sitis, ac ne micam quidem charitatis vobis inesse, planum orbi faciatis vniuerso. Quæ causa est, quod hæc quoque distinctionem inter priuatum & solenne votum rite profequimini. Nos vero cum ex hac Patrum sententiā, tum ex alijs rationibus quas commemorauimus, perspicuum nos fecisse iam putamus, quod hæc traditio sit Apostolica. Deique verbo nitatur, Vouete & reddite: quodque peccatum sit vtrumque siue quis post priuato, siue post solenni & publico voto decretam virginitatem nuptias contraxerit. Sed prius tamen illud penitentiæ remitti posse, contracta que nuptias dirimi non licere: ceterum quæ solenni voto virginitatem siue continentiam decreuerunt, si nuptias contraxerint eas ne ad penitentiam quidem admitti, nisi discesserint ab incesta copula: & eorum nuptias non tantum adulteria, verum etiam incesta esse facilię.

Distin. 38. li. 4. semel. 27. quest. 1. si quis.

Grands peccat-
eur conia volū
solenne quam
priuatum.

1. Cor. 8.
Catholici ebri-
tate omnia mo-
derantur, eam
non seruant
Scribarij.

Epiph. heresi.
75. Et in copen-
diana doctrina
de seide.
De traditione
ieiuniorū dicit
Brentius ex
Epiphania.

Rom. 15.
Tit. 1.

Responsio de pri-
uatiua Ecclēsiæ
abstinētia.

videbant, id eis legis loco fuit: quod ad eorum exemplū se libenter omnes componebant. Itaq; tanta fuit tum Christianorum abstinentia, sicut à Philone memoria proditum legitimus, nullus vt esset prandiorum usus: neque priusquam Sol occidisset, cibum quisquā caperet. Terrio nonnulli, quidam quarto, alij quinto, sexto demum die corpus alij cibo resciebant. Quamobrem hortati sunt magis non verbo modò, verum etiam & exemplo ad ieiunium hoc, de quo scribit Epiphanius, eos qui Christum sequebantur, quam quoddam stricteorem aliquam legem illis imposuerint. Ceterum credibile non est, quanto studio pij omnes hanc illorum traditionē amplexi fuerint, vt à temporibus Apostolorum ad hæc vsque nostra fuerit ab omnibus ferè gentibus ad Christianam fidem conuersis, ieiunium hoc diligenter obseruatum. Scis autem illud, quod diuturni mores consensu vrentium approbati legem imitantur: aut si manus nostrorum nos vt i sententijs, nec illud ignoras, quod in ijs rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorem pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaticatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Ad eò non minùs grate flagitium visum est, Ecclesiasticam consuetudinem contempnere, quam diuinā legem præuicari. Quod autem scribis, Apostolos docuisse, perpetuo ducendam esse sobriam vitam: quis est qui neget? nec aliud nunc quoque docet Ecclesia. Verum non omnes capiunt verbum hoc. Quare nostræ datum est hoc infirmitati, vt quoniam perpetuò non poteramus, certis tamē diebus abstinere, quibus Christi simul passi pro nobis & mortui memoriā recolere. Neque verò propterea certo ciborum genere abstinemus, quod omnia imunda mundis esse negemus: ipsi vos non ignoratis Brenti, quod nullos cibos esse immundos credimus, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione: nisi quod vos omnem occasionem detrahendi nobis queritis. Abstineo, inquit Bernardus, à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, simul & carnis nutriant vitia. Vides, quæ Monacho fuerit à carnibus abstinentiæ causa: eadem est & nobis, eadem fuit Apostolorum seculo, & aliquor post magnæ parti fidelium, quos non vno aut altero die, sed toto vite sue tempore ieiunasse testatur illa Bibliidis apud Eusebium verba, quæ cum interrogata fuisset, cum infantem ederet Christiani, cuius tum falso criminis insimulabantur, Quomodo, inquit, infantem ederent illi, qui ne irrationabiliū quidem animalium carnibus vtuntur? Ad eò non à quadrupedum magis aut volatiliū, quam & à piscium carnibus bona pars fidelium abstinere, pane tantum & leguminibus contenta. Ceterum qui perpetuò non possent, quarta saltem & pro sabbato, sicut erant ab Apostolis docti, ieiunabant. Nam quod hæc fuerit Apostolorum traditio, videtur etiam scribens ad Philippenses Ignatius indicare, qui tertius à Petro fuit Antiochenus Episcopus & eum sequutus Origenes.

Philo in lib. de
vita cotempla-
tiua.

De iustitia &
iure, parag. in
scripto.
Aug. epist. 86.

De loco. Omnia
munda vniuēt.

Berna. ho. 66.
in Cantica.
Euseb. li. 5. hist.
eccl. cap. 3.

Ign. epi. 4. Ori-
ge. ho. 10. in Le-
uiticum.

Aug. epistol. 86.
à breuio cita-
tur.

Responsio falli
Brentii in Au-
gust. semetia in
discanda.

Aug. li. 2. cap. 7.
li. 4. ca. 24. li. 5
cap. 23. de Bap-
tismo parvulorū.

Idem in epistol.
118. cap. 1.
Idem epistol. 86.

Cur die mercu-
rij et veneris iei-
iunetur.

Theoph. in cap.
14. Marci.

Quale autem est hoc Brenti, quod lubdis? quod Epiphanius de ieiunio quartæ & pro sabbato affirmat, hoc Augustinus aperte negat. Ego, inquit, in Euāgelicis & Apostolicis literis, totoque instrumento, quod appellant testamentum nouum, animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium: quibus autem diebus nos oporteat ieiunare, & quibus non, præcepto Domini vel Apostolorum non inuenio definitum. Quæso te Brenti, num his verbis negat Augustinus, Apostolicā hanc esse traditionē? Num quia dicit, quod eā non inuenit in Euāgelicis & Apostolicis literis, viua voce traditā esse negat? Vbi fuit mens tua, cum hæc scriberes? Nos verò nihil de temporibus ieiunij scriptum esse confitemur, & propterea traditionē esse dicimus, non scripturā. Vis autem, vt ex Augustino doceamus, quod hæc traditio sit Apostolica? Scribit is contra Donaristas: Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilij institutū, sed semper retentū est, nisi auctoritate Apostolica traditū rectissime creditur. Et alio loco: Illa quæ nō scripta, sed tradita custodimus, quæ quidē toto terrarū orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsiis Apostolis, vel plenarijs Concilij, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri. Quin is etiam alio loco causam adfert, quam obre quartæ & pro sabbato ieiunent, hanc nimirum: Quod considerato Euāgelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgò quartam feriam vocant, consilium reperitur ad occidendum Dominum fuisse Iudei. Intermissio autem vno die, cuius vespera Pascha Dominus cum Apostolis manducauit, qui finis fuit eius diei, quem vocamus quintam sabbati, deinde traditus est ea nocte, quæ iam ad sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Quam eandē de quarta feria rationem adfert Theophylactus quoque. Pergit Brentius: Fieri quidem potuit, quod ex consuetudines paulatim apud Apostolicos successores pro externa & libera disciplina inoleuerint: sed non est sentiendū, quod Apostoli ipsi has tamquam leges Ecclesiæ necessariò seruandas imposuerint. Non difficulter tibi concedimus, quod ita necessariò seruandas leges has Apostoli nō imposuerint, vt si quis ex

Ecc 2 legit-

legitima causa cibi fumpfisset aliquid constitutis ieiunij temporibus, is aeternae mortis reus esset: ceterum si quod vos facitis, contemptu legum faceret aliquis, ut a carnibus non abstineret, peccatum hoc recte Satanismum dici persuasum habemus. Omnis pulchritudo filiae Regis, dicit Pfaltes, abintus, Non esca est, quae vel commendet, vel commendat: non peccatur edendo, non peccatur abstinendo, intus in animo peccatum est, Potest quis abstinere cum peccato, potest edere sine peccato. Non quod intrat in os, sed quod exit de corde, coinquinat hominem: quod intus est, hoc vel punit, vel coronat Deus, voluntatem scilicet hominis, quia quis manducat, vel abstinere. Verum hac de re scriptissimi in Confessione nostra Christiana copiose, ad quam lectorem remittimus.

Ab soluit iam censuram suam Brentius in sanctos Episcopos, Basilium & Epiphanium Graecos: nunc se confert ad Latinos, ut in eos quoque censuram suam exercent. Ac primo loco Cyprianum aggreditur, virum non doctrina magis insignem, quam laude martyrii celebrem, quem haud aliter adoritur, atque Ioab adortum aliquando legitimus Amazan, ad quem dixit. Salue mi frater, & tennit manu dextra mentum Amazae, quasi osculatur eum, & percussit eum in latere, & effudit in escam eius in terram. Expendamus, inquit Brentius, & eam traditionem, quam Cyprianus de mixtura vini cum aqua in calice dominico scribit: hanc tanti faciunt Afoctici, ut eam etiam inter suos canones retulerint. Merito quidem Catholici traditionem hanc maximi faciunt, non solum quia tanti martyris testimonio, qui non multum fuit a temporibus Apostolorum remotus, eam a Christo profectam esse didicerunt, verum etiam quod Ecclesiae totius moribus receptam esse vident. Scribit autem inquit Cyprianus, aquam esse in Dominico calice miscendam ex ipsius Christi praecocepto & traditione. Reueremur quidem huius sanctissimi martyris auctoritatem, & amamus eum ex animo. Agnosceis Brentium dicentem. Salue mi frater, & osculum dantem, aspice nunc eundem sancti illius viri latera transigentem. Sed hoc non est ferendum, inquit, quod Afoctici abutantur auctoritate eius, ad stabiliendas suas partim ineptias, partim superstitiones & impias traditiones. Potuitne vulnus illi magis infligere capitale? Quid autem ineptum, quid superstitiosum, quid impium ex huius viri sanctissimi scriptis haurire licet? Cui non satis fuit semel impiorum gladijs occubuisse, nisi blasphemam tuam linguae mucrone Brenti, feriretur iterum. Verum ad felicitatis illius cumulum accedit & hoc, quod abs te Christi crucis & veritatis hoste maiore, quam fuerunt illi quorum opera supplicio capitis affectus erat, nunc incensitur. Nam abs te accusari, laudari est. Dissimulari non potest, inquit, quod hic martyr fuerit aliquoties in asserendis suis opinionibus paulo acrior & vehementior, id quod testificatur exemplum de Baptismo haereticorum: sed quia diuersum sentientes nec ignibus, nec Satanam tradidit, ignoscendum illi erit, quantum salua pietate fieri potest. De Afoctici autem longe aliter sentiendum est: ij enim sua dogmata ita asserunt & tuentur, ut qui diuersum docuerit, anathemate deuocatur: hoc est, igni & aqua interdicitur, & Satanam tradatur. Itaque quod in Cyp. est tollerabile, hoc in Afoctici est abominabile. In hac vna sua opinione asserenda, fatemur Brenti, quod hic S. Martyr acrior paulo fuerit, nec ex omnibus, quae scripserit, praeter vnum hoc, quicquam est reiectum: caetera omnia totius Ecclesiae iudicio sunt approbata sicut & hoc inter alia, quod nunc reprehendendum esse putas. Ceterum quid sibi vult, quod scribis, quod Afoctici sua dogmata & suas traditiones, ita asserunt, &c. Nullus ex Catholicis, quos tu lepidus admodum scurra vocas Afocticos, habet sua dogmata, vel suas traditiones: Ecclesiae dogmata sunt, quae tuemur: a qua si qui diuersum docent, si propterea fuerint anathema pronuntiati, vel Satanam traditi, quid sit aliud, quam quod praecocepit Christus, dicens: Si non audierit Ecclesiam, sit tibi tanquam Ethnicus, Quod Paulus quoque monuit, cum scriberet ad Galatas: Si quis euangelizauerit aliud praeter id, quod accepistis, anathema sit. Quod etiam ipse fecit Paulus, qui Satanam se tradidisse scribit Hymenam & Alexandrum, ut discant non blasphemare. Quid autem? An non idem vos quoque facitis Brenti, si quis ab opinione vestra dissentiat? Num opus est hic recedere, quibus aqua & igne fuerit Vuittebergae interdictum, quod ad idolo vestro dissentirent? Iam vero nonne queruntur Sacramentarii de grauiore iugo suis ceruicibus per vos imposito, quam fuerit Pontificum? de qua maiore propemodum persequutione. Scilicet si quis diuersum a vobis doceat, in eum arbitratu vestro vobis animaduertere fas est? Si quis vero pugnacia cum Ecclesiae dogmatibus adferat, durius aliquid in eum statuere fas non est? Sed non est ita saeuitum Cypriani temporibus in haereticos. Demus hoc tibi, sed statum illorum temporum considera. Durissimo tum feruitus iugo Christiani premebantur, quando suberant Ethnicis Principibus, nullum supplicij genus in horas non expectabant, cum toto die mortificaretur, estimati sicut oves occisionis. Hoc reru statu, putas

Psal. 44.
Matt. 15.

2. Reg. 20.
Brentius Cyprianum
infectatur.
De conse. distin.
2. stum.
De traditione
mixtionis vini
& aquae in calice.
Cyp. li. 1. epist. 3.
Responso pro
Cypriano contra
Brentium.

Brentius in Cyprianum & Catholicos.

Responso.

Matt. 18.
Gal. 1.
1. Tim. 1.

Cur etate Cypri non punitur haereticus.

putas tu aliud aliquid eos in haereticos statuere potuisse, quam ut eos anathemate damnarent, & de coetu piorum eiceret? Ceterum posteaquam ad Christianos imperium fuit translatus, quos insanabiles esse videbant, non satis habebant eos anathema pronunciasse, simul illis & bona confiscabantur, & aqua & igni interdicebatur. At Cyprianus, ais, ne anathema quidem quenquam pronunciauit. Quo iure autem id faceret, cum orbis magna partem a se dissentire videret? In quo Concilio statum fuit esse rebaptizandos haereticos non Occumenicum id erat, sed prouinciale: quamobrem nihil in eo definitum potuit, quod sub anathematis poena seruare tenerentur omnes. Quod autem errauerit Cyprianus, cum haereticos esse rebaptizandos cenferet, libenter tibi concedimus. Ceterum cum nondum illa questio satis diligenter pertractata, nec ab Ecclesia vniuersa quicquam de ea fuerit definitum, ignosci sibi Cyprianus merebatur. Ceterum, quod in eo tu reprehendis, in eo sibi ignosci per te non postulat, cum quod ipse sentit, idem Ecclesia sentiat vniuersa.

Pergit Brentius: Sed audiamus, quam traditionis suae rationem afferat Cyprianus: Si vinum, inquit, quis offerat, sanguis Christi, incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Habes verba Cypriani. Et si autem sentimus ipsi, non esse aqua tantum in cena Dominica vtendum, propterea quod manifestum est Christum vsum esse in vino: nec existimamus per se perniciosum esse vinum aqua parumper diluere, ac fortassis ipse quoque Christus aut ministri cena diluerunt pro more vinum aqua: sed negamus hanc traditionem vel a Christo ipso datam, vel obseruatu necessarium esse. Quae est haec aduersandi sanctis Patribus libido? Rectum esse constituit, oppugnat nihilominus. Duo vero potissimum oppugnat, quod a Christo sic institutum, & quod obseruatu sit necessarium, At prius illud asseueranter admodum affirmat Cyprianus, eadem illa vestris auribus occinens, quae vos nostris soletis: Si quis vobis annunciauerit, praeter quam quod accepistis, anathema sit. Reijcitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis. Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum audite. His ille Scripturis intonans, vrget, ut solum Christum audiamus, cui pater de caelo contestatus, ut in eo quod ipse fecit, eum imitemur, nec ab eius praecoceptis & monitis recedamus, qui calicem docuit exemplo magisterij sui, vini & aquae commixtionem misceri. Neque verò solus hoc ita sensit Cyprianus. Qui fuit quintus a Petro Pontifex Romanus Alexander: Non debet, inquit, ut a Patribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permixtum, quia vtrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Testantur autem etiam Patres in tertio Carthagineo Concilio ante 1200. anno congregati, Dominum tradidisse, ut in Sacramentis corporis & sanguinis Domini, panis & vinum aqua mixtum offeratur. Vides igitur, quod non solum Cyprianus, sed & Patres Carthag. Concilij, & eum qui viderat aequalis Apostolorum fuisse Pontif. Alexandrum, grauisimos eius rei testes habeamus, quod haec Christi fuerit traditio. Quam quod obseruatu necessarium esse negas, perquam est ridiculum. Scilicet in hoc a Christo & Apostolis eius pleraque tradita sunt, ut ea minimè sit obseruari necesse. Sed interea tamen verum est, quod a Petro Lombardo scribitur: Si quis non intendens haeresim introducere, obliuione vel ignorantia aquam praetermiserit, non videtur esse irritum Sacramentum, sed ille grauius est corripiendus. Quod si quis autem ex contemptu praetermittit, sicut ex vobis nonnulli faciunt in despectum Ecclesiae, quin grauisimum crimen designet, dubium non est. Excutit iam contra noster traditionis rationem, quam adfert Cyprianus: Multo minus, inquit, iudicamus hanc rationem quam adfert Cypri. esse probabilem. Quid enim? Num Christus in passione sua colligauit sibi Ecclesiam suam tam fragili vinculo, ut si forte minister Ecclesiae vtatur in cena vino tantum, statim Christus incipiat esse sine Ecclesia, & non habeat amplius Ecclesiam: aut si quis vtatur tantum aqua iam protinus Ecclesia priuetur suo Christo? At Paulus dicit: Mihi persuasum est, quod neque mors, neque vita poterit me separare a dilectione Dei. Et Christus ipse ait: Nemo poterit oves meas rapere de manu mea. Quid ergo de illis verbis iudicari aliud possit, quam quod incogitanti exciderint? Nihil excidit in cogitanti Cypri. Brenti, verum improbe tu facis & arrogater, qui sancti verbis alienum sensum affingis. Certum est, quod in passione sua Christus Ecclesiam suam fortissimo sibi vinculo alligatis, verum ad hac non pertinet, qui traditione illius contenti. Nec incipit esse sine Ecclesia Christus, si minister seculi offerat, quam ille docuit. Haber ille nihilominus Ecclesiam suam, quae vocem eius audit: sed eorum caput esse recusat, a quibus mandata sua negligi videt. Sensum autem horu verborum non aliunde recitius intelliges, quam ex ijs, quae scripsit Beda venerabilis in Marcu: Quia inquit, & nos in Christo et in nobis Christu manere oportet, vino Domini calicis aqua miscetur: Attestate enim Ioanne, aquae populi sunt. Et neque aquam solam, neque solum vinum sicut

Cur Bren. Cypri. suggillet.

Responso.

Gal. 1.
Matt. 15.
Mat. 7.

Alexander epist. 1.

Conc. Carthag. cap. 24.

Lib. 4. dist. 11.

Ratio Brentij contra Cyprianum.

Rom. 8.
Ioan. 10.

Responso.

Bed. 1. 14. in Marcu. Apoc. 17

nec granum frumenti solum sine aquæ admixtione & confectio in panem cuiquam licet offerre: ne talis videlicet oblatio, quasi caput à membris secernendū esse significet: & vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione saluari, ac Patri offerri posse confingat. Ex his Bedæ verbis, hanc Cypri. sententiam fuisse conijcimus, quod quando vel vinum tantum offertur, vel aqua sola, Christus caput à corpore suo Ecclesia, vel Christi corpus Ecclesia à capite suo separari significatur: quod prorsus alienum est ab institutione Christi. Hanc igitur significationem Christi capitis cum corpore suo Ecclesia coniunctionis non exprimi, quando vel vinum tantum, vel aqua tantum offertur, dicit Cyp. Vinum enim significat passionem Christi, cui nomen calicis tribui legimus non semel in Evangelio: aqua populū Christi sanguine redemptum. Quādo igitur in calice aqua vino miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quæ credidit, copulatur & iungitur: quæ significatio prætermittitur omnia mixtione. Hoc quin senserit Cyprianus, dubitandum non est. Interea tamen & illud verum est, quod si quis data opera ex mero contemptu traditionis diuine vinum tantum offert, & oblationi tali plebs consentit, quod eius generis oblatio nullum fructū adfert, vel ipsi offerenti, vel plebi consentienti. Est enim Christus pro nobis passus & mortuus, causa salutis factus omnibus: sed obedientibus sibi. Cū autem id ex mero fiat contemptu traditionis, cuius ipsum Christum auctorem fuisse credimus, nullus ex ea fructus est sperandus: Nam separare se tales à Christo videtur: quare quæ ille pro nobis fudit in ara crucis sanguinē cuius rei sit in altari representatio, fructū aliquē ex eo capere non possunt, cum sint omnium Christi meritorum expertes. Ceterum si per obliuionem aqua sacerdos vinū nō miscuerit, ipse quidē grauius peccat, ad plebē verō, pro qua fit oblatio, nihil ex eo detrimenti redundat. Neq; verō propterea Christus erit absque Ecclesia, si vel Vvitembergenses, vel Vvitembergenses ab eo deficiant, quin si, quod absit, tota Europa deficeret, relinqueret sibi nihilominus septem millia, quæ nō curauerūt genua ante Baal: & malis male perditis, sicut factum videmus de omnibus illis, qui ab Ecclesia defecerunt, vinea suam locabit alijs agricolis, qui reddent illi fructum temporibus suis: quod nunc propemodum fieri videmus in istis, quæ repetenda dicuntur, nouis insulis. Sed vos, qui præcidistis vos ab Ecclesia Dei absque Christo esse, certum est & indubitatum.

Heb. 5.

3. Reg. 19.
Mat. 21.Quomodo Brentius
simul flagellet, ac excuset
Cyprianum.Theoph. in cap.
19. 18. annis.Brentius subdo-
le tacet de sacri-
ficio.Lib. 10. de ci-
uit. Dei. ca. 20.
Lib. 4. de Tri-
nit. cap. 14.

Pergit Brentius: Sed hæc potius dicta esse volumus aduersus Aſoticos, seueros, suarum traditionum exaſtores. Quid autē ijs verbis an non ludere videtur Brentius? Suntne cuiusquam alterius hæc verba, quàm Cypriani? Num quisquam alius eis quàm tu, tam absurdum sensum affinxit? Videtur Mimus hic noster illum Retiarum representare, dicentem: Non te peto: piscem peto: cur me fugis galle? Cypriano colaphos impingit, & alios interea se petere fingit. Adfert ipse tandem Cypriani verborum interpretationem, verum sic, ut illum innuat voluisse magis hoc dicere quàm dixisse, ut nisi nobis interpretationem hanc Brentius attulisset, Cypriani verborum sensum assequi nemini licuisset. Libenter, inquit, verba eius sic interpretamur, quod cum dicit: Si quis vinum tantum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis, voluerit dicere, solum vinum non significare, Ecclesiam esse cum sanguine Christi coniunctam, sicut significaret, si ei aqua admisceretur. Et tamen ne hic quidem sensus tantū momēti est, ut cogat vinum necessariō miscendum aquæ. Quam necessariō miscendum sit aqua vinum, ex Petro Lombardo iam docuimus. Sed audi quid ea de re Theophilactus quoque sentiat: Confundantur, inquit, Armenij, qui non admittent in mysterijs aquam vino: non enim credunt, ut videtur, quod aqua ex latere egressa sit, quod admirabilis sit, sed sanguis tantum. Tameſi enim, inquit Brentius, coniunctio sanguinis Christi & Ecclesie eius, non significaretur per vinum mixtum aqua, tamen Christus ipsa cœnæ suæ institutione & commendatione significauit se coniungere nos ipsi, & nos ipsi coniungi, quod faciat nos sanguinis & corporis sui participes. Significauit Brenti, quod quæ fecit ipse, nobis quoque faciendum præcepit, ut ipsius exemplo vinum aqua miscendo, significationem hanc exprimeremus. Sed quid est hoc Brenti, quod cum in hæc ipsa bene longa toties Cyprianus oblationis & sacrificij faciat mentionem, cœnæ verō nunquam tu, tractans illius verba, cœnæ subinde meministi, sacrificij nunquam? Sudes est in oculis vestris oblationis siue sacrificij nomen, quo tamen vix quisquam est veterum scriptorum, qui non vtarur frequentissime. Sed vnde liceret agnoscere semen adulteræ, si Patrum voces non respueritis? Hoc illud est Brenti sacrificium, quo copulæ illius ineffabilis admonemur, qua se nobis & sibi nos coniungere Christus dignatus est, ut sicut ipse caput corporis Ecclesie, sic Ecclesia corpus esset capitis Christi, tam ipsa per ipsum (ut inquit Augustinus) quàm ipse per ipsam suetus offerri, vnum cū illo manens cui offertur, vnū ipse facies pro quibus offertur, vnus ipse qui offert, & quod offertur: ipse & sacerdos & sacri-

sacrificium. Hanc admirabilem vniōnem, peculiariter nobis exprimit vinum aqua mixtum: ad quam vos non pertinētis Brenti, qui non modō mixtionem hanc ridetis, verum etiam in tremendo sacrificio hoc impiè non rarō blasphematis: & ut Satanæ vobis gratiam demereamini, qui nihil magis horret quàm sacrificium hoc (passio est enim Domini sacrificium quod offerimus, inquit Cyprianus) omnem lapidem mouetis, ut illius memoriam abolere queatis. Vide autem viperam hanc quomodo locum istum concludat? Et alio qui, inquit, apud Esaiam male audit mixtura vini cum aqua: exprobrat enim Propheta Ecclesie suæ imposturas & rerum corruptionem: Argentum, inquit, tuum verum est in scoriā, & vinum tuum mixtum est aqua. Non potest quin aculeum infingat, & suum virus effundat. Multa Scripturæ loca produxit Cyprianus, quibus hanc vini cum aqua mixtionem afferere conatus est, quam hic vno hoc prolato nihil ad rem qua de agitur, pertinet, punitur infirmare: & sicut est in proverb. in fixo aculeo fugit. Ac de ista quidem traditione hæc tenet.

Libr. 2. epist. 3.

Esa. 1.

Quam inique
tractet Brenti
Augustin. de se-
rijs Ecclesie
Aug. epist. 118.

Vltimo loco sibi sumpsit arroſendum celeberrimum Ecclesie doctorē Augustinum. Sed quid est in quo tibi non satis faciat Brenti? Enumerat, inquit, & alicubi Augustinus aliquot festos dies, & affirmat eos ab Apostolis traditos. Quo nomine rectius hos homines appellaueris, quàm progeniem viperarum? de quibus traditur, quod nisi dilacerato & dirupto materno utero, in quo conceptæ sunt, nasci non possint. Sic isti non se putant in lucem pro dire, nomen quæ suum celebre posse reddere, nisi lacerent & profcindant eos quibus debent, si quem habent in sacris literis progressum: verè degeneres filij, & quantum in ipsis est, parricidæ. Sed adscribamus Augustini verba, quod magis liquere possit, num sit aliqui in ijs reprehensione dignum: Illa, inquit, quæ non scripta, sed tradita custodimus quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsa Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta reuerenti. Sicut quod Domini passio & resurrectio, & ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo Spiritus sancti anniuersaria solennitate celebrantur. Quid est in his verbis, quod non stillicis potius illustrandum, quàm obelisco notandum sit? Sed hoc non ostenditur, inquit, firmis argumentis. Quid? an potest vllum esse firmiter argumentum, quàm sit vsus totius Ecclesie? Sed teneamus, inquit, quod ipse scribit, non hoc ideo verum putandum, quod ipse ita senserit, sed tū demum accipiendum, cum id vel per Canonicos auctores, vel probabili ratione verum esse docuerit. An autem probabilis ratio non est, quæ totius Ecclesie moribus est recepta, cum ab Apostolorum temporibus vsq; ad hæc nostra semper ij dies fuerint singulari quadam solennitate celebrati. Deinde manifestum est, inquit, quod Paulus scribit? Nemo vos iudicet in parte diei festi: nō est autem verisimile, quod alij Apostoli aliud aut diuersum docuerint. De Iudæorum festis diebus loquitur Paulus: Christiani verō quod minus certos dies festos agerent, quibus memoriam Christi beneficiorum recolerent, nusquam Paulus vultit. Postremo testificatur, inquit, alij scriptores, quod nō fuerit institutum Apostolorum, leges de diebus festis, cōdere, sed veram pietatem docere. Quam delectatur hereticus hereticis sententia? Quoties autem hoc iam admonuimus, huiusmodi dies festos ad excitandam in animis hominum pietatem plurimum facere? Concludit tandem: Quare aut hæc traditio nō est Apostolica: aut si est, nō est data in perpetuā legē & singularem cultum Dei, sed tantum ad externam eamque liberam disciplinam, quæ tantisper obseruari possit, dum exercitio pietatis vtilis esset: mutari autem possit, cum inciperet pietati magis obesse quàm prodesse. Nos verō traditionem hanc Apostolicā esse teneamus, quam ipsi etiam Apostolorum temporibus obseruatam fuisse docet Ignatius: simul & illud persuasum habeamus, quod data sit in perpetuam legem & singularem cultum Dei, nam hæc ratione beneficiorum illius innumerabilium memoria nobis representatur, & ad gratias pro illis agendas mentes hominum excitantur. Quare quoniam nihil esse potest exercitio pietatis vtilius, perpetuō nobis hæc traditio veniet obseruanda. Et quia nullum vnquam tempus euenire poterit, quo pietati officere queat beneficiorū Dei recordatio, nunquam eam nobis mutare licebit.

Col. 2.

Igna. ad Philip.

Audiamus iam Epilogum Brentij: Quæ cum de traditionibus ita se habeant, inquit, manifestum est, quod cum Aſotici dicunt, veritatem Evangelij non tantum in scriptura sacra, verum etiam in traditionibus sine scripto contineri & sacram scripturam per traditiones interpretandam, adeoque traditiones certissimum fidei fundamentum esse, Satan meditetur primum quidem abolitionem, aut saltem extremum contemptum sacre scripturæ, deinde æternam Ecclesie internotionem. Cogitat enim Ecclesiam à certissimis ad incertissimas, à celestibus ad elementa huius mundi, à diuinis ad humana, deniq; ab oraculis Spiritus sancti ad somnia & deliria prophana carnis abducere. Ne istud

Epilogus Brentij.

*Responsio.**Epilogus.*

Deus clementissimus sinat, Ecclesiam sanguine filij Dei redemptam, & electā eius sponsam, ac scripturam cœlestibus testimonijs confirmatam, & Ecclesie summi thesauri loco diuinitus commendatam in tantum periculum venire, vt illa quidem fundamenta æternæ suæ salutis ex incertissimis hominum dogmatibus petat, hæc autem vanissimis Afotorum somnijs subijciatur. Vide quæ sit hominis impietas? De traditionibus Apostolorum loquitur, & audet eas vanissima Afotorum somnia vocare? Etiam Apostoli iam illi sunt Afoti. Sed nostrum vicissim epilogum Sereniff. Rex audire ne graueris.

Ex ijs, quæ de traditionibus hætenus per nos dicta sunt grauissimorum, doctissimorum, sanctissimorumque Patrum testimonijs, quorum iam inde à mille trecētis & amplius annis in Ecclesia Dei sacrosancta semper fuit auctoritas, planum à nobis factum est, quod veritas Euangelij non tantum in scriptura sacra, verum etiam in traditionibus sine scripto continetur: quodque non aliud magis hæreses natae sunt, quam ex eo, quod secundum suum sensum, non autem secundum eum, qui nobis per longam successiōnem Episcoporum & Sacerdotum à Patribus nostris, per manus traditus est, scripturas interpretari licere sibi quisque voluit: vt si quis certissimum fidei fundamentum esse traditiones dixerit, à verò nihil aberrauerit. Nam & primæ fuerunt in ædificatione domus Dei, quæ est Ecclesia, cum illis ædificata fuerit Ecclesia, priusquam extaret vlla scriptura. Et sicut labefactato fundamento, quicquid superstruxeris, corrui: sic vbi labefactæ sunt traditiones, nihil ibi firmum in fide, nihil fixum & stabile videre licet. Has igitur traditiones cum summo studio Satan abolere meditatur, nihil aliud quam æternam interuentionem Ecclesie meditatur: cuius cum salus non aliunde magis pendeat, quam ex iugi & ea grata beneficiorum Christi recordatione, qua sit vt eius ineffabilem in nos amorem animis nostris subinde recolentes in illius vicissim amore rapiamur, à quo sic nos amatos esse recordamur, cum non modò quos amaret, indigni, verum etiam quos æternis afficeret supplicijs, digni fuisset. Quæ cum vnica sit via eò ascendendi, vnde nostra causa Dei filius descendere dignatus est, vt sicut illum de cœlo charitas detraxit, sic nos vicissim in cœlum charitas attraheret: hanc nobis felicitatem Satan inuidet, quod nihil ei molestius accidere possit, quam vt ex quibus ille meritò suo deiectus est, illis nos potiri sedibus contingat. Quamobrem hæc agit sedulo, quando quidem ad accendendum in cordibus nostris amorem redemptoris nostri nihil equè facit, atque iugis memoria beneficiorum illius, vt ea prorsus extinguat, & obliuione quadam obruat sempiterna. Intelligit autem hoc sibi tantò difficilius esse, quod ea non modò monumentis literarum consignata, verum etiam prædicatione, dierum obseruatione, signis, imaginibus gestu, habitu, varioque ritu & ceremonijs sic auribus inculcata, sic oculis ingesta, sic mentibus hominū impressa videt, vt sine magno negotio, quod meditatur, præstare non possit. Quid igitur? Verissimè scriptum est: Erat autem serpens callidior cunctis animantibus. Nulla est astutia tanta, quæ cum Satanæ possit astutia comparari, qui non aliunde, quam ex fraude, dolis & fallacijs constat. Nunquam is aperto Marte congregitur, verum quibuscum illi res est, eos ex insidijs adoritur. Transfiguratur se plerumque in Angelum lucis, nihil minus præ se ferens, quam quod animo clausum gerit. Perspicit ille, quod istis dierum obseruationibus, quibus beneficia Christi natiuitatis, passionis, resurrectionis, in cœlum ascensionis, Spiritus sancti missionis, nobis in memoriā reuocantur: tum & signis ac ceremonijs ab Ecclesia receptis altius insiguntur nostris pectoribus eorum recordatio quam vel scriptura, vel prædicatione, vt quoad ista, quæ traditiones non scriptæ vocantur, abolita non fuerint, nulla sit spes ea quæ meditatur, perficiendi. Quare fingit se maiestatem diuinorum oraculorum, quæ literis madata sunt, tueri velle, cui per hoc genus traditiones plurimum detraharur: de illis itaque conuellendis prima illi cura est, quod per eas beneficia Christi memoriā penitus mentibus hominum insigi videt, cum præsertim in Ecclesia multò maxima sit pars rudium & imperitorum, qui neque scripturas legere sciunt, neque sermonibus audiendis vacare semper possunt. Sicutaque secum cogitat: Si sustuleris ea initio, quæ cum nunquam non ingerantur oculis rudium, memoriā Christi beneficiorum eis excidere non patiuntur, non parum profeceris. Nam quod ad scripturas & ad prædicationem attinet, non perinde mouetur ijs vulgus, cum non aequè intelligat, vel quæ dicuntur, vel quæ scribuntur omnia: & sunt multò plures, qui legere nesciunt, neque datur omnibus audiendi facultas: Deinde verò suus erit & ijs euertendis locus, nisi quod non omnia simul tentanda sunt, verum ille potius imitandus est, qui caudæ pilos equine paulatim vellebat. Quid autem? An non successit Satanæ suum consilium? Qui nihil aliud initio se meditari simulabat, quam vt externos ritus & ceremonias, vt dierum obseruationes, vt externum sacerdotium & sacrificium abrogaret, num in hoc acquieuit? Quin is ulterius progressus, tandem fa-

*Quibus artibus
Satan memori-
am & reueren-
tiam sacrorum
abolere conetur*

*Gen. 2.**2. Cor. 11.*

cessere iussit externum quoque verbi ministerium, quod sic locus esset internæ Dei inspirationi. Quantum autem hac parte profecerit, obscurum non est, cum auctoritate verbi Dei, sublata sit apud multos prædicatione verbi Dei. Sed nec intra has metas consistit: Postea quàm sustulit externa signa, sustulit & prædicationem externam, simul etiam ad scripturas ipsas abolendas studium suum contulit. Nam cum persuasisset hominibus, omnia hæc externa signa, infirma quædam & egena esse elementa, ad quæ conuertitur, quibus seruire Paulus venter, quoniam & literas infirma vocant elementa Grammatici, quibus constant scripturæ diuinæ, etiam has tanquam infirma & egena elementa conatur in contemptum adducere, quod sic tandem & ijs abolitis, eò perueniat, quod statim in iurio cogitabat, vt memoriam Christi beneficiorum omnem funditus deleat. Vides pietiss. Rex, quorsum eat Satanæ? Initio traditiones tantum oppugnabat, mox & prædicationem & scripturas abolere conatur. Elementa sunt traditiones? elementa sunt & literæ, quibus constat scriptura. Quamobrem vbi prohibet Paulus, ne conuertatur ad egena & infirma elementa, quid aliud secundum istos, quam ne ad scripturas conuertatur, prohibet? quæ magis etiam vilitate vocantur elementa, quam quæcumque tandem ceremoniarum. Vides, quem ad modum euertere traditiones, ad scripturam etiam abolendam est fenestram aperire? Inde cœlestes Prophetæ, inde nobis nati sunt Suenckfeldij. Euangelium igitur aboleri, quisquis traditiones aboleri, ac quod verissimè scriptum est à Basilio, fidei prædicationem ad nudum nomen contrahit. Quare tutissimum fuerit Afotorum istorum vanissima somnia contemnere, qui tantoperè traditiones oppugnant, & Spiritum sanctum audire per Paulum nos monentem: Itaque stare, & tenere traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Nihil est, quod separemus ab inuicem, quæ coniuncta Deus esse voluit. Non abducit à scriptura, qui cum scriptura teneri vult traditiones, per quas scripturas permultum & lucis & roboris accedit. Nam sicut scripturæ traditionibus, ita scripturæ traditiones illustrantur, & esse firmiora consueverunt, quæ varijs modis inculcantur, quam quæ per solam scripturam ad memoriā hominum reuocantur, cum præsertim non defuerint viri sapientes, qui magis probaret contemplationem, traditionemque veritatis in animos, quam in libros, quod mirus tenaciter hereret in memoria, quæ scripta, quam quæ tradita essent. Quæ causa etiā fuisse Lycurgo putatur, quod quas considerat leges, eas literis madari nolebat: quod si ex animis in animos transfusa essent, plus eas firmitatis habituras persuasum haberet, quam si fuissent in literas redactæ. Quæ non ideo commemorantur à nobis, quasi nos consilium sancti Spiritus non laudemus, qui quæ principio per Patriarchas & Prophetas, deinde per ipsum Dei filium Dominum nostrum Iesum Christum, postremò per Apostolos & Euangelistas dicta sunt & facta, monumentis literarum consignari voluerit: sed quod hoc quoque nomine satis laudare sancti Spiritus consilium non possumus, quod non contentus hac vna ratione nobis ea patefecisse, traditiones etiam non scriptas adiungendas putauerit, quibus magis etiam atque magis & explicarentur & inculcarentur, simul tenacius mentibus nostris infingerentur, quæ sunt nobis ad salutem nostram necessaria.

*Basili. de Spiritu
sancto. cap. 27.*

1. Thess. 2.

*Plato in Phe-
dro, & epist. 2.*

LIBRI QVARTI FINIS.

LIBER

LIBER QVINTVS DE CA-
THOLICA ECCLESIA, AVCTO-
RE STANISLAO HOSIO EPIS-
COPO VVARM IENSI.

*Hæretici quoque
sibi nomen Ec-
clesia vendicant*

*Lact. li. 4. cap.
30. diuinarum
institutionum.
Cyp. ad Lubai-
num.*

*Hilar. ad Con-
stantium.
Aug. epist. 50.
166. ad libi.
Bern. ser. 66. in
Cantica.
Matt. 5.
Pauperes de lug-
duno Picardi.
Lutherus.*

*Aug. de agone
Christiana c. 29*

*Lutheri soboles
quannus dissen-
siant Ecclesie no-
men arrogat
sibi.*

Suenfeld.

SIMIAE cum sint simia, videri tamen homines affectant: sic hæretici cum sint hæretici, cum sint suo ipsorum iudicio cõdemnati, cum ipsi se præciderint, ipsi se è cœtu piorum, quem vocamus Ecclesiam, eiecerint, dici tamen & videri volunt Ecclesia. Neque verò nouum hoc est & inusitatum. Mille iam & trecenti propè anni intercesserunt, cum scriptum est à Lactantio, quod singuli quique cœtus hæreticorum, se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant. Quo vetustior etiam Cyprianus de Nouatiano memoria prodidit, quod more simiarum, quæ cum homines non sint, homines imitatur, cum ipse in Ecclesia non esset, imò adhuc insuper contra Ecclesiam rebellis exstitisset, hoc sibi vendicabat, ut apud se Ecclesiam esse diceret, ac nos hæreticos faceret. Suo quoque seculo narrat Hilarius, quod Antichristi synagoga se Christi Ecclesiam esse mentiebatur. Et de Donatistis scribit Augustinus, quod Ecclesiam in Africa tantum esse, eaque non tota, sed in parte Donati modò contenderent. An autem Bernardi quoque temporibus non fuerunt quidem, qui se vocabant Apostolicos, qui se Ecclesiam esse dicebant? sed contradicebant ei, qui dixit: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Horum temeritatem imitati sunt proximis superioribus seculis pauperes de Lugduno, quorum nunc Picardi sunt soboles, qui & ipsi seorsum Ecclesiam colligunt, & ab ea Catholicos & Orthodoxos excludunt. Nihil itaque noui fecit nostra tempestate Martinus Lutherus, qui cum se nefario scelere ab unitate Catholica, tanquam ab area Dominica separasset, suo cœtui, quem collegerat, Ecclesiam nomen vendicauit. Sed præclare de Donato scripsit Augustinus; quod sicutis Christum diuidere conatus est, sic ipse à suis quotidiana concisione diuiditur. An autem idem Luthero non accidit? Conatus est ita diuidere corpus Christi, an vicissim à suis quotidiana concisione non diuiditur? Primus hic orbi Christianum in dicta causa condemnauit, & ab eo se nefaria præcissione separauit. An autem quod ipse licere sibi voluit, idem sibi quoque licere debere non contendebat Carolostadius, Zuinglius, Oecolampadius, Caluinus, & alij, qui sunt sectæ Sacramentariæ? cum nec doctrinam, nec impietate minus profecissent, quam Lutherus. Fecerunt & ipsi sibi profana conuenticula, quam vocauerunt Ecclesiam: seque non minus ab ipso Luthero, quam ab orbe toto Christiano diuiserunt. Neque id non optimo iure. Nam si licere sibi voluit Lutherus orbem Christianum inauditum condemnare, & ab eo se per nefarium scelus separate, quid ni licere sibi vellent itidem viri illi docti, ut sicut in alijs multis ab orbe Christiano, sic in præcipuo quodam religionis nostræ capite ab ipso etiam Luthero dissentirent? Qui certe moleste ferre non debuit, quando quidem ipse persuasum habuit, se plus in scripturis videre, quam tot seculis viderit orbis Christianus vniuersus, sic persuasum de se quoque viri illi docti habuerunt, se vidisse aliquid, quod videre Luthero nondum contigisset. Hallucinari potuit, quin hallucinatus est, si Luthero credimus, in multis totus orbis Christianus: cur non æque potuerit hallucinari, vel vna saltem aliqua in re, Martinus Lutherus? Doctus ille quidem, cautus & prudens apud semetipsum, sed homo tamen. Certe scriptum est: Si alij reuelatum fuerit sedenti, prior Propheta taceat. Nulla fuit Luthero causa, quam obrem sic excaudesceret contra sodales suos, cum præsertim hunc ei honorem haberent, quod eum sibi videri demonstratorem fuisse faterentur, sicut in operis huius initio demonstrauimus. Eundem honorem habet illi quoque Balthasar Pacimontanus, quem primum volunt ætate nostra pridem sopiros ignes Anabaptistarum excitasse. Vidit ita habere suam factionem Lutherum, habere suam & Zuinglium, non impunè modò, verum etiam cum quadam sui nominis laude. Cogitabat & ipse secum: Quid impedit, quò minus & nos celebri nomen nostrum ad posteros transmittamus? Cur & ipsi non congregemus cœtum aliquem, sicut Lutherus & Zuinglius fecerunt, seorsum ab orbe Christiano, sic nos quoque seorsum & ab orbe, & ab illis: ut habeamus & ipsi nostram Ecclesiam, & ad istorum impietatem amplius etiam aliquid addamus. Quid autem? Nū idem à Sueckfeldio quoque,

quoque, num idem à Campano & Serueto, & alijs plerisque factum nõ est? Et est quicquam ex ijs, qui suum cœtum non vocari velint Ecclesiam? Verum dicit aliquis, Hos pro suis Lutherus non agnoscit. At illi ex magna parte Lutherum ducem & antesignanum suum agnoscunt. Sed veniamus ad eos, qui sunt circa controuersiam Lutherani. Flaccus nõne seorsum colligebat Magdeburgi? quando quidem & Interimistas Lipsenses, & Adiaphoristas VVirtembergenses è cœtu suo eiecit. An alibi non idem fecit Osiander, qui suos etiam hortatur, ut ne credant Philippianis contra se, propterea quod sunt plures: alioqui Papa, inquit, creditis & Concilio contra Philippianos, cum sint multò plures, quam Philippiani. Ita seorsum Philippus, seorsum Flaccus, seorsum colligit Osiander. Sed & Brentium seorsum à Philippo colligere, non obscure indicat seorsum ab eo conscripta Confessio, & Patribus in Synodo Tridentina oblata, tum quod in iustificationis articulo non cum Augustana, sed cum Osiandrina confessione sentire videtur. Sic suam Philippus, suam Brentius, suam Flaccus, suam Osiander habet factionem; nec est istorum quicquam, qui suam non cupiat vocari Catholicam Ecclesiam. Sic euenisse videmus, quod scripsit Augustinus, quod à suis quotidiana concisione diuiditur Lutherus, nam ipse dies plures eorum sectas expectamus. Neque verò mirum id alicui videri debet, quod hæretici tanto perè contendunt id, quod non sunt, videri. Nam sicut ad impugnandam legem verba legis, quemadmodum ab Ambrosio scriptum est, sic ad euerendam Ecclesiam nomen Ecclesie obtendere conantur: adeo quod de se suisque profert ex Paulo Brentius: Angelus Satanæ transfiguratur se in angelum lucis. Nam si talem se, qualis est, exhiberet, non facile cuiquam imponere posset. Quamlibet infesti sint hostes Ecclesie, non tamen ignorant, quanta sit illius auctoritas. Sciunt eam esse corpus & plenitudinem Christi, columnam & firmamentum veritatis, perpetuum habitaculum Dei viui. Sciunt ab illa se scripturas habere: sciunt illi peculiariter sanæ intelligentiæ lucem esse promissam: sciunt, qui in sinu eius continentur eis, non posse non constare veritatem: denique sciunt, quod extra illam haud aliter, atque olim extra arcam Noë, salus non est. Hæc itaque cum eos minime lateant, cupiunt & ipsi membra corporis huius videri, neque minus quam Orthodoxi, nomen Ecclesie Catholice sibi vendicant, quod inter alios Brentius quoque, magno perè contendit. Sed ipsum ea de re disserentem audiamus.

Si quidem, inquit, nomen ipsum tam Ecclesie, quam Catholice consideraueris, non est eruditus ignotum, quod latissime pateat. Psalmus meminit Ecclesie, hoc est, congregationis malignantium, & odit eam. In Actis Apostolorum Scriba vocat cœtum suum Ethnicorum Ecclesiam. Catholicum autem significat vniuersale. Et quia in cœtu humani generis iam inde condito orbe nihil est magis Catholicum, nihil vniuersalius & generalius, quam peccare hypocritis, & idolomania studere, rapere, furari, occidere, iniudicare, adulterium committere, imposturis operam dare, & alia scelera designare: idcirco si quis hypocrita aut idololatra, aut raptor, aut homicida, aut adulter, aut impostor se in impietate & scelere suo sectari Ecclesiam Catholicam profiteretur, sceleratè quidem faceret, nõ autem falsò loqueretur. Quod si hac significatione Afotus & sodalitiū eius iactauerint se esse membra Ecclesie, & si de sortis eorum dolemus, tamen nemo hominum credo, impedit, quò minus catholici vocentur.

Videtur hic homo non aliunde quam ex felle constare, tantum est in illo amarulentia. Ceterum vtrumque tam Ecclesie quam Catholice nomen, latissime patere, dubium non est. Quam enim Ecclesiam Græci vocant, Latine dicere possis euocatam cõcionem, ex quibuscunque tandem ea sit euocata, siue ex Ethnicis, siue ex Christianis, siue ex pijs, siue ex impijs. Sed & Catholica Græcè dicitur, quæ Latine vniuersalis, hoc est, sicut Augustinus interpretatur, toto orbe diffusa: Quia diuersorum, inquit, hæreticorum Ecclesie idè Catholice non dicuntur, quia per loca atque per suas qualque prouincias continentur: hæc verò à Solis ortu vsque ad occasum fidei splendore diffunditur. Dicimus autem, catholica fides, catholica Ecclesia, catholicus homo. Ceterum catholicus adulter, catholicus impostor, catholicus homicida, non dixit quicquam catholicus. Brentius est qui ita loquitur, quem nos cuperemus quidem, fidem habere catholicam, ut ad Ecclesiam catholicam pertineret, & catholicus dici posset: sed si non vult quicquam habere eum. Catholicis commune, præter quorundam in Ecclesia Catholica crimina, qui sumus nos, qui quo minus nouè doctrinæ assertor nouo loquendi genere à se excogitato sit catholicus, impedire queamus.

*Campanus,
Seruetus.*

*Myricus,
Osiander.*

Philippiani.

Brentius.

*Cur hæretici la-
borent Ecclesie
nomen arrogare
sibi.*

*Amb. in cõmet.
epist. ad Tit. c. 3
1. Cor. 11.*

*Ephes. 1.
1. Tim. 3.*

Gen. 7.

*Brent. ser. de Ec-
clesia, & Catho-
licis.
Psal. 25.
Actu. 19.*

Responsio.

*Quid Ecclesia,
& cur catholi-
ca dicatur.*

*Aug. ser. 121. &
ser. 131. detem-
pare.*

*Brent. de nomi-
ne Catholice.*

Pergit Brentius: Quibus autem temporibus Arrius summa Christianismi calamitas, cepit virus suum in veram Ecclesiam Domini euomere, obrinuit vsus, & publica leges postea confirmarunt, ut Catholici dicerentur, qui vniuersam doctrinam Prophetarum & Apostolorum de vera & æterna diuinitate Christi filij Dei sequebantur: hæretici vero, qui

Id, qui Arianam impietatem, aut aliam doctrinam pugnantem cum Prophetica & Apostolica profitebantur. Itaque si hoc vult de Catholica Ecclesia loquendum est, nihil minus quam catholicum cognomen in Arotum & sodalitiū eius competit. Imò verò in te trunq̄ue sodalitiū Aroticum, nihil minus quam Catholica nomen competit. Sed causam expendamus, quam obrem in nos Catholici cognomen competere negat. Etsi enim, inquit, videntur sibi egregiè de æterna diuinitate Christi sentire, tamen quia transferunt officium, quod solus habet Christus verus Deus & homo, in humana opera, idcirco aut habent Ethnicas de diuinitate Christi cogitationes aut aliud verbis profitentur, aliud in latebris cordis sentiunt: & sequuntur multas impietates, quæ manifestè cum vera doctrina Prophetarum & Apostolorum pugnant. Hoc verò falsum est Brenti, quod nos transferamus officium quod solus habet Christus in humana opera. Quicquid est propitiationis, Christo tribuimus, qui factus est propitiatio pro peccatis nostris: illud subinde Psalmi vsurpantes, Apud te propitiatio est: & ab eodem Dauide docti sic Deum alloquentes, Domine misericordia tua in æternum, opera manuum tuarum ne despicias. Quæ verba sic intelligimus, quemadmodum ea celebris Ecclesie Doctor Augustinus interpretatus est: qui cum his verbis Deum deprecans quique nostrum vitur. Non dico, Domine ne despicias opera manuum mearum, non me iacto de operibus meis. Exquisiui quidem Dominum manibus meis nocte coram eo, & non sum deceptus: sed tamen non commendo opera manuum mearum. Timeo, ne cum inspexeris, inuenias plura peccata quam merita: Hoc solum rogo, hoc dico, hoc impetrare desidero, opera manuum tuarum de despicias. Opus tuum in me vide, non meum. Nam meū si videris, damnas: tuum si videris, coronas: quia & quæcunq; sunt bona opera mea, abs te mihi sunt, & ideo tua magis quam mea sunt. Num ita dicentes aliquid operibus tribuimus, quod solius est Christi? Nostra de operibus doctrina Brenti, hæc est, quod quatenus nostra sunt, quamlibet esse bona videantur, nihil tamen nobis profunt: ad vitam æternam consequendam: quatenus autem Dei sunt, quatenus opera sunt manuum illius, ex ipsius beneficentia singulari, & iustitiæ titulo, & mercede regni celestis digna habentur, Dei autem sunt, & quod ea Deus operatur in nobis, & quod quicquid est in eis dignitatis, non est aliunde, quam ex eo quod sunt respersa pretio Christi sanguine: cui debemus, quod ea facientes, regni celestis præmia consequimur. Nam absque eo si esset, quicquid per omne vitæ nostræ tempus & faceremus & pateremur, ne minimum quidem nobis prodesset ad gaudia regni celestis assequenda. Quare sicut ab Alberto Magno scriptum est, iustitia meritum Christi fulget in virtutibus Sæctorum. Tolle iustitiam hanc ex eorum virtutibus, damnavi poterunt, seruari non poterunt. Remota enim illa, omnis iustitia nostra, mera erit iniustitia. Nullum enim à hominibus exire potest opus, quod si in se censetur, confusionem iustam non mereatur. Docemus igitur nos, quod in Scripturis legimus, datam iri mercedem regni celestis operibus nostris: verum non propter eorum, quatenus à nobis proficiuntur, dignitatem, sed propter Christum, cuius manuum opera sunt: ipse est enim, qui viuens & habitans in nobis operatur ea: propter Christum, ad quem operantes respicimus: propter Christum, qui dixit: Merces vestra copiosa est in cælis: propter Christum, de quo seculis iam aliquot cantatum fuit apud vos vernacula gentis vestræ lingua, quod nisi natus puer ille fuisset, omnes eramus perituri. Nam nisi factus homo lauisset nos à peccatis nostris in sanguine suo, nisi dedisset semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum quid aliud essent vniuersæ iustitiæ nostræ, nisi pannus menstruatus? Quæso te Brenti, quid est in hac doctrina nostra, quod arrodere queas? Num ita dicentes transferimus in opera humana, quæ solius Christi sunt? Certè quicquid in illis dignitatis esse dicimus, id omne non in alium, quam in Christum transferimus. Sic autem docti sumus, non à priscis tantum illis Patribus, verum etiam ab ijs quos vos contemnitis, sanctis monachis & doctoribus, Thoma Alberto, Bonauenfura, Scoto, Guilhelmo Parisiensis, Guilhelmo Durandi, Gabriële Biel, Gersono, Dionysio Carthusiano, qui floruerunt illis temporibus, quibus vos Euangelij lucem extinctam fuisse vultis: quorum testimonia produximus in Confessione nostra Christiana, vbi copiosè locum hunc tractauimus. Falso itaque nos in simulas, quod transferamus officium, quod solus habet Christus, in opera humana. Quin vos estis potius Brenti, qui Christi gloriæ detrahitis, qui crucem eius, quantum in vobis est, euacuat, qui sanguinis eius pretium immunitis. Cui namq; detrahitis, quando regeneratorum operibus detrahitis? Cui, nisi Christo qui vivit, qui habitat, qui operatur in illis? Cuius, nisi Christi meritis & dignitati detrahitis, cum operum, quæ sunt ab illis, meritis detrahitis? Vnde enim meritum operum nostrorum? vnde di-

Responsio.

Ratio Brentij.

Responsio.

1. Ioan. 2.
Ejal. 139.
Ejal. 137.

Augustin.

Summa doctrinae Catholice de operibus.

Alb. Mag. dicit. 3. g. 2. in 29. dist. Petri Løb. li. 2.

Matt. 5.

Apo. 2. Tit. 2.

Esa. 64.

Confess. Polon. cap. 73.

Qui Christi crucem, meritis et gloria propriè detrahant.

de dignitas eorum? Non aliunde, nisi ex precio sanguinis Christi, quo respersa sunt. Illius itaq; dignitati derogatis, quando nostrorum operum in fide factorum dignitati derogatis. Tolle pretiū hoc ex operibus nostris, non erit in illis meritū, nisi forte gehenna. Habes, quæ sit nostra de operibus sententia, simul & illud ex his intelligis, impudens esse mendacium tuum, quod scribis, habere nos Ethnicas de diuinitate cogitationes, & aliud verbis profiteri, aliud in latebris cordis sentire. Vestrum fuit hoc semper, & est hereticorum proprium: nos quod corde credimus, ore confitemur. Est & illud falsissimum, quod scribis, sequi nos multas impietates, nullam enim proferre potes.

Ex his itaque falsis præmissis tuis, falsam esse constat conclusionem illam tuam. Quare cum nos diuina clementia eam teneamus de Christo & diuinitate ac officio eius, ac de omnibus reliquis articulis veræ religionis sententiam, quam nobis tradit Prophetica & Apostolica doctrina, & quam tenuit semper vniuersa verè pforum Ecclesia, iam inde ab initio totius orbis, nomen Catholice Ecclesie illis quidem optimo iure admimus, nobis autem rectè vindicamus. Quæ est huius hominis arrogantia? quæ sui obliuio? Quis autem Brenti iudicem te constituit? & quidem orbis totius Christiani iudicem, quem ausus es etiam inauditum condemnare. Sed si vera est de articulis religionis sententia, quam tenuerunt Simon Magus, Marcion Manichæus, Petrus Adelherdus, Ioannes VVidess, Quintilianus, Pauperes de Lugduno, Eunomius, Iouinianus, Eustachius, Vigilantius, Petrobussiani, Aerij, Felix, Iconomachi, Berengarius, & qui cum istis alijs faciebant, rectè vobis nomen Catholice vindicatis Brenti: Ii sunt enim Patriarchæ vestri, de quorum successione gloriari verè potestis, cum in eorum impios errores successeritis. Sin autem ea potius est vera sententia, quam de religionis articulis tenuerunt. Simon Petrus cum Apostolis, cum Clemente successoribusq; suis omnibus in hunc vsque diem Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Epiphanius, Bernardus, & alij sancti Doctores Ecclesie (longum enim esset omnes enumerando recensere) quos etiam vos pro Catholicis habetis: quandoquidem ab horum doctrina discessistis, illo rum autem errores aperte profiteamini, dic iam ipse tu Brenti, qui fuerunt illi, quorum vestigijs inceditis? Pudet te proloqui? At magis pudere debebat, quod eorum errores amplexus es. Sed quando tu non vis, dicemus nos: Fuerunt orbis totius Christiani iudicio hæretici. Et vos igitur, quando cum illorum doctrina consentitis, à Patrum verò nostrorum sententia disceditis, quos tamen Catholicos fuisse negare non potestis, hæretici estis, non Catholici, falsoque vobis Catholicorum nomen arrogatis.

Nunciatum nobis Brentius Catholicam Ecclesiam desinere: Nos nunc, inquit, nomine Catholice Ecclesie, intelligimus eum hominum cœtum, qui verè credit in Christum, Patriarchis olim promissum, per Prophetas annunciatum, & per Apostolos in vniuerso mundo prædicatum ac diuulgatum. Producit postea loca scripturæ, quibus id probare conatur. Atqui Brenti in Christum Patriarchis olim promissum, per Prophetas annunciatum, per Apostolos prædicatum, credere se verè profitentur nostro seculo, qui nō à nobis magis, quam à vobis de præcipuis dogmatibus religionis nostræ dissentiant, Sacramentarij, Anabaptistæ, Picardi, cœlestes Prophetæ, Suenckfeldius, & alij. Quin & olim in Christum verè se credere professi sunt Manichæi, Pelagiani, Donatistæ, Nouatiani, & multi alij hæretici: num igitur omnes ij sunt, & fuerunt Ecclesie Catholice membra? quod tu quidem concedere videris, qui nomen Ecclesie Catholice tam late patere vis, ut omnes in Christum credentes ad eam pertinere dicas. Quamuis enim illud negari non possit, quod qui verè credit in Christum, Ecclesie Catholice membrum sit, quis est tamen hæreticorum, qui se non verè profiteatur in Christum credere. Quam obrem rectè Augustinus inimicū & defensorem, cuius in Psalmis fit mentio, vult hæreticū intelligi. Nam & ipse, inquit, est inimicus & defensor, qui fidē Christianam cum oppugnet, videtur defendere. Non multos reperias hæreticos, qui se non profiteantur in Christum credere, tanto nocentiores, quod hoc solo nomine minus cauentur à fidelibus.

Ac fatemur quidem, inquit Brentius, quod præcipue in publica pace & tranquillitate multi impij, hypocritæ, & impenitentes, qui verbis tantum Christum & Euangelium eius confitentur, corde autem alieni sunt à Christo, non tantum admisceantur veræ Catholice Ecclesie, sed etiam tanta sint hypocrisi, tanta potentia & auctoritate, ut fiant externi gubernatores Ecclesie, ac videantur in vero populo Dei, qui est verè Catholica Ecclesia, longè omnium primi. Si fateris hoc Brenti, cur igitur paulò antè, cum idem diceret venerabilis vir Petrus à Soto, sententiam illius damnabas, & solos electos ad Ecclesiam pertinere, nec ad alios, quam ad illos iudiciū de doctrina religionis referri debere contendebas? Verum audiamus eū reliqua persequentem. Sed hoc utrunque se habeat, inquit, certè firmū fixiq; manes, quod qui nō verè credit in Christum, non sit verè veræ

Conclusio Brentij.

Responsio, Brentium cum suis falsò sibi vindicare nomen Catholicum.

Quid Brentio Catholice Ecclesie.

Responsio.

Augu. in Ejal. 8.

Brentij verba.

Catholicae Ecclesiae membrum, nec vere fruatur eius Ecclesiae beneficijs ac prerogatijs coram Deo, etiam si videatur summus in Ecclesia monarcha.

Responsio de malis in Ecclesia.

Certum est, quod viuum Ecclesiae membrum non est, qui non vere credit in Christum: quoniam verò quis credat, quis non credat, solus ille scit, qui scrutatur corda & renes: nihil impedit, quod minus eum, in quo publicam & legitimam professionem fidei & vocationem agnoscimus, pro vero Ecclesiae membro habeamus, etiam si coram Deo verum membrum non sit: Quin si talis ad Ecclesiae gubernacula federet, propter hypocrisis eius non erit statim irritum, quod ab eo gestum fuerit. Nam vt verum illud sit, quod coram Deo non recte fruatur Ecclesiae beneficijs & prerogatijs, recte tamen fruatur coram hominibus, & siue baptizauerit, siue cōsecrauerit, siue absoluerit, siue ius dixerit, hypocrisis hęc eius nihil impedit, quod minus Ecclesiam munera integra perficiat. Haec tamen autem coram Deo non recte fruatur, quod dum talis est, non aliam habet, quam expectet suae functionis mercedem, quam poenas gehennae sempiternas. Docet hoc autem Caluinus vester, quod etiam, qui mala conscientia ad ministerium accessit, coram Ecclesia ritè nihilominus vocatus est. Verum arripit nunc aures, & collationem audi, quam facit Brentius, videtur enim propius iam ad causam accedere.

Caluin. institutiois suae cap. 8.

Agedum, inquit, conferamus inter se Ecclesiam vere catholicam & Ecclesiam Aforticam. Catholica Ecclesia, ea videlicet, de qua nunc nobis est sermo. Constat ex gratuita & clementi electione Domini Dei nostri, per vnigenitum filium eius Iesum Christum in Spiritu sancto: (Hoc probat Scripturis, quas nihil est necesse recitare) Afortica autem Ecclesia non constat ex electione Dei, sed sufficit, quod ore confiteatur Christum, etiam si corde sit Epicureo, & vita Sybaritica: sic enim Afortus scribit: Ecclesia cui promissio illa Christi facta est: Porta inferi non praeualebunt aduersus eam, visibilis est, nec ex electione Dei, aut vera fide & charitate internus pendet, vt quis ad Ecclesiam pertineat, siue vt subditus, siue vt praelatus. Et iterum: Nec gratia, nec certè interior aliqua virtus occulta requirenda est vel in membris, vel in ministris eius praeter publicam & legitimam professionem fidei & vocationem, vt ad eam pertineant, & eius munera integra perficiant. Hic nunc expendem mihi, quo iure Afortus vendicat suae Aforticae Ecclesiae, quae ad solam vere Catholicam Ecclesiam pertinent.

Responsio.

Quoties autem eadem literas Brentius? vel ipsa vox Ecclesiae, cuius tibi significatio non est obscura, cum sis Graecae linguae minime rudis, admonere te potuit, ad vocationem ductum esse nomen, non ab electione: quod certo scio te non ignorare. Verum exaequat malicia cor tuum. Quis autem est, qui neget electos in Ecclesia esse? Sed Ecclesiam esse tantum electorum, hoc est quod constanter negamus: Quin cum Christo, qui veritas est, dici mus, quod multi vocati, pauci sunt electi. Simul ex his verbis illud colligimus, quod in Ecclesia plures peccatores quam iusti, plures mali quam boni, plures reiecti sunt, quam electi. Interea tamen & illud asserere non dubitamus, quorquor electi sunt, eos non alibi, quam in hoc vocatorum coetu reperiri. Nam etsi possunt etiam esse alibi secundum Dei praesentiam & praedestinationem, ad vocatorum tamen coetum eos aggregari necesse est. Si quidem electionem, quam in seipso aliqui absconditam habent, vocatione demum sua tanquam certa reificatione Dominus manifestat & comprobat, & velut sigillo quodam consignat, vt in electis vocatione quaedam sit electionis reificatione. Vidit hoc etiam Philippus vester Brentius: qui cum admonuisset, in conspectu omnibus semper esse debere Pauli dictum hoc: Quos elegit, hos vocauit: quorquorq; inquit, de Ecclesia cogitamus, intueamur coetum vocatorum, qui est Ecclesia visibilis, nec alibi electos illos esse somniamus, nisi in hoc ipso coetu visibili. Non electorum, sed vocatorum coetum is vocat Ecclesiam, iuxta nominis ipsius etymon: nec alibi, quam in isto coetu visibili vocatorum, electos esse dicit. Nam vocatos quidem videre nobis & agnoscere licet: electos etiam videre possumus, non tamen agnoscimus. Solus est Dominus, qui nouit, qui sunt eius: secundum cuius hanc praesentiam & praedestinationem, quam multae oves foris sunt, inquit Augustinus, quam multi lupi intus: & quam multae oves intus, & quam multi lupi foris? Quid est, quod dixi, quam multae oves foris? Quam multi modò luxuriantur casti futuri? quam multi blasphemant Christum, credituri in Christum? quam multi se inebriant, futuri sobrii? quam multi rapiunt res alienas, donaturi suas? verum tamen vocem alienam audiunt, alienos sequuntur. Item quam multi intus laudant, blasphemantur: casti sunt fornicaturi, sobrii sunt, de vino postea sepulturi: stat casti, & non sunt oves? De praedestinatibus enim loquimur. Ex his verbis dicimus, quod alij sunt in Ecclesia secundum Dei praedestinationem, & ij soli electi: alij secundum praesentiam vocati tantum. Illos nemo nouit nisi Deus. Nam etsi videatur aliquis hominibus electus, ac sic etià pro tempore fieri tamè potest, quod quod hodie intus est, cras foris:

In loci commentibus Rom. 8.

Qui sunt electi soli Deo cogiti. 2. Tim. 2.

Aug. tractatu. 45. In Ioan. non.

Duplex hominum genus in Ecclesia.

ris: qui hodie ouis, cras lupus: qui hodie electus, cras sit reiectus. De suis Apostolis dixit Christus: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus est diabolus? Fuit Iohan. 6. igitur inter electos etiam Iudas, fuit ouis, fuit intus, verum postea progressus foras, factus est lupus. Aequè fuit Apostolus Iudas atque Petrus, aequè pradicauit vt Petrus, aequè baptizauit vt Petrus, nec impediēbat quicquam ea res eius ministerium, quo minus aequè foret efficax, quod fur erat, quod dūque traditurus erat Dominum. Verum haec tu, sicut dixi, Brentius, non ignoras. Quod nequior es, qui sciens, prudensque contra manifestam veritatem venire non vereris. Scis tu, quod incerta esset salus Ecclesiae, si ex ministrorum dignitate sanctitateq; penderet: scis, quod à vocatione nomen trahit Ecclesia, non ab electione, & multos in ea vocatos esse, paucos electos. Haecis ab electione nomen ducit, non Ecclesia: Non quod à Deo electi sint heretici, sed quod, sicut Hieronymus ait, eorum vnusquisque id sibi eligit, quod illi melius esse videtur. Non acquiescit in Ecclesiae doctrina, sed illius iudicio suum iudicium anteponebat, ipse sibi dogma eligit quod pertinet acriter tueatur, vel nouum aliquid, vel alicuius ex ijs qui pridè damnati sunt, quales ij sunt, quos paulò ante recensuimus, ex quibus vos quoque confarcasti ea dogmata, quae nūc in vulgus spargitis. Ex tali electione vestram Ecclesiam consistere non negamus, sed haec non Christi, verum Diaboli est electio. Ceterum Ecclesia Catholica, etsi pertinet ad illam electi quos vocatione sua signat Deus, non ita tamen ex electione Dei constat, vt soli ad eam pertineant electi: nisi forte electos vocatos intelligi velis, quomodo fuit electus etiam Iudas: quomodo etiam Ambrosius interpretatur illud Pauli: Vocauit vocatione sancta. Vocatio, inquit, sancta est, cum electi sunt ad gubernandum populum sanctum Dei. Ex tali gratuita Dei electione quin constat Ecclesia, non negamus. Ceterum si praedestinos electos intelligis, Ecclesia illa triumphantium, quae est in caelis, ex solis constat electis: sicut infernus ex solis reprobis. Haec autem nostra Ecclesia, quae est super terram, in qua perpetua quadam est militia, quam etiam ob causam vocatur militans, habet per Dei gratiam electos, quos caelo Deus dignatur: habet alios vocatos quidem Dei misericordia, sed sua postea culpa reiectos: quos iure suo sibi vendicat infernus. Sed nihil est quod hac de re plura verba faciamus, cum res vel ipsa luce sit clarior, & venerabilis viri Petri à Soto sententia, cum caput illud de auctoritate Scripturae tractarem, copiose sit à nobis defensa.

Hier. in Epist. ad Th. 3.

Ambros. 2. Tim. 1.

Iob 7.

Pergit Brentius: Catholica Ecclesia renascitur non ex carne & sanguine, non ex humana electione aut successione, sed ex Deo, per sermonem Dei viuientis (quod scripturis probat) Afortica autem Ecclesia fit ex humana electione & successione. Dicit enim Afortus, confugiendum esse ad successione non interruptam. Et, vbi est, inquit, haec Ecclesia Apostolis succedens, ibi est verum Dei verbum. Scilicet hoc vult Afortus, quod vbiunque possit successio ab Apostolorum tempore in Ecclesia numerari, ibi fit vera Ecclesia & verum verbum Dei. Quasi verò successores Apostolorum & auditorum ipsorum non possint esse impijssimi & sceleratissimi nebulones. Quid igitur ad Ecclesiam Catholicam, quae filius Dei suae Ecclesiae Catholicae promissit & praestare solet.

Responsio.

Ethic locus de successione tractatus est à nobis antea pluribus: quem nunc videri oppugnant omnes haeretici, sic asserunt diligenter omnes Catholici. Sed ego non fideo Brentius, quomodo possis Catholicorum vobis nomen vendicare, quandoquidem dum successione hanc oppugnas, in eorum, quos Catholicos fuisse negare non potes, doctrinam vos minime successisse, confiteris. Siquidem non quod ad vniuersa loca, ad vniuersa hominum genera, ad vniuersas nationes pertinet, id solum Catholicum dicimus, verum etiam quod pertinet ad vniuersa tempora. Cum autem de successione loquimur, non hic dicimus, quod tu vis, simul vt fuerit demonstratum, aliquem in locum alicuius Apostoli aut eius successoris successisse, vt statim esse Catholicum existimeret. Successerunt aliquot in locum Athanasij, qui fuit citra controuersiam Episcopus Catholicus: locus eos non fecit Catholicos, quandoquidem à doctrina Athanasij disenserunt. Quando igitur nos de successione gloriamur, de eo gloriamur, quod in Episcoporum Catholicorum, quorum loca tenemus, doctrinam quam successerimus. Verbi gratia: Negatis vos inuocandos esse Sanctos, asseueramus nos: probamus hanc doctrinam esse vera ex eo, quod quibus successimus nos, idem hoc docuerunt, non à centum, non à ducentis annis, sed ab ipsis propemodum Apostolorum temporibus: non in hoc aut illo orbis terrarum loco, sed in omnibus, quam late patet Christianum nomen. Hac nos ratione Catholicos non esse demonstramus: quod quia vos facere non potestis, ideo successione hanc oppugnatis. Quod autè dicis, Ecclesiam nostram ex humana electione & successione constare: si credentes omnes in Christum accipis Ecclesiae nomine factum est: Talis enim Ecclesia fit ex Dei vocatione, non ex humana aliqua electione. Sin autè Ecclesiam

Catholicum vniuersa loca & tempora complectitur.

Quomodo Catholici de successione gloriantur.

An Ecclesia constet ex humana electione & successione.

Matt. 18.

intelligi Praefules & Praesidentes Ecclesiae, sicut illum locum apud Matthaeum, Dei Ecclesiae Chrysolomus interpretatur & alij nonnulli, fatemur, quod ex humana electione & successione, quae fit per electionem, catholica nostra constat & Apostolica Ecclesia. Hominum enim ministerio Deus in eligendis Ecclesiae pastoribus vitur. Quod autem

Hier. 23.

hic fit, quod te offendat, equidem non intelligo. Nisi forte hoc apud nos quod fieri videtur, quod vos facere propheta scripsit: Ipsi currebant, inquit, & ego non mittebam eos. Requiritur apud nos missio, requiritur vocatio sine electio: Sic enim nos docuit Apo-

Hebr. 5.

stolus, dicens: Ne quisquam honorem sibi sumat, sed qui vocatur à Deo: qui autem recte eligitur, is à Deo vocatur. Sic vocatus est Matthias, quem vt in Iuda locum succederet, electum ab Apostolis esse legimus: quos homines fuisse non negabis. Num & hunc

Actu. 1.

eiecit ex Ecclesia, quod d ex humana electione sit factus Apostolus? Sed huic electioni praestd adfuit, inquit, Spiritus sanctus. Quanquam autem nos ab Apostolorum sanctitate quam longissimè remotos esse confitemur, nec cum hac Apostolica nostras electiones comparamus, tamen & à nostra electione non abesse Spiritum sanctum cōfidimus. Sed electione vestra fit, ais, vt in Apostolorum locum succedat impius aliquis & sceleratus. Atqui, si quos ipse Christus duodecim tantum elegit, fuit vnus ex eis Diabolus: si

Ioan. 6.

quos in igne etiā numero septem tantum Diaconos elegerūt Apostoli, fuit ex illis quosque similiter vnus Diabolus: qui praestari potest ab ijs, qui puri homines, quiq; tā longè sunt ab Apostolorum dignitate distanti, quod minus inter eos, quos tanto numero eli-

Actu. 6.

gunt, sint etiam aliquot Diaboli? Homines quidem eligunt homines ad munus Apostolicum, ad quod electus à Christo fuit Iudas: Ad salutem verò non eligunt, nisi solus Deus, qui non de omnibus loquitur. Ego scio, quos elegerim. Optime igitur & salubriter Gregorius cum dixisset, quoniam vocati sumus, nouimus: si sumus electi, nescimus. Tantò igitur, inquit, necesse est, vt vnusquisq; nostrum in humilitate se deprimat, quantò si sit electus, ignorat: quia & si iam nouit hodie qualis sit, adhuc cras, quis futurus sit, nescit.

Alia hominū,
alia Dei electio
Ioan. 13.
Greg. ho. 38. in
Euangel.

Quia ergo nulli de se certum est, electum se esse, restat, vt omnes reprobent, omnes de sua actione formident, omnes in sola diuina misericordia gaudeant. Eligunt igitur homines ad ministerium tantum, quos eo dignos iudicant: eligunt Deum non tantum ad ministerium, verum etiam ad caelestis regni cōsortium quos ipse dignos iudicat. Ad ministerium electos videmus, & noscimus: ad regni cōsortiū electos, solus Deus nouit. Quamlibet autem sit indignus, qui vocatur ad ministerium, si Cypriano credimus, nō sit abs-

Cyp. li. 1. epist.

Vnde schismata

nascantur. Cyp.

barjes.

que deo talis vocatio. Sic enim ille loquitur: Non aliunde haeresis obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, nec ad tempus iudex vice Christi cogitur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post Coepiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris nouam haeresim conderet. Nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt

purer sine Dei iudicio fieri Sacerdotes, cum Dominus in Euangelio suo dicat: Nōne duo passeres esse vaneunt, & neuter cadit in terram sine Patris vestri voluntate? Cū ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente Deo in Ecclesia Dei fieri? & Sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari? Hoc, fidem non habere, quā viuimus, hoc est, Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Audin' tu Brenti, quā grauius sanctus martyr in eos inuehatur, qui sine Dei iudicio fieri Sacerdotes putant? quos quidem sacrilegæ temeritatis & perditæ mentis esse dicit, & fidem habere quodammodo negat, neque suum honorem Deo tribuere. Afferit is omninò de sententia Dei Sacerdotes ordinari, idque aut sciente, aut permittente Deo. Sciante Deo sunt electi, permittente reprobi, dat enim aliquando Deus reges in furore suo. Electos nouit Dominus, de quibus dicit Paulus: Nouit Dominus, qui sunt eius. Et David: Nouit Dominus viam iustorum. Et ipse Christus: Ego cognosco oues meas. Reprobos autem se nescire fatetur ipse, dicens illis: Nescio vos vnde sitis. Et fatuus virginibus: Amen dico vobis, nescio vos. Quamobrem siue reprobi Sacerdotes & Pontifices eligantur, de voluntate tamen Dei eligi eos affirmat Cyprianus. Facit enim quandoque Deus hypocritam regnare propter peccata populi, vt sit sicut populus, ita & Sacerdos. Solos autem eos Episcopos non de voluntate Dei fieri docet, qui extra Ecclesiam fiunt. Quamobrem etiam si sit Episcopus non ea pietate, qua eum esse praeditum oporteret, tamen si constat, quod d is in antecessorum suorum, qui quidem Catholici fuerint, piam doctrinam succellerit, nihil impedit, quò minus

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi

Episcopi muneris fungatur, nec ex eius improbitate quicquam ad eos, quibus praestd, detrimenti peruenit. Sibi malus est, si malus est: tibi nihil officit, si factis eius malis non communicaueris. Verum hæc ad fastidium vsque sic te cogente, quoties à nobis dicta sunt?

Pergit Brentius: Ecclesia Catholica agnoscit synceram prædicationem verbi Dei, & verum ac rectum vsum Sacramentorum eius, sicut ea tradidit Prophetica & Apostolica scriptura, & vbicunq; in toto terrarum orbe hæc prædicantur, & peraguntur, ibi veram esse Ecclesiam Catholicam, iudicandum est.

Quod scripturis probat, quasi quisquam sit, qui neget. Cæterum hoc negamus, quòd dicis, nostram Ecclesiam, quam tu bellus scurra vocas Asocticam, non relinquere verbum Dei in sua synceritate, sed deprauare ipsum alienis interpretationibus, & pervertere verum vsum Sacramentorum. Vestra hoc facit Asoctica Ecclesia, non nostra Catholica. Nam quod addis, nos negare, quòd synceritas verbi Dei & verus sacramentorum vsum sint certa signa, quibus vera Ecclesia cognoscatur, non omninò negamus Brenti: verum Petri à Soto sententiam probamus, qui scripsit, fraudulenter & subdole dici à vobis, signa certa quibus Ecclesia dignosci potest, esse synceram Euangelij prædicationem, & rectam atque secundum Christi institutionem Sacramentorum administrationem.

Sunt hæc quidem Ecclesiae signa, sed non ita certa sicut vos vultis, quandoquidem vix vlla est, aut fuit aliquando haeresis, quæ sibi signa ista non arrogaret. Qui magis vnquam de synceritate verbi gloriari sunt, quàm Ariani? Num ideo penes eos fuit Ecclesia? Verum autem vsum Sacramenti Baptismatis, an ita sibi solis Donatista non vsurparunt, vt sicut Ariani, synceri, verbi Dei possessione Catholicos excluderent, sic isti verum vsum Baptismi penes eos esse negarent, & ob eam causam vtrique se esse Ecclesiam contenderent? Veniamus ad nostri temporis hereticos? Nōne de præcipuis religionis nostræ dogmatibus dissident à vobis & Sacramentarij, & Anabaptistæ, & Picardi, & Seruetiani, & eiusdem generis haereticorum alia portenta? Atqui omnes ij sic ista sibi signa arrogant, vt ea non magis nobis Christianis, quàm vobis detrahant Lutheranis. Non igitur vel Petrus à Soto, vel Catholicus quisquam negat has esse notas Ecclesiae: cum hæc Petri verba sint: Fatemur hæc duo semper esse coniuncta, veram Ecclesiam & synceram prædicationem verbi. At verò synceritas verbi magis agnoscitur ex veritate Ecclesiae, quàm e contrâ, quòd præcipue Irenæus & Tertullianus notarūt, quorum ibi verba profert, quòd apud solam veram Ecclesiam vera est sacra Scriptura & vera traditio: atque

idem dicit de Sacramentorum vsum. Videtis Brenti, in Rhetoricis præceptis non infelicitè esse versatus: vel ex ijs discere poteras, esse vitiosum argumentationis genus, quòd commune vocant, quòd nihil magis ab aduersarijs, quàm à nobis facit. Tale est, quo tu nunc vteris: dicis in Ecclesia tua synceram esse prædicationem verbi Dei, & verum vsum Sacramentorum. Dicimus nos, vtrunque verius esse in Ecclesia nostra Catholica, cum in vtroque præscriperimus, neque nos à vobis, sed vos à nobis discesseritis. Sed quid tandem tu vocas verbum Dei Brenti? Scripturas? Atqui eas à nobis, à quibus discessistis, habere vos negare non potestis. Quin id ingenuè fatetur architectus haereseos vestre. Quamobrem hoc verbum Dei, quòd scriptum est, nostrum est: nec in eo quicquam iuris vindicare vobis potestis. Nam quòd eo vtimini, faciunt hoc omnes haeretici, faciunt & Iudæi, denique facit hoc etiam ipse diabolus: vt vsus Scripturarum non possit esse propria nota, qua Ecclesia Christi à vestra malignantium Ecclesia discerni queat. Sin autem verbum Dei vocatis cum Scripturæ sensum, quo Deus per Prophetas & Apostolos loquutus est (quòd solum verè Dei verbum vocare licet) nos quidem certi sumus verbum hoc apud nos esse: & sicut Scripturas à nobis acceperitis, sic verbum Dei, quòd est in Scripturis, à nobis, hoc est, à Patribus & concilijs, vos petere debere. Quoniam vero vos id vocatis in controuersiam, quomodo vultis vt certa nota sit, quòd ipsi controuersum fecistis? quòd eodem iure quòd vos, æquè sibi alij haeretici non minus à vobis, quàm à nobis dissidentes arrogant? Vel sensus ipse communis admonere vos potuit, quòd certum signum Catholicos discernens ab haereticis esse non potest, de quo inter vrosque controuertitur. Sed audiamus quomodo prius illud probet Brentius, quòd Catholica nostra Ecclesia non relinquit verbum Dei in sua synceritate, sed deprauat ipsum alienis interpretationibus.

Non enim recipit, inquit, scripturam, nisi & addat traditiones, & sicut à Patri-

bus & Concilijs exponitur. Constat autem, quòd multæ traditiones quæ Apostolica iactantur, pugnent cum sacra Scriptura, quemadmodum supra explicuimus: & quòd Patres atque Concilia scripturam sæpè & multum sint interpretati, non iuxta sensum spiritus sancti, sed iuxta sensum humane prudentiæ.

Brentius im-

prudens de sensu scripturæ laudat Catholicos.

De signis notis verae Ecclesiae.

Responsio.

Scriptura non potest propria esse nota Ecclesiae.

Brentius im-

prudens de sensu scripturæ laudat Catholicos.

Brentius im-

prudens de sensu scripturæ laudat Catholicos.

Brentius im-

prudens de sensu scripturæ laudat Catholicos.

Responso.

2. The. 2.

2. The. 3.

Cap. 4.

Ezech. 13.

Eph. 2.

Usum veri Sa-
cramentorum
peruerti, quomodo
do Brenti. probet
Responso.

Vide Brenti, ne quis ex tuis merito tibi crimen præuacationis impingat. Nostram enim, non eorum quos tuendos suscepisti, causam tueri uideris. Quod enim potuisti nobis dare testimonium illustrius, esse penes nos verbum Dei, quam cum dixisti, nos non recipere scripturas, nisi addamus & traditiones? Hoc est, nos non tantum scripturam, uerum etiam uia uoce traditum Dei uerbum recipere: quod ut ita faciamus, admonemur Dei uerbo scripto: Tenete traditiones quas accepistis, siue per sermonem, siue per Epistolam. Quod uero addis, nos non recipere scripturam nisi sicut à Patribus & Concilijs exponitur, potuit ne quisquam clarius demonstrare, nos uerbum Dei sincerum recipere, quam his uerbis abs te demonstratum est? Nam qui recipit scripturas eo sensu, quo Patres interpretati sunt & concilia, is demum est, qui sincerum Dei uerbum recipit: qui uero recipit scripturam, non Ecclesiam, hoc est, Patrum & conciliorum, sed suo proprio sensu, is recipit quidem scripturam, sed uerbum Dei non recipit, quin pro uerbo Dei, nonnunquam recipit uerbum Diaboli: quando non eam quæ Dei, sed quæ Satanæ spiritu facta est, scripturarum interpretationem recipit. Neque uero mirum hoc tibi uideatur, quod multos recipere scripturam dicimus, uerbum autem Dei non recipere. Nam hoc ita fieri uideret etiam Paulus inuere, cum alibi, tum ad Thessalonicenses scribens: Neque terreamini, inquit, neque per Spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. In prioribus, quam ad eos dederat epistola, dixerat Paulus: Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt. His uerbis terreabant eos nonnulli, quasi iam instaret dies Domini. Monet igitur Paulus, ne terreantur, quod non fuerit hoc uerbum ipsius, nec Spiritus ipse hoc senserit. Vides hic, quod qui terreabant per hanc epistolam Thessalonicenses, tenebant illi quidem scripturam Pauli, uerbum uero, quod per Paulum Deus loquebatur, non tenebant, cum suo, non Pauli sensu: suo non Pauli spiritu, Pauli scripturam interpretarentur. Quamobrem rectè eos monet Paulus, Ne quis uos seducat eo modo, proferens scripturam nostram, & alienum sensum illius adferens. Quod itaque tu probri loco nobis obijcis, hoc est quod nos prædicamus, quod præ nobis ferimus, de quo gloriamur: nos non aliter scripturam recipere, nisi sicut à Patribus & Concilijs exponitur: hac una re maximè nos ab hærenicis discerni persuasum habemus, de quibus scriptum est: Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur Spiritum suum, & nihil uident. Nullus itaque nostrum in scripturis interpretandi sequitur spiritum suum, multò minus Lutheri, uel Caluini, uel tuum Brenti: quod eum esse Satanæ spiritum non dubitamus: uerum Ecclesiam, hoc est, Patrum & Conciliorum spiritum sequimur: quod eundem esse Christi spiritum, certum & indubitatum habemus. Nam cum Ecclesia sit corpus Christi, Christus autem caput huius corporis, fieri non potest, quin capitis & corporis uisus atque idem sit spiritus. Hoc itaque spiritu Patrum & Conciliorum scripturas interpretamur: & quod ij senserunt, esse Dei uerbum indubitanter asserimus. Quomodo autem in contrarium tibi res residit? Videbaris uelle nos ex numero Catholicorum eijcere, intere à uero, contra quam tibi fuerat deliberatum, inuito hoc argumento nos esse Catholicos declarasti: quando quidem scripturas non aliter recipimus, nisi sicut eas Patres Catholici, & Catholica Concilia exponunt. Sic tuo ipsius testimonio sumus Catholici, sicut contra uos hæretici: qui dum suum quisque spiritum in scripturis interpretandis sequimini, Patrum & conciliorum spiritu neglecto, quem nunc uidere licet in Germania, satanifmum inuexitis. Quod uero dicis, multas traditiones, quæ Apostolorum nomine astantur, pugnare cum sacra scriptura, in proximo superiore capite falsum id esse demonstrauimus. Et quamuis fieri possit, quod Patrum aliquis non iuxta Spiritum sancti, sed iuxta sensum humanæ prudentiæ scripturam fuerit aliquando interpretatus: tamè sic ut plures in eandem sententiam conueniunt, & si Patres in Concilijs Oecumenicis præsertim congregati, scripturam aliquam unanimitè interpretantur, eorum sensum, spiritum sancti sensum fuisse, minimè dubitamus.

Probat deinde Brentius, in Ecclesia nostra Catholica uerum usum Sacramentorum peruerti. Sordidat enim, inquit, Baptismum scilicet appendicibus & humanis traditionibus. At quas tu uocas scilicet appendices & humanas traditiones? Cur nominatim non exprimis? Intelligis, quibus utimur nos, earundem ipsi setiam temporibus Apostolorum usum fuisse: quæ causa est, quod proferre nõ audeas: alioquin necesse haberet affirmare totis mille quingentis annis Ecclesiam nõ fuisse: cum quæ peruertit usum Sacramentorum Ecclesiam esse neque: nec alium fuisse Baptismatis usum per omne tēpus id constet, quam qui nunc est. Ac baptizari, inquit, non tantum homines, quod Christus instituit uerum etiam campanas, quæ est impietas magica. Baptizari campanas mihi quidem inauditum est.

Benedi-

Benedicuntur quidem iuxta formam in Pontificali Romano præscriptam, uerum de Baptismo ne uerbo quidem sit uilla mentio. De poculo, inquit, cenæ Domini, cum Christus dicit: Bibite ex eo omnes, & sic Ecclesia Catholica utatur. A sotica Ecclesia dicit, Nolite ex eo omnes bibere. Imò & uestra hoc dicit uerè. A sotica Ecclesia Brenti, Nolite ex calice omnes bibere: Arcetis enim paruulos contra manifestum, ut Bohemis & Armenis uideret, Christi uerbum, dicens: Sinite paruulos venire ad me. Cõstat autem etiam Apostolorum temporibus, calicem non omnibus esse ministratum. Concludit iam tandem Brentius: Cum ergo tantum sit discrimen Catholica & A sotica Ecclesiam, qua fronte audet hac sibi uendicare, quæ illi tantum conueniunt: Reuera nulla fons est in uobis A sotica Brenti, qui uobis Ecclesiam nomē uendicare audetis, & Catholicis detrahere. Non multum frontis habere Caluinus quoque uidetur, neque magis nobis æquus est quam sitis uos: nondum tamen eò impudenti progressus est & audacia, ut nobis, qui Romani Pontificis auctoritatem agnoscimus, Ecclesiam nomen adimeret. Quamuis enim ille pro more uestro plurimum conuictus debachetur in Pontificem, his tamen uerbis utitur. Hinc igitur patet, nos minimè negare, quin sub Papæ quoque tyrannide Ecclesia maneat. Sic uero Sacramentarios etiam impudentia superas & audacia.

Prosequitur Brentius: Catholica Ecclesia interpretatur Patres, traditiones & concilia per scripturam, & scripturam interpretatur per scripturam, hoc est, eo sensu, quem Spiritus sanctus in scriptura tradidit: Si nos aut Angelus de celo prædicauerit uobis Euangelium præter id quod prædicauimus uobis, & quod nunc in instinctu Spiritus sancti literis sacris mandatum est, anathema sit. Habemus firmiorem Propheticum sermonem, & c. A sotica autem Ecclesia interpretatur scripturam per Patres, per traditiones, & per Concilia. In scriptura, inquit, A sotus, uera fides querenda est, sed prout à Patribus traditur. Quid ergo commune est A sotica Ecclesiam cum Catholica?

Imò quid tibi filio Belial cum sponsa Christi? Multa iam ad rauim usque diximus hac de re. Etiam Sacramentarij scripturam interpretantur per scripturam, num ideo statim illos eo sensu dices interpretari, quem Spiritus sanctus in scripturis tradidit? Num quem ipsi sensum adferunt, eum uos recipitis? Proferebant aduersus Arrianos Catholici locum illum: Ego & pater unū sumus: interpretati sunt eum Arriani per aliam scripturam: Vt sint unum, sicut & nos, num hic fuit sensus Spiritus sancti? Quis non uidet, quam hæc inepta sint? Facimus autem & nos Brenti, ut scripturam per scripturam interpretemur. Sed sicubi non semper occurrit scriptura, quæ scripturam explicet, aut sicubi id uerum sensum adferunt hæretici, confugimus ad Patrum traditiones, & eorum interpretationem proferimus. Quod & ueltri faciunt, quando contra Sacramentarios & Anabaptistas scribunt, & fecerunt præsertim etiam illis seculis Sancti Patres nostri, quoties illis uel cum Arrianis, uel cum hæreticis alijs fuit dimicatio, sicut superius à nobis copiose demonstratum est. Verum uide, quid agas Brenti, peccas ipse contra legem, quam hoc ipso loco nobis fers. Intelligis, quam adfers scripturam, eam pro nobis contra te facere: sunt enim uerba Pauli: Si nos aut Angelus de celo prædicauerit uobis præter id, quod prædicauimus. Non dixit, præter id quod scripsimus. Traditionem nobis, non scripturam commendaui: Id cum te non fugeret, addis de tuo, Et quod nunc in instinctu Spiritus sancti literis sacris mandatum est. Vbi nunc est illud, quod totis contra nos profertis: Non adderis ad uerbum, quod uobis loquor, nec auferetis ex eo? Nihil addi uis ad Scripturas, & interim tamen addis ipse, quod in uerbis Pauli non est. Nos uero quod explicandi gratia additum est per te, non reprehendimus: sed idem iuris nobis quoque, quoties res postulata, non permitti: hoc est quod molestè ferimus. Ceterum qua tu nota nos excludere uis à Catholica, hæc nos uel maximè Catholicos esse designat: Catholicum est enim in Scriptura, ueram fidem querere. Quoniam uero falsam quoque fidem suam in scriptura querit hæretici, nõ hæc satis adhuc illustris est nota, qua Catholici discerni possint ab hæreticis. Cum autem illud adiunxit Petrus à Soto, quod per te reprehenditur, ut queratur in scriptura, prout à Patribus traditur, hoc demum uerè Catholicum demonstrat. Nam à Patrum sensu, & consensu discedere, & iuxta suum ipsius sensum scripturam interpretari uelle, quod uos facitis, hæreticū est Brenti, non Catholicum, neque legitime prolis, sed feminis mulieris adulteræ.

Pergit Brentius: Catholica Ecclesia, si de doctrina sermo est, fundatur super doctrina Prophetica & Apostolica, nec tradit uilla dogmata extra eam doctrinam, quæ scriptis Prophetis & Apostolicis continetur. Superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Auxilium nactus Dei, & c. A sotica autem Ecclesia fundatur super traditionibus & dogmatibus extra scripturam: Sic enim dicit A sotus: Traditiones sunt certissimum fidei fundamentum. Et iterum: Ec-

FFF 4. clesiã

clesia tradit dogmata fidei extra scripturam. Quare cum Aſotica Ecclesia sit structura alterius fundamenti, non habet commune habitaculum in edificio Catholica Ecclesia. Qua ratione Venerabilis vir Petrus à Soto traditiones certissimum esse fidei fundamentum docuerit, iam abundè diximus. Hoc ipsum autè nobis est testimonio, quòd Ecclesia nostra fundatur super doctrina Prophetica & Apostolica, quòd non solum scriptum, verum etiam traditum Dei verbu recipimus. Sic enim nos docuerunt Prophetæ: Interroga patrem tuu, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis discis intellectum: sicut nos docuit Apostolus: stete, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam. Vestra autem Aſotica Ecclesia, non fundatur super doctrina Prophetica & Apostolica, quandoquidem iuxta doctrinam illius traditiones non recipit. Neque est Ecclesia nostra, sicut tu cauillaris, alieni fundamenti structura. Nos enim aliud fundamentum non ponimus, præter id, quòd positum est, quòd est Christus Iesus: super hoc superstructi sumus, & superstruimus ipsi: nec ab eo diuelli nos vnquam patiemur.

Catholica Ecclesia, inquit Brentius, agnoscit vnum solum caput æternæ suæ salutis tam in celo, quàm in terra, Dominum nostrum Iesum Christum: & ad hunc solum Seruatorem suum alligata est: atque in hoc solo quærit veram & æternam suam salutem per fidem. Et vitur quidem ministris suis, non vt dominentur, sed vt seruiant ipsi: idque non pro suo arbitrio, sed iuxta regulam à sacra scriptura præscriptam. Solum autem Iesum Christum filium Dei agnoscit Dominum & sponsum suum: & ex eo solo tam viuens, quàm moriens pendet. (Hoc probat scripturis: quasi probationis res egeat: cum omnes Christum, & caput, & Dominum constitemur) Aſotica autem Ecclesia agnoscit in his terris pro capite suo Rom. Pontificem & est alligata ad Prælatos, qui sunt Romano pontifici subiecti, quos & Dominos suos, non seruos agnoscit. Nec pendet ex solo Christo, nec quærit in eo solo salutem per fidem: sed quærit etiam eam in contritione, in ieiunio, in horis canonicis, & in omnibus suis operibus quibus confidit se gratiam Dei mereri. Dicent enim Aſoti aperte: Ecclesia est humana congregatio, & habet Prælatos & superiores suos. Et addit quidem Aſotus: Hi sunt ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, quæ verba scribit Paulus, sed nihil ad Aſoticos Prælatos. Mox autem subiungit: Alligata est ijs tora Ecclesia non minùs, quàm quilibet alia respublica suis capitibus & gubernatoribus. Ac mox: Sine illis, hoc est, Prælatibus (quod ipse vocat, sed falsò, ministros Christi legitimos) non est Ecclesia.

Quantum ingredieris mare Brenti? sed nobis propositum est breuibus tectum agere. Nam si tractanda forent omnia, iustum volumen vix sufficeret. Propterea negas penes nos esse Catholicam Ecclesiam, quòd agnoscimus in terris pro capite nostro Romanum Pontificem, cum Ecclesia Catholica solum vnum caput agnoscat Christum. Quasi verò qui pro capite Pontificem agnoscit, non agnoscat caput Christum. Dicis etiam de catholica Ecclesia, quòd solum Christum Dei filium agnoscit Dominum. Num igitur nullus est in terris Dominus agnoscendus, quia solum Christum Ecclesia Dominum agnoscit? Num ideo sapientissimus Princeps SIGISMUNDVS AVGVSTVS REX, & Dominus noster esse desinet, quia Christum Regem & Dominum nostrum esse constitemur? Et iusmodi vocibus Brenti, rusticos contra Dominos concitastis, & seruile bellum in Germania constastis. Est caput Ecclesie Christus: neque tamen propterea non erit Rex & Dominus noster CHRISTUS? Quis est, qui nesciat, solum Christum regere ac regnare in Ecclesia, & imprium hoc solo illius verbo exerceri atque administrari? Sed quia visibili præsentia inter nos non habitat, vt voluntatem suam ore suo coram nobis declaret, hominum in hoc ministerium adhibet, & quasi vicariam operam: non ad eos ius honoremque suum transferendo, sed vt suu tantum per eos opus agar ipse, qualiter ad opus quoque faciendū artifex vitur instrumentum. Quare manet ipse caput Ecclesie nihilominus: regit, regnat, & imperium exercet ipse nihilominus in Ecclesia: verum opus hoc suum per Pontificem agit ministri suum: non quòd non possit id per se, ipsum sine alio quouis aut adminiculo, aut organo præstare: sed hoc modo visum est illi, suã erga nos dignationem declarare, cum ex hominibus sumeret, qui pro se in mundo legatione fungeretur, qui arcane sue voluntatis essent interpretes, qui personam denique suam repræsentarent. Deinde visus est hic illi firmissimus vnitate retinendæ nodus, quo Ecclesiam suam adstringeret, vt vnum aliquem illi præficeret, cuius in ea gubernanda visibili ministerio vteretur. Vides Brenti, nihil detrahi Christo capiti, si subiectum illi Romanum Pontificem, caput in terris agnoscamus? Non magis, quàm si caput Regni Poloniæ, Regem & Dominum nostrum Sigismundum

Sigismundum Augustum esse profitemur. Non propterea non erit caput, non propterea non erit Rex & Dominus noster Iesus Christus Dei filius: cui sicut Ecclesie, sic & regni caput subiectum est. Nam cum proprium sit capitis munus, subiecta sibi membra gubernare, sic hoc ipse quidem Christus virtute sua: sed interea tamen sicut in Sacramento administratio, sicut in verbi sui prædicatione, sic in Ecclesie sue, regnorumque & prouinciarum gubernatione, hominum vt ministerio dignatur: Principu quidem, Regum, & Imperatorum, in regnis & Prouincijs moderandis: Romani verò Pontificis in Ecclesia sua gubernanda; quæ si non ex vnus alicuius auctoritate pendeat, nec Ecclesia, nec fides vna retineri potest, quemadmodum in confessione nostra Christiana visus est à nobis demonstratum: eadem illa nunc repetere, nihil est necesse. Neque verò inusitatum est hoc in Scripturis, quòd capitis nomen hominibus tribuitur. Sic Sauli dixit Samuel: caput in tribubus Israël factus es: Sic de se Dauid: constituit me in caput gentium. Sic apud Osam legimus: Ponent sibi met caput vnum. Sic apud Paulum: Vir caput est mulieris. Quid autem Brenti? cum semel atque iterum dixit Apostolus: Vir caput est mulieris, num ideo Christum esse caput mulieris negauit? Minime gentium: Verum hoc dicere voluit, Christum caput mulieri constituisse virum, vt eam gubernaret. An autem ideo non gubernat eam Christus? Imò gubernat: sed per virum, cui vult mulierem esse subiectam. Sic etiam cum dicitur, Pontifex caput est Ecclesie: ab sic, vt Christu excludamus, qui verè caput existens, verè gubernat Ecclesiam. Sed sicut mulieri virum, sic huic sponse sue caput constituit Petrum & eius successorem, cuius ministerio illa gubernaret, quando dixit, Pasce oues meas. Ipse caput, ipse gubernator est Ecclesie sue, ipse pastor & Episcopus animarum nostrarum: Sed interea Petrum elegit. Petrique successorem, cuius in ea pascenda gubernandaque ministerio vteretur. Quem qui pro capite non cognoscunt, in quor sectas quàm dissectas disiecti sunt, vides ipse Brenti. Ac nisi te datum iam in reprobum sensum Satanæ possideret, non posses non fateri, quòd vna Ecclesia, quin & vna fides apud eos esse nulla ratione potest apud quos sub inuisibili capite Christo visibile quoque caput in terris Pontifex vnus non agnoscitur. Nec obsecrum est, quòd idem aliquando Philippus quoque; vester senserit, cum ipsa magistra rerum experientia doctus, aliter consentientem in Ecclesia doctrinam vnitateque fidei conseruari non posse videret. Quid enim? si quod vos velle videmini, quisque Rex in regno, quisque Princeps in ditione sua, se caput Ecclesie regni ditionisque sue constituat, quòd post hominum memoria factum vnquam aut vsquam videmus, præterquam hoc in felici seculo nostro in Anglia: quã tamen oculis misericordie sue tandem respexit Deus, errantesque, in viam reduxit, & ad ouile suum aggregauit. Sed quid? si tale quiddam peccatis nostris offensus Deus permittat, per Deum immortalem, quale futurum esset monstrum Ecclesie? quot capita? quod fides? quot confessiones esset habitura? Hæc esset Augustana vel Saxonica potius, illa Wirtembergensis, alia Osiandrina, alia Tigurina, alia Suencfeldiana, alia Picardina, alia Moncerana siue Menoniana, aut similia, Pacimontana: alia Seruetiana confessio: Quot principum voluntates, tot fides, tot confessiones videre liceret: sicut nunc in ista Babylone Germanica, quàm edificauit Lutherus, videmus omnes. Tale monstrum ne ferre cogemur in Ecclesia, cum primis vile visum est & necessarium ad conseruandam in ea tranquillitatem ordinemque retinendum, vt vnum aliquod sub Christo capite caput Ecclesie ab ipso Christo constitutum agnosceretur, ad quod iuxta traditionem Apostolorum, & sicuti ab Anacleto scribitur, iuxta iussione ipsius Christi, de causis difficilioribus referretur, quòd non alia quàm hac ratione, vt vna apud omnes & eadem esset fidei confessio, pro uideri posset. Hunc vos ordinem Brenti ferre non potestis, quòd eo saluo saluos esse vos, & errores vestros diu consistere non posse videtis. Quamobrem vt eum euertere queatis, omnes nequos vestros contenditis. Neque verò noui quicquam in hoc facitis. Fecerunt hoc etiam ante vos Patres vestri præci illi hæretici. Veteres hæ sunt & vitata Satana artes, qui sicut à Cypriano scriptum est, ob hoc Ecclesie Præpositum infestatione sua persequitur, vt gubernatore sublaro, atrocitatis atque violentiis circa Ecclesie naufragia grassetur. Sed quid accidit a quod vos Brenti? Principiò nihil aliud quàm Pontificem Romanum Ecclesie caput agnoscere noluitis, & eum reiicitis: num intra fines hos constitit furor vester? Nequaquam, sed idem postea de nunquam satis laudato Imperatore quoque vestro Carolo quinto fecistis. Sicut Ecclesie Pontificem, sic illum Imperij caput agnoscere noluitis, & eadem auctoritate qua Pontificem, Imperatorem quoque vestrum reiicitis: contra quem etiam arma cepistis, & eum iam non Imperatorem, sed Carolum à Gandauo, visum vobis fuit appellare. Verum non desuit fidelis ministro suo Deus, de quo hostibus Euangelij sui iustas est poenas persequutus. Sed de his satis. At verò

Responſio.

Dente. 32.
Ecclesia. 8.
2. Ioh. 12.

Responſio.

Ecclesia et si solum Christum caput agnoscat, no negat tamen Christi vicariu Pontificem. Christus nobis eum agit per suos vicarios, et Prælatos Ecclesie.

Capitis nomen hominibus tribuitur in scripturis.

1. Reg. 15.
Psal. 17.
Osam. 1.
1. Cor. 11. & ad Eph. 5.

Ioh. 21.

1. Petr. 2.

Necessarius Ecclesie Pontifex & Pastor sumus.

Princeps idè & caput Ecclesie Anglicana non diu durauit.

Cyp. lib. epist. 30.

Primo Pontifici deinde Casarem sectarij negauit esse caput.

verò Brenti, vel hoc nomine nos id quod sumus dici debere Catholicos censemus, quòd sicut semper à Catholicis fuit factitatum, & Ecclesiæ caput Pontifex Romanus apud nos & regni caput Rex à suis quisque agnoscitur. Et est apud nos Ecclesia, sicut scribis alligata ad Episcopos suos, qui sunt Romano Pontifici subiecti: quod ante mille trecetos annos Cypriani quoque seculo sic fuisse legitimus obseruari. Sic enim loquitur sanctus ille martyr post illa verba: Loquitur illic Petrus, super quem ædificanda fuit Ecclesia: docens, quia etsi contumax & superba obedire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen Christianorum non recedit, & illi sunt Ecclesia, & plebs Sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo, & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse: & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt, cum Ecclesia, quæ Catholica & vna est, scissa non sit, neque diuisa, sed sit vtique connexa, & coherentium sibi inuicem Sacerdotum glutino copulata. Vides, quemadmodum hic ad Episcopos Ecclesiam alligauerit, & qui cum Episcopo non sint, eos in Ecclesia esse negauerit? est autem hoc moribus receptum in Ecclesia Patrum vt nomen Episcopis tribuatur, qui quanto magis Ecclesiæ seruiunt vtilitati, tanto minus pro seuis agnoscuntur, quia eos pij Dominorum appellacione dignantur: de quibus per os Prophetæ loquitur aliquando Dominum esse sciunt: Cõstitues eos Principes super omnem terram: verum sic tamen, vt interea meminerint Episcopi, quod scriptum est ab eo, quem primum in terris Episcopum Dominus instituit: Non vt dominantes in cleris, sed forma facti grexig ex animo. Pendet autem Ecclesia nostra ex solo Christo: quærit in eo solo salutem per fidem: sed non per vestram illam specialem, charitateque destitutam: sed per eam, de qua Paulus loquitur, fidem quæ per charitatem operatur. Per hanc fidem, qua fit, vt conteramur in corde nostro, vt conuertamur ad Dominum in ieiunio, & fetu, & planctu: vt accedentes ad thronum eius gratia, supplices misericordiam eius imploremus: per fidem hanc quærit salutem in solo Christo. Neque confidit se primum gratiam vllis operibus mereri posse: nam si gratia, iam non ex operibus. Et est hoc vulgatissimum etiam eorum doctorum, quos vocant Scholasticos, axioma, quòd primam gratiam nemo meretur. Cæterum gratiam pro gratia se consequi posse confidit, hoc est, pro operibus in gratia factis sperat adipisci se posse vitam æternam, quæ & ipsam gratiam vocat Paulus: non quia meritis non datur, inquit Augustinus, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Data sunt autem gratis: nam primam gratiam, qua fit, vt mereri possimus vitam æternam, nullis meritis assequi licet. Talem Ecclesiam, cuius nos esse membra profite-mur, & præ nobis ferimus, etiam tu Brenti Catholicam esse negare non posses, nisi malitia cor tuum excæcasset, vt auribus audias, & nõ intelligas, videns videas, & nõ vicias. Sed quid habet, quæso, quod ardas in Petri verbis? An hoc, quòd hominum congregatione esse dixit Ecclesiam? Certè non est angelorum, & multò minus quadrupedum. An quod addidit, habet Prælatos & superiores suos? Quin tu cum Paulo iurgaris potius, qui dixit: Dedit quosdã quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios verò Euangelistas, alios Pastores & Doctores ad confirmationem sanctorum. Iam verò illa quæ sequuntur. Hi sunt ministri Christi, & dispensatores mysterium Dei, reuera sicut dicit, nihil ad vestros Aforticos, sed permultum faciunt ad nostros Prælatos Catholicos: quibus verè scribit Petrus, alligatam esse totam Ecclesiam non minus, quàm aliam quãuis Rempubicam suis capitibus & gubernatoribus. Eadem est sententia sanctissimi quoque martyris illius Cypriani, sicut paulò antea cõmemorauimus: qui & hoc in eadem illa scribit epistola, quòd sine Prælati, hoc est, Episcopis, quos Petrus à Soto verè vocat ministros Christi legitimos, non est Ecclesia. Reuera disipatione, vel ruinam potius, exitium Ecclesiæ molitur, quisquis ordinem hunc vel abolere studet, vel quasi minus necessarium eleuat. Neque enim vel Solis lumè ac calor, vel cibus ac potus, tam sunt presentis vitæ fouendæ ac sustinendæ necessaria, quàm est conseruandæ in terris Ecclesiæ Apostolicum & pastorale munus.

Hactenus collationem suam absoluit Brentius, quam sic à nobis esse tractatam extimamus, planum vt omnibus factum sit, cuius ipse partis est, eam Aforticam, Ecclesiam verò nostram esse Catholicam. Aggreditur nunc ad promissiones, quæ factæ sunt Ecclesiæ Catholicæ, quas verè docet ad Aforticam, hoc est, suam Ecclesiam nihil pertinere. Quamobrem hac in parte non grauatum eius sententiæ subscribimus, nec locum hunc vllius confutationis indigere putamus: est enim verissimum, quod scribit, Aforticam suam Ecclesiam non esse sponfam Christi, non acceptam Deo, non sanctam, non formosam, neque consistere posse contra portas inferi, sed expositam esse

esse libidini Satanæ, & omnium Angelorum eius, nihil in ea inueniri nisi mendacium & vanitatem: ac si quando veritatem proferret, in mendacio eam profanari ac deprauari, non habere spiritum sanctum, nõ habere Christum presentem tutorem & seruato-rem, non habere pium vllum commercium cum Catholica, non habere vllam autoritatem iudicandi & probandi quamvis doctrinam, & de eius veritate vel vanitate testificandi: nõ exaudire preces eius, nec fructum eam aliquem Christi promissionem capere, sed necesse habere in morte perire, & in tartarum perpetuò affligendam præcipitari. Hæc est fors, hæc est hereditas Aforticæ Ecclesiæ.

Propone tandem Brentius dubitationem quandam, sed pridem à nobis discussam. At enim, inquit, dices: Quid si Aforticus quispiam impio & Lucianico corde admisceat se veræ Ecclesiæ Catholicæ, & profiteatur vnã cum pijs doctrinam Christi tanta eloquentia, tanta prudentia, tantaque externæ vitæ honestate, vt eligatur publico suffragio in ministrum, adeoque Episcopum Ecclesiæ, num ministerium huius esset veræ Ecclesiæ inuile & inefficax? An qui per eum baptizarentur, non verè essent baptizati? an qui per hunc audirent coelestem doctrinam, non possent spiritum sanctum accipere? an qui ab hoc cœnam Domini sumerent, non sumerent verum corpus & sanguinem Christi? Dixi supra, quòd fieri soleat, vt impij hypocritæ admisceant veræ Ecclesiæ: ea enim est fors Euangelicæ sagenæ, vt cum in mare huius mundi iacta fuerit, contrahat ex omni genere piscium, malorum pariter & bonorum. Sed & hypocritæ sunt in externa congregatione & societate veræ Ecclesiæ, tamen cum sint animo impio, Lucianico & Epicureo, nihil certius est, quàm quòd non sunt illa Catholica Ecclesia, aduerfus quam non præualeant portæ inferi, quemadmodum Afortus alicubi nugatur. Nihilominus autem si fuerint ad ministerium Ecclesiæ vocati, & docuerint, quæ pia sunt, atque administrauerint sacramenta iuxta institutionem Christi, ipsi quidem sunt Deo abominabiles, ministerio autem eorum efficitur id, ad quod Dominus ordinauit. Incrementum enim non est ordinis ministri, sed Spiritus sancti: qui cum sit liberimus donorum suorum dispensator, & misereatur cuius vult, non respicit, quod ad se attinet, organi indignitatem, sed suam ipsius clementiam & liberalitatem. Itaque repudiamus Donatistas, qui docuerunt Spiritum sanctum non esse per ministerium malorum efficacem.

Et hæc de Brenti, nihil est quòd plura tecum verba commutemus. Nam & rixis his immorari diuitius nõlumus, quoniam nos pridem est pertæsum: & videris nunc propius tandem ad veritatem accedere: nisi quòd cum veritate non possis, mendacio & calumniâ Petri à Soto superare conaris. Neque enim hoc dixit vnquam Petrus, quòd eum tu dixisse fingis: quòd qui sunt animo impio, Lucianico & Epicureo, sint illa Catholica Ecclesia aduersus quam non præualeant portæ inferi: verum verba illius hæc sunt: Ecclesia, cui promissio illa Christi facta est, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, vñ fibilis est: nec ex electione Dei aut vera fide & charitate internis pendet, vt quis ad Ecclesiam pertineat, siue vt subditus, siue vt prælatus: sed viuum membrum sit, hæc requiruntur. Quid igitur aliud dixit Petrus à Soto quàm quòd à te quoque nunc dicitur? etiam hypocritas esse in externa congregatione & societate veræ Ecclesiæ, quàmlibet animo sint impio. Quòd autem hi sint illa ipsa Catholica Ecclesia, aduersus quã non præualebunt portæ inferi, hoc nunquam dixit Petrus: sed pertinere tantum dixit ad illam externam congregationem & societatem, & admisceri illi veræ Ecclesiæ, cui hæc promissio facta est: esse illius mortua, non viuã membra. Ac si quis talis in ministrum Ecclesiæ, siue Episcopum, sit electus, efficax esse ministerium eius. Si quando cõgregatur Concilium, fieri potest, vt inter Episcopos reperiat, qui sint impio corde & externa vitæ honestate impietate suam regant: num ideo non erit illis dicendæ sententiæ locus? Certe de talibus nõ est, hominis iudicium, cum scriptum sit: Homo videt ea, quæ parent. Dominus autem intuetur cor. Non est hominis, vt secus iudicet de homine, quàm videt: cordis iudicium Deo relinquendum est. Neque fas est, cuius non videas nisi bona opera, de eo secus iudicare: cum etiam que sunt ambigua in meliorem partem interpretari, Christianæ sit charitatis. Ac rectè monet Augustinus: Quæ vides, iudica: quæ non vides, Deo cõmitte. Tu autem eò audaciæ prorupisti, vt etiam de corde hominis, quòd solius Dei proprium est, tibi iudicium arroges. Verum scopus vester, cum ista scribitis, hic est: vt si quis forte sit externa vitæ sanctitate præditus, qui dissentiat à vobis, & impia vestra dogmata condemnet, excipere contra eum possitis, quòd impio corde sit & Lucianico. Quid autem esse potest à modestia charitateque Christiana magis alie num? Sed si charitatem haberitis, ab Ecclesia Dei vos nunquam præcideretis.

Quod autem addis Brenti: Si impij hypocritæ docuerint pugnantia cum coeleste doctrina

Que fors est hereditas Ecclesiæ apud hereticos.

Fatetur Brentius Ecclesiæ hypocritas et impuros plane admisceri, idque contra Donatistas.

Responsio.

Soto quid assingat Brentius.

1. Reg. 16.

Aug. ser. 23. de tempore.

De malis Doctoribus ferendis, aut etiam

Ecclesia ad Episcopos alligata. Cyp. l. 1. 4. epist. 9.

Episcopi rectè etiam Patres dicuntur.

Psal. 44.

1. Pet. 5. Quomodo ecclesia ex solo Christo per fidem pendeat. Gal. 5. Ioh. 2. Heb. 4. Rom. 11.

Ioh. 1.

Rom. 6.

Mat. 13.

Ephe. 4.

Sine Episcopis non est Ecclesia.

extermi-
natio-

doctrina, & peruerterint verum vsum Sacramentorum Christi, quòd nulla amplius nec reuerentia, nec obedientia obstricta est eis Catholica Ecclesia, etiam si fuerint antea legitime vocati: quin potius necesse habet Ecclesia eos fugere & vitare, ac si fieri potest, ab ouili Christi tanquam lupos arcere: verisimè scriptum est à te Brenti. Nam quoad aliquis fuerit externè quidem Christianus, corde verò Lutheranus, quandoquidem quæ non videmus, Deo committere iubemur, qui scrutatur corda & renes, ferendus est in externa ista congregatione & societate veræ Ecclesiæ. Simul vt autem in lucem proferre cœperit impia vestra dogmata, & peruertere more vestro verum Sacramentorum vsum, etiam si pastor alicuius Ecclesiæ, & ad hoc munus legitime fuerit vocatus, iam oues ei nulla neque reuerentia, neque obedientia sunt obstrictæ: quin cum fugere debent, & ab ouili tanquam lupum arcere: præcipuè postquam iudicis Ecclesiastici sententiam pronunciatu fuerit impiorum Lutheri dogmatum assessor, & è cœtu piorum exterminatus. Vides quàm pulchrè nobis in hoc extremo actu tecum conueniat?

De loco 1.
Ioan. 2. Ex no-
bis prodierunt,
sed non erant
ex nobis.

Consensus co-
pax Ecclesiæ
ante Lutheri-
nismum.

Rom. 15.
Gene. 11.
Acto. 4.
Psal. 133.
Iudic. 20.

Psal. 54.

Augustinus in
Psal. 54.

De loco Iean-
nis, Non eratis
ex nobis.

Aug. in epist.
Ioan. tracta-
tu.

Psal. 130.

Cæterum nihil est, quòd stomacheris venerabili viro Petro à Soto, quòd in vos accommodauerit illa verba ex epistola Ioannis: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Quid enim potuit magis aptè & appositè de vobis dici? Quæso te Brenti, vt ipse diligentius hæc verba excutias, & videas, an non rectissime quadrant in vos. Primum illud, nunquid verisimum nò est, quòd à nobis prodieritis? Est hoc certè manifestius, quàm vilo modo negare possitis. Ante quadraginta hos annos certum est & indubitatum fuisse vos nobiscum in eodem ouili Christi: vnanimis in eadem domo Dei nobiscum habitasse in qua simul agnum comedebatis: còmune fuit vobis nobiscum altare, communis Cathedra, communia sacra omnia. Non audiebantur cum illæ voces: Ego sum Lutheri, ego Zuinglij siue Caluini, ego Balthazaris Pacimontani siue Memnonis, ego Suenckfeldij, ego Serueti siue Campani, ego Philippi Melancthonis, ego Brentij, ego Osiandri, ego Flaccij, ego nescio cuius alterius Suermeri: nihil horum ante quadraginta proximos superiores annos fuit auditu: sed vnanimis vno ore honorificabamus Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi. Terra labij fuit vnus, & eorundem sermone. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: & sicut horrendum Dæmonibus, sic iucundum fuit Angelis spectaculum, cum viderent habitare fratres in vnum: cum cernerent illum verè populum Israël de quo scriptum est: Egressi sunt omnes filij Israël, & pariter congregati quasi vir vnus. Stans omnis populus, quasi vnus sermone respondit. Conuenit vniuersus Israël ad ciuitatem quasi homo vnus, eadem mente, vnoque consilio. Congregatus est populus quasi vir vnus in Hierusalem. In hoc itaq; populo Israël in hac vnitare fidelium, in hac Ecclesia nostra Catholica vos aliquando Brenti fuistis. Ipsa vos genuit, ipsa vos in sinu suo fouit aliquandiu, in ipsa veram fidem profelsi estis, sed ex ea postea per schisma sacrilegum excelsistis, vt rectè possimus de vobis illud Psalmi dicere: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & sis qui oderat me, super me maligna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Cedò Brenti, non ambulauimus in domo Dei cum consensu ante quadraginta hos annos? Vnde ergo nunc ista dissensio? Qui intus erat, inquit Augustinus, foris factus est: ambulauit mecum in domo Dei cum consensu: aliam domum erexit còtra domum Dei. Quare illa relicta est, vbi ambulauimus cum consensu? Quare illa deserta est, vbi dulces capiebamus cibos? Constat ergo iam Brenti quòd ex nobis prodistis, quòd intus aliquando nobiscum fuistis, nunc autem foris facti estis. Restat iam, vt videamus, an illud quoque de vobis rectè dictum sit, quòd non eratis ex nobis. Probat hoc Ioannes his verbis: Nam si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Cum in Ecclesia nobiscum fuissetis, corporibus tantum fuistis, non autem spiritu: falsoq; fidelium nomen obtendebatis. Nam si verè fideles fuissetis, nunquam ab Ecclesia defecissetis. Quare sicut paleæ licet in eadem area tritico sint permixtæ: non tamen in tritico censentur: ita vos, licet in eadem Ecclesia, quæ Christi corpus est, veris membris permixti fueritis, in illis tamen censeri nò potuistis: Præclare Augustinus: Omnes Hæretici, omnes Schismatici ex nobis exierunt, id est, ex Ecclesia: sed non exirent, si ex nobis essent. Antequam exirent ergo, non erant ex nobis. Sic erant, inquit, in corpore Christi, quomodo humores mali: quando euoluntur, tunc releuatur corpus. Sic isti quando exeunt, tunc Ecclesia releuatur: & dicit, quando eos euomit, atque projicit corpus, ex me exierunt humores isti, sed non erant ex me. Quid est, Non erant ex me? Non de carne mea præcisii sunt, sed pectus mihi premebat cum inessent. Vides, quàm & hoc bellè quadret in vos, qui cum ambu-

laretis

Iaretis in magnis & mirabilibus super vos, nouas quasdam opiniones inuexitis, vt vos à Christi corpore, nefario schismate separare, quam ab illis discedere malueritis.

Sed non potes ferre Brenti, quòd in vos hæc Ioannis verba accommodentur. Dicis accusasse vos Catholicos Antichristianismi, quòd impia doceamur, quòd institutio- nem Sacramentorum Christi deprauemus: necessitatem itaque salutis vestræ exegisse, vt colluuiem eorum, qui in Apostolica doctrina non permanserunt; detestaremini, & quàm contento posteris, cursum, suggeretis. Accusastis nos Antichristianismi Brenti? Quid autem? Num sufficit accusasse? Num causam propterea legitimam habuistis, discessio- nem à nobis faciendi? Conuictos certè tam criminis, non accusatos tantum oportuit. Quin vos Antichristianismi multò verius estis accusati: neque defuerunt insignes aliquot Academia, quæ doctrinam vestram impiam iudicarent. Penes quem autem hæc de re & est, & fuit, & erit semper statuendi potestas, frustra portis omnibus inferi re- luctantibus. Romanus Pontifex, hæreticos vos pronunciauit. Sed & in comitijs Impe- rialibus V Vormatiæ proscriptionis decretum contra vos latum est. Tot eorum Impe- ratorum, penes quos fuit legitima iudicandi potestas, vos Antichristos illos esse declaratum est, de quibus in hac Epistola scribit Ioannes. Cæterum vos Brenti, quis iudices consti- tuit orbis totius Christiani? Quando autem dies illi dicta? quando causa dicenda po- testas facta? quando quisquam eorum obseruatum est, quæ in legitimis iudicijs obseruari conseruerunt? Quis autem nos condemnauit? Idem ille qui accusauit. Ergo & ac- cusatorum, & iudicum officio idem vos functi estis. Quibus hoc legibus cautum, qui- bus moribus receptum fuit vnquam? Etiam apud immanes Barbaros iudicis officio non fungitur, nisi cui legitime potestas hæc fuerit mandata. Deinde citatur tamen reus, causæ dicendæ potestas illi permittitur, neque & accusatoris & iudicis personam eidem sustinere fas est. Ita ne soli vos licere vobis vultis, contra ius gentium venire, naturæ or- dinem peruertere, diuinas humanasque leges conculcare, Barbaros etiam ipsos imma- nitate superare? Sed vide Brenti, posteaquam vos per summam iniuriam ius vobis arro- gatis, orbem Christianum in auditum Antichristianismi accusati simul & condem- nandi, quemadmodum exemplo vestro prouocati, idem sibi ius in vos vestri quoque paulò post usurpauerunt. Quis inter omnes magis fidus Achates Martini Lutheri fue- rit, quàm Carolostadius? Verum vix toto biennio durauit hæc inter eos amicitia. Sicut Lutherus orbem Christianum, sic ipse pari auctoritate vicissim Antichristianismi Lu- therum accusauit, simul & condemnauit. Idem fecit Moncerus, idem non de vobis ma- gis Lutheranis, quàm de Corolladianis siue Zuinglianis, non ita multò post statuerunt Balthasar Pacimontanus & Memmo: idem de omnibus vobis postea Suenckfeldij, Campanus, Seruetus, & hoc genus hereticorum alia portenta. Sed & Flaccius Illiri- cus, quam sententiam tulerit contra Interimistas & Adiaphoristas, obcurum non est. Permissis vobis, cum nullam haberetis auctoritatem publicam, Antichri- stianismi Christianum orbem non vocatum, non auditum accusare, simul & condemnare, & ab eo vos nefario schismate separastis? Sibi quoque idem eodem iure permitti vouerunt isti. Nam si fas est vnicuique de doctrina iudicare, & quam ipsi vilius fuerit, tanquam impiam condemnare, sibi quoque fas esse putauerunt, vt idem de vestra doctrina statuerent, quod de totius orbis Christiani doctrina per vos fuerat constitutum. Hæc res nobis peperit Satanismum hunc, quo nunc æstuat Germania, dum se pro Papa quisque gerere vult, dum sibi fas esse putat & accusatoris & iudicis officio simul fungi, dum & illud licere sibi cupit, vt quos impios ipsa indicta causa iudicauerit, ab eis discessionem faciat, seorsum cœtum congreget, sacrilegè altare contra legitimum erigat, Cathedram silentiæ contra Cathedram salutis constituat. Vbi sic omnis ordo peruertitur, ibi florere Satanismum, & ordine sublato, horrorem necesse est consequi sempiternum. Sed de his satis.

Proponit aliam quæstionem Brentius, sed priusquàm ei respondeat, inter- rupto orationis cursu, aliò delabitur. Vehementer enim eum illa verba pupu- gerunt, quæ Petrus à Soto verisimè scripsit: Vnitas certum signum est Ecclesiæ, discussio autem proprium signum hæresis. Quamobrem omnes neruos contendit, vt ea refutare possit. Si intelligit, inquit, vnitatem per se certum esse signum Ec- clesiæ, & discessionem per se proprium esse signum hæretici, quid furiosus? Quid enim? Itane certum est, ibi esse Ecclesiam, vbi est vnitas? Fateor nihil esse amabi- lius, nihil iucundius vnitati, mutuaquæ charitate & concordia. Et in hoc, inquit Christus, cognoscent omnes, quòd discipuli mei sitis, si charitatem habueritis inter vos mutuo. Sed num quæuis charitas, quæuis concordia, quæuis vnitas certum

Catholici ac-
cusantur an-
tichristianis-
mi per Bregium.

Lutherani
quos modis in-
dicati.

Seruarii sumunt
accusatores &
iudices orbis.

Pro Papa se
quisque gerit
in Germania.

An vnitas
signum cer-
tum Ecclesiæ.

Ioan. 13.

Responsio.

& infallibile signum est verae Ecclesiae, ut quavis discessio proprium signum haeresis? Sudes est in oculis haereticorum nomen charitatis, & unitatis: quot quoties audiunt suam sibi diuisionem exprobari putant. Neque male conijciunt. Quamobrem nulla de re minus libenter dici audiunt, quam de unitate & charitate, de qua etiam quoties de iustitia loquuntur, ne verbo quidem fieri volunt mentionem, sed sola fide se iustificari contendunt. Fidem enim habere se posse cum Daemonibus communem intelligunt: charitatem si haberent, neque Dæmones, Demones, neque haeretici essent haeretici. Verè autem dictum est ab Augustino: Non existimo quenquam ita despere, vt credat ad Ecclesiae pertinere unitatem, qui non habet charitatem. Non autem, ait idem, habet Dei charitatem, qui Ecclesiam non diligit unitatem. Atqui non est alia certior Ecclesiae nota, quam sit unitas, quam etiam ob causam in symbolo Constantinopolitano, quod post lectum Euangelium in Ecclesia cantari consuevit, cum quatuor notis Ecclesia Dei describatur, quibus eam ab Ecclesia Satanae discernere liceat, primo loco ponitur, quod sit vna. Nam sicut fides non est nisi vna, vt quicquid præter vnam fidem est, perfidiam esse, non fidem dicit Hilarius: sic Ecclesia quoque non est nisi vna, vt quicquid præter vnam est Ecclesiam, Satanae synagoga, non Ecclesia rectè vocetur. Neque verò non intelligit hoc Brentius, esse certissimum & maxime proprium Ecclesiae signum unitatem: quare cum sit res manifestior, quam vt ambigi de ea possit, rixam nobis de nomine suscitatur. Etiam inter Turcas, etiam inter latrones esse dicit unitatem. At nobis Brenti, non de Turcis, non de Iudeis, non de latronibus, sed de Catholica Ecclesia sermo nunc est: itaque non de illorum, sed de huius unitate nunc loquimur. Sci- mus & malis non deesse suam unitatem, qua nihil Ecclesiae perniciosius esse posse, in suis moralibus docet Gregorius. Verum nos nunc non loquimur de unitate carnis, de qua scriptum est: A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis: sed loquimur de spiritus unitate, quam diligenter nobis commendat Paulus, atque vt eam, supportantes inuicem in charitate, seruare solliciti sumus in vinculo pacis, hortatur. Hanc autem unitatem ab eo seruari docet Hieronimus, qui non rapitur omni vento doctrinae, neque in morem stulti, quasi luna mutatur. Hic locus, inquit, vel maxime contra hereticos facit, qui pacis vinculo dissipato atque corrupto, putant se tenere spiritus unitatem, cum unitas Spiritus in pacis vinculo seruetur. Quando enim non id ipsum omnes loquimur, & alius dicit, Ego sum Pauli: alius, Ego Apollo: alius, Ego Cephæ: diuidimus spiritus unitatem, ac eam in partes ac membra discernimus. Quibus verbis, quam his, clarius depingi potuistis? An non rapimini vos omni vento doctrinae? An non in morem stulti quasi luna mutamini modò non in horas? nunc Lutheristæ? mox? Caluinistæ, non ita multò post Anabaptistæ: sicut in Monasteriensi ciuitate factum esse iam commemorauimus, & fieri quotidie videmus. Deinde verò: Nonne fuimus omnes ante quadraginta hos annos pacis vinculo colligati? Eramus vnum corpus, vnus spiritus, sicut vocati fuimus in vna spe vocationis nostræ: vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma, vnus erat Deus & Pater omnium. Cedò Brenti, quis dissipauit, quis rupit hoc vinculum pacis? quo primum auctore factum est, vt non id ipsum omnes loqueremur? vt diceret hic, Ego sum Lutheri: alius, Ego Zuinglij, rursus alius, Ego Pacimontani, vel Suenckfeldij, vel Serueti. Perfrica frontem, & ex tuis auctorem fuisse nega. Scio, tibi quam minimum frontis esse, nondum te tamen ita pudorem omnem abiicisse puto, vt quod vel ipsa luce scis esse clarius, id negare audeas. Est igitur Ecclesiae præcipua dos unitas, & vnum omnium certissimum signum, quo Catholica dignoscitur ab haeretica, quam quanto studio commendatam nobis Christus voluerit, indicat illius precatio, qua vsus est ad Patrem suum coelestem illa ipsa hora, qua iam erat semetipsum traditurus pro nobis oblationem & hostiam Deo. Quid enim aliud precatus sum est, quam vt vnum cum ipso, vnum & inter nos essemus? quod non pro ijs tantum orauit, qui tum praesentes aderant, verum & pro ijs, qui credituri essent per sermonem eorum: quotquot in praesenti crederent, quotquot posteris etiam etatibus alij per alios essent credituri: hos vt confertam coronam patri tum offeres vnionis Ecclesiasticae cathena verè aurea colligari petiuit vnuerfos, vt omnes vnū essent: ex vnuerfis qui continua successione Euangelij suscepturi erant, vnā congregationē constituens, quae propterea Catholica, hoc est, vnuerfalis Ecclesia nominatur, vt quae non in aliqua orbis parte, sicut vereris religionis populus, sed vnuerfo orbe: neq; ad certū aliquod tempus, sed ad consummationem vsque seculi: neq; peculiariter ex Israëlitis, sed ex omnīu hominū nationibus esset congreganda, ad incomprehensibilem inter sese & cum ipso vnionem: quam quò diligētius retinere studeremus inter nos, nihil aliud quam vinculum illius pacem testamento nobis legare

Contra Cre-
scen. lib. 1. cap.
29.
Libr. 3. de
Baptismo con-
tra Donatistas,
capite 16.

Ad Constanti-
num.

Greg. libr. 4.1.
cap. 3. Eccle. 11.
Quae unitas
arguat Eccle-
siam.
Eph. 4.
Hiero. in epist.
ad Eph. c. 4.

1 Cor. 14

Haeretici nunc
quasi luna
mutantur.
Eph. 4.

Commendatio
unitatis Eccle-
siae.
Ioan. 17.

Ioan. 15.
Ioan. 11.

legare dignatus est: quin & mortis illius tam acerbae, tam etiam ignominiosa, non alia causa fuit, quam vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Sed vos Brenti, & quod nobis testamento per illum legatum est, repudiastis: & precationem ipsius ex incredibili quadam erga nos charitate profectam, nullū vobis fructum afferre passi estis: & immensum illud crucis & mortis illius beneficium, quantum in vobis est, irritum & inane reddidistis: dum quod antea dispersum, postea sanguine Christi precioso fuit congregatum, id vos iterum disperdistis. Est ne hoc Brenti Christiano esse? estne hoc Euangelium Christi profiteri? Christus ex duobus fecit vnū (fecit enim vtraque vnum, dicit Apostolus) vox ex vno fecistis duo, ac plura etiam, quam duo. Altare contra altare erexitis, cathedram contra cathedram constituistis. Obsecro vos per Deum immortalem, quid est hoc aliud, quam Antichristos esse? quam non Christi Euangelium, sed Satanae Cacangelium profiteri? Sicut enim Christus est, qui congregat: ita Satanas est, qui dispergit. Impios illos milites, qui Christum in crucem egerunt, immanitate vestra superasse videmini. Venerunt enim impij illi, & non fregerunt crura Christi: venistis vos speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes, & dirupistis, ac in multas partes concidistis totum corpus Christi, vnam, sanctam, Catholicam, Apostolicam Ecclesiam. Integrum Christi corpus inter manus persecutorum in cruce permanfit, & inter manus Christianorum non est integrum corpus Ecclesiae, pro qua verum & vnum corpus suum in mortem Christi tradere dignatus est.

Sed hic diuisionis siue discessionis suae causam affert Brentius, quòd priores nos à pia doctrina discesserimus. Quid autem Brenti, an non eandem suam quoque discessionis à vobis causam adferunt Sacramentarij? qui quod vos nobis horrendum idolatriae crimen impingitis, idem & ipsi vobis obijciunt, vt non magis nos vobis, quam vos illis idolatrae sitis: Lege quam scripsit epistolam ad Serenissimum Regem meum Ioannes à Lasko, cui responderet Ioachimus V Vestphalus: ita rem habere comperies. Deinde verò an utrosque & impiae doctrinae, & peruersi Sacramentorum vsus non similiter condemnant Anabaptistæ, Suenckfeldiani, Seruetiani & Picardi? an idem sibi ius non esse dicunt, se à vobis separandi? Si satis est dicere, estis & vos non modò Catholicae Ecclesiae, verum & istorum haereticorum, qui paulò ante iurati fratres vestri fuerunt, iudicio impij & idolatrae. Sic nihil adfertur à vobis contra nos, quod non similiter ab alijs haereticis adferatur contra vos. Nec secus æquum est fieri, vbi permittitur vnique de doctrina iudicandi potestas, vbi accusasse, vicisse est. Sed si quis Brenti, recta ratione rem expendat, huius discessionis, qua vos à nobis nefario schismate separastis, arrogantiam, factum, proteruiam vestram præcipuam fuisse causam dixerit. Nam cum non nihil gratiarum donorumque suorum Deus in vos sua benignitate conulisset, cum nec ingenium vobis, nec doctrina, nec linguarum peritia, nec præclara plerisque dicendi scribendique facultas deesset: has esse Dei gratias obliti (quas ille sicut non paucis Catholicis, ita vestrum quoque nonnullis largitus est) sic vos ipsos amare, sic vobis ipsi placere, sic magnificè vos efferre coepistis, atque eò insolentia prorupistis, vt haud aliter, quam si à vobis verbum Dei processisset, aut in vos solos peruenisset, illius possessione reliquos omnes excluderetis, & vnuerfum orbem Christianum aut cecitatis, quòd non videret in scripturis ea, quae vos videre vobis videmini, aut impietatis, quòd sciens, prudensque agnitus veritatem oppugnaret, condemnaretis. Hec arrogantia vestra præclarum illud pacis vinculum rupit, quo fueramus inter nos in unitate spiritus colligati. Nam cum illo, qui postea detractus est in infernum in profundum laci, visi estis in caelum descendere, super astra Dei exaltare solium vestrum, ascendere super altitudinem nubium, & esse velle similes altissimo, Quicquid à sanctis Patribus traditum, quicquid incredibili totius orbis Christiani consensu, tot feculis est receptum, id tanquam hominum commentum rejici: quod autem vobis placuisset, id tanquam Dei verbū ab omnibus adorari voluistis. Quorsum autè aliò spectabant haec, quā quòd vos pro dijs coli ab imperita multitudine cupiebatis? Et certe queritur Olander, quòd triginta sex loca produxerit è Scripturis, quibus habitare Deum in nobis demonstrat, neque tamen pro Dei verbo, quod è Scripturis protulerat, habitū fuerit: simul vt idè hoc à Philippo dictū est, statim tanquam Dei verbū adoratum esse. Hæc itaque diuinitatis affectatio, quæ & Cherub illum sapientia præstantem de caelo, & primū parentem nostrum de paradiso deturbauit, vos à compage Christi corporis vna, sancta, Catholica, Apostolica Ecclesia diuulsi. Ac initium quidem huius rei, sicut offendimus in præfatione nostra, profectum est ab ea, quam rectè Paulus vocat idololorum seruitutem, auaritia, cum quem sibi suisque deberi quæstū Lutherus putabat, eum ab alijs intercepti ferre non posset. Sed fuit ista causa quadam discessionis remo-

Eph. 2.

Haeretici cru-
deliores mili-
tibus Christianis
circisignitibus.
Ioan. 19.
2. Tim. 3.

Non Catholici
prius à pia do-
ctrina disces-
sunt.

Schismatis
hostiam patriis
factis et ar-
rogantia nou-
um Doctorum.

1 Cor. 14

Esai. 14.

Olander.

Eph. 5.
Lutherum
auaritia et
inanis gloria
perpulsi ad
schisma

tior. Cæterum postquam ei non defuerunt applausores, qui cum illum solida plauftra conuictijs onusta, in mores vitæque nostram effundentem viderent, subinde Euge, euge, acclamabant: ea demum res animum homini addidit, quod minus cunctanter ab vnitæ Ecclesiæ discederet. Non igitur doctrina nostra iudicio vestro parum pia, sed superbia vestra non minor, quàm fuit illius Angeli, quem de cælo deiectum esse paulò ante commemorauimus, discessionis huius causam dedit. Quòd si spiritus minus altos gessissetis, si quemadmodum nos esse dicitis, ita & vos homines, atque hoc ipso errori obnoxios esse, recordari voluissetis: si quod mouer Paulus, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantem, ei parere, in animum inducere potuissetis, nunquam hæc tam perniciofa & sacrilega separationis consilia amplexi fuissetis.

Phil. 2.

Brentius exemplo se iunctur à nota schismatis.

Responsio.

Verum hic proferat nobis exemplum Brentius ex historia Regum: In regno, inquit, Israëlítico Rex Achab, Principes Sacrificuli Baal, & maxima pars populi coniungebantur concordia & vnitæ in cultu Baalítico. Elias autem discedebat ab eis: ergo illi vera erant Ecclesiæ, quia consentiebant? Elias autem hereticus, quia hæc confessionem deserebat? Atqui neque Cæsares vestri Brenti, verè Catholicos Reges, neque pientissimus Rex noster Sigismundus cum Achab impio Rege commune quicquam habent: neque nos sacrificuli sumus Baal, nec in cultu Baalítico, sed in cultu veri Dei populus Christianus concordia nobis & vnitæ coniungitur. Et quantum est inter Eliam & iudicium venturi Christi, & Lutherum Antichristi præcursores, tantum est discrimen inter pios Reges hos, & impium Regem Achab: inter Sacrificulos Baal, & institutos à Christo Sacerdotes nostros: inter eum populū, qui tum fuit illis, & qui nunc est istis vnitæ coniunctus. Quòd si quemadmodum olim Donatista, sic vos nunc etiam de paucitate vestra gloriari vultis, & propterea vos cum paucis illis cum Eliam coniunctis verè comparari posse putatis, quòd multò maior Catholicorum, quàm vestrorum est numerus: cur eandem licentia non permittitis de suorum quoque paucitate gloriam vobis non minus docto, quàm sitis vos, Osiandro? qui & ipse ab ijs, qui sunt confessionis Augustinæ, non aliter quàm Elias ab impijs Prophetis Achab discessit: & suos hortatur, si propterea minus auctoritatis tribuere velint doctrinæ suæ, quàm Philippianæ, quòd plures sint, qui Philippum siue Confessionem Augustinam sequantur, vt eadem ratione se ad Pontificios conferant, qui multitudine Philippianos multò superant. Sic ille Philippianos non alio loco, quàm quo Prophetas Achab, habuisse videtur. Interea tamen vide Brenti, quàm verè dicas, quòd ab Achab & eius Prophetis Elias discesserit, cū illis coniunctus nunquam fuerit. Vos autem & pientissimis Regibus & Episcopis Catholicis ante triginta hos & quadraginta annos ita doctrinæ religionisque concordia coniuncti fuistis, vt idipsum sentiremus omnes, idipsum diceremus, idem speremus.

Aliud Brentij exemplum de Caypha & alijs in necem Christi conspirantibus.

Ioan. 11.
Mat. 26.
Luc. 23.
Psal. 2.

Responsio.

Cæterum nullum est exemplum, in quo sibi magis placeant omnes ferè nostri temporis heretici, quàm sit hoc, quòd & initio proposuit, & nunc libellū hunc suum claudens, repetit Brentius ex Euangelio, quòd subinde contra nos inculcat: cum tamen non magis ad nos pertineat, quàm illud quòd ex historia Regum proxime prolatum est. In occidendo Christo, inquit Brentius, conueniebant vnanimi consensu Cayphas, Annas, Pilatus, Principes, Pontifices, Sacerdotes, Senatores, & vulgus. Quare fremuerunt, inquit Psalms, gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Utamur ergo Dialectica Afoti, & dicamus hos esse Ecclesiæ Dei: Iosephum autem & Nicodemum esse hereticos, quòd ab ijs discesserint.

Prædictum de Christo vt occideretur, non quòd occisus ignoraretur in Ecclesiæ Hier. 4.
Exech. 7.
Matth. 3.

Quorsum autem hæc Brenti? Vide quantum ab sis à blasphemia: dum Synagogæ statum, quæ cum honore fuerat sepelienda, cum Ecclesiæ statum confers, quam fundauit Deus in æternum. Scilicet ad nouum aliquem Christum nos ducere vultis, vt quòd semel de Christo Dei filio factum est, id fiat iterum? Futurum vt occideretur Christus, vt sacerdotium legis transferretur, & alio Deo magis grato commutaretur: vt ceremoniæ Iudeorum ad coruscantem Euangelij lucem velut vmbra quædam euanescerent, Prophetarum variis prædictum erat: de quæ temporibus illis, quibus hæc facta sunt, scripserunt Prophetæ, quòd in die illa peribit cor Regis, & cor Principum: & obfupescerunt Sacerdotes, & Prophetæ confertabuntur. Lex peribit à Sacerdote, & consilium à Senioribus. Nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. Et occumbet Sol super Prophetas, & obrenerebitur super eos dies. Quæ omnia, sicut scripta, sic tum impleta sunt. Sed quis vnquam Prophetarum prædixit hoc futurum, vt posteaquam semel occisus est Christus, in credentium cordibus in æternum victurus, sum nihilominus ab Apostolis prædicatum totus orbis ignoraret, & pro Deo co-

leret

Jeret idola: tum quotquot in Apostolorum vices successerunt, exæcati, nihil viderent in sacris literis: deinde post mille quadringentos annos, à nescio quibus vobis Euangelistis, ad veritatis cognitionem reuocaretur. Hoc est Brenti; quòd vos vulgo nimis (heu) credulo persuadere conari estis, per omne tempus id Ecclesiæ caruisse Christo: stertenteque sponso, sponsam pro Deo coluisse laruas & idola, in sacris literis enarrandis fuisse prorsus cæcam: miracula Sanctorum nihil aliud fuisse, quàm præstigijs Dæmonum. Cedo Brenti, quibus Prophetarum oraculis hæc ita futura prædictum est: Nam quæ tu de Christo facta scribis, multis antè seculis prædixisse Prophetas legimus. Quòd si soluere Christum, hoc est, occidere Christum (Soluere autem Christum, si quid Augustino credimus, qui dirumpit Ecclesiæ, qui schismata facit, qui vel Ecclesiæ à capite suo Christo, vel seipsum ab Ecclesiæ, vel Ecclesiæ in seipsa separat ac diuidit) quid potuit verius dici, quàm quòd in occidendo Christo conuenit vnanimi consensu Lutherus, Philippus, Brentius, Flaccius, Corolstadius, Zuinglius, Oecolampadius, Caluinus, Moncerus, Pacimontanus, Menno, Suenckfeldius, Campanus, Seruetus, Pastores, atque ministri illis coniuncti? Nunquam illi, quos tu commemorasti, tam atrociter sauerunt in verū & viuum corpus Christi: nunquam illud ita lacerauerunt & conciderunt, sicut à vobis laceratum, concisum, & in partes innumeras dissectum videre licet mythicum Christi corpus Ecclesiæ.

Aug. in. 1.
Ioan. Canon.
tam, tractat. 6.
Christum soluere quid.

In necem Christi conueniunt heretici non minus quam olim Iudei.

Ioan. 15.

De vana fiducia hereticorum.

Et interea de persequutione quærimini, & agnosci vultis in vobis veterem Ecclesiæ fortunam, de qua dictū est: Non est seruus maior Domino suo: si me persequuti sunt, & vos persequetur. Et quoniam coram huiusmodi tribunali causa cadere videbimini, ad aliud quòd reliquum est, Christi tribunal appellatis, coram quo sicut nunc magna cum fiducia stare vos gloriamini, sic fore confiditis, vt in illa die summa cum alacritate steteris aduersus eos, qui vos angustiauerunt. Quid autè horū Brenti non pari ac maiore etiam fiducia dicitur à Sacramentariis, ab Anabaptistis, & à reliquis hereticorum portentis? Num & hi minus gloriantur, sicut nunc magna fiducia, ita nunc summa cum alacritate se staturos coram Christi tribunali: Num de persequutione minus queruntur, non solum quam à Christianis, verum etiam quam à vobis ferunt Lutheranis? quos ferreum iugum suis cervicibus imposuisse queruntur, cum à Pontificijs ligneo tantum pressi fuissent: sicut ex ijs, quæ scribere Ioannes Caluinus, & Ioannes à Lasko cōtra Ioachimū Vvesphalum, iam antè demonstraui. Ac sic isti quidem de vobis queruntur, nihil tamen & ipsi mitiores in alios non solum hereticos, verum etiam Catholicos: quorum nonnullos publica lege lata extremo supplicio damnandos sensuerunt, quā ad cor redeuntis, ad eam quā deseruerant, religionem sunt reuersi: quos etiam extinctos humo que sepultos exhumari curauerunt. Docuit hoc (inquit Robertus Præful) Arborensis in libello, quem hoc anno scripsit, De compescenda hereticorū petulantia) cuiusdam personæ triste cadauer, post sepulcrum vestro iussu cruci affixum, quòd præteritæ eius mens conscia culpæ, ad cor rediens, peteret ac repeteret sibi ministrari Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta. Parco, inquit, nomini, quòd me etiam tacente norunt omnes Lutheranæ municipes. Parcit ille quidem nomini, sed palam est, id à Sacramentarijs factū esse, Genevæ proculdubio: nā ibi fas non est morituris Eucharistiæ Sacramentū dare. Quid autem crudelius & immanius fieri potuit? Quas vos non excitaretis tragedias, si quid eiusmodi fieret à Catholicis? apud quos vt exhumentur aliquando mortui, supplicium tamen de exhumatis non sumitur. Quòd autem ita graue facinus fuit admissum, vt in exhumatum cadauer tanto perè sauiendum esse putaret? Moriturus Christianus, viaticum sibi Christi corporis & sanguinis administrari cupiebat. O facinus plus quā Tragicum. Cæterum de Serueto quid statuerit idem Caluinus, & quemadmodum edito libello rectè in hereticos gladio vindicari docuerit, à nobis est superius commemoratū. Cuius discipuli clamant, cum scripturis eum superare non possent, à vi & armis prædium Caluinum esse mutatum. Verum absit, vt nos Caluini de Serueto factum improbemus, quin laudamus potius. Si quòd ille de Serueto fecit, factum idem fuisset ante triginta annos de primo hereseo harum omnium architecto, nullum in signe magis exemplum diuinæ cuiusdam clementiæ edi potuisset. Serueta fuissent tot myriades rusticorum, quibus libertas Evangelica, quam vos prædicastis, non solum libertatem eripuit, seruitutemque duriorē effecit, verum etiam & corporum & animarum exitium quam plurimis attulit sempiternum. Neque tot Principes partim cæsi, partim capti, neque tot viri nobiles interfecti, neque tot & tanta fuissent in Germania calamitates consequutæ: ne haberemus nunc Psychotirannos istos Brentios, Caluinos, Suenckfeldios, & qui sunt de grege Picardorum & Anabaptistarum: qui cum longè grauissimè sauiant in animos plurimorum mortalium, iniuriam sibi tamen fieri

Vt comprimentos esse primos hereticorum conatus, ne vel paucis nocerent.

putant, si quas à Christianis & Orthodoxis persequutiones patiatur: cū ipsi tamen hæretici persequantur hæreticos, neq; cum ipsi discrepent ab orbe terrarū, ferant ab opinione sua dissentientes. Præclare scriptum est ab Hieronymo: Scintilla res parua est, & penè, dum cernitur, non videtur, sed si fomitem comprehenderit, & nutrimenta sui quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latissimos saltus, regionesq; consumit. Fermentum quoq; res modica videtur & nihili, sed cū farina conspersum totam massam suo vigore corruerit, in illius vim transit omne quod mixtum est. Ita & doctrina peruersa ab vno incipit, vix duos aut tres primū in exordio reperit auditores: sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbiū, vnius pecudis scabies totum commaculat gregem. Igitur & scintilla statim, vt apparuerit, extingueda est, & fermentum à massæ vicinia femouendum: secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum: ne tota domus, massa, corpus & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria vna scyntilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est. Sic & in Saxonia Lutherus vna scyntilla fuit: sed quia non statim oppressa est, quantum ex ea fit incendium excitatum, quis est, qui sicis oculis commemorare queat? Digna vox est Bernardi, quæ celebratur: Auferatur malus, ne malos generet. Melius est, vt pereat vnus, quam vnitas. Sed & Chrysostomus: Si quis inquit, arrepto igne, domum hanc demoliri & incendere, altareq; hoc diruere conaretur, nunquid quotquot hic estis, lapidibus eum vel scelerū & improbū obrueretis? Quid igitur agendum cū eo, qui flammam inferi igne voraciore, non lapidibus ædificatas domos demolientem, neq; altare aureū diruentem, sed quod longè parietibus & hoc altari pretiosius est. Doctorem ædificium subuerentem ac deuantem? Hoc faciens, qua quæso venia dignus erit? Quid verius dici potuit? Quod si fax illa furialis prius extincta fuisset, quam vel vnam domum aliquam instammasset, non ita multa nunc in orbe Christiano passim incendia videremus. Ad eò verum est, quod ille dixit: Sæuit in bonos, qui parcat malis. Sæuit in pios, qui parcat impijs hæreticis. Nulla est maior crudelitas, quam in arcendis hæreticis benignum & clementem videri velle. Quod si Saul Rex graues dedit pœnas, qui præpostera quadam sua misericordia pepercit Agag Amalechitarum Regi: quantum maiora supplicia manent eos Principes, qui non modo parcut hæreticis, verum etiam receptum illis in terris suis dari permittunt, nec mouentur ea re quicquam, si quam plurimos pestilentissimis eorum erroribus infici videant? Certè non minorem hi culpam sustinent, quam illi ipsi, per quos miseri mortales doctrinis varijs & peregrinis abducti, in barathrum inferni præcipitantur, & incendijs gehennæ traduntur sempiternis: neque minus ab illis, quam ab his in illa tremèda die, quando cœli mouendi sunt & terra, suppliciorum exigetur. Rectè nanque dictum est ab Ennodio: Non est grandis differentia, an lethum inferas vel admittas: mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cū possit, non excludit. Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas cū minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippè, cū possis perturbare peruersos, nihil est aliud, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Quid prodest, inquit Pius Pontifex, illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Consentire autem videtur erranti (si quid Gregorio credimus) qui ad rescandam, quæ corrigi debent, non occurrunt. Verum hac de re Principes ipsi viderint, quemadmodum suæ suorumq; salutis prospiciant, neque corporū salutem modò, verum & quæ multò sunt pretiosiores animarū.

Nam coram quo in futurum scribis, vt vos magna cum fiducia stetis, omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi. Qua vos in te fiduciam vestram collocaturum sitis, nescio, qui vos ab ipsius iudicis Christi corpore separastis: nos certè non in alia magis re spem nostram omnem defixam sumus habituri, quam quod vniuscuique nostrum portio, caro & sanguis est in eo ipso, quem iudicem expectamus, Iesu Christo Domino nostro. Vbi portio nostra regnat, ibi nos quoque regnatos credimus: vbi caro nostra glorificatur, ibi nos fore gloriosos confidimus: vbi sanguis noster dominatur, ibi dominaturos & nos persuasum habemus: Et si peccatores nos agnoscimus, de communionem tamen ista confidimus: & si peccata nostra nos prohibent, substantia tamen requirit: & si delicta nostra nos excludunt, naturæ communitio non repellit. Non est tam immitis Dominus, vt obliuiscatur hominis, quem ipse gestat, quem nostra causa suscepit, propter quem horrendum ignominiosæ mortis supplicium adire dignatus est. Non est tamen asper & crudelis, vt non diligit carnem suam, membra sua, viscera sua. Caro tua sumus. O Iudex viuorum & mortuorum, sanguis tuus sumus, membra tua sumus: qualiacunque tandem, sed membra tamen esse tua nunquam desijmus: nunquam nos à corpore tuo, nunquam ab Ecclesia sancta tua, vel per hæresim aliquam, vel

Hieron. in cap. 5. ad Galat.

Bernardus epist. 120. Chrysost. hom. 7. in Epistolam ad Rom.

Principum est in hæreticos animaduertere.

Ennodius in libro defensorio duarum Synodorum sub papa Symmacho habitatum. Damasus Epistola 3. Pius Epist. 1.

2. Cor. 5. Quanto maior est melior fiducia Catholicorum quam Sæuatorum coram tribunali Christi.

Autoris ad iudicem Christum pia præcatio, & Catholica simul protestatio.

per schisma præcidimus. Carnem tuam Domine ne despexeris, carnem tuam odio ne habueris, carnem tuam ne condemnaueris. Nulla est maior spes, fiducia, gloriatio nostra, nisi quod tu caro nostra es, quod nos caro tua sumus. Non gloriamur de meritis nostris, non habemus in illis præcipuè fiduciam nostrā collocatam: de hoc solo præcipuè gloriamur, in hoc solo maxime cōfidemus, quod mēbra sumus illius corporis tui, quod pro nobis passum, crucifixum & mortuum, abundè pro peccatis totius mundi satisfecit. Quamobrem si merita à nobis requiris, ecce proferimus tibi merita corporis tui, quod cū de nostro sit, nostra sunt & illius merita: proferimus tibi meritū passionis tuæ, meritum crucis tuæ, meritum mortis tuæ. Hæc sunt merita nostra, quæ tu clementissime Domine nobiscum pro immensa benignitate tuā cōmunicare dignatus es: secundum hæc merita abs te iudicari postulamus: his meritis freti, coram tribunali tuo nos intrepidī sistimus. Nostra sunt, quia nostri sunt capitis: nostri sunt corporis, à quo nos nefario schismate nunquam præcidimus. Hæc merita interponimus inter nos & inter iudicium tuum: aliter iudicio tecum contendere nolumus: de quo solenniter protestamur. Cum hac fiducia Brenti, nos accedemus ad tribunal Christi: hoc solo freti, quod caro illius quod sanguis illius, quod membra sumus corporis illius, nec aliter coram illo causam nostrā perorabimus. Ceterū vos Brenti, num aliquid in illius carne & sanguine spei collocare, num pari cum fiducia illius corporis merita vobis vendicare poteritis? à quo non ipse modò vos per sacrilegum schisma præcidistis, verum etiam tot præcisionum, tot sæctarum alijs duces & auctores fuistis: ac multo crudelius mysticum Christi corpus tractastis, quam impij milites viuum illud, quod in cruce egerunt. Nam illi, sicut prædictum erat, os non comminuerunt ex eo: vos autem quas ex eo particulas non fecistis? Ego verò non dubitauerim affirmare, quamuis nihil sitis nobis meliores, si tamen admirabili quadam essetis vitæ sanctimoniam conspicui: si fidem, de qua sola gloriamini, tantam haberetis, vt ea etiam montes tranferre possitis: si facultates vestras omnes in cibos pauperum erogaretis: denique quod magis mirum est, si corpora etiam vestra omni genere suppliciorum excruciatada pro Christi nomine traderetis: nihil hæc vobis omnia coram illo Christi tribunali profutura: si quidem extra Christi corpus nulla sunt merita, quæ prodesse queant. In Christi corpore valent, quicquid valent merita nostra.

Quamobrem redite Brenti, redite eò, vnde discessistis. In ecclesia nostra Catholica nati, vel renati potius, Christi corporis membra facti estis. Ab hoc vos corpore nefaria præcisione separastis, quando ex ea, in qua renati estis, exiistis. Nolite existimare, quod vos Ecclesia Dei persequatur: errorem vestrum persequitur, non vos. illum extinctū cupit, non vos. Nihil est hac matre nostra clementius, nihil indulgentius. Simul vt errores vestros agnoueritis, & aliqua resipiscentiæ signa dederitis, summa cum alacritate vos haud aliter atque prodigum filium benignus ille pater obuijs (quod aiunt) vltimis redeuntes excipiet: & erit maius gaudium super vno peccatore cōuerso, quam super nonagintanoue iustis. Hanc vt vobis mentè Deus tribuat, supplices clementiam illius imploramus. Vtinam autem ille nobis aliquando dies illucescat, quo vos ab erroribus vestris resipiscetes, ad Ecclesiæ gremium reuersos videamus, & gaudeamus. Nullum spectaculum oculis nostris iucundius accidere possit. Tum primū agnosceretis, quas vos nunc persequutiones vocatis, eas medicinas tantum fuisse, quibus sitiens vestra salutis mater Ecclesia vos ad sanitatem reuocare conabatur.

Sed hæc aduersus Prolegomena Brentij scripta sufficiant: cuius nos, cū caput illud tractarem, de auctoritate scripturæ, secundam Pericopen vidimus, Postea quàm verò finem huic operi imposuimus, peruenit & prior in manus nostras. Nobis verò propositum non fuit, nisi ea tantum confutare, quæ Serenissimo Regi nostro per Petrum Paulum Vergerium dictata sunt. Non defuturos confidimus, qui laborem etiam reliqua confutandi minimè grauatim suscipiant.

Ggg 4 PER.

Misera fiducia Brenti, qua sese & suos coram Christi tribunali consolari tentat. Exod. 12.

Ad Brentium & cum coherentes aduocatio Episcopæ digna.

Lac. 16.

De consilio suscepti operis admonitio.

PERORATIO.

HAbes iam pietissime REX, quod ad eius fieri potuit, paucissimis confutata, quæ Petrus Paulus Vergerius à Brentio, scripta, se coram tua Maiestate defensurum obtulit. Nec est, quod hæc eius generis esse putet, quasi non maximum in se pondus habere videatur: quin hæc actilia potius esse iudicabis, ut si per eos, qui discesserunt à nobis, obtrita sint, nihil iam impedire queat, quominus & alia quæcumque velint, obtrineant omnia: neque prohibere quisquam possit, quod minus quam longissimè, quamque latissimè Satanismus ille, quem in exordio libri huius recensuimus, propagetur. Qui quod passim iam in orbe Christiano tantos progressus fecit, cui rectius acceptum feremus, quam istis, qui iudicandi de causa fidei potestatem cuius, etià de face vulgi, permiserunt? & quominus ab eo quisquam deterri possit, quod uis maior esset id audiendi cuius licentia, nihil in scripturis obscuritatis, nec præter eas recipiendum esse quicquam persuaserunt? Traditiones etiam Apostolicas in contemptum adduxerunt, ut aut Apostolicæ non esse crederentur, aut si maximè tales putarentur, nulla tamen earum obseruandarum necessitati quisquam adstrictus foret: Patribus & Episcoporum Concilij auctoritatem omnem detraxerunt. Denique unicuique conuenticulo se per summum sacrilegium ab Ecclesia Dei separandi, suoque ceteri nomen Ecclesiæ vendicandi, potestatem fecerunt. Ex istiusmodi dogmatum propagatione quid potuit aliud cõsequi, quam quod (proh dolor) cõsequutur esse videmus? Iam enim tot sunt fides, quot voluntates, tot Ecclesiæ, quot hæreticorum cõtetus: iam à compluribus nihil certi creditur, dum à Sectarijs quotantis propè fidei dogmata mutantur. Denique iam eò ventum esse, verissimè Ioannes à Lasko queritur, ut in atheismum homines inclinēt, vel ruant potius. Et hic est scopus, ad quem tendit Satanas, ad quem intelligit se collimare non posse, nisi vijs & rationibus, quas in hoc libro suo, quem confutandū suscepimus, præscripsit satellites eius Brentius. Nihil est Satana superbius, ipsam ut superbiā superbia sua superare videatur: quin ipse potius ipsa sit superbia. Quamobrem non alia re magis offenditur, quam quod is, qui propter nos, nostramque salutem vsque eò se deiecit, ut serui speciem in se, cum Dominus esset omnium, susciperet, & quidem nocentis serui, & haud aliter, quam è seruis facinorosissimus quispiam capi, alligari, flagris cædi, conspui, ad extremum omnium probrosissimum, & eodem longè acerbissimo crucis supplicio affici dignatus sit: quod is eò sublimitatis euectus, ad eò per humilitatē hanc suam & crucis ignominiam illustratus est, ut ad huius Iesu consputi & crucifixi nomen sese stectat & submittat omnigena, nō solum eorum qui sunt in terris, verum etià eorum, qui vel apud inferos, vel apud superos degunt in caelis: nec vlla sit vsquam lingua, quæ non confiteatur Iesum omnium rerum Principē ac Dominum à dextris assidere Deo Patri, ut regni communis gloriæque omnis conforter. Est hoc illi mortis instar, quod qui cõspuit, qui flagris caesus, qui cruci fuit affixus, eum tanquā Deum ab omnibus coli videt, inuocari, adorari, glorificari. Quamobrem omnia facit, ut hanc illius gloriā, quam sibi potius deberi putat, infringat, hoc est, in quo neruos suos omnes sibi contendendos esse putat. Nec verò statim orditur ab eo, quod imprimis habet propositum, nō ipsum statim caput aggreditur, cum non ignoret, quod si sumptum inde fuerit exordium, se non facile quicquam esse profecturū. Sic enim hoc meribus mortalium est infixum, quod mediator Dei & hominū homo Christus Iesus per omnia Deo Patri sit æqualis, quodque par honos, par ei gloria debeatur, ut si quis populo cõtrarium persuadere sit conatus, non aures ei modò non accommodet, quicunque Christiani censerent gaudent, verum etiam vt ab eo manus abstineant, sibi temperare non possint. Hoc itaque cum exploratissimum habeat ille, quo nihil est calidius, non statim prorūpit, quod cogitat: sed prius animos hominū sibi præparat, quod facilius impias & blasphemias opiniones suas illis inserere, queat. Porro præparandi ratio hæc est, ut assuefaciat homines nihil nō agere per contentionem & inanem gloriam, de quouis doctrinæ genere iudicandi sibi potestatem arrogare, neque moueri quicquam ea re, quod de hoc aut illo dogmate semel iudicium Ecclesiæ intercessit, quin eò potius audaciæ atque amentia progredi, suum ut iudicium orbis totius Christiani iudicio anteponan: nihil apud eos Patrum, nihil Conciliorum & Pontificum auctoritas, nihil tot seculorum totius populi Christiani cõsensus valeat: neque recipiant quicquā præter scripturas: in quibus cum nihil obscuritatis esse persuasum habeant, sibi quisque eas interpretandi auctoritatem vsurpet: nec sensu suo cuiquam cedant, etià si secus eas esset sanctorum Patrum cõsensus interpretatus iā inde ab Apostolorum tempore: priuatum

Vnde Satanismus oritur hoc tempore.

Quomodo maxime Satanas offendatur.

Philip. 2.

Quibus gradibus nunc Satanas orbem seduceat, & a Christo auertere studet.

priuatum suū sensum publico totius Ecclesiæ sensui & consensui anteponan, ac prius ab Ecclesia Discessionem faciant, prius Cathedram cõtra Cathedram constituant, & altare contra altare erigant, quàm vel in minimo de sua sententiā dimoueri se patiatur. Posteaquam verò discessio semel facta fuerit vel in re non maximi momenti, quæ naturā sua iudicari possit indifferens: posteaquam eò ventū erit, ut in qua Christi fide imbutus, & per Ecclesiæ Sacramenta membrum corporis eius factus est aliquis, eam Ecclesiam non tantum deserat, verum etiam Ecclesiam esse neget, ac seorsum colligat, iam omnibus insidijs Satana magis sit oporturus, & proficit in peius indies, errans, & in errorum mitens: nec est iam doctrinæ genus vllum tam perniciosum, tam implium, tam blasphemū quod tali, qui se vltro ab Ecclesia Dei præcidit, non facile persuaderi queat. Quamobrè in hoc Satana studium omnè consumitur, ut sicut lupus ouem secernit à grege, sicut accipiter columbam ab agmine volantium separat: sic & ipse possit aliquem à cõtuo fidelium, quæ vocatur Ecclesia, segregare. Quod vbi perfecit, iam eum sic suæ potestati subiectum habet, nihil ut sit, quod ei rectè non possit imperare. Docuit hoc ipsa magistra rerum experientia. Non enim vsquā ferè factum videmus, ut subito Satanas ad ea profiliere inculcanda, quæ simul vt essent prolata, mentibus hominum horrorem incuterent: qualia sunt, nullum vt esse Christianorum sacerdotium, nullum sacrificium crederetur, vt Christi corpus realiter esse præsens in Eucharistiæ Sacramento negaretur, & si quæ sunt alia magis etiā impia. Ab his grauioribus nunquam illi visum est exordiri, quod id causæ suæ minime iudicaret expedire: verum in leuioribus quibusdam sic eos assuefacere voluit, in sensu & cõsensu totius orbis Christiani discrepare: sic quod ipsi contrà sensissent, id solum putate tueri; mordicus & defendere, vt impia & sacrilega separationis cõsilia sequi mallet, quā ab eo discedere, quod semel in animū induxissent. Posteaquam verò semel ad separationis cõsilia vētum est, iam nihil ei fuit negotij, separatis ab Ecclesia Dei cetera quæ vellet omnia persuadere. Neque verò nostris tantum temporibus hoc ita factū est: etiam prius illis seculis idem legitimus euenisse. Nihil autem est necesse vel altius rem repetere, vel abire longius, cum à finitimis nobis Boëmis & Germanis exempla recētia rectè peti possint. Patrum nostrorum memoria Boëmi & Morauia in re, quæ non maximi momenti videri poterat, ab orbe reliquo Christiano discessionem fecerunt: num hac vna in re discessionem fecisse cõtenti fuerunt? Nihil minus: quin qua discesserant illi, qui priuata sua libidine potius, quàm auctoritate sibi calicem vsurparunt, eadem sacrilega audacia discesserunt ab illis vicissim alij, multò iam grauioribus erroribus inuoluti. Itaque multa videre licet oppida in Boëmia & Morauia, vbi posteaquam in vsu Sacramenti Eucharistiæ discessum est ab Ecclesia Catholica, multæ sunt aliæ discessionis consequutæ, ita vt vel in vna domo aliqua, varias fides inuenire liceat, dum aliud maritus, aliud vxor, aliud liberi, aliud credit familia? Quid autem? An idem in Germania non accidit hoc nostro quoque infelici seculo? An idem nuper adeo posteaquam è sui corporis diuersorio sanctos ille pater tuus cœlestem in domum migravit, in tuo quoque regno & adiuctis illi terris pietissime REX, non vsu venit? Vnde enim factum est discessionis initium? quod fuit istarum tot sectarum, quas in tuis quoque terris tam dissectsas videre iā licet, exordium? A minorioribus quibusdam in speciem cõceptum est. Sed euenit illud quod scriptum est. Qui modica spernit, paulatim decidit. Modicum quiddam visum est initio, vesci carnibus in Quadragesima vel Pro Sabbatho: quod cum necessitate sit exigente, certum est nihil in eo piaculi committi. Cum autem id ex contemptu fieret, cum Ecclesiasticas traditiones pro nihilo ducere, homines audaces & sibi placentes assuecerēt, paulatim decedentes, vide quò tandem sint impietatis prolapsi. Magna iam ex parte non de calice laborat, aut de vxoribus Sacerdotibus permittendis, neque contenti sunt plerique deiecisse imagines, Christi crucifixi simulachra nullo contumeliarum genere non affecta concidisse, & sacerdotium & sacrificium abrogasse, sacra simul omnia peruertisse, ipsum etiam sacrosanctum in Eucharistiæ Sacramento Christi corpus è templis etiecisse, & (proh facinus horredum) pedibus conculcasse, & eius generis alia pleraque patrasse, quæ vix vlli, quamlibet etiam immanes barbari, fuerant designaturi: quos immanitate sua nonnulli superasse minime contenti, huc tandem impietatis proruperunt, ut inter capita suæ confessionis hoc etiam ponere nō dubitarent: solum Deū Patrem & neminem aliū adorari & inuocari debere, quod ille solus videt corda nostra, quod nulla creatura facere potest. Ecce est præceptum veteris legis, ut qui quæquam alium adorauerit præter Deum solum, occidatur. Ad quem Deum, alium intercessorem, procuratorem & mediatorem habeamus, nullum, præter vnum Dominū IESVM CHRISTVM. An autem hæc non est ipsissima Serueti hæresis? qui pridem iam extinctos Arij & Macedonij errores, hoc infelici se-

2. Tim. 3.

De Boëmis & Morauia.

De Germaniâ et Poloniâ.

Eccle. 19.

lici se-

Summa Prolegomenorum Brenij.

Isci seculo nostro nobis in lucem reuocauit? Potuisset autē huc audaciē progredi quisquam, ut hæc assereret, à quibus piorum aures abhorrent omnium, nisi prius ei persuasum fuisset, quod in hoc suo libello docet Brērius, etiam ea, de quib⁹ decreta legitimum Conciliorum intercesserunt, iterū in disceptationem vocari fas esse; quod nihil Patrum nihil Conciliorum, sed Scripturę solius valere debet auctoritas: extra quam recipi nihil oporteat, de qua cuius etiam è vulgo iudicare liceat, quæ cum obuia sit cuiusque sensui, quod minus eam interpretetur arbitrio quisque suo, prohiberi nemo debeat. Hæc fere summa est eorum, quæ in suis his Prolegomenis persuadere conatur Brentius: quæ se coram tua Maiestate defensurum offert Vergerius. Quæ si recepta sint (quod pro sua misericordia prohibere Deus velit) si bene sopitos Arianorum ignes suscitare, deoque doctrina religionis, quin & de Conciliorum decretis vniciuique sibi iudicium arrogare licitum fuerit, credat Maiestas tua, quod breui tempore Christiani esse desinemus, & pro Christianis non iam Lutherani tantum aut Zuingliani, verūmerita & vocabimur, & erimus Ariani: neque deinceps amplius Christum esse Deum profitebimur. Verū abfit, vt in pij cuiusquam mentem hæc tam impia cogitatio veniat vnquam. Quin autem huc spectent consilia Satanae, dubium non est, quādo per Brentium & eiusdem factionis alios ea profert, quæ nos hoc scripto nostro confutanda susceperimus. Neque verò causam video, si permilla fuerit potestas Zuingliani aut Lutherani, ea quæ semel auctoritate Conciliorum rectè definita sunt, in dubium reuocandi, cur eadem Seruetianis quoque, siue nouis Ariani permitti non debeat, quod si factum sit, nihil est quod quisquam hæset, quin Ecclesię Dei plus negotij sit exhibitura Seruetiana, quàm vlla hæresis alia: cum nulla sit vel in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis exercitior, vel diuinæ legis oraculis instructior, vt semper cum eis disputationem Catholici declinauerint: quam quoties effugere non licuit, Patrum illis traditiones obiecerunt potius, quàm vt scripturarum armis congredi voluerint, sicut in hoc scripto nostro locis aliquot à nobis demonstratum est.

Ad Regem abhorritio.

Cum itaque non obscure videat Maiestas tua, quorsum tendant Satanae conatus, nimirū vt Christi gloriam obscuret, & illius immensi beneficij memoriā, quo nos pro nobis in cruce moriē afficere dignatus est, obruat obliuione sempiterna, quam etiam ob causam & Christum vsus, & cruce finadi morē, tot ledorij, & scomatis insectatur, hæc inquam, cū vel ipsa luce clari⁹ perspicat Maiestas tua, cum ab alijs impijs dogmatibus, tum ab ijs quę traduntur in hoc Brērij scripto, quod resellimus, diligētē tibi cauedum esse putabis. Hęc enim sunt, quę Satanismo fenestrā aperiuunt. Quem si tu voles ex regno tuo terrisque tibi subiectis exterminatū, sicut velle certè debes (nam & Catholici Regis officium hoc abs te requirit, & patrię leges exigunt, quæ semel in Concilijs Oecumenicis iudicata, recteq; sunt disposita: sed cūctos populos tibi subiectos in ea religione versari iubebis, quam Petrus Apostolus tradidit Romanis, quam successores eius Pontifices Romanos semper esse sequutos, ac nūc etiā sequi claret, quā ex quo tempore Christi susceperunt Euāgelium maiores tui Polonię reges, vnā cum subiectis imperio tuo populis, non tantum ab ea non defecerunt vnquam, verū sic in ea se per hos propē sexcētos annos gesserūt, vt ex integrē inuolateq; conseruata Christiana religione, summā pietatis & constantiæ laudem retulerint. Quare si tibi dixerit aliquis, Ecce hic est Christus, Ecce illic, Ecce in solitudine, nō exeat: Ecce in penetrabilibus, nō credas, quin ibi poti⁹ Christum esse persuasum habeas, vbi corpus eius est, Ecclesia. Porro Ecclesiam ibi esse ne dubites, vbi sancti maiores tui piē sanctęque tot seculis Deum coluerunt: vbi tu quoque Christi corpori per Baptismi Sacramentū inustus, Christi nomen primum audiuisti, & Euāgelicis præceptis institutus, Christianus dici & esse cœpisti. Hanc & nō aliam Ecclesiam esse Dei sic tibi persuasum sit, nunquam vt secus aliquid persuaderi tibi patiare. Nec vlla tibi magis, quàm separationis cōsilia fugienda esse putes, quę verissimè perniciofa vocat Augustinus & sacrilega: quę quantoperē Deus execretur, vel exemplum in Chore, Dathan & Abiron editū documēto nobis esse potest. Sed quid est necesse longius exēpla petere? Quę Petricouia, vbi Comitia regni maiora haberi consueuerunt, proximo superiore anno acciderūt, tenes proculdubio memoriā. Dom⁹ illa in qua de separationis

Matt. 24.

Augu. lib. 2. cōtra epistolam Parmeniani cap. 2.

Nume. 16. Omē de adibus Polonicis, turbine nuper dissectis.

tionis consilij actū est, quemadmodū turbine dissecta sit, non ignoras: neque dissimile quiddā factum est de magnificis regni consiliariorū edibus, simul de ea domo, in qua tu cū illis de rebus ad salutē regni tui pertinentibus deliberationem suscipere conuenisti: quin & regia tua non fuit intacta. Noli putare fortitū hęc ita euenisse. Nam quid impediuisset alioqui, quod minus idem fieret de oppidanorū ædibus, quæ magis etiam esse videbatur eiusmodi casibus opportuna? Sed quod in illam potissimum domū rem pestas desuauit, in qua de separationis cōsilijs deliberatio fuit habita, quod reliquarum etiam recta disturbauit, vox quadam fuit Dei, consilia separationis derelictis, simul & tibi, & ijs qui tibi sunt à consilio denunciatis, nisi fortiter illis restiteritis, nisi grauius Catholici Regis, Catholicorumq; Senatorum officio functi fueritis, futurum, vt sicut nunc in fastigia domorū, sic non ita multo post in capita quoque vestra multo grauior tempestas deliquat. Si quidem approbari videntur sacrilega separationes cōsilia, dum vtiliter eis nō resistitur: per eos præsertim, qui er possunt & debent. Vtinam sim falsus vates, sed nisi maturè prospectū, nisi temporis pestilentibus ijs consilijs obuiam itum fuerit, quæ Germaniā, quæ non ita multo antè Angliam quoque calamitates perualerunt, eadem & nobis veniunt expectandæ. Mirū est autem, quorū exitus perheresimus omnes, eorum imitati facta plerisque minimè formidare.

Sed hæc quorum in hoc seculo nobis metus impendet, leuiora videri possunt. Nam quantacūq; sint, sinē tamen aliquando consequuntur. Cæterum ea quàm sunt horrenda, quę Iudex ille viuorum & mortuorum ab ijs expetiturus est, qui cū semel corpori suo fuissent in siti, ab eo se per sacrilegium schismatis præciderunt? Nulla potest esse vis orationis tanta, quæ pro dignitate possit eorū atrocitatē explicare. Quātō pluris est anima, quàm corpus, quātō sunt æterna & nunquam finienda caducis istis ac momentaneis grauiorā, tātō sunt futuri seculi supplicia quàm huius, atrociora. Quam obrem vt penas istas temporarias effugere liceret, ab æternis tamen illis, quis est, qui liberare queat? quæ tantō sunt horribiliores expectandæ, quātō maior fuerit in hac vita peccatorum impunitas. Tarditatem nanque Deus supplicij grauitate compensare consuevit. Quam etiam ob causam celeberridictum illud habetur, quod nihil est infelicitis felicitate peccantium, quæ pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior roboratur. Sed nolo pluribus, ne de tua constituta dubitare videar. Hoc tantum abs te peto, nostrum vt labore hunc tua potissimum causa susceperit, boni consulas. Qui non alio magis consilio susceptus à nobis est, quàm quod honori tuo quodq; saluti tuæ pro virili nostra prospectum esse cupiebamus.

Ex sententijs Augu. sententia. 4. 2.

Est ne mortalium quisquam, qui tibi pluribus & maioribus, quàm ego, sit beneficijs obstrictus in quē tu tot tam illustra minimè vulgaris gratia tua documenta dederis? Quæ iudicio multorum esse cum primis expetenda videntur, an ea plena manu (quod aiunt) in me non contulisti? In me, inquam, non modò nihil tale cogitantem, verum etiam vt alijs potius honores istos mandares, quibus imparem esse me iudicabā, semel atque iterum precibus abs te contendentem. Ego verò quæ tā opere vulgus admiratur quorum adipiscendorum causa, nullos à plerisque labores non suscipi, nulla pericula non adiri video nunquā ea mihi maximi faciēda esse iudicavi. Quin si qua necessitas id exigat, præcipue verò, si Christi causa postulet, huius ipsius Christi fretus auxilio, maiore cum alacritate, quàm suscepi, fumos istos dimiserim, quibus multorū oculi perstringuntur. Quamobrē nō hæc sunt, quæ mihi maximi faciēda esse putavi, non opes, non honores, qui Dei primū beneficio, deinde tua quoque liberalitate mihi meritis meis ampliores obtigerunt, sed iudicium istud tuum de me, sed voluntas ista tam propensa augendi & honestandi mei: hæc verò sunt, quæ me tibi sic deuinxerunt, vt cum dignitate, tum salutis tue causa nihil non & facere, & pati semper sim paratus. Quamobrem cum hoc ab hereticis agi viderē, quandoquidem intelligunt se pietatē tuam in suas partes petrahare nulla ratione posse, vt saltem nuncupandis nomini tuo libellis, quasi cum illis faceres, tibi susceptionem conflagrent: simul omnes machinas adhiberent, quibus de tuo statu dimoueri tamen aliquando posses, credibile non est, quanto dolore exarserim, cum eos in contaminandum nomen tuum, in oppugnandam salutem tuam, tanto studio incumbere perspexissem. Quæ quidem in re nemo fuit ex omnibus auditor Vergerio, qui tibi Christiano, Catholico, & Orthodoxo Regi, persuadere se posse putauit, vt Ecclesię Polonæ caput constitueres, deq; doctrina religionis iudicandi tibi potestatem arrogares, quod sic, qui profitemur hæc tēnus nos credere sanctam Catholicam Ecclesiam, profitemur iam deinceps, nos non crede Catholicam, sed Polonam Ecclesiam, sacrilega diuisione nos ab orbe reliquo Christiano separarem: quod pro sua misericordia procul Deus auertat. Hanc effrenatam hominis audaciam tuli

Integritas & modestia preclara Scriptoris.

Studium Pauli Vergeri j.

tuli grauius, quàm vt silentio dissimulare possum. In hanc igitur harenam, prouocatus ab eo, discendi, vt quam ille nomini tuo labem inferre conatus est, eam abstergere pro virili mea contenderem.

Nonisti me pientissime Rex: in tuis & sancti tui parentis oculis assidue versatus, bonam vitam meam partem traduxi: non ego tibi vel opibus, vel oris dignitate, vel fumosis imaginibus, vel alijs: hoc genus aut corporis, aut fortunæ bonis tui commendatus unquam; ceterum si qua fuerunt in me, quibus hæc ornamenta deberi putares, quæ tu pro bonitate magis tua, quàm pro meritis vllis, meis tam prolixè, tamque liberaliter in me contulisti: si quæ fuerunt, in quam, quæ tu spectanda iudicares in me, quo tempore tantam tuam sollicitudinem de me in Episcoporum Collegium coopando declarasti, nihil eorum decepsit, posteaquam sum Episcopus designatus: ad studium verò sacrarum literarum permultum accessit. Etenim vocationis mee memor, totos octo annos hos, quibus indignus ego, sic Deo permittente, sic te modo non compellente, Episcopum ago, non in alia re magis, quam in meditatione diuinæ legis cõsumpsi: neque studij, lab oris, diligentia quicquam prætermisi, quòd possem eorum dogmatum non omnino rudis esse, de quibus hoc infelici seculo nostro tam graues cõtrouersias excitatas esse videmus.

Quòd sum autem illa persecutus diligentius, hoc in ea fide Catholica & Orthodoxa magis acquieui, quam à sanctis Maioribus nostris per manus nobis traditam accepimus. Non te fallo pientissime Rex, non te fallo: Sic in extremo die meo propidium, experiar iudicem illum viuorum & mortuorum, non te fallo. Cur autem fallerem? quam vtilitatem inde caperem? Ego ne tuam & meam ipsius animam. Orco tradere conarer? Nullum tam suauis meritum est. Errare possum: prudēs & sciēs agnitam veritatem oppugnare non possum. Extrema fuerit hoc cuiusdam improbitatis, quam in mores meos non cadere, à qua vitam meam omnem obhorretere, tu scis ipse Domine mi Rex. Quòd si me talem existimas, vt secus loqui, secus me scribere credas quàm sentio, dignus non sum, quem vel in terris tuis feras, vel huius lucis vsura frui patiaris. Sed ego nihil ambigo, quin idem sit nunc etiam iudicium de me tuum, quod fuit ante annos octo, quando me tanta voluntate tua vnum ex ijs esse iussisti, quibus de doctrina religionis iudicandi potestas est permessa. Iudicium hoc tuum neque sefellì, neque fallo, neque fallam quòdã vixero. Sed nec errare perniciosè queo pientissime Rex, quando quidem eam ducem sequor, & illius me iudicio submitto, quæ neque fallere scit, neque falli potest, quæ calumnia est & firmamentum veritatis, vnam, sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Equidè precari Deum sæpè soleo, prius vt mihi mentē omnem eripiat, quàm vt hæc me præditum esse mente velit, vt orbem totum Christianum desipere, me verò solum sapere persuasum habeam, vt que priuatum meum sensum publico totius Ecclesiæ sensui & consensui anteponam. Non igitur eorum incedo vestigijs, quos in sapientes Prophetas vocat Ezechiel, qui sequuntur Spiritum suum, & nihil vident. Non ego vel meum, vel cuiuscunque tandem alterius priuatum, sed eum, qui publice promissus & missus est, Ecclesiæ Spiritum sequor: quem esse spiritum veritatis manifestus est, quàm vt vllus dubitationi locus esse queat. Interà verò Deo gratias ago, cuius & hoc agnosco beneficium, quòd etiam priuatus sensus meus cum publico totius Ecclesiæ sensu pulchrè congruit, vt indubitanter ex animo esse vera credam omnia, quæcunque illà magistra didici. Quamobrem cum idem nunc sim, qui fui tum, quando tam illustri gratia, tamque propenso studio tuo, statim vt ad regni gubernacula accessisti, me in Episcoporum album referri voluisti: si ad sacrarum literarum studia accessio potius aliqua ex eo tempore facta est, quàm vt quicquam decepsit: si quàm longissimi me ab eo absim, secus vt aliquid sentire velim, quàm aut loquor aut scribo: si & in loquendo, & in scribendo non meum aut cuiuscunque alterius priuatum, qui falli potest & fallere, sed Ecclesiæ Dei spiritum sequor, quem constat spiritum esse veritatis: si denique fides erga te mea, si studium & obseruantia spectata tibi satis est & probata: ne dubita pientissime Rex, mihi potius credere, quem nosti, quàm nescio quibus alijs, qui tibi vel ignoti sunt, vel in pessimam partem plus quàm satis notis: & quæ vel scribuntur, vel etiam dicuntur à me, sic accipe: secus vt non possim, etiam si coram ipso Deo, qui scrutatur cordis abdita, sit dicendum: cum nihil sit quod minus in me cadere queat, quàm vt aliud in lingua promptum, aliud in pectore clausum habeam, Quòd si vel morte mea salus ac tranquillitas Ecclesiæ representari posset, equidem non dubitanter eam oppeterem, illius auxilio fretus, qui cum inimici essemus, mori pro nobis & horribili supplicio crucis nos ab æternis gehēne supplicijs liberare, Deoque Patri cœlesti morte sua reconciliare dignatus est. Sed ego nullam aliam representandæ salutis, & restituendæ tranquillitatis Ecclesiæ Dei viam & rationē inuenio, quàm si ordo in illa retineatur, si ad

Episcopi Hosi
sedulitas et in-
dustria.

Obtestatio Epi-
scopi ad Regem
fieri.

Precatio Catho-
licis imitanda.


Cap. 3.

quod

quod quisque ministerium vocatus est, illud implere conetur: si prima quidem Scripturis auctoritas tribuatur, sed proximum ab ea locum Ecclesiasticæ Traditiones obtineant: nec in Scripturarum interpretatione suum quisque priuatum, sed Ecclesiæ catholicæ sensum & consensum sequatur: sacrilega separationis consilia haud aliter atque præsentissimum venenum fugiantur: si denique omne studium ab ijs, qui debent & possunt, impensum fuerit in vnitatem spiritus in vinculo pacis retinenda: quòd sic omnes vnum corpus & vnus spiritus effecti, vnanimis vno ore honorificemus Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi: cui sit laus, honor & gloria in sempiterna secula.

FINIS.

Hhh LECTO-



LECTORI CANDIDO.

Absolutum iam hoc est opus Christi summa gratia, quod non solum peritis & studiosis litterarum sacrarum, verumetiam ijs omnibus, qui de Religione doctrinam nunc inter homines maxime controuersiam scituque nulli non necessariam velint cognoscere, non potest non vtilissimum & gratissimum esse. Lege Magnum hunc *HOSIUM* Episcopum, quisquis es veritatis & pietatis amas, confirmabis profecto pectus presenti velut ac diuino quodam antidoto aduersus grassantes hodie Pestes & Sectas, cauebis a Pseudopropheta, nec in sanis illis vocibus mouebere. Ecce hic est Christus, ecce illic qui potius & sano intellectu, & Christiano affectu prae datus amplecteris eam, quae secundum pietatem doctrina est, & scies, quam lucem in tanta errorum caligine, qualem aduersarij nobis offundunt tuto sequere. Et si verò, ut nihil celemus, dignissimus hic Auctor, quem sua virtus & doctrina ita commendat, ut aliena precone non admodum egeat, & si, inquam, is non distinxerit hoc opus in libros & paragraphos, ut quidam vocant, sed continuam textus seriem amanuensis illius ubique sit sequutus, & capita tantum posteriora maiusculis expresserit, nimirum de Auctoritate scripturae, de Traditionibus, & de Catholica Ecclesia: Tamen quoniam sic visum est eruditus, quorum hac in parte iudicium, ut speramus, Auctor non contemnet, accessit ea, quam vides, totius operis in libros quinque distributio, Tum ut minore negotio & maiore cum fructu omnia legantur, facta est illa sectio linearum seu versuum, ut ubi noui aliquid sensus, aut alterius tractationis est initium, initiales etiam litterae proponantur: Quae res mirum quantopere Lectorem iuuat ac recreet, non solum in legendo, sed multo magis in intelligendo, ac de mente quidem verbisque scriptoris nihil decedit, nisi quod sensus ubique magis perspicue & ordine quodam accipiat. Quare laborem hunc nostrum & studium in hoc opere illustrando, si gratus es Lector, boni consules, nec spernes opinor, quae marginibus adscripsimus, summam fere argumenti, quo de agitur paucis complectentes. Vale in Christo semper, & Catholicum Episcopum in Catholica Ecclesia Catholice sancteque docentem audi Catholicus: alienorum, ut Bren- tij & Vergerij, vocem nec audi, nec sequere Sectarius.

*

320
DE EXPRESSO
DEI VERBO, LIBELLVS, HIS

TEMPORIBVS ACCOMMODA-
TISSIMVS,

Ab auctore recens auctus & recognitus, atque domini Henrici Libertii Dunghen
opera cum exemplari Romano collatus.

ITEM:

DIALOGVS TRIMEMBRIS,
De facta Eucharistiae sub vtraque specie communionem,
De sacerdotum coniugio.
De celebrando sacro vulgari lingua.

Auctore Reuerendiss. D. Domino Stanislao Hosio Cardinale
Varmiensis Episcopo,

Cum in dice copiosissimo.



ANTVERPIÆ,
In ædibus Viduæ & hæredum Ioannis Stelgij.

M. D. LXVI.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO;

Hhh 2

SERENISSIMO PRINCIPI, ET

DOMINO, DOMINO SIGISMUNDO AVGVSTO, DEI GRATIA REGI POLONIAE, MAGNO DVCI LITVANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, MASOVIAE, SAMOGITIAE; Domino & haeredi, Domino suo dementissimo, STANISLAVS HOSIVS, Episcopus Varmien-sis, orationes & obsequia sua reverenter commendat.

Effrenata no- stri temporis ha- reticorum an- dacia, arrogan- tia & sub- oblitio.

Esa. 66.

Pro. 12.

Roma. 1.

Pal. 103.

Matt. 11.

Cornicum ocu- los cõfegere di- cuntur, qui ea que antiqui approbans ma- gno confensu, danant ac re- scindunt.

Eter. 28.

Hier. 14.

Hier. 23.

Ibidem.

Haereticorum mendacium, et furium.

Propheta Dei.

Hiere. 14.

Prophetae falsi.

Hiere. 6.

Ezech. 13.

Prophetarum verum & fal- sorum discrimen.

DE expresso Dei verbo, vt aliquid ad te scribere aggrederer, Sigismunde Rex Auguste, fecit effrenata nostri temporis haereticorum audacia, qui quamvis ipsi mirabiliter inter se dissecti, sic illud nihilominus certatim ad se singule secte rapiunt sic sibi solis vsurpant, vt eius possessione, cum alios omnes, quotquot ab ipsis dissentiunt, cum Catholicos etiam & orthodoxos excludere conentur. Tanta enim est istorum hominum arrogantia, tanta sui oblitio, vt alios omnes stupidos, bardos, ac truncos esse, nec in scripturis videre quicquam: se vero solos sapere, se solos esse persuasum habeant, qui sint veram earum intelligentiam assequuti. Est ne autem verisimile vbi tantus est animi tumor, tanta mentis inflatio, quod ibi possit esse spiritus ille, qui non requiescit, nisi super humilem & mansuerum, & trementum sermones suos? Praclare dixit sapiens: Vbi humilitatis, ibi sapientia: vbi tumor & inflatio, ibi stultitia: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. In conuallibus, vt ait sanctus ille Rex & Propheta, non in montibus emittit gratia suae fontes Deus. Abscondit a sapientibus & prudentibus mysteria sua, reuelat autem ea paruulis. Itaque nulli minus intelligunt, quid sit expressum Dei verbum, quam qui de eo maxime gloriantur, quiq; sic sibi solis illius intelligentiam arrogant, vt quod est in proeuerbio, cornicum oculos configere velle videantur.

Neque vero nouum est hoc: Proprium hoc semper fuit haereticorum, de expresso Dei verbo gloriari, sibi que solis illud vendicare. Quin & ante Christum natum, quo alio quam verbi Dei obtentu, pseudoprophetae populam seducebant? Cum Hieremias Propheta tristia multa praediceret, sicut alios Prophetas Dei, sic & illum, ijs ferè verbis praefari solitum legimus: Haec dicit dominus. An autem iisdem verbis praefatus non est Ananias quoq; pseudopropheta, cum longè diuerfa falso vaticinaretur: quem a se mis- sum esse dominus negabat.

Quem etiam alio loco sic de pseudopropheta istis loquentè audimus. Falso Prophe- ta vaticinatur in nomine meo, non misi eos, & non praecipi eis, neque loquutus sum ad eos: Visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cor- dis sui prophetant vobis. Et alio loco: Nolite, inquit, audite verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, & non de ore Domini: Dicunt ijs, qui blasphemant me: Loquutus est Dominus? pax erit vobis. Ac paulò post, dicit eos furari verba sua. Quem locum Hieronymus interpretatur: Semper, inquit imi- tatur mendacium veritatè, & nisi habuerit aliquam similitudinem recti, decipere non potest innocentes. Quomodo igitur in priori populo mentiebantur prophetae, atque dicebant: Haec dicit dominus. Et vidi dominum: Et verbum domini factum est ad illum, siue illum: Sic haeretici assumunt testimonia scripturarum de veteri & nouo testamèto, & furantur verba Saluatoris, vnusquisq; à proximo suo, Prophetis, & Apostolis, & Euangelistis, & assumunt linguas suas, vt cordis venena ore pronuntient. Praclare Hie- ronymus cum prophetis illis mendacibus confert haereticos, & imitari dicit mendaci- um veritatem. Sicut enim prophetae Dei dicebant: Verbum domini: Os domini loquu- tum est: Haec dicit dominus: Iisdem vocibus vtebantur & Pseudoprophetae.

Sed quid vtrique vaticinari sint, non nihil expèdamus. Arguebant prophetae Dei pec- cata populi, ad respiciendam hortabantur, simul imminere grauem indignationè Dei denunciabant, quod eos gladio, fame, peste cõsumpturus, quod seruitute durissima pres- surus, quod ad interfectionè esset deleturus. Cõtra, mendaces illi, quos non miserat domi- nus, neque praecerat eis: Non videbitis, dicebant, gladium, & fames non erit in vobis: Sed pacem veram dabit vobis dominus. Curabant, inquit Propheta, contritionem filia- rum populi cum ignominia, dicentes: Pax, pax, & non erat pax. Et sicut dicit alius propheta, de mendacibus istis qui dicebant: Ait dominus: cum dominus non esset loquutus. Cõ- suebant puluillos sub omni cubito manus, & faciebant cervicalia, sub capite vniuersa- rum aetatis, ad capiendas animas. Quam fuit istorum diuersa praedicatio? dum illi terrent,

vt ter-

vt seruent: hi verò palpant, vt perdant. Interea tamen vtrique vaticinabantur in nomi- ne domini, de verbo domini gloriabantur vtrique.

An autem simillima non est nostri quoque temporis Prophetarum ratio? Quid aliud agunt, qui legitime missi sunt à Catholica ecclesia, quam quod eadem illa populo an- nuntiant, quae Esaias. Hieremias, Ezechiel, Daniel, Ioel, Ionas, & alij prophetae Dei olim annuntiabant? Arguebant illi scelera populi: hortabantur, vt expurgerentur ebrii, vt fierent, vt vlularent, terroresque magnos denunciabant. Quos ita perterrefactos horta- bantur, vt se cõuerterent ad dominum, vt dignos poenitentiae fructus facerent, quod sic to- ta mente correctis, penas eis effugere liceret, quas dominus fuerat comminatus. Con- uersis autè ad dominum in ieiunio & fletu, & planctu, sic demum domini & misericor- diam annuntiabat: simul vetabat, ne quis propter magnitudinem scelerum, veniam des- peraret, quoniam benignus est dominus & misericors, patiens & multa misericordia, & praestabilis super malitia: Non vult mortem peccatoris, sed magis vt cõuertatur, & vi- uat, nec humanam imitatur impatientiam, sed longo tempore nostram praestolatur poeni- tentiam, vt, si nos dignos poenitentiae fructus fecerimus, poenitentia & ipsum suae commi- nationis, & mala quae denunciavit, non inferat, nostraq; sententiae mutatione mutetur & ipse. Sic erectis in meliorem spem animis mortalium, ne forte praedicata diuinè cle- mentiae magnitudo, negligentes eos & securos redderet: vi de quemadmodum sermonè su- um temperauerit: Quis scit, inquit Ioel, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Quasi dicat, inquit, Hieronymus: Nos quidem hortamur, quod nos- strum est, ad poenitentiam, quod ineffabiliter clementem esse Deum nouimus: quoniam verò profundum sapientiae & scientiae Dei nosse non possumus, sententiam temperamus, & optamus potius, quàm praesumimus ignota nobis iri peccata. Hieronymum verò sequuntur Remigius, Altsiodorensis episcopus, ante septingentos, plus minus annos: Poterit illi, inquit, respondere, quia dominus patiens est, & multa misericordia, sicut tu dicis, non est necesse vt affligamus nos, & agamus poenitentiam, quia ipse miserebitur nostri, quicquid egerimus. At contra Propheta: Quis hominum, inquit, scit, si cõuertatur è fu- rore irae suae ad misericordiam? Impossibile est hominem scire. Melius est vt agēs poe- nitentiam, mereamur veniam peccatorum assequi, & quod post actam poenitentiam remissionem peccatorum adepti, tunc offeramus sacrificium, & libamen domino.

Ad eundem modum ante quadringentos annos, enarras eadem verba Rupertus Ab- bas Tuitiensis: In ipsa, inquit, poenitentia, cautos esse cupit, & securitatem tollit.

Neque diuersum sensit ab ijs ante trecentos propè annos, Albertus quoque, non temè Magnus appellatus, qui eadè verba explicas: Quamuis, inquit, certum sit, quod con- trito ignoscat Deus, tamen incertum est vtrum aliquis verè contritus sit. Videbit quod corrigi non possit, quem ille desepxit, Orabat sceleratus dominum, à quo non miseri- cordiam cõsequutus. Cain quidè obtulit, sed Deus ad munera eius non respexit. Moy- ses de quibusdam dixit: Ne respicias ad sacrificia eorum. Haec tamen Albertus. Vides quomodo Ioel praedicauerit, & quomodo iam inde à mille ducentis annis per lon- gam sacerdotum & Episcoporum successionem, ad hanc aetate vsque nostram, haec il- lius verba fuerint intellecta. Neq; verò solus Ioel ita praedicauit, verum & Daniel, cum Regi Nabuchodonosor somnium suum exponeret, an eum grauter initio non perterrefecit, cum quae mala euentura illi essent, praedicaret? Neque tamen propterea statim desperare iussit, quin viam ostendit, qua penas, quas fuerat comminatus, effu- gere liceret. Placeat tibi, inquit, Rex cõsiliu meum, peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Hjs verbis perterrefacto, consolationis non- nihil attulit, neque tamen securum eum esse voluit. Non dixit, certo statue tibi remis- sa fore peccata: sed forsitan inquit, ignoscat Deus dilectis tuis. Quae verba tractans Hieronymus: Cum Daniel, inquit, praedictus futurorum de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter veniam pollicentur peccatis. Glossa verò ordinaria, intollerabilem esse dicit hanc istorum temeritatem. Sic itaq; Ioel, sic Daniel, Quid autem Rex ille Niniae, cum Ionas Propheta fore praedixisset, quod post quadraginta dies Ninive subuerteretur, indurus ipse sacco, & in cinere sedes, an populum ad poenitentiam hortatus non est? vt operirentur facis homines & iumenta; vt clamarent ad domi- num in fortitudine, vt conuerteretur vir à via sua mala, & iniquitate, quae est in ma- nibus eorum. Num autem post eiusmodi conuersionem statim iubeat certum esse de venia? Nequaquam, sed sicut Ioel, sicut Daniel, sic & hic: Quis scit, inquit, si con- uertatur, & ignoscat Deus. Quem locum expones Hierosolymus: Ideo, inquit, ambi- gnus ponitur & incertum, vt dum homines dubij sunt de salute, fortius agant poeni- tentia & magis ad misericordiam prouocet Deum, Quae totidem verbis repetuntur à Re-

Iohel. 1.

Iohel. 2.

Ezech. 35.

Iohel. 8.

Hieron.

Remigius Al- tsiodorensis episcopus.

Rupertus Ab- bas Tuitiensis. Albertus Mag- nus.

Ecle. 7.

2. Mach. 9.

Gene. 4.

Num. 16.

Dan. 4.

Hier. in Da- nie.

Ninuitarum regis poenitentia.

Daniel. 4.

miglio, & à Ruperto; & in glossa ordinata, vt nunquam secus in ecclesia Dei Prophetarum horum verba quisquam interpretatus fuisse videatur.

Año. 8.

De salute nemo vniquam securus.

Psal. 36.

Ab Ecclesia Dei auxili, de sua salute se certos esse falsò existimant.

Heresicorum doctrina.

Ion. 4. 3. Psal. 24.

Psal. 118.

Hilarius.

Ambros.

2. Tim. 4.

Opera nostræ curare deū negant nostri imperis pseudo prophete.

Constritio.

Heresicorum imbia voces & sententia.

Cap. 5.

Quorum hunc prædicandi modum etiam Apostolos sequutos esse legimus. Sic enim Simonem Magum, qui donū Dei existimabat pecunia possidere posse, Petrus affatus est: Penitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Si forte, inquit, Certū & securum esse non iussit.

Hanc Prophetarum & Apostolorum doctrinā retinet adhuc Ecclesia Catholica, que errorem peccatibus incurrit, quòd sic eos ad penitentiam prouocet, quam cum egerint, non eos propterea statim esse iubet absque metu, quin à noxia securitate deterret potius modis omnibus, ac sperare quidē iubet in domino, et facere bonitatem: ceterum fiducia, certitudinemq; remissionis peccatorū iactare, & in ea quiescere vetat. Quāuis enim de misericordia Dei, de promissis eius, de Christi merito, de sacramentorū virtute, & efficacia nemo pius debeat dubitare, tamē, dum seipsum quilibet, suamq; propriam infirmitatem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest.

Hæc est Ecclesiæ Catholice prædicatio cum Esaię, Hieremię, Ezechielis, Danielis, Iohannis, Ionę: quin & Petri Apostoli prædicatione pulchre congruens.

Num autem cum ea cõsentiunt etiã ij, qui ante triginta hos annos discesserint à nobis? quin ab ea potius ex Diametro, quod aiūt, distare videntur. Quid enim aliud ij, quã quod Ananias, quod Semeias, quod reliqui mēdaces prophete, quibus nō erat loquutus dominus: Non videbitis, aiunt, gladium, non erit fames in vobis, sed pacem veram dabit vobis dominus: pax, subinde vociferantur, cum non sit pax, ac ingētem quandam securitatem annunciantes, multorū animas decipiūt. Docent enim, qualiacunq; sint opera nostra, dū tamen fixa, firmaq; sit fides nostra, certos nos esse salutis nostrę, quandoquidem opera Deus non respicit. Cum aperta sint scripturę verba, vbi de placato Niniuitis Deo loquitur: Vidit Deus opera eorū, quia conuersi sunt de via sua mala, & misericors est. Vidit Deus opera, Dicit Propheta. Isti contrā: Non respicit Deus opera. Alius verò Propheta: Vide, inquit, humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Et in alio Psalmo: Vide humilitatē meā, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Vide quoniam mandata tua dilexi domine, in misericordia tua vinifica me. Quę verba enarrans Hilarius: Reseruas, inquit, omnia iudicio diuino, eripi se ob humilitatis meritū deposcit. Quem sequutus Ambrosius. Quasi is, inquit, qui humiliauerit cor suum, quasi is, qui plurimum laborauerit, ibi sibi dimitti peccata desiderat, hęc erui se precatur. Ac nonnullis interiectis: Athleta bonus mēbra sua monstrat, vt suę conuersationis approbet disciplinam, monstrat etiam tunc membra sua, quando post aliqua certamina grauiora iterū certare compellitur, vt iudex videns fessum corpus, nequaquam eum certare compellat. Et tu ostende cordis tui humilitatem, vt ritulos Virtutis ostendas: ostende corporis tui certamina, vt dicas: Certamen bonū certati, cursum consummaui, vt videns spiritalis iudex certaminis agonem, coronam iustitię decernat, quoniam legem agonis implesti. Precatur Propheta Deum, vt respiciat humilitatem suam, laborem suum, & quòd legē Dei nō sit oblitus, & quòd eius præcepta dilexerit, quæ per nos etiam ostendi Deo præcepit Ambrosius. At nostri temporis Pseudoprophete, & Pseudoeuangelistę negat Deum opera nostra respicere, negant illis eicurę quicquam esse: quicquid sit de illis, certò nihilominus vnunquemque statuere debere, quòd gratis propter Christum peccata sibi sint remissa, quòd acceptus Deo, quòd vitę sit hæres æternæ: quandoquidem omnis iustitia & sanctitas nostra merum sit peccatū, & res damnata: Cõstritio verò, vsq; ad nihil proficit, vt magis etiam faciat peccatorem. Quòd si quem arrodit propter peccatum conscientia, sic eum respondere iubent: Quid peccatum, peccatum, peccatum: attamē ego sanctus sum: Si ego probus non sum Christus tamen probus est. Quasi verò iā esse cuius improbo liceat, quoniã Christus probus est? Huius iustitia nos iustos, huius probitate probos esse docent, etiã si non modò micam nullam eius probitatis in nobis habeamus: verum in super omni flagitiorum genere cooperti sumus. Quo turpior es, ait vnus ex his, eò citius imperit gratiam Deus. Qui suos etiam ita dicere iubet: Peccata mea non meam conscientiam, sed Christum premunt.

Quid autem, an cum Hieremiã Propheta nobis quoque dicere non licebit? Stupor & mirabilia facta sunt in terra: Prophetę prophetabant mendacia, sacerdotes applaudebant manibus suis & populus meus dilexit talia. Reuera dilexit populus talia, Nam sic homines, mēdaciū Prophetarum istorū blandis vocibus, tanquam Syrenarum dulcibus cãtilenis, iam dementatos viderelicet, vt si quis vera magis & salutaria, quã quæ grata sint auribus eorum, & iucunda prædicare velit, explodatur. Itaque non dubitant rudes

rudes etiam asini, nor nunquam Prophetis, quid vaticinari debeant, præscribere, & à quibus docendi veniunt, eos docere. Nolite, inquiunt, videre, nolite aspicere in nobis, ea, quæ recta sunt loquimini nobis placentia, videre in nobis errores, Solam fidem nobis prædicare, gehennę flammis ne comminemini, sed promittite nobis regna celorum, vt post luxuriam & delicias, post incestas nuptias, pandatur nihilominus nobis Paradytus. Quid nobis ostenditis viam Domini, per quam non liberet ingredimur? quod replicatis nomen sancti Israël: quod nostri peccatoris arcana non penetrat?

Vides pietissime Rex, qualis eorum; qui se nostro seculo vocant Euangelicos (cum nihil cum Euangelio commune habeant) qualis contra sit Catholicorum prædicatio. Nihil aliud illi quã credere iubent vnunquemque, certo que statuere, quòd sit in gratia, quòd sit indubitatus hæres regni celorum, quicquid sit de operibus. Et cū hac inani sua fiducia deducunt homines ad æterna gehennę supplicia: Nostri contrā: quamuis de Domini misericordia sperare iubeant, securos esse tamen homines vetat: simul monent, ne satis esse credant, quòd à peccatis respuerint, nisi dignos etiã penitentię fructus fecerint, & quam profitentur fidē, eam ex operibus ostenderint: Quòd cū ad extremum illud iudicium ventum fuerit, non quæretur ex nobis, quid crediderimus, verum quid credentes in corporibus nostris, vel boni vel mali gesserimus.

An autē alterutri diuinę legis oraculis instructi non sunt? quin de expresso Dei verbo gloriantur vtrique. Clamant vtrique: Verbū Domini, os Domini loquutum est: Hæc dicit dominus. Proferunt scripturas Catholicę: Facite fructus dignos penitentię: Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Compati oportet, si conglorificari: comitari, si conuiuere: sustinere, si conregnare volumus. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Si hæc feceritis, beati eritis, si feceritis ea. Tu reddes vnicuique secundum opera sua. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout, gessit, siue bonum, siue malum. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Ego venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua: Procedent, qui bona fecerūt, in resurrectionem vitę: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Nescit homo, vtrum amorem, an odio dignus sit. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Quis potest dicere, mundum est cor meum: purus sum à peccato? Verebar omnia opera mea, & sciens quòd non parceres delinquenti. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. De propitiatio peccato noli esse sine metu. Ne dicas: Misericordia domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & in ira ab illo citò proximant, & in peccatum respicit ira illius. Cum timore & tremore salutem vestram operemini: Beatus homo, qui semper est pauidus: Qui sine timore est, non poterit iustificari. Hęc sunt, & complures alię scripturę, quas longum esset omnes recensere, quibus, tanquã expresso Dei verbo, probare conantur, Orthodoxi, non satis esse, si quis credat sibi remissa esse peccata propter Christum, se esse in gratia, se esse hæredem vitę æternę, quicquid sit de operibus suis: sed sicut ipsum Christum pati prius oportuit, atque ita demum intrare in gloriam suam, sic & nos pati prius oportere, quã ad illam gloriam perueniamus, oportere sicut ambulauit ipse, sic ambulare nos quoque: oportere per bona opera certam facere vocationem nostram: & cū omnia fecerimus, non propterea statim securos esse debere, sed verereri omnia opera nostra & dicere, quòd serui sumus inutiles, vsque eò etiam, vt ne de propitiatio quidē peccato simus absq; metu.

Proferunt autem & suas scripturas, qui segregauerunt seipfos, & contrariam sententiam tuentur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Sic dilexit Deus mundū, vt filiū suum vnigenitū daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Viriliter agite, nec paucaatis ad aspectum eorum. Viriliter age, & conferretur cor tuum. Dicite pusillanimes, confortamini, nolite timere. Assumite vniuersam armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo. Cui resistite fortes in fide. Filium suum misit in mundum, vt viuamus per eum. Commendat Deus charitatem suam erga nos, quòd cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Si ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Dominus protector vitę meę, à quo trepidabo? In te domine sperari, non confundar in æternum. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque vlla creatura poterit me separare à charitate Dei. Omne quod dat michi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eijciam foras. Quisquis inuocauerit nomen domini, saluus erit. Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum, & hæc est victoria nostra, quæ vincit mundum, fides nostra. Hęc sunt scripturę, quas adfert Brētius ad confirmandam certitudinem suam, & inanem fiduciam. Verum eius generis, vt ex pumice lac ex-

Idoliarum quorundam huius seculi præscriptum, Esate 20. Hieron.

Catholicorum exhortatio ad assuetum.

Matt. 3. Luc. 12. Rom. 8. 2. Tim. 2. Matt. 19. Ioan. 13. Rom. 2. 2 Cor. 5. Eccl. 6. Apoc. 11. Ioan. 5.

Eccl. 9. Psal. 18. Prou. 20. Job 9. 1. Cor. 4. Eccl. 5. Philip. 2. Prou. 28. Ezech.

Scriptura pro nostra salutis incertitudine. Luc. 24. Ioan. 12. 2. Pet. 1. Luc. 17. Scriptura pro salutis nostre certitudine. Mar. 16. Ioan. 2. Dent. 31. Psal. 26. Esai. 35. 1. Pet. 5. Eph. 6. 1. Petri. 5. 1. Ioan. 4. Rom. 5. Psal. 22. Psal. eodem. Psal. 26. Psal. 30. Rom. 8. Ioan. 5. Roma. 10. 2. Ioan. 5. In 2. Petioge apologeticę sue, contra Feum a Soto.

prelleris citius, quam ex illis hoc, quid vult Brentius, eliceris. Vides itaque, quam sit vetus hoc, quod de expresse Dei verbo gloriatur hæretici, cum etiam Hieremias & Ezechielis temporibus fuerit hoc vstitutum. Quid autem nato iam Christo, num idem factitatum non est? Notissima est Euangelica illa historia, qua scribitur: Iesum, simul vt fuit baptizatus, in desertum à spiritu ductum, & ibi à Diabolo fuisse tentatum. Quibus autem alijs ille, quam scripturarum armis cū Christo congressus est? Statuit eum, dicit Martheus, supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te, in manibus tollere te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quem locū tractans Ambrosius, valde salubriter admonet: Disce hic quoque, quia Satanas transfiguratur se in angelum lucis, & de scripturis ipsis sapè diuinis laqueū fidelibus parat. Sic hæreticus facit, sic euiscerat fidem, sic iura pietatis impugnat. Ergo non te capiat hæreticus, quia potest de scripturis aliqua exēpla proferrere: ne tibi arroget, quod doctus videtur, vtur & Diabolus testimonijs scripturarū, non vt doceat, sed vt circūscribat & fallat. Tractat eundē locū lōge pulcherrimè & qualis Ambrosij. Vicētius Lirinēsis, in illo aureo suo libello, quē inscripsit pro Catholica fidei antiquitate & vniuersitate. Libet autem altius illius verba repetere, cum digna sint, que non legantur modò, verum etiam ediscantur. Hic fortasse aliquis interroget, inquit, an & hæretici diuine scripturę testimonijs vtantur. Vtuntur planè, & vehementer quidē. Nam videas eos volare per singula quæque sanctę legis volumina & per Mosi, per Regnorum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Euāgelia, per Prophetas. Siue enim apud suos, siue apud alienos, siue priuatim, siue publice, siue in sermonibus, siue in libris, siue in conuiuijs, siue in plateis, nihil vnquā penè de suo profertur, quod non etiā scripturę verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samosatēni opuscula. Priscilliani, Euenomij, Iouiniani, reliquarūque pestiū, cernes infinitā exemplorū congeriē, propè nullā omitti paginam, quæ noui ac veteris testamenti sententijs fucata & colorata non sit. Sed tantò magis cauendi & pertimescendi sunt, quantò occultius sub diuinę legis ymbraculis latitant. Sciunt enim fetores suos nulli ferè citò esse placituros, idcirco eos cœlestis eloquij velut quodam aromate, aspergunt, vt ille qui humanum faciliè despiceret errorem, diuina non faciliè contemnat oracula. Itaque faciunt quod hi solent, qui paruulis austerā quædam temperaturā pocula, prius ora melle circumlinunt, vt incauta ætas, cum dulcedinem præferret, amaritudinem non reformidet. Quod etiam ijs curæ est qui mala gramina, & noxios succos, medicaminum vocabulis præcolorant vt nemo, ferè, vbi suprascriptum legerit remedium, suspicetur venenum. Idem denique & Saluator clamabat: Attendite vobis à Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ouium, in tunc autem sunt lupi rapaces. Qui est vestitus ouium? nisi Prophetarum & Apostolorum prologia, quæ iisdem ouili quada sinceritate, agno illi immaculata, qui tollit peccata mundi, tanquam vellera quædam texuerunt. Qui sunt lupi rapaces? nisi sensus hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Ecclesię semper infestant, & gregem Christi, quaquā possunt, dilacerant. Sed vt fallacijs incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam speciem, & sese diuinę legis sententijs veluti quibusdam velle-ribus obuoluunt, vt cum quisque lanarum molliciem persenserit, nequaquam aculeos dentium pertimescat. Sed quid ait Saluator? Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Id est, cum ceperint diuinās illas voces, non iam proferrere tantum, sed etiam exponere: nec adhuc iactare solum, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virtus exhalatur, tunc profana nouitates aperiantur, tunc primum scindi sepe vi deas, tunc transferri patrum terminos, tunc Catholicam fidem cædi, tunc Ecclesiasticum dogma lacerari. Tales erant hi quos percudit Apostolus Paulus, in secunda ad Corinthios, dicens: Nam eiusmodi, inquit, Pseudoapostoli, operarij, subdoli, transfigurant se in Apostolos Christi. Quid est transfigurant se in Apostolos Christi? Proferebant Apostoli diuinę legis exempla, proferebant & illi. Proferebant Apostoli Psalmorum auctoritates, proferebant & illi. Proferebant Apostoli sententijs Prophetarum, & illi nihilominus proferebāt. Sed cū ea, que similiter protulerāt interpretari non similiter cepissent, tunc simplices à subdolis, tunc infucati à fucatis, tunc recti à peruersis, tunc postremò veri Apostoli à falsis Apostolis discernebantur. Et non mirum, inquit: ipse enim Satanas transfiguratur se in angelum lucis; non est ergo magnū, si ministri eius transfigurerit, sicut ministri iustitię. Ergo secūdum Apostoli Pauli magisteriū quotiescunq; vel Pseudoapostoli, vel pseudo prophetę, vel pseudo doctores diuinę legis sententijs profertur, quibus malè interpretatis, errores suos adstruere conentur, non dubiū est, quin auctoris sua callidā machinamenta scētetur, quæ ille nunquam profectò d comminiceretur, nisi sciret omnino nullā esse ad fallendū facilitē viā, quam

Matt. 4.
Iesus ductus tentatus.

Psal. 90.
Aubr.
Lib. 4. in Luc.

Hæretici in Angelos lucis transfigurati.

Vicētius Lirinēsis. Hæretici ad confirmanda sua dogmata testimonijs sacre scripturę vtuntur.

Perelegantes Metaphora.

Matt. 7.
Luc. 6.

Oium vestitus quis quid. Lapi rapaces qui.

Matt. 7.
Hæreticorum fructus.

2. Cor. 11.
Hæretici transfigurati in Apostolos Christi.

Satanas transfiguratus in Angelum lucis. Diabolus sacre scripturę exemplis ad fallendum vtur.

vt vbi nefarij erroris subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum prætedatur auctoritas. Sed dicit aliquis: Vnde probatur, quod sacre legis exēplis diabolus vti solear. Legat Euangelia, in quibus scribitur: Tunc assumpsit eum diabolus, id est, Dominum saluatorem, & statuit eum supra pinnam tēpli, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quid hic faciet miscellus hominibus, qui ipsum dominum maiestatis, scripturarū testimonijs appetiuit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum, Quare? Scriptū est enim, inquit. Magno opere nobis doctrina loci istius attendenda atque retinenda est, vt tanto Euangelicæ auctoritatis exemplo, quando aliquos Apostolica seu Prophetica verba proferrere contra Catholicam fidem viderimus, diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nam quæ tunc caput capiti, ita nunc quoque membra membris loquuntur: membra scilicet diaboli membris Christi: perfidi, fidelibus: sacrilegi, religiosis: hæretici postremò, catholicis. Sed quid tandem dicit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum. Hoc est. Filius esse Dei, & hereditatem regni cœlestis accipere, mitte te deorsum, id est, ex istius sublimis Ecclesię, quæ etiā tēplū Dei putatur & doctrina & traditione demitte. Ac si quis interroget quæpiam hereticorū sibi talia persuadentē. Vnde probas? vnde doces, quod Ecclesię Catholica vniuersalē & antiquā fidē dimittere debeat? Statim ille: Scriptū est enim. Et continuo mille testimonia, mille exēpla, mille auctoritates parat, de lege, de psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo & malo more interpretaris, exarce Catholica, in hæreticos barathrū infelix anima precipitetur. Iā verò illis, quæ sequuntur, promissionibus, mirò modo hæretici incautos homines decipere cōsueuerunt. Audent etenim polliceri & docere, quod in Ecclesia sua, hoc est, in cōmunionis sue cōuenticulo, magna & specialis ac planè personalis, quædā sit Dei gratia: aded, vt sine vilo labore, sine vilo studio, sine vlla industria, etiā nec petat, nec querat, nec pulsent, quicūq; illi ad numerum suum pertinent, tamen ita diuinitus dispensentur, vt angelicis enecti manibus, id est, angelica protectione seruati, nunquam possint offendere ad lapidem pedem suum, id est, nunquam scandalizari, hæc tenus Vincentius. Potuit autem Vincentius hic illustrioribus notis nostri temporis hæreticos depingere, quam quibus hoc loco depictos esse videmus? Quid enim aliud est, quod magis per eos molitur Satanas, quam vt persuadere possit hominibus, vt mittat se deorsum? vt ab sublimis huius Ecclesię (quam ciuitatem supra montem positam vocat Christus) doctrina traditioneque se demittat? Quod simul vt persuasit, iam indubitata est victoriam consequutus. Nam quod aliquid ex hac sublimi ciuitate se non demiserit, quamlibet eum grauius Satanas oppugnet, irriti tamen cadunt conatus eius omnes. Simul vt autem aliquid miserit se deorsum, simul vt ab oculis discesserit, & à reliquo se grege segregauerit, euestigij præda fit lupo. Quamobrem in hac vna re neruos suos omnes intendit satanas, vt homines adducat, quod se mittant deorsum, vt à sublimi Ecclesię doctrina discedant, vt eius traditiones pro nihilo ducant, vt suum, aut cuiuscunq; tandem alterius priuatum spiritum porius quam Ecclesię totius, cui promissus est spiritus veritatis, sensum & consensum sequantur. Neque desunt illi scripturę, quibus id persuadere conetur. Scriptum est enim, inquit: In præceptis patrum vestrorum nolite incidere: Sine causa me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum. Quod, si vel vnā aliqua in re persuaserit alicui, quo se mittat deorsum, & à maiorum præceptis & institutis, & ab Ecclesiastica traditione discedat, iam eum in potestatem suam redactū habet, iam nullo negotio perficit, quod magis indies, atque magis mittat se deorsum, nec vllū est doctrinę genus tā ab omni pietatē remotum, quo non faciliè mentem illius imbuet. In hoc igitur vnò studio illius omne consumitur, vt homines affuefaciat mittere se deorsum, ac sensum & consensum totius Ecclesię ne pili quidem facere: quin illius placitis aduersari maxime. Quod, cum ab alijs hæreticis, tum ab illo, qui dux eorum fuit & antesignanus, hoc nostro seculo Martino Lutero, summa diligentia curatum esse videmus. Quid enim aliud ille crepat in scriptis suis omnibus, quam vt se mittant homines deorsum: vt ab Ecclesia se præciant: vt eius placitis aduersentur? vt, si quid illa præceperit, in despectum eius contraria faciant omnia? Verbi gratia: iubet Ecclesia, vt ieiunes tempore quadragesimæ, vt sub festū Paschæ peccata tua confitearis, & ad Eucharistię sacramentum accedas. Quid hic docet Lutherus? Quandoquidem sic ab Ecclesia constitutum est, ob hoc ipsum non faciam: & si non præcepisset, vellem facere: faciam autem alio tempore, quo non præcepit, quando, & quomodo mea libera voluntas metigerit. Ad eundem modum, adiaphoron esse censet, eleuetur Eucharistia, nec ne. Sed quoniam sic Ecclesię visum est, vt eleuaretur, in despectum illius ab eleuatione docet abstinendū esse. Itidem sub vna quis, an sub vtraque

Matt. 4.

Psal. 90.

Notandum.

Diaboli & Hæreticorum in ciuitate scripturis eadē vis & par auctoritas.

Hæreticorum conuenticula.

Mitti deorsum, est sese ab Ecclesia Catholica subducentes.

Sathane neruus.

Exec. 20.
Matt. 15.

Omne Satanae studium quò tentat.

Martinus Luther Satanae antesignanus.

Ecclesię præcepta.

Lutheri præcepta.

que specie sumat Eucharistiam, pluribus in locis nihil referre scribit, quod mihi fit ex de re tanquam necessarium à Deo præceptum. Interea tamen in eo libro, quem in scriptis, De formula misse: Si quo casu, inquit, Concilium statueret, minimum omnium nos vellemus vtraque potiri, imò tum primum in despectu Concilij, vellemus aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri, & planè eos anathema habere, quicumque talis Concilij auctoritate potirentur vtraque. Quid autem aliud concilium, quam Ecclesiam representat in huius itaque, sancientis aliquid, despectum, contraria potius omnia facere iubet, per non ignobile membrum hoc suum sathanas, per quod clamat etià nunc: mitte te deorsum. An enim is non mittit se deorsum, qui non hoc sequitur, quod omnium est, quod Catholicum est, quod orbis totius Christiani consensu receptum est, & approbatum: sed in eo libenter acquiescit, quod vni alicui fanatico nonnunquam homini visum est, qui quamlibet etiam cautus & prudens existimetur, tamen cum de suo loquitur, nihil aliud sicut ipsa veritas testatur, quam mendacium loquitur? Potest autem aliquis magis mittere se deorsum, quam si ab eo, qui est omnium, ad eum qui priuatus est, alicuius sensum, hoc est, à veritate prolaborur ad mendacium, quod homo de suo loquitur? Quam igitur cantilenam ipse per se Christo Sathanas occinebat in deserto, eandem nunc quoque per membra sua Christianis occinit, nec aliud vrget maiore studio, quam vt mittant se deorsum, vt vniuersalem & antiquam Ecclesie Catholice fidem dimittant. Pollicetur per ea nunc etiam, & docet, quod in sua communionis conuenticulo, magna quedam & specialis, ac planè personalis Dei sit gratia. Persuadet imperitis, si quis fidem suorum specialem sit amplexus, + quod is, non modò si sit bonis operibus destitutus omnibus, verum etiam nullo sit flagitiorum genere non cooperatus, certus tamen esse debeat, se esse in gratia, ac futurum olim, vt tollant eum angeli manibus suis, & in cœlum rectè perducant: vt illorum protectione seruatus, ne lenissimè quidem ad lapidem vllum offendar: sed esse apud Deum in gratia, si ad finem vsque vite sue perseueret. Hoc à suis ita certum haberi vult, & indubitatum, nullum vt scelus admitti posse putent grauius, quam si vel minima quis eius rei dubitatione tangatur. Quæ persuasio communis est omnibus hæreticis. Nam non magis id à suis exigunt Lutherani, quam à suis idem requirunt & Zuingliani & Anabaptistæ (cum interea non magis inter se dissident ignis & aqua, quam istorum inter se pugnant dogmata) fieri vt nulla ratione possit, quin vel ij, vel illi, vel isti manibus dæmonum in barathrum inferni præcipitentur potius, quam vt suis eos manibus cœlestes angeli dignentur. Qui cum æquè sint omnes à Christi corpore sua voluntate præcisi, nihil commune cum eis cœlestes Angelos habituros, certius est, quam vt ambigere quisquam possit.

Vidimus ergo iam, quemadmodum etiam Christum expresso Dei verbo Sathanas fuerit oppugnare conatus. An autem idem non fecit per membra quoque sua contra eundem Christum filium Dei? An expresso Dei verbo demonstrare conatus non est, quod Christus non modò non esset Propheta, verum etiam reus esset mortis? Legimus in Evangelio, quod cum audissent Christi sermones Iudæi, alij dixerunt, hic est Propheta: alij verò, hic est Christus: neque defuerunt interea, qui dicerent: Nunquid à Galilæa venit Christus? Nonne scriptura dicit, quia ex semine David, & de Bethleem castello vbi erat David, venit Christus? Ad Nicodemum verò Pharisei: Scrutare scripturas, aiunt, & vide, quia à Galilæa Propheta non surgit. Nec eo cõtenti, quod cū scripturis prolatis Prophetam esse negassent, vociferabantur præterea: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Quis est qui non obstupescat hæc legens? Legem & Prophetas, contra legis & Prophetarum auctoritatem ac dominum, diaboli membra proferebant: & sicut ipsi videbatur, expresso Dei verbo, quod non modo non esset Propheta, verum etiam tanquã facinorosus aliquis legis transgressor dignus esset morte, demonstrabant. Quod si verò contra Christum ipsum, cum adhuc inter homines veraretur, sic est non ab ipso Sathana modò, verum etiam à membris eius, scripturarum armis pugnatum, quid non fieri putandum est miscellis hominibus? aut quid erit, quod Sathanas è scripturis persuadere se non posse sperabit, qui Christum & non esse Prophetam, & esse mortis reum, è scripturis docere se posse persuasum habeat? Iam Igitur & hoc factum est, quemadmodum ipsum etiam Christum Dei filium in terris degentem, & per se, & per membra sua, scripturarum armis appetere Diabolus non dubitauit, & quem ex illis produxit sensum, expressum Dei verbum haberi voluit.

Quid autem Apostolos? Nunquid eisdem armis aggressus non est? Hos verò maxime. Quid enim sibi volunt illa Pauli verba? Eiusmodi Pseudoapostoli sunt operarij subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim Sathanas transfiguratur se in angelum lucis; non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur,

Concilium ecclesiam representat. Mittit se deorsum, qui non assentitur Ecclesie Catholice.

Ioan. 8.

Quid Sathanas hæreticis pollicetur, & persuadeat.

Lutheranorum, Zuingliorum, & Anabaptistarum sibiisma.

Ioan. 7. Aliud Sathanas ex diuinis scripturis testimonium. Ioan. 5.

Ioan. 19.

Sathanas non minus Apostolos, quam Christum suis armis aggressus est. 2. Cor. 11.

cut, sicut ministri iustitiae. Quam graphice Paulus depingit sui tēporis Pseudoapostolos? Nolebat illi videri aliud, quam Christum, quam Euangelium predicare. Quin sicut Ecclesie Catholice doctrinam nostrum temporis hæretici, sic illi Pauli prædicationi, Euangelij nomen detrahere, sibi que visum sunt illud arrogare. Nunquid hoc aperte Paulus non significat, cum ita scribit Galatis? Miror quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Quem locum enarrans Pauli germanes interpret loannes Chrysostomus: Huiusmodi diaboli, inquit, fraus est, haud quaquam nudos proponere laqueos, quibus venet homines. Etenim si dixissent: Discedite à Christo Galatæ, vitascent eos velut impostores & corruptores. Nunc verò finentes in fide manere, & interim fraudi prætexentes Euangelij nomen, impunè, summaque audacia perfodiebant domum, videlicet ijs, quæ dixi, obtentis velamentis, per hæc nomina celantibus parietum perfossiores. Quoniam igitur illi suam imposturam, appellabant Euangelium, ipse etiam aduersus nomen repugnat, & c. Vides quemadmodum etiam tunc, sicut nunc, fraudi suæ quidam nomen Euangelij prætexebant, & imposturam suam Euangelium appellabant: quod ipsi docerent, non quod Paulus prædicaret, hoc Euangelium videri volebant: & sub fructu honesto protextu, fucum hominibus facientes, in eorum animos irrepere conabantur. Sic Sathan ad illaqueandos homines, aliquo semper abutitur integumeto: neque statim, sicut vulgò loquuntur, ostendit cornua: sed scripturatum diuinatum, sed verbi Dei, sed Euangelij nomen prætendit, quod facilius incautos in suas nassas pertrahat. Decet autè fideles non statim eiusmodi laruas moueri, neq; si quis imposturam suam vocet Euangelium, eo loco protinus eam habere debet.

Ac meminit idem Paulus ad Thessalonicenses scribens, fuisse quosdam qui per Epistolam, tanquam à se missam, terrent homines. quasi iam iam instaret dies Domini: cum tamen à Paulo nihil tale scriptum fuerit. Sed cum is in priore sua ad eosdem Epistola scripsisset: Nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini, non præuenimus eos, quod dormierunt, istis eius verbis alienum sensum hunc affingebant, cum ea Pauli mens fuisset nunquam. Sic etiam, superflite Paulo Pauli verba secus quidam interpretari veriti non sunt.

Scribit autem hoc & Petrus Apostolus de Pauli Epistolis, quod quædam in eis sunt difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas ad suum ipsorum perditionem. Si quem adhuc in terris degeret Paulus, inuenti sunt, qui eius verba deprauarent & inuertunt, quid mirum est, si tot seculis, postquam ille mortuus est, idem hoc de illis factitatum est, & fit etiam nunc? Quid autem illud fuerit, quod indocti quidam & instabiles in Epistolis Pauli deprauare, siue peruertere eum conati, docet in eo libro, quem inscripsit, de fide & operibus, Augustinus. Quum enim scripsisset Paulus: Arbitramur hominem iustificari per fidem, siue operibus legis: Sic hæc verba quosdam indoctos & instabiles accepisse dixit, vt mala quadam securitate, cum suam, tum aliorum salutem perderent, dum ad salutem obtinendam, solam fidem sufficere putarent. Quam etiam causam fuisse narrat, quod alia Apostolica Epistola, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra sententiam hanc maxime dirigunt intentionem, vt vehementer adstruant, fidem sine operibus nihil prodesse. Sicut etiam ipse Paulus non qualem libet fidem, qua in Deum creditur, sed eam salubrem planeque Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt: Et fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidem, quæ sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseuerat, vt dicat: Si habeam omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur, sine dubio bene viuatur: plenitudo enim legis charitas. Hactenus Augustinus. Vide autem, quam verusta sit hæc hæresis, quæ solam fidem ad salutem sufficere dicit. (Fuit enim adhuc illo Paulo superflite) quum expresso Dei verbo, quod ille per electum suum vas Apostolorum protulit, probare quidam sunt conati, cum tamen hæc Pauli mens nunquam fuerit: sed, sicut scribit Petrus, indocti quidem & instabiles, sensum verborum illius peruerterunt. Quid autè aliud, per Deum immortalè, & auribus, & animis hominum nunc quoq; Sathan per membra sua magis inculcare studet, quam quod (cum adhuc in terris Paulus veraretur) per suos inculcabat, nimirum, vt solam fidem, & ad iustitiam & ad salutem sufficere persuasum habeat? Quod si tum Petrus questus est, in uerba fuisse Pauli verba, quantò magis nunc idè quereretur, cum dogma hoc tã perniciosum, tanta contentione asseritur, cum ingeruntur & auribus, & oculis hominum voces illæ pestilentissimæ, Euangelium pati non posse, vt predicetur de bonis operibus, oiculum Christi horrere, vbi predicari ea audit? Fidem nullum opus bonum posse iuxta se ferre? Qui bonis operibus

Pseudoapostolorum in primis minima Ecclesie calliditas. Cap. 1. Chrysostomus.

Hæreticorum prætextus impostura.

Sathanæ integumentum.

2. Thess. 2.

1. Thess. 4.

2. Pet. 3.

Indocti & instabiles deprauant scripturas.

Cap. 14. Rom. 3.

Fidem sine operibus sufficere ad salutem asserunt hæretici, quod falsum ostendit.

Vera fides qua per dilectionem operatur. Galat. 5. 1. Cor. 13. Rom. 13.

2. Pet. 3.

Hæreticorum vocet pestilentissimæ.

operibus cooperiti sunt, eos vix posse celum penetrare, quod ea iustificationem consequentia, sint impura, cum opus optimè factum, sit peccatum? Pestilentem esse magistros, & radicem germinantem fel, qui in nouo Testamento conscientias operibus vexant, nec esse simul in Ecclesia, fidei magistrum, & operum? Huic tam impura doctrina, si nomen Euangelij prætendi Petrus nunc audiret: Si Paulus pestilentissimos homines iactare se videret, quod eam è suis epistolis hausissent, in quibus constat illum tanto studio bona opera nobis commendasse, & ad ea amplectenda fideles omnes excitasse, quid vtrunque diciturum, quid facturum existimamus? Verum de ijs satis: nobis enim hoc loco nihil aliud, quam hoc demonstrare fuit propositum, quod etiam Apostolorum temporibus non defuerint, qui fraudi suæ prætexerent nomen Euangelij, qui que ex ipsius Pauli verbis, dum sensum eorum peruertunt, contrario Paulo doctrinam profiteri, minime formidarent. Quod si verò scripturas contra scripturarum auctorem Christum, si Pauli verba in prauum sensum detorta contra Paulum ipsum producere sathanas, & ipse per se, & per membra sua veritas non est, quis iam erit, qui magnoperè miretur, si posterioribus sæculis maiori cum audacia id facere aggressus est? vetustissimus est scriptor Tertullianus, ab Apostolorum temporibus non ita longo intervallo disunctus, is de præscriptionibus aduersus hæreticos, præclarum librum conscripsit, in quo frequens illud in eorum ore fuisse refert: Quærite, & inuenietis: Scrutamini scripturas. Achoratur fideles, vt finem tamen aliquem esse querendi velint, simul fidè exercitationi scripturarum præfert. Tandem ijs verbis vtitur: De scripturis agunt hæretici, de scripturis suadent: alium de scilicet suadere possent de rebus fidei nisi ex literis fidei? Venimus igitur ad propositum, huc enim dirigebamus & hoc præstruebamus ad locutionis præfationem, vt iam hic de eo congregiamur, de quo aduersarij prouocant. Scripturas obtinent, & hac sua audacia maximè quosdam mouent: In ipso verò congressu, firmos qui dem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Mox docet, quid contra eos, quando scripturas obtinent, faciendū sit: Hunc igitur, inquit, potissimum gradum obstruimus, non admittendo eos ad vllam de scripturis disputationem. Si hæ sunt illæ vires eorum, an ne eas habere possint, dispici debet, cui cōpetat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eas, cui nullo modo competit. Ne verò putaret aliquis hoc eum propterea sic scribere, quod causæ diffidat, illico subiungit: Hoc de consilio diffidentia, aut de studio aliter iucunda constitutionis induxerim, nisi ratio constiterit in primis illa, quod fides nostra obsequiū Apostolo debeat, prohibenti quæstiones inire, non vobis aures accommodare: Hæreticum post vnam correptionem cōuenire, non post disputationem. Ad eod interdixit disputatione correptionem designas, causam hæretici conueniendi: Et hoc vnà, scilicet, quia non est Christianus, ne more Christiano semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus castigandus videretur: cum ob hoc fit castigandus, propter quod non sit cum illo disputandum. Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarum, nisi planè, vt aut stomachi quis ineat versorem, aut cerebri. Ista hæresis non recipit quasdam scripturas: & si quis recipit, adiectionibus & detractationibus ad dispositionem instituti sui interuerit: & si recipit, non recipit integras: Et si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones, commentata, conturbat. Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus: variæ præsumptiones necessitatè nolunt agnoscere ea, per quæ reuincuntur. His nituntur, quæ ex falso composuerunt, & quæ de ambiguitate cæperunt. Quid promouebis exercitatisime scripturarum, cum si quid defenderis: negetur ex diuerso, si quid negaueris, defendatur? Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione: nihil consequeris, nisi bilem de blasphematione. Ille verò, si quis est, cuius causa in congressum descendit scripturarum, vt eum dubitantem confirmes ad veritatem, an magis ad hæreses deuerget? hoc ipso motus, quod te videat nihil promouisse, æquo gradu negandi & defendendi diuersa parte statutum. Certè de pari altercatione, incertior discedet, nesciens quam hæresim iudicet. Hac vti que & ipsi habent in nos retorquere. Necessè est enim & illos dicere: à nobis potius adulteria scripturarum, & expositionum mendacia inferri, qui proinde sibi defendant veritatem. Ergo non ad scripturas prouocandum est, nec in ijs constituendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria est, aut parum certa. Nam & si non ita euaderet collatio scripturarum, vt vtramque partem sisteret, ordo rerum desiderabat: illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est, quibus competat fides ipsa, cuius sint scripture, à quo, & per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina, qua fiunt Christiani. Ad eundem modum æqualis eius Clemens Alexandrinus: Quod si, inquit, prophetis quoque scripturis vti, qui sectantur hæreses, ausi fuerint, primum quidè non omnibus, deinde nec integris vtiuntur, neque vt dicat corpus

Auctoris, huius libelli propositum.

Tertulliani vetustissimi scriptoris locus ex libro de præscriptionibus aduersus hæreticos. Cap. 4.

Hæreticorum aduersus orthodoxos congressus.

Cum hæretici non disputandum, dicit rationem. 1. Tim. 6. Tit. 3. Matt. 23. Hæresis peruersitas in corruptendis scripturis.

Clemens Alexandrinus contra hæresicos.

& contextus prophetiæ, sed quæ ambigunt dicta sunt eligentes, in priuatas suas transferunt opiniones, sparsim paucas voces carpentes veluti si osculos, nec quod significatur per eas, considerantes, sed ipsa nuda dictione aburentes. In omnibus ferè verbis quæ profertur, reperias eos solis hominibus in hærentes, ac significata variantes. Quid autem scribi potuit melius? quid ad rem, qua de agitur, accommodatius? quam quod à viro doctissimo Tertulliano scriptum legimus? Ostendit is, de scripturis agere, de scripturis suadere, scripturas hæreticos obredere solitos fuisse, verum in terea monet, vt eis gradus hic obstruat, neque admittantur ad vllam de scripturis disputationem, quod scripturarum ius illis non competit, cum in earum possessione Catholici præscriperint. Simul Pauli testimonium producit, qui cum hæreticis configendo, tempus terere vetat, quod semper pugna pugnam, & disputatione disputationem pariat, nullus vt sit iurgijs & altercationibus finis futurus, si quis velit obstinatos vincere disputando: quod nec eis desunt vnquam, & addit illis animos improbitas, ne pugnando fatigentur: vt longè præstat omnem, quam captare videntur, digladiandi cum illis ansam defugere, & à pugnis istis verborum abstinere, cum non raro verum illud fiat, quod quasi pro uerbo celebratur: Nimum alterando veritas amittitur.

Ceterum quod à Tertulliano scribitur: Ista hæresis quasdam scripturas non recipit, & quæ sequuntur, an de nostri temporis hæreticis verisimè dici non potest? Quarum qui primus auctor, an is palam, quod de Marcione scribit idem Tertullianus, machara vltus non est, dum ad materiam suam eadem scripturarum confecit? Docuit is, si dem fore vltus nobis ad iustitiam, & ad salutem sufficere. Vidit hoc dogma suum consistere non posse, si quam haberet auctoritatem Canonica Iacobi Epistola mox arrepta machara, præcidit eam è libro suo: Nolo, inquit, eam habere in meis biblijs. Satis pro imperio. Vocat autem biblia sua, vt indicet, nihil nisi commune cum ijs esse quæ sunt Ecclesiæ Catholice. Docuit idem orationes & sacrificia pro defunctis esse superuacanea. Vidit huic doctrinæ suæ palam aduersarij scripturam, quam plerique omnes veteres scriptores orthodoxi ex libro Machabæorum produciunt: arripuit macharam, & hunc quoque librum reseruit. Docuit ad soluta necessitate fieri omnia, tam certos & securos esse nos debere de gratia, de quæ salute nostra. Pugnabant cum hac illius sententia, quæ in libro sapientiæ, & Ecclesiastico leguntur: præcidit & hos libros machara sua. Idem fecit de nonnullis alijs libris canonicis, & quibus dogmata sua confutari cernebat. Sic ille, que materiam suam non ferunt, eas scripturas non recipiebat: quin arrepta machara, de biblijs suis reserbat. Quas verò scripturas recipiebat, nonne dum ex bonis Latinis mala facit Germanica, suis eas adiectionibus & detractationibus ad instituti sui dispositionem interuerit? Quod ei non à Catholicis magis, quam ab ipsi etiam sectarijs crimini datur. Iam verò, si quas recipiebat integras, an diuersas vel aduersas potius, planeque contrarias expositiones non est commentatus? Quod idem & à cæteris hæreticis fieri videmus, qui non ipsi minus inter se diuersi, quam Catholicis aduersi sunt in scripturis interpretandis. Quod suo quoque tempore, similiter ab hæreticis factitatum fuisse Tertullianus meminit: A suis, inquit, ipsi regulis variant inter se, dum vnusquisque proinde suo arbitrio modulatur, quæ accipit, quemadmodum suo arbitrio ille composuit, qui tradidit. Cum talibus igitur, qui non, nisi quas ipsi volunt scripturas, recipiunt, adiectionibus & detractationibus ad instituti sui dispositionem interuertunt, quæ diuersas expositiones commentati, conuertunt disputare Tertullianus de scripturis prohibet, sed eos ad Ecclesiasticam traditionem remitti iubet. Cuius hanc sententiam Lutherus etiam ipse, quando cum Sacramentarijs & Anabaptistis ei res est, approbare videtur. Sed liber illius verba adscribere: Legimus, inquit, quid sancti patres in Concilio Nicæno fecerint. Simul vt Ariarium hæresim legi audierunt, exilarunt eam vnanimiter neque dignati sunt eam audire, nec pasci sunt, vt eam defenderent, sed condemnarent eos euestigib, absque vlla disputatione, tanquam manifestos blasphematores. Moy ses etiam in sua lege præcepit, vt tales falsi doctores lapidarentur. Ad eundem modum & hic non est multum disputandum, sed inauditi, & indicta causa condemnati sunt tales manifesti blasphematores: Sicut etiam præcepit Paulus ad Titum 3. Debere hæreticum vitari post vnam atque alteram admonitionem: Et Timotheo prohibet contentiones & disputationes, quæ nihil aliud efficiunt, quam quod auditores perturbant. Nam tales communes articuli totius Christianitatis, sunt iam satis auditi, declarati, & conclusi, scripto & confessione totius communis Christianitatis. Sunt multis miraculis confirmati: sunt multo sanguine sanctorum martyrum consignati: sunt omnium doctorum libris defenso, neque deinceps vllius indigent magisterio aut officio.

Neque tñ ex omni parte verū est, quod fecisse sanctos patres in cōcilio Nicæno narrat iste

Hæretici solis nominibus inueniunt, & significata variantia.

1. Tim. 6.

Martinus Luther eadem machara vltus: qua Marcion quondam hæreticus. Primus error M. Lutheri.

Secundus error.

Tertius error.

Scripturarum deprauatio per M. Lutherum.

Vbi supra.

Disputandum de interpretatione scripturarum non esse, sed ea remittenda ad traditionem Ecclesiasticam. In Psal. 28, aliat. 22. Deut. 17, 17. Hæretici aperti blasphematores inauditi condemnati fuerunt. Tit. 3. 2. Tim. 6.

Lib. 11. c. 9.
Lib. 8. cap. 14.

Constantini
Imperatoris
verba de con-
demnatione
Arriane here-
sice.

Concor. Epis-
coporum syno-
di sententia,
Dei sententia
est.
Li. 2. c. 19.

Li. 5. c. 10.
Li. 7. c. 12.
Li. 2. de perse-
cutione.
Li. 12. cap. 15.
In Epist. de
Synodis Ari-
mini & Seleu-
cie congrega-
tis.

Nonna fides, vel
fidei nonna con-
fessio paribus
semper mixta
& absurda
fuit ibidem.

Lutheri qua-
dam sententia
laudanda de
reiciendis he-
reticis indista
causa.
Lutherus Sa-
cramentario-
rum & Ana-
baptistarum
dux & secta-
rum Auctor,
De agone
Christiano,
Cap. 29.

doctor hyperbolicus, quasi condemnauerit Arrium in auditum & indicta causa. Qu-
uis enim ex ter apud Socratem & Nicephorum: Epistola Nicæna synodi ad Alexandria-
nam Ecclesiam, & eos, qui in Ægypto sunt, & Lybia, & Pætapi, in qua scribunt, quòd
ne audire quidem impiam opinionem Arrii, mentis que vecordiam, & blasphemam ver-
ba sustinerunt: ex Epistola tamen Imperatoris Constantini, in qua mox ibidem sequi-
tur, satis liquet, quòd eius doctrina diligenter fuerit excussa. His enim verbis vitur Im-
perator: Sunt omnia & dicta, & scripta diligenter examinata, quæ propter amphibo-
logiam vel diffensionem pretextum generare videbantur. Si diligenter omnia fuerunt
examinata, qui fieri potuit, ut non audiretur Arrius? Quamobrem quòd scribunt pa-
tres, ne audire quidem se blasphemam illius verba dignatos fuisse, fortassis hoc sensu re-
ctius accipietur, quòd posteaquam semel eius doctrina fuit examinata, cum blasphemias
ille suas voces nihilominus ingeminare pergeret, patres illi audire dignati non sunt, sed
anathemate percussissent. Nam quòd auditus fuerit, indicat Socrates, quando scribit in
eodem loco, significasse populo Alexandrino Imperatorem, definitione fidei non sim-
pliciter ac temere factam, sed multa cum inquisitione & examinatione dictatam esse,
& quòd non quoddam duntaxat dicta, quoddam verò silentio pressa sint, sed quòd qua-
cumque ad corroboracionem dogmatis dici conueniret, in mediū allata sunt, quòdque
non simpliciter determinari, sed exactè primum inquisitum sit, & quæquæ occasio-
nem dissidij & seditionis creare possent, ita sunt reiecta, ut contradiç quicquam non
posset. Itaque vocat, inquit, Imperator concordem Episcoporum synodi sententiam, Dei
sententiam ac spiritui sancto tot patrum concordem sententiam acceptum refert. So-
zomenus quoque (cum dicit quod Episcopi assidue conuenientes Arrii in medium
adducebant, ac propositiones illius diligenter inquirebant: cauebant autem, ne in alte-
rutram partem sententiam precipitent) satis manifestè declarat, Arriū auditū fuisse:
Posteaquam verò diligenter eius causa fuit examinata, dubitandum non est, quòd is
disputare longius permittus non fuerit.

Sed illud interea verissimum est, quòd sicut semper ad disputandum heretici pro-
uocabunt, nouasque fides proferebant, sic ferè semper disputaciones Catholici defugie-
bant, & in patrum fide libenter acquiescebant: quemadmodum apud scriptores Eccle-
siasticæ Hiltoriae, Socratem, Sozomenum, Victorium, Nicephorum videre licet. Qua de
re semel synodi decretum intercesserat, ut in disceptacionem iterum ea vocaretur, nun-
quam esse Catholici permittendum putauerunt. Scribit Athanasius, quòd Germinius,
Auxentius, Valens, Ursacius, Demophilus & Caius chartulam quandam sue confessio-
nis exhibuerunt, & eam synodis omnibus anteponi postulauerunt. Quid autem ad hæc
Catholici patres Arimini congregati? Nos, inquebant, non quia fide indigeremus,
huc conuenimus (habemus enim sanam fidem) sed ut eos, qui veritatis contradicunt,
& noua moliantur confunderemus. Si vos igitur, quasi nunc incipientes credere, ita
scripsistis, nondum clerici haberi potestis, ut qui nunc credimenta fidei condicere inci-
pian. Quod si eo animo, quo vos huc venistis, sit omnium concordia, & hæreses ana-
themate execremur, & quæ patrum sunt, teneamus, ne posthac captatæ conciliorum oc-
casionibus obuerferentur, cum semel illi, qui Nicææ conuenierunt omnia præoccuparent.
Absurdum quiddam patribus illis visum est ut noua fides aliqua, siue fidei confessio
produceretur, & in dubium ea reuocaretur: quam à suis maioribus accepissent: quam
etiam ob causam, in Epistola, quam ad Constantinum Imperatorem scripserunt, ijs eos
verbis vsos fuisse refert: Supplicamus tuæ humanitati, ut benignis auribus & sereno
vultu nostros legatos intuearis, neque ad contumeliam mortuorum aliquid noui in-
duci permittas, sed nos sinas in institutis, decretisque maiorum permanere, quod mag-
no ingenio, prudentia, & Spiritu sancto omnia fecisse assueamus. Certè res nouæ,
quas isti moluntur, credentibus incredulitate, incredulis credulitatem inducunt.

Quid autem facerent patres illi, si nunc videret, modò non singulas ciuitates in Ger-
mania suam quamque seorsum fidem siue fidei confessionem adferre, & eam, reiecta fi-
de maiorum, approbati velle, tanquam ij Christiani non fuerint? Potestne magis absur-
dum aliquid, & magis impium cogitari? Scilicet, patres nostri, Christianam fidem igno-
rarunt? & nunc demum opera quorundam Christi perduellium Christus nobis est
cognoscendus? Quamobrem laudanda est hæc Lutheri sententia, qui tales audiendos
negat, verumtamen indicta causa condemnandos esse censet. Verum ita, quam tulit le-
gem contra Sacramentarios & Anabaptistas, eam patitur ipse quoque: quum præser-
tim ipse sit ille, quem isti se ducem sequutos esse profitentur, cum ipse primus discesio-
nis auctor, quum ipse tot sectarum pater sit, quarum iam vix etià numerum inire licet: quodq;
Donato scripte Augustinus, sicut is Christum diuidere conatus est, sic ipsum à suis quo-
tidiana

tidiana concisione diuidi, hoc idem ipsi quoque Luthero nunc euenisse videmus. Co-
natus est ille diuidere Christi corpus Ecclesiam, an à suis vicissim quotidiana concisio-
ne non diuiditur? Ut nihil dicamus de sacramentarijs, de Anabaptistis, de Capanis, quos
fortassis ad se pertinere Lutherus negabit, an Philippus, Brentius, Osiander, Illirycus, de
professio Lutherani non sunt? Quam autè infensa sunt inter eos inimicitia? quæ acerbè
grauissimas de rebus diffensiones? An Philippum querentem non audimus, quòd cum ipse
scripserit confessionem Augustanam, de tollendo nunc auctore deliberatur? Hanc enim
ad se rapiunt Illiracyani, & ab ea Philippianos vnà cum auctore suo conantur excludere:
Quem cum in alijs multis à magistris sui Lutheri placitis discessisse, tum in dogmate
de Eucharistia, ad Caluini sententiam accessisse palam iactat. Qua de re non obscure
Caluinus etiam ipse gloriatur. Iam in eo capite quòd summam esse voluit Etangelij,
nimirum de iustificatione, immanè quantum inter se disident Philippus & Brentius,
eum Osiander sententiam hic tueatur, qua Philippiani nihil fieri posse putant execra-
bilis. Sic etiam inter ipsos Lutheri discipulos de præcipuis religionis nostræ dogma-
tibus parum conuenit: de quibus pugnaciter inter se certant, & ipsi sibi sunt inuicem
heretici, ut alijs eos elogijs ornare necesse non sit, quam quibus ornant ipsi se mutuo.
Quare pati merito debet, quam ipse tulit legem Lutherus, ut qui sunt eis doctrinæ se-
ctatores, nulla cum illis inearit disputatio, sed simul ut eos tales esse constiterit, statim
indicta causa condemnentur, ut non de Zuinglianis magis, quam de Lutheranis ve-
rum sit, quòd à Lutheri discipulis dicitur, eos non stylo, sed sceptro magistratus coër-
cendos esse: quum præsertim non ferè quicquam adferant & hi, quod ante mille annos
non fuerit hæreses condemnatum, Sed longius ab instituto digressi videmur, quam-
obrem vnde desexit, eò redeat oratio.

Demonstratum est à nobis, quòd etiam illo tempore, quo floruit antiquissimus ille
doctor Tertullianus, de scripturis agebant, de scripturis suadebant, scripturas obtende-
bat heretici: quòdque Tertullianus, eos ad disputationem de scripturis admitti, & in
eis certamen constitui verat, verum ad Ecclesiasticam traditionem remitti iubet. An au-
tem & Cyprianus de insidijs Diaboli non queritur? qui se transfiguratus: velut angelum
lucis, & ministros subornat suos velut ministros iustitiæ, afferentes noctem pro die, in-
teritum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub pretextu fidei, Anti-
christum sub vocabulo Christi: ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate
frustrentur. Nihil verius dici potuit, quam quòd à Cyrillo scriptum legitimus: Omnes
heretici de scriptura diuinitus inspirata sui colligunt erroris occasiones, ea, quæ à san-
cto Spiritu rectè dicta sunt, sua malicia corumpetes, & super sua capita flammam in-
extinguibilem excitantes. Augustinus quoque non aliunde natus esse dicit hæreses, &
quædam dogmata peruersitatis illaqueantia animas, & in profundum precipitantia, ni-
si cum scripturæ bonæ, intelliguntur non bene, & quòd in eis non bene intelligitur,
etiam temerè & audacter asseritur. Quam etiam ob causam, hereticos Ambrosius ita
describendos esse putauit: Heretici, inquit, hi sunt, qui per verba legis legem impug-
nant: Proprium enim sensum verbis adstruunt legis, ut prauitatem mentis suæ legis au-
thoritate commendent. Scieps enim impietas auctoritatem multum valere, fallaciam
sub nomine eius componit, ut quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non po-
test, bono nominis commendetur? Qui fuerint in Carthaginensi concilio, quòd erat
per Agripinum congregatum, cum, quòd dant heretici & schismatici, non esse verum
baptisma, dicerent, an id in scripturis sanctis vbique declaratum esse non affirmabant,
expressoq; Dei verbo sententiã suã sibi probasse visi sunt? Quæ tamen Ecclesiæ aucto-
ritate postea fuit explosa. Sed Vincentiū Lirinensem ea de re loquentem audiamus: Tan-
ta inquit, in patribus illis ingenij vis adfuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus adfertorum
numerus, tanta veri similitudo, tanta diuinæ legis oracula, sed planè nouo ac malo more
intellecta, ut mihi omnis illa conspiratio, nullo modo destrui potuisse videatur, nisi sola
tantim moliminis causa ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio de-
stituit. Non igitur illi diuine legis oraculis, sed eorum vero sensu fuerunt destituti.
Quamobrem rectè monet Hilarius: Memento neminem hereticorum esse, qui se non se-
cundum scripturas prædicat, ea, quæ blasphemant, mentiatur. Hinc enim Marcion verbum
Dei, cum legit, nescit: hinc Phorinus hominem Iesum Christum cum loquitur, ignorat:
hinc & Sabellius, dū quòd, ego & pater vnū sumus, non intelligit, sine Deo patre, & si-
ne Deo filio est: hinc & Montanus: per insanas sceminas suas paraclatum alium defen-
dit: hinc & Manichæus, & Marcion legem odit, quia litera occidit, & mundi princeps
diabolus est. Omnes scripturas, sine sensu loquuntur, & fidè sine fide prætendunt. Scri-
pturæ enim nõ in legèdo sunt, sed in intelligèdo: non in præuaricatione, sed in charitate.

Lutheri Con-
demnatio.

Hereticorum
inimicitia &
diffensiones.

Disputatio
nulla in eandem
cum heretico.

Heretici se-
pro magistrat-
ibus & non
stylo & dis-
putatione
coercendi he-
retici.

Nihil nunc
adferunt quod
ante mille an-
nos non fuerit
heresies con-
demnatum.
De veritate
Ecclesiæ dia-
boli deceptio-
nes.
Epist. 28.

Traff. 28. in
Ioan.

Amb. in cap.
3. ad Tit.

In Concil. Car-
thag.

In lib. ad Con-
stantin.

Hilarius.
Heretici falso
vbique præ-
texunt scriptu-
ras.

Marcion.
Phorinus.
Sabellius.
Montanus.
Manichæus.

Hierony.

Athanas. Orationes contra Arianos.

Hierony. Diabolus excogitator & inuentor haresum.

Chrysof. In sermone aduersus hereticos. Tob. 3.

Matth. 4.

Arrius quadraginta scripturarum loca produxit ad suam haresim constituendam.

Aug. li. 1. contra Maximinum. Matth. 15.

Macedonius. Greg. Nazianzenus.

Eutiches.

August.

Origenes. Rom. 3. in Lucam.

Testimonijs scripturarum adductarum statim acquiescendum non est.

Quem sequutus Hieronymus contra Luciferianos scribens : Neque sibi blandiantur, inquit, si de scripturarum capitulis vident sibi affirmasse, quod dicunt: cum & diabolus de scripturis aliqua sit loquutus, & scriptura non in legendo consistant, sed in intelligendo. Sic de Arianis quoque scribit Athanasius. Si ea de causa, quod uoculas aliquot sacrae scripturae ab istis scriptas videant, arbitretur blasphemias benedictiones esse, proflus futurum est, ut quum Iudeos nostri temporis videant legem & Prophetas euoluere, vna cum Iudeis Christum abnegent: forsitan quoque audientes Manichaeos loqui particulos aliquot Euangeliorum, inficiabuntur cum illis, & legem & Prophetas. Sin autem ex ignorantia ita aestuant, & garrunt, discant de scripturis excogitationem, inuentionemque haereson diabolum, metu sua graeolentia scripturarum voces vsurpare, ut illis obiectus; aspersos veneno suo simplices decipiat. Ita enim Euam decepit, ita etiam alios haereticos in errore abduxit, ita nuc quoque; Arrio persuasit, ut quasi sub specie aduersarij contra haereses loqueretur, quod melius falleret, suammetipsius haeresim subiiciens. Quem sequutus Chrysostomus: Aperi, inquit, Atri sepulchrum gutturis tui, impletum mortuis sermonibus, non enim habes verbum illud viuificum, quod tuis rationibus factum & creatum fabricas. At ille statim, cum accersitur, a scripturis discendi facit initium. Verum tu ut fidelis, ne timueris eum cum videris ipsum de scripturis loquentem. Nam & diabolus cum accederet ad Christum & tentaret eum, per scripturas loquutus est cum eo, dicens: si filius Dei es, mitte te deorsum: Scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, & in manibus portabunt te. Constat autem, Arrium quadraginta scripturarum loca produxisse, quibus adstruebat, filium non eiusdem esse cum patre substantia, nec aliud vel ipse crepabat, vel factores eius quam scripturas, quam Euangelium, quam expressum esse Dei verbum. Ad scripturas subinde prouocabat, nec aliunde secum quam de scripturis agi permittebat. Cum Augustino congressurus Maximinus, hanc ei disputandi legem praescripsit, ut si quid de diuinis scripturis protulisset, id audire necesse haberet. Ea vero voces, inquit, quae extra scripturam sunt, nullo casu a nobis suscipiuntur, cum ipse dominus moneat nos, & dicat. Sine causa colunt me, docentes mandata & praecpta hominum. De donatistis autem scribit idem Augustinus: Sicut Diabolus contra latorem legis proferebat verba legis: sic & vos ex verbis legis accusatis homines quos ignoratis, ut Dei promissis quae in ipsa lege scripta sunt, resistatis. Ac paucis interiectis: Verba legis dicitis sed in quos dicatis, non attenditis. Sicut Diabolus verba legis dicebat, sed cui diceret non agnoscebat. Ille caput nostrum sursum ascensurum, deorsum volebat deicere: nos autem corpus eiusdem capitis, quod per totam terram diffusum est, ad exiguam partem vultis redigere. Ad eundem modum egit Macedonius quoque, sicut ex eo sermone, quem de spiritu sancto scripsit Gregorius Nazanzenus, colligere licet. Neque secus rem gessit Nestorius: Nam is, expresso Dei verbo, Mariam Iesu Matrem fuisse, atque ideo nudum hominem tantum peperisse, demonstrare se putabat, cum Iesu matrem in scripturis Canonice aliquoties eam appellatam esse constet, nusquam autem Deipara sit vocata. Quam etiam ob causam, vocem hanc tanquam alienam a scripturis, explodendam, & Mariam Christiparam tantum, non autem Deiparam esse dicendam censuit. Idem & Eutiches, cum duas in Christo naturas esse negaret, expresso Dei verbo sibi niti videbatur, & subinde quarebat ex Catholicis, in qua scriptura iacent duae naturae? Ego, inquit, a sanctis scripturis non didici de duabus naturis: ac de rebus eiusmodi se solas inquirere scripturas vociferabatur, tanquam sanctorum patrum doctrinis & expositionibus firmiores. Quorsum autem attinet in re manifesta, plura verba facere? cum nihil dici possit verius, quam quod scriptum est ab Augustino: Non postet error oboriri palhiatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis. Neque enim alium de tentare audeat diabolus, quemadmodum apud Originem quoque legimus, quam ex diuinis scripturis. Quem, cum produxissent Origenes illa Psalmi verba, proferentem: In manibus portabunt te: &c. vnde tibi, inquit, Diabole hoc scire, quod ista scripta sunt? Nunquid legisti Prophetas, vel diuina sloquia cognouisti? Licet tu taces, ego pro te respondeo. Legisti, non ut ipse ex lectione sanctorum melior fieres, sed ut simplicitate eos, qui amici sunt literae interficias. Scis, quia si de alijs eius voluminibus loqui volueris, non decipies, neque habere poterunt auctoritatem assertionis tuae. Sic legit Scripturas Marcion, ut Diabolus; sic Basilides, sic Valentinus, ut cum diabolo dicerent Saluatori: Scriptum est enim, &c. Si quando testimonia de scriptura audieris, vide, ne statim loquenti acquiescas; sed considera illum, cuius sit, ac cuius sententiae, cuius sit voluntatis, ne forte simulet sanctum se esse, quod non est, & venenis insectus haereseos, sub ouis pelle lupus latitet, ne forte loquatur in

eo diabolus de scripturis. Haec originis admonitio nobis in imo pectore recondenda est, ne quando excidat, ut, ne statim, si scripturas proferat aliquis, ac de expresso verbo Dei gloriatur, omni spiritu credamus. An soli sunt hoc nostro saeculo Lutherani, qui tam confidenter expressum Dei verbum iactando nostras aures obtundunt. An idem sibi pari ac maiori etiam confidentia non arrogant Sacramentarij? Quoniam alio Caluinus, quoties cum Lutheranis illi res est, quam ad scripturas prouocat? Quid est, quod minus ferre queat, quam cum aequè à Lutheranis, atque à Christianis patrum & Conciliorum auctoritate obijci sibi videt? Cum scripsissent Maderburgenses: Iubemur caelesti oraculo filium Dei audire, respondet eis Caluinus: Malignè nec minus improbè Christi auctoritatem nobis obijciunt, quasi à pura germanaque eius doctrina, nobis vel minimum defletere propositum sit: qui non minus re ipsa semper demonstrauimus, quicquid ex sacro domini ore prodijt, nos reuerenter excipere, quam ipsi verbis iactant. Si ergo nobis filius Dei absque contrauersia summus, perfectissimus, & vnicus magister, in cuius doctrina verbum aut syllabam mutare fas non sit. Sed non impedit fidei obedientia, quò minus ad sanam verborum intelligentiam attendimus: Sic ille quamuis impius & blasphemus: sibi tamen mihi obijci minus fert, quàm quòd filij Dei non audiat: quòd ab eius pura, germanaque doctrina, vel minimè defleat. Quid autem? An remissius id sit ab Anabaptistis: ex quibus quendam sic patrem caelestem alloquentem legimus: Certè hac in re non possum decipi: Verbo tuo pater caelesti credidi, illudque suscepi per spiritum sanctum, ut certè veritatis verbum. Ac paulò post: Ego scio certè & firmiter, quòd haec mea doctrina, quod est verbum Dei, in die recti iudicij, non solum dominos & principes, non solum mundum, sed ipsos etiam angelos iudicabit. An hic tibi minus certus esse videtur, doctrinam suam expressum esse Dei verbum, quam aut Lutherus, aut Caluinus? cum tamen & huius, & Lutheri, & Caluini verbum expressum sit verbum Diaboli.

Quorsum autem ad extremum res redit? Stupor & mirabilia: dum sic vnaquaque secta verbum ad se Dei rapere, sibi que soli veram illius intelligentiam arrogare conatur. Natum est nouum quoddam Prophetarum genus, qui non sunt verici, scripturarum auctoritate, scripturis auctoritatem omnem detrahunt. En quò perduxit rem tandem Sathanas. Posteaquam eò miseris mortales adduxit, ut quam quisque doctrinam esset amplexus, eam expressum esse Dei verbum, certè sibi persuaderet, nec vllis rationibus ab ea deduci pateretur. Iam igitur hoc est constitutum, quòd nullus ferè fuit vnquam haereticorum, qui suum errorem scripturis non confirmaret: quique suam opinionem, Dei verbum non esse diceret. Et clamat hoc quidem res ipsa, nihil ut opus illa demonstratione fuerit, sed testatur hoc tamen princeps etiam nostri teporis haereticorum: qui propterea nomen hoc etiam ad extremum, scripturam sacram esse consequutam scribit quòd vocatur liber haereticorum, quòd ea ducunt originem omnes haereses.

Quorsum autem hac dicit aliquis? Num tu Dei verbum extenuare, nemo omnem ei auctoritatem detrahare conaris? An haec ita multa propterea produxisti, ut ostenderes, haereticum esse, si quis testimonio scripturarum vteretur? Procul a nobis abste, ut vel cogitemus haec, quae sunt ab homine Christiano aliena, quin quod ab Hilario dictum est olim, idem & nos dicimus: De intelligentia haeresis est, non de scriptura, sensus, non sermo, sit crimen. Nihil scriptura sanctus, nihil angustius, nihil secundum Deum omni veneratione dignius. Verum quid esse potest tam sanctum, quo non in perniciem hominum, humani generis hostis abutatur? Non est quod quisquam existimet, qui verba Dei loquuntur, qui diuinae legis oracula proferunt, quod eorum ora semper Deus aperiat. Annotauit hoc doctissimus Origenes, quòd non rarè, qui Dei verba loquuntur, eorum ora diabolus etiam aperiat: Qui mendacium loquitur, inquit, certum est quòd diabolus aperit os eius, ut mendacium loquatur. Sed quomodo potest, inquis, loqui mendacium, qui scripturarum testimonia profert? Quas à Spiritu sancto proficisci, qui spiritus est veritatis, à quo manat omne verum, nemo pius dubitat? Breuis est ad haec, & expedita responsio: In scripturis quidè ipsi, quas diuinitus inspiratas esse scimus, nullum esse potest mendacium, ceterum in sensu, què adfert homo, de quo scriptum est: Omnis homo mendax: qui mendacium esse posse negauerit, quid is aliud, quàm Dei vocè negare, si mul mendacij spiritum sanctum arguere videbitur? Quid igitur, dicit aliquis? Si omnis homo mendax, num igitur quicquid homo loquitur, quicquid etiam ex diuinae legis oraculis profert, mendacium est? Absit. Non hoc dico. Qui sciam igitur, quando loquitur mendacium? Docebit nos hoc ipsa, quae mentiri non potest, veritas. Qui loquitur, inquit mendacium, de suo loquitur. Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum: Si quid autem habet homo veritatis & iustitiae, à Deo habet. Is igitur loquitur veritatem,

Sacramentarij. Caluinus.

Maderburgenses. Caluinus.

Anabaptista cuiuspiam oratio ad Deum Patrem. Verbum suum, expressum Dei verbum esse firmiter haeretici statuerent.

Prophetarum quoddam nouum genus.

Scriptura sacra ab Haereticorum principibus dicitur liber haereticorum.

Li. 2. de Trinitate haeresis vnde nascitur.

Origenes Ho. 3. in Exodum. Ioan. 8.

In scripturis sanctis nullum est mendacium sed in eorum sensu, quem adfert homo. Psal. 115.

Mendacium.

qui non de suo, sed de Deo loquitur. Dices iterum: An non loquitur de Deo, qui Dei verba, qui scripturarum testimonia recitat? Atqui iam audiuisti, non semel à me dictum, quod etiam Diabolus testimonia scripturarum recitat, neque tamen propterea veritate loquitur, quia de suo loquitur. Quid est hoc, de suo loquitur? Suum scripturam, non Dei sensum adfert. Hoc autem est hereticum esse, sicut iam ex Ambrosio docuimus, proprium sensum verbis adstruere legis, & per verba legis, legem impugnare. Sed quomodo nos discernamus, quando suum quis proprium, quando verò Dei sensum adfert? Docebit hoc nos celeberrimus Ecclesie doctor Augustinus, qui sic Deum alloquitur: Veritas tua: nec mea est, nec illius, aut illius, sed omnium nostrum, quos ad eius communionem publice vocas, terribiliter admodum ut nolimus eam habere priuatam, ne priuemur ea. Nam quisquis id, quod tu ad fructum omnibus proponis, sibi proprie vendicat, & suum vult esse, quod omnium est, à comuni pro pellitur ad sua, hoc est à veritate ad mendacium, qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur, iam ne intelligis, quis de suo, hoc est, quis mendacium loquitur. Veritas non est huius, aut illius, sed est omnium. Omnes ad eius communionem Deus publice vocauit. Quisquis ergo, quod publicum est, facit priuatum: quisquis, quod omnium est per charitatem, id sibi proprium vendicat, & suum esse vult per contentione, is de suo loquitur, mendacium loquitur. Veritas enim alibi non est, quàm apud omnes, hoc est, in Ecclesia Catholica: quò obrem, quicunque singulares aliquos intellectus exquirat insolitos & haecenus inauditos sensus excogitare, nouas & sollicitarias opiniones adfert, etià si sexcetera proferat à scripturis testimonia, quandoquidem ea non omnium, hoc est, non eo, qui receptus est in Ecclesia Catholica sensu vult intelligi, sed suum illis proprium sensum adstruit, de suo loquitur, atque idem mendacium loquitur. Veritas enim non est apud unum aliquem, sed apud omnes, hoc est, in Ecclesia Catholica, cui sanctorum scripturarum intelligentia lux à Deo promissa est, nullum ut certius argumentum esse queat, aliquid de suo, hoc est mendacium loqui, quàm si quis ab huius sensu & consensu recesserit, quamlibet is multa diuina legis oracula recitet, expressum diaboli verbum proferre potest, expressum Dei verbum proferre non potest. Nam qui Dei verba loquuntur extra Ecclesiam, eorum ora Diabolum aperite certum est: sicut contrario, qui loquuntur eadem intra Ecclesiam, quin eorum ora Deus aperiat, dubitandum non est. Atque hæc est causa, quoties Euangelista, aut insignis alicuius doctoris memoria sit in Ecclesia, quod & in introitu missæ, & in horis canonicis illud ex Ecclesiastico legitur. In medio Ecclesie aperuit os eius: quo significatur non aperire cuiusquàm os Dei, nisi sit in medio Ecclesie: à cuius sensu, qui discrepat, eius os non Deus, verum Diabolus aperit. Quauis celebris fuerit aliquis Ecclesie doctor, nisi fuerit in medio Ecclesie, nisi cum Ecclesie sensu consenserit, os eius Deum non aperuisse certum est. Quod si quis verò contra sensum illius & consensum loquitur, non dubitanter affirmauerim, quod os eius diabolus aperuit. Quisquis igitur de suo loquitur, mendacium loquitur, quisquis autem de Deo loquitur, veritatem loquitur. De Deo autem loquitur, non quicunque scripturas quomodolibet profert, sed qui scripturas non suo proprio, sed omnium, hoc est, Ecclesie Catholice sensu profert. Atque hoc est, quod proprie dicitur verbum Dei, quòd scripturæ verbis non proprius adstruitur sensus, verum is, qui omnium, qui Ecclesie Catholice est, quæ eundem esse Dei sensum ambigendum non est. Sic annotatum à Socrate legimus, quod Imperator Constantinus, omnium eorum, qui conuenerat in Concilio Nicæno, sententiam, Dei vocat sententiam. Vox enim Ecclesie, vox est Dei per illam loquentis Catholicus igitur & orthodoxus est, neque mendacium vlla ratione loqui potest, qui memor illius, quod scriptum est: Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident: non suum, sed Ecclesie spiritum: non suum, sed Ecclesie sensum & consensum sequitur. Etiam si minus aperta videri possent alicui scripturæ verba, quæ talis profert, quoniam tamen Ecclesie sensu profert expressum Dei verbum profert. Si quis verò suum proprium sensum adstruit, si suo sensui scripturas attemperat, non suum scripturis iungit, si non pro sententia scripturarum diuinarum, sed pro sua ita dimicat, ut eam velit scripturarum esse, quæ sua est: cum poterit eam, quæ scripturarum est, suam esse velle deberet: si pertinaciter eiusmodi sententia contra communem totius Ecclesie sensum & consensum tueret hereticus est & schismaticus & quamlibet multa scripturarum testimonia producat, non tamen expressum Dei, sed expressum diaboli verbum producat. Nihil itaque scripturarum auctoritati detrahatur, quando non tam ex illis, quàm ex earum intelligentia hæreses natas esse dicitur. Verus est hæc & Basilij querela, quod veritatis deprauatores, non suam scripturam mentem accommodant, sed ad suam voluntatem mentem scripturarum trahunt. Præclarum autem est Clementis consilium, ut cum lex Dei legitur, non secundum ingenij proprii intelligentiam legatur seu doceatur, sunt enim multa in scripturis diuinis, quæ possunt ad eum sensum

Quid sit de suo loqui in diuinis scripturis. An. li. 12. conf. c. 25. Veritas qualis.

Ioan. 8. Veritas omnium est, non alicuius priuati.

Veritas in sola Ecclesia Catholica.

Sancti uisus memoria cur in medio Ecclesie celebratur? 8. Eccl. 15. Os quorundam aperit Diabolus.

De Deo quis loquitur. Verbum Dei proprie dicitur. Lib. 1. Histor. Eccl. Cap. 9. Ecclesie vox est Dei vox.

In Hexameron. Hom. 8. Lib. 10. Recognitionibus. Episc. 5.

sensum trahi, quem vnusquisque sibi præsumat. Et ideo scripturarum intelligentiam oportet, inquit, ab eo discere, qui eam à maioribus, secundum veritatem sibi traditam seruat. Quod consilium sequutos esse scribit Ruffinus illa duo Græciæ lumina, Basilium magnum & Gregorium Nazianzenum, qui, cum omnibus Græcorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dedissent, eorum intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolica successione regulam intelligendi suscepisse constabat. Quantum autem ab horum disident sententia, qui temere quamlibet volunt expendere scripturam, & iuxta suum iudicium ei credere, neque patrum sensu moueri: ad quos remitti, nefas esse putant. Quid autem istis rectius à nobis dici poterit, quàm quod Manicheis aliquando dictum ab Augustino fuisse legimus? Videtis inquit, id vos agere, ut omnis de medio scripturarum auferatur auctoritas, & suus cuique animus auctor sit, quid in quaque scriptura probet, quid improbet: id est, ut non auctoritati scripturarum subijciatur ad fidem, sed sibi scripturas ipse subijciat. Non ut ideo illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi auctoritate scripturam legitur, sed ideo recte scriptum videatur, quia, hoc illi placuit. Quod te committis anima misera, infirma carnalibus nebulis inuoluta, quò te committis? An & horum alicui non recte dicemus: Quò te committis anima misera, infirma, carnalibus nebulis inuoluta, quò te committis? itane quod tibi placet, id vis vt sentire scripturam credamus, & pro expresso Dei verbo habeamus? Cur non id potius, quod omnibus, hoc est, quod Ecclesie placuit vniuersæ? Quis est hic superbia tumor? quæ arrogancia animi? quæ mentis inflatio? Tu ne sic tibi soli Dei Spiritum vendicabis: sic reliquis detrahas omnibus, vt quem tu scripturam sensum esse vis, eum totius Ecclesie sensu posthabito sequi teneamus? Potestne maior esse, quam sit hæc, tyrannus vlla? Adlubuit monacho monacha, visum est illi, quod hunc aut illum sensum, hæc aut illa scriptura haberet. Quicquid igitur à patribus traditum, quicquid auctoritate conciliorum sancitum, quicquid Ecclesie totius diuturna consuetudine receptum est & approbatum, id omne cõtemnite, rejicite, pro nihilo ducite: neque vel tantillum moueat quempiam multitudinem, magnitudo, latitudo, profunditas, miracula, sanctitas Ecclesie sanctorum: sed quod illum interpretari videtis, hoc sensisse Spiritum sanctum ne dubitare, quod autem orthodoxi docuerunt: quod auctoritas Ecclesie tradidit, quod populus Christianus tot iam seculis amplexus est, quod scholæ defendunt, exitabile satana venenum esse putare. Quam verè dictum est à Paulo: Scientia inflat, caritas enim edificat: quamuis opinio scientiæ magis inflat, quàm ipsa scientia. Quod si vel micam ista caritatis haberent, num ita turgescerent, vt omnes præ se cecos esse, stupidos, bardos, rancidos, persuasum haberent? sed sicut vinum, nisi temperatum aqua fuerit, mentem alienat: sic scientia, si temperata Caritate non fuerit, fastu quodam ebrium & profusum in sanum hominem reddit. Quam obrem recte subiicit Paulus: Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat cum quire. Nam si cognouisset, nunquam opinio scientiæ sic insolesceret, vt se præferret alijs, ac ranquam ex alto, reliquos despiceret. Principium enim veræ scientiæ est Dei cognitio, quæ parit in nobis humilitatem & submissionem, & prosternit potius hominem, quàm erigit. Vbi vero tanta est superbia, quantam in ijs hominibus videre licet, quid ibi aliud esse potest, quàm ignoratio Dei? Docet autem alibi Paulus, quemadmodum scire nos oporteat: Nemo, inquit, se seducat. Si quis viderit inter vos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat, vt sit sapiens: Ita demum sapientem fore dicit aliquem Paulus, proprio sensu non nitatur, si apud se vltro stultus fiat, si seipsum examinat si quam habere videtur prudentiam, eam in obsequium redigat Christi capitis & corporis, vt illi credat, & quod ille docet, cum timore & reuerentia potius amplectatur, quàm vt, quod sibi ipsi probabile fuerit, sequatur. Quod vbi non fit, quid ibi aliud agitur, quàm quod scribit Augustinus, vt omnis à medio scripturarum auferatur auctoritas? An autem hoc ita factum iam esse non cernimus?

lib. 2. Hi. Ecclesia. cap. 9.

Lib. 32. contra Faust. ca. 19.

1. Cor. 2.

Scientia sine Caritate inflata est.

Dei cognitio principium scientiæ veræ.

1. Corint. 3.

Aug.

Exortus fuit hoc infelici seculo nostro Martinus Lutherus violenter in scripturas irrupit, ac submotis omnibus, quod ipse vellet, quodque suis dogmatibus commodum esset, sentire scripturas contendit: denique sic rem gessit, quasi scripturæ sacræ non discernator, verum dominus esse postularet. Obsequium ab omnibus requisitum in eo, quem ipse protulisset, scripturæ sensu amplectendo. Natus est postea Carolostadius, & ex eo Zuinglius, Oecampadius, Caluinus: & sicut Lutherus Catholicos omnes & orthodoxos, sic ipse vicissim vnà cum illis, Lutherum etiam ipsum submouit: & non hoc sentire scripturam, quod Lutherus diceret, sed quod ipse doceret, magnis clamoribus contendit, Erupit alicunde non ita multo post Balthazar Pacimontanus: is non à Luther-

thero magis, quam à Zuinglio in certis scripturarum locis interpretandis dissenfit, ac, quod ipse, non quod illi vellent, hoc sentire scripturam contendit. Viderunt hoc Prophetæ cœlestes (quorum nunc princeps est Suenckefeldius) quòd isti suo sensu scripturas attemperarent, nec pro scripturarum, sed pro sua sententia dimicarent, ut non quod (verbi gratia) Matthæus, aut Marcus, sed quod ipsi sensissent, id pro expresso Dei verbo populo vendicarent, atque, ita, dū vnicuique suus animus auctor est, quid in qua; scriptura probet aut improbet, non eos auctoritati scripturarum subijci, sed sibi subijcere scripturas, & sibi dominium in eas arrogare velle, sic secum cogitare ceperunt.

Quouique tandē hanc excuculatorum istorum tyrannidem feremus: vt, quod productis è scriptura vocolis aliquot, eorum alicui visum est, id tanquam expressum Dei verbum statim adorare necesse habeamus: cum tamen sic ipsos inter se pugnantem videamus, dum hoc quisque cõten dit, vt non, quæ Apostoli aut Euangelistæ, sed quæ propria ipsius est sententia, eam pro expresso Dei verbo sectatores habeant. Sicine iam isti se tanquam numina coli volunt? quid aliud restat, quam vt incuruemur coram hoc, aut illo? & quicquid eorum aliquis dixerit, è vestigio tanquam Dei vocem adoremus? Nos verò Dei de cœlo sententiam potius expectabimus, actum istos pro sua, non pro scripturarum sententia dimicantes, tum ipsas etiam scripturas, quarum tot iam, non diuersas modò, verum & contrarias interpretationes adferri videmus, facessere iubebimus, & quod nobis cœlestis ille magister dignatus fuerit reuelare, tanquam expressum Dei verbum, ea, qua par est, reuerentia recipiemus: ac ipsum loquentem potius audiemus (sicut etiam propheta dicit: Audiam quid loquatur in me Dominus) quam vt ad egena ista elementa nos cõuertamus, & in illis, quæ nunc in hunc, nūc in illum sensum insecti videmus, salutem nostram constituamus. Non oportet legis aut scripturæ esse peritum, sed à Deo doctum, vanus est labor, qui scripturæ impenditur, scriptura enim creatura est, & egenum quoddā elementum. Non conuenit Christiano, nimium creaturæ additum esse, Deum audire oportet, huius voces de cœlo expectandæ sunt, vt nos erudiant: Beatus vir, inquit Dauid, quem tu erudieris. Aequè nos docet hodie, atque olim Patriarchas & prophetas. Prohibuit Christus, ne plures magistri fiant, quòd vnus est magister noster in cœlis.

Vides piensissime Rex, quòd tandem res reciderit, & quàm verè dictum est ab Augustino, quòd omnis de medio scripturarum auferretur auctoritas, quando non auctoritati scripturarum subijci vult aliquis ad fidem, sed sibi subijcere scripturas: neque de scripturæ, sed de sua sententia dimicat, vt, quod ipse sentit, solum id, etiam si contrà sentiant omnes, expressum Dei verbum haberi velit. Nimum altercandum, dicit ille, veritas amittitur. An autem amissa non est veritas? an, in quibus solis est indubitata veritas omnis, apud quosdam scripturarum auctoritas sublata non est, ex quo tempore sibi quisque iudicium de scripturis arrogare, & sub motis omnibus, quem ipse seorsum ab ecclesia sensum attulisset, eum tanquam expressum Dei verbum adorari voluit? Fuisse autem in hunc statum aliquando res perducta, si isti homines se esse memores, Ecclesiæ potius iudicium sequi, & illi se reuerenter submittere maluissent, quàm vt sui cordis visiones pro Dei verbo amplecti homines iuberent? cum nemo possit esse mortaliū tam excellenti doctrina, tam quæ insigni vitæ sanctimoniam præditus, cuius sententiam pro expresso Dei verbo nobis amplecti fas sit. Contrà verò, vbi consentiens est Ecclesiæ totius vox, si quis id expressum esse dei verbum, certissimamque veritatem dubitat, quid is aliud, quàm, an verax sit Deus, quem per os Ecclesiæ suæ loqui certum est & indubitatum, ambigere videtur.

Habes itaque iam, Sigismunde Rex Auguste, quod non statim expressum Dei verbum est, si quid è scripturis profertur, ex quarum praua interpretatione hæreses omnes natas esse constat: cum etiam diabolus dixisset legamus: Scriptura est enim, cum tamen, quo ille sensu scriptas protulit, ipsius diaboli proprium, non Dei verbum fuerit. Sacrosanctæ sunt scripturæ, nec dubium est, in illis verbum Dei contineri: si sanus earum ad sit intellectus. Cæterum de intelligentia hæresis est, non de scriptura: sensus, non sermo fit crimen. Nulla cum ijs, qui discesserunt à nobis, qui se de expresso Dei verbo iactant, sibi que solis illud arrogant, de scriptura nobis est disceptatio, quam ipsi non aliunde, quam à nobis, à quibus discesserunt, habere se vltro fatentur, quin scripturas canonicas nō reuerenter omnes recipimus: illi contrà, quando quidem non auctoritati scripturarum subijci volunt ad fidem, sed sibi scripturas subijcere conantur, non recipiunt in illis nisi, quod suis dogmatibus commodum est. Non est igitur inter nos de scripturis, verum de scripturarum sensu controuersia, qualem iam inde à multis seculis semper inter catholicos & hæreticos fuisse legimus.

Profere-

Proferebat scripturam Arrius: Pater maior est me, qua tanquam expresso Dei verbo, rudi populo persuadere conatus est, Christum Dei filium patre minorem, nec eiusdem esse cum illo substantiæ. Et certè, si quis imperitior nuda verba expendat, aliquid illi dixisse videbitur Arrius. Quid autem ad hæc catholici & orthodoxi? Scripturam reuerenter accipiebant, sed, quod Arrius ex ea colligebat, expressum esse Dei verbum constanter negabant, cum nunquam eo sensu protulerit hæc verba Christus quasi nō æquè Deum, neque per omnia se patri æqualem esse dicere voluerit, cum, quatenus Dei filius, eiuſdem sit cum patre substantia: inferior autem sit, quatenus hominis filius. Quare quod Arrius per hæc verba demonstrare conabatur, nō patri consubstantiali filium, quamlibet id ipsi, & sectatoribus eius, expressum Dei verbum visum est, expressum tamen illud esse diaboli verbum Catholici non dubitanter affirmabant. Non dissimilis est etiam hoc nostro seculo, de controuersis dogmatibus inter Catholicos & hæreticos concertatio: neque enim nobis cum ijs, qui discesserunt à nobis, vlla est de scripturis disceptatio, verum de sensu tantum. Quòd melius autem res intelligi queat, vnicum scripturæ locum tractabimus, qui nunc passim ab omnibus profertur.

Expressum Dei verbum esse dicitur: Bibite ex hoc omnes. An autem nos expressum id esse Dei verbum negamus? quin libenter id concedimus: verum, quòd eo sensu sit expressum Dei verbum, quem ex eo loco, qui discesserunt, hoc est, quod constanter negamus. Quid enim illi colligunt ex hoc scripturæ loco? Quòd omnes, etiam laici communicantes, adstringantur ex præcepto Domini ad suscipiendam Eucharistiã sub vtraque specie. Hoc sensu protulisse Christum hæc verba, non concedimus. Quin, quod ipse dixit aliquando Lutherus, idem & nos dicimus, nihil hac in re tanquam necessarium laicis Christum præcepisse, quòd hæc verba non alijs dicta sint, quàm Apostolis. Vides, quòd hic non de scripturis ambigitur, sed de intelligentia. Nam non minus, imò magis etiam reuerenter, quàm ij, qui segregauerunt se ipsos, nos catholici scripturam hanc tanquam Dei verbum recipimus: verum, sicut illi pro sua, ita nos pro Ecclesiæ sententia dimicamus. Amant illi, quam adferunt sententiam, non quia vera, sed quia sua est, & eam tuerentur mordicus: nos quam adfert Ecclesia Dei, sententiam amamus, non quia nostra est, sed quia scripturæ eam esse confidimus: quòd non vno aliquo priuato homine, sed cui missus est spiritus veritatis, quam columnam & firmamentum veritatis appellat Paulus, Ecclesia nos ita docente didicimus. Sed scripturam ipsam paulò diligentius expendamus. Aiunt, expressum esse Dei verbum: Bibite ex hoc omnes. Omnibus igitur ex calice necessariò bibendum est: quòd, si qui secus fecerint, institutionis Christi violatæ Rei sunt. Liber hic propius cum istorum aliquo pedem conferre, Cedò, quid vocas Dei verbum? Scripturam. Quid autem expressum? Clarum, dilucidum, omnium oculis depositum, quod nemo tam hebes est, qui non videat. Sed obsecro te, si tam clarum est & dilucidum, quàm illud haberi tu vis, qui sit, quòd de eo nunc ambigitur? De rebus, quæ clara sunt & perspicuæ (verbi gratia, de eo, num dies nunc sit, quando quidem solem illuxisse videmus) est ne quisquam, qui disceptandum esse putet? Oportet igitur non tam expressum esse verbum hoc, quam tibi videtur, quando de eo sic ambigitur. Mirum est autem, si tam expressum est, quòd sexceteris annis ijs, quibus Euangelium Christi recepit Polonia, cum hæc verba Christi semper in Ecclesia lecta fuerint, & recitata, quòd nemo repertus est, non iam dicam in Polonia, sed in orbe vniuerso, quam latè patet in eo nomen Christianum, cui visum fuerit, hoc expressum Dei verbum esse, quo sensu profertur à te nimirum quòd adstringantur eo laici, tanquam præcepto Domini, ad necessariò suscipiendam Eucharistiã sub vtraque specie. Ne Græci quidem, quamuis bibant apud eos ex calice laici, sic ista verba sunt vnquam interpretati: Qui, cum in concilio Florentino cum Latinis, ante centum annos conuenissent, ac alijs de rebus nonnullis cum eis contendissent, de calicis vsu, ne tria quidem verba cum illis commutarunt, quòd scirent, nullum esse Christi præceptum de eo, ab omnibus laicis necessariò sumendo. An igitur tu cæcos, stupidos, bardos, truncos fuisse putas omnes, qui tot seculis, imò ex quo tempore scriptum est hoc Euangelium, tam expressum Dei verbum non viderunt? Tu verò tecum etiam atque etiam considera, num si, hoc pietatis & modestiæ Christianæ, sic de patribus sentire, quorum non pauci, qui calicis vsu, præterquam sacris operantes, ignorabant, sanguine suo signatum nobis Euangelium Christi reliquerunt: ita ne tu, aut cæcitas, aut impietatis eos omnes condemnabis qui vel non viderint hoc tam expressum Dei verbum, vel quod minus etiam esset ferendum, viui, videntisque contra illud venerint? Sed clara sunt ais, verba Bibite ex hoc omnes, quicquid tandem, sit de patribus; qui dicit, omnes, neminem excludit. Quæ audacia facitis, ex omnes, non omnes? Sed si neminem excludit, qui dicit omnes,

Pater maior me est. Arrius

Mat. 26.

Bibite ex hoc omnes quid.

2. Timoth. cap. 2.

Verbum dei quid. Expressum quid.

Concil. Flo.

Omnis quid.

Verbum suum pro dei verbum haberi volunt.

Hæreticorum argumenta videnda.

Psal. 84.

Psal. 93. Mat. 23.

Aug.

Grego.

Sententiam priuati doctoris pro dei expresso verbo nemo amplectitur.

Psal. 90. Mat. 4.

Sacramentorum participatio ad viros fideles pertinet.

Infantes à communionem excluduntur. 1. Cor. 14.

Infantibus susceptorum ex Ecclesia fides sufficit. Ruardus Tapper.

Cyprian.

Mat. 26.

Cap. 14. Cap. 22.

Duodecim quid.

Consecratione oblatione ex communiōne sub vtraque specie vtiuntur soli cōsecrantes.

omnes, num igitur ex calice bibere vis etiam infideles? Absit, inquis. Ad solos fideles Christi sacramentorum participatio pertinet. Atqui paulò antè dicebas, qui dicit, omnes, neminem excludit, qua igitur fronte nunc excludis infideles, & ex omnes, facis non omnes? Verum hac in parte tibi rectè sententiæ libenter subscribimus, ac non inuiti restrictionem hanc tuam accipimus. Nunc tu dic, amabo? Infantes baptisatos, esse ne fideles censas? Maxime. Quid igitur? Num & hos ex calice bibere iubebis? Minime. Atqui paulò antè dicebas, omnibus fidelibus esse bibendum. Cur nunc iterum ex omnes, facis non omnes? Cur tibi permittis, quod Ecclesiæ Dei licere non vis? Tu paruulos ab omni sacramentali participatione Christi corporis: & sanguinis arceri, fas esse credis & si laicis adultis altera tantum species detur (cùm tamen sub altera, quæ datur, totus & integer Christus accipiatur) grande sacrilegium admitti queritaris. Ac quòd infantes, inquis, ab Euchariſtiæ communionem rectè arceri credam, Pauli me moniet auctoritas, qui scripsit: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quomodo autem se probabit infans? aut quomodo corpus Domini dijudicabit, qui rationis est expertus? Quid autem, si superuacaneum est, ut ipse probent, quos constat esse mundos, & sacro baptisate purificatos, atque recens in Christi familiam inscriptos? Quid, si paruuli corpus Domini, quod sumunt, dijudicare possunt in suis tutoribus? qui, priusquam baptizentur, eorum nomine se credere profitentur, imò & puerum credere, & abrenunciare Satanæ. Si sufficit ad baptisum percipiendum susceptorum, & Ecclesiæ fides, cur non æquè sufficiat ad sumendam Euchariſtiæ eorundem dijudicatio? Certè Ruardus Tapper, vir doctus, non aliam causam adfert, quam obrem à sacramentali participatione Christi corporis & sanguinis arcentur paruuli, nisi quia plerumque, quod in os ingeritur, non deglutunt, aut ingestum reijciunt. Sed absit, ut illud reprehendam, quòd magis etiam restringis hanc vocem, omnes, ac infantes etiam, ad communionem admittendos esse negas: quando quidem eadem est Ecclesiæ sententia, estis secus in Ecclesia primitiua fuisse legimus obseruatum. Cæterum si iusta ratione factum esse putas quòd ab omni sacramentali participatione Christi corporis & sanguinis arceri infantes Ecclesiæ, cur non itidem de illa tibi persuadet, quòd calicem quoque dare laicis intermisit, non eam fecisse, nisi iustissimis grauissimisque rationibus adductam?

Sed excutiamus adhuc verba Christi, quæ si rectè volumus intelligere, necesse est, ut quæ præcesserunt videamus, quo sic, quibus ea dicta sint, cognoscere queamus. Cœnam Dominicam describens Mattheus, ita loquitur: Vespere autem factò, discumbebat cum duodecim discipulis: Marcus ita: Vespere autem factò, venit cum duodecim: Lucas ita: Et cùm esset facta hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Expressum in superiori loco tibi visum est verbum, omnes: qui sit, vt non æquè tibi videatur expressum verbū hoc duodecim? Num autem esset aliqua litiganda materia, si, quam acutè cernis illam, tam acutè cerneret & hanc, quæ præcessit, vocem? An vtrumque non eiusdem Dei verbum est, & omnes, & duodecim? vt sit sensus hic: Bibite ex hoc omnes vos duodecim, qui mecum discubistis. Constat plures alios in domo Simonis leprosi, vbi cœna facta est, fuisse, solos tamen duodecim Apostolos discubuisse: quos, cùm nouos noui sacrificij sacerdotes instituisset, dicens: Hoc facite in meam commemorationem, solos eos ex calice bibere iussit. Quod etiam fecerunt, sicut scribit Marcus: Et biberunt ex eo omnes, An ex eo tibi colligere non liceret, quod quamuis sacramentum Christi corporis & sanguinis ad omnes pertineat, verba tamen hæc Bibite ex hoc omnes, non pertineant, nisi ad solos Apostolos, & eos, qui successerunt illis, Episcopos & sacerdotes: vt expressum Dei verbum sit, quoties hoc faciunt sacerdotes, quod ipsum tū Christus faciebat, & eos facere iubebat, hoc est, quoties consecratur Christi corpus & in memoriam passionis eius offerunt, necesse eos habere, vtraque specie vti, & in consecrando, & in offerendo, & in fumendo, ita, vt si prætermiserint altera, græde sacrilegium admittere videantur. Vel vnum autem verbum profer, nō iam dicam expressum, sed quamlibet obscurum, ex quo conijcere tamen vtrunque liceat, quòd vel iusserit vnam ex calice bibere laicis, vel saltem bibendum illis ex eo sanguinem suum Christus dederit. Et interea nobis obijcis expressum Dei verbū, & in istis buccis illud subinde crepas, cum nec vmbra illius vllam in scripturis inuenire possis. Nos verò, si ue spectare velis vmbra & figuram, siue rem ipsam & veritatem, contrarium è scripturis ostendere tibi possumus. Vmbra & figurā Euchariſtiæ sacramenti fuisse Manna, quod de cœlo Iudæis erat suppeditatum, simul & agnum illum paschalem, non ignoras: de ijs comedebant omnes, liquida verò nunquam in aliorum, quam in sacerdote- rum vsum veniebant, neque sibi laici portionem eorum vllam vsurpabant. Veniamus ad rem

ad rem & veritatem. Duobus illis in Emaus euntibus, appropinquans Christus, ibat cum illis. Cùm ad castellum peruenissent, mansit cum illis, ac recubans cum eis, accepit panem, benedixit, & fregit, ac porrigebat eis. Et aperti sunt oculi eorum & cognouerunt eum, & ipse euauit ex oculis eorum. Panem hunc interpretantur sancti patres, sacramentum Christi corporis & sanguinis. hic de calice nulla fit mentio. Iam ne videas expressum Dei verbum, quòd sub specie panis tantum, Euchariſtiæ Christus dederit, qui non erant Apostoli? Quòd autem vel dare iusserit, vel dederit ex calice sanguinem suum bibendum laicis, tantum adest, vt hoc expressum sit Dei verbum, vt ne vmbra quidem eius rei vsquam in scripturis reperire queas. Intellexerit hoc Boëmi, quòd ex ijs Euāgelij locis, vbi cœna Domini describitur, errorem suum defendere non possent, quo priuata sibi auctoritate calicem vsurparunt, quam obrem ad illum adstruendum, visum est illis magis expressum Dei verbum, quod est apud Ioannem: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod verbum, qui se nostro tempore segregant, negant ad cœnam dominicam quicquam pertinere, neque de sacramentali, sed de spiritali manducatione intelligi volunt. Sic quòd Boëmi expressum, hoc Lutheranis non est expressum Dei verbum, qui, cùm & sacerdotium, & sacrificium ex Ecclesia sustulerint, quòd à Boëmis tamen factum non est, quando quidem omnes esse volunt sacerdotes, omnibus esse dictum vultum, Bibite ex hoc omnes. Cæterū ad hoc, quod ex capite sexto Ioannis adferunt Boëmi, præclare quidam vir pius & doctus, ante centum annos respondit: Nullus fidelis catholicus dicit, dictum hoc Ioannis: Nisi manducaueritis & c. vel alia mandata Christi, non esse seruanda: sed catholicus dicit, quòd vniuersalis Ecclesia melius intelligit, quæ sint Christi mandata, & qualiter sint seruanda, quam Hulsitæ: non igitur de verbis Christi, quæ nemo pius non summa veneratione recepit, sed de sensu verborum eius disceptatur. Nostri quidem temporis hæretici, sicut paulo ante diximus, negant ea de sacramentali Christi corporis & sanguinis manducatione rectè accipi, quam etiam ob causam, auctoritate loci huius ad asserendum calicis vsu non vtuntur. Nos verò, qui libenter ea, quæ patrum sunt, sequimur, quin de vtraque rectè possint intelligi, minimè negamus. Interea tamen, etiam cùm sola species panis sumitur, & manducari corpus & bibi sanguinem Christi, constantur asseueramus. Manducauerunt, inquit, Cyprianus, & biberunt de eodem pane, secundum formam visibilem. Vides, quemadmodum hic, non manducari tantum, verum & bibi, dixerit de eodem pane: Quin & edi sanguinem in scripturis legimus. Manducatur igitur Christi corpus, & bibitur Christi sanguis, cum sola species panis sumitur, etiam si nihil in ora fidelium de calice fundatur. Quamuis enim neque dentibus atteratur, neque gloriatur, fide tamen & caritate manducatur & bibitur. Mirum est autem, quòd ex illo Euāgelij loco sum institutum probare Boëmi nituntur, in quo neque calicis, neque vini fit vlla mentio, sed salius panis tantum, quem etiam solum ad salutem sufficere verba Christi declarant, dicentis: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Vides, quemadmodum æternæ vitæ promissio, non calici, sed panis facta est. Ac in illo toto sexto capite, ne minimo quidem verbo Ioannes, aut calicis, aut vini meminit. Qua de re igitur queritaris, ô Satana, Quid hac inani tota, de expresso Dei verbo, in cœli, toties aures nostras obtundis? cū quicquid è scripturis profertur, modò sanus adsit earū intellectus, magis ad receptū Ecclesiæ morè comprobandum, quam vt tuum istum errorem tuèdum facere videatur. Verum nihil est, quòd homo Christianus existimet de calice tantoperè satanā laborare. Non ignorat ille, nihil ad salutē referre, vtatur quis calice, necne, quam per mēbra sua, Lutherum, Bucerum, Philippum non obscure fateatur, nihil de calice sumendo tanquam ad salutem necessarium à Christo præceptum esse. Scit ille, lōgè verissimū esse, quod à patribus in cœcilio Basiliensi quod hac quidē in parte receptum & approbatum esse constat, decretum fuit: siue sub vna, siue sub vtraque specie quis communicet, secundum ordinationem & obseruantiam Ecclesiæ, proficere dignè communicantibus ad salutem. Itaque non hoc eum offendit, quòd sub vna specie communicatur, nec hoc vrget, vt sub duplici communicetur: Sed quod sit secundum ordinationem seu obseruantiam Ecclesiæ: quoniam sic demum, non aliter proficere communicantibus ad salutem intelligit, hoc est, quod eum offendit maxime: ac ne communicetur hoc modo, nimirum secundum ordinationem seu obseruantiam Ecclesiæ, hoc est, quod in istar & vrget maxime. Satanas vult esse Satanas: Satanam Hebræi vocant aduersariū: vult igitur aduersari Christo, & menti & corpori. Est ordinatione seu obseruantia Christi corporis Ecclesiæ, vt sub vna communicetur: vult sub vtraque. Est ordinatione seu ob-

Lut. 24.

Bohemi communionem sub vtraque specie. Cap. 6.

Cap. 6.

In serm. de cœna domini bibitur & manducatur de eodem pane. Ioan. 6.

Ioan. 6.

Vitæ æternæ promissio non calici, sed panis facta.

Concil. Basili. decretum de Euchariſtia. Satanas conatus ad ecclesiæ ordinationem subruendam.

Satanas aduersarius interpretata.

seu obseruantia Christi corporis Ecclesia, vt sub vtraque specie communicetur: vult, vt sub vna, vel sub neutra communicare. Vis autem audire bestiam ipsam verba sua sonantem? Recitauimus ea superius aliquantò, sed quid impedit, quò minus ea nunc quoque recitamus? sic per electum quoddam suum vas loquitur: Si quo casu concilium statueret, mirimè omnium nos vellemus vtraque potiri, imò tunc primum in defectum concilij, vellemus aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri, & planè eos anathema habere, quicumque auctoritate talis concilij potirentur vtraque. Vides, quorsum eat Satanas? Non calicis vsum laicis ille permissum, sed in defectum Ecclesie, contraria sanctionibus illius facta cupit omnia. Satanas est, Christi capitis, & corporis aduersarius est, antichristus est: quamobrem quicquid per eos ecclesie sue Christo decernere visum est, quamlibet id esse rectum, verboque Dei consentaneum intelligat, ei tamen obnixè, manibus (quod aiunt) pedibusque, semper aduersari conatur, & quam olim capiti nostro Christo (caput ipse sui corporis) eandem nunc per membra sua membris Christi cantilenam occinit: Mitte te deorsum, hoc est, sicut Vincentium Lyrinensem interpretatum audiuius, ex istius te sublimis Ecclesie, quæ templum Dei putatur, doctrina & traditione demitte. Non hoc, quod Ecclesie, sed quod mihi visum est, sequere: Privati alicuius, qui cum spiritu meo sit afflatus, nihil sibi non arrogabit, nihil alijs non detrahet, non orbis totius Christiani, cui spiritum Christi non deesse certum est, sensum & consensum amplectere. Quoties igitur profert ex Euangelio Satanas: Scriptum est enim: Bibite ex hoc omnes, toties eum nihil aliud dicere putato, quam quod Christo dixit: Mitte te deorsum. Hoc enim est, quod ille persuadere conatur hominibus, vt Ecclesiam, quæ firmamentum & columna est veritatis, contemnant, vt in scripturis interpretandis privato suo, quam illius iudicio plus tribuant, vt sanctiones eius pro nihilo ducant, vt ab eis corpore se præciat. Quamobrem, quod ad vsum attinet Eucharistie, quod olim Donatistis dixit Augustinus: Non ita sacramentum, sed in præcisione vitium est, hoc istis & nos modò non rotidem verbis dicere possumus: Non in vtu sacramenti, sed in præcisione vitium est. Non in eo vitium est, sub vna, nec in eo, si sub duplici specie communices, sed si contra ordinationem seu obseruantiam Ecclesie communites, in hoc solo vitium est, & quidem tantum vitium, vt omnia flagitia alia cum hoc vno collata, festuca sint cum trabe comparata.

Quæ (malum) igitur hæc est quorundam religio, qui se Dei timore, verbi que saluificantis (sic enim loquuntur) amore facere dicunt, vt de calice sibi necessario purent esse bibendum? Scilicet, sexcentis ijs annis, quibus Christi fidem recepit Polonia, cum adiunctis sibi terris, nemo fuit, qui Deum timeret, nemo fuit, qui verbum saluificantis amaret, ac ne nunc quidem est quisquam in orbe toto Christiano, nisi qui Lutheri spiritu fuerit afflatus. Quis est hic animi tumor? quæ plura satanica mentis inflatio? Sic vt soli tibi Dei timorè: sic, vt soli tibi verbi saluificantis amorem arroges, vt ceteris omnibus, quamlibet ij fuerit in signi pietate præditi, proflus detrahere videaris. Qui fuit autem isti, nisi filij degeneres, & sicut à propheta vocantur, semen mulieris adulteræ: qui sanctis patribus & matribus suis, extremæ cuiusdam impietatis notam inurere non verentur, quasi nullus in eis timor Dei, nullus fuerit amor verbi saluificantis: & quidem eos patres, quibus acceperunt & rectè viuendi instituta, & pietatis doctrinam, quam eorum plerique sanguine suo nobis obsegnatam reliquerunt, quorum opera facta est, vt Christi primum nomen audiremus, & è densissimis dolorum tenebris eruti, luce veritatis eius illustraremur. Scilicet, secundum expressum Dei verbum hoc illi faciunt, quo nobis dicitur: Honora patrem tuum & matrem tuam.

Sed expendamus, quis ille Dei timor sit, quo se percussos, à calice negant abstinere posse. Num illi similis non est, quo Iudæi quoque prohiberi videbantur, ne prætorium ingredi rentur, vt ne contaminarentur: Grandis apud eos religio fuit in prætorium ingredi, quod hoc ingressu grauiter se contaminatos iri putarent, Christum autem tradere gentibus ad illudendum, ad flagellandum, ad crucifigendum nulla fuit eis religio, quin secus eriam facere, fuit religio. Sic enim sibi persuadebant, se Dei præceptum implere, si Dei filium extremis afficiendum supplicij, gentibus tradidissent. Nos legem habemus, inqueiebant, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Expresso Dei verbo sibi demonstrare videbantur, se iure Christum gentibus tradere, morte condemnandum: ac vsque eò nullo hac in re conscientie scrupulo premebatur, vt se grandi scelere obstri & os iri putarent, si secus fecissent. Quid autem? An illi non multo leuiore piaculo, quacunque tandem ex honesta causa fuissent in prætorium ingressi, quam quo Christum Dei filium in crucem egerunt? Talis nimirum est istorum religio, qui se conscientia sua prohiberi dicunt, quominus altera tantum sacramenti specie sint contenti.

Lutherus vas Satane electum

Vincent. Lyrinensis. Mittere te deorsum quid.

Matth. 26.

Timoth. 2.

Aug.

Non in vtu sacramentorum sed in præcisione vitium est.

Lutheranorum animi tumor.

Isa. 57.

Dei timor, quo percussus sunt Lutheran.

Ioan. 18.

Iudeorum similitudo a religio.

Hæreticorum religio.

renti. Rectè quadrat in eos illud ex Psalmo: Trepidauerunt timore, Vbi non erat timor: quodque Christus ipse dicit in Euangelio: Culicem colantes, camelum autem glorientes. Timere Deum videri volunt, sicut (quod expressum Dei verbum, & præceptum est) Ecclesia audienda, & receptus ac probatus ab ea ritus retinendus est: vbi verò corpus Christi mysticum, quod sic ille dilexit, vt pro illo viuum & verum suum corpus in morte traderet, Ecclesia sancta catholica in multas partes dissecanda, neque minus crudeliter lanianda venit, quam viuum & verum Christi corpus à Iudæis fuit laceratum, ibi nulli Dei timorè ostendunt, quin sicut Iudæi, cum verum Christi corpus dilanandum tortoribus traderent, secundum expressum Dei verbum id facere se vociferabatur, dicentes: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori. Sic & isti, cum idem de mystico Christi corpore concilium capiât, cui vias omnes & rationes persequatur, quibus id inquam plurimas partes dissecari queat, qui conatus eorum (proh dolor) nimum eius succedit, à calice sumpto initio, secundum expressum Dei verbum id facere videri volunt, clamantes & ipsi: nos legem habemus, bibite ex hoc omnes, & secundum legem hanc scindi debet, ac lacerari mysticum corpus Christi Ecclesia. Quam sunt autem admirabiles iste Satanae fraudes? quanta est insidiarum eius calliditas? Ex eo, quod Christus esse voluit sacramentum pietatis, signum vnitatis, vinculum caritatis, conatur ille facere, causam dissidij, materiam diuisionis, fomitem odij. Quid enim aliud agitur in hoc sacramento, nisi quod Paulus dicit: Mors domini annunciat? Quam autem ob causam ille mortuus est? vt filios dei, inquit Ioannes, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Christus propterea mortuus est, vt congregaret, vt nos vnum corpus efficeret cuius rei symbolum etiam esse voluit hoc sacramentum: vnus enim panis & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus: hic verò, nò magis nomine quam re Satanas, verus antichristus, verus aduersarius Christi, propterea de calice contentionem hanc iniecit, vt segrèget, vt diuidat, vt dispergat, & in quam plurimas partes dissecet, quam ille præcio suo sanguine suo sibi collegit Ecclesiam, quò sic in eis, qui sacrilega separationis consilia sequuti fuerint, crucis & mortis Christi beneficium irritum, & inane reddat. Nos, àit Augustinus, in hoc sacramento Dominus designauit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & vnitatis in hac mensa consecrauit: qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non pro se mysterium, sed contra se testimonium accipit.

Vis autem scire, quanto se secrete talis obstringat? Paulum dicentem audi, quòd reus erit corporis & sanguinis Domini, hoc est, non leuius designabit facinus, nec minoris erit supplicij reus, quam illi ipsi, qui suis manibus Christum flagellauerunt, qui sanguinem ipsius profuderunt, qui corpus eius in cruce egerunt, qui graui supplicio mortis illum affecerunt. Et hoc est, quod vult Satanas, vt in hoc vnitatis sacramento diuisio quærat, quò sic denuò Christus crucifigatur, & ostentui habeatur.

Hoc autem erit, qui verbum vocare saluificans audeat? Scilicet verbum saluificans dici meretur, quod reum facit mortis æternæ? Non est hoc verbum saluificans, Bibite ex calice. Bibite ex calice Iudas, & condemnatus est: biberunt hæretici multi, biberunt falsi fratres plurimi, Christum quidem confitentes, virtutè autem eius abnegantes, verum ad mortem & condemnationem æternam, non ad vitam & salutem æternam.

Vis autem, quod sit verbum saluificans, cognoscere? Breue verbum est, & expeditum: Ama, Caritas est verbum saluificans, quæ qui non habet, bibat ex calice quantum volet, mortem æternam consequetur, salutem æternam nunquam consequetur. Verum est enim illud, quòd qui non diligit, manet in morte: qui verò diligit proximum, legem impleuit. Videtur autem tibi diligere proximum, qui sic sentit de præpositis suis, quibus obedire iussus est, quòd nullo sint aut fuerint vnquam Dei timore, nullo verbi saluificantis amore præditi, quin illud cohabitè semper sint, ac, nunc etiam oppugnare contentur? Certè non dilectionis hæc sunt, sed odij. Videtur si diligere proximum, qui se non ab vno aliquo, verum ab omnibus, qui Christum verè profitentur, ab vniuersa catholica Ecclesia separât: patresque suos, & maiores omnes impietatis condemnat, tanquam qui spiritui sancto resisterint, nec agnitam veritatem amplecti voluerint: Caritas quidem & dilectionis proprium est vnire, non diuidere. Non est igitur verbum saluificans: Bibe ex calice, sed verbum saluificans est, dilige, hoc est, non te separa à compage Christi corporis, ab Ecclesia vnitatis: quin illam obedienter & reuerter audi: sensum tuum illius sensui & consensui libenter subijce, nec vnquam tibi tantum arroges, vt illius iudicio tuum iudicium anteponas. Præclare scriptum est ab Augustino: Dilige, & fac quod vis. Siue bibas ex calice, siue non bibas, modò in dilectione & vnitatis vel bibas vel abstineas, iuxta ordinationem seu obseruantiam Ecclesie proficit tibi ad salutem.

Psal. 13.

Matth. 23.

Ecclesia corpus Christi mysticum ab hæreticis in multas partes dissecatum.

Ioan. 18.

Satanæ fraus atque calliditas, quam admirabilem.

1. Corin. 11.

Ioan. 11.

1. Cor. 10.

August.

1. Cor. 11.

Reus esse corporis domini, quid significet.

Verbum adificans est caritas.

1. Ioan. 4.

Rom. 13.

Hæretici caritate vacui.

August.

Tract. 7.

In epistolam Ioan.

Contra verò sine bibas ex calice, siue non bibas in diuisione, reus eris corporis & sanguinis Domini: quòd quidem tibi quæris diuisionem, vbi Christus vel maxime commendare nobis voluit vnitatem.

Sigismundus Poloniae rex maximè catholicus.

Sigismundi responsio ad legatos protestantium.

Episcopi & sacerdotes legi, qui præscribunt principes secularis imperii à deo puniti. Schisma vult Satanas, non calicem.

Osee. 2.4. Luc. 10.

Satana vult fricere.

Errore permissio erroris non tolli.

Frans Nestorij hereticus.

Maria Christipara, appellari prohibita in concilio.

Baptismi simplex mersio, concilio Toletano constituta.

Eucharistia sacramentum quare nunc in azymo pane, nunc in fermentato panis insumitur.

Quæ cum ita sint, quis est Sigismunde Rex Auguste, qui factum hoc tuum satis prædicare possit, quòd cum tibi quoque dictum non semel fuisset: mitte te deorsum, hoc est, sublimis Ecclesiæ doctrina, traditio neque te demitte, ac vel in solius Eucharistiæ communione contrarium ei, quòd ab illo sanctum est, seorsum ab orbe Christiano fieri permitte, nunquã adduci potuisti, ut istis separationibus consilijs loci dares aliquid? Quin, cum personæ tuæ non esse, de rebus ad religionem pertinèntibus quicquam statueres, semel & iterum publicè professus esses (quòd quidem etiam Imperator filius est Ecclesiæ, & intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam sanctissimamque matrè suam reuerenter & obedienter audire, non autem illi præscribere teneretur) ad futurum Oecumenicum concilium, aut saltem ad sanctæ sedis Apostolicæ iudicium rem omnem reiiciendam esse iudicasti. Fecisti rem, tua maiorumque tuorum pietate dignam. Quid enim est, quòd minus regem deceat Christianum, Catholicum, & Orthodoxum, quàm ea sibi velle, quæ propria sunt sacerdotum & Episcoporum vsurpare? Quod facinus, quoties à principibus est admissum, semper ab eis grauissimas pœnas Deum expetiuisse legimus.

Equidem non iuerim inficias, iustis ex causis, calicis vsum, in Oecumenico concilio permitti laicis rectè posse: ceterùm, si quòd regnum, seorsum ab orbe reliquo Christiano sibi velit illum vsurpare, quid aliud, quàm nefario schismate, se velle videbitur contaminare? Er hoc est, quòd tendit satanas. Non calicem ille, sed schisma vult: quin si calix vnanimè totius Ecclesiæ consensu permittatur, eum repudiandum esse iudicabit. Ad eò nihil aliud, quàm separationem, quàm diuisionem quærit in eo sacramento, quòd symbolum est vnitatis: Ipse est enim ille, de quo dixit. Propheta, qui diuidit inter fratres: de quo dixit ipse Christus: Qui non colligit mecum, spargit. Contra verò, Deus noster, non diuisionis, non dissensionis, sed pacis, sed dilectionis Deus est, ut nemo pius dubitare debeat, quòd expressum diaboli verbum sit, in quo nihil aliud, quàm diuisio quæritur.

Et sunt inter eà, qui persuadere populo conantur, vnam hanc esse viam & rationem, qua dissidijs istis religionis mederi, simul id efficere liceat, ut in regno tuo, si dei dogmatum consensus & vnitatis retineatur, si calix laicis permittatur. Ne isti, quæ sunt Satanae fraudes, nondum satis didicisse videntur. Potèstne sanus aliquis credere, quòd errore permisso, errores tolli: quòdque separatione concessa, vnitatis retineri queat? Errorem voco, si tanquam necessarius ad salutem calix exigitur: separationem voco, si seorsum ab orbe Christiano permittatur. Mihi quidem hoc, etiam cum ipsa ratione, sensuque communi, pugnare videtur. Longè secus visum est sanctis patribus nostris: Non illi permissionibus, verùm contrarijs constitutionibus, hæreses extinguendas esse putauerunt. Quid habebat ea res iniquitatis, quòd Mariam Nestorius Christiparam vocari volebat? An ea Christum nobis non peperit? An parum id frequens est in scripturis, quòd Iesu Mater esse dicitur? in quibus nusquam deipara vocata legitur: sanctis nihilominus patribus, in Ephesino concilio congregatis, hoc decretum ferre visum est, ut si quis eam Christiparam, & non deiparam appellasset, anathema esset: nec quicquam ea re mouebantur, quòd vociferabatur Nestorius, expresso Dei verbo se niti, quòdque vocem hanc, deiparam, negaret in scripturis Canonicis vsquam reperiri, nec extra illas recipiendum aliquid esse diceret, cum hæresim Nestorij, qua is Mariam, nudum tantùm hominem pserpserit Christum, contendebat, non alia re, quàm contraria constitutione citius aboleri posse persuasum haberent. Neque verò frustrati sunt opinione sua: Tantas enim radices egit hoc sanctorum patrum in animis mortalium decretum, ut ne nunc quidem, tanto seculorum interuallo, vlla gens vsquam esse videatur (quæ modò Christi recepit Euangelium) cuius vernacula lingua, Maria virgo, non deipara potius, quàm Christipara vocetur. Iam Apostolorum canonem esse scimus, ut baptizandi, ter mergantur: propter vitandum tamen schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum, in quarto Concilio Toletano decretum fuisse legimus, ut simplex teneretur baptismi mersio, ne viderentur, qui tertio mergunt, hæreticorum assertionem probare, dum sequuntur & morem: Sed nec illud ignoramus, quòd in Azymo pane Sacramentum Eucharistiæ Christus confecit, qui ritus aliquandiu etiam fuit obseruatus in Ecclesia: & obseruatur nunc quoque: simul ut autem exortiti fuerant Ebionitæ, qui legalia simul cum Euangelio seruari debere contendebant (quæ etiam ob causam, in fermentato pane, sacramentum istud confici posse negabât, quòd omnis oblatio, quæ offerretur Domino, iuxta legem, absque fermento esse deberet)

contra-

contartum est constitutum, nimirum, ut fermentato pane conficeretur Eucharistia, cum natura tamen sua, sit indifferens, nec referre quicquam videatur, in Azymo ne conficias, an in fermentato. Posteaquàm verò cessauit Ebionitarum hæresis, ad intermissum in Azymo consecrandi morem, Latina quidem Ecclesia sibi redeundum esse putauit. Sic sancti patres nostri, non permissionibus alendas, verùm contrarijs sanctionibus opprimendas hæreses esse censuerunt.

Hæreses non permissionibus sed contrarijs edictis opprimendæ. Multitudinè aliquid petenti contra votum ecclesiæ nihil concedendum.

Sed multitudinè perentium, aiunt, concedendum est aliquid. Quid, si caput hoc doctrinæ, proponat multitudo: Solum Deum patrem adorandum & inuocandum esse? Christum autem pro procuratore tantùm habendum? Num statim, quia petit multitudo, concedendum esse dicemus? Pessimè res agitur, vbi multitudinis imperitæ potius, quàm eorum iudicio standum esse putatur, qui propriè sunt ad munus hoc vocati, cum verò dictum sit ab illo, quòd multitudo mater est seditionis & contumaciæ, paucitas verò magistra disciplinæ. Regi, non regere: præscriptis parere, non præscribere debet multitudo. Actum est de illo regno, in quo penes multitudinem est imperium. Cum in alijs rebus omnibus, tum præsertim, vbi causa religionis agitur, non, quis petat, neque quàm multi petant, sed, quid petatur, attendendum est. Postulauit olim ab apostolis & eorum sectatoribus multitudo Christum ut negarent, ut idolis thura admouerent, idem ab illius & potestas contendebat. Quid ad hæc illi? Oportet, aut iebant, obedire Deo magis, quàm hominibus, ac quæuis adire supplicia, quin & iugula prius offerre parati fuerunt, quàm, ut postulara facerent. Quæ tuæ sint partes, pietissime Rex, in hæresibus propulandis, non ignoras: docent hoc te patriæ quoque leges, in quas, cum regno inauguratus esses, iurasti. Ac omnibus quidem, qui Christiani censi volunt, nobis tamen Episcopis præcipuè, qui duces religionis esse debemus, millies morem optetere præstat, quàm semel Christum negare. Negat autè Christum, non is modò, qui Deum esse illum non confitetur, & pro procuratore tantum cognoscendum esse putat, aut qui non credit eorum aliquid, quæ nobis aut de diuinitate, aut de humanitate illius Canonicarum scripturarum auctoritas credenda præscripsit: verum & is, qui vnitati Ecclesiæ non communicat. Christus enim est & caput, & corpus: Caput est vnigenitus Dei filius, corpus Ecclesia, sponsa & sponsa, duo in carne vna. Quamobrem æquè Christum negat is, qui ab eius corpore, quæ est Ecclesia, ita dissentit, ut eius communio non sit cum toto, quacunque diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur, atque is qui de capite Christo à scripturis sanctis dissentit: sicut non vno in loco docet Augustinus. Extrat apud Eusebium epistola Dionisij Alexandrini ad Nouatum, in qua non minoris esse gloriæ scripturæ martyrium, Ecclesiæ non scindendæ gratia toleratum, quàm quod fertur propter idolatriæ recusatorem: imò, meo inquit, iudicio maioris est gloriæ. Nam illic quidem pro vna anima martyrium toleratur, hic verò, pro vniuersa Ecclesia. Ex quo videre licet, non minus esse crimen Ecclesiam scindere, aut assensu, schisma comprobare, quàm idolis thura admouere. Procul igitur ab sit hoc à quouis homine Christiano, præsertim ab Episcopo, quum vel multitudo, vel magnitudo separationem ab Ecclesia Dei petit, ut statim assensum ad eam suum præbat. Optandum est, ut hanc nobis Deus mentem det, quò prius à corporibus nostris animas nostras separari velimus, quàm ut sacrilega consilia separationis à Christo, & corpore eius, assensu nostro comprobemus. Hoc animo, cum alios omnes, quotquot Christianorum appellatione gaudent, tum Episcopos præsertim, præditos esse decet, si bonorum patrum officio fungi volumus.

Seditionis mater multitudo. Chrysost. Hom. 1. Oper. imper. in Mattheum.

2. Math. 7. Aff. 5. Meritum potius millies, quàm Christum eius fidem negandum.

Negare Deum qui dicuntur.

Aug. De vnitatis Ecclesiæ ca. 4. In. 1. Canoniam Ioan. tra. 8. a. 6. 2. sermo. 31.

Euseb. Lib. 6. Ecclesiæ histor. cap. 45.

Boni pastoris iunctio.

Matt. 16.

Animaduertendū diligenter.

Quo tempore prius ad regni gubernacula, pietissime rex, accessisti, memoria tenemus, cum itidem à te postularetur quiddam, quòd ad separationem attineret, placidè quidem pro eo, ut mansuerudo tua fert, sed negasse tamen te, quòd ne faceres postulata, religionè prohiberi te diceres: simul in celebri senatorum totiusque populi corona Christi vocem illam vsurpasse: Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, anima verò suæ detrimentum patiat? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Non tibi tanti fuerat regum diadema, non regni tam ampli, tamque copiosi, non tot illi terrarum adiunctarum imperium, ut eorum amittendorum metu faceres aliquid, quòd facere te salua fide, religioneque tua non posse putares. Quid autem impedit, quò minus isdem & nunc verbis vtaris, nisi forte minus tibi grauis, quàm, illa, videretur hæc separatio, cum, ut, Christi corpore, sancta catholica Ecclesia, præcisionem fieri permittas, abs te postularis?

Sed publicæ tranquillitati dandū est (aiunt) aliquid. An verò tum quoque, publica regni tranquillitas non prætendebatur? An summa rerum perturbatio, nisi postulata fecisses,

cubi quædam contra decreta Comitiorum facta esse, quæ priusquam in Comitijs decreta fuissent, facere tamen illi ipsi non audebant? Et ibi tranquillitatem fore sperabimus, ubi nulla conciliorum, nulla comitiorum, nulla pontificum, nulla principum est auctoritas? ubi hoc agitur, ut simul sine lege, sine rege, sine sacerdotio, sine sacrificio, sine sacramentis, sine Deo, ubi tanto studio laboratur, ut quæ civitas unius hæc tenus labij fuit, & eorundem sermonum, ex ea Babyloneam ædificare liceat, in qua tanta sit & est iam linguarum confusio, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.

Babylonis, hoc est, confusio constructio. Genes. 11.

Sed quid opus est pluribus? Ipse nosti, pierrissime Rex, quod cum nonnulli, clamorosis quibusdam offerendum esse calicem, censuissent, modo in eo acquiescerent, repudiatus est. Paucissimi iam sunt in regno tuo, qui solo velint esse calice contenti. Sed & confessionis Augustanæ non ita multi.

Quotquot à nobis discesserunt, magna ex parte, vel Picardi sunt, vel Calviniani, aut Laskani, aut Nestoriani, aut Seueriani, quibus, concedendo calicem, nemo satisfacit.

Picardorum apologia.

Qui legit apologiam Picardorum, reperiet in ea, quod Picardi non minus prope Bœmas illos infectantur, qui in sola vtriusque speciei communione acquiescunt, cætera verò catholicos videri volunt, quam eos, qui per omnia sunt catholici.

Petrus Vergerius hæreticus non modo sectiosus, imò ad seditiones excitandos natus.

Ci. 2. Pbi.

Iam verò Petrus Paulus Vergerius, qui proximo superiore anno, non aliam ob causam in regnū tuum venerat, quam ut in eo seditionē concitaret, protulit in mediū litteras ad quosdam scriptas, quas etiā typis excudi fecit. An autē hoc fuit boni viri officium? Certe si quid frōtis habuisset, si qua mica probitatis in eo fuisset, tale aliquid facere nunquā aggressus fuisset. Sed videtur hic homo expertus humanitatis, & vitæ communis ignarus esse, quum in mediū proferre litteras ab aliquo scriptas, nihil aliud sit, quam quod ille dixit: Tollere è vita, vitæ societatem: tollere amicorum colloquia absentium. Verum ad rem. Etiam Pauli quarti Pontificis litteras, & quidem binas, typis excusas pernuigavit, quin & scholijs quibusdam suis obscuravit ac mirabiliter deformavit, quæ piæ, sanctæque scripta fuerunt, secus interpretando. Audi quid scribat in suis in priorem Epistolam scholijs.

Vide huius eni gelisse facile ga verba.

Ad obiecta Vergerij responso.

Dixerit, inquit, quispiam: Si quidem possemus Pāpam eò adigere, ut velit assentiri, ut ministri Ecclesiarum haberent uxores, lingua vernacula in administratione sacramentorum vterentur, atque, ut vtramque speciem populo exhiberet, in reliquis verò articulis & doctrinis cum Romana Ecclesia cōsentiremus, quemadmodū hæc tenus consensimus, an non cōsultum purares, ut tūc acquiesceremus? atque, ut hæc prius lucro apponere, deinde paulatim labente tēpore, ut etiam de reliquis articulis lucrifaciendis cogitaremus? Respondeo. Minimè mihi cōsultum videri. Neque enim in eo res sita est, ut minister vxorē habeat, ut populari lingua in Ecclesia vtratur, ut vtramque speciem porrigat: sed ut habeat viuam fidem, ut sit membrum Christi Ecclesie, atque ut eam rectam doctrinam teneat, populoque annunciet, quam filius Dei dominus noster Iesus Christus attulit è sinu patris. Quæ esset isthæc contaminatio doctrinæ? quod monstrū? si cōsentiremus, ut esset pastor animarum nostrarum, missarius, sacrificulus, in vinctus & inauguratus ab aliquo Episcopo & Antechristi mēbro, & c. Per hunc verò satellitem suum apertius multò causam suam agit Satanas, quam per illos, qui de calice tantū, deque rebus alijs, quæ non perinde magni momenti videri possunt, tantopere contendunt. quorum etiam deregit insidias, ac superuacaneum esse ducit, longioribus ambagibus vti, mox ipsum petit iugulum, ut citra moram aliquam, Deus in ordinem cogatur, nec vltimū, aut sacerdotiū, aut sacrificiū externū habeat, per quod esse Deus cognoscatur. Hoc est, quod statim inritū sibi satanas per Vergeriū efficiendū esse putat: & est reuera verissime dictū, quod frustra sit per plura, quod fieri potest per pauciora. Quorsum enim opus est lōgo circuitu, si quo vis, cōpendio peruenire possis? Verum audi quid paucis in teriectis addat: Postquam enim hic homo nimis in aliena republica curiosus, & ad seditiones excitandas natus, hortatus fuerat Polonos, ut, si maxime cōcederentur illis hæc tria, constanter ea respuerent.

Hæretici vult Deum in ordinem cogere.

Impia contra Ecclesie summum Episcopum.

Scias, inquit Polonia, causam hanc, quæ de religione cōtrovertitur, minimè posse vltimam moderationem aut concordiam pati. Vide quid dicam & memori mente teneto. Sunt enim qui dicant: An non possit aliqua ratio inueniri, qua concordia sanciretur? Respondeo. Nullam prorsus posse inueniri. Si enim Papatu maneat incolumis, non potest doctrina Iesu Christi manere incolumis. Et rursus: si videret, quam nos profiteamur, Iesu Christi doctrinam, corrumpat totus Papatu ab radicibus necesse est, ita ut nulla alia sit stabiliendæ veræ Christi Ecclesie & concordie ineundæ ratio & spes, quam si vniuersus Papatu, cum omni sua tyrannide & impia doctrina tollatur è medio.

Ac quod scribit Vergeri? causam religionis moderationē seu concordia pati nō posse, quin

quin verissime scribat, inficias ire nō possumus. Nā aut totus Christianus oportet sis, aut totus Lutheranus: nihil est, quod in vtramque partē claudicare velis. Æquè cōdēnaberis, si semichristianus sis, seu semilutheranus, atque, si totus esses Lutheranus. Semichristianū autem voco, qui cum de Christo capite credat, quæ credenda sunt omnia, priuata sua libidine, certis in ritibus ab eius corpore se diuidit. Tenere is quidem caput se putat, non autem tener corpus. Itaque dimidia ex parte vult esse Christi, dimidia ex parte Lutheri, hoc est, Sathanae, cum tamen (ipso Christo dicere) nemo duobus dominis seruire queat: Quæ participatio iustitiæ cum iniuitate, ait Paulus? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? Et in Apocalypsi legimus: Scio opera tua quod neque frigidus es, neque calidus: vtrumque frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, neque frigidus, neque calidus incipiam te euomere ex ore meo: æquè eijcitur, æquè euomitur ab ore Dei, qui tepidus est, atque is, qui in contrariam partem peccat. Quamobrem non mediocriter reuera falluntur, qui de religione concordiam iniri posse putant. Coangustatum esse stratum, dicit Propheta, ita, ut alter decidat: & pallium breue, vtrumque operire non potest. Non possunt in eodem esse strato, hoc est, in eodem hominis corde Christus & Lutherus, alter excidat, necesse est, non possunt eodem operiri pallio. Quamobrem, vna parte rituum Christum, altera Lutherum profiteri, nihil est aliud, quam totum Christum abnegare. Verissimū igitur illud est, quod causa religionis concordiam non patitur. Profitemur in Symbolo fidei nostræ, nos credere sanctam Ecclesiam Catholicam, Ab hac, si quis discesserit, si docentem illam & præcipientem non audierit, si suo plus, quam illius iudicio tribuendum esse putauerit, etiam si cætera credat omnia, quæ continentur in Symbolo, si credat & recipiat præterea scripturas omnes, si tantquam Dei verbum (quod seueru sunt, modò sanus adit intellectus) eas adoret, nihilominus non est ei cum Christo capite quicquam commune, qui se à Christi corpore separauit, ethnicus est, publicanus est, Christianus nulla ex parte dici meretur.

Semichristianus qui censendus.

Mat. 6. Luc. 16. 2 Cor. 6. Apocal. 3.

Tepidus eijcitur. Isa. 28.

Quoties tentatum fuit ab Arrianis, ut aliquam cum Catholicis concordiam inire possent? ad quam, ut accedere tamen viderentur, facile se passuros dicebant, ut Apollonius esse patri filius crederetur, modò ne diceretur Apollonius. De vno tantum tota res agi videbatur inter Christianos & Arrianos, neque tamen concedendum Arrianis esse Christiani iudicabant, quod sub hac vna litera viderent eos errorem suum occultare, quod largitate gratiæ, non proprietate nature, filium patri similem intelligi volebant. Quibus autem artibus Casareæ præfectus Basilio persuadere non conabatur, ut tempori cederet, neque tot Ecclesias in discrimen adducere veller, tenui dogmatis exquiri sitione? Quid autem ad hæc Basilius? Adolescentibus, inquit, tales sermones congruere: nam & hos & his similes, huiusmodi verba inhiare: Qui verò diuinis essent literis innutriti, nullam eos earum syllabam in discrimen venire pati posse: solereque, si res ita postuler, nullum genus mortis pro illis subeundum recusare. Ac visus quidem fuit hæreticis esse pertinax Basilius, itidem ut ante eum Athanasius, atque Hilarius: sed quam hæretici pertinaciam, eam Catholicos & orthodoxos constantiam esse iudicabant. Quod minus & ego moleste fero, si quibusdam pertinax esse videor, qui nego, coire posse concordiam inter Catholicos & Hæreticos, nisi qui discesserunt à nobis, redeant, vnde discesserunt, ad gremium sanctæ matris Ecclesie: illam credat, illi se totos permittant, illius iudicio suum iudicium subijciant. Malo pertinax videri cum Athanasio, Hilario, Basilio, quam ut esse dicar arundo ventis agitata: Et hæc quidem verusiora.

Qui se à Christi corpore separauit Christianus nullo modo dici potest.

Inter Christianos & Arrianos discordia de vno ita tantum.

Theod. li. 4. c. 9.

Orthodoxorum constantia.

Nostro verò seculo, quoties inter Lutheranos & zuinglianos actum fuit de concordia? Quam autē ea res feliciter cecit Lutheranis? Qualis enim illa fuit inter Lutherum & Bucerum concordia? Fecit in gratiam Lutheri Bucerus, ut concederet, corpus & sanguinem Christi substantialiter esse in sacra Eucharistia, modò vicissim in suam gratiam faceret Lutherus, ut concederet, ibi non esse Christi corpus & sanguinem, nisi cum sumitur. Vter Martinorum hic alterum in suam pertraxit sententiam? Martinus sine Lutheri Sacramentarius, an Martinus Bucerus è sacramentario factus est Lutheranus? Certe Ioannes Calvinus, non aliunde sumit efficacius argumentum ad probandum in Eucharistia Sacramento non esse substantialiter corpus Christi, quam ex hac Lutheri confessione: ex qua etiam colligit, quod secundum virtutem, tantum & efficaciam, non autem secundum eorum substantialem præsentiam, exhibentur nobis corpus & sanguis domini: quomodo adfuit & exhibentur in baptismo & pœnitentiâ: imò quando cunctæ Christi mors aliquem in nobis effectum operatur. In quam suam sententiam pedibus ire Philippum quoque Melanctonem gloriatur. Egredia verò cōcordia, qua fit, ut qui sunt heretici, magis etiam fiant hæretici, & sacrilega sua audacia, blasphemijs & atrocibus inualecentes, proficiant in peius, errantes, & in errore mittentes. Missos autem

Buceri & Lutheri concordia.

Ion. Calu. in Eucharistia sacramentarius rabies.

Hæreticorum sacrilega audacia, & impietas. 2. Tim. 3.

Tamen ferre non possunt adeo. 2. Item.

tem faciamus Sacramentarios, quorum impietatem ipsi quoque Lutherani, quamvis eorum nonnulli minus ab ea remoti sint, adeo derisuntur & execrantur, ut eis nec Aue quidem dicere dignentur, & à congressu suo repellant, nec receptum eis dare velint, sed simul ut aliquem sacramentarium esse conspicerent, statim è suis ciuitatibus exterminandum esse putent.

Lipsenses.

Vittembergenses.

Adiaphoristae. Quare Saxones nunquam à placitis magistris sui Lutheri discedendam duxerunt. De alba linea, cuius verus usus est sacerdotibus in templis, maxime contentiones inter Lutheristas.

Sathanismus, qui per totam Germaniam nunc floret vnde natus.

Cyprianus Epist. 3.

Quod tendit Sathanas cum Papatum tanto studio enervatum cupit. M. Lutherus de Papatu.

Inter Lutheranos & Christianos quoties actum fuit de concordia? Quae causa verò fuit, cur interim religio constitueretur nisi quòd non deerant qui minimè dubià spem ostenderent, fore, ut per hanc viam & rationem, coiret inter Christianos & Lutheranos concordia. Num autem eum, quem sperabant homines, res est exitum consequuta? Minimè gentium. Quin quod omnium ferè iudicio (paucissimis exceptis) in Comitijis imperij fuerat approbatum: quod summa eorum voluntate constitutum, hoc paulò post ab illis ipsi, à quibus fuit receptum, non est seruatum. Lipsenses, ne viderentur non esse prouideres, quam vniuersum imperium, quamuis in plurimis ad illam in Comitijis prescriptam Interim religionem, assensu fuerat, pleraque tamen sua, magistrisque sui Martini Lutheri, retinenda esse putauerunt; ac duplex Interim conscripserunt, quod in quibusdam consentiret, in alijs ab eo, quod erat constitutum in Comitijis, discreparet. V Vittembergenses verò, quanquam & vicini Lipsensium, & eidem principi, qui subscripserat Interim religioni, subiecti, quoddam & ipsi scriptum ediderunt: nec Interimistae, verum Adiaphoristae dici & esse voluerunt, & in minis multis, quam Lipsenses à magistris sui Lutheri doctrina discesserunt. Porro Saxoniae ciuitates, cum faces illis adderet Mathias Flaccus Illiricus, ne latum quidem vnguem à Magistris sui Martini Lutheri placitis sibi discedendum esse duxerunt: cum quicquid ab illo dictum esset aut scriptum, id tanquam expressum Dei verbum recipiendum & adorandum esse censerent. Itaque post concordiam tentatam, quae facta iam etiam esse putabatur, maior est discordia consequuta. Nam sicut ipsi Lutherani nefario scelere ab unitate Catholica se tanquam ab area dominica separarunt, sic & suam paulò post unitatem discordijs furibilibus dissiparunt. Vel de sola alba veste linea, cuius verus usus est sacerdotibus in templis, quantae fuerunt, quam acerbæ contentiones inter Germanos Lutheranos, quales videri volunt ipsi, qui sunt à Flacco: & inter degeneres Lutheri discipulos, quos ille vocat Adiaphoristas, & Interimistas, cuiusmodi sunt, qui Philippum sequuntur? Quae fuit autem causa, cum tam hostiliter se mutuo inuicem aded de rebus insectarentur? Non alia, quam quòd metuebant Germani Lutherani, si quis fuisset ex prisca ritibus illis & ceremonijs in Ecclesiam restituti, ne qua à Luthero ad Christum inclinatio facta, neue sequuturo Papatu, fenestra fabricari viderentur.

Si, qui veri Lutherani dici gaudent, tanto studio cauerunt, ne vetustis Ecclesiae ritibus restituti, Papatu fenestra fabricarentur: quanto maiore studio prouidendum nobis est, qui non alio magis, quam Christianorum nomine gloriamur, ne fabricetur Sathanatum, cui fabricantur omni dubio, cum a suesunt homines Ecclesiam non audire: si quae fuerint ab illa decreta, pro nihilo ducere, non illius iudicio suum priuatum iudicium anteponere. Certum est & indubitatum, Sathanatum, siue Sathanismus istum omnem, qui nunc (proh dolor) ita floret in Germania, qui pullulat etià in regno tuo, piensissime Rex, hinc potissimum esse natum, quòd Ecclesiae iudicio contempto, sibi quisque licere vult, ut & scripturas interpretetur, & ritus caeremoniasque mutet arbitrato suo. Quamobrem in hoc, Vergerij sententiae non inuiti subscribimus, quòd causa, quae de religione controuertitur, minimè possit, qualem isti cupiunt, moderationem & concordiam pati: quom verisimè scriptum sit à sancto martyre Cypriano: Nulla societates fidei & perfidia esse potest. Qui cum Christo non est, aduersarius Christi est. Qui unitati & paci eius inimicus est, nobiscum non potest coherere: Si cum precibus & satisfactionibus veniunt, audiantur: si maledicta & minas ingerunt, respiciantur.

Cæterum quòd scribit, impurus ille Vergerius, non aliam in eundem concordiae rationem & spem esse, quam si Papatus vniuersus tollatur è medio: Vide, per Deum immortalem, quae sint istae Sathanae insidiae; quorum illi spectet, quom tanto studio Papatum euersum cupit? Quòd maior orationi nostro fides habeatur, malum illius de papatu testimonium proferre (cui, quoad vixit, cum Papatu bellum fuit irreconciliabile, cuius etià verbu, tanquam Dei verbu, adoratur Vergerius) quàm nostris verbis vri. Sicigitur scribit Lutherus in epistola quadà ad duos plebanos de anabaptismo: Audio, inquit, & video rebaptizatione, à quibusdã usurpari ex eo fundamento, ut in despectu Papae faciãt, tanquam hi, qui nihil ab Antichristo habere velint, quemadmodum & Sacramentarij propterea merum panem & vinu habere volunt in despectu Papae, arbitrãtes se hoc pacto rectè subuertere posse Papatu. Profectò friuolum est hoc fundamentu, supra quod nihil boni

boni edificaturi sunt: hoc enim pacto negare nos oportet, totam quoque scripturam sacram & praedicandi officium: hoc enim totum à Papa nimirum habemus, & nouam quoque scripturam sacram nos facere oporteret: Sic & vetus testamentum nos dimittere oporteret, ne quid ab infidelibus haberemus Iudaeis. Stultitia est hoc totum. Nam & Christus in gente Iudaica inuenit Phariseorum & Scribarum abusus, non tamen propterea totum reiecit, quod illi habuerunt & docuerunt. Nos autem fatemur, sub Papatu plurimum esse boni Christiani; imò omne bonum Christianum: atque etiam illinc ad nos deuenisse. Quippe fatemur, in Papatu veram esse scripturam sacram, verum baptismum, verum sacramentum altaris, veras clauas ad remissionem peccatorum, verum praedicandi officium, veru Catechismus, ut sunt oratio Dominica, decem praecipua, articuli fidei: dico insuper, sub Papatu veram Christianitatem, imò verum nucleum Christianitatis esse. Ac ne quis forte dicat, hæc inter initia scripsisse Lutheru, cum nondum illi, de qua tantopere gloriatur, lux Euangelicæ veritatis affulsisset, sciant hanc Epistolam ab eo scriptam fuisse, decimo post anno, quam ab Ecclesia Dei se præciderat; quo tempore nomen eius, hæreticos fama cum primis fuit celebre. Sic per illius tanquam per Balaam Prophetae iugulum, quamuis hostis esset veritatis, vel inuito tamen illo veritas eripuit. Iamne igitur vides piensissime Rex, quorsum spectent Sathanæ Concilia, quando per satellitem suum Vergerium, & per alios eiusdem generis, Papatum vniuersum è medio sublaturum cupit? Cupit enim sublaturam veram scripturam sacram, cupit sublaturum verum baptismum, verum sacramentum altaris, veras clauas ad remissionem peccatorum, verum praedicandi officium, verum Catechismus, veram Christianitatem, imò verum nucleum Christianitatis. An autem non successerunt illi sua Concilia? Primus è medio tollere Papatum conatus est Lutherus, & ei rei fundamenta quaedam iecit, sicut antea commemorauimus. Nam in despectum Papae & Concilij, calicè laicis initio concessit: deinde ritus veteres abrogauit, nouos instituit, nec ita multò post, de numero Sacramentorum, quinque sustulit: postremò sacrificium simul & sacerdotiu euertit. Quid autem ex eo consequutum est? Post breue temporis interuallum exorti sunt Sacramentarij & Anabaptistae, qui duo reliqua sacramenta, baptismum & Eucharistiam, quae reliqua tamen Lutherus fecerat, nobis abstulerunt: neque magis id in Papae, quam in ipsius etiam Lutheri (si Philippo credimus) odium siue despectum: Qui cum pro Papae se gerere, quin plus etiam aliquid quam Papa videri vellet, hæc impotentem hominis tyrannidem ferendam non esse censuerunt, Nati sunt postea caelestes Prophetae, qui nobis & scripturas, & externum praedicandi ministerium è medio sustulerunt. Emerferunt ad extremum, ne scio è quibus, renebris Campanus & Seruetus, qui Christum saluatorem nobis eripere conati sunt, eius diuinitati detrahentes. Hunc tandem exitum consequuti sunt, qui Papatum euertere, & in despectu Papae facere conati sunt omnia.

Soleo, piensissime Rex, non nunquam etiam eorum haereticorum nania legere, qui nullã habent nominis celebritatē, ut quid inter illos agatur cognoscam. Incidi in quendam Germanu Lutheranu, Erasmi nomine, neque cognomine magis, quã re ipsa Alberti, qui libellum scripsit contra Corolladium, & alios Sacramentarios, Anabaptistas Iconomachos. Ibi narrat de quodam Iacobo Schenck, qui, cum Berliu verbum Lutheri, pro Dei verbo, populo venditaret, nulla ratione potuit adduci, ut in solenni die paschatis de resurrectione domini sermonem faceret, verum ipso die resurrectionis de passione praedicabat. Ac de alio quodam, qui Francoforti ad Menum, diem natalis Christiani festum agere volebat. Cur autem hæc? In despectum Papae, ne quid habere cum Papatu; hoc est, cum Christianismo, commune viderentur. Magis aded cupiebant omnem esse memoriam Christi beneficiorum abolitam, quam ut cum ijs, qui Papam agnoscent, Christianis, eam celebrarent.

Vides, piensissime Rex, quae sint consequuta, posteaquam apud quosdam Papatus fuit sublatus? Et hunc rerum statum, in regno tuo Vergerius, vel per satellitem suum Vergerium Sathanas potius, efficere conatur: cuius verus hic mos fuit semper, sicut à sancto quoque martyre Cypriano scriptum legimus, ut Ecclesia praepositum in festinatione sua persequeretur: ob hoc tantum, ut gubernatore sublato, atrocius atque violentius, circa Ecclesiam naufragia grassetur. Neque enim aliunde sunt haerese oborta, sicut ibidem ait Cyprianus, aut nata schismata, quam inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex, vice Christi, cogitatur: cui si secundum magisteria diuina, obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium, quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens & tu-

In Papatu veram esse scripturam sacram fatetur Lutherus. Catechismus quid.

Num. 22.

Cum Vergerius Papatum vniuersum è medio sublaturum cupit, quid sibi velit.

Lutheri tyrannidis.

Sacramentarij & Anabaptistae exorti à Luthero.

Caelestes.

Campanus & Seruetus haeretici.

Impietas cuiusdam Iacobi Schenck, in despectum Papae. Alia.

Petrus mos Sathanæ. Epist. 3. lib. 1. Haerese oborta ex contemptu iuniorum pontificu.

Hieronymus contra Iulianum Vergerij heretici mens.

mens, seorsum foris novam Ecclesiam conderet. Quem sequutus Hieronymus, Ecclesie salutem à summi sacerdotis dignitate pendere docet, cui si non exors quaedam, & ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesia efficiuntur schismata, quot sacerdotes.

Ex ijs colligere potes pientissime Rex, quid sibi velit Vergerius, quando Papatum è medio vult sublatum: vult enim sublatum, quicquid adhuc in regno terris que tuis superest Christianismi. Vult schismata introducta, vult hæreses propagatas, vult Christum ex omni ditione tua proscriptum: vult, ut in terris tuis omnibus quæ longissimè quamque latissimè grassetur Sathanismus hic omnis, quæ tanto ventis malo, tantas iam egisse radices videmus in finitima nobis Germania. Hinc eius volūtatē, quod minū ad rē cōferatur, nihil magis obstat, quā vnitas. Hæc igitur omnibus, quod aiunt machinis oppugnat, itaque cuius ministerio fit, ut vnitas in Ecclesia Dei retineatur, de eo tollendo laborat, quodd, quoad salua est illius dignitas & auctoritas nihil se proficere posse videt.

Sed expende recum interea Rex optime, posteaquam è medio quidam susulerat Papatum, an idem illi de Cæsareatu quoque tollendo consilia postea non cœperunt, quum non minū apud eos probrum esset Cæsaristam, quam Papisam appellari? Quid ante non ita, multos annos factum sit in Germania, non ignoras. Verū hæc odiosa silentio præterire malo. Tu fac ut illius vulgo iactati versuculi nunquam obliuiscaris.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Etiā atque etiam vide, ne paulò post non minū habeatur ignominiosum, Registam, quā Papisam vocari. Huc enim spectant istorum consilia, ut ordinem omnem è medio tollant: ut principum auctoritatem in odium & contemptum adducant, ut Anarchiam quandam inducant. Quorum cum fax quaedam sit Vergerius, nec aliud speret, quā seditiones, quandoquidem ipse profitetur, & quidem verissimè, quod sit exul Iesu Christi, cum nihil ei cum Christo commune sit: sicut ipse se fecit exulem Christi Iesu, sic enim ex regno terrisque tuis extorrem esse iubeto. Negat is, quā ipse profitetur Iesu Christi doctrinam, eam si Papatus maneat incolumis, incolumem esse posse. Quasi verò quisquam sit ex omnibus nostri temporis hereticis (qui sola hæc in re mirabiliter inter se consentiunt, quod Papatum è medio sublatum cupiunt) qui non se profiteri iactet doctrinam Iesu Christi, quamlibet omnes & singuli, & ipsi inter se dissidere, & ex Diametro quod aiunt, cum illa pugnare videantur? Quod si queras ex hoc locutione, quā doctrinam Iesu Christi profiteatur? quæ ruditas est hominis & inscitia? non habiturum arbitror quod respondere queat. Nam quantum è scriptis illius colligere licet, modò cum Zuinglianis, modò cum Lutheranis, modò cum Picardis facere videtur: Augustanæ quidem confessionis eum esse, nemo rectè poterit iudicare, quandoquidem Brentij confessionem, quem admiratur vnicè, reliquis omnibus eum anteferre constat: Brentium autem Osiandri dogma è iustificatione, quæ summa totius est Euangelij, comprobare, manifestum est. Hoc autem dogma quantopere detestentur, qui confessionis Augustanæ censi volunt, cum ex Vittembergensium doctorum censura, tum ex Mathiæ Flacci, & Ioachimi Merlini non scriptis magis, quam factis, abundè cuius perspicere licet. Nam quo loco Merlinus habuerit eos, qui quum sui gregis essent, Osiandri sermones audiebant, obscurum non est: nec sepultura mortuos dignabatur, nec infantes eorum, ut baptizaret, adduci potuit. Et erit quisquam, qui sibi persuaderi patiat, Iesu Christi doctrinam esse quam profiteretur Vergerius, quam non Christiani modò derestatur, verum ipsi etiā Germani Lutherani vsq; eò execrantur, ut qui sunt eam amplexi, cum ijs nec viuus, nec mortuis communicandum esse putent? Sed nolo plura de Vergerio, cuius propterea mentionem hic iniicimus, ut intelligere quivis posset, apertius per hunc, voluntatem suam sathanam explicasse, quā per illos, qui per cuniculos quosdam vnitate oppugnare conantur, dum nihil aliud præter calicem esse petendum suggerunt: totoque celo, quod aiunt, errare, qui dicunt: Si calix laicis, vxores sacerdotibus permittantur, inter Christianos & Lutheranos facile concordiam esse coituram. Egregia verò concordia, per quam non vitia Papatus, quod ferri tamen posses, verum ipse Papatus vniuersus eueritur, hoc est, Christianismus omnis aboletur.

Quoniam verò satis multa iam hac de re diximus, vnde defluxit, eo redeat oratio, De expresso Dei verbo sermo nobis fuit institutus; de quo docuimus, non minū hereticos, quā Catholicos & orthodoxos, quin magis etiam hereticos persepe gloriosos, Demonstrauimus & illud, non cum expresso Dei verbo, neque cum Euangelio nobis pugna esse, sed cū interpretationibus & asseuerationibus eorū, qui discesserunt à nobis, ut, quod olim de Donatistis dixit Augustinus, quod contra Christum portant signū Christi, & cōtra Euangelium, de ipso Euangelio, quod non intelligunt, gloriantur, hoc

Hæretici quod de Papatu conuincuntur efficiere idem de omni domino es regis tollentis eos moliri censenda est. Quid hereticorum spectant consilia.

Vergerij inconstantia.

Osiandri dogma.

Merlini heretici impietas.

Vergerij mentio cur.

August. epist. 61.

hoc totidem verbis de istis quoque nobis dicere liceat: Simul & hoc ostendimus, nos scripturas omnes canonicas recipere reuertenter: illos contrā quandoquidem non auctoritati scripturarum subijci volunt ad fidem, sed sibi subijcere scripturas conantur, non recipere in illis, nisi quod suis dogmatibus commodum est: ac scripturarum verbis proprium sensum adstruere, de que sua, non de scripturarum sententia nobiscum dimicare, cum nos prius omnia & facere & pati parati simus, quam ut, quod ipsi cōtra commonem totius Ecclesie sensum & consensum dicunt & sentiūt, tanquam Dei verbum adoremus: quod non aliud hoc fore, quā Germanam quandam idololatriam persuasum habemus.

Hæc itaque cum satis à nobis copiosè dicta iam sint: quamobrem cum hostibus istis Euangelij consentire non possumus, qui per verba Euangelij, Euangelium oppugnant, & pro sua, non pro scripturarum sententia nobiscum pugnant, causam breuiter disseremus. Cogunt enim nos ab illis dissentire seuerissima Dei mandata, iuxta hæc dicta: Si quis vos euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Item, si quis dixerit blasphemiam contra spiritum sanctum, non remittetur ei. Item, fugite idola. Cū igitur ipsi sint, qui præter id quod accepimus, nobis euangelizant; qui dicūt blasphemiam contra spiritum sanctum: qui tanquam idola quaedam à nobis adorari contēdunt: merito diuinis istis mādatis parētes, quod minū cū illis consentire queamus, deterrēmur.

Ac ne quis putet scripturis istis propriū sensum nos adstruere velle, quod magis perspicuum cuius esse possit, nos illis verissimè contra hostes istos Euangelij vti, quemadmodum eis vti sint veteres orthodoxi, paucis ostendemus. Ac primum quidē: quis est, cui nomen Athanasij non sit in optimam partem cognitum? qui quasi fragrantissimo quodam vnguento, sicut à Cyrillo scriptum est, ipsum etiam celum scriptis suis exornauit: hic igitur in libro quem inscripsit de incarnatione Christi, quemadmodū à Cyrillo citatur, ijs verbis vtiur: Qui præter hæc ex diuinis scripturis alii esse docet filium Dei, & alium, qui ex Maria adoptatus est in filium, sicut nos: vel si quis Domini nostri carnem supernè dicat, & non ex Maria virgine: vel vniuersam diuinitatem in carnem, aut confusam, aut mutatam: vel passibilem Domini deitatem: vel inadorabilem Domini nostri carnem ut hominis, hunc anathematizat sancta & Catholica Ecclesia, obtemperans in hoc diuino Apostolo dicenti. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Ecce sanctus iste vir, cuius immortalis est in Ecclesia & sacrosancta memoria, si quis etiam è diuinis scripturis illa, que protulit capita, docere conatus esset, cum anathematizari dicit à sancta Catholica Ecclesia. Verum, & sancte pater, quānam id auctoritate fieri posse censet, si quis hæc ex diuinis scripturis docuerit? Pauli, inquit, auctoritate, qui dixit: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Res mira. Quam Pauli sententiam in ore semper habent nostri temporis heretici, qua se tanquam arietem quodam expugnare & euertere posse putat omnem patrum & Conciliorum auctoritatem: eam tu contrario sensu producis, nimirum, ut si quis etiam è scripturis contrarium ei dicere sit conatus, quod in legitimis patrum concilijs, Oecumenicis præsertim, definitum, & per manus ab illis traditū accepimus, eum non modò non audiendum, verum etiam anathematizandum esse putes, ac in eo quod accepimus firmiter esse permanendum censas, quamlibet in contrarium aliquis multa protulerit examina scripturarum. Non vult Athanasius, ut filij de patrum decretis iudicent: non vult, ut quæ semel per illos ad normam scripturarum exacta sunt, iterum ad eandem exigantur: nisi forte se non legitimos esse filios, sed semen adulteræ & fornicariæ mulieris declarare velint. Quod si facere sint ausi (dament licet ad rauim vsq; scriptum est enim, sicut cum Christo congressus pater hereticorum aliquando fecit) iuxta Pauli doctrinam eos anathematizare non dubitat, quoniam aliud euangelizant ab eo, quod acciperent. Nunquid autem cum hæc scripsit sanctus Athanasius, expressum Dei verbum contemnere, & pro nihilo ducere docuit? Absit. Nunquam hoc illi vel cogitare in mentem venit, sed non quod heretici, sed quod Catholici produxissent: non quem heretici, sed quem Catholici, sensum è scripturis attulissent, id expressum Dei verbum habere voluit. Præclare scriptum legimus ab Hieronymo, non in scripturarum verbis Euangelium est, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla, non in sermone folijs, sed in radice rationis. Habes igitur iam, quemadmodum Catholice & orthodoxæ fidei propugnator accerrimus, hæc Pauli verba produxerit: Cuius vnus auctoritate, ne sumus longiores, contenti erimus: cum præsertim sit vnus hic instar multorum. Quauis autem, ne quid præter decorum fecisse videamur, metuitimus, quod magis tamen rei veritas eluceat, etiam heretici cuiusdam expositionem horum Pauli verborū, in medium proferemus; & quidem eius, in cuius de Eucharistia sententiam Philippus Melancthon inclinare

Hæreticos scripturarum auctoritati subijci, sed scripturas subijcere cupiunt.

Euangelij ratio quare cum hostibus non consentiunt. Galat. 1.

Matt. 12.

Exech. 14. 1. Cor. 10.

Nomen Athanasij in optimam partem cognitum. Semper cognitum. Ad reginas de ressa jide.

Galat. 1.

Si quis præterquam quod in concilijs Oecumenicis receptum est, adducit, anathematizandus est.

Esai. 57. Ozec. 3.

Euangelium in quo hitro, in 1. Cap. ad Galat.

Verborum Pauli anathematizanda heretico, cuiusdam Lutherani expositio.

inclinare dicitur. Sicigitur ille loquitur, enarras eadem hæc Pauli verba. Nota, verbum accepistis: semper enim huic incumbit, ne ignotum Euangelium imaginatione sua quasi in aere suspendant, sed teneant certam eius definitionem, illud, quod illis traditum est, & amplexi sunt, verum Christi esse Euangelium. Præcipit itaque pro diabolis haberi, quicunque Euangelium aliud à suo adferre ausi fuerint: Aliud nominans, cui aliena commenta affluunt. Et huius quamuis heretici, sententiam, hoc quidem in loco, non possumus non probare. Non vult enim is ignotum Euangelium recipi, verum quod nobis traditum est, quod amplexi pridem sumus: Atqui, quod nunc vocatur Euangelium, & expressum Dei verbum, id cum heri, quod aiunt, & nudius tertius in lucem prodierit, patribus nostris profusum fuit ignotum. An igitur qui tanto studio nobis illud obtrudere nituntur, eis non rectè cum Hieronymo dicere quisque nostrum poterit: Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quæso te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostolico ore laudata est. Cur post quadringentos annos (nos autè rectius, post mille quadringentos & amplius), docere nos niteris, quod antè nesciuimus? Cur profers in medium, quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Vtique ad hunc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit, illam senex tenebo fidem in qua puer natus sum.

Hieronymus in Epistola ad Pamachium & Oceanum.

Illam fidem nobis senibus tenendam, quam pueri didicimus.

Euangelium hereticorum quale.

Quanta fuerit hæc mentis vecordia, si recipiamus ignotum Euangelium, reiiciamus verò, quod à sanctis patribus nobis traditum habemus? Quod si nomen Euangelij tribuunt ijs libris, quos ab Euangelistis & Apostolis, quos etiam à Prophetis antè scriptos habemus, hoc verò iam inde à sexcentis annis propè recepit Polonia, nec est quisquam, qui dubitet, quin sit in eis expressum Dei verbum: Quomobrem, quod ad scripturam attinet, non est aliud Euangelium, quod hodie nobis obtruditur ab hereticis, ab eo, quod nos profitemur. Quin ipsi scripturam omnem canonicam à nobis habere se palam fatentur. Quod igitur est aliud illud quod Euangelizant? illud nimirum, cui (sicut scribit Caluinus) aliena commentata affluunt, cuius alienum quendam & hæcenus inauditum in Ecclesia Dei, sensum adferunt. Et hoc est, quod nos monet Paulus: Si quis vobis aliud Euangelizauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit: Hoc est, si uenerit Lutherus, Caluinus, aut Philippus, & alio sensu vobis prædicauerit Euangelium, quam quem à sanctis patribus accepistis: si quid ab eo diuersum annunciauerit, quod ab illis traditum habetis, anathema sit.

Peccare in spiritu sanctum quid. In Epistola ad Anselmum, Carthago, Episcopus.

An ijs Pauli verbis non meritò deterremur, quò minus istorum commentata pro Dei verbo recipiamus? Cum præsertim hoc esse rectè dicatur in spiritum sanctum peccare, & eum blasphemare, quæ sunt nobis à sanctis patribus tradita, contemnendo violare. Quod ijs verbis docet sanctus ille Pontifex Damascus: Violatores voluntarij canonum, grauiter à sanctis patribus iudicantur, & à Spiritu sancto, cuius in finitudo ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sanctos Canones, non necessitate compulsi, sed libenter aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spontè consentiunt. Talis enim præsumptio, manifestè vnum genus est blasphemiarum in spiritum sanctum. Vides quemadmodum sanctus hic vir, vnum genus blasphemiarum in spiritum sanctum esse dicat, si quis contra ea, quæ sunt nobis à patribus tradita, proteruè agere aut etiam loqui præsumat. Huius igitur blasphemie ne rei efficiamur, nulla ratione consentire cum ijs audemus, qui, quod orthodoxi veteres tot seculis docuerunt, quod auctoritas Ecclesie tradidit, quod populus Christianus amplexus est: quod scholæ theologorum defendunt, id haud aliter quam excoriabile venenum Satanæ fugientem esse censent: somnia verò sui capitis, eodem loco quo Dei verbum, & quidem expressum, à nobis haberi volunt: cum præsertim repetitis vicibus à Paulo moneamur: Si quis aliud nobis Euangelizauerit, quam quod accepimus, vt is nobis anathema sit.

Præteruè agere contra ea que à sanctis patribus nobis tradita sunt, blasphemia est in spiritum sanctum.

Galat. 1. Ezech. 14. 1. Cor. 10. 1. Ioan. 5. 1. Idola. 2. Cor. 10. 2. Thef. 2.

Quid idolorum nomine patres significari voluerunt.

Multò maximè verò nos terret, quod à Propheta dictū est: Recedite ab idolis. Quod iterat Paulus quoque clamās: Fugite à cultura idolorum. Quod repetit Ioannes Euangelista, præclaram suam Epistolam concludens ijs verbis: Filioli, custodite vos à simulachris. Quid enim? An verè non sunt idola Lutherus, Caluinus, Philippus, Brennius? An in illis non est ingens quædam altitudo, extollens se aduersus scientiam Dei? an (quod est Satanæ proprium) non aduersantur, an non extolluntur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur? ita vt in templo Dei sedeant, ostendentes se tanquam sint Deus, & quicquid scribunt, quicquid dicunt, hoc tanquam expressum Dei verbum ab omnibus adorari contendunt. Verum & hic, ne, quod heretici facere consueverunt, cordis nostri tantum visiones adferre videamur, quid in scripturis idolorum nomine sæpe significari sanctæ patres nostri docuerunt, paucis edisseremus. Hieronymus explicans

explicans illud è Zacharia: disperdam nomina idolorum de terra, nō solum illa, dicit ijs verbis idola significari, de quibus in Psalmis legitur: Simulachra gentiū argentū & aurū, opera manuum hominū: verum etiā illa, de quibus Paulus loquitur: Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoibus, & doctrinis demoniorum, in hypocriti falsiloquorū, caueritiam habentium, conscientiam, Sicut enim, inquit, idola sunt manu artificis, ita hereticorum peruersa doctrina, quodcunque simulauerit, vertit in idolum, & facit pro Christo adorari Antichristum. Similiter & illum locum enarrans ex Esaiā: Repleta est terra idolis, opera manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum, & incurruunt se homo, & humiliatus est vir: Idola interpretatur dogmata veritati contraria. Neque secus intelligi vult, quod ab Osea scriptum est: Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interiret. Augustinus quoque, posteaquam de simulachris manufactis pleraque dixerat: Est, inquit, alius deterior & inferior cultus simulachrorū, quo phantasmata sua colunt, & quicquid animo errante cum superbia & tumore, cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obseruant. De cuius generis phantasmatis illū etiam solute locū exponit. Aufferit Deos alienos de medio vestri, & inclinat corda vestra ad dominum Deum vestrum. Irdem & illum Ezechielis locū: De auro meo & de argento meo fecisti tibi imagines. Ad imagines, inquit, phantasmatum suorum cū quibus volucari carnalis anima delectatur, conuertit omnia sacramenta & verba sanctorū librorum. Nec tamen quia illa, imagines falsæ sunt: propterea & illa Sacramenta, & illa diuina eloquia sic ex honoranda sunt, vt illorum esse putentur, cū dominus dicat: De auro meo, & de argento meo. Quorum equalis Vincentius quoque Lyrensis, aliena ab Ecclesia dogmata, verus Testamentorum deos alienos appellare scribit: quòd ab hereticis ipsorum opinionones haud aliter obseruentur, quam à gentibus Dij sui: Quod itaque legitur in Deuteronomio: Si surrexerit in medio tui Prophetes & prædixerit signum aut portetum, & euenerit, quod loquutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, quos ignoras: non audies verba Prophetæ illius, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat, vtram diligatis eum an non, in toto corde & in tota anima vestra. Per Deos alienos extraneos errores dicit significari, novos quosdā & inauditos, quos propterea spargi nonnunquam patitur Deus, vt probat constantia nostrā in diligendo se, & in adherendo sanæ doctrinæ, quemadmodum etiam à Paulo scriptum est: Operet & hæreses esse. Ob hoc ait Vincentius, hæreses non statim eradicantur auctores, vt probati manserint: sed id est, vt vnusquisque, quam tenax, & fidelis, & fixus Catholicæ fidei sit amator, appareat. Et reuera, inquit, cum quæque nouitas ebullit, statim cernitur frumentorum grauitas, & leuitas palearum: Tunc sine magno molimine excutitur ab aère, quod nullo pondere intra aream tenebatur. Namque alij profusus et uolant, alij verò tantummodo excusci, & perire metuant, & redire erubescunt, saucij, semineces, semiuui, quippe, qui tantā hauserint veneni quantitatem, quæ nec occidat, nec digeratur, nec mori cogat, nec viuere sinat. Ex ijs perspicuum esse potest, quid in scripturis idolorum nomine significari prisci patres exiltimarunt: nimirum, eum ipsos hereticos, tum eorum peruersa dogmata. Si quidem hominis alicuius verba, contra totius Ecclesie receptam doctrinam pleraque omnia docentis, tanquam Dei verbum amplecti, quodque vel dictum vel scriptum ab eo fuerit, adorare, seque coram eo incuruare, quæ est, si non hæc est Germana idololatria? Quod qui faciunt, quid aliud faciunt, quā quòd pro Christo adorant Antichristum? Dicit Lutherus, quod ego doceo, Dei verbum est & purum Euangelium: statim adorant, & incuruantur coram idolo. Dicunt idem zuinglius & Caluinus, dicunt Anabaptistæ, Picardi, Suencfeldius, Seruetus, Campanus, & alij nonnulli heretici: proferunt examina scripturarum in prauum sensum detortarum, ac mox hominum, vel diaboli potius, per homines loquentis, verbum, pro Dei verbo, proque Christi Euangelio, miseris mortales amplectuntur & adorant: Horrenda hæc est idololatria, & sicut Prophetæ monent & Apostoli, velis, quod aiunt, remisque fugienda. Quid enim ex eo consequitur aliud, quam cum vnaquæque secta, suum verum, & expressum Dei verbum esse iactet, vt isti tot Deos habeant, quot sunt hæresiarchæ?

1. Tim. 4.

Cap. 21.

Idola quid. Cap. 8.

De reuelatione. Cap. 38.

Quest. 29. supra per Iohannem. Cap. 23. lib. 3. de baptis. contra Donatistas. Cap. 16.

Cap. 13.

Dij alieni extranei errores sunt.

1. Cor. 11.

Probat quomodo manserint.

Germana idololatria. Antichristi Hæresiarchæ.

Mala que ex hereticorum idololatria proficiuntur.

Iam ne vides, piensissime Rex, quo consilio, per varia membra sua subinde iactet Satanæ expressum Dei verbum? Nullus est nostri temporis hereticorū, qui semper illud in ore non habeat, qui de eo nō gloriatur, qui sibi nō illud propriè vèdicet, qui ceteros ab eius possessione submouere nō conetur. Vult igitur Satanæ, vt modò corā hoc, modò corā illo incuruemur, vt nūc huius, nunc illius verbū tanquā Dei verbum amplectamur, vt pro vno Deo idola multa colamus, vt pro vno Christo, multos adorenus Antichristos.

Fugendi Hæretici non minus, quàm idolorum cultura.

Nos verò Prophetarum & Apostolorum vocem audiamus clamantium: Fugite idola: fugite idola, Fugite Lutheri, fugite Caluini, fugite Philippi, fugite Brentij peruersa dogmata: fugite quotquot sunt alij, qui plantasmata sua tanquam idola coli vult, qui quod ipsi dicunt & sentiunt, id tanquam expressum Dei verbum, & purum Evangelium adorari debere contendunt.

Hæreticorum bella intestina.

Ac vide, Rex optime, quàm ipsi mutud se ferre iam non possunt, Istidij Germanici, quos haud aliter atque deos Homericos, in festis armis inter se concurrentes cernimus. Non hic iam loquor de funestis illis prælijs, de quæ cladibus innumeris, quibus infelix Germania miserandum in modum afflicta fuit, ex quo tempore deos istos colere, quod quæ dictum aut scriptum ab illis esset, pro Dei verbo recipere cœpit. Ipsi dii, qui verbum suum pro Dei verbo venditant imperitæ multitudini, quemadmodum inter se dimicent, audi.

Zuingliani in Lutheris.

An Zuinglium, & qui sunt eiusdem sectæ, itidem & Anabaptistas, Lutherus hostiliter non inuasit? An impium vtriusque sectæ dogma pro virili sua iugulare conatus non est? quos etiam non stylo magis, quàm sceptro magistratus coercendos esse iudicauit. Itaque non solum apud Christianos, verum & apud ipsos Lutheranos, tam est detestabile Zuingliarum & Anabaptistarum nomen, vt eis aqua sit & igni interdictum: ac, si quis receptum eis dederit, graues in eum pœnæ sint constitutæ.

Caluinus in Westphalum, Bucerus in Lutheram.

Num verò Zuingliani multo sint in Lutheranos mitiores? At ij pari quidem eos scœuitia non prosequuntur? non quodd voluntas prompta non sit, sed quodd facultate se vident delictos. Neque enim sibi tantum adhuc esse virium intelligunt, vt id sine magno suo discrimine facere queant: Quemadmodum autem sint erga eos animati, facile cuius est scriptis illorum liquere potest, cum non alio loco Lutheranos habeant, quàm quo habentur ab illis. Testantur hoc scripta Ioannis Caluini, & Ioannis à Lasko contra Ioachim V Westphalum, & contra Saxonicas ciuitates, Scripsit autem aliquando Bucerus quoque Lutherum ab omnibus accusari imperiose & acerbè dicitatis, & quodd non patiatu ab aliquo sibi cõtradic. Quod ipsum ei crimini dant Tigurini quoque. Si exigit (inquit de Luthero Bucerus) ne quis à se vlla in re dissentiat, probet se Deum esse: Tacite innuens, quodd se pro Deo coli, quodd que suum verbum tanquam Dei verbum ab omnibus adorari cuperet, ac nemini mortalium à sua tanquam à diuina sententia discrepare, fas esse, veller. Sic hunc illius incredibilem factum, quo haud aliter in templo Dei sedere conabatur, quàm si Deus esset, ne socij quidem eius ferendum esse putauerunt. An autem & Caluinus non queritur, imperiose Lutheri placitis Ecclesiam Dei adstringi? Quam verò moleste fert illud, quodd eum Ioannis Baptistæ spolijs exornant, quodd Heliam illum esse dicant, per quem restituenda fuerint omnia. Qua falsitate, non minus eos fedasse Lutheri nomen scribit, quàm Hieremiam corpus Aegyptij, sepulchrum eius adorando, Ac si maxime, inquit, concedendum esset Luthero nomen Helig, sacrilegè tamen temeritatis est, asserere vltimum Heliam: ac si præcisè esset Deo manus, ne quem vel præstantiorem, vel parem posthac mittat. Nam quo oraculo illis patefactum est, in vnus hominis persona, sic exhaustos vel imminutos esse potentia Dei thesauros, vt nemo similis prodeat, ex illa immensa & incomprehensibili scaturigine? Non potuit hic dolorem suum dissimulare Caluinus, quem ex eo conceperat, quodd vltimus Helias Lutherus esse diceretur: quodd nullum iam sibi locum relictum esse videret, cum tamen se nulla re Luthero iudicaret inferioriorem: quin superioriorem etiam existimaret. Ioannes autem à Lasko, qui cum Caluino consentire propemodum videtur, præterquam quodd pluribus in locis pœsime de Luthero sensit (sicut adnotatum est ab Erasmo Albero) de Lutheranis quoque scribit, quodd cum aliud nihil superest, ad Augustanam Confessionem, tanquam ad sacram, quodd dicitur, anchoram, confugere consueuerunt: & tanti (inquit) illam faciunt, vt non desint inter ipsos, (& quidem non postremo) qui dicant, se malle de Pauli ipsius Apostoli, quàm vel de Lutheri, vel de Confessione Augustanæ doctrina dubitare.

Caluini de Luthero conuersio.

Vides quemadmodum etiam ipsi non possunt ferre Sacramentarij, quodd pro verbo Dei recipiatur (quin pluris etiam fiat, quàm Dei verbum) quod vel in Lutheri libris, vel in Augustana confessione scriptum continetur? Et feremus nos Christiani, quodd non possunt ferre quamlibet impuri Zuingliani? ac pro expresso Dei verbo nobis obtrudi patiemur, quod expressum esse Diaboli verbum cerò certius exploratum habemus? Sed erunt fortasse, qui minus hac in parte tribuendum esse Zuinglianorum iudicio putabant, quodd ij non obscure videantur à Lutheri doctrina dissentire.

Lutherus pro Helia à suis habitus.

Doctrina Lutheri à suis discipulis creditu præstantior ex verior ea, quæ diu Pauli est.

Confessionista.

Videamus igitur, quodd ipsorum Lutheranorum de se mutuum sit iudicium Confessionista, quin Lutherani sint, non opinor quemquam inficias iturum: quorum vnus

vnus cum sit Andreas quoque Osianderan, an & ipse non queritur, plus apud suos habere ponderis confessionem Augustanam, quàm Dei verbum? Et, qui V Vittemberge magistri creantur artium, aut sacre Theologiæ professores, eos abiurare verba Dei, & iurare in verba Philippi. Vides quemadmodum & hic, Philippi discipulos idololatriæ condemnat, ac vt fugiant hoc idolū, admonet? Iam Philippus ipse, nonne dogmata illa Lutheri, (Quod nullum sit hominis liberum arbitrium: quodd ab soluta necessitate eueniant omnia: quodd non plus homo sentiat, quid in se Deus agat, quàm sentit incus, quid agat malleus: quodd opera non sunt ad salutem necessaria, quodd nulli ritus aut ceremoniæ debent in Ecclesiam admitti) mordicus initio defendebat, nec alio loco quàm quo Dei verbum habebat? Postea tamen turpiter se Luthero seruiuisse questus, hæc illius phantasmata reiecit, ac ad mentem redijt meliorem. Quo nomine, tantum sibi, suorum etiam discipulorum odium conflauit, vt cum & quàm plurimis conuitijs exagitant, & cuius ipsium auctorem esse constat, ab Augustana confessione sint excludere conati. Mathias quidem Flaccus, plus etiam aliquo arrogare sibi veritas non est, qui benè merentem præceptorem, & omnes eius sententiæ adherentes, pro ethnicis & publicanis habendos pronuciare non dubitauit: hoc est, vt ipsemet interpretatur, neminem pium debere cum ipsis vllam familiaritatem, conuersationem, amicitiam habere, & ei, qui præsertim nulla iuris necessitate eis adstrictus, aliter fecisset, denunciatu lepræ eorum contagium, & ita haud dubiè iram diuinam. Quam etiam fuisse causam suspicor, quodd in proximo colloquio V Vormaciensij, Schneppius, Merlinus, Strigelius, Sarcarius, & alij quidam Illiciani, rebus infectis inde discesserunt, quodd Philippi & Brentij (quorum vtrumque Flaccus ab Ecclesia sua pronuciavit alienum) communionem sibi fugiendam esse putarent: cum præsertim ij, qualem exigebant ipsi, nulla respicientis signa darent.

Verbum Dei abiurant pro Philippi verbis vtriusque magistri.

Philippus Melancthon turpiter se seruasse Luthero conuenitur & conuictatur.

Mathias Flaccus contra Lutheranos & eius affectatores.

Schneppius Merlinus, Strigelius, Sarcarius contra Philippum Melancthonem.

Quis igitur iam vel ipsa luce clarius non perspicit, quodd hæc sunt idola, quæ Prophetæ, & Apostoli tanto studio nos vt fugiamus, hortantur: hæretici nostri temporis, Lutherus, Caluinus, Philippus, Brentius, Flaccus? hos tanquam viperam & Basiliscum deuitare nos iubent? quodd ipsi faciunt etiam inter se, mutuoque iudicio suo se condemnant. An autem id non multo iustius faciemus nos, vt pro talibus eos habeamus, quales ipsi non Ecclesiæ Catholice modò, quam audire iussi sumus, verum, & suo ipsorum iudicio facti sunt? Et erit interea qui (quam, qui nobis (qui Deū vnum tantum scimus & colimus) persuadere conetur, vt istorum hæreticorum verbum, tanquam expressum Dei verbum adoremus? O Christe, qui mentes nostras Euangelij tui luce iam inde à sexcentis propè annis illustrasti: prius fortunas nostras omnes, prius suauissimè lucis huius vsuram, prius ea cuncta, quæ sunt in hoc seculo mortalibus charissimè, nobis eripe, quàm vt ab hac nos mente dimoueri patiaris, qua semel nobis deliberatè est: omnia prius & facere & pati, quàm vt ab eo, quodd ab annis propè sexcentis nostræ genti traditum est, sancto tuo verbo discedamus: & horum, (qui se tanquam dii quidam ostentant) verbum illius loco recipiamus, atq; ita horrendè cuiusdam idololatriæ gratissimo crimine nos obstringamus.

Via ad Christum oratio, quantum præcatur vt illi dei in Ordo doxa fide persequerentiam.

Verū ad rem: Satis ià demonstasse nobis videmur, quodd nunc imperitæ multitudinè tanquàm Dei verbū, ab hæreticis venditatur: id nō Dei, sed diaboli, verbū esse, à quo mentes piōrū omnium abhorre, quodd haud aliter eos fugere, quàm exitiabile venenū oporteat, iuxta Prophetarū & Apostolorū vocē clamantiū: Fugite idola. Nunc tēpus instat, vt receptui canamus, nisi quodd prius, de eo, quodd sit expressum Dei verbū, paucis disserere decreuimus: quodd magis eo cognito, quodd sit expressum Diaboli verbū, elucescat.

Verbum Dei expressum quid. Ephe. 5.

Sunt quidem in diuinis scripturis multa Dei verba, sed omnia tamen illa, sint vnū Dei verbum: Dilige. Omnis enim lex, in vno sermone impletur, inquit Apostolus. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Nec vniuersa modo lex in hoc pedit, verum & Prophetæ, sicut ipse testatur Christus: Itaque plenitudo legis, & finis omnis præcepti, charitas est, ad eam enim refertur omne præceptum. In nullis scripturis, inquit Augustinus, aliud inquiratis, nemo vobis aliud præcipiat: Quicquid obsecrum est in scriptura, hæc ibi occulta est: quicquid ibi planum est, hæc ibi aperta est: Præceptum istud charitatis est super omnes cælos, est super omnes libros: ei subditur omnes libri, ei militat omnis lingua sanctorū, & omnis motus dispensatorū Dei, & animi & corporis: Quicquid habeas, hanc solam si non habeas, nihil tibi prodest. Alias si non habeas, hanc solam habe, & implesti legem. Si vna hæc ab sit, inania: si vna hæc ad sit, plena sunt omnia. Sola hæc est, quæ ad salutem sufficit, & ad eam sic est necessaria, nihil vt sit, quodd quiquam speret, quodd eam assequi possit absque charitate. Hoc igitur verbum consummans & breuians, verbum saluificans, verbum charitatis

Galat. 5. Matt. 23. Rom. 13. 1. Tim. 1. In Prologo Psal. 140. In Ps. 130. Seru. 11.

Vs charitatis. 1. Corinth. 13.

Rom. 10.

Lib. 3. p. add. gogi. cap. 11. 21.
Psal. 118.
Psal. 118.
Aug. 118.

& dilectionis tam expressum est & dilucidum, ut illud etiam absque scripturis disci scribat Clemens presbyter Alexandrinus, cum sit spirituale quoddam decretum, cordibus fidelium (quolibet rudis ij sint) inscriptum. Itaq; nemo potest esse tam hebes, qui verbum hoc non intelligat: nec ab illius ignorantia quisquam excusatur. Hoc est illud verbum, de quo dicit Pfaltes: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. De quo loquitur idem: Præceptum tuum lucidum illuminans oculos. Reuera, illuminatur oculi cordis nostri charitate, sicut excæcatur e contrariis cupiditate. Sive sit ea carnis, sive oculorum, sive laudis & gloriæ cupiditas. Vbi fuerit hæc, ibi nihil nisi meræ tenebræ, nihil nisi terra caligo. Vbi contra fuerit charitas, ibi splendida lux, ibi tam clarum lumen, nihil ut sit, quod obscurum esse queat habenti charitatem. Quamobrem præclare dictum est ab Augustino: Qui vult habere notitiam Dei, amet: Frustra accedit ad legendum, ad meditandum, ad prædicandum, ad orandum, qui non amat. Quoniam autem perfecta charitas alibi non erit, quam in illa cælesti patria beatorum, etiam cognitio nostra, ibi demum, & non alibi perfecta est futura: hic interim ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.

2. Cor. 13.
Hæreticorum caligo tanta.
Coloss. 3.
Superbia præcipuum vestigandæ veritatis obstaculum.
Præter. 23.
Epist. 56.
Scriptura divina scopus dilectio.
Lib. 1. de doctrina Christiana. Cap. 3. 6.
1. Tim. 1.
Legendo scripturas charitas nos adificat.

Quare, si quis miratur, quod cum inter alios hæreticos, tum inter ipsos etiã Confessionistas tanta caligo tantaque nox est, ut Andabatarum more pugnent in tenebris, nec possint ad veritatis agnitionem pervenire: mirari desinet, posteaquam hanc esse causam didicerit, quod sunt ea, quæ sola credentibus lucem adfert, destituti charitate: non enim diuississent vnitatem, si non prius amississent charitatem, quæ vinculum est pacis & vnitatis. Sunt autem idem destituti charitate, quoniam sunt pleni cupiditate, quum alia, tum præcipue laudis & gloriæ: Quemadmodum à Poëta scriptum est, Qui velit ingenio cedere ratus erit. Nihil aliud officit inuestigandæ veritati, atque ea quæ mater est omnium hæreticorum, superbia: semper enim inter superbos iurgia sunt: Ad capessendam autem veritatem. non est alia via quam humilitas, per quam fouetur charitas, & retinetur vnitatis. Et ea est (inquit Augustinus) prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogaveris, hoc dicere, sicut de pronuntiatione dixit, legitur aliquando Demosthenes. Hac via cum non incedant hæretici, quis est, qui magnopere miretur, quod ad manifeste veritatis agnitionem pervenire nequeunt? De expresso Dei verbo tantas nobiscum, tantas & inter se cientes pugnas, & interea quod nihil est in scripturis expressum, ut vel sol ipse minus esse clarus videatur, quodque solum ex illis didicisse, nobis abunde sufficit ad salutem, expressissimum Dei verbum non vident, quod est: Diligite, quæ summa, qui scopus est scripturæ totius: Ut præclare scriptum sit ab Augustino: Quisquis scripturas divinas, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut eo intellectu non ædificet istam geminam charitatem, Dei, & proximi, nondum intellexit. Quisquis verò dixerit, quod ille, quem legit, eo loco sensisse probatur: quandoquidem ea sententia fallitur, quæ ædificat charitatem, quæ finis est præcepti, non perniciosè fallitur, nec omnino mentitur: sed ita fallitur, ut si quis errore deserens viam, eò tamen per agrum pergat, quod etiam via illa perducit. Charitatem ædificare nos intellectu nostro, scripturas legendo, vult Augustinus, si perniciosè falli nolumus.

Hæreticorum voces imple in despectum Patris & Concilij.
Rudis & indocti vulgi stultarumque quarundam multularum superbia.
Heb. 13.

An autem hoc est istorum studium, qui nihil magis habent in ore, nostro tempore, quam scripturas & expressum Dei verbum, sic ut in scripturis intelligentia sua versentur, ut nihil aliud quam charitatem ædificare studeant? Quis non contraria potius ab illis fieri videt omnia? Quod etiam indicant illæ voces, quibus nihil est apud illos magis vitarum. Trotz, trotz, in despectum Papæ, in despectum Concilij. An hoc est ædificare charitatem? Unde autem nobis tot lites? tot contentiones? tot seditiones? tot pugna? tot hereses? tot sectæ? quibus miserandum in modum dissectam Ecclesiam videre licet, nisi ex eo, quod dum expressum Dei verbum ad se quique rapit, dum sibi quisque proprie conatur illius intelligentiam vsurpare, scripturis legendis, nihil minus queritur, quam ut charitas ædificetur? Rude vulgus etiam & indoctum, intolerabili quadam superbia manibus (quod aiunt) & pedibus illotis, impudenter ad sacrarum literarum lectionem accedere, quin & stultas hoc sibi mulierculas arrogare videmus, ut reiectis patribus, contemptis pastoribus & doctoribus, totius Ecclesiæ sensu & consensu ne pili quidem facto, suam interpretationem etiã eorum interpretationibus anteponeat non reformidet: quos in lege Domini diebus ac noctibus versatos esse, nec in eis vera intelligentia assequenda, studij, laboris, diligentia quicquam prætermisisse sciunt, quos sibi præpositos esse, quibus subiacere se debere, quandoquidem perugilant quasi rationem pro animabus eorum reddituri, non ignorant? Est ne illud charitatem ædificare?

Mat. 7.
Lib. 1. Theologie.

ædificare? Sed sic visum est hæresarchæ nostri temporis, qui primus dare sanctum canibus, & ante porcos ausus est projicere margaritas; quorum pedibus quam fedè conculcentur, quis est qui sine lachrymis aspicere queat? Præclara est Gregorij Nazianzeni sententia, quod non omnium est de rebus divinis differere, sed nec quous tempore, nec apud omnes, nec de omnibus disputare fas est. Sed est, quando, & apud quos, & quo sine fieri id conveniat. Quod ille pluribus verbis persequitur.

Rhododaphne Diosco. 4.
Plini. lib. 24. ca. 11.
Hæretici araneorum in morem nihil ex divinis scripturis signum quam exitiale venenum.
1. Cor. 12.
Corporis Ecclesiæ Christi dissipatio.

Nihil est scripturarum lectione melius, nihil vtilius: sed arbor quadam esse dicitur Rhododaphne, cuius folia quadrupedibus venena sunt, hominibus præsidia aduersus serpentes. Eadem est sacra quoque scripturæ ratio, quæ sicut sobrijs ac prudentibus salutarem præbet alimoniam, ita stultis & impijs hæreses & maioris impietatis ministrat occasionem. An autem quadrupedes istos, quibus dare sanctum Christus veruit, etiam ad lectione sacrarum scripturarum arcere non præstaret, quam permittere, ut araneorum in morem nihil ex illis præter exitiale venenum sugerent. Porro formigines, quantum rectius facerent, si colum versarent eo tempore, quod de expresso Dei verbo disputant? Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophete? Nunquid omnes pastores & doctores, dicit Apostolus? At nunc omnes Apostoli, omnes Prophete, omnes Pastores esse volunt & doctores; quin etiam pastores & doctores. Noluit Christus ut suum corpus esset vnum membrum, sed ut essent in eo multa membra: nunc isti contra volunt, ut omnia sint vnum membrum, ut sit vnum tantum formæ massa, nulla varietate distincta, sit in vtilis quadam congeries, sit confusum & dissipatum chaos, omnis ratione symmetria sublata. Qua quidem, non tantum corpus labefactatur, nec ordo tantum naturæ pervertitur, sed ipsius etiam Dei palam auctoritas conuellit, quando plus quisque quam sibi datum est, vsurpat. Inde dissidia, inde sectæ, inde rixæ, quibus tumultuatur orbis Christianus, dum neque manus, neque pes, officio suo fungi dignatur, verum oculi sibi linguæque munus, vnum quodque membrum vsurpare conatur, ac proprio suo neglecto, se in alieni officij impudenter ingerit: Sed hæc extra causam fortassis dicta videri possint, quamuis non omnino dicta sint extra causam. Nunc ad institutum redeo.

Expressum Dei verbum esse potest, & expressum Diaboli verbum.
Cynosura ad Dei verbum venisse comparatio.

Vis cognoscere, piensissime Rex, quod expressum Dei verbum sit, quod expressum Diaboli verbum? Ex vna quidè, eademque scriptura, sicut copiose iam à nobis demonstratum est, vtrumque produci potest. Verum interea discrimen paucis accipe: Si quis ita scripturam intelligat, ut intellectu suo caritatem ædificet, Dei verbum est: Si verò sic eam intelligat, ut intellectu suo, quod est caritati contrarium ædificet, diaboli verbum est. Quod maius etiam est accipere: Si quis è scripturis diuinis eam sententiam duxerit, quæ sit ædificandæ caritati vtilis, etiam si hoc non dixerit, quod ille, quem legit, puta Matthæus, Marcus, Lucas aut Paulus, eo loco sensisse probatur, non perniciosè fallitur, nec aberrat à verbo Dei: sed sic fallitur, quæ admodum is, qui viâ errore deserit, ac per agrum perges, eò nihilominus peruenit, quod fuerat illi viâ, quæ deseruit, perductura. Sicut igitur equora sulcantes Cynosura aspicunt, sic qui versantur in scripturarum lectione, non aliò suæ mentis oculos quam ad charitatem dirigere debent, ad quam, si referant intellectum suum, à verbo Dei nunquam aberrare possunt, cum (sicut paulò antè dictum est à nobis) omnia Dei verba sint vnum verbum, Dilige. Quo nihil est, nec esse potest in scripturis expressum.

Hæretici quanta inest mentis cæcitas.
Psal. 103. Vide Aulorum vehementiam.
Hugo de 5. vitio. lib. 1. par. 10. cap. 6. de sacramentis.
Person in libel.
An monachus pro studio negligere possit diuina.
Confiderat. 9.

Qui (malum) igitur furor hic est? quæ dementia? quæ mentis cæcitas? Expressum Dei verbum queritur, de expresso Dei verbo litigatur, & cum ipsam se nostris oculis expressum Dei verbum ingerat, non cernitur: cum ipsam se nostris auribus inculcet, non auditur: cum ipsam vltro se modo non contrectandum nostris manibus offerat, non agnoscitur, neque recipitur: quin & ex oculis, & ex auribus, vel cordibus potius, & ex manibus illud suis effugere miseri mortales facile patiuntur: dum in sciendo & disputando, non autem in credendo & amando, salutem suam esse constitutam, falsò sibi persuadent. An autem in hos non rectè quadrat illud ex Pfalms: Oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audiunt: manus habent, & non palpabunt? Charitas, charitas, charitas nusquam in scripturis non obuia nostris oculis, expressissimum Dei verbum est, qua remota, si quis credit scientiam sibi salutem allaturam, toto (quod aiunt) celo errat. Verissime dixit vir quidam pius & doctus: Pietas diuina non attendit, quanta cognitione credatur, sed magis, quanta deuotione quod creditur, diligitur. Et alius non minus & ipse pius. In diæ examinis nouissimi, non interrogabimur, quantum fuerit intellectus noster acutus & eruditus, sed qualis fuerit affectus noster ad dominum Deum nostrum, hoc est, quam simplex, quam reclusus, quam pius, humilis, & deuotus: quamque spontaneus & fidelis in Dei seruitio.

Que cum ita sint, cur non in hoc vnu potius omne studij nostrum impèdimus, quod vnu & solū ad salutem nobis necessarium esse scimus, ut quæ proprie est filiorum Dei nota, mutua

inter nos fraternam charitatem retineamus? quandoquidem scripturarum intelligentia non est omnibus peræque necessaria. Turbam imperitam credendi simplicitas, non intelligendi viuacitas cuiusquam facit. Et sicut idem scribit Augustinus: Homo fide, spe, & charitate subnixus, easque inconcussè retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. Itaque per hæc tria, multi etiã in solitudine sine codicibus viuunt. Nunc scrutari scripturas, de quæ sensu earum disceptare volunt omnes, ad quam verò tanquam ad scopum quendam scripturæ cunctæ referuntur: quam oculis, auribus, animis nostris nusquam inculcare non conantur: quæ sola salutem nobis adfert, charitatem retinere cupit nemo. Quin, quantum magis de scripturis de quæ expresso Dei verbo fertur disputatio, tanto magis in animis mortalium, quam solam scripturæ sonant omnes, refrigerat charitas.

Est autem verisimile, quod scripturarum sanus intellectus, quod expressum Dei verbum ubi sit, ubi sic refrigit charitas, ubi sic exarsit odium, ubi præter conuicia, maledicta, scommata, lædoras vix quicquam ferè legere licet aut audire; ubi illi ipsi etiam, qui discesserunt à nobis (qui malunt Euangelici, quam Christiani vocari) non modò nobiscum, verum & inter se tam infestis minimeque Christianis animis tam hostiliter confligunt, vt quamlibet immanes barbari, Christi que crucis inimici, magis hostiliter non possint: Certe priusquam exortum esset hoc Euangelium (à quouis alio potius auctore, quam à Christo profectum) nec tantas animorum acerbitates, nec tam atroces pugnas vidimus vnquam, inter eos præsertim, quorum hoc erat munus, Euangelii Christi propagare. Et vocabimus hoc Euangelium, vocabimus expressum Dei verbum? à quo sic omnis exultat charitas, quæ sola nobis expressè præcipitur in Euangelio, quod qui se primi, pridem (vt ipsi dicunt) sepultum in lucè protulisse gloriantur, tantis ipsi certant odijs inter se, tanta flagrant inuidia mutua, sic ipsi se mordent inuicem, vt non longum sit nobis tempus illud expectare, quo consumentur ab inuicem. Expressum hoc est Diaboli, non est expressum Dei verbum, cum sicut iam toties à nobis dictum est expressum Dei verbum sola sit CHARITAS. Hæc est quæ complectitur vnitatem, hæc est, quæ nos omnes vnum corpus facit, hæc est, quæ veram pacem habet, quam puro corde custodit. Neque enim charitas Christiana, nisi in vnitatem Ecclesiæ custodiri potest, vt frustra se tenere glorietur charitatem, si quis non amplectitur vnitatem. Quod si verò non custoditur expressum Dei verbum (charitas) nisi in Ecclesiæ vnitatem, quis iam erit qui dubitet, quod extra vnitatem hanc expressum Dei verbum haberi non potest? Et hoc est quod superius diximus, vnam & eandem scripturam si duo proferant, euenire nonnunquam, vt vnus Deus, alterius os diabolus aperiat. Nam qui profert in Ecclesia iuxta sensum Ecclesiæ, Deus os eius aperit, & est Dei verbum. Qui verò profert separatus ab Ecclesia, suo, non Ecclesiæ, non omnium sensu (quoniam de suo loquitur, etiam si scripturam loquitur, mendaciū tamen loquitur) diabolus os eius aperit, & est verbum diaboli. Ceterum quod Ambrosiū sequuti diximus charitatē esse, quæ cōplectitur vnitatem: & quæ nos omnes vnum corpus facit, nolemus eo sensu accipi quasi malos & iniustos excludos à Christi corpore (quæ est ecclesia) velimus. Quæuis enim charitas, quæ præcipue scriptura nobis cōmendat, propria nota sit eorum qui piè Deū colunt, quæ filij Dei discernuntur à filijs diaboli. Et ij soli sint qui ad electorum cœtum pertineant. Est tamen etiam quidam cœtus siue Ecclesia vocatorum, à qua non excluduntur ij, qui sunt vera charitate destituti, modò retineant illam quam vocat Augustinus charitatem vnitatis, per quam sibi membra Christi copulari scribit: Cuius effectus est quod omnia tolerat. Vt sit, sicut scribit idem Augustinus, vis quædam tolerantia tenax vnitatis, quæ per bitumen significata est: quod Deo intus & foris, arca, quæ fuit Ecclesiæ typus, illata est. Quia & intus & foris mali tolerandi sunt, ne pacis compago soluatur. De qua charitate alio quoque loco scribit Augustinus: Non existimo quemquam ita desipere, vt credat ad Ecclesiæ pertinere vnitatem eum, qui non habet charitatem: cum certum sit, quod pertinet ad Ecclesiæ vnitatem, quam diu ab illa præcisi non fuerint, etiam qui ceteris effectibus charitatis destituti sunt, dummodò vim illam tolerantia retinentes, sint inter illos de quibus scribit Paulus: Supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Verum hic isti negabunt eam Ecclesiam esse Dei, quam nos profitemur, cuius nos filios esse gloriamur, & eius nomen suo cœtui vendicare conabuntur. Ostendant autem nobis Ecclesiam suam, non iam de Sacramentarijs loquimur, nec de Anabaptistis, nec de cœlestibus Prophetis, nec de Campanis & Serueris, quos omnes a suo quoque cœtui reiecerunt: sed ostendat Confessionistæ nobis Ecclesiam suam. Philippus quidē cū suis, & Brētius cū suis, ab eius ecclesiæ cōmuniōne sunt electi, quæ cōfessionis Augustinæ (non Christianæ) censerit vult, sicut ex Mathiæ Flacci, &

Aug. contra epist. Manichei quam vocat Fundamenti. Li. 1. cap. 39. De doctrina Christi.

Expressum Dei verbum penes hereticos esse non posse.

Sola charitas est, quæ vnitatem complectitur. Ambros. in cap. 3. ad Colos.

Expressum Dei verbum quomodo verè cognoscatur. Ioan. 8.

1. Ioan. 10.

De vnitatem Ecclesiæ cap. 2. 1. Cor. 3. vbi supra, Caput. 5.

Lib. 1. contra Cremonensium. Cap. 2. 9.

Ioachimi

Ioachimi, Merlini scriptis, qui se germanos esse Lutheranos gloriantur, videre licet. Quod si quis verò Philippi, vel eius disciplini Iusti Manij plus quam horum iudicio tribuendum esse putabit, non melius illi iudicabunt de Flacco, quam Flaccus de illis. Vbi iam igitur inueniemus Ecclesiā istā Lutheri? Philippus quidem, vt sit apud Illiriacanos, non conceder: Illiriaci contra negabunt eam: apud Philippianos aut Brentianos reperiri, quos ex Ecclesiæ suæ cōmuniōne pridem eiecerunt. An & suam vnitatem Lutheri sectatores furialibus discordijs non dissiparunt? sicut antea magister eorum per summum sacrilegium ab vnitatem se catholica tanquam ab area dominica separauit. Vbi igitur quaeremus iam illorum Ecclesiam, quam nec apud hos, nec apud illos alterutri esse concedent?

Quis erit sic ab omni mente desertus, qui non multò magis elegerit in qua natus & in Christo felicitus est renatus, in ea Ecclesia manere potius, quam vt ad eam, de qua sic inter ipsos ambigitur, se conferre velit. Ab sit autem vt homo. Christianus, catholicus, & orthodoxus dubitare velit, vt rum ea sit Ecclesia Dei, in qua non ipse modò, verum & parentes eius, quin & auj, & prouij Christi fide sunt imbuti. Quid enim hoc aliud fuerit, quam dubitare, num sit Christianus, & Christianis parentibus prognatus, & sicut à Propheta scriptum est: Impingere in meti die quasi in tenebris. In solo posuit Deus tabernaculum suum. Super montem collocauit civitatem suam Ecclesiam, quæ abscondi non potest. De qua nobis hoc loco pluribus disserere propositum non est, cum presentis instituti non sit, & cum in confessione nostra Christiana tum in scripto, quod contra Prolegomena Brentij nuper edidimus, copiosè de ea tractauerimus, vbi docuimus quæ sint ecclesiæ notæ: nimirum vt sit sancta, sit catholica, sit vna, sit apostolica, vt, nisi præsit illi vnus, cuius auctoritatem agnoscant omnes, Petri legitimus successor in Romano cathedra, & indubitatus Christi vicarius ecclesia Dei dici non possit. Nunc itaque longiores esse nolumus, quandoquidem satis iam demonstrasse videmur, quod qui maxime de expresso Dei verbo gloriantur, apud eos expressum diaboli, non expressum Dei verbum est: quum expressum Dei verbum sit Charitas, quam vt in cordibus nobis diffundat Deus per spiritum suum sanctum, vt hæreson & schismatum finem aliquando faciat, vt operam Ecclesiæ suæ tranquillitatem restituat, supplices misericordiam eius deprecemur. Faciet ille proculdubio, non pro meritis nostris, quibus grauissima supplicia debentur, sed pro immensa bonitate sua, modò vitam nostram in melius commutemus, & ad euntes ad thronum eius gratiæ cum fiducia, nullum deprecandi finem faciamus.

Hæretic. profusa cuiusque ecclesiæ constitutio.

Vera Dei ecclesiæ.

Esa. 59. Psal. 18. Matt. 5.

Hæc habui, clementissime Rex, quæ de expresso Dei verbo ad te scriberem, quo tempore varijs curis mirabiliter fui distractus, cum profectioem in vrbe adnare. Vt autem hunc scribendum laborem caperem, fides me mea, qua tibi sum obstrictus, impulit. Impulerit & beneficia, quibus me tantis immerentem affecisti, quantis haud scio, an ab vilo Polonie rege mortalium quicquam affectus fuerit vnquam. Quamobrem, quod plura tibi me debere profiteor, & præ me sero, hoc magis de salute tua, & quidem æterna salute sum sollicitus: cuius tuendæ causa, non modò labores nullos defugerim, verum & vitæ meæ discrimen non dubitanter adierim. Fortassis enim non desunt, qui tuas quoque aures vocibus ijs obtundant: Mitte te deorsum: Scriptum est enim. Sed mihi tantam de tua constantia, tantum etiam de diuina misericordia polliceor, quod aditum ea, nunquam facies, vt sacrilega concilia separationis amplectaris, & aliquid apud te, pestilentibus locum persuasioneibus esse loci patriaris. Ego verò, si (quod pro sua misericordia procul Deus auertat) de sublimi Ecclesiæ turri labentem te viderem, etiam si certa mihi mors esset oppetenda, Christo tamen robur mihi suppeditante, corpore meo te ruentem excipere, & illius interitu salutem animæ tuæ redimere nihil hæsitarem. Scis piensissime Rex, quoties operam tibi meam, in sana Ecclesiæ doctrina tuenda detulerim: Scis, quod per hos annos aliquot quibus episcopum renunciarim me voluisti, neque sumptus, neque labores, neque pericula vlla defugerim, dum labanti in regno terris que tuis religioni succurrere, eam nutantem pro virili mea fulcire possem ac sustentare. Quis esse mihi potest, quam ipse tu testis idcupletior in veteri nostra Christiana Catholica & orthodoxa religione asserenda, nihil à me studij, laboris, ac diligentie prætermisissim esse? Quoniam verò iuste peccatis nostris irascitur Deus, quantum adhuc procerimus, est quod nos vehementer pœniteat. Sumit Satanismus vires indies maiores. Posteaquam semel homines mittere se deorsum cœperunt, magis indies atque magis in profundum errorum barathrum precipites feruntur. Nam in quorum potestate fuit mittere se deorsum, simul vt semel id facer e sunt aggressi, nō perinde iam

Epilogum.

Hosij pro Ecclesiæ defensione labores & pericula.

Satanismi vires.

est in eorum potestate, ut se ruentes queant sustinere. Quis itaque nunc sit regni tui status vides, dum non alia ferè de re, quam de expresso Dei verbo disceptatur ab omnibus, dum sibi quisque cognitionem illius arrogat, dum sua quisque phantasmata, tanquam expressum Dei verbum vult adorari, neque raro fit, ut quod quisque est indoctor, hoc maiore cum audacia de eo, quod non intelligit, expressum tamè Dei verbum videri vult, dislerat. Quàm verò metuo, ne paulò post non minus Polonicos, quam nunc Germanicos Deos numeremus, dum quod quisque dicit & sentit, expressum Dei verbum haberi cupit, utinam autem adduci posses, piensissime Rex, ut Prophetas & Apostolos audires nusquam non clamentes: Fugite idola: Quid enim aliud quam idola sunt, qui diuinum honorem ad se transferunt, quodque vel dixerint ipsi vel fenserint, eodem loco, quo Dei verbum, haberi volunt? Hanc tu tam horrendam idololatram procul à regni terrarumque tuarum sinibus arcere debes & propulsare, nec, ut se quisquam tanquam Deum ostentet, ac imperitos homines coram suo, tanquam coram Dei verbo, incuruare se iubeat, permittes. Quod sit expressum Dei verbum, iam ex me didici: hoc quidem quamuis nihil eo lucidius, nihil sit expressius, prorsus tamen extinguitur, quando quisque sibi de expresso Dei verbo disputandi potestatem sumit. Quæ fuerunt mearum partium, fecisse me puto. Nam si minus doctè, clarè tamen, & perspicuè demonstrasse videor, quantam ea res Ecclesiæ Dei perniciem adferat, quod etiam imperitissimi quique, de expresso Dei verbo sibi iudicium usurpant. Simul & hoc ostendi, quod sit illud verbum Dei, quod tam clarum, tam perspicuum, tam expressum est, ut etiam absque scripturis disci possit à quamlibet rudibus, neque sit necesse credentibus in Christum de eo disputare, verum necesse sit firmiter in cordibus illud retinere, nec ut vnquam elabatur, permittere. Nunc tuæ partes esse videntur, ut hanc de expresso Dei verbo contentionem tuis hominibus interdicas, ac si qui volent, quod sit expressum Dei verbum cognoscere, iuxta scripturæ verba, legem eos ex ore sacerdotis requirere iubeas. Illud autem imprimis cauebis, ne tuæ quoque vocibus istis hæreticorum aures obtundantur: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: expressum est Dei verbum. Satanæ sunt istæ voces per membra sua loquentis, quas caue, peius & angue odisse debes. Quod Ecclesia docet, expressum Dei verbum est, quod contra sensum & consensum Ecclesiæ docetur, expressum diaboli verbum est. Quamobrem ad horum tuas voces haud aliter ac Vlysses olim aduersum Syrenum cantilenas, aures tuas obrurabis, nec obscura signa dabis quoties illas audire contigerit, nihil Sic auribus tuis molestius accidere posse. Sic maiores tui reges olim nostri, sum aliarum virtutum laude clari, tum pietate quadam & in tuenda fide catholica & orthodoxa constantia singulari præditi, sanctus pater, auus, proauus tuus factitarunt, quos ab hæreticorum consuetudine sic abhorruisse nostris annalibus proditum legimus, ut eorum nonnulli, vltro etiam ab hæreticis sibi delata regna repudiarent, quod eis esset religio cum illis commune quicquam habere. Horum si tu sanctis vestigijs incedere voles, quod facturum te non speramus minus, quam optamus, nondum ita sunt res in regno tuo deploratæ, quin propitio nobis Deo, optata tranquillitas Ecclesiæ restitui queat. Qui nobis vt aliquando tandem dies illucescat, iterum atque iterum supplices Deum deprecamur.

Sap. 14.
Eccles. 30.
Esa. 1.
Ester. 2.
Ezech. 14.
18. & 20.
Osee. 8.
Amos. 2.
Mich. 1.
Zach. 13.
Ait. 12.
Locuti in hoc libello contentorum compendiosa collectio.

Mala. 2.

Regnum Polonie religio quanta.

MICHAEL SCRINIUS DANTIS.
CANVS CATHOLICO LECTORI.

Danda sit an laicis specie sub vtraque synaxis.
(Vt multi affirmant) perdoctes iste liber,
Deinde sacerdoti nunquid ducenda sit vxor,
Explicat, & magna cum ratione negat.
Improbat & sacrum celebratum idiomate vulgi;
Diuersum quamuis plurima turba facit.
Redde pio Hæroi grates pro munere lector,
Cuius ab ingenio prodijt iste liber.
Incljta si multos pareret Germania tales,
Hæresis exigua tempore pulsa foret.

EIVSDEM DIALOGVS PIVS
ET DOCTVS DE COMMVNIONE SACRÆ
EVCHARISTIÆ SVB VTRAQVE SPECIE, PANIS
SCILICET ET VINI: CONIVGIO SACERDOTUM
& SACRO IN VULGARI LINGVA CELEBRANDO.

INTERLOCVTORES.

Arator & Harpagus.



QUID ais Harpage? Tunc receptam consuetudinem, Ecclesiæ totius auctoritate comprobata, qua laici tantum altera specie sacramenti Eucharistiæ contenti sunt, & esse iubentur, damnandam esse censes? (Har.) Tua fuit hac Arator, non mea sententia. (Ara.) Scilicet Aratoris est de tantis rebus differere, & ea quæ sunt Ecclesiæ totius auctoritate constituta, priuato suo iudicio conuellere, vel saltem in dubium velle reuocare? Nunquid non legis?

Nanita de ventis, de tauris narrat Arator.

Equidem si de pecorum cura, deque agri colendi ratione, sermo foret institutus, possem & ipse de rebus his non ineptè dicere: De sacramentis verò, præcipuè contra morem Ecclesiæ receptum disputare, cuiusvis potius, quam Aratoris esse videtur. Nunquid omnes Apostoli? (dicit ille) Nunquid omnes prophete? Nunquid omnes doctores? At qui ego tibi factus sum ex Aratore, propheta, Doctor, Apostolus? (Har.) Hæcne tibi mirum adeò videatur, Ad David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Matthæum, oculos verte: Ex chytaredo psalmographum, quo nemo scripsit diuinius: Ex Armenario pastore Sycomoros vellente, Prophetam egregium: Ex puero senum iudicem prudentia singulari præditum. Ex piscatore, prædicatore, & Apostolorum principem: Ex persecutore gentium doctorem vnum omnium excellentissimū: Ex pulicano, factum videbis Euangelizantem eximium. Denique cæteros etiam Apostolos intueri, vides in eis spiritum non per oratores docuisse piscatores: sed mira potentia, per piscatores subegisse non tantum oratores, verum ipsos etiam imperatores. Quid Heliseus, in quo duplex fuit Heliæ spiritus? Nunquid ad præphetæ munus ab Aratro vocatus non est? Eligit Deus infirma vt confunderet fortia: eligit stulta huius mundi vt confunderet sapientes. Admirabilis quidam artifex est spiritus sanctus magister singularis: non habet ad docendum opus mora, simul vt mentem tetigerit, solum tetigisse docuisse est. Simul vt illustrauerit animum, immutat è vestigio, tollit repente hoc quod erat, & exhibet subito quod non erat. Nescit tarda molimina sancti spiritus gratia. (Ara.) Non sunt à vero prorsus aliena quæ narras Harpage. Sed nunquid vna hyrundo facit ver? Nunquid priuilegia singulorum legem possunt facere communem? Factus est olim ex armentario pastore propheta. Nunquid idè statim omnes armentorum pastores, erunt Prophete? Locuta est Asina cui Balaam in sidebat. Nunquid idè loquentur omnes Asinae? Quis nescit quod admirabilis artifex est spiritus sanctus, qui vbi vult, & quando vult spirat? Sed ego me audire memini sacerdotem dicentem, spiritum sanctum extra Ecclesiam non dari: Tu verò sic mecum sermonem institueras, cum de venerabilis Eucharistiæ sacramenti speciebus esset inter nos disceptatio, vt auctoritatem Ecclesiæ sepositam esse velles, extra quam vel potius contra quam differenti qui fieri potuit, vt suum donum spiritus sanctus impartiret. Quamobrem nihil est quod ita de me magnificè sentias, vt vniuersa Ecclesia sapientior me putes. Ego meo me pede metior: Aratorem me esse, non doctorem memini. Præclare mecum actum iri puto, si vel dominicæ præcationis formulam, cum articulis fidei in simbolo (quod vocant) Apostolorum contentis, cumque decalogi præceptis memoria teneam, etiam si non omnium verborum sensum assequar, cæteris de rebus si quis rationem à me reposcere velit, nihil aliud quod respondeam, habeo, quam quod est in simbolo nostro, Credo sanctam Ecclesiam Catholicam. Illi me permitto: illi credo: illam audio: illam secundum Deum ipsum venentor: quæ de diuinis præscribit sequenda, quæ prohibet sine vlla dubitatione fugienda esse censeo: Quam cum ducem sequor, errare me non posse confido. Etiam si pleraque propter intelligentiæ meæ tarditatem non assequar, sic me tamen à pastore meo discere memini, qui sunt mei loci atque ordinis, quod eos non intelligendi vnicitas, sed credendi simplicitas tuissimos facit. Quamobrem ne mihi tribuas Harpage quod meum non est

Ouidius.
De sacramentis ab ecclesiâ receptis, disputare non est literarum imperium.
1. Cor. 12.
Spiritus vbi vult spirat.
2. Reg. 17.
Amos. 1.
Dan. 13.
Matt. 9.
Ioan. 1.
Ioan. 9.
Mira Dei potentia.
3. Reg. 19.
1. Cor. 1.
Spiritus sanctus mirabilis artifex & magister singularis
Singulorum priuilegia legem communem facere nequeunt
Num. 22.
Ioan. 3.
Quibus contenti esse debeant simplices & indocti.
Ecclesiæ catholica auctoritas.
Credendi simplicitas non intelligendi vnicitas inuicissimos reddit homines.

non est. Harpagi proprium est, non Aratoris nihil ad se non rapere, nihil sibi non arrogare, cunctos præ se stupidos, bardos, truncos iudicare, deniq; totius Ecclesiæ iudicio suum vnius iudiciū antepone. Tum autem Aratoris nomen latinū, Harpagi Græcū est, à te Græcorum ritum defensum potius, quàm à me Latinorum vsum reprehensum oportuit. (Har.) Quid autem Arator, si quam tu tuam, eam ego quòque meam fuisse negotentiam. (Ara.) Quasi verò quis auctor illius fuerit obsecrum sit. Nunc tu vide, quantum illius iudicio tribuendum existimes, qui nobis nihil tale cogitantibus tam temerè personas istas imposuit. Nū autem ferendum esse putas, vt is de totius orbis iudicio, iudicadi potestatem sibiumat, qui in personis vrique nostrū imponendis, tā nullo fuit iudicio? Scilicet Aratorem de Ecclesiæ iudicio, iudicium suum interponere. Latinum cum Græco disputantem, Latinorum ritum reprehendere decuit? (Har.) Misfa faciamus isthæc Arator, ac de re potius ipsa, si tibi videbitur, sermonem instituat. (Ara.) Quid vis, ineptus vt sim? Nunquid non audisti iam ex me, de rebus tantis verba facere cuiusvis potius esse quàm Aratoris? (Har.) Atqui prouerbiū illud non ignoras, Sepè etiam est olitor, valde oportuna loquutus. Si potest olitor, cur non potest Arator quoque interdum oportuna loqui? (Ara.) Nunquam ita insaniam, vt me Aratorem esse oblitus, Doctorem profitear? Sed quando sic vrgeas, dicam equidem, non quòd ego intelligam, qui talium rerum cognitione habere me nullam fateor, sed quid, quendam, de quo nonnulla est opinio doctrinæ, hac de re differenter audiuerim. Ne verò à me exigas, vt illud subinde repetam, dixit aut narrauit, aut inquit ille, iniuncta enim futura esset oratio, sed quicquid dixero tanquam ex illius ore me dicentem, illius verba referentem, non meam aliquam opinionem inculcantem audire te putato. Quamquam sic quoque vix effugiam, quin meritò possim ineptus videri, sed aliquid amico importunè petenti tribuendum est, in cuius gratia etiam ineptire quandoq; nefas non est. (Har.) Nihil est quòd metuas Arator. Etiā si quid ageres minus aptè, quòd quidem soli duo sumus, quis est qui te redarguere queat? Per me quidem hæc tibi venia facile conceditur. Quin tu semota cunctatione, quæ audiuiisti refer. Omnis enim mora mihi lōga est. (Ara.) Narrauit is à se lectum dialogum esse, quò nos quidam facit de vsu sacramenti Eucharistiæ cōtendentes: neque se mirari satis potuisse, quòd qui sibi tantum arrogat, vt plus videre se persuasum habeat, quàm omnes hæctenus totæculorum Catholicū & orthodoxi, cum doctrinam pietate viri præstantissimi videre potuerunt, cum hoc non vidisset, quòd inanem operam fumeret, contra id tanta contentione disserendo, de quo nec esset, nec fuisset vnquā vlla controuersia. Quin & illud addidit Paulinum, hoc rectè de eo vsurpari posse: Conuersi sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores, non intelligentes neque que loquuntur, neq; de quibus affirmant. (Har.) Dic fodes cur inanem illum operā sumpsisse putas? (Ara.) Nunquid non apertè cōfiteretur se genus hoc argumenti semota auctoritate tractare vellet? Atque si segregas auctoritate Ecclesiæ, nulla est disputandi causa. Quis enim est qui nesciat illa remota, illius interdicto sublato, licitum cuius fore, siue sub vna, volet, siue sub vtraque specie vti Eucharistia? Quorsum igitur tanti conatus isti? Nunquid non extra viam currit, quantumcumque tandem viribus lacertos mouere videatur. Quod fuit Apostolorum temporibus ἀδιάφορον, erit ἀδιάφορον nunc quoque semota auctoritate ecclesiæ. Qua de re Har. igitur tanta fuit inter nos altercatio? Nōne sic currebamus quāsi in incertum? nōne sic pugnabamus quāsi aërem cadentes, & nebulas diuerberantes? (Har.) Est ita vt dicis, quorū enim attinebat tot, tam longos sermones facere in ijs rebus vel confirmandis, vel confutandis, de quibus nullus ambigit? ociosos esse præstabat nobis adeò nihil agere. (Ara.) Deinde verò, visi sumus nos, vel is potius qui nobis personas has imposuit, visus est de rebus planè incognitis, verba facere. Nam vsum vtriusque speciei somniat in concilio Basiliensi primū interdictum fuisse, cum ego ex viro illo audiverim quòd viginti quatuor plus minùs annos Constantiensis concilij decretum præcesserit, in quo consuetudo ab ecclesiæ & sanctis patribus rationabiliter introducta & diuinitimè obseruata (sic enim habent verba Decreti) comunicandi sub altera tantum specie confirmata, ac sine ecclesiæ auctoritate mutari pro libito prohibita fuerit. Ex quibus decreti verbis in Constantiensi concilio lati, illud videre licebit, non tum primū sed multis ante seculis, vsum vtriusque speciei fuisse abrogatum. Quando autem, & quo auctore, sit abrogatus siue immutatus, etiam hi qui sunt Augustinæ confessionis, constare sibi negant. Adeò non solum Decreti verbis in concilio Cōstantiensi, verum etiam ex eorū qui segregauerūt semetipsos propria confessione, cū primis verusū esse mutationem hanc manifestum est. Sexcenti iam propemodum anni dicuntur intercessisse, cum Christi fidē & euangeliū recepit Polonia, nūquā aliter in vniuersa prouincia subiecti-

que regno terris omnibus, quàm sub vna specie comunicatum fuisse, vel ex eo perspiciunt cuius esse potest, quod si fuisse apud maiores nostros aliquando vsum vtriusque speciei, annalium nostrorum scriptores, quos cætera quæ ad religionem pertinent diligenter persecutos esse constat, nunquam commisissent, quin quo tempore fuerit intermitteri cœptus, litterarum monumentis consignatum reliquissent. Quin & ante mille & amplius annos Ephesi concilium Oecumenicū aiunt fuisse congregatū: in quo iulsi fuerunt laici, panis tantum specie esse contenti. (Har.) Equidem nūquam credidissim, tam vetustum esse morem hunc, sub altera tantum specie comunicandi, quod ex te nunc didicisti: sed obsecro, potest ex actis Ephesini Concilij doceri quòd asseris? (Ara.) Fortassis posset si ea integra extarent. Sed eius concilij tantum fragmentum habemus typis excusum, in quo faterur is, ex cuius hæc ore narro, nullam eius rei fieri mentionem. (Har.) Qui scit igitur ita se rem habere? (Ara.) Etiam eos id non ire inficias dixi, qui se præciderunt ab Ecclesiæ catholica, nominatim autem testem eius rei citabat Urbanum Regiū, qui suis in locis communibus ita se rem habere confessus fuerit. Itaque non Basiliense, quod isti putant & rerum & temporum imperiti, Sed quod vetustissimum est Constantien- se, ac longè vetustissimum Ephesinum concilium Oecumenicum, cuius in Ecclesiæ Dei sacrosancta semper fuit auctoritas, oppugnant qui, contra interdictum hoc obgannire audent. (Har.) Eius ne testimonio tribuendum aliquid ille putat, quem catholicum esse negat? (Ara.) Nunquam is tantum isti tribuendum existimasset, sed cum videret multos catholicos in ea fuisse sententia, quòd inter alios errores Nestorij moneretur hic quoque, quòd is docuerit, sub specie panis corpus sine sanguine: sub specie vini, sanguinem sine corpore contineri: quòd quidem dubium illud non est, in Ephesino concilio Nestorij hæresis fuisse condemnatum, verisimile sibi videri dicebat, quòd ad hæresim hanc tollendam illo tempore sublatus fuerit vsus vtriusque speciei. Cuius rei & hanc coniecturam adferbat. Inter Ephesinum concilium & Leonem Papam intercessisse dicebat annos propè tringinta, totidem verò inter Leonem & Gelasium. Atque nō solum ad Leonis, verum ad ipsa etiam vsque Gelasij tempora, sic increbuerat vsus alterius tantum speciei, vt ipsi quoque sacerdotes sacris operatè à calice abstinerent, quam obrem & populum Leo Pontifex, & sacerdotes Gelasius admonere necesse habuit, vt ad calicem vsum redirent. A quo quòd abstinerunt multis, totis ferè sexaginta annis, quam aliam causam eius rei fuisse putabimus, quàm Ephesini concilij, quòd postea tamen sublatum fuit interdictum? (Har.) Non reiiciendæ sunt coniecturae quas adfers, sed quoniam Gelasij mentio per te facta est, & huius auctoritate potissimum niti videntur hi, qui de calice restituendo tantopere laborant, quòd eum seriò præcepisse dicant, vt aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: Quæso te quid eis respōdebimus? (Ara.) Mirum est, quòd siue scripturarum, siue doctorum sententias proferunt, hi qui se nostros hoc seculo, ab Ecclesiæ Dei præciderunt, non ferè conueniunt cum his qui ante centum annos solius calicis causa segregauerunt semetipsos, qui si scissent hæc Gelasij verba, pro se facere, citra dubitationem vllam eius auctoritate libenter vsi fuissent. Cæterum quòd de verbis cœnæ Domini, hoc de Gelasij sententia sensisse videntur, ad solos ea sacerdotes pertinere. Quamobrè scripturæ locum ex Ioanne potius quàm ex alijs Euangelistis cœnam Domini describentibus protulerunt, pontificis verò Leonis quàm Gelasij auctoritate niti maluerunt. (Har.) De verbis Christi postea videbimus. Verum illud vnde constat Gelasij verba non ad alios quàm ad sacerdotes pertinere, cum nulla sit mentio in eis sacerdotum? (Ara.) Inter ea scripta Gelasij quæ conciliorum voluminibus inserta, aut que typis aliquando sunt excusa, cum diligenter quæsuerit, negauit ille se quicquam reperire potuisse, quòd ad Mauriciū & Ioannem Episcopos scripserit. Sed Gelasij sententiam hanc ex Gratiano proferri dixit, qui multis eius generis, sanctorū pontificum, & doctorum sententijs collectis librum compilauit, quem Decretorum inscripsit. Quòd si Gelasij epistolam vnde hæc verba produxit Gratiano, integram videre liceret, contra quos eis vsus sit, manifestius cerneremus. Nunc quando nihil ex ea epistola habemus, præter fragmentum istud quòd adfert Gratianus, quo alio sensu verba hæc accipi oportet, quàm quo Gratianus eis vsus esse videtur? Porro, quo sensu sit eis vsus, ex aliquot canonibus qui præcesserunt in ea distinctione, facile quibus perspexerit quòd non de alijs, quam de sacrificantibus loqui videntur. Itaque glossator de conscientie etiam ea vult intelligi. Ad eundem modum & Thomas Aquinas, & Archidiaconus explicans illa verba ab integris arceantur, vt aut ambo accipiant inquit, aut abstineant à celebratione missæ vt neutrum conficiatur. Nihil igitur his Gratiani verbis adiuuaret qui per ea sibi calicem concessum esse putant. Vtinam autem apud istos Gelasij valeret auctoritas, nulla nunc de sacramenti speciebus esset altercatio. (Har.)

Nemo sibi de totius orbis iudicio iudicandi potestatem sumere debet.

Est sepe olitor valde oportuna loquutus.

Indolenti est non desit aliquid, sed que vel a doctis didicerit, vel audierit proferre.

Narratio.

Semota ecclesiæ auctoritate nulla disputandi causa.

1. Cor. 9.

Vsus sub vtraque specie comunicandi quoad in ecclesiis prohibita. Sessio. 3.

A sexcentis annis quibus Polonia Christi fide suscepit, non fuisse nisi sub vna specie comunicatum. Ephesinum concilium ante mille annos.

Error Nestorij de Eucharistia sacramento in concilio Ephesino cōdemnatum.

Sermo de quadrag.

Ad solos sacerdotes pertinet sub vtraque specie panis et vini vti in Eucharistia sacramento.

De consec. dist. 2. c. Competimus.

Liber decretorum a quo scripsit.

In 4. sententiarum dist. 12. 3 ar. 2. Et parte. 2. quest. 88. ar. 12.

Qui

Gelasius Papa, vir insignis.

Qui nam istud? (Ara.) Magnus fuit hic vir & Harpage, & omni laude dignus: qui cum ad episcopos Dardanię quandoque scripsisset, his verbis vsus esse legitur. Patres nostri, catholici videlicet, docti pontifices, in vnaquaque heresi quolibet tempore suscitata quidquid pro fide, pro veritate, pro cõmunionem catholicam atque apostolicam secundum scripturarum tramitē, prædicationemque maiorum facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsam deinceps voluerunt firmamque constare, nec in eadem hac causa, denudum que præfixa fuerunt retractari, qualibet recenti præsumptione tractari, qualibet recēti prætemptione permiserunt, sapientissimè providentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret retractare, nullum contra singulos quosque errores, stabilem perfleret ecclesie constitutum, ac semper iisdem futuribus recidiuis, omnis integra definitio turbaretur. Hęc Gelasij sententia si quod meritò debet pondus apud omnes habere, putasne futurum ut vel aunderet quisquam, ea quæ salubriter in Constantiensis & Basiliensis concilio decreta sunt, auctoritate sua priuata retractare, vel si quis ausus esset, pij cuiusquam aures ei paterent? (Har.) Reuera si quod habere debet pondus auctoritas Gelasij, per eum id facere nemini liceret. (Ara.) Atqui si Gelasij valere noluisset auctoritatem in re non maximi momenti, nimirum in vsu specierum sacramenti Eucharistie, ex quibus non est salus, cur non ibi potius valere velle deberet, vbi totius Ecclesie salus & tranquillitas agitur? quæ certè in eo consistere videntur, ut quæ sunt de consensu omnium constituta, ea non modò conuellerent aut labefactarent, sed ne in dubium quidē reuocare priuata cuiquam liceat. Quis enim non videt, quæ sit ex eo rerum & humanarum confusio sequutura, si cuius arbitratu suo, secus aliquid de his, quàm in concilijs constituta sunt, decerne fas fuerit? Quid fide nostra incertius? quid institutis mutabilibus? quid ecclesie statu futurum est perturbatus? quis querendus, quis dubitandi finis erit expectandus? (Har.) Non possum quin tibi vera dicenti assentiar, sed obsecro te, damnaruntne ista duo concilia, vsu vtriusque speciei? (Ara.) Minimè gentium, sed aliquot ante sæculis receptum alterius tantum speciei vsu approbarunt, neque temerè mutandum esse decreuerunt. Nihil est in vtroque noui constitutum, sed quod moribus in vniuersa Ecclesia multo fuit antè receptum, id habendum esse pro lege decretum est, quam non liceret approbare, aut sine Ecclesie auctoritate pro libito mutare. (Har.) Atqui ego putabam inter damnatos Ioannis Hus articulos, etiam hunc fuisse, quod sub vtraque specie communicandos esse laicos censuerit. (Ara.) Erras Harpage. Nihil enim actus concilij Constantiensis reperitur. Alij fuerunt errores perniciosi, de quibus meritò damnatus est Ioannes Hus, quorum aliquos etiam defendere conantur, qui seipos hoc æuo nostro segregauerunt, nonnullos tamen iure fuisse damnatos, inficias ire non audent. Fuit Ioannes Hus videlicet hæreticus, & eius impios errores tuebatur, itaque iusta in eum damnationis lata est sententia. Verum cum ei multa alia legamus obiecta fuisse, de speciebus eucharistie sacramenti nullum esse verbum factum reperimus. Quinetiam narrat Aeneas Sylvius, quoad superstes erat Ioan, Hus, nondum errorem illum de sacra altaris irrepisse. Nouam autem hanc pestem attulisse Petrum Dresdensem, qui quoniam Valdensem læpra fuit infectus, patria pulsus, Pragam venit, persuasitque Iacobello cuidam qui fuerat ibidem à sacris cõcionibus, producto Euangelij loco: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: erratum fuisse grauitè ab Ecclesia Catholica, quæ speciei vnius tantum communionem laicos esse contentos iussisset. Hunc itaque Iacobellum primum fuisse qui publice populum admoneret, ne deinceps cõmunionem calicis, sine quo saluari nemo posset, quoquo pacto negligeret: Cui statim assensu sunt omnes hæretici, non mediocri gestientes lætitia, quod articulum in Euangelica lege fundatum inuenissent, per quem Romana sedis vel ignorantia vel nequitia argui posset: Neque solus id plus ille pontifex, fatentur idem etiam impij Picardi quorum in Apologia sua confessionis hæc verba sunt.

Verum & diuinarum & humanarum cõfusione ecclesie decretorum.

Concilium Constantiense & Basiliense nihil noui constituerunt.

Ioannes Hus hæreticus & videlicet.

In historia Bohemica, c. 35. Pavi Dresdensis hæresis.

Iacobelli peruersum dogma.

Impij Picardi.

Atque hic est Iacobellus ille, qui primus vtriusque speciei cõmunionem in Boemia exorsus est, iam tum Hullo ad concilium Constantiense accessit. Ex quibus verbis facile cuiuis liquere potest, quod sicut in Polonia nunquam, sic nec in Boemia quisquam ante Iacobellum vtriusque speciei cõmunionem laicus sit vsus vnquam. (Har.) Mihi verò pergratum est hæc ex te cognouisse, simul & illud intellexisse, quod multis ante sæculis quàm Constantiense concilium fuit celebratum, vtriusque speciei mutatus, & alterius tantum vsus est receptus. Verum quo tempore id factum esse putas? (Ara.) Non habeo quod pro certo possum affirmare. Sed ex quo tempore Germaniæ pars, quæ nobis est vicinior, Christi recepit Euangelium, ex eo vsu vtriusque speciei tacito quodam consensu totius ecclesie catholice fuisse videtur abrogatus. (Har.) Poterisne docere quæ ex causa? (Ara.) Quamuis in genere causæ aliæ nonnullæ proferantur, tamen cur sub id potissimum

potissimum tempus à calice vsu fuerit abstinere, coniectura magis assequi licet, quam de eo certum aliquid affirmare. Cui enim ea pars orbis Christiani, quæ vergit ad septentrionem, paulatim Christum agnosceret, & ad eius se corpus aggregare cepisset, quoniam in ea vini penuria laborabat (scimus enim quod ne nunc quidem plerique in locis vicinis coluntur in parte Germaniæ citeriore) ne qua esset in eius sacramento vsu inæqualitas, si duplici diuites, altera tantum specie pauperes vterentur, existimatum est ad Christianam caritatem pertinere, ut equaliter omnes alteram tantum, nimirum panis speciem sumerent. Cæteræ verò nationes, quæ vino abundabant, tantò minus grauatè fecerunt, ut à calice sibi temperarent, quod mereret si qua fuisset ritus diuersitas animaduersa in eo sacramento, per quod admirabili quadam ratione coniungimur, consociamur, & vnum Christi corpus omnes efficiamur, ne quam ea res, non magis animorum quàm opinionum quoque disunionem pareret, præsertim apud rudem adhuc populum, nec dum fatis fidei mysterijs imbutum. Itaque quod plures ex hac orbis parte, in qua nunc degimus, Euangelium Christi receperunt, hæc magis alterius tantum speciei vsu increbuit. (Har.) At ego me quosdam videre memini, qui quod à te dictum nunc est, id cachinno prosequuntur. (Ara.) Facile crediderim. Et enim hoc nostro seculo multos reperire licet, quibus quæ summa cum veneratione maiores nostri coluerunt, ea ridicula profus esse videntur. Sed sunt hi proculdubio ex eorum numero, qui cum habere se putent scientiam quæ inflat, charitate, quæ ædificat, sunt destituti: cuius cum nihil magis quàm Schismata detestatur, quæ haud aliter quam pullos gallina sub alas suas pios omnes congregare studet sub vno pastore Christo. Huius itaque vi adacti maiores nostri, diligenter sibi cauendum esse putauerunt, ne quod sacramentum est vnitatis, id causa fieret alicuius diuisionis & disidij, quod non ita facile licuisset effugere, si qua fuisset inter Neophitos & inter eos, qui multò antè Christum agnouerunt in tanti sacramenti cõmunionem diuersitas. Cæterum qui ridet hæc verba nostra, quid hi dicerent si audirent Albertum in Germania natum, neque sine causa magnum appellatum, ante annos propè trecentos in suo de missa tractatu dicentem, quod in terris vbi non habetur vinum, expediret ut dispensaretur, quod corpus Christi sine calice conficere possent corpus enim non est sine sanguine, anima & Deitate. Sic ille non sumendi tantum laicis, verum & conficiendi sacerdotibus sub altera tantum specie sacramentum eucharistie potestatem esse permittendam censuit, in his terris vbi vini penuria laboraretur. Mihi verò tua ista coniectura probabilis esse videretur, verum dic amabo, damnatusne est in aliquo concilio calicis vsus? (Ara.) Iam dixi. Verum quo certius rem omnem agnoscas, verba decreti vtriusque concilij proferam. In Constantiensi concilio pronuntiatum est his verbis: In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris & filij & spiritus sancti. Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerariè asserere præsumant, populum Christianum debere sacramentum Eucharistie sub vtraque specie panis & vini suscipere: & nõ solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim cõmunicent etiam post cœnam, vel aliàs non ieiuni, & communicandum esse pertinaciter asserant contra laudabilem ecclesie consuetudinem rationabiliter approbaram, quam tanquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc est, quod hoc præsens concilium sacrum generale Constantiense in spiritu sancto legitime congregatum, aduersus hunc errorem salutem fidelium prouidere satagens, matura plurius doctorum, tam diuini quàm humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit, & definit, quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit, sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentum, tamè hoc non obstante, sacrorum canonum auctoritas laudabilis, & approbata consuetudo ecclesie seruaui & seruat, quod huiusmodi sacramentum, non debet confici post cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis à iure vel ecclesia concessio, vel admissio. Et sicut hæc consuetudo ad euitanda aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta, quod licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraque specie, postea à conficientibus, sub vtraque & à laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur. Cum firmissimè credendum sit & nulatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinè, tam sub specie panis quàm sub specie vini veraciter cõtineri. Vnde cum huiusmodi consuetudo, ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & diutissimè obseruata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesie auctoritate pro libito mutare. Quapropter dicere quod hanc consuetudinem aut legem obseruare sit sacrilegum aut illicitum, censeri debet erroneum & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquam hæ-

Quæ de causa vsu vtriusque speciei in sacramento eucharistie ab ecclesia catholica abrogatus fuerit.

Eucharistie sacramenti efficacia.

Quidam hæc sculo scientia inflati, omnia ridendi quæ nostris maiores coluerunt. Matt. 23.

Albertus Magnus.

sessio. 13.

Censura concilij Constantiensis, super Eucharistie sacramento.

Post cœnam nõ communicandum nisi infirmis, & alterius necessitatis causa.

Consuetudo ecclesie pro lege habenda.

retici arceudi sunt, & graviter puniendi per diocesanios locorum siue officiales eorum, aut inquisitores hereticæ prauitatis in regnis seu prouincijs in quibus cõtra decretum hoc aliquid fuerit forsitan attentatum aut præsumptum, iuxta canonicas & legitimas sanctiones, in fauore catholicæ fidei cõtra hæreticos & eorũ fautores salubriter adinuertat. Hęc sunt verba Decreti cõstantiensis, in quo nõ calicis vsum profusus dånatur, sed eos tanquã hereticos videre licet reprobatos, qui pertinaciter assererent, sacrilegum & illicitum esse, laudabile Ecclesiæ consuetudinẽ obseruare, qua neq; cõficietur sacramentum hoc post cõnam, neq; sumebatur a fidelibus laicis, nisi ieiunius, & sub specie panis tantũ. Porro de vtraq; specie, nihil est in perpetuũ cõstitutum, verũ hoc tantũ, ne cui receptã consuetudinẽ pro libito mutare liceat. Sed Basiliensis quoq; Concilij decretum audiamus, cuius hęc verba sunt: Vt lucidius videatur, pro declaratione catholicę veritatis, quid circa perceptionẽ sacrę Eucharistię tenendũ sit & agendũ pro vtilitate & salute populi Christiani, post diligentẽ perscrutationẽ diuinarũ scripturarum sacrorumq; canonũ & doctrinarũ a sanctis patribus & doctorib; traditarũ, in hac sancta synodo lögis tẽporibus habitã, consideratisq; omnibus quę pro declaratione huius rei cõsiderãda fuerunt, & discernit & declarat eadẽ sancta synod; quod fideles laici siue clerici cõmunicãtes & non cõficiẽtes, non adstringuntur ex præcepto Domini ad suscipiendũ sub vtraque specie, panis scilicet & vini sacrũ Eucharistię sacramentũ. Sed ecclesia quę regitur spiritu veritatis secũ manente in æternum, & cũ qua Christus manet vsq; ad cõsummationẽ seculi, sicut ait diuina scriptura, ordinare habet quomodo ipsis nõ cõficiẽtibus ministratur, prout pro reuerẽtia ipsius sacramenti, & salute fidelium viderit expedire. Siue autẽ sub vna specie, siue sub duplici quis cõmunicet, secundum ordinationem seu obseruatiam ecclesię proficit dignẽ cõmunicantibus ad salutem. Nec villatenus ambigendũ est, quod nõ sub specie panis caro tantũ, nec sub specie vini sanguis, sed sub qualibet specie est integrẽ totus Christus. Laudabilis quoq; consuetudo cõmunicandi laicum populũ sub vna specie, ab ecclesiã & sanctis patribus rationabiliter introducta, & hæctenus diuinitimẽ obseruata, & a doctoribus diuina legis sacrarũ scripturarũ atque canonum multam peritiam habentibus, iam a longæuo tempore cõmendata, pro lege habenda est, nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate ecclesiã ipsam immutare. Hæctenus patres Basileę congregati. Vides autẽ & hęc vsque eo non dam natã speciem vtramque: vt disertis verbis scriptum sit, siue sub vna specie, siue sub duplici quis cõmunicet, proficere dignẽ cõmunicantibus ad salutem, hoc tantũ adiecto, vt secundum ordinationẽ seu obseruatiam ecclesiã faciat, siue cuius auctoritate, mutare cõsuetudinẽ ecclesiã, qua laici sub vna specie tantũ cõmunicantur, fas non sit. (Har.) Video, neq; satis mirari possum hoc illum nõ vidisse, qui nos de rebus incognitis differentes facit. Videtur is nec prius illud nec posterius decretũ hoc legisse vnquam. (Ara.) Si legisset, inanem hanc operam nõquam sumpisset in eo tãta contentione astruẽdo, quod nunquã damnatum esse reperitur. (Har.) Sed queruntur tamẽ multi cũ sub vtraque specie Christus hoc sacramentum instituerit, eius institutionem, alteram tantũ sumendo violari. (Ara.) Non est violata Christi institutio Harpage. Sicut ille cõficiendum, post consecrationem offerendum, oblatione facta sumendum instituit, sic & non aliter ab omnibus, qui sacris operantur, obseruari videmus. (Har.) Ergo tu verba illa, Bibite ex hoc omnes, ad solos pertinere sacerdotes existimas? (Ara.) Non ira ad solos sacerdotes pertinere cõseõ, vt illicitum laicis profusus esse calicis vsum cõtendamus, dummodo non priuata cuiusque libidine, sed publica totius ecclesiã auctoritate vsurperet. Verũ quod in Concilio Basiliensi patres decreuerunt, id indubitatẽ esse verum assero. Quod fideles laici, siue clerici cõmunicãtes, & nõ cõficiẽtes, non adstringuntur ex præcepto Domini, ad suscipiendũ sub vtraque specie, panis scilicet & vini sacrũ Eucharistię sacramentũ. Itaque si quid est, in illis verbis præcepti, Bibite ex hoc omnes, quo tanquam necessariũ ab bibendum ex calice compellantur omnes, ad solos id sacerdotes pertinere dico. Non quod alijs tanquam illicitus calicis vsum, a Christo fuerit prohibitus, sed quod quoad laicos nullum, quod ad sacerdotes sacris operantes omninõ præceptum est de calice sumendo necessarium. His enim aliter fas non est conficere quã sub vtraque specie nec aliter offerre, nec oblatione facta sumere. (Har.) Nullum igitur tu Christi præceptum esse putas de sumendo necessario calice ab omnibus etiã laicis? (Ara.) Nullũ. Neque verõ solus ego. Etiam in quorũ tu partis es, Lutherus, Philippus, Bucerus & alij non nulli, mecũ hac in parte, vel cum catholica potius faciunt. (Har.) Noli me partis alicuius esse dicere. Nã nisi catholice cum catholica potius faciunt. (Har.) Noli me partis alicuius esse dicere. Nã nisi catholice cum catholica potius faciunt. (Har.) Noli me partis alicuius esse dicere. Nã nisi catholice cum catholica potius faciunt. (Har.) Noli me partis alicuius esse dicere. Nã nisi catholice cum catholica potius faciunt.

Pro reprobis habendis qui laudabili ecclesiæ consuetudine obliuiscuntur.

Secundo, 30.

Ecclesiæ regitur spiritu veritatis. Ioan. 14. Matt. 28.

Secundum ordinationem seu obseruatiam Ecclesiæ omnia nostra fieri debent.

Christi ordinationem non violari, cum altera tantum specierum sumitur a laicis. Non illicitus calicis vsum laicis, dummodo publica totius ecclesiæ auctoritate vsurpetur.

Sacrificis non aliter fas est corpus dominicum conficere, offerre, aut sumere quã sub vtraque specie.

Verba Lutheri de alterutra specie sacramenti Eucharistię sumenda.

disertaverba Lutheri. Quãuis pulchrum quidem esset vtraq; specie Eucharistię vt, & Christus hac in re nihil tanquam necessarium præcepit, præstare pacem & vnitatẽ, quam vbiq; Christus præcepit, sed tãri, quã de speciebus sacramenti cõtendere. (Har.) Mihi verõ si scripsit hæc Lutherus, pia cum primis & catholico viro digna sententia videtur. (Ara.) Scripsit, hæc & aliũ libellũ edidit quẽ vocat Eucharistię declarationẽ, in eo verbis istis vtitur. Nõ dixi neq; cõsultui, neque est intentio mea, vt vnus vel alij quot Episcopi propria auctoritate alicui incipiant vtramque speciem porrigere, nisi ita conuinceretur & mandaretur in concilio generali. (Har.) Opportuit hæc scripsisse Lutherum prius quã spiritus numine afflatus. (Ara.) Nondum omnes illos cum satana falsis modis consumperat, quos potestã se commedisse gloriatur. (Har.) Nunquid ab eo diuersum scripsit postea? (Ara.) Imõ quod ex diametro, planẽ cũ hac sententiã pugnet. Neque enim sibi sicut in alijs rebus, ita & in hac vnquã constitit, collegit cuius quidẽ Halensis homo laicus Gaspar Quethamer, triginta sex loca inter se pugnantia, super vno duntaxat hoc articulo, qui est de communione Eucharistię, sub vna aut sub vtraque specie. Neque verõ propterea diuersim scripsit, quod secus postea sentiret quam initio senserat, sed vt odium suum expleret. Nam cũ frater quidam eius hac de re sententiam oppugnasset, in libro de captiuitate Babylonica, sic de eo scripsit. Rogas forte quãnam furie hominem agitent, aut contra quem scribat, cùm ego non damnarim vnus speciei vsum, & Ecclesię iudicio reliquerim vtriusque vsum statuendi. Ac nonnullis interiectis curaturum se scribit, vt dum gloriosissimi doctores de vna aliqua eius hæresi triumphant, ipsi interim nouam moliantur. Mox hæresim profert, seque pollicetur ostensurum omnes esse impios, qui vtriusque speciei communionem laicis denegant, & post pauca manifestẽ indicat, se non ex animi sui sententiã, sed prouocatum ac per vim raptum in hanc arenam descendere. Sic fatetur ipse. Non quod sententiã se scribere, sed quod ita & odium pestimi consulators, suscipiens, quorum vi quadam impulsus prioribus contraria scripsit. Quid enim aliud sibi voluit illa verba prouocatus: imõ per vim raptus? Magna vis est impotentis iræ atque odij, cui cũ resistere non posset, contra animi sui sententiã illa scribere fuit coactus. Atqui certum est illud, omnes homines qui de rebus dubijs consultant, ab odio, misericordia, ira vacuos esse debere. Et Paulus nihil per contentionem agi vult. Cũ ita per contentionem egerit Lutherus cum ira, atque odio suo nimio plus indulerit: Cũ (vt ipse fatetur) prouocatus & per vim raptus, prioribus contraria scripsit, quis dubitauerit illis potius eius scriptis fidẽ habere vbi sedato animo causam egit, quã vbi scripsit prouocatus & per vim raptus? cũ nihil officiat magis inuestigandẽ veritati quã ira, quã contentio, quã odium, vt non sine causa quidam dixerit:

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Ac vide quõ tandem illius Furor sit progressus. Qui prius in cõcilio statui cupiebat, vt sub vtraq; specie sacramentũ Eucharistię sumere liceret, is postea quã plus quã falsis modum cum satana comedit, ausus est in hæc verba prorumpere. Si quo casu concilium staueret, minimẽ omnium nos vellemus vtraque specie potiri, imõ tunc primum in despectum concilij vellemus, aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri & eos planẽ anathema habere, quicunque talis concilij auctoritate potirentur vtraque. Potuit ne dici quicquam arrogantius, aut his quę prius ab eo scripta fuerẽ magis contrarium? (Har.) Posterioribus autem melioribus. Itaque si quid antea fuit ab eo minus considerate scriptum, id si postea correxit, quis est qui hoc ei crimini rectẽ dare queat? Sed nec arrogantia meritõ potest accusari, qui vt pluris fieret, quod ab hominibus quam quod ob ipso Deo foret institutum, ferẽdum esse non putauit. (Ara.) Atqui quod ita sacramentum hoc a Christo institutum, vt ab omnibus etiam laicis necessario sub vtraque specie sumi debeat, id cum ipse paulõ antẽ negauit, tum negat etiam nunc vniuersa catholica ecclesiã, quã nõ vsum, sed necessitatem vsum vtriusque speciei condemnasse videtur. Quum igitur certum sit, nihil Christum hac de re tanquam necessarium præcepisse, quod aded queratur incircumcisus iste Philistens? Verũ intellexit is proculdubid nihil referre, alterã tantum an vtraque specie sacramenti potiaris, & esse de eo quod in hac parte magis expedit, liberam penes ecclesiã statuendi potestatem. Quomiam autem illius iudicio se damnatum hæresios esse videbat, omni ope contendit & elaborauit, vt illius auctoritatem quã posset maximẽ labefactaret, & eam despicatissimam apud omnes redderet, simul hominibus persuaderet in flatis sensu carnis suę, totius orbis iudicio, suum vnus iudicium anteponerent, vt quod ipse diceret, spiritum vitæ crederent, quod auctoritas ecclesiã tradidit, quod populus Christianus amplexus est, id exitiabile Saranæ venenum esse persuasum haberent.

Gloriatur Lutherus cum satana plures falsis modis comedisse.

Ira est odium Lutheri in summum pontificem.

Phara scribere coactus fuit Lutherus contra animi sui sententiã impotentia quadam ira atque odij. Philip. 2. Tit. 2. Iaco. 3.

Cato.

M. Lutheri in sede inconstantia, & contrarietas.

Suo iudicio se damnatum hæresios esse vidit Lutherus. Damnanda hæreticorum persuasio.

Itaque longe diuersum spectauit pro sua libidine mutans, in huius sacramenti communione receptam ecclesie consuetudinē ab eo quod in eius institutione spectauit Christus. Quid enim hic aliud, quam quod ab Aug. scriptum est mysterium pacis & unitatis in hac mensa consecrauit? Contra, quid aliud Lutherus, quam cuius rei mysterium sacramentum hoc esse Christus voluit, pacem & unitatem ut rumpere, ut quam plurimos à Christi corpore sancta ecclesia segregaret, in sacramenti huius ritu mutando laborauit? Non ignorauit ille nihil ad salutē referre sub vna quis an sub vtraque specie sacramentum hoc sumeret, modò secundum ordinationem & obseruantiam ecclesie id faceret: sed quoniam erat ex eorum numero, de quibus aliquando Paulus prædixit. Scio quòd intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in eos, non parcentes gregi: & ex vobis exurgent viri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se: hæc illi præcæteris via vita est commodior qua possit abducere discipulos post se, si tragica quadam vociferatione persuadere credulis potuisset institutionem Christi violatam contra præceptum eius ventum esse, dum effusus Christi sanguis sublaro calice laicis est ademptus. Hoc & nihil aliud ab eo quæsitum esse, dum tanta contentione receptam ecclesie consuetudinem oppugnare nititur, certius est, quam ut vllus ambigendi locus esse queat. Quo minis autem dubites Lutherum à dīāpopoy semper iudicasse, altera quis an vtraque sacramenti specie iteretur, etiam discipulus eius Philippus, sicut edere suillam aut abstinere à suilla, sic alterutra signi parte vti (hanc enim quam receptam ecclesie vocem ne quid habere cum catholicis commune videretur usurpare maluit) medium esse scribit. (Har.) Vbi scribit hæc Philippus? (Ara.) In locis communibus: (Har.) Atqui diligenter locos illius communes legi, nec id vsquam ab eo scriptum reperiri. (Ara.) Nihil mirum quod annis enim dogmata sua mutat, ita ut nouissima cum primis multis in locis pugnare videantur. Si legis Hypotises ab eo recognitas, quas ante cōplures annos scripsit, ibi reperisses. (Har.) Atqui mendacij proprium hoc esse volunt, sibi non constare. (Ara.) Quid autem aliud nisi mendacium loquitur, qui de suo loquitur? Istos autē de suo loqui dubium non est, cum suo non ecclesie Catholice sensu scripturas interpretantur. (Har.) Quid autem Philippus? Adhucne persistat in sua sententia, medium ut id esse putet? (Ara.) Oppugnauit is quidem aliquot in locis vsuum alterius speciei, sed in priuatis, tamen colloquijs & concilijs non ratò eorum suis discipulis confessus est, quòd sit indifferens. Cum quē nonnulli Catholici ex eo quæsisserent, num salua fide religioneque sua, altera tantum sacramenti specie vti possent, citra dubitationem vllam posse respondit. Quòd ille responsum dedisset nunquam, si quòd ea de re tanquam necessarium à Christo præceptum esse iudicasset, cum quòd à Deo præceptum est, indifferens haberi non possit. Vis autem audire quid ea de re Bucerus quoque senserit? In colloquio Ratisponensi, quòd habitum est ante annos plus minus quindecim, inter alios articulum hunc a sensu suo comprobauit. Ad controuersiam, quæ est de vna aut vtraque specie tollendam, cum primis conditurum, ut sancta ecclesia liberam faceret potestatem, sacramentum hoc in vna vel in vtraque specie sumendi. Ea tamen lege, ut nulli per hoc detur occasio, quem vsuum tanto tempore retinuit ecclesia, temerè condemnandi aut inuicem iudicandi. Certè qui liberum esse vult: sub vna aut sub vtraque specie sacramentum percipere, non obscurè videtur iudicare, nihil ea de re tanquam necessarium à Christo præceptum esse. Sic videre licet quicunque sunt apud eos qui segregauerunt semetipsos aliquo iudicio prædixi, quòd hi citra dubitationem aliquam intelligunt nihil referre sub altera quis an sub vtraque sumat Eucharistiam. Sed si receptum Ecclesie morem acius nonnunquam oppugnant, faciunt id non quòd in eo retinendo peccati sentiant, sed quòd hac via potissimum efficere se posse persuasum habent, ut homines adducant, quominus grauatim à Christi corpore à sancta Catholica Ecclesia se præciant. Neque enim illud non perspicunt, quòd initium discessionis factum non fuerit, quia sunt alia multò duriora, à quibus piorum omnium aures adhorrent, ea nulla ratione persuaderi à se posse, sed quos in eius sacramenti vsu, quòd signum unitatis, & vinculum charitatis est, à recepto Ecclesie more discessisse vident, eos idoneos iudicant, quibus omnes alios grauissimos errores inculcent. Quamobrem hoc iacto fundamento discessionis, & sacerdotium & sacrificium euerunt, & Deum ipsum ex hoc sacramento tollunt, aut nullum, aut certè non incarnatum, sed inpanatum in eo Christum esse blasphemantes. Iam ergo quòd sit eorum institutum in veteri ecclesie ritu tanto conatu oppugnando perspicis. Professorem autem etiam Bohemi cuiusdam testimonium ante centum viginti annos & amplius hac ipsa de re conscriptum. Est is Ioannes Przybxam, qui cum ex verbis Christi, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in

tam in vobis, vsuum vtriusque speciei conatus fuisset approbare, his tandem verbis v. sus. Veruntamen hic Deum timens, & mores impios aliorum precauens fateor, quòd quælibet personas de Ecclesia communioni fidelium sub vtraque specie repugnantes, damnare aut harericare non intendo. Atqui si præceptum est Dei ut sub vtraque specie sumatur Eucharistia, quid est quòd ipse Dei timore prohiberi se dicat, quominus mores aliorum impios imitatus eos damnet qui huic communioni repugnant? Cum certè qui contra præceptum Dei venerit, meritò damnari debeat. Quamobrem vel huius quoque testimonio à dīāpopoy est, altera aut vtraque sacramenti specie vti. Vis autem vtriam Græcorum testimonio proteram quibus planum faciam, quòd & ipsi à dīāpopoy id esse iudicauerunt? (Har.) At vtuntur vtraque Græci. (Ara.) Vtuntur: quòd maius pondus eorum testimonium habere debet. Non ignoras proculdubio quanta fuerit inter Græcos & Latinos animorum acerbitas, quemadmodum illi à Latinorum communione se præciderint, idque propter vnā voculam ad Symbolum Constantinopolitano adiectam, quos vsque eo abominabantur, quemadmodum in actis Lateranensis concilij scriptum esse dicitur, ut si quando sacerdotes Latini super eorum altaria celebrassent, non prius ipsi sacrificare vellent in illis, quam ea tanquam per hoc innata lauisent. Quin & Baptizatos à Latinis, ausu temerario rebaptizare præsumebant. Quos itaque tanto persequerentur odio, num eos prætermitturos fuisse putas, si qua in re violata Christi institutionis conuincere Latinos potuissent, quin id sedulo fuerint facturi, quòd iustiorē habere causam possent eos persequendi & ab eorum communione separandi? (Har.) Verisimile est quòd dicis, nihil eos intentatum relicturos fuisse. (Ara.) Atqui si Florentinum concilium legeris, ante centum & amplius annos habitum, hac sola de voce, filioque ad Symbolum Constantinopolitanum adiecta, longam fuisse disceptationem videbis: de Sacramenti Eucharistie vsu, ne iota quidem reperies. Aded homines illi & docti & ingeniosi, nihil ad rem pertinere putauerunt, vterentur laici calice necne: plus aded possum in eo iudicauerunt in azymone an in fermentato pane Christi corpus conficeretur. Itaque de hoc fuit non nihil controuersie, de speciebus sacramenti prorsus nihil: decretumque est quòd ad azymum attinet, si- cut suo Latinos, sic suo quoque ritu Græcos rectè conficere. Quin & in Lateranensi concilio fuit constitutum, ut mores & ritus Græcorum quantum cum Deo possent Latini sustinerent. Aded nullum in eo visum est committi piaculum, quem vel hi vel illi ritum obseruarent. Cùm autem (sicut paulò antè commemorauit) tantopere Græci euperent à Latinis esse disuncti, ac Vatiano quodam odio eos persequerentur, quos etiam pro schismaticis habebant, nunquid aut ingenium illis defuisse putas, aut eloquentiam, qua planum omnibus facere potuissent, quàm horrendum ab eis flagitium fuerit designatū, qui non modò nō custodierint quod fuit apud eos depositum, verum etiam verbum institutionem contempserint, & conculcauerint, qui Dei filios ab effuso sanguine, sine quo nō est remissio peccatorum prohibuerint, & eos à poculo quòd Christus ipse bibi iussit, arcerint? Nunquid non hæc & hoc genus alia tragicis verbis exaggerare potuissent? Et certè non deerat in illo Florentino Concilio vir inter alios & doctus & eloquens Marcus Ephesus, implacabili quodam odio flagrans erga Latinos, cuius non alia in re cura consumebatur omnis, quàm si qua ratione potuisset efficere ne cōueniret inter Græcos & Latinos, cum se mori prius paratum ostenderet, quàm vrei decreto subscriberet, quòd vnanimi sententia Græcorum & Latinorum omnium de Spiritus sancti processione fuerat promulgatum. Cùm is videret, quòd ad hunc articulum, nihil se posse proficere, nonne latissimum habuit campum exclamandi contra mutatum in Eucharistia Christi institutum, contra præceptum eius violatum, contra sumum à Christi latere sanguinē, Dei filijs ereptum, ut vel hanc solam esse iustam causam diceret, quamobrem pro schismaticis & hæreticis Latini & occidentales omnes haberentur, & ab eorum communione Græci vel eousque abstinerent, dum eorum laicis calicem restituerent? Crede mihi, nec animus illi, nec ingenium nec verba defuissent, si quid rectè dici cōtra rotius occidentis receptum vsuum in Eucharistia perceptione potuisset. Quem ignorare non poterat, cum paucis ante annis Constantiensis, & modò sub illud ipsum tempus, Basiliensē concilium fuerit habitum: in quibus duobus concilijs, quòd in nullo alio factum antea legimus, multa fuit de vsu sacramenti huius quæstio. Cæterum sicut alij Græci plerique omnes, sic & Marcus hic Ephesus quātocumque erga Latinos odio flagrabat, nec præceptum tamen vllum de calice necessariò sumendo à laicis extare, nec vlla ex parte si ab eo abstineretur, ventum esse contra Christi institutionem intelligebat, atque ided veltia verba cum Latinis hanc quidem ob causam cōmutare visum illi non est. (Har.) Aliquid mihi tu dicere videris, & permouit animum

Lutheri consuetudo

Aff. 10.

Lupi rapaces

Philippus Melancthon discipulus M. Lutheri.

Quotannis dogmata sua immutat Philipp. Melancthon.

Ioan. 8.

Quod à Deo præceptum est indifferens haberi non potest. Bucerus.

Iacto fundamentum discessionis ab unitate ecclesie, quod superfluum hæretici.

In lib. de professione fidei Catholice. cap. 19.

Græcorum hæresis de communione Sacramenti Eucharistie.

Græcorum & Latinorum acerbitas. Cap. 4.

Græcorum ausu temerarius.

Concilium Florentinum.

Græcorum cōtrouersia circa corpus Christi conceptio nem.

Marcus quidam Ephesus, implacabilis in duo flagrans in Latinos, in concilio Florentino.

Nulli præcepti de calice necessario sumendo à laicis, nec si ab eo abstinerent, cōtra Christi institutionem fieri.

Matt. 26.
Mar. 14.
1. Cor. 11.

Nihil tanquam necessarium omnibus laicis à christo præceptum

Magno se scelere obstringit, qui consecrati in ecclesia obliuiscuntur.
Rom. 14.
De præcepto & dispensatione.

Si patribus carnis debetur reuerentia, merito maior debetur communi matri omnium Ecclesie.

Fieri non potest ut à sponsa suo christo, sponsa dissideat ecclesie mater nostra.

Matt. 4.
Luc. 2.
Matt. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
Ioan. 13.
In ser. de cœna Christi.
Li. 5. de Sacramento. cap. 11.
Ioan. 13.
Christi exemplum.

Nulla præcepta in veteri & noua lege mutata, vel non obseruata.
Iosue. 1.
1. Ad. 3.
Num. 21.
Ioan. 3.
4. Reg. 18.
Deut. 10.

meum hæc oratio tua vehementer: sed interea tamen etiam ipse fateri necesse habes clara esse Christi verba, Bibite ex hoc omnes. (Arat.) Fateor esse clara: verum & illud clarum esse, tu quoque negare non potes, quod hi omnes quibus hoc dixit Christus, non fuerunt omnium Euangelistarum testimonio qui cœnam Domini describunt, nisi duodecim Apostoli, de quibus dicit Marcus, quod biberunt ex eo omnes. (Har.) Quid igitur inde colligis: institutionem cœnæ dominicæ ad solos pertinere sacerdotum? (Ara.) Non hoc Harpage colligo. Verum quod ipse falsus est nulla prouocatus ira Lutherus, quod Græci, quod qui ante centum annos ab ecclesia Dei se præciderunt Boemi fateri videntur, nihil tanquam necessarium omnibus laicis à Christo esse præceptum de vtraque specie sacramenti percipienda: nisi forte totum Christianum orbem cœcutire, te verò solum videre putas. (Har.) Quantum ego te dicentem intelligere mihi videor, indifferens esse centes alterane an vtraque sacramenti specie laici potiantur. (Ara.) Natura quidem sua eiusmodi est, vt nihil ad salutem adipiscendam referat sub vna quis an duplici specie communicet: sed posteaquam Ecclesie decretum intercessit, quod recepta consuetudo hoc pro lege sit habenda, iam indifferens esse desinit: quin magno se scelere obstringit, si quis venire contra legem hanc ausit. (Har.) Quid habet ea res iniquitatis, si quis de eo quod natura sua indifferens est, quod sibi magis expedire visum fuerit, id faciat, & in suo quod Paulus ait sensu abundet? (Arat.) Bernardi tibi verbis quæ meis respondere malo, viri tum docti, tum pii. Licet per se, inquit ille, ipsa iniuncti operis qualitas innoxia sit, adiunctæ tamen auctoritatis pondus obnoxium mandatum, & peccato facit obnoxium. Simul vt enim lex aut præceptum eorum accesserit, qui cum potestate versantur, quæ præstaretur, necne, nihil prius intererat, ea postquam illa sunt, sine periculo non præstari nequeunt. Verbi gratia. Rus vt colat, vt in forum eat, vt domum custodiat, aut si quid aliud est eiusdem generis, nulla diuina lege facere filius obligatur, sed hæc ipsa tamen solo præcepto parentum accedente, veniunt in obligationem, vt si contumax filius esse perrexerit, non iam contra mortalem patrem, sed contra Deum peccat immortalem, qui filios parentibus morigeros esse iussit. Quæ autem præcepti, eadem est & interdicti ratio. Cæterum si carnis nostræ patribus tanta debetur à nobis reuerentia & obedientia, quantum maior debetur communi matri nostræ omnium ecclesie, quæ nos Deo seruat, quæ filios regno quos generauit, assignat? quantum grauioris peccati reus est qui contra præceptum illius aut interdictum venire audeat? Non igitur in vltu alterius aut vtriusque speciei, sed in eius præcepti transgressione peccatur, quo iubemur honorare patrem & matrem, Deum & ecclesiam, & eius dicto audientes esse. (Har.) Quid si diuersum præcipiat mandat à patre? (Ara.) Quid si cœlum ruat? fieri nulla ratione potest vt à spòso suo Christo, sponsa dissideat Ecclesia mater nostra. (Har.) Atqui certum est vtramque speciem Apostolis Christum porrexisse. (Ara.) Certum: at quod ad eundem modum omnibus alijs porrigere iusserit, certum nõ est. Quin illud certum est potius quod quadraginta dies ieiunauerit, vos nihilominus quadraginta dierum ieiunium prorsus omne sustulistis, in eo solo vt de eius calice bibatis. Christum vobis imitandum proponitis. Christus circumcidi se fecit, nunc nemo circumciditur. Christus pransit hoc sacramentum dedit, vos itidem vt Catholici non datis nisi ieiunis. Christus in azymo confecit, in fermentato Græci, necessi qui tria verba cum eis propterea commutanda putet. Christus cœna facta, laici pedes discipulorum, vos risu prosequimini si quis hoc genus caremonie velit obseruare. Atqui Bernardus lotionem hanc magnum vocat sacramentum, quod ante eum quoque sic appellasse videtur Ambrosius. Cyprianus verò, cum Christum lauit pedes Apostolis, hoc eum solenni deuotione omni tempore agendum instituisse scribit, quod etiam illa verba non obscure videntur iudicare, si ego magister & Dominus laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Non minus expressum hoc esse mandatum videntur de laudis pedibus, quam illud, bibite ex hoc omnes & tamen tantum abest vt vos illud obseruari velitis, vt si quis etiam pius id faciat, eum cachinno prosequendum putetis, in solo calicis vsu tam estis anxie superstitiosi. Quam multa autem recensere liceret, cum in veteri tum in noua lege præcepta, quæ vel mutata nonquam vel non ita sunt anxie obseruata? Nihil dicam de circumcissione sublata, de Sabbato in diem dominicum, præter vel (quod alicui videri possit) contra præceptum Dei translatum, nec illud commemorabo: sub lege quoque circumcissionem in deserto, sabbati sanctificationem, ingruente bello fuisse à Machabæis intermissam. Nõne Moyses ex præcepto Domini posuit serpentem æneum, cuius etiam in Euangelio fit mentio, quæ postea fregit Ezechias? Nõne manifestum Dei præceptum est, Nõ occides? perdidit nihilominus Phinees duos,

nees duos, quos simul occidit contra præceptum hoc, & à Deo laudatur. Saul contra plebicum, quod Agag regem pinguisimum non occiderit. Sed ad Sacramenta nostra veniamus. Nõne Christus apertè dixit: Ite docere omnes gentes, baptizantes eos. Vos itidem, vt nos, baptizatis eos, qui non docentur atque ad eum qui nec doceri possunt. At Gregorius Nazianzenus quem Theologum Græci vocant, & si baptizati infantes, maxime si periculum imminet, non prohibet, Consilium tamen dat, vt qui sunt extra periculum constituti, saltem triennium plus minus expectent, vt mysterium aliquid audire & respondere queant, & si non perfectè, saltem singulariter intelligant, atque ita sanctificent animos & corpora magno isto sanctificationis mysterio. In qua sententia fuit Ioannes Chrysostomus, aut quisquis ille fuit auctor operis imperfecti in Matthæum. Sic his quoque non postremi nominis Theologis visum est prius vt docerentur baptizandi, quo Christi præcepto satisfaceret, quod clarius esse videtur, pro his qui baptizandos infantes esse negant, quam quod adferunt hi pro se qui pro calicet antoperè pugnant. Iam verò iussit Christus baptizare, nunquid seruatur id apud omnes? Quid est aliud baptizare, nisi immergere? At quum alijs multis in locis, tum in patria nostra præsertim, non merguntur infantes, verum perfunduntur tantum. Non desuerunt autem etiam Cypriano seculo, qui sic perfusos etiam pro baptizatis habendos esse non putabant. Quos ille reprehendens, negat in vsu Sacramenti sic esse gratiam externis ritibus alligatam, vt non totum credentibus, conferant diuina compendia. Sed & forma baptizandi, quam Christus ipse præscripsit, nunquid exactè fuit ab Apostolis obseruata, quos non in patris & filij & spiritus sancti, sed in solius Christi nomine baptizasse legimus? Si quidem Christi appellatio, sicut à Basilio scriptum, & ab Ambrosio videtur esse repetitum, totius deitatis est professio. Quippe quæ simul declarat, & Deum patrem qui vnxit, & filium qui vnctus est, & spiritum sanctum qui est vnctio. Et reperit est nostro seculo, qui diceret quod Christus non collocavit fundamentum Baptismi sui super certis literis, syllabis & dictionibus, nec alligauit nos ad certa verba. Non enim instituit magiam, quæ ad certam verborum formam, & ritum alligata est. Sed instituit celestia sacramenta, quæ constant sua ipsius sententia & voluntate ipsius vel illis verbis nobis significata. Quod negat ad certam formam alligare nos Christum voluisse, quamuis eam exigere eum seridè videatur. Quod verò visum fuit spiritui sancto vt abstinere homines à contaminationibus simulacrorum, & suffocato, & sanguine, nunquid vel nunc obseruatur, vel ipforum etià Apostolorum temporibus, per omnia fuit ab omnibus obseruatum? Prætereo nunc illa quæ minutiora videri possunt, quod virum apertum, mulierem velato capite vult orare Paulus, num & hoc apud omnes in vsu esse videmus? (Har.) Quantum ex hoc sermone tuo colligere licet, nullum esse nefas putas contra Dei præceptum venire. (Ara.) Non ita infansio vt hoc putem. Verum quod ante centum & amplius annos à quodam viro pio & docto, cum hoc ipsum genus argumenti tractaret, scriptum est, idem tu quoque tibi dictum esse puta. Nullus, inquit ille, fidelis Catholicus dicit, dictum hoc Ioannis: Nisi manducaueritis, &c. vel alia mandata Christi non esse seruanda: sed Catholicus dicit, quod vniuersalis Ecclesia melius intelligit, quæ sunt Christi mandata, & qualiter sint seruanda, quam Hussita. Iamne rem intelligis: An vis vt exemplis etiam illustriorem reddam? Proferam vnum & alterum exemplum. Dictum est: Nolite iurare. Hic dicit aliquis ex fratribus Vvaldensibus (vulgo Picardos vocant) esse Christi mandatum, vt ne quisquam omnino iuret quacunque ratione, idem ex causa. Respondet Catholicus: Non tam esse mandatum quam consilium: aut si mandatum sit, hoc esse mandatum vt ne iuret per cœlum aut terram, non autem vt ne iuret per Deum, consuetudinemque iurandi potius quam iuramentum his verbis interdictum esse, præcipue si quis non voluntariè, sed necessitate coactus, verum iuret. Similiter: Non occides, Picardus videtur, vt etiam præcepti iudicio neminem sit fas occidere, id verò negat vniuersa Catholica Ecclesia. Ad eundem modum & illud quod à Christo dictum est: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te, si quis ad literam intelligere velit, sicut facere Picardos fertur, quorum etiam nonnulli oculos sibi eruisse dicuntur, Catholicus & si Christi mandatum hoc esse non ibit inficias, sic tamen vt Picardi volunt, intelligendum esse negabit. Verum audi Harpage quod sit præceptum Dei, neque toties illud nunc deinceps obijctio. Vnicum est Dei præceptum, dilige. Verbum est abbreviatum, Dilige, inquit Augustinus, & fac quod vis. Ad hoc vnum præceptum referuntur omnia quæcunque de rebus siue tribus exterius constituta sunt: de quibus nullam ferè præceptum est adeo necessarium, quod, si res postulat, non cædat aliquando charitati, quæ sola necessaria est. Nam absq; Sacramentis, modò ne quis ea contemnat, saluus ho-

Num. 25.
1. Reg. 15.
Matt. 28.

In oratione, in sanctum Iacuram.

Elom. 49.
Adulter prius docendi Christi mysteria quam baptizandi. Baptizare quid.

Lib. 4. Epistolæ 7.

Act. 8.

De spiritu sancto, cap. 12.
Brent. in Ca. thec. suo.

Act. 15.

1. Cor. 11.

Dan. 5.

Iacob. 5.

Vvaldenses dicit vulgo Picardi.

Deut. 20.

Matt. 5.

In Epistola Ioannis Tract. 7.

Notandum.

mo fieri potest in necessitatis articulo: absque charitate, etiãsi millies omnia sacramenta perceperit, saluus esse nemo potest, vt rectè dictũ sit à Thoma Aquinate, quod omniũ actuum humanorum regula, lex est charitatis diuine. Quod vidit etiam Lutherus, qui cum nondum in sensum reprobum datus fuisset, ijs verbis, quorum antè paulò meminimus vsus est. Quoniam nihil de vtraq; specie tanquam necessaria præcepit Christus, præstare pacem & vnitatem, quam vbiq; præcipit Christus, sectari, quàm de speciebus sacramenti contendere. Quæ (malum) est, ista tua Harpage religio? trepidare timore vbi timor non est? Certum est & indubitatum etiam illis ipsi consentientibus qui segregauerunt semetipsos, quòd nihil de vtraq; specie, tanquam necessarium, Christus præcepit: certum est & indubitatum, quòd pacem & vnitatem vbiq; præcepit, nonne culicem colare, camelum autem deglutire videris, qui contra id venire non audes, quod nusquam Christus præcepit, cõtrã illud verò minimè reformidas, quid vbiq; tanquã necessarium ad salutem Christum præcepisse constat? Contra pacem, sine qua, sicut Paulus ait, nemo videbit Deum, sine vtraque specie multi viderunt Deum, & videbunt, nisi fortè putas condemnatos esse omnes qui sexcentis propè annis hie vixerunt, quibus Christi fides in Polonia recepta est: quorum neminem præterquam his superioribus vtraque specie vsum fuisse constat sine pace & vnitatem, quam nobis discessurus ex hoc mundo Christus ad patrem suum celestem quasi testamento legauit, neque vidit neq; videbit Deum quiscquam. Sed quòd magis tibi satisfieri queat, paulò diligentius Christi verba, quibus nos vrge, excutiamus. Si, cum dixit Christus, Bibite ex hoc omnes, præter Apostolos, quos tum bibere iussit, omnibus etiã alijs vt ex calice biberent præcepit, cur eos itidem & vos infantes ab eo arcetis? cùm præsertim vsus obtinuerit Ecclesiæ primitiua, vt ipsi sacramenti huius participes fierent, sicut apud Dionysium & Cyprianum, & Augustinum, Innocentium, Zosimum & alios videre licet? (Har.) Christus ipse videtur infantes arcere, qui cœnam in sui memoriam celebrari præcepit, vt qui memoriam Christi celebrare non queant, ab ea cœna excludi debeant. (Ara.) Quid si eadem hac ratione paruulorum quoq; baptismum Anabaptista conetur abrogare, & dicat: Christus ait. Qui crediderit & baptizatus fuerit. Euntes docete baptizantes: quam obrem qui doceri non possunt vt credãt, à baptismo excludi debent, nunquid ideo non baptizabimus infantes? scilicet quod vobis videretur Harpage rectum est: quod Ecclesiæ videretur vniuersæ, rectum non est. (Har.) Obsecro te, nunquid in eo Dialogo in quo fingimur esse colloquuti, non satis tibi rationes omnes confutatae videntur, quæcũq; ad approbandũ alterius speciei vsum allatæ fuerunt? (Ara.) Mihi verò nequaquam: etenim que primo loco sunt posita, doctõrum iudicio nihil ad causam pertinere videntur, neque enim propterea desitum est sub vtraque communicare, quòd æquè sub vna atq; sub vtraq; Christus integrè sumitur, sed magis hoc factum est, cùm ad effugiendam quadam pericula, tum ad abolendum errorem Nestorij, qui sub specie panis solam carnem Christi, sub specie vini solum sanguinem esse credebat: cùm Ecclesiæ veritas hac sit, quòd sub qualibet specie totus sit Christus viuus & integer, caro, sanguis, anima & diuinitas: & sub specie panis totus est Christus viuus & integer, & sub specie vini non est tantum sanguis, sed totus Christus viuus & integer. Vt igitur huic errori obuiam iretur, & mentibus fidelium rei veritas magis imprimeretur, quòd sub qualibet specie totus est Christus, dum id non solum verbo, sed etiam ipso signo indicaretur, visum est vtilè sub vna tantum specie sacramentũ hoc Eucharistiæ ministrare. Effaciũs enim imprimitur, quando cum doctrina, quæ verbis fit, signũ etiam coniungitur quod sensu percipitur. (Har.) Quòd si in populi communione tollitur calix, causa hæresis huius, cur etiam non in presbyterorum? Certè hæretici idem cavillabuntur in sacrificantibus vesci eos mortuo corpore, quod sit sanguinis expers, quando quidem illi corpore non contenti, seorsum bibant sanguinem? (Ara.) Alia est Harpage ratio sacra operantium, alia eorum qui sumunt Eucharistiam extra sacrificium, siue sacerdotes hi sint, siue laici. Illis enim ex institutione, neque conficere neque confectum offerre, nec oblatum sumere Christi corpus licet, nisi sub vtraque specie, vt quod faciunt, præcepti necessitate quadam faciant, qua laici non tenentur, nihil præceptum est tanquam necessarium de vtraque specie sumenda. Quam obrem institutionem Christi mutare visum Ecclesiæ non est, sed ea salua, providere voluit, vt error hic tolleretur, solis à calice laicis artendis, quò sic planum fieret omnibus, his præsertim qui seduci facilius possunt, & propterea etiam signis externis id genus admoneri quæ præ cæteris necesse habent: verum interim est nos & viuum Christi corpus cum sanguine, anima, & diuinitate sub sola panis specie sumere. (Har.) Si nobis hanc licentiam permittimus vt propter hæreticos mutemus institutionem CHRISTI, quis tandem erit modus huius licentiæ? surgat hæreticus

Opusculo. 4.

Verba Lutheri de vtraque specie sacramenti. Pfol. 13.

Matt. 23.

Sine pace nemo vquam Deum visum est.

Ioan. 14.

Bibite ex hoc calice omnes, quomodo est accipiendum.

Matt. 16. Matt. 28.

Hæretici id vultum esse quod sibi videntur: quod verò Ecclesiæ videntur vniuersæ, non rectum putant.

Quare desitum est sub vtraque specie communicare.

Ecclesiæ veritas de Sacramento Eucharistiæ.

Signum cum doctrina coniunctum, efficacissimum.

Alia ratio sacra operantium, alia eorum qui sumunt Eucharistiam extra sacrificium. Viuum Christi corpus cum sanguine, anima, & diuinitate sub sola panis specie sumitur.

reticus quispiam, qui quòd videret templa extructa ad orandum & laudandum Deum, dicat Deum omni in loco laudandum & adorandum, aut propter illum templa deseremus? an potius docebimus vsum legitimum templorum? Surgat item hæreticus vt olim Arrius, qui dicat Christum esse parem patri, nec potentia nec vlla re propter verba illa. Pater maior est me, an verba illa expungemus? (Ara.) Audi uisum iam femel ex me & iterum quòd sibi licentiam hanc Ecclesia non permisit vt mutaret institutionem Christi. Nam cùm instituerit Christus, vt hoc sacramento necessariò sub vtraque specie communicantes vterentur, nihil de hac eius institutione detraxit. Quos verò pari ex calice bibendi necessitate Christus adstrictos esse noluit, eos rectè ab eo abstinere posse decreuit. Neque verò faciet vnquam Ecclesia, vt propter hæreticos vel institutionem Christi violer, vel vnum ex scripturis apicem expungat. (Har.) Quantum ex tuo sermone colligere licet, ad solos sacerdotes institutionem cœnæ dominicæ pertinere censas. (Ara.) Vnum Eucharistiæ ad laicos quoque pertinere dubium non est: ceterum quod instituit Christus vt consecrarent, vt offerrent, vt oblatum sumerent, ad solos id pertinere sacerdotes affirmo. Quod autem ad vsum attinet extra sacrificiũ: siue sub vna specie siue sub duplici quis communicet: perinde valere me docuit Ecclesia, modò secundum ordinationem seu obseruantiam eius id faciat. (Har.) Atqui clara sunt illa Christi verba dicentis: accipite, comedite, bibite ex hoc omnes, hoc facite in meam commemorationem. (Ara.) Si clara sunt, quid igitur causæ est quòd de eis nũc ambigimus? Certè de eo nunc dies nunc sit, quando quidem clarum est, nemo est qui ambigat. Quid causæ est quòd ex quo tempore Christi recepit Euangelium Polonia, nunquã eo sensu, quem tu profers, intellecta sint? Quid autem dico de Polonia? vel vnum aliquem profer ex quo tempore Christus hæc verba protulit, qui sic ea sit interpretatus, vt esse de necessitate salutis diceret, omnes etiam laicos vtriusque speciei participes fieri. Certè qui sit Catholicus profers neminem cùm etiam illi ipsi, qui segregauerunt se nostro hoc aucto, & scripserint & senserint vt audiuisi contrarium. Vide autem ne sit hoc extremæ minimæq; ferendæ cuiusdam arrogantia, si te solum videre Christianum, autem orbem vniuersum tot sculis in tam clara scripturarum luce cæcutiisse persuasum habeas. Sed obsecro te, clara tibi videntur hæc verba Christi? Quid autem? nunquid & illa clara non sunt, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium? Num idèd baptizare, docere, prædicare, ad omnes pertinere dicemus etiã laicos? Certè negat hoc Apostolus dicens: Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetae? Nunquid omnes Doctores? Quòd si verba omnia, quibus in cœnâ institutione Christus vsus est, ad omnes etiam laicos pertinent, & consecrabant igitur & offerrent laici. Num enim dicit Christus, hoc facite, quid aliud dicere videtur, quàm hoc consecratur, hoc offerret, hoc sumite? Consecrabant igitur & offerrent omnes, & erunt quæ sacerdotales laici, etiam pueri, & femine, atq; hi qui se peculiariter diuino cultui manciparunt, nec vllum erit inter sacerdotes & laicos discrimen, non sumendi modò, verum & consecrandi, & offerendi, & distribuendi, potestate cunctis non concessa tantum, verum & præcepta. (Har.) Sed si propter hæresim abolendam vsus vtriusq; speciei fuit aliquando prohibitus, quando quidem nullus est Christianorũ, qui hodiè putet in Eucharistia mortuum corpus dari, nulla causa est cur interdici hoc duret diutius. (Ara.) Mirum est quod hoc Author dialogorum audeat affirmare, cùm ab eo ipso, cui dialogos hos dicauit, secus rem habere cognouerit. Neq; enim ignorat quanto studio fuerit laboratum proximis his annis superioribus, vt hi quoq; Boëmi qui calice vtuntur, nec vilo prætereà errore alio sunt implicati, ad vnitatem Ecclesiæ reduci possent, quibus iuxta conuentionem Concilij Basiliæ habiti, permixtus fuit calicis vsus, ea conditione adiecta, vt communicatos instruerent sacerdotes, non sub specie panis corpus Christi tantum, nec sub specie vini solum sanguinem, sed sub qualibet specie totum & integrum Christum. Quam conditionem Boëmorum sacerdotes non receperunt, quin scriptum esse dicerent: Hoc est corpus meum, non additũ, & sanguis. Hic est sanguis meus, non additum, & corpus. Verbis Christi sicut detrahi nihil, sic addi nihil oportere. Videntur autem tibi totum & integrum verè viuentem & viuificantem Christũ in Eucharistiæ sacramento confessi, qui corpus absque sanguine sub specie panis: sanguinem absq; corpore sub specie vini contineri contendebant? (Har.) Nequaquam. (Ara.) Quid autem Lutherus, quamuis Boëmorum hunc errorem aliquando grauiter impugnasset, nunquid ad eundem postea lapidem ipse quoque offendit, vt erat in omni genere doctrinæ suæ non Protheo mutabilior? Legat qui voler, que contra Misnensis Episcopi mandata scripsit, ibi reperiet, eum pridem sopitam hæresim Nestorianam resuscitasse. Noster autem hic, qui nos in illo dialogo facit arbitrio suo de sacramenti speciebus contententes, nunquid

Ecclesia non mutat institutionem Christi in sacramentorum vsu: sed ordinem tantum & modo expeditioris præstantiorisq; prouidet.

Ad solos sacerdotes spectat Christi institutio de Sacramento Eucharistiæ.

Ad solos sacerdotes spectat Christi institutio de Sacramento Eucharistiæ. Nemo fidelium vnquam dixit de necessitate salutis esse, laicos vtriusque speciei participes fieri.

Matt. 28. Mar. 16.

2. Cor. 12.

Hoc facite, quid significat.

Boëmorum error.

Verbis Christi sicut nihil detrahere, sic addere nihil oportet.

Lutherus omnino Protheo mutabilior.

Cuiusdam Lutheri
thorise exerci-
da in Deum
blasphemia.
Heb. 10.

quid & ipse non se Nestorianum aperte profiteretur? Quid enim illa sibi verba volunt, Sanguis bibi non potest nisi effundatur? Homines acuti non vident adimi illis sanguinem effusum? Ut etiam si sumant sanguinem, nequaquam tamen bibant sanguinem effusum, illum inquam, quo Christus & peccata purgavit in aeternum; consummauit sanctificatos, & eundem bibi iussit? Et iterum: Difficile est non credere, cum specie rem ademptam esse, hoc est, sanguinem effusum. Ac post pauca, & sanguinem effudit, & sanguinem effusum bibi iussit. Nam ut corpus voluit edendum, ita sanguinem effusum bibendum. De hac igitur iniuria querunt filij Dei, quod à sanguine effuso prohibentur. Qui toties vociferando queritur effusum sanguinem adimi laicis, qui difficile dicit esse, non credere cum specie rem ademptam esse, hoc est, sanguinem effusum, nonne videtur eum à corpore separare, nec aliud quam exanguem mortuum corpus sub specie panis relinquere? (Har.) Quid ego audio: An non effusum sanguinem bibimus? Nunquid falsum est, quod scriptum à Prospero legitur? Cum frangitur hostia, cum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur? (Ara.) Rectè Prosper, modò tu rectè quod scribit intelligas, certum est, & indubitanum in Eucharistiæ sacramento verum & viuum Christi sanguinem realiter contineri. Caterum fractio corporis & effusio sanguinis vera non est, sed est quædam, ut ipse Prosper ait, dominici corporis in cruce immolati, & sanguinis de latere effusi designatio. Ita; non frangitur, non masticatur: non effunditur, non bibitur vini species. Christus autem ipse sub vna non minus quam sub vtraque specie manet integer, nec sumptus consumitur, nec vnquam vel corpus eius à sanguine, vel sanguis à corpore quoties fideles eum sumunt, separatur. Christus enim resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Non amplius frangitur corpus eius, non amplius funditur sanguis eius, qui semel pro nobis fusus, semel pro peccatis totius mundi satisfecit, ut eum iterum effundi necesse non sit. Crassus hic fuit Caphernaitarum error, qui cum carne suam Christus manducandam esse diceret, sic intelligebat quomodo in cadauere laniatur, aut in macello veditur, non quomodo spiritu vegetatur. Quibus rectè Christus: Caro non prodest quicquã: Spiritus est qui viuificat. Nihil est igitur quod aliquis de corporali mädicatione somniet. Hęc mädicatio & bibitio partim est sacramentalis, partim spiritualis. Mädicatione sacramentali sumitur quidè verum corpus & sanguis Christi, sed non masticatur neq; bibitur nisi species. Ceterum quando Christum ita sumimus ut in eo maneamus & ipse in nobis, ea mädicatio spiritualis est: de qua dicit Augustinus, ut quid paras dentes & ventrem? Crede & manducasti. Credere in Christum, hoc est manducare Christum. Ac nisi quis manducaverit ad hunc modum, nisi Christi capitis & corporis per charitatem effici membrum studuerit, nihil ei proderit dentibus pressisse sacramentaliterque manducasse, quin potius iudicium sibi manducet & bibat, non diiudicans corpus Domini. (Har.) Oppidò quàm lubens hęc audiui ex te. Sed obsecro te, ad id responde quod interrogaueram, nunquid non effusus Christi sanguis bibitur? (Ara.) Bibitur effusus, & non effusus. (Har.) Hoc quidem ænigma est, Daus sum, non Oedipus: Explicet necesse est si vis ut intelligam (Ara.) Si effusum à corpore separatum intelligis, à nemine sanguis eiusmodi bibitur. Nã qui semel pro nobis est effusus Christi sanguis, nec funditur, nec funderetur deinceps vnquam. Sin autem effusum sanguinem, eum intelligis, qui fuit quidem aliquando à Christi corpore separatus, verum ad resurgentis Christi corpus redire sanguinem hunc sacramentaliter bibi dubium non est, quin posteaquam semel ad corpus Christi resurgentis redijt, ab eo separari deinceps nunquam potest. Neque enim existimare debet, eum qui pro nobis effusus est, Christi sanguinem esse alicubi extra corpus eius. Legimus quod resurrectio nostra sit conformis futura resurrectioni Christi. Reformabit enim, ait Paulus, corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Quod si certa fides est Ecclesiæ, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, futurum ut redeat totum id quod fuit de veritate humanæ naturæ, ita ut etiam quæ martyribus membra fuerunt amputata & abscissa, in resurrectione restituta illis iri scribat Augustinus. Cum scriptum sit quod capillus capitis vestri non peribit: quod vsque eò verum esse contendit, ut etiam quæ comestæ sunt carnes hominum, quod famis tempore nonnunquam vsu venisse legimus, ea his quorum primitus erant redditas iri censet, ab illo quippè altero tanquam mutuo sumptas deputari, quæ sicut es alienum, ei reddendæ sint, vnde sumptæ sunt. Si de nostris corporibus ita futurum speramus, quanto magis factum iam de eo credere debemus, quem Paulus primitias vocat dormientium domino nostro Iesu Christo: quod nihil ei defuerit resurgenti, quod ad integritatem corporis humanæ; naturæ veritatem pertineret. Præcipue verò

Cum frangitur
hostia, quid hac
re designatur.

In Eucharistiæ
sacramento
verum & viu-
um Christi
corpus continetur
realiter.
Christus non
minus sub vna
specie, quàm
sub vtraque
manet integer.
Rom. 6.

Caphernaita.
Ioan. 6.

Mädicatio
corporis, exhibitio
sanguinis
Christi partim
sacramentalis,
partim spiri-
tualis.
Tract. 25, in
Ioan.

1. Cor. 11.

Quomodo sit
intelligendum,
quod effusus
sanguis Christi
bibitur.

Effusio Christi
sanguis non est
alicubi extra
corpus eius.
Philip. 3.
1. Cor. 15.

Integra Christi
futura resurrectio.
Luc. 21.
4. Reg. 6.

2. Cor. 15.

verò, non potuit, neque potest vnquam illud corpus eo sanguine destitutum esse, per quem I E S V S vt sanctificaret populum suum, extra portam passus est: quo nihil vel ad ipsius C H R I S T I gloriam illustrandam, vel ad nostram spem corroborandam aptius esse potest. Humanitas C H R I S T I, quem admodum à Ioanne Damasceno scriptum legitimus, salutariferam virtutem habuit, ex virtute verbi sibi vniti. Cum autem salus non aliunde nobis contigerit, quàm ex profuso pro nobis C H R I S T I sanguine, poterit-ne quisquam dubitare, sanguinem illum, qui precium est redemptionis nostræ, in quo solo fiducia nostra omnis nobis est collocata, ad C H R I S T I corpus resurgentis redijisse, ac vnicum diuinitati, ceteris humanitatis partibus adiunctum esse, nunquam ad eo disiungendum? (Har.) Nemo pius dubitauerit. (Ara.) Quid igitur iste somniat de effuso sanguine, quasi denuò fundatur, cum ex calice bibitur, cum effusus ille sanguis non alibi sit quàm in illo corpore glorificato, in quo resurgens Christus non amplius moritur, nec sanguis eius funderetur amplius, sed sicut in celo locatè, in verbo personaliter, sic sub panis & vini speciebus est sacramentaliter, vt siue quis sub vna, siue sub vtraque specie sumat, totum C H R I S T V M sumat cum carne, sanguine, anima, & diuinitate, cum hæc ab inuicem separari nequeant. Sed sic plerumque solent, qui de speciebus sacramenti Eucharistiæ contendunt: Nimium altercando veritas amittitur, dixit ille. Dum contendunt de his quæ videntur speciebus, amittunt eum qui carnis oculis non videtur, verè sub illis latentem, qui verè salus nostra est. Dominum nostrum I E S V M C H R I S T V M, ex vtraque specie, quando seorsum corpus, seorsum dari sanguinem imaginantur, & imprudentes in errorem Nestorij prolabantur. (Har.) Quid tu ais imprudens? nunquid non hic ipse scriptor, qui nos de vtraque specie facit contententes, aperte negat panis & vini substantiam, in corporis & sanguinis Christi substantiam conuerti, & cum suis Martinis pridem ab Ecclesia damnatum Berengarium ducem sequutus, quem nos auctoritate scripturarum adducti, Christum credimus incarnatum, eum præter scripturarum auctoritatem facit impanatum (Ara.) Audiui quod scripsit de Ecclesia librũ, quã plurimis erroribus scatentem, & his quidem grauibus, in eo fortasse hoc quod dicit, asserit. (Har.) Et hæc & alia multa, absurda blasphemia, impia (Ara.) Nunc tu vide quorū tandem euadant altercationes istæ. Siu altercatio de sanctorum inuocatione, produxit nobis Seruetianos, hoc est, nonos Arrianos, qui Christo Deo, Deique filio negant eundem quem patri honorem habendum, dum solum Deum patrem adorandum & inuocandum esse censent: ita contentio de vtraque specie genuit nobis Zuinglianos qui vocant sacramentarij. Siquidem ab ijs inijtis res progressa est, vt primum exanguem corpus manducandum, & quorū potius quàm sanguis nobis bibendum dari crederetur. Quæ quidem arte cum effecisset Satanas, vt huic venerabili Sacramento minus iam honoris haberetur (quis enim aut veneratione prosequendum, aut vitam ab eo putat expectandam, quod vita caret?) serpsit longius, nec statim eò prosiliit, vt negaret esse corpus Christi. Sed quæ fuit olim Ioannis VVicleffi, cuius erat sectator Ioannes Hus, pridem ab Ecclesia damnata sententia, panem in Eucharistia simul esse cum Christi corpore docuit: Progressus est mox vterius, & cum in pane corpus esse Christi concederet, non alio tamen tempore, quã, quo sumeretur esse Christi corpus affirmavit, vt si quis extra sumptionem adorasset, is grauisimũ crimen idololatriæ non effugeret. His progressibus ita factis, posteaquam isthęc ex animi sui sententia cedere videt, iam euertit simul omnia: tollit sacerdotium, tollit sacrificium omnem beneficiorum Christi memoriam, sempiterna quadam obliuione conatur obruere, dum hoc agit modis omnibus, ne qua summi illius acipimemsi beneficij quo semetipsum Christus redemptionem dedit pro nobis, memoria fiat & representatio. Quibus ita iuxta voluntatem suam confectis, tum demum impetu facto pro rumpit eò, quod tacitus initio tendebat, vt etiam aperte dicat impius, dicat insipiens in corpore suo, non est Deus. Non est Deus in hoc Sacramento, non est in eo viuum & verum corpus Christi, sed merus est panis pistorius, cui diuinos honores tribere, scelus, est idololatriæ committere. (Har.) Quæ belle nobis artes Satana detexisti, nunc demum intelligo, cum tanta contentione calix exigitur, nihil aliud queri, quàm occasionem ab Ecclesia Catholica discedendi atque vt aliquod initium eius rei fieri possit (Ara.) Rectè conijcis Harpage, sed posteaquam dissensio semel facta est, nil difficilius quã finis eius inueniri potest. Si quis omnes nostri temporis hæreses consideret accuratius, inde sumpsisse eas videbit exordium. Quamobrem errant vehementer meo quidem iudicio, qui putat hoc religionis dissidium, quod apud nos per Satana ministros proximis his superioribus annis excitatum est, hoc mudo sedari posse, si laicis calix, presbyteris vxores permittatur. Alexe hoc fuerit magis, quam sedare dissidium. Quid enim est aliud quod

Corpus Christi
non potest Jan-
guine destitutum esse.
Heb. 13.

Sanguis ad
Christi corpus
resurgens redijt,
ac vnica
est diuinitati.

Caro, sanguis,
anima, & di-
uinitas in
Christo, ab in-
uicem separari
nequeunt.

Sacramentorum
error.

Seruetiani, hoc
est, noui Ar-
riani.

Zuingliani sa-
cramentarij.

Sententia
Ioannis VVicleffi,
atque
Ioannis Hus
damnata ab
Ecclesia.
Ioannis VVicleffi
impetatoris.

Sacramentorum
Cate-
cismus.
Psal. 13. & 53.

Hæreticorum
quod tendat in
sententia.

hi qui segregauerunt se, votis ardentibus expetant, quam vt vel vna aliqua in re ab vniuersa Ecclesia Catholica separare se licitum ipsis esse queat? Hoc fundamentum separationis iacto, quod non eos progressuros putas? Arguerit erroris totam Ecclesiam, sibiq; potestatem esse datam, interpretabuntur ab eius decretis ceteris etiam in rebus discedendi. Quid enim impediatur quod minus æquè in alijs atque in vno hoc id eis liceat? Mentiar si hoc res ipsa non clamat, vbi facta est in huius sacramenti vtu ab Ecclesia Catholica separatio, quam non multi sint alij errores consequuti: Non Lutherani modò, sed & Zuingliani, & Anabaptistæ, & quotquot alij sunt hæretici, vnde etiam nisi ab vtraque specie desciscendi ab Ecclesia sumpserunt initium? Nunquid autem in eo acquieuerunt? Nunquid non simul & sacerdotium, & sacrificium, & Deum ipsum postea ex hoc sacramento sustulerunt? Nunquid non & Picardi, & Seruetiani, hoc est, noui Arriani facti & diuersas alias formas imitari sunt? Quare nihil fuerit homini Christiano tutius, quàm sicut alijs in rebus omnibus, sic & in hac Ecclesie sensum, & consensum sequi: quod qui faciat errare nulla ratione potest. Vociferetur aliquis ad rauim vsq;: Verbum domini: verbum domini: Euangelium, euangelium, nihil ea re moueatur pius quilibet, ac orthodoxus, etiam si multa scripturarum examina produci videat. Nam & suo tempore pseudoprophetas, minimè defuisse scribit Hieremias, qui & ipsi vociferati sunt: Verbum domini, Os domini locutum est, hæc dicit Dominus: cum tamen nec misisse se eos, nec aliquid eiusmodi locutum illis esse, per Prophetam suum dicat dominus: eosque fures verborum suorum appellat. Iam verò Pharisei, Nunquid non è scripturis Christum non esse Prophetam: Christum esse morte dignum probare contendebant? Quorū enim hæc voces sunt: Scrutare scripturas, & vide quia Propheta è Galilæa non surgit. Et alio loco: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Nunquid scripturas contra scripturarum auctoritatem Deum nostrū proferebant? Nunquid non è scripturis Christum non esse Deum, Deiq; filium, sed ne Prophetam quidem, quin potius morte turpissima dignum, pronuntiabant? Num autem statim fuit verum, qui scripturas adducebant? Scripturæ quidem, quarum vtebatur testimonio, veræ sunt, & à spiritu sancto profectæ: sed sensus quem ex illo proferebant, quàm longissimè à veritate fuit remotus. Quamobrem nihil pij moueantur, si cum Satana Christū in deserto tentante dicat membrum eius aliquod: scriptum est enim: sed si quis nimum obundat scripturas, reuerenter accipere se respondeant, ac ab eo procul abesse, vt ei vel in minimo contradicere velint. Cæterum vnde didicerint hanc scripturam esse canonicam, cuius apud omnes auctoritatem esse summam oporteat, inde se quoq; didicisse hunc ei non alium sanum illius sensum esse, à sancta Ecclesia Catholica. Quare, cui fidem habuerint de scriptura hac, quæ canonica quodque sit à spiritu sancto profecta, testificant, eidem se fidem habere, hunc & non aliū esse scripturæ eius sensum asserenti. Ad hunc modum si se gesserint, facile Satana laqueos effugerint. Neque enim inter nos & eos qui exierūt à nobis, vlla est de Scriptura controuersia, sed eo tantum agitur, vtrū in ea interpretanda suam aliquam propriam, aut vnus alicuius solitariam opinionem, an verò totius Ecclesie sensum & consensum sequi oporteat. Quomodo posterior longè sit tutius, non arbitror esse quinquam tanta prædium impudentia, qui inficias ire audeat. (Har.) Nunc demum Arator qua de re agatur intelligo. Nihil enim scripturis detrahitur, vt audio, sed sua manet illis auctoritas integra. Cæterum quod vnanimi omnium consensu diuturna que totius Ecclesie consuetudine receptum est & approbatum, de eo priuata sua auctoritate secus quempiam constituere vel nefas esse putatur, cū eiusmodi de rebus Ecclesie iudicium expectare sit necesse, in quo acquiescere omnes oporteat. (Ara.) Probè sententiam meam assequutus es Harpage. Nam hoc etiam sibi volunt illa & Constantiensis & Basiliensis decreti verba, vbi dicitur: Quod sine auctoritate Ecclesie laudabilem consuetudinem laicum populū sub vna specie communicandi ne sit alicui licitum immutare. Nunquid autem non Andabatarum more gladios in tenebris ventilasse videmur, cum esset hæc tam inanis à nobis de speciebus Eucharistie Sacramenti disputatio suscepta? (Har.) Nos quidem extra culpam sumus Arator, sed qui sibi tam cautus & prudens videretur, vt omnes perstupidos, bardos, & truncos iudicer, mirum est hoc, cum animaduertere non potuisset. (Ara.) Nihil est quod mireris Harpage, non sine causa dixit Apo. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Sed & illud scitum est Salomonis, vidistine hominem qui sapiens esse videretur, spes est de stulto, quàm de eius correctione multò maior. Nullo labi & errare contingit periculosius, quàm qui sic apud semetipsum prudentes sunt, vt ceteros omnes præ se caudices esse putent. (Har.) Hac quidem de re mihi propemodum abs te satis iam factum est.

Omnia sibi volum licere heretici nostris temporibus.

Qui Ecclesie Catholice sensum sequitur, nullo modo errare potest. Ezie. 23. 28. & 29. Pharisei scripturarum testimonio Christiano non esse Prophetam, esse morte dignum contendent.

Ioan. 7. Ibidem. 19. Membra Satana heretici.

Non de scriptura sed de scripturæ sensu inter nos & hereticos solum est controuersia.

In Ecclesia iudicio acquiescere omnino oportet.

Rom. 1. Prou. 26.

De

De Sacerdotum coniugio.

Sed non ignoras fortassis quæ sint apud nos religionis ergo motus excitati, peruenit & illud ad aures tuas proculdubio non deesse quosdam, qui sedari motus istos existiment, si quorundam importunitari tria concedatur, calix laicis, Vxores sacerdotibus, & vt vernacula lingua res diuina fiat. (Arar.) Audisti hominem etiã de reliquis duobus nonnulla dissententem, scienim ille dicebat. Tantū abesse, sperandū, vt sit concordiam rebus his concessis esse coitura, vt maior etiam sit discordia merueda. (Har.) Qui sic? (Ara.) Nunquid ex me iam non audiuisti, simul vt semel vna aliqua in re discessum est ab eo quod aut legibus constitutum, aut moribus Ecclesie totius est receptū, non fore finem, sed discessionis initium, quamobrem qui petunt isthæc, sibi seorsum ab orbe reliquo Christiano concedi, nihil aliud quã initium sibi discededi permitti petunt: quo concessio finem sibi nullum præscribi patiuntur, vt maximè daretur illis quod postulant, crede mihi quod in eo nunquam acquiescent. Sed quid in conuiuio quodam acciderit, in quo & ego præsens adui, paucis tibi narrabo. Erant inuitati duo ex eorum numero, quibus quod catholicum est non probatur. Cumq; de religione (quod peruersæ ætatis nostræ more nunquam crebris fit, quã inter pocula) sermo incidisset, dixit vnus qui minùs à Catholica tunc erat alienus, sibi nihil aliud mirandū videri de his quæ recepta sunt, & diuturna parū consuetudine approbata, quã vt calix cōcederetur laicis, quo si potiri liceret, abundè sibi satis factū iri. Mox alius in eorum scriptis qui segregauerūt semetipsum versatus diligentius, atq; ideo animo in prauis opinionibus magis obfirmato: Mihi verò, inquit, etiã si de calice bibere liceat, nequaquã erit satisfactum. Alia cogitabat ille proculdubid, nimirū de subuersis aris, de tollendis imaginibus, de seruitute Deo debita (Græci *ἀποργεῖαν*, Latini vocant sacrificiū) prorsus abroganda, deq; similibus alijs, quæ nisi confecta vidisset, nunquam erant animus illius acquieturus. Si vbi duo tantum aderat, dissentire vixi vixi, nec vtriq; satisfieri potuit, his quæ putatur Adiphora concedendis: quid futurū putas in tanta turba, quæ magna ex parte ex Lutheranis, Calvinianis siue Sacramentarijs, Seruetianis, siue nouis Arrianis, & (quod hæreticorum genus non apud orthodoxos modò, verum & apud ipsos hæreticos summæ semper fuit abominatio) ex Picardis constare videretur? Quamobrem non dubitanter dixerim, quod hoc alere sit religionis disidiū, nō ei sedando medicinã aliquã adferre, si tria illa concedantur, quæ sunt à nonnullis postulara, quibus rectè dici possit: Nescitis quid petatis. Imprudentes enim diuisionem & separationem quandã petunt à Christi corpore, quæ est sancta Catholica Ecclesia, quæ non vno aliquo angulo cōtinetur, sed per vniuersum orbem Christianum est effusa. (Har.) De calice multa iam dicta sunt, nec est iterare necesse. Quem intelligo nisi in Concilio Oecumenico, idq; grauibus ex causis rectè laicis concedi non posse. Cæterū quid esset in eo piaculi, si sacerdotibus vxores permitterentur, his præsertim qui continere non possunt? (Ara.) Nunquid est aliquis qui continere non possit? (Har.) Quasi verò nris oculis multos ipse non videas ita ventri & his quæ sub ventre sunt deditos, vt magis pecudum quã hominū vitam agere videantur. (Ara.) Vtinam pauciores cernere liceret: verum hi mihi nolle magis quàm non posse videntur. (Har.) Erras Arator, non desunt qui velint, sed vincuntur à carnis cōcupiscentia. (Ara.) Facile est vincere non repugnantes. Quod si se viros præstarent, possent proculdubid. (Har.) Fieri potest vt sint non pauci, qui sua vincantur desidia. Sed crede mihi, reperiri nonnullos, qui cum omnia sedulo faciant, quæ ad frenandam libidinem pertinere videntur, victi nihilominus descendant. Scis ipse Christum dixisse, non omnes capiunt verbum hoc. (Ara.) Verè dixit veritas, quid enim eo verius & certius, quod non omnes capiunt. Sed nunquid dixit veritas, quod non omnes possunt capere? (Har.) Imò hoc dixisse videtur. (Ara.) Imò hoc dixisse non videtur. (Har.) Quid, si Christus ipse hæc verba sic interpretatur cum subdit, qui potest capere, capiat. (Ara.) Quid si his ipsis nihil aliud significare Christus voluit, quàm qui vult capere, capiat, cum non sit iniustatum hoc dicendi genus in scripturis, vt posse pro velle accipiatur? Ac ne putes meam hanc esse solitariam opinionem, priscorum patrum sententiam tibi proferam: Inter quos qui in primis celebris habetur Ioannes Chrysostronus, enarrans illum scripturæ locum. Propterea non potuerunt credere, quia dicit Elias; Non potuerunt, hoc est, noluerunt. Neque te admiratio capiat. Alibi enim inquit: Qui potest capere, capiat. Ira non nunquam potestate pro voluntate vritur, Et iterum: Non potest vos mundus odio habere: me autem odio habet. Hoc & communi sermone vsurpatū videmus. Non possum asperum hominem diligere. Vehementiam voluntatis potestatem appellans. Et iterum: Non potest ille fieri bonus. Et Propheta: Si mutabit Æthiops pellem suam, & pardus varietatem suam, & populus hic poterit benefacere, qui didicit mala? Non

Ergo, id est, causa.

Tria que sibi concedi postulant hæretici in conuiuio Polonia.

Mos, peruersus inter populos, de diuinis sermonem habere.

Subdola cuiusdam hæretici cogitatio.

Discordia gentis hæreticorum, & Orthodoxis & ipsismet hæretice maxime iniuriam. Matt. 20.

Qui dicunt se continere non posse, nolunt potius quam non possint.

Hom. 11. Ioan.

Ioan. 7.

Vehementia voluntatis potestatem dicitur. 1. Cor. 13.

Non dicit

recum hac de re pluribus contendere, sed quum in oriente sacerdotibus vxores permis-
 fas videamus, obsecro te, quid impedit quò minus idem apud nos quoq; liceat? (Arat.)
 Cū ab occidentaliū sentētia ad orientales prouocasset aliquādo Iulianus qui fuit patris
 Pelagij, ijs ad eum verbis Augustinū vsum esse legimus: Non est cur prouoces ad orien-
 tis antistites, quia & ipsi vtrique Christiani sunt, & vtriusque partis terrarum fides ista
 vna est, & te occidentalis terra generauit, occidentalis regenerauit Ecclesia. Quid ei que-
 ris inferre, quod in ea non inuenisti, quando in eius membra venisti? Scripsit hæc Au-
 gustinus eo tempore, quo fuit vna fides orientis & occidentis Ecclesiarum. Nunc verò
 quando grauisima de re, nimirum de processione sancti spiritus, diuersa est orientalis
 Ecclesiæ, præcipue verò Græcorum fides, ab ea quam nos orthodoxam retinemus: Idem
 quod Augustinus, elogium orientalibus tribuere nos possumus. Quo maiore cū pon-
 dere, contra te d. Harpage, verba hæc Augustini nobis contra te vsurpare liceret. Non est
 quod prouoces ad orientis Antistites, te certe occidentalis terra generauit, occidentalis
 regenerauit Ecclesia, quid ei queris inferre, quod in ea non inuenisti, quando in eius
 membra venisti? Ac vt maximè te septentrionalis terra generauit, & hæc tamen in qua
 tu natus es, non alij fuit vnquam Ecclesiæ, quam occidentali subiecta, vt ad occidentis
 potiùs quam ad orientis Antistites prouocare te oportuit. Quos autem tu vis vt sequa-
 mur Auctores? Eos ne quos toties doctrinis varijs & peregrinis abductos à fide dese-
 cisse, quos quaterdecies ab Ecclesiæ corpus redeuntes totidem vicibus ab ea se præci-
 disse, quos præcisionis huius fideique suæ tam sæpe violatæ dura turcarum tyrannide
 pressos grauisimas penas vides expendisse? Scilicet quorum exitus perhorrescimus,
 eorum tu nobis imitanda facta proponis? Quid autem Harpage, si nec apud illos licitum
 fuit vnquā sacerdotibus vxores ducere? quid si grauis auctor Epiphanius, qui fuit
 vnus ex orientalibus illis Episcopis, negat apud eos vnquam sacerdoti fieri licuisse, nisi
 aut virgini, aut ei qui se contineret à propria vxore, aut qui ab vnis nuptijs viduitatem
 seruasset? Quid si quibus in locis essent reperti, qui cum his quas ante sacerdotium vxores
 duxissent matrimonio copularentur, eos non iuxta Canonem, sed iuxta mentem
 hominum, quæ per tempus elanguit, hoc fecisse? Quid si huic eius sententiæ & So-
 crates itidem Græcus, & Hieronymus noster ad stipulantur? Itaque nec orientalis Ec-
 clesiæ consuetudo pro te facere videtur, in qua æquè vt in nostra, sacerdotibus nuptias
 contrahere fas non est, etiam si peruerso magis more quorundam, quam quod per Ca-
 nones Ecclesiasticos, id liceat: quas ante sacerdotium vxores duxerunt cum his alicubi
 copulati permittantur. Et quod ab ipsis etiam Apostolorum temporibus ad hæc vsque
 nostra, quam latè paruit nomen Christianum, semper nefas est habitum, id tu nunc de-
 mum fas vt sit contendes? Tu sicut is es, cui soli videre contingit quod in orbe Chri-
 stiano vniverſo tot seculis videre potuit nemo, mille quingentis & amplius annis abs-
 que eo sacerdotes in Ecclesia Dei fuerunt, vt sibi ducendas vxores existimarent, quin fe
 graui scelere si id fecissent obstrictos iri persuasum habebant. Nunc demum quando
 multò breuius tempus est quam fuit antea, propter vnum & alterum impuros mona-
 chos, qui iuristurandi quod Deo præstiterunt immemores, hac ratione frena libidini
 suæ laxare conati sunt, bonam Ecclesiæ legem tot seculorum vsu receptam & approba-
 tam propter non bonos mores hominum abrogandam esse censetis? Atqui ex malis
 moribus bonæ leges procreantur, non propter malos mores abrogandæ sunt. (Har.) Ha-
 benda est horum temporum ratio. Maior fuit apud præcos hominū continentia quam
 nunc sit. (Ara.) Atque homines idem fuerunt qui nunc sunt ex eadem carne compa-
 cti, eadem infirmitate præditi. Quod autem plures tū continentes, quam hoc æuo no-
 stro licuit inuenire, partim fides in causa fuit feruentior, partim disciplina, qua contine-
 bantur homines in officio. Nunc & fides elanguit, & disciplina per tuos Harpage, qui
 se nescio cuius Euangelicæ libertatis assertores esse gloriantur, sic sublata propemodum
 omnis & euersa videtur, vt ijdem magnificè (si dijs placer) libertatis huius assertores,
 non vno in loco grauius de eo querantur, quod suos in officio nulla ratione contine-
 re queant: quorum nunc multò corruptiores esse mores quam fuerunt sub regno Ro-
 mani Pontificis (sic enim appellas Ecclesiam Dei, Princeps & Architectus nostri tem-
 poris hæresedn) ingenuè fatentur, ac decies eos Sodomitis esse peiores affirmant. Qui
 igitur hoc non potiùs contendis, & elaboras Harpage, quam ita collapsam videre li-
 ceret disciplinam Ecclesiasticam, vt ea restitui queat? Id si factum erit reuincet in
 hominibus ilico, quæ iam intermorta videtur, illa præcorum integritas & conti-
 nentia. Nam quibus nondum eò peruenire datum est, vt virtutis amore peccare odisse
 queant, vel pænæ saltem formidine peccare oderint, Est Pauli præscriptum de Epi-
 scopis & Præbyteris eligendis. Sunt Canones quibus quid fieri de his oporteat, qui
 quam

August. lib. 1.
contra Iulianum.

De processione
sancti spiritus
orientalium, ab
occidentalibus
fides diuersa.

Hebr. 13.

Græci quater-
decies ab or-
thodoxa Ec-
clesia se sepra-
siderunt.

Epiph. Hæresi.
48. contra
Montanistas,
hæresi. 59.

Lib. 5. cap. 22.
Histo. Ecclési.

Ab Apostolo-
rum tempori-
bus semper
nefas est habi-
tum, vt sacer-
dotes vxores
ducerent.

Bonæ leges non
propter malos
hominum mo-
res abrogandæ.

Hæretici pro-
pter libertatem
sibi indulgam,
decies
Sodomitis
peiores.

quam professi sunt continentiam, eam non seruant, sancitum est, seruentur præscri-
 pta Canonum, adhibeatur delectus in sacerdotibus ordinandis, vt ne temerè manus
 cuiuis imponantur, sit aliqua iuxta sanctiones legum Ecclesiasticarum in earum præua-
 ricatores animaduerso, mox alia rerum facies apparebit, ac minùs multos videbis qui
 ram turpem & flagitiosam vitā ducant. Idem nunc est Deus Harpage qui fuit illis præsi-
 cis temporibus, nec est abbreviata manus eius: æquè nunc est propensus ad imperti-
 endum omni petenti gratiam, atque tum fuit: neque natura nostra diuersa est, minùs v-
 possumus nunc carnis nostræ motus, Deo nos adiuuante, compescere, quam præsci illi
 potuerunt. Nisi quod etiam à me dictum est, & fides elanguit, & disciplina laxata est.
 Sed quantum ex vultu tuo conijcio, videris Harpage quædam adhuc objicere velle.
 Mihi verò quoniam inclinata iam est dies, & restat nobis de eo dicendum, quod tertio
 loco postulatum fuit. Num rectum sit vernacula lingua rem diuinam fieri, hac quidem
 de re satis iam dictum esse videtur, neque est quod de matrimonio Sacerdotibus per-
 mittendo pluribus mecum agere velis. Extat confessio fidei Catholicæ Christianæ de
 patrum, qui fuerunt ante annos quatuor in synodo provinciali Petricouensi congre-
 gati, consensu edita, ad eam te remitto, lege quæ tibi sunt scripta de impediendis ma-
 trimonijs, si quis adhuc extat scrupulus, eum tibi, si diligenter legeris, exemptum iri
 spero. (Har.) Atqui audiui ex doctore quodam irrefragabili, minime satisfactum esse
 refellendis arguentis quæ contra cælibatum adducta sunt. (Arat.) Contentio non
 quam satisfieri potest: quid autem impedit, quò minùs & nos ijsdem quibus Paulus
 olim verbis contra talem vtamur: Si quis, inquit ille, contentiosus esse vult, nos con-
 suetudinem talem non habebimus, neque Ecclesia Dei. (Har.) Verum ille quum alijs in
 rebus sibi satisfactum esse negabat, tum in eo maximè, quod qui scripsit confessionem
 illam, in qua conatus est argumenta refutare, quibus ille sacerdotum cælibatum oppu-
 gnat, cum in alijs plerisque refellendis multum laborauerit, integrum Ancirani Conci-
 lij Canonem (Diaconi) omiserit in Canone Nicæna: & Canone quoniam fuerit prorsus
 mutus. Atqui satis est, inquit ille, nos vna lege comprobasse nostrā sententiam. Aut
 omnia à nobis adducta erunt refellenda, aut nihil. Quid enim si vnum aliquem aut
 plures vincas, postremò ab vno vincaris certè inter victos numeraberis? (Ara.) Dice-
 rem tamen aliqui. Inuictus & infragabilis iste doctor, Non de veritate cognoſcenda
 sed de victoria tantum consequenda sollicitus. Nam reuera si quis quod probare conten-
 dit, id obtinere cupit, in primis ei necessarium fore videtur, quæ contra suam senten-
 tiam dicuntur: eorum nihil non confutatū relinquat. Sed quid si quæ sint ab isto pro-
 ducta, ea nihil ad rem qua de agitur faciunt? Quid si leuiora sunt quam vt ea confutari
 sit necesse? Deinde verò, nonne tuus iste doctor vehementer probat quod à Gratiano
 scriptum est de Synodis provincialibus Episcoporum. Concilia sunt inualida ad desi-
 niendum & constituendum: atque huius generis fuit hæc Ancirana synodus, quam non
 Oecumenicam, sed vnius tantum provincie fuisse constat. Qua quidem ex causa nihil
 ad definiendum & constituendum auctoritatis & roboris habere potuit. Ac vt habere
 maximè potuerit: non ignorat doctor iste tuus quod ab Aug. scriptum est: Concilia
 quæ per singulas regiones & provincias sunt, plenariorum conciliorum auctoritati
 quæ sunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere. Quare cū quæ fuerit
 plenarij Concilij Calcedonenſis hæc ipsa de re sententia non sit nescius, quod Ancira-
 na synodo seculis aliquot fuit posterius: quorsum attinebat quod in vna aliqua pro-
 uincia fuit constitutum proferre, & vnam urbem orbi vniuerso præferre? Sed ne tergi-
 uersari tibi videat, profer Canonem integrum Ancirani Concilij, quem doctor iste
 tuus in confessione omisſum fuisse dicit. (Har.) Verba Concilij sunt hæc: Diaconi
 quicunque ordinantur, in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes, se velle habere vxores,
 nec posse se continere, si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio pro-
 pterea quod ijs episcopus licentiam dederit. (Arat.) Estne Canon is integer? (Har.) Mihi
 quidem integer videtur: neque enim plus in libro doctoris illius reperio. (Ara.) An
 non mihi quoque cum Cypriano rectè licebit exclamare? Corrupte Canonem atq; in-
 terpres falsè suprema ponis, extrema præteris, partim memor, partim subdole corrup-
 pens. Sicut ipse ab Ecclesia scissus es, sic vnus capituli sententiam scindis. Quin tu quæ
 sequuntur ea simul recitas? Sequuntur autem hæc verba: Quicunque sanè tacuerint &
 susceperint manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias perue-
 nerint à ministerio cessare debent. Atqui hoc est quod maximè facere videtur ad eam
 rem de qua nobis sermo est institutus. Nam prior Canonis pars an fuerit aliquando in
 vsu, quis est qui pro certo possit affirmare? Posterius autem hoc & obseruatum fuit
 semper, & nunc etiam seruari videmus. (Har.) Non putauit doctor ille fuisse
 Nnn 3 necessarium

stiam præter-
lapsa Eccle-
siastica disci-
plina esset re-
stituta, omnia
reuiuiscerent.

Contentiosa
nunquam satis
fit.

1. Cor. 11.

Ei, qui quod
probare con-
tendit, obtinere
cupit, quid nec-
essarium.

Dist. 13. cap. 10

Lib. 2. de Ba-
ptismo contra
Donat. Cap. 3.

Cyprianus de
Impi prælato-
rum.

necessarium vt illa produceret que pro se non faceret : Itaq; priore canonis parte contentus fuit. (Ara.) Quid, sine illa quidem cum eo facit? Nam vt illud silentio prateream, quod Canon non de sacerdotibus, sed de Diaconis loquitur, qui sunt vno gradu inferiores. Certè quæ per se licita sunt, ea dispensationis alicuius non indigere in ipse fatearis oportet. Quod si, quemadmodum tu contendis, licitum est sacerdoti nuptias contrahere, cur illis tantum licere Canon voluit, quibus Episcopus licentiam dederit? quid opus est dare vbi res est ipsa per se licita? vides igitur quemadmodum ille ipse Canon quem tuus doctor iste adfert, pro sua sententia confirmanda contra eum magis facere videtur. (Har.) Quid autem ad Canonem Nicenam, vbi scribitur quod Nicæna Synodus volens corrigere hominum vitam in Ecclesijs commorantium, posuit leges quas Canones vocant, in quorū tractatu videbatur aliquibus introducere legem, vt Episcopi, Presbyteri, subdiaconi, diaconi, cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerunt, non dormirent. Surgens autem Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias & castitatem esse ducens cum propria vxore concubitus. Suasit itaque Concilio, ne talem poneret legem, grauem esse causam asserens quæ aut ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. (Ar.) Quorsum hæc adfers? Extra scopum iaculari mihi videris. Neque enim de eo inter nos agitur. Licueritne aliquando aut liceat etiam nunc sacerdotibus orientalibus, præsertim posteaquam sacris initiati sunt, vxores retinere, quas ante susceptum sacerdotium duxerint? Verum qui iam facti sunt sacerdotes fuerint tempus vllū quo nuptias eis in Ecclesia Catholica contrahere liceret. Quid autem si cuius tu testimonio niteris, huius ipsius Paphnutij auctoritate docuero, etiam ipsius seculo Sacerdotibus vxores ducere minimè licuisse? Præter autem ex fontibus haurire, quam ex Gratiano nescio quæ mutila producente. Scribunt hæc que citat Gratianus de Paphnutio, Socrates, & Zosomenus, vterque autem post ea quæ recitat, Gratianus addit hoc, quod auctor fuerit Paphnutius patribus in Concilio congregatis, vt secundum antiquam Ecclesiæ traditionem, qui clericatu ante nuptias potiti essent, eis præciperent, ne matrimonium deinceps inirent, non autem se iungere tur quisque ab ea que semel iam antea cum laicus esset, duxisset. Vides quemadmodum etiam Paphnutij sententia pro nobis facit, & eorum errorem confutat, qui sacerdotibus nuptias contrahere licere volunt? Cuius autem Paphnutius meminit antiquæ traditionis, ea est Apostolorū traditio. Verba Canonis quod descriperunt hæc sunt: Ex ijs qui cœlibes in clerū peruenērūt, iubemus vt lectores tantū & cantores si velint nuptias contrahant. Nunc tu vides, que sit importunitas istorū hominū, qui traditionē hanc Apostolicā vnanimi totius orbis Christiani consensu mille quingentis annis in ecclesia Dei obseruatā, nunc demū tanto studio cupiunt abrogatā, cū rectius multo quā Pauli temporibus dici potest, Tempus breue est. Certū est enim, quod minus longè nūc absit supremus ille dies, quā ab fuit illo tempore quo Paulus admonebat vt etiā hi qui vxores haberent, cogitantes instare diem illū, neglectim illas haberent perinde quasi non haberent, & quoad posset salua fide coniugali ab earum commercio abstinere, eis que tanquam fororibus vterentur, sicut etiam ministros verbis tum fecisse Clemens Alexandrinus testatur. (Har.) Ego verò nihil de eo audieram, quod illud quoque suaserit in Concilio Paphnutius, vt qui cœlibes in clerum peruenissent, ij matrimonium contrahere ne permitterentur. Verum illud modò ne separarentur à sacerdotibus vxores. (Ara.) Plura sunt alia Harpage quæ non audiuiſti. Solent enim corruptores isti sicut ipsi integra fide non sunt, ita non sententias auctorum integras proferre. (Har.) Sed obsecro te, quid ad Canonem dices (Quoniam?) quo non in perpetuum, sed tempore oblationis ab amplexu suarum coniugum sacerdotes abstinere præcipiuntur. (Ara.) Teder me iam inepriarum. Citat Canonem hunc Gratianus è sexta synodo, quam tamen Canones edidisse nullos, & septima synodus & Anastasius Bibliotecarius Adriani pontificis in sua præfatione in octauam synodum testantur: sed quinque post annis Episcopi congregati Constantinopoli in Trullo, vbi centum & duo Canones aditi sunt, inter quos etiam hic numeratur, qui tantundem ad rem facit, de qua sermo nobis est institutus, quantum priores illi, ita vt noua consuetudine minimè videatur indigere. Tantum enim abest vt ea synodo, que fuit inter sextam & septimam interiecta, permillum fuerit sacerdotibus vxores ducere, vt ne ductam quidem retinere fas esset, decretum fuerit ei, cui minus Episcopi delatum esset. Nam inter alios hic quoque Canon legitur. Vxor eius qui ad Episcopalem dignitatem promotus est, communi viri sui consensu prius separata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus monasterium ingreditur, procul ab Episcopi habitatione extructum, & Episcopi prouidentia fruetur. Extat & alius Canon his verbis conscriptus: Quoniam in Apostolicis cano-

que per se licita sunt, ea dispensatione non egent.

Canones sunt leges.

Lib. 1. c. 21. Lib. 1. c. 23. Historie Ecclesiasticæ.

Canon. 25.

1. Cor. 7.

Lib. 3. Stromatum.

Actione. 6.

Canon. 48.

Canon. 6.

nibus dictum est, eorum qui non ducta vxore in clerum promoentur, solos lectores & cantores vxorem posse ducere, & nos obseruantes decernimus, vt deinceps nulli hypodiacocono vel diacono, vel presbytero post sui ordinationem coniugium contrahere liceat. Si autem, hæc quis facere ausus fuerit, deponatur. Quoniam autem canones Apostolorum, quorum auctoritate potissimum hæc synodus nititur, à Clemente Petri successore conscripti putantur: quæ fuerit huius quoque hac de re sententia videamus. Sic enim ille scribit ad Iacobum fratrem Domini: Ad Dominica mysteria tales ordinentur, qui ante ordinationem suam coniuges nouerint. Quod si post ordinationem ministerium altaris contigerit propria inuadere cubile vxoris, sacrarii non intret limina, vt nec sacrificij potior fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis portionem accedat, sed aquam sacerdotum porrigat manibus: ostia forinsecus claudat, minora tantum gerat officia. Quis autem potuit interpret esse melior eius canonis, quo sancitum est, vt episcopus, aut presbyter, aut diaconus vxorem suam prætextu religionis non abijciat: Si abijcit, segregetur à communionem: quam ipse Clemens, qui conscripisse canones istos creditur. Quid si hoc intelligi vult verbis his, vt etiam fraudare eos se inuicem nō permitat, sui que corporis potestatem alterutrum facere iubeat: cur ab omni sacerdotij functione prohiberetur, qui propria vxoris cubile inuaserit. Quamobrem rectè quidem Apostoli non debere presbyterum, aut episcopum abijcere propriam vxorem statuerunt. Sed rectè etiam Hubertus ante quingentos plus minus annos, Nicetæ monachi scripta refellens: Omnino, inquit, confitemur, non licere episcopo, presbytero, diacono, & subdiacono, vxorem propriam causa religionis abijcere à cura sua: scilicet, vt ei dictum & vestitum prouideat, non vt cum illa exinde carnaliter iaceat. Hoc est quod etiam in paulo superius citato canone dicitur, à sancta Synodo, vxorem ab episcopo separatam, Episcopi prouidentia frui debere, ita vt eam nihilominus non abijciat, neque deserat in ijs quæ ad victum & amictum pertinent. Sic & Epiphanius canonem hunc intellexisse videtur, sicut superius à nobis est demonstratum, sed cum satis iam referata videantur, quæ contra sacerdotium cœlibatum ab irrefragabili doctore tuo scripta sunt, si quid aliud præterà vis, dicito. Nam hac de re nihil est quod expectes vt plura verba faciam: ad confessionem catholicæ fidei Christianæ te remitto. (Har.) Quandoquidem neque de calice, neque de cœlibatu sacerdotum sermonem fieri vis longiorem, iam ad illud veniamus de quo nobis tertio loco disserendum restat. Cùm in tua Pau. ad Cor. epistola differtis verbis præcipere videatur, vt vernacula cuiusque generis potius quàm peregrina lingua publice precatioes in templis fiant, quid impedit, quæso, quod minus huic illius præscripto pareatur? Mihi quidem grauius peccare videntur, qui Christo, quem in Paulo loqui manifestum est, non obtemperat. (Ara.) Quid si Pauli præscriptum est hoc, magis ad prædicationem ad precatioes pertinere videntur? Verum demus hoc etiam, prædicationes eum vulgari lingua fieri voluisse, num ideo statim peccare censenda est ecclesiæ, si quæ fuerunt eius generis ab Apostolis aliquando decreta, probabilibus ex causis mutar. Neque enim omnia quæ statuerunt Apostoli, hoc animo ab eis fuisse constituta credendum est, vt ea perpetuò sic ab omnibus obseruari, neque licitum esse velent, ecclesiæ prout tempus aut ratio postularer, ea nonnunquam variare. Iam audisti decretum ab Apostolis fuisse, vt à sanguine suffocato, & idolothycis abstinere, nūquid obseruatū hoc postea fuit, aut nunc etiam obseruatur? Præcipit Paulus, vt mulier velato, vir oraret aperto capite, nunquid & hoc apud omnes in vsu est? Temporibus Apostolorum cibi afferebantur in templū, & in commune fideles possidebant omnia: nunc si quis id necessariò ab omnibus fieri sic oportere contenderet, alienus ab Ecclesia catholica censeretur. Scribit Ambrosius quod vt cresceret plebs & multiplicaretur omnibus inter initia concessum fuit Euangelizare, & baptizare, ac scripturas in Ecclesia explanare. At vbi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cetera officia in ecclesijs ordinata sunt: vt nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod scirent non sibi creditum vel concessum. At cupit alio ordine & prouidentia gubernari ecclesiam: quia si omnes eadem possent, irratonabile esset, ac vulgaris, atque vilissima res videretur. Itaque non statim oportet in exemplum trahi, si quid sic aut aliter fuit Apostolorum temporibus obseruatum. nam fides Apostolorum esse volumus, nec minima ex parte violanda. Ritus Apostolorum si vel temporum, vel locorum, vel personarū ratio postulet, mutari non modò nefas non est, verum etiam expedit nonnunquam, dum modò id non alicuius priuata libidine, sed ecclesiæ totius publica fiat auctoritate. Vnicum est Christi præceptum, contra quod qui venerit, reus sit criminis capitalis: Hoc est verbum illud abbreviatum, Dilige: hoc

Canones Apostolorum à Clemente Petri successore conscripti. Epist. 2.

Apostoli statuerunt, non debere presbyteri aut episcopi vxorem propriam vxorem.

1. Cor. 14. vsuum precatioes que in templis sunt publice vernacula lingua fieri debeant edisserit.

Act. 15.

1. Cor. 11.

Ambro in epist. 4. ad Ephesios.

Fides apostolorum necessariò non retinenda, si salui esse volumus.

saluo, quæ pertinet ad ritus, quando res ita postulat, circa tumultum ecclesiæ mutare, nunquam est nefas habitum, fieri namque potest, ut quod expediebat illo tempore, non expediat hoc.

De sacro vernaculo legendo.

Har.) Quid autem an non expedit nunc quoque sicut Apostolorum temporibus ut intelligat populus quid precetur sacerdos? Cum enim sacerdos benedixerit, qui supplet locum, idiotæ, quomodo dicet amen, super eius benedictione, quoniam maior dicat necesse est (Arat.) Quid si qui minus intelligunt, ea quæ dicuntur à sacerdote, maiorem in eis per se videre licet pietatis affectum: contra, frigus in illis ingens qui non verba magis quam sententiam quoque verborum assequuntur? Non omnia in intelligendo consistunt. Preclare Augustinus de turba scribit, quod eam non intelligendi viuacitas, verum credendi simplicitas tutissimam facit. Qui etiam alio loco: Si propter solos eos Christus mortuus est qui certa intelligentia possunt quæ ad fidem pertinent discernere, penè frustra in ecclesia laboramus. Non ergo quantum intelligas, sed quantum credas, & quantum credendo ames, querit Deus. Fit non raro ut qui intelligunt, contemnant: qui non intelligunt, amplius admirentur & piè magis ad ea quæ non intelligunt afficiuntur, ut non sine causa Christus in parabolis loquutus esse turbis, legatur. Quod si qui eo animo vel ad deprecanda, vel ad audienda canticæ & preces ecclesiasticas accedunt, ut suam Deo gloriam, laudem & honorem præstare, de quæ perceptis muneribus illi gratias agere, simul ea quæ vel præsentis vel futuræ fidei conductura sint, ab eo cupiant impetrare, tam est Deo grata hæc in eis animorum affectio, nulla ut verborum intelligentia cum ea conseruari queat: Putasne tu pueros Hebræorum intellexisse quæ agebant, cum in templo clamarent, osanna filio Dauid? Atqui hæc eorum quamlibet imperitorum, pietas, ad eum Christo non ingrata accidit, adeo non est aspernatus, non intelligentium laudem, ut cum principes sacerdotum & scribæ indignati dixissent, audis quid isti dicunt? non obscure tulerit se laude illorum delectari, ac iam pridem à propheta fuisse prædictum admonuerit. Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem, qui vel solus scripturæ locus docere nos potest, non quod ab eorum supercilio proficiatur, qui sibi nihil non arrogat, sed infantium & lactantium laudem gratam esse Deo, experientia magistra didicimus quid fructus ea res attulerit, quod in plerisque locis officia diuina, in linguam vernaculam ad verbum translata decantentur. Tantum abest, ut accesserit ad pietatem aliquid plus, ut etiam diminutum esse videatur: ut non temere fuerit ac sit etiam nunc apud quosdam populos moribus receptum, ut qui priuatas ad Deum preces funderent non vernacula, sed latina lingua, tantum ipsam etiam dominicam orationem & mares & cœmina pronuntiarent. (Har.) Sed quis eius orationis fructus est, si quod vel precantem sacerdotem audis, & quid precaris ipse non intelligas. (Ar.) Pro me tibi respondebit vir totius orbis Christiani iudicio semper vnus omnium doctissimus habitus Origenes Adamantius, cuius verba, nisi molestum est, proferam: tractat enim ea paulò pluribus. (Har.) Tu verò profer quod ille dicit. (Ar.) Docet is non parum ex hoc ipso vtilitatis animæ conferri, quod verba diuinarum scripturarum aures nostras licet obscura videatur, penetrant. Si enim creditum est, inquit, à gentibus quod quædam carmina, quas per præcantationes appellant, quibus istud artis est infusurantes nominibus quibusdam compellatis, qui ne illi quidem qui inuocant norunt, ex solo vocis sono vel sopiantur serpentes, vel etiam de cauernis protrahantur abstrusi: scilicet etiam & in corporibus humanis, tum mores aut alia eiusmodi voce sola reprimere dicuntur, interdum etiã animæ stuporem quendam sensus infigere, vbi tamen Christi non relliterit fides: quanto magis totius præcationis & carminis validiorem & potiorrem dicendam credimus, quamcunque illam scripturæ sanctæ vel sermonum, vel nominum appellationem? Sicut enim apud infideles contrariæ virtutes audientes illa vel illa nomina in carminibus & præcantationibus adsunt, & exhibent famulatum, & dant operam in hoc ad quod inuocati se ex illo vel illo nomine senserint, officij sui rem quodammodo ac ministerij, cui semetipsos mancipauerint, dependentes, eò magis utique cœlestes virtutes & angeli Dei qui nobiscum sunt. Sicur & Dominus de parulis Ecclesiæ dicit, quia Angeli eorum semper adsunt in conspectu Domini videntes faciem eius. Libentes & grati accipiunt, si semper verba scripturæ, & horum nominum appellatione, velut carmina quædam & præcationes ex nostro ore promamus. Quæ etiam nos non intelligimus quæ de ore proferimus, ille tamen virtutes quæ adsunt intelligunt, & velut carmine quodam inuitatæ, adesse nobis, & ferre auxilium delectantur. Quia autem sunt, non solum circa nos multæ diuinæ virtutes, sed etiam intra nos indicat propheta, cum dicit in psalmo: Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora

a. Cor. 14.

Contra Manti- cheos epistola quam vocant fundamenti cap. 4.

Mat. 21.

Ex diuinis officijs vernaculè decantatis, plus diminuit pietatis, quam accesserit.

Origenes Hom. 20. in Iosue.

Animaduerte hæc diligèntius.

Contrariæ virtutes, hoc est, demones, carminibus & præcantationibus parant.

Virtutes cœlestes suorum nominum appellatione delectantur.

riora mea nomen sanctum eius, hoc est, omnia quæ intra me sunt. Constat ergo multas esse virtutes intra nos, quibus vel animarum nostrarum cura, vel corporum permittas esse, quæ utique si sanctæ scripturæ leguntur à nobis, delectantur & validiores erga nostri diligentiam sunt, si linguis loquamur & spiritus noster oret, sensus autem noster sine fructu sit. Dixit enim & hoc sanctus Apostolus & mirum quodammodo mysterium, humanis auribus protulit dicens, aliquando fieri posse ut spiritus qui in nobis est oret, & sensus noster sine fructu sit. Intelligit ergo ex hoc quia sit aliquando noster quidem sensus sine fructu, spiritus autem, id est, virtutes illæ quæ animæ nostræ in adiutorium datæ sunt, pascuntur & rescuntur ex auditu scripturæ sanctæ, velut ex diuinis & rationabilibus cibis. Quid dico quia diuinæ virtutes pascuntur & epulantur in nobis, si nos verba diuinæ scripturæ proferamus ex ore? Ipse Dominus noster Iesus Christus, si nos inueniat ijs vacantes, non solum pasci & resciri dignatur in nobis: verum etiam si has epulas apud nos viderit apparatus, patrem secum dignatur adducere. Ego & pater, inquit, veniemus, & cœnabimur apud eum. Sed sicut ex huiusmodi meditationibus diuinarum erga nos virtutum officia & confortia prouocamus, ita & econtrario malignarum virtutum insidias & pelsimorum demonum incursiones ex huiusmodi sermonum appellationibus effugamus. Verbi gratia, ut si quis nostrum aliquando perpexit præcantationibus sopitum serpentem portari in manibus vel pertrahi de cauernis nihil valentem nocere veniens, ut pote incantationis virtute torpentibus, ita etiam lectionis diuinæ virtute, si quis intra nos est contrariæ potestatis serpens, si quis ad insidiandum coluber lateat, si patienter ferat, si non tedio fatigatus, auertas auditum scripturæ, canonibus, & diuini sermonis assiduitate, depellitur. Si ergo vides, o auditor, aliquando legi scripturam in auribus tuis, quam non intelligis, & sensus eius tibi videtur obscurus, interim hanc primam suscepisse vtilitatem, quod suo auditu velut præcantatione quadam noxiarum virtutum quæ te obsident, & quæ tibi insidiatur, virtus depellitur & fugatur, observa raturam ne efficiaris sicut Aspides surdæ & obturantes aures suas ne audiant voces incantationis & veneficij, quo incantantur à sapiente. Hæc autem idcirco diximus, ne fastidium capiamus, audientes scripturas, etiam si non intelligimus. Sed fiat nobis secundum fidem, credentibus: quia omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est. Si ergo diuinitus inspirata est, & vtilis, etiam si non sentiamus, credere tamen debemus quia vtilis est. Solent medici præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare (Verbi gratia) ad discutendum caliginem visus, nec tamen in edendo ipso cibo vel in porando sentimus, quia vtile est & prodest oculis, sed cum transferit visum cibi illius & poculi virtus, paulatim purgat aspectum, & tum demum sentire incipimus, quia cibis ille & potus profuit oculis: hoc ergo modo credendum est etiam de scriptura sancta, quia vtilis est & anime prodest, etiam si sensus noster ad præsens intelligentiam non capit, quoniam & bonæ virtutes quæ nobis adsunt rescuntur, & contrariæ torpescunt, hinc meditationibus & effugantur: Hactenus Origenes. Vides autem Harpage, quem admodum ille & rationibus & appositis quibusdam similitudinibus etiam non intellecta scripturarum verba prodesse, vel promentibus ea, vel audientibus, planum facit? Idque ex eo ipso Pauli capite prolato testimonio, quod tu pro tua sententia confirmanda citasti. Sed audi quælo. Si non promendæ sunt vel non audientes præcationes nisi quas intelligas, quid ex eo consequetur aliud, quam nullum fore in ecclesia Dei palmorum vsum quos Dauid conscripsit? quorum quemque enim reperies, etiam ex doctoribus, qui sententiam eorum assequatur quacunque tandem lingua promantur? Deinde verò qua nos alia præcandi formula magis vti fas est, nisi quam nobis Christus ipse præscripsit, quæ propter hanc etiam causam oratio dominica vocatur? Habemus eam in linguam vernaculam conuersam, quam multos autem inueniri putas, qui vel tertium illius verbum, saltem, ad litteram intelligant? certe ex imperita multitudine vix centesimum quemque (ut interim de sensu taceam, quem ne ij quidem assequuntur omnes, qui sibi cauti præ ceteris esse videntur) qui litteram intelligat reperies. Apud Russos, neque Græcæ neque Latinæ lingue in sacris vsus est. Nunquid autem quæ pronunciat sacerdos, & populo cuius intelligat? Pleraque ne sacerdotes quidem ipsi. Nemo apud eos queritur officia diuina non intellecta decantari. Sexcenti iam & amplius anni intercesserunt, cum Cirulus & Methodius à sede Apostolica impetrarunt, ut eis rem diuinam facientibus, lingua Sclauorum vti liceret. Ac ne nunc quidem fortasse defunt qui meminisse queant, etiam in templo sanctæ crucis, quod in Clepardia est, Sclauorum lingua sacerdotes sacris operantes vsos fuisse. Sed verisimile est quod plures fuerint qui Latinam, quam qui Sclauorum linguam intelligerent. Itaque cum eam ob rem, tum alijs ex causis factum est, ut ea lingua rem diuinam facientes vti desinerent.

Multæ virtutes intra nos nostræ curæ habentes.

2. Cor. 14. Sensus noster aliquando in- ter orandâ sine fructu, spiritus autem pascuntur ex auditu diuinæ scripturæ.

Ioan. 14.

Aspides surdæ & obturantes aures suas, dicitur hereticis. Pjal. 57. 2. Tim. 3.

Si non promendæ sunt præcationes, nisi quas intelligas, sequetur in ecclesia De ipsal- morum vsuum fore inutilem. Mat. 6.

Lingua Ciru- lu & Metho- dius.

*Nullis de cau-
fis apud profes-
sore effectum
in vernacula
lingua sacra
ferent.*

*Nationes sep-
temtrionales
que lingua Po-
lonica videntur.*

*D. Hieronymus
sacros libros in
lingua Dal-
matica vertit.*

*Quare sit oras
diu potius lin-
gua Latina
quam vernacula.*

*Gene. 31.
M. Lutheri er-
rores plusquam
sexcenti a ca-
tholicis ani-
maduersi in sa-
cris biblijs ver-
tendis.
1. Cor. 14.
Mulierum no-
stri temporis
audacia simul
& arrogantia
impudētiaque.*

2. Cor. 15.

*Quid nobis at-
tuli scriptura-
rum in vulga-
rem linguam
translatio, ne-
dicam propheta-
natio.*

Psal. 121.

Ezech. 3.

*Pastores Ecclē-
siae iam pro se,
tum pro ouibus
sibi conuocatis
reddere Deo ra-
tionem tenen-
tur.*

nerent. Constat autem in Morauorum gratiam id potissimum impetrasse Cirulum & Methodium, quod ea gens ipsis auctoribus in Christum credere cepisset. Sed nec apud Morauos, quorum tamen lingua propius ad Sclauorum dialecton accedit, nec apud nos diu mos ille durauit, quod plus adferre detrimenti quam emolumentis visus est. Quam obrem & apud Morauos etiam illos qui catholice sunt communionis, eadem qua apud nos, hoc est, Latina lingua rem diuinam facientes vtuntur. Ac vix est vlla lingua sub sole, quae latius quam nostra pateat, cum plus etiam quam quartam Europae partem complexi videatur. Hac enim vtuntur Boemi, & Morauj, & Callubi, & Rusi, & Moschi, & vnde nos originem duxisse putamus, Sclauj, Suerij, Dalmatae, Boznenfes, Croatae, Bulgari, Rasciani, Serbi: & alij gentes nonnullae. Ceterum sic inter se nationes haec dialectis variant, vt minus etiam Saluum, aut Dalmatam Polonum intelligat, quam Hollandum aut Burgundum, Sueuus aut Helueticus. Quamlibet autem non ipsos amemus, tamen illud fateamur necesse est: Sclauorum aut Dalmatarum linguam esse multo elegantiorē quam sit nostra, ita, vt si precatōnes & sacras lectiōnes in vernaculam transferri linguā oporteret, in eam potissimum transferēde sint, a qua nostra duxit originem, quae prestat etiam ceteris elegantia. Cum praesertim Dalmatica lingua sacros libros Hieronymum vertisse constet, vt in eius vsu minus esse periculi videatur. Cum autem & illud manifestum sit, quod in diuinis officijs vsus illius aliquando fuerit, quis est qui dubitare queat, non sine causa eum non apud nos magis quam apud ipsos etiam Boemos & Morauos, qui modo catholici sunt, intermissum fuisse? (Har.) Quid autem impediret, quod minus sua quaeque gens dialecto vtetur in eiusmodi sacris lectiōnibus, & precatōnibus conuertendis? (Ara.) Atqui hoc nec Rusi faciunt, quos tanta constet esse religione in diuinis officijs ea dialecto peragendis, quam a maioribus suis traditam acceperunt, vt si quid ab illa variarent, grandi se piculo obstrictos iri per-suasum haberent. Nunc tu vide Harpage, dum nimio plus de eo sollicitus es, vt omnes omnia intelligant, si forte concessum tibi sit quod optas, ne, qui capiti mederi potissimum debebas, non sine magno capitis discrimine rem diuinam tantum curare videaris. Caput enim est, vt verum diuinarum scripturarum sensum retineamus, quod ita multis & varijs translationibus vix recte prouideri poterit. Quis enim praestabit, si sua quaeque gens dialecto sacras precatōnes & lectiōnes versas habuerit, nullus vt error in vertendo committatur? Atqui nusquam erratur, quam in hac parte periculosius, & est vsu compertum, versiones istas litterarum sanctarum in linguam gentis alicuius vernaculam, multum ecclesiae Dei incommodi attulisse. Nam praeterquam quod ista omnium omnia intelligendi, ac plusquam oportet sapiendi nimia quaedam auditas, eundem prope nostris temporibus fructum attulisse videtur, quem attulerat primis parētibus nostris esus ligni scientiae boni & mali, dum ex bonis Latinis mala Germanica fecit Martinus Lutherus, sacris biblijs vertendis, plus eum quam sexcentos errores admisisse, a catholicis animaduersum est. Nec id a catholicis tantum. Confer Zuin- glij translationem cum ea quam Lutherus edidit, non paruis de rebus magnam discrepantiam, vel pugnantiam potius inuenies, vti nulla alia, vel haec sola causa deterrere nos deberet a diuinis oraculis in vernaculam linguam vertendis. Paulus etiam loqui non permittit mulieribus in Ecclesia. Nunc translationibus istis in linguam vernaculam factum esse cernimus, vt quas lanam texere sub id tempus magis expediebat, eae sibi docendi quoque potestatem iam arrogauerint, ac si quis eas ad officium sanitatemque reducere velit, plus cum illis, quam cum ipsis viris negotij sit habiturus, cum ne viris quidem per vxores catholicos esse liceat, & saepe quod vult vxor, credere maritus cogatur. Nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes prophetae, nunquid omnes doctores, dicit Apostolus? nunc haec scripturarum prophanatio verius quam translatio, non solum Zonarios, Bouilos, Pistores, Sartores, Sutores, Verumetiam Zonarias, Bouilas, Pistricas, Sartrices, Sutrices, facit nobis Apostolas, prophetissas, doctrices & omnem prope modum ordinem, ex ecclesia Dei sustulit, vt Hierusalem loco, quae edificatur vt ciuitas, cuius participatio in idipsum, Babylonem quandam extructam videre liceat, in qua reuertum omnium horrenda quaedam est confusio. Hunc fructum & apud finitimos, & apud nos quibusdam in locis videmus nunc & ingemiscimus, ex hac diuinarum scripturarum in vernaculam linguam versione. Quin audire etiam quosdam licet dicentes: Ego ipse pastor esse anime meae, & eius curam gerere teneor, si quid erratum a me fuerit, episcopus pro me supplicium gehennae non luet. Estne autem hoc illi Dei verbo consentaneum? Fili hominis speculatorem dedite domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuncabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur a via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate

quitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Aut illi quod per Paulum locutus est, obedite praepositis vestris & subiaceat eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Comminatur Dei spiritus per prophetam, quod de speculatoris, hoc est, episcopi manibus animam sit illius requisiturus, quem a via sua impia non fuerit auertere conatus. Loquitur idem per Paulum, quod praepositi siue episcopi peruigilant, quasi rationem pro animabus sibi commissis reddituri. Et isti quoniam legerunt aliquid ex veteri aut nouo testamento, per Lutherum aut Zuin- gium in vernaculam linguam verti, negant Dei vocem se requisiturum sanguinem populi de manibus praelatorum, eosque de sibi commissis animabus rationem reddituros, dicentis: Ipsi sibi doctores, ipsi suarum animarum episcopi sunt, & pastores ipsi ligant, ipsi soluent conscientias suas arbitrato suo, ipsi sibi non episcopi modo, verum & Papae sunt & concilia, neque viri magis quam foeminae, quarum petulantia minus etiam est ferenda. Sic transferendis in vernaculam linguam sacris biblijs effectum est, vt omnis ex ecclesia sublatus ordo iam esse videatur. Non temere autem dictum est ab eo quem propter singularem diuinatum scripturarum peritiam theologum Graeci vocant, quod non omnium est de Deo deque rebus diuinis differere, quodque neque omni loco, neque omnibus, neque omnia sunt propalanda. Ignorare plerique satis est, inquit Tertullianus, ne quid quod non debeas, noxas: quia quod debeas, noxas. Quem sequitur Hilarus. Habet, inquit, non tam veniam quam praemium ignorare quod credas: quia maximum fidei stipendium est sperare quae nescias. Et aequalis Tertulliani Clemens Alexandrinus: Fides, inquit, non sapientum secundum mundum, sed eorum qui secundum Deum sunt sapientes, est possessio: illa autem etiam absque litteris discitur, eius autem scriptum, quod & ad rudes ignarosque homines pertinet, & est diuinum, vocatur charitas, quae est decretum spirituale. Vides quemadmodum etiam absque litteris dici posse fidem docet Clemens, & eius scriptum, quod etiam diuinum appellat, vocari dicit charitatem? Ex eo discere licet, non in eo quantum intelligas, sed in eo quantum credas, & credendo ames; permultum esse positum, cum certum sit, etiam si plerique non assequantur, in fide maiorum suorum saluos fieri minores. Nulla itaque est huius rei necessitas, vt officia diuina, vernacula lingua celebrantur: cum praesertim qui sibi nouandi omnia licentiam potius, quam auctoritatem arrogauerint, apud eos non eundem hac in re morem obseruari videamus, apud quos quot ciuitates, tot cernere licet rituum diuersitates. Nam alibi vernacula lingua cantantur omnia, Latina nihil, Alibi Macaroneam quaedam videre licet, dum Germanicis Latina miscentur. Neque desunt qui profus reiiciunt omnem cantum ecclesiasticum. In his igitur istorum varietate qui rerum nouam dantur cupidi segregauerunt seipos ab ecclesia Dei, etiam si quid mutare nobis proposuerint, non etiam fecerimus, vt dum inter ipsos prius conueniat expectemus, quorum sibi plerique vestigia persequenda putant? (Har.) Atqui in Lateranensi Concilio cum decretum sit vt sua cuique genti lingua, diuina officia celebrantur, qui sit quod huic tam salubri decreto non pareatur? (Ara.) Quid si quod in Lateranensi concilio decretum est, tu non intelligis? verba decreti sunt: Quoniam in plebique partibus intra eandem ciuitatem atque diocesim, permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus & mores, districte praecipimus, vt pontifices huiusmodi ciuitatum siue dioceseon sibi prouideant viros idoneos qui secundum diuersitatem linguarum & rituum diuina illis officia celebrant & ecclesiastica sacramenta ministrant, instruendo eos verbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omnino, ne vna eademque ciuitas seu diocesis diuersos pontifices habeat. Quae te, nunquid sanctum hic aliquid est de ritibus nouandis, & non de conseruandis potius, qui recepti sunt? Non est dubium quin Graeca lingua multo ante quam Latina, diuina officia in orientali praesertim ecclesia peragi cepta fuerint, qua scripturas omnes canonicas noui testamenti, praeter vnum Matthaei euangelium, traditas nobis esse non ignoramus, ita vt a Graecis ad Latinos Christiana fides fuerit propagata, quin & illud iam docuimus recentis annis ante decretum hoc latum; Sclauis permisissum fuisse, vernacula sua lingua rem diuinam facere: Quod autem ex quo tempore Hispaniae, Galliae, Germaniae, ceteraque prouinciae Christi fidem receperunt, fuerit vnaquae apud has, vel alias occidentis aut septentrionis ecclesias in diuinis officijs vernacule linguae vsus, a quoquam doceri non posset. Hoc igitur constitutum est in concilio Lateranensi, vt ne ciuitas aut diocesis vna duos episcopos habeat, sed vnum tantum, qui secundum diuersitatis rituum & linguarum prouideat de viris idoneis vni cuique populo. Verbi gratia: Venetijs, quae est ampla & copiosa ciuitas, ac orbistorius Christiani florētissimum emporium, sunt varij ritus, variae linguae, mores quoque diuersi. Sunt Graeci & hi quidem catholici (nam & inter

*Hebr. 13.
Omnis ex Ec-
clesia sublatus
ordo iam prope
modum esse vi-
detur.*

*Lib. 1.
Theologiae.*

*Tertullianus
Hilarus.*

Clemens.

*Absque litem
ris fides disci-
tur.*

*In fide maio-
rum salui sunt
minores.*

*Vide quae om-
nium rerum
germano con-
sistens descri-
ptionem.*

*Interpretatio
cōcilij Latera-
nensis, quo de-
cernitur vt
vnaqueque
gens sua lin-
gua diuina of-
ficia celebra-
tur.*

*A Graecis ad
Latinos Chri-
stiana fides pro-
pagata.*

*Vna ciuitas aut
diocesis, duos
episcopos habe-
re non debet.*

Gracos,

Græcos, catholicos adhuc reperire licet) suo ritu ac lingua: sunt Sclavi, qui sua, sunt reliqui populi occidentales, qui Latina lingua, rem diuinam facientes, in templis vtuntur. Decretum igitur in concilio Lateranensi vult, vt quocūque ritu a lingua celebrata fuerint officia diuina, ne quisquam ad ea se ingerat, cui non fuerit ab episcopo ciuitatis aut diocesis prouisum. Vt autem sacerdotibus rem diuinam facientibus, praterquam vbi vetus iam obtinuit consuetudo, vernacula vti cuiusque lingua liceat, de eo verbum extat nullum. (Har.) Nōnne verba decreti sunt vt prouideant pontifices viros idoneos, qui secundum diuersitatem linguarum & rituum diuersorum populorum diuina illis officia celebrent? quæ autem aliud his verbis, quàm illud sanctum esse videtur, vt sua cuique genti patria lingua diuina officia celebrarentur? (Ara.) Erras Harpage. Non ea sunt mens patrum, qui fuerunt in concilio Lateranensi congregati. Nam si hoc illi sensissent quod tu vis, iam inde à trecentis & quinquaginta annis (sub hoc enim tempore concilium illud est habitum) & in Germania, & in Anglia, Vngaria, Polonia, Boëmia, Dania, Scotia, Suetia, Noruegia, & in reliquis omnibus his Christianis regnis, vsus latinæ linguæ in diuinis officijs intermissus vel potius abolicus prorsus fuisse: quem tamen citra cuiusquam interpellationem sicut ab initio, ex quo tempore Christi fides in ijs terris recepta est, ita post concilium hoc Lateranense retentum, & ad nostram hanc ætatem vsque transmissum ac propagatum esse videmus. Sed si quis temporum rationem diligenter expendat, facile quæ causa fuerit huius decreti ferendi cognoscet: quæ cognita quæ fuerit in eo ferendo patrum intentio, planum fiet. Concilium cuius hoc decretum profertur, habitum fuit sub Innocentio tertio: quo tempore & Constantinopolitana, quæ dudum Græcorum imperio patebat, & Hierosolymitana ciuitas in Latinorum potestatem peruenerat. Itaque præsentem in eorum Constantinopolitanam & Hierosolymitanam patriarchæ adferunt, quod Græci tum ad obedientiam Apostolicæ sedis reuersi fuerant. Quorum mores ac ritus, quantum cum Deo possent sustinendos esse, patres decreuerunt. Quam ob rem non erat visum patribus, vt impedirent Græcos, quominus, quemadmodum sua lingua suoque ritu Latini, sic illi quoque (quamuis sub Latinorum potestate reducti) sua & ipsi lingua, suoque ritu rem diuinam facientes, vterentur: sed hoc tantum vt constaretur necessariam esse putauerunt, ne propter diuersas linguas & ritus, duos aut plures episcopos vna ciuitas aut diocesis haberet. Nā capti per Latinos Constantinopoli, Francorū & Venetorum opera, sic inter Francos & Venetos cōuenerat, vt si designatus esset ex Francis Imperator, Veneti darent Antistitem, ne penes vnā gentē vtrāque; esset dignitas. Ac designatus tum erat Imperator Balduinus Flandrensis Comes. Antistitem verò siue patriarchā dederant Veneti Thomam Maurocenū. Neque dubitū est quin suæ quoque gentis, siue ritus & linguæ patriarchā episcopū habere Græci cupuerint, quibus vt sua lingua, suoque ritu vterentur, facile concessum est: Duos autē vt haberet episcopos vna ciuitas & diocesis, concessum non est. (Har.) Video te promptiorē ad omnia resellenda quæ per me adferuntur, quam vt contradicere tibi queam: Sed obsecro te (quandoquidem hæc tria, quæ tanta contentione nunc expectantur inter ea multi numerant, etiam catholici, quæ Græci vocant ἀδιαφορα, Latine dicere licet in differentia) est ne quod impediatur quod minus tantoperē flagrantibus concedi possit? (Ara.) Vtinam autem in flagitatores istos non recte quadret illud quod à Christo dictum est, nescitis quid peratis, Verum hac de re concilij sententiam expectare præstitit, cuius cognitionem, vt vnus alicuius aut hominis, aut etiam prouinciæ, aut regni, calculo antequam ferendum esse non videtur. Non est nostrum Harpage, quid vnaquaque de re decernere debeat Oecumenico Concilio præscribere, sed quod ab illo præscriptum fuerit, ei parere nostrum est. Verum interea tamen tenere me non possum, quin ex August. proferam nonnulla, quæ qua de re nunc agimus ab ea non esse videntur aliena. Sicut enim nunc sunt qui nimio plus ventri & abdomini seruietes, ieiunia prorsus abrogata cupiunt, præcipue quod vel ad diem obseruationem, vel ad ciborum discrimen attineret: sic fuit Augustini seculo quidam Vrbicus qui longè diuersa ratione peccaret. Is enim non modo non detractum aliquid de ieiuniorum diebus, verum auctos illos potius cupiebat, nam cum quæta tantum & sexta feria ieiunaretur per totum orbem Christianum, exceptis quadragesimæ diebus, ille quoniam Romæ & apud paucos occidentales non pranderi sabbatis videbat, damnavat omnes quicunque sabbatis à prandio non abstinuisissent. Quo nomine grauitur ab Augustino obiurgatus: Quis ferat, inquit, per omnes orientales, & multos etiam occidentales populos Christianos, de tot tantisque famulis famulabusque Christi sabbato sobrie modesteque prandentibus, ab illo dici, quod in carne sunt, & Deo placere non possint? & quod de illis sit scriptum: Recedunt iniqui à me; & quod sint ventri-

colæ? Iudæam Ecclesiæ præponentes, & ancillæ filios & lege non iusta, sed voluptaria consulentes ventri, non disciplina succumbentes, & quod caro sint, & mortem fiant, & cætera huiusmodi? Quæ si de vno quopiam Dei famulo diceret, quis eum audiret, quis eum non deuitare deberet? quum ergo his operibus atque maledictis insectatur Ecclesiæ per totum mundum fructificantem atque crescentem & die sabbati penè vbique prandentem, admoneo vt sese cohibeat, & c. Quod de Vrbico dixit August. nunquid non multò rectius dici potest de his, qui laicis calicem, qui sacerdotibus vxores dari, qui diuina officia vernacula celebrari lingua postulant? Quid enim? an isti quoque maledictis & probris Ecclesiæ non incescunt? an in eam insultant ubi non inuehuntur, qui non dubitant sexcentis his annis (ex eo enim tempore ferè suane Christi iugum recepit Polonia) quotquot fuerunt maiores nostri, ac non nostri magis quàm omnium aliorum populorum qui Christiano nomine censentur, eos aut cæcitate, aut impietatis omnes condemnare? qui non viderint clara scripturæ verba, Bibere omnes ex calice iubentis, prohibere nubere, doctrinam esse demoniorum affirmantis, linguis quibus intelligi possint, loqui aut orare præcipientis? aut si viderunt, eò sunt impietatis prolapsi, vt ea contra suam ipsorum conscientiam interpretari fucob imperitioribus facto, contra tam aperta & manifesta Dei verba venire non dubitauerint? Non putauit Vrbico concedendum Augustinus in re multo minore. Quid enim in eo momenti est, prandeat sabbato nēne, cum alicubi pransum, alicubi non pransum, vtrouique rectè fuerit, & nunc vbique non prandeat modo, verum & cenetur, exceptis quadragesimæ, vigiliarum, & quatuor temporū diebus? Nam quæ de re nihil certi statuerat diuina scriptura, nec Ecclesiæ (quam ille præcipit audiendam) decretum vllum intercesserat, in ea suo quemque sensu voluit abundare, & ad quamcunque venisset Ecclesiæ, eius morem obseruare, ne vel pateret scandalum, vel faceret. Si in re tam leui, nihil esse concedendum Vrbico putauit Augustinus, quid eum, si nunc vineret, facturum fuisse putas, si qui sunt ex imperita multitudine, eos tanto studio contententes audiret, vt qui tot seculis in Ecclesiæ Dei recepti sunt ritus, ac pleniorum conciliorum auctoritate confirmati, nulla legitima ex causa nunc tandem in vna aliqua prouincia seorsum ab orbe reliquo Christiano abrogentur? Qui si bono tamen animo, bonoque consilio pererent, sicut Cyrillum & Methodium aliquando fecisse scimus, fortasse non indigni videri possint qui audirentur. Nunc autem cum præclare moneat Athanasius, id quod pietas etiā suadet, vt bene de patribus illis sentiamus, à quibus rectè viuendi instituta & pietatis doctrinā accepimus, nisi nos ad ulterimos esse filios declarare velimus, isti nō aliam ob causam, hæc petere videntur, quàm vt patres quorundam suos, quos nos etiam nunc patres esse nostros agnoscimus, ac deinceps etiam semper agnoscerimus, iam inde à sexcentis propè annis, aut cæcos aut impios fuisse planè omnibus facere queant atque hunc sibi quasi gradum atque aditum faciāt, ad reliqua sua impia dogmata propaganda. Qui enim sunt qui ratopere ista flagitant? nunquid nō multò maxima ex parte aut Lutherani omnes aut Zuingliani siue Caluiniani quos vocant Sacramentarij, aut Picardi, aut Seruetiani siue noui Arriani, qui solum Deum patrem, & neminem alium adorandum, & inuocandū esse contendunt, quod ille tanquam solus Deus videt corda nostra quod nulla creatura facere potest? Et est præceptum veteris legis, vt qui adorauerit alium quempiam præter Deum solum, occidatur: ad quem Deum intercessorem, mediatorem, & procuratorem alium habemus nullum, quàm solum dominum Iesum Christum. Quasi verò nō æquè sit ipse Deus atque pater, & non æquè sit adorandus & inuocandus atque pater. Tales itaque; cum sint qui sibi concedi ista postulant, quid aliud eos importuna sua petitione querere verisimile est, quàm à Christi corpore ab vna sancta catholica apostolica Ecclesiā, separatione? Intelligit Sathanas concordiam simul iunctam omninò vinci nō posse. Itaque sicut lupus ouem à grege fecerere: sicut accipiter columbam ab agmine volantium separare conatur: sic ille cum sibi non esse satis viriū aduersus omnes perspicat, solitudinē querit circumuenire singulorum, atque hoc maximè laborat, vt quos potest à reliquo Christi corpore segreget, quò sic segregatos magis habeat suis insidijs opportunos. Hanc itaque segregationem summo semper studio sibi cauendam esse patres omnes catholici & orthodoxi putauerunt, inter quos Augustinus adeo nulla in re communicandum esse dixit cum ijs qui segregauerunt semetipsos, vt ne magna quidem exigente necessitate, ieiunandum esse die dominico censerent. Non quod ieiunando peccare quempiam existimaret: sed postquam hæretici impijssimi Manichæi die dominico, non aliqua necessitate occurrente peragere, sed quasi sacra solemnitate statuta dogmatizare coeperunt & innotuerunt populis Christianis, grande nefas arbitratus est, aliquid commune cum hæreticis habe-

220o tempore habitum est Concilium Lateranense.

Concilium Lateranense habitum fuit sub Innocentio.

Antiphona seu indifferentia.

Matth. 20.

Concilij patres dicit, non eis quid præscribere dicitur.

August. Epist. 86. ad Cassulanum.

Hæretici sibi magis maledictis & probris Ecclesiæ Dei incescunt.

In eo quod diuina scriptura nō præcipit, nec ecclesiæ Dei, quicquid suo sensu abundare potest.

Priscus ritus ecclesiæ non abrogandi.

Anastasius.

Patres nostri semper agnoscenti.

Qui sint ille, qui volunt sacramentum ac reliqua officia, lingua vernacula celebrari. Deut. 30. 1

Ventura similitudo luporum & accipitrum. Ad Sathanam & eius insidijs. Segregatio ab ecclesiā summo per cauenda. Augustin. Epist. 86.

Ad Cassulanum. Manichæi impijssimi hæretici.

*Nihil commune
cum hæreticis
habendum.
Exod. 20.
Cano. 8.*

*Ministri recon-
ciliationis pres-
byteri, non sa-
cerdotes ab apo-
stolis vocati,
Maria nō Chri-
stosotos, sed
theosotos, id est
Dei genetrix,
iussa appellari
in concilio E-
phesino.
Mat. 1.
Luc. 2.*

Cano. 5.

*Greg. lib. 1. epist.
4. in Registro.*

*Leo papa
Epist. 4.
cap. 2.
1. Cor. 1.
epist. 4.
Dne causa
quare hæretici
veteres ritus
mutari cupiunt.
Cano. 6.*

*Nihil pernicio-
sus quam se-
parationis prin-
cipium.*

*Peruersa hære-
ticorum religio
et conscientia.
Ioan. 8.*

Acto. 20.

*Pie exhortatio-
nes.
Matt. 23.*

*Extra ecclesi-
am non est sa-
lvis.*

*Nihil aliud
credendum, quā
quod creditis ec-
clesia.*

cis habere. Sic apostolorum auctoritate, ne communicare cum Iudæis Christiani vide-
rentur, Sabbati loco dominicus dies, vt sanctificaretur, sanctum est, cum tamē scriptu-
ra dicat: Sabbata sanctifices, non diem dominicum. Sic eorundem auctoritate cōstitu-
tum est eadem ex causa: Si quis ante vernale equinoctiū sanctum paschæ diem cum Iu-
dæis celebraret, episcopus aut presbyter, vt abijceretur. Quin & illud obseruatum est,
quandiu durabat sacerdotium Iudæorum, vt qui ministri reconciliationis Apostolo-
rum temporibus fungebantur, non sacerdotes, verum presbyteri vocarentur. Ad e-
d ne nomine quidem appellari Christianorum, quo Iudæorum sacerdotum dignabantur. Ab
Ioanne quoque Chrysostomo grauer eos reprehensos esse legimus, qui ieiunassent
ijsdem diebus, quibus Iudæi solenniter ieiunabant. Sic in Ephesino Concilio cum Ne-
storius Christoticon non autem Theoton esse Mariam virginem asseueraret, sub ana-
thematis pœna fuisse legimus interdictum, ne quis eam Christoticon auderet appel-
lare, non quod hoc quoque nomen illi recte tribui non possit, sed quod obuian-
dum errori patres putauerunt, quod Nestorius purum hominem Christum, non autem
Deum & hominem Mariam peperisse contendebat. Ac queritabatur Nestorius con-
tra verbum Dei veniri, quod matrem Iesu vocari Mariam legamus in euangelio, matre
Dei vocari nusquam in scripturis reperitur. Obtrinit nihilominus concilij decretum,
ad e- vt nunc etiam vix vlla sit vernacula gentis cuiusque lingua, quæ modò Christo
mè dederit, qua Maria nō Dei potius, quā Christi mater vocetur. Sic in Toletano quo-
que quarto cōcilio, propter vitandum schismatis scandalū vel hæretici dogmatis vsum,
decretum est, vt simplex tenetur baptismi mersio: ne viderentur qui tertio mergunt, hæ-
reticorum approbare assertionem, dum sequuntur & morē: quod quidem auctoritate
Gregorij magni factum est. Vides igitur quid in eiusmodi ritibus patres nostri sequu-
ti potissimum fuerint, duo nimirum. Vnum, vt ne quid Christiani vel cum Iudæis vel
cum hæreticis commune haberent: Alterum, quod à sanctissimo Leone scriptum est,
non aliter vnus grex & vnus pastor esse possumus nisi (quod iterum atque iterum mo-
neret Apostolus) id ipsum dicamus oēs: Nisi perfecti simus in eodem sensu & in eadem
sententia: nisi ritus etiam eosdem obseruemus. Nunciasti propter duas contrarias cau-
sas veteres ritus mutatos cupiunt. Primum, vt cum hæreticis potius quam cum sanctis
patribus nostris catholicis & orthodoxis cōmunicare videamur: deinde vt nos ab or-
be reliquo Christiano diuidamus. Terribilis est Satanae castrorū hæc acies ordinata.
Quamobrè nihil aliud cōtendit magis & elaborat, quàm vt rumpat ordines, vt segre-
get, vt diuidat: quod simul vt perfecerit, iā optatam erit victoriam consequutus. At qui
conatibus hæc Satanae fideles omnes omni ope resistere oportet. Nam vt nihil sit in
ipsis rebus, quæ peruntur, mali, tamen in separatione tantum est mali, nihil vt fieri pos-
sit perniciosius, cum principium separationis, quā finem reperire multò sit facilius. De-
inde verò nullum est crimen quod multis modis ab hoc vno crimine non superetur.
Itaque res est non admiratione magis quàm cōmiseratione digna, quod audire quos-
dam licet dicentes, religione quadam, vel (vt magis trito verbo vtamur) conscientia sua
prohiberi, quod minus à calice sibi temperent aut altera tantum specie contenti sint.
Nunquid non hæc peruersa quadam est religio, siue conscientia? Nunquid non illi Iu-
dæorum simillima, quibus religio fuit in prætorij ingredi ne contaminarentur: cæte-
rum Christum illudendum, flagellandum, crucifigendum tradere, nulla fuit religio. Ad
eundem modum isti quoque conscientia præmi se dicunt, si à calice abstineant. Si verò
corpus Christi mysticum laniant, pro quo corpus ille suum viuum & verū in mortem
tradidit: si sanctā ecclesiam catholicam lacerent, quam Christus acquisit sanguine suo,
si multas in partes eam dissecent, nulla religione tanguntur, nullo conscientia scrupulo
premiuntur. Tu verò Harpage, si sapias, ab eiusmodi peruersa religione tibi diligenter ca-
uebis, ne tu quoque numerari queas inter eos, de quibus scriptum: excolantes culicem,
camelum autem glutientes. Nulla autem in re maiori tangaris religione, nec vnquam te
magis tua grauer conscientia, quàm cum discessionem, cum separationem cum præcisio-
nē à Christi corpore tibi sit aliquis persuadere conatus, tum verò dicit religione pro-
hiberi, conscientia tibi tuam non permittere, vt quod d certò persuasum est post habeas:
& quemadmodum olim qui fuerunt extra Arcam Noë, regnante diluuii perierunt, sic
extra catholicam ecclesiam saluum esse posse neminem. Quamobrem intra huius te se-
pta contineto, quem sensum & consensum illius esse vides, ab eo temerè ne discedito.
Quamlibet vociferetur per membra sua Satanas. Scriptum est enim. Et qui non es ex
doctissimorum numero, nihil aliud ei clara voce respondeas, quàm, credo sanctam ec-
clesiam catholicam: Sicut ab illa doctus sum, credo: quam scripturam adfert, eam ca-
nonicam, eam diuinitus inspiratam, eam esse tanquam Dei verbum recipendam, sic
non alio


non alio sensu, quàm quem illa me docuit, hanc ipsam scripturam verbum esse Dei cre-
do, & tanquam Dei verbum recipio. Si quis autem contrarium sensum adferat, eum
tanquam à malo spiritu profectum repudio. Ad hunc modum si egeris Harpage, nō er-
rabis, nec de regia via dessectes vnquam. Quoniam verò iam aduersperasit, fatisque mul-
ta verba de rebus ijs fecisse videmur, de quibus sermo nobis fuerat institutus, finem iam
dicendi faciam, si prius ex Augustino paucis admonero, quid ille maximè sequen-
dum, in scripturarum interpretatione censeat. Docet is summam & scopum scripturæ
rotius, nihil aliud esse quàm charitatem. Quisquis igitur (inquit) scripturas diuinas, vel
quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita vt eo intellectu, nō ædificet istam
geminam charitatem, Dei & proximi, nondum intellexit. Qui verò talem inde senten-
tiam duxerit, vt huic edificandæ charitati sit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille, quem
legit, eo loco sensisse probatur, (quandoquidem ea sententia fallitur, quæ ædificat cha-
ritatem qua finis præcepti est) nō perniciosè fallitur, nec omninò mentitur. Sed ita fal-
litur, ac si quisquæ errore deserens viam, eò tamen per agrum pergat, quod etiam via illa
perducit. Ex ijs Augustini verbis illud discimus, ita demū à nobis rectè scripturas intel-
ligi, si intellectu nostro charitatē ædificemus, ad quam quoties intellectum, nostrum re-
ferimus, etiam si non omni ex parte sensum scriptoris assequamur, ad scopum tamen il-
lum, quem scriptura vult, peruenimus. Sed qui fieri potest, vt charitatem ædificet, qui
separationis, qui diuisionis, qui schismatis auctor est? quum nullum sit signum charita-
tis euidentius, quàm vnanimitas, quàm multitudinis credetium est cor vnum & a-
nima vna. Quamobrem hanc Augustini regulam Harpage sequamur, si cenim
facile cauebimus ne vnquam periculose fallamur, nēque à scopo, quem scri-
ptura sibi propositum habet, aberremus. (Har.) Tu verò mihi iam per-
suasisse propemodum videris, atque in tuam me sententiam per-
traxisse. (Ara.) Persuasissimè proculdubio, nisi Harpagus esses:
Verum Harpago, ne, si persuasum quidem fuerit, persuade-
ri potest. Harpag. Semestre spatium ad deliberadum
dari mihi peto. (Ara.) Nulla opus est delibera-
tione. Sed ego tamen intererā Deum preca-
bor, vt auferat abs te cor lapideum, &
det tibi cor carneum, quod facilius
doctrinam sanam reci-
pere queas.

*Epilogus.
Augustinus
lib. 1. de doctri-
na Christiana
cap. 35.
Charitas scri-
pturarum sco-
pni.*

*Acto. 4.
Hæret. 11.*

F I N I S.

O o o 2



**EPISTOLA D. STANISLAI
HOSII CARDINALIS VVARMIIEN. AD
ILLVSTRIS. BRVNSVICI DVCEM
HENRICVM.**

Illustrissime principes, & Domine, dedit ad me non ita pridem Augusti litteras Dominus Ludolphus Haluerius Illustritatis vestrae Vicecancellarius, quibus perhumaniter illius verbis me salutavit, simul à me petiuit, vt in quo statu res hinc versentur, Illustritati vestrae perscriberem. Quod ego tantò maiore cum alacritate faciendum esse mihi putavi, quantum plures causae sunt, quibus Illustritati vestrae me plurimum esse deuinctum profiteor. Inter quas est illa quidem minimè vulgaris, quòd cum horem Serenissimi Regis mei, sibi matrimonio iunctam habeat, non possum illam hoc nomine non plurimum obseruare. Sed est alia maior etiam, quòd cum inter eos vitam degat, qui doctrinis varijs & peregrinis abducti, in aliud nescio quòd Euangelium se transferri passi sunt, constanter nihilominus in eo permanet Illustritas vestra, quòd à puero didicisti, & se verè Catholicum & Orthodoxum Principem esse declarat. Quo nomine meritò colitur à pijs omnibus, & in oculis fertur. Ego verò quanti faciam hanc illius in fide Catholica constantiam, quanta in illam vel propter vnam hanc causam mea voluntatis inclinatio propendeam, nulla satis oratione consequi possum. Itaque non solum in hoc vulgari admodum officij genere lubens Illustritati vestrae gratificabor, verum etiam si quòd esse possit aliud obsequij seruitutis genus quo magis animum erga illam meum testatum Illustritati vestrae facere possim, hoc certò de me sibi persuadeat, quòd nullum in me additissimi seruitoris officium requiri vnquam parat. Quamobrem de statu Concilij quòd hoc tempore scribam aliud non est, quàm apertum id esse XV. Calen. Februarij, quòd Ecclesiae suae felix, faustum & fortunatum Deus esse velit, & habitam esse primam sessionem ad iij. Calen. Martij: Alteri sessioni diem esse dictam, Xvij. Calen. Iunij. Quot verò hinc Oratores adfuit & Episcopi, è scheda praesentibus inclusa Illustritas vestra cognoscet. Ac adferebantur hinc gratissimi nobis rumores, etià Illustrissimos Principes Electores Saxoniae & Brandeburgensem, hunc suos citò missuros, quibus vehementer fuimus exhilarati, nisi quòd ea de re certi nihil adhuc habemus. Deum autem precamur, vt & horum, & aliorum Principum mentes in hanc voluntatem impellat, quòd suos Oratores mittere ne recusent, cum causam recusandi nullam habeant. Nec enim aliud nos cupimus vehementius, nec aliam ob rem tam frequentes in hanc Germaniam ciuitatem conuenimus, quàm vt quòd infirmum est consolidare, quòd aegrotum sanare, quòd contractum alligare, quòd abiectum reducere, quòd perierat conseruare possimus: non cum austeritate imperando, & potentia, sed in spiritu lenitatis omnes qui voluerint instruendo, quòd cognoscant, nihil à nobis praeter salutem ipsorum quaesitum esse. Quem suae discessionis à nobis fructum putemus, non sine magno suo periculo multi iam in Germania didicerunt. Nam vt reliquas calamitates taceam, quibus per hos annos quadraginta grauiter afflicta fuit nobilissima haec prouincia, quòd auctore primum ab Ecclesia Dei discessio facta est, is quem admodum ipse Christum diuidere conatus est, sic & ipsum à suis quotidiana concisione diuidi videmus, vt vbiq; doctrina ipsius recepta est, ibi tot fides, quot voluntates, tot esse doctrinas, quot mores, cernere liceat. Et quem admodum praclarus quidam Ecclesiae doctor scripsit, posteaquam ita fides scribi coepit, vt volumus, aut ita vt volumus intelligi, tandè eò res redacta est, vt vbi cessum est ab ea fide, quae sola est, dum plures fiunt, ad id coeperit esse, ne vlla sit. Quòd etiam ipsimet queruntur non vno loco, qui segregauerunt semetipsos, ad atheismum tandem apud plerosq; ventum esse. Vidimus hic Ducem Vinariensium librum, quo nouem, vidimus alium ministrorum Mansfeldensium, quo sectae sunt vndecondenatae, quae ferè oes non aliunde, quàm a Luthero duxerunt originem. Ex his duobus libris cognouimus, Ienenfes & Mansfeldenses ministros, non magis à nobis Christianis, quos per contumeliam, vt ipsis videtur, Papistas vocant, abhorrere, quàm à Vvirembergensibus & Lipfensibus, quibus visum est in certis doctrinae Christianae capitibus, ab ipsis etiam Lutheri placitis non leuiter dissidere: nec illius sententiae, quae non alio loco, quam quo Dei verbum à multis habetur, in omnibus subscribere. An autem non praestaret, si qua secta condemnanda est, vt id publicè toti orbis decreto fieret potius, quàm in aliquo Saxoniae angulo? Certè quòd Catholici esse debet, de eo nihil nisi in Ecclesia Catholica, quae Concilium Oecumenicum representat, statueri fas est: alio qui Catholicum dici non poterit. Non est Vvir-

est Vvirembergensis fides nostra, sed neque Vvirembergensis, neque Ienenfis, neque Tyngurina, neque Geneuenfis: sed est & vocatur Catholica fides, nusquam vt aliquid statuere de ea liceat, nisi in eo Concilio, quòd propterea vocatur Oecumenicum, quòd ex vniuerso orbe Christiano conuocatur ad id omnes, quotquot se Christianos esse profiterentur, vt quòd oes tangit, ab omnibus approbetur. Vidimus & Flacci, & Galli, & Amfordiffij, & Vvigadi, & Heshusij, & Matthaei cuiusdam iniquissimi seditionis simi; iudicis, (qui sepropter magistratus potius coercendus, quàm stylo refutandus esset) conuicia & maledicta: quibus grauisimis afficiunt non ministros tantum, verum & Principes Electores omnes, quauis suppressis eorum nominibus: nec minus illos, quàm nos, pro condonatis habent, & eorum communionem cõsuetudineque suis interdicitur. Legimus & Philippi Melancthonis, (qui miser, cum ei Lutherus in plerisque non satisfaceret, iuit de virtute in virtutem, & ex Lutheranis factus est ad extremum Caluinianus), graues querimonias de hoc mirabilium hominum genere, qui suo arbitratu damnant quilibet, neque personis auditis, neque rebus diiudicatis, cum quibus nihil agi posse dicit. Cogunt, inquit, Concilia, quando & vbi ipsis placet, atque vendicant sibi maiorem, magis intolerabilem, & minus excusabilem auctoritatem ac potestatem, quàm Papa Romanus vnquam, quae quòd tandè euasura videantur, cogitatur, inquit. Paulò antè verò scribit, quòd in anarchia euaserint. An autem id verum, sit, scire melius possunt, quorū res oculis est subiecta. Quaequam & ego mihi videor antemaduuisse quibusdam in locis, vbi suaue Christi iugum per ministrum suum Pontificem Ecclesiam gubernantis excussum est, etià Principum iugum non ferè tolerari. Vidimus & Cleitij quendam libellum, qui inscribitur, Victoria veritatis, & ruina Papatus Saxonici, contra Heshusij scriptum, in quo Lutheranos ad synodum, & ad disputationem de praesentia vel absentia potius, vt ille sentit, Christi corporis et sanguinis in Eucharistiae Sacramento prouocat, ac easdem illis leges praescribit, quas ipsi nobis Christianis praescribere cõsueverunt. Quorsum autem res redijt per Deum immortalem? Putauit Lutherus euerfurum se Papatum Romanum, qui mille quingentis annis in Ecclesia Dei durauit, duraturus etià iuxta Christi promissum, ad finem vsque, seculi: ecce autem ipse Lutheri Papatum, què vix duos annos quadraginta durasse constat in Saxonia, saluo Romano, iam euersum prius esse non temerè Sacramentarij gloriatur, cum bona pars eorum, qui Lutheri fidem fuerat amplexi, reiecit ea, Zuinglij siue Caluini doctrinam sit sequuta: Ac plurimos in Germania videre liceat, qui de praesentia Christi corporis in Eucharistia non solum ab Ecclesia Dei, verum ab ipsius etiam Lutheri placitis discesserint: multoq; nūc latius Caluini doctrinam propagatam videre licet, quàm fuit vnquam Lutherana. Quo liberius adduci deberet hi, qui dici volūt Cõfessionis Augustanae, vt quibus de rebus inter se disceptat, de his iudicij penes hoc Oecumenicum Concilium esse vellēt. Et habituri hinc essent aequiores iudices opinione sua. Vidimus Flacci supplicatorios quosdam libellos quibus instat & vrget mirabiliter, vt in Germania, vel potius in Saxonia Synodus congregetur: à qua tam arceri vult primum Christianos oes, quos illi visum est vocare Papistas, dein de Seruetianos, Suenckfeldianos, Antinomos, Anabaptistas, & Osiadrinos: neque sibi cum alijs, quàm cum Synergistis, Maioristis, & Adiaphoristis esse vult, ac miras tragedias excirat de Cõfessione Augustana, quae esse multis in locis mutata ad deprauatam quiritatur: neque dubitat alicubi falsi crimine impingere Philippo, quòd non magis Cõfessionem Augustanam, quàm ipsos etiam Lutheri libros plurimis in locis adulterauerit. Nec id sine causa. Nam cõrulo ego quoque; aliquid exepalaria Cõfessionis Augustanae, & ita se re habere cõperi: Nec vlla mihi visa est propius accedere ad eam, quae fuit Augustae oblata Christianissimo Imperatori Carolo, cuius memoria in benedictione est, quae ea, quae Flacci opera sena typis est excusa, & extat in librorum Lutheri tomo quarto. Cum itaque de Cõfessione etiam ipsius Augustanae fide inter istos disceptetur, quae toties mutata & deprauata esse, non modò Zuingliani siue Caluini, verum & ipsi vociferantur veri Lutherani, qui cothurnum quendam eam appellat, vtrique pedis aptum, cum auctor ipsius, qui suis eam conscripsit manibus, & in alijs multis, & in eo, quòd praecipuum est Christianae doctrinae caput, de praesentia Christi corporis & sanguinis in Eucharistia, non ab Ecclesia modo, verum & à seipso, à magistro suo Luthero diuersum sentiat, & cum Caluino cõsentiat, nonne fatius foret, vt de hac Cõfessione, quid in ea rectè recipi posset, quòd non, huic Oecumenico potius Concilio iudicandi potestatem isti permitteret, eiq; se subijceret, quàm vt vni hominis arbitrio toties mutata tantam ipsius etiam Lutheranis de ea disceptandi & altercandi materiam praebere? Mihi verò si cuiusquam alteri, certè Lutheranæ sectae vel maximè videtur in re esse, doctrinam vt suam siue Cõfessionem huic Oecumenico Concilio diiudicandam permittat: quadoquidè non solum per Sacramentarios ea nonnullis locis vehementer oppugnatur, ac prope modum expugnatur, verum etiam ipsorum Lutheranorum inter se mutuis dissiidijs extinguuntur. Gu-

Mutata Cõfessio Augustana ab ipso Melancthon.

tur. Cuperet Flaccus hoc iudicium in Saxonia fieri: cur autem non ibi potius, ubi totus congregatur orbis Christianus? Scilicet, Saxonica fides cōdenda, & non Catholica potius nobis est retinenda. Certè magis ex vsu, magis etiam ex dignitate foret Principum istorū, ut controuersias istas ministrorum suorum, eorum iudicio potius disceptandas permitteret, quos pro legitimis iudicibus agnoscunt, & Dominus eorū Cæsarea Maiestas, & quotquot sunt alij per orbē vniuersum Christiani & orthodoxi Reges & Principes, quā ut vel Flacco se, vel Gallo, vel qui sunt eiusdem farinae, submitterent. Neque dubitare debent, quin Patres hos multò essent æquiores habaturi, quā illos nescio quos. Esset hinc non magis cognoscendi, quā ignoscendi locus, id què tolerabilioribus cōditionibus, quā quas præceptoribus suis proponit Flaccus. Et cū in Symbolo profiteamur oēs, credere nos sanctam Ecclesiā Catholicam, nonne magis velle deberet Catholicam confessionē habere Principes isti, quā vel Saxonica, vel Augustana, vel nescio quam aliam? Iam enim nō modò prouinciar, verū & ciuitates ferè singulæ, proprias & priuatas suas confessiones adferunt. Qua de re ubi statui potest melius, quā in hoc Oecumenico, quod Catholicā Ecclesiā representat, Concilio? Quamobrem quod sua sponte facturam Illustritatem vestram non dubito, maiorem in modum ab illa peto, ut instare velit apud Principes istos Germaniæ, & eis persuadere, quos præsertim habet aliqua sibi propinquitate, familiaritate què cōiunctos, ut suos huc Oratores primo quoque tempore mittant. Audio, quod non ita pridem Illustrissimi Domini Marchionis Brandenburgensis Electoris filia nupsit Illustritatis vestræ filio, quod illi matrimonium feliciter euenire cupio. Cū autem is non alienus ab Ecclesia Catholica sit visus, promiserit etiam proximè superiori anno Nuntio Apostolico (se suum huc Oratorem missurum, facile profecerit apud illum Illustritas vestra, auctoritate sua, ut præstet, quod promisit. Scio non defuturos, qui dehortentur Illustritatem eius ne faciat, vel hanc solam ob causam, quod à Pontifice Romano Cōcilium hoc est inditum, cuius iugum excussum ab omnibus cuperent: nec alia de re magis laborant, quā ut nomen illius quā maximè odiosum & inuisum reddant omnibus, quod sub lato gubernatore, facilius circa Ecclesiæ naufragium grassari se posse persuasum habent. Sed quis tandem est, qui possit, præter hunc, Oecumenicum Concilium conuocare? Nihil iam de eo dicā, quod semper hæc fuerit ecclesiastica regula, iā inde à mille trecentis & amplius annis, ne præter sententiam Romani Pontificis Concilium vllum celebrare liceret. Fingamus licere, ut alius quisquam indicet. Quis erit ille, qui possit hoc facere? Num Imperatoria Maiestas? Est quidem is Regum omnium & Principum excellentissimus, verum nec à Gallis, nec ab Hispanis, nec ab Anglis, nec à Polonis, nec à multis alijs eo loco habetur, ut ei tanquā superiori, dicto audientes esse velint, qui Regno rum horū, & aliorum, gubernacula tenent. Contrā verò, Pontifici Romano libenter hunc honorem habent, & ipsa Maiestas Imperatoria, & oēs Reges & Principes, quotquot Catholici & Orthodoxi censeri volūt, ut eum tanquā superiorem agnoscant, & ei debita reuerentiam & obedientiā præstent, atque ab eo vocati, vel ipsi veniāt ad Cōcilium, vel saltem suos Oratores mittant. Quod iā à plerisque factum esse, ex ea, quam Illustritati vestræ mitto, scheda cognoscet. Cū itaque vel ipsa luce sit clariū, quod Oecumenicum Concilium nemo possit alius congregare præter Pontificē, cū suos ad illud Oratores Imperatoria Maiestas iam ablegauerit, qui subiecti sunt illi Germaniæ Principes, cur id facere detrectent, quod ab Imperatore & Domino suo factum iam esse vident? Nihil honori suo detrahi persuasum habet Maiestas Imperatoria, quin aliqua potius illum accessione cumulari credat, si gloriam hanc Deo det, ut quem illi visum est suum in terris Vicariū constitueret, debitam ei reuerentiam tribuat. Et certè nulla res est, in qua piorum Principum vel fides magis exerceatur, vel Christiana quædam humilitas, quā nihil Deo gratius est, clariū euitescat, quā cū non hoc ab illis attenditur, quis ille sit quem in Petri Cathedra Deus collocavit, cum fieri quandoque possit, ut eadem qua cæteri præditus in firmitate, nec vitæ prorsus inculpata, nec omnibus his rebus, quibus libetis homines honorem quandam & venerationem tribuunt, sit satis instructus: verum id solum spectatur, quod Christi Vicarius, quod Petri legitimus successor est: ut honos omnis non ad hominem, qui & infirmus est, & suis ipse persæpè vitijs non caret, verum ad ipsum Deum referatur, per quem in ista Cathedra collocatus est. Nec in homine fiducia quicquā ponitur, quod qui facit, eum Propheta maledictū esse dicit, sed in solo Domino, qui potest per quilibet indignum peccatorē, contra spem etiā, & expectationē multorū, ea præstare, quæ maximum ipsius Ecclesiæ fructū adferre queant; quod sic perspicuum fiat omnibus, non id hominis virtute contigisse, verum excelsi dextra factum esse. Quā itaque Deo gloriam dat Imperatoria Maiestas, & eius exemplo cæteri Reges & Principes Christiani,

Christiani, eum eandem gloriam Deo non dent, etiam subiecti Maiestati illius Germaniæ Principes, ut ipsi per ministrū suum Pontificem ad Concilium eos vocanti pareant, & suos huc Oratores primo quoque tempore mittant? Dicat illi quicquid volent, vnus ut Ecclesiæ præsit necesse est, si debet vnitas in ea retineri. Et quā verum sit illud, quod non aliunde schismata & hæreses obortæ sunt, quā in inde, quod sacerdoti Dei non obtemperant, dum Episcopus, qui vnus est, & Ecclesiæ præstet, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur, non iam in Cypriani tantum libris legimus, verum etiam in his quæ facta sunt in Germania, oculis ipsi nostri cernimus. Excussisse quidam sibi videntur iugum Pontificis: quid autem ex eo consequutum est? Tot fides, quot voluntates: & pro vno Papa, multos iam esse nacti videntur, Nolo iam dicere de his, qui Caluini verbum pro Dei verbo sunt amplexi, quemadmodū hi querantur de illis, qui Lutheri potius, quā Caluini verbum tanquā Dei verbum adorare malunt, quod non sustulerint, verum ad se pertraxerint Papæ tyrannidem, pro què ligneo iugo Papæ collo excusso, ferreum ab illis impositum sit? Nihil itaque dicam de Sacramentarijs, quibus nihil est impurius: an autem ad eundem modum de se mutuo non queruntur Lutherani? Quā grauiter ferat Philippus, quod maiorem magisque intolerabilem & minus excusabilem auctoritatem ac potestatem, quā Papa Romanus vnquam, sibi vendicent Flaccus & Gallus, paulò antè commemorauit. Nunc audiat Illustritas vestra, quid vicissim de Philippo præceptore suo, quamuis suppresso illius nomine, scribat Gallus.

Est verò id munus & officij mei, haud secus atque illorum, ut veritati patrocinetur, & ei contradicentes reprehendant, qualescunq; demum sint illi, etiam si sit angelus è celo. A deo què persuasum habeo, hoc ipso plus me eis honoris & beneficii deferre coram Deo, dum illos culpo, suorum errorum admoneo, atque ad pœnitentiam eos inuito, quā illos ipsos adulatōres & palpōnes omnes, qui sua adulatione illos in erroribus confirmant, atque in pœnitentia detinent. An verò persuasum habent eiusmodi se esse præceptores, ut ipsorum dictis omnibus necesse sit fidem commodare discipulos? aut id genus sanctos, qui errare non possint? Atqui sanè nec apud Ethnicos quidem nouum istud est, ut interim discipulo diuinitus veritas patefacta sit, atq; etiamnum patefieri possit præ illius præceptore, in qua etiam non dubitet à suo dissentire Magistro. Vnde illa nata est sententia, Amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas. Atque ante illos quidam insigni prædixi sanctimoniam errare, & in errore alios inducere. Tum quoque necesse est Lutherum itidem ut sinat adhuc esse præceptorem, & præceptorem omnium præceptorem Christum, à quibus ipsi defecerunt, quemadmodum in hoc omnino nostra superior disputatio acq̄iescit: Quibus ipsimet iam præceptoribus sese opponunt, plane què ingratos declarant pro veritate manifestata. Pergunt interim, mittunt què in errorem, & mittuntur, id què sub Præceptorum titulo, perinde ut olim Iudæi sub legis, & Pontificij sub Ecclesiæ titulo.

Atque illi lepidam hanc & seriam collationem (à Doctore, tenebat tantum modò) accipiant, qui sic dicere solitus erat: est què sanè salutaris oratio, quam operæ precium sit non ignorare modò Christianos pro sui fida ammonitione. Quemadmodū Iudæi, ait, clamabant, Templum Domini, & Papis hætenus clamitant, & neque dum clamitare desinunt, Ecclesia, Ecclesia: ita nimirum etiam nostri iam crepitant Magistri & Scholastici Vvittembergenses: neq; ex ipso fundamento quicquam norunt aliud, nisi, Præceptores, Præceptores. Interim præceptoris Christi, cui testimonium reddidit Deus, Hic est filius meus, ipsum audite: tum quoque præceptoris Lutheri, cui & scripra & opera testimoniu afferunt, diuinitus illum ceu postremū vltimi temporis huius Eliam Ecclesiæ & doctrinæ reformandæ excitatum horum, inquam, præceptorum tum Papis, tum Adiphoristas magna cœpit obliuio.

Huc etiam illud pertinet, quod nos nouos Pontifices siue Papas & Ecclesiæ reformatores criminantur. Atqui verò isthuc ipsum in illos equidem quadare puto. Ut enim Romanus Pontifex id sibi arrogat, se errare non posse, se esse vniuersalem totius Ecclesiæ Episcopum, quicquid ipse dicat & statuat, id valere oportere, & mera esse diuina oracula, de quibus nemini ambigere, nec cuiquam contradicere fas sit: id què eò, quod Cathedra Petri ipse hæres sit, aut esse velit: haud aliter profecto Vvittembergenses sese comparant, dum, Lutheri & spiritus eius ex sede hæredes esse volunt: cuius tamen spiritus, ut iam cœptum est, tantundem propemodum apud illos residere videatur, quantum spiritus Petri Romæ apud Pontificem, Cardinales, Episcopos, & illorum gregem, & c.

Nec pauca eiusdem generis apud Flaccum & Amsdorfium reperire licet, nisi quod omnia nunc in medium adferre, necesse non est. Hoc tantū ostendere volui, posteaquam

Papæ iugum excussum est in Germania, multos ibi natos esse Papas, & eos magis intolerabiles, si quid Philippo credimus, quàm fuit vltimus vnquam Papa Romanus. Inde sunt ista sectæ tam inter se mirabiliter disiectæ, dum quisque se pro Papa gerit, dum quisque quod ipse docet, id tanquàm Dei verbum ab omnibus adorari vult, vt iam tot habere Germaniæ Deos videatur, quot habet nouæ doctrinæ magistras, dum vniuscuiusque eorum verbum, tanquàm Dei verbum & Christi recipit Euangelium (sic enim doctrinam suam appellari volunt.) Nec erit sectarum istarum finis vllus, nisi prius eò redeatur, vnde discessum est. Incidi nuper in libellum quendam Ioannis Spangenbergij, quem edidit anno proximo superiore, cuius inscriptio hæc est.

Verax narratio beneficiorum per. D. Martinum Lutherum, pie memorie, præsertim Germanicæ diminitis præstitorum, & detestandæ ingratitude erga eiusmodi ingentia beneficia & munera. &c.

Inter alia Lutheri beneficia, numerat & hoc, quod Antichristum reuelauerit. Quod si nihil aliud fecisset, vel hoc solo nomine dignum eum fuisse scribit, cui summus honos haberetur. In fine verò libelli prophetias quasdam (sic enim vocat) ex libris Lutheri congerit, inter quas ponit & hanc de fructibus reuelati Antichristi.

Vetus verbum est, & à multis doctoribus repetitum, quod post reuelationem Antichristi tam erunt homines feri, quod iam deinceps nollent Deum agnoscere, nec vllam illius rationem habere: sed iuxta suam quisque voluntatem faciet, quicquid diabolus & caro suaserit. Hoc tempus iam impletum videmus. Posteaquàm enim admirabili quadam & singulari Dei gratia Antichristianismi, siue Papatus horrenda mendacia ac doli, deceptionesque manifestatae sunt, incipiunt iam homines nihil amplius credere: & posteaquàm à vinculis Papatus se liberos esse vident, volunt etiam esse liberi & soluti ab Euangelio, & à præceptis Dei: & volunt vt deinceps recti sit & iustum, quicquid vnicuique visum fuerit.

Obsecro diligenter Illustritas vestra secum expendat hæc verba. Nec enim verius fuit, quod Caiphas olim dixit, quàm quod nunc hic Pseudopropheta scribit. Quamuis enim falsò Papatum vocet Antichristianismum, cum hic status, qui nunc est in multis Germaniæ locis, multò sit hoc nomine dignior: hoc tamen verissimè est, quod posteaquàm Christi suauis iugum per Papam Ecclesiam suam gubernantis excussum, & ipsum Papam Antichristum esse falsò persuasum est plurimis, & Christi iugum simul est excussum, ac eò res redacta (proh dolor) quod qui diruperunt vincula Papatus, iidem illi nec Euangelij, nec Dei præceptorum vinculis vllis alligati iam esse volunt: ac diruptorum vinculorum fructum hunc ferunt, vt iam deinceps nihil credant, & faciat quisque, quod sibi videtur. Qua de re queritur etiam Hieronymus Menczelius, cuius libellum de pastoribus legi, eodem illo anno impressum Illebij, quam isti nouam Berthelem esse voluit, in qua nouus Christus natus sit, vel Antichristus potius. In cuius libri præfatione sunt hæc verba:

Posteaquàm per sanctum Euangelium à Papæ tyrannide, & potestate liberati sunt, & assueverunt omnes illius constitutiones rejicere, progrediuntur vterius, & volunt prorsus eandem consuetudinem in alijs quoque rebus omnibus, siue sint bonæ, siue malæ, retinere. Volunt esse liberi, nec à quoquam prohiberi, quominus arbitratu suo viuunt, haud aliter, quàm si Euangelium esset talis doctrina, quæ vnicuique concedat potestatem faciendi, quod illi placet, quæ nullum ordinem, nec vllam disciplinam ferre possit. Quod si quis eis resistere fuerit ausus, eò veniunt audacis, vt non solum odia suscipiant erga suos prædicatores, & eos cõtumelias afficiant, verum etiam pro virili sua tyrannicè persequantur. Ac si quem volunt ordinem prædicatores constituere, statim vim esse dicunt minimè Christianam, & nouationem quandam, & introductionem veteris Papatus, per quam prædicatores propriam suam potestatem & dominationem in commissum sibi gregem stabilire velint. Qui si pergant vrgere executionem eorum quæ constituerunt, non solum conuicijs afficiuntur, verum etiam ad extremum expelluntur.

Neque dissimilia queritur Heshusius in eo libello, quem & ipse de pastoribus scripsit. Videt igitur Illustritas vestra, quo loco sit Germaniæ status, posteaquàm ea multis in locis Papæ iugum excussum, non excussum esse videtur, cum alio cuiusvis potius, quàm Christi, multò grauiore iugo, prematur. Accusat autè Spangenbergius in eo libello, ex quo paulò antè nonnulla produxi, non Christianos, quos ipse vocat Papiastas, verum illos ipsos accusat ingratitude, qui Lutheri verbum, tanquàm Christi verbum quadraginta his & amplius annis adorauerunt, Vvitembergenses potissimum, Lipsenses, & qui sunt sub Duce Vvitembergensi. Hos igitur grauitè accusat, quod acceptorum à Luthero beneficiorum immemores, ausi fuerint in decem aut vndecim doctrinæ capitibus ab ipsius doctrina, quam purum Dei verbum esse persuasum

sum omnes habere cupit, discedere, quodque his eum elogijs ornauerint:

Vocant eum Philaurum, id est, eiusmodi hominem, qui non nisi de se vno præclarè senserit, sibi vni plurimum tribuerit: cuique nihil arripit præterquàm quod ipse dixisset & fecisset. Appellat item Philonicum & Eristicum, id est, hominem vsque adeò rixosum, vt semper suam tueatur sententiam tanquàm equam, nemini quicquam concedere, nulli cedere velit, suam duntaxat aucupetur gloriam, nec quenquam præter se ferre sustineat. Itemque Doctorem Hyperbolicum, puta, qui ex culice possit efficere camelum, qui mille iactet, & vix quinque cogiter: effutiat quicquid in buccam venerit, flocci pendens num vel verum, vel falsum sit quod dicit: denique qui duplo plus asserat, quàm ipsa habeat rei veritas. Nuncupant etiam illum Polypragmenicum, qui se procaciter, & petulanter negocijs omnibus immisceat, qui plura sibi expedienda sumat, quàm ipsius possit prouincia, rebusque omnibus, quæ tamen nihil ad illum pertineant sese ingerat. Tum quoque ingenij ostentatorem eum nominant, qui non nisi ingenij acumen præter necessitatem ostentare, seseque veditare voluerit. Sed & Stoicum, durum capitonem, qui non nisi suo vixerit cerebro, atque alios tyrannica continuerit, & presserit feruitute. Denique Somniatorum eum vocant, & proh dolor miserandum in modum isthac coquunt, atque permiscunt, &c.

Quod si discipulorum Lutheri tale de Luthero fuit iudicium, & certum est, non deesse quosdam etiam Principes, qui Melanchthonis doctrinam sibi potius amplectendam esse putant, quàm Lutheri: ac rectè ab eo factum existimant, quod non in omnibus cum Luthero consenserit, sed in quibusdam ad nos Christianos, in alijs verò nonnullis dogmatibus ad Zuinglianos, siue Caluinianos deslexerit, vel hæc ipsa res, calcare addere possit Germaniæ Principibus, vt ne vel Melanchthonis, vel Spangenbergij, vel Illyrici iudicio de doctrina Lutheri stare, sed eam Oecumenico potius Concilio disceptandam permittere vellent. Sic enim & dissidia, quæ sunt inter ministros eorum, tolli facilius, & ipsi Principes ad agnitionem veritatis redire celerius possent. Sic autem in eodem illo libello de Luthero scribit Spangenbergius, vt eum exequare Christo videatur, nec alio ferè loco, quàm quo scripturas Canonicas, eius libros haberi velit. Accusant nos idololatricæ. Potesse autè esse maior, ac manifestior idololatricæ, quàm sit hæc, vnius alicuius hominis verbum, in quo nec doctrina excellens, nec vlla est vitæ sanctimonia, tanquàm Dei verbum recipere, & coram illo incuruari, ac si quis ab eo discesserit, eum è cœtu suo eijcere? vtinam vellent isti Principes memores esse verborum, quibus in Prophetis & Apostolicis literis idola fugere monentur, & cum intelligant, nihil aliud esse, quàm mera quædam idola, Lutherum, Philippum, Flaccum, Brentium, remis, quod aiunt, & velis illa fugerit, deique eo, quæ doctrina Verbum Dei censerit debeat, penes Ecclesiam Catholicam, quam Concilium Oecumenicum representat, iudicium esse mallent, quàm penes Flaccum, vel Brentium, vel nescio quos alios Saxonicos ministros. Etià extra Saxoniam leguntur & intelliguntur scripturæ, & rectius ibi iudicari potest, qui sit germanus scripturæ sensus, vbi totus orbis conuenit in Christi nomine, quàm in paucorum conuenticulo. Quod Catholicum dogma censerit debet, in Ecclesia Catholica debet approbari: quàm frustra se credere in symbolo profitentur, qui malunt vnius alicuius priuari hominis, aut etiam paucorum in angulo aliquo conuenientium, ac diuersum ab illa statuentium, quàm illius sententiam sequi. Sepè iam periculum fecerunt, multa sunt inter eos colloquia, multa sunt habita conuenticula. Quid autem aliud lucrifecerunt, quàm quod magis ex illis incerti, quàm fuerant antea, discesserunt, magis etià inter se pugnant? Huc itaque suos mittant potius Principes: hæc quæ doctrina cum verbo Dei consentiat, quæ cum illo pugnet, doceri velint. Nam sicut in ministrorum suorum conuenticulis, siue, vt ipsi vocant, colloquijs iam experimento didicerunt, quod miscuit Deus in medio eorum spiritum vertiginis, vt errare facerent Ægyptum in omni opere suo: ita præsentem hæc adesse Spiritum sancti gratiam cognoscent. Non erit hæc Deus ille dissensionis, qui regnat in his locis, vbi suauis Christi iugum, per ministrum suum Pontificem Ecclesiam gubernantis, excussum est: sed erit Deus pacis & dilectionis, qui faciet vtraque vnum, & per diuersitatem linguarum cunctarum, gentes in vnitatem fidei congregabit. Quod vt ita eueniat, supplices misericordiam illius implorabimus. Hæc ego propterea pluribus Illustritati vestræ scribenda putavi, vt si visum illi fuerit communicari cùm Illustrissimo Principe Domino Ioachimo Electore Brandeburgensi, qui non alienus à nobis esse videtur: Quo nomine Illustritatem illius plurimum obseruo: præcipuè cùm & ipse, serenissimi Regis & Domini mei sororem in matrimonio habeat, quam constanter in fide Catholica perseuerare, non sine magna animi mei voluptate audio. Sed quod ab ea defecisse, & in aliud nescio quod Euangelium translatus esse dicitur filius eius Illustrissimus

Illustrissimus Dominus Archiepiscopus Magdeburgensis, ingrem ex eo dolorem accipio, neq; possum tamen adhuc animum inducere, vt credam factum id ab eo fuisse. Quæso Illustritatem vestram, velit ea de re me certior reddere, & apud quoscunq; Germaniæ Principes aliquid auctoritate valet, præcipue verò apud affinem suum Illustrissimū Dominum Marchionem Electorem, efficere conetur, vt suos huc Oratores primo quoque tempore mittat. Nam quod ipsa factura sit hoc Illustritas vestra, omni profusus cunctatione semota, mihi quidem dubium non est. Præclarè merebitur de matre sua Ecclesia, si quam plurimos in eandem voluntatem impulerit, & cum apud homines laudem, tum apud deum ingentem ex eo gratiam consequetur. Qui vt Illustritatem vestram pro Ecclesiæ suæ defensione quam diutissimè seruet incolumem & felicem, diuinam illius maiestatem supplex oro, meque gratiæ illius commendo. Datum Tridenti x x i i i i die Martij, Anno Domini. M. D. L X I I.

Illustritatis vestre
Seruitor deditissimus,
Stanislaus, Card. Varmien.

AD REGEM, PROCERES,
EQUITESQ. POLONOS, IN COMITIIS
VARSHAVIENSIBVS CONGREGATOS, EPISTOLA
MARTINI CROMERI.



EM Virtute vestra dignam, & moribus maiorum vestrorum consentaneam facitis REX inclite, & vos Proceres Equitesq; Poloni, quod vobis religionem Dei opt. max. cuius ope regnum hoc septem barbaris gentibus tam diu stat incolume, in primis curæ esse ostenditis. Quam in re quantum exciterit semper studium maiorum vestrorum dicerem, si vos ignorare existimarem. Ex eo quidem tempore, quo iij Christo Iesu Deo & seruatori nostro populariter nomina dedere, eiusque sanctissimas leges atque caeremonias à multis alijs populis longè ante suscepas, & eius ipsius numine per continuam multorum seculorum successione ab ipsis vsque Apostolorum temporibus conseruatas, sibi que ad extremum, cum Deo placuit, non tam scriptis, quam viuus vocibus quasi per manus traditas suscipere: ex eo, inquam, tempore dimoueri se ab ijs nunquam passi sunt. Quarum alias quasdam gentes minùs tenaces fuisse non ignoramus. Quod verò ceteris quoque hominibus testatus faceret illi ipsi maiores nostri, omnia pro retinenda ac defendenda, quam semel suscepissent, religione se facere & pati paratos esse, stringere iij gladios, quibus præcingebantur, cum Euangelium quæ lex Christi est, publicè in templis legi inciperet, soliti esse memorantur. Nec id signis & verbis profitebantur magis, quam re præstabant. Vtrò enim & alacres arma sumebant contra barbaras gentes, sicubi eas, quamuis longè à se, nomini Christiano graues & infestas imminerent senserant. Itaque & cum Prussis atque Lithuanis & consanguineis suis Pomeranis olim, priusquam ea gètes Christo nomina dedere, multa gesserunt bella, non tam de imperio, quam de religione: & regnante apud se Vladislao Iagellone, cū Vitoudo Lithuanorum duce in intimam Tartariam expeditionem susceperunt. Et verò eodem Iagellone & filijs eius Vladislao & Cazimiro regnantibus, non modò in Valachiam & ad Brasiliouiam Danubiumque, verum etiam in Thraciam vsque armati contra Turcas penetrarunt, vt Valachis, Rascijs, Bulgaris atque Grecis laborantibus subuenirent. Quid igitur? An vos degenerastis ab hac virtute maiorum vestrorum? Minimè verò. Nam vt mittam recentiores quasdam expeditiones in Vngariam & Austriam, regnante nuper optimi & benignissimi huius regis patre diuo Sigismundo, à vobis eodem studio & voluntate susceptas, istud certè studium vestrum, quo sanctissima Christi instituta, infelici hac nostra atque etiam superiori ætate cupidorum & ambitionosorum hominum partim incuria, partim improbo studio vel contaminata, vel suppressa vindicare cupitis, Neque enim cum ijs sentio, qui vel odia, vel inuidia, vel ambitione cuiusquam, & po-

tentia auctoritatique contentione hæcagi suspicantur: istud igitur studium vestrum eò maioris est pietatis, quò magis perniciofa sunt religionib. praua & impia dogmata, quam arma: propterea quòd hæc quidem corpus modò petunt in animum, in quo sita est religio, nihil iuris habent illa verò rectas de Deo deq; cultu ac caeremonijs eius opinionones, quæ Res. quoque maxime conferuant, tollunt ex animis, & pro ijs barbaricam quandam feritatem ingenerant: qua fit, vt relaxatis semel audaciæ ac temeritatis habenis, sibi quisque placeat, alterum non modò contemnat damnetque, verum etiam pro inimico & hoste ducat. Atque hinc existunt feralia inter homines dissidia, quæ florentissimas etiam Respub. pestifundant penitus, & euertunt longè faciliùs, quam arma hostilia. Quod & pluribus verbis, & non obscuris exemplis demonstrari posset, nisi esset luce meridiana clarius. Iam verò sicut vtilius, ita difficilius est radicata in animis multorum opinionones, pestilentes præsertim, eradicare, quam hostem non modò ab alienis verum etiam à suis finibus arcere. Est igitur si non superior, certè par pietas ista vestra pietati maiorum vestrorum. Videte modò etiam atq; etiam, ne cui falso pietatis prætextu imponatur, neu quis pro vera religione, pestem religionis & Reipublicæ, superstitionem vel impietatem asserendam & vindicandam suscipiat. Quod quidem iudicium, tot ac tam diuersis & inter se pugnantibus de religione opinionionibus, longè est difficillimum. Fallit enim (vt rectè inquit sapiens quidam) vitium specie virtutis & umbra, ita vt plurimi, cum ad religionis dogmata & instituta disceptanda ventum est, errare, non pauci scientes volentesque falsa pro veris affirmare, & ad augendas vel stabiliendas opes suas, regendasue turpes cupiditates & flagitia sua sanctissimo religionis nomine apud imperitam multitudinem facile abuti possint. Vt enim natura omnium hominum quamuis ferorum & barbarorum mentibus quidam de diuino numine, eiusque cultu sensus infusus est, ita certam & absolutam eius cognitionem assequi ea per se ipsa nequeunt. Idq; intelligens Deus opt. max. ipse calitùs certissimam sui notitiam cultumq; primum quidem angelorum ministerio, vel secretiore quadam piorum & sibi charorum hominum inspiratione: deinde verò per filium suum sapientia, bonitate, & potestate sibi parem in vno ferè populo informauit: Ad extremum verè per discipulos eius, eorumq; successores, non modò pietate & integritate vitæ conspicuos, verum etiam mirabilem, & vires humanas excedentium operum patratores per omnes gentes atque ætates, totumq; orbem terrarum, nequicquam aduersantibus impijs demonibus, mirabiliter eam diffudit & propagauit. Et sedulo quidem conati sunt inuidi demones cum ipsi per se, tum per satellites & administratos suos tyrannos errorumq; magistros, vel delere penitus, ex animis hominum illam ipsam notitiam cultumq; Dei, vel deprauare: sæpeq; iij conatus permissu & arcano quodam consilio Dei nonnullum successum habuere. Nam & ipse Sathanas, transformans se in angelum lucis, vt inquit D. Paulus, sæpè multos in impias & absurdas de Deo opinionones induxit, vel cultum eius ad se traduxit, nefandisue ritibus & caeremonijs polluit, & ministri eius falsi Prophetæ, & magistri mendaces sub specie ministrorum iustitiæ & veritatis fallentes, multos seduxerunt, partim derogando fidem veræ ac diuinitus proditæ doctrinæ: partim nouis ac domi suæ natis interpretationibus, eam deprauando, & sua demonumue commenta pro ipsissimo Dei verbo venditando. Itaque & in Hebræo populo fuerunt olim, qui dicerent: Hæc dicit Dominus, cum ille nemini dubium est. Iam inde enim à temporibus Apostolorum fucere inter Christianos Hymenæus, Alexander, Menander, Ebion, Cherintus, ac deinde alij post alios magistri mendaces, segregantes semetipsos, introducentes sectas perditionis, & speciem quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Ne modò quidem defunt cum alibi, tum apud nos eiusmodi pestes: habentque suos satellites tyrannicos, homines mente corruptos, qui ceteros nullis multis ac supplicijs vel inuitos à vera pietate in errorem secum abstrahunt, nonnulli quidem arbitantes obsequium se præstare Deo, complures verò idem duntaxat simulantes, sed suum interim negotium agentes veritatis, quæ Dei. Quod quidem non tenui quadam coniectura, sed ipsa rei euidentiâ probari potest. Sed ego ita nunc agam, vt quasi in re dubia à qua parte stet veritas & pietas suum cuique de omnibus iudicium saluum relinquam. Certè non idem omnes defunt de doctrina, institutis & ritibus religionis. Non conuenit, vt scitis, multis magnisq; de rebus inter eos qui se Evangelicos vocant, & qui Papistæ appellatur. Inter eos autem, qui volunt esse medij, & ipsi ab vtrisque dissentiant, & in vtrisque multa damnant. Quid verò isti ipsi Evangelici, quemadmodum videri volunt, verbi Dei siue illustratores, siue vindices?

vindices? Idemne omnes sentiunt? Minime gentium. Alioquid vnde quæso nata sunt nobis tam diuersa nomina, quibus illi inter se distinguuntur, vt alij quidem dici velint Protestantæ vel Augustinæ confessionis, alij Tigurinæ, siue Geneuensis, quos etiam Zuinglianos & Calvinianos & Sacramentarios appellant: alij Picardi, Anabaptistæ, alij vocitentur? Vnde autem est, quod quidam quasi fastidientes iam hæc vulgaria, partim Osiandri, partim Seruæi doctrina & nomine gloriantur? Mitto Russos, siue Bulgaros, & Boemos Calixtinos: qui quàm valde dissentiant ab ijs, quos iam enumeravi, non dico modò, certè ipsi sese ab omnibus segregant, & penes se solos veram & incorruptam religionem vigere contendunt: à cæteris autem ferè improbantur. Sunt & alij præterea, nisi fallor, neque cum superioribus, neque inter se ipsi de rebus non parui momenti consentientes, sed nobis adhuc minus cogniti. Et omnes quidem hi verbo Dei se niti per se, ferunt & assenerant, sed non eodem id modo omnes intelligunt, aut interpretantur: Verùm sua quisque vel à se excogitata, vel vndelibet arrepta opinione impensius, delectatus, alterius sensum vix, ac ne vix quidem fortasse cognitum, non tam superciliosè quàm hostiliter dānat. Atq; hinc sanè existunt vulgò neglectus & profanationes cultus diuini, cum diuini nominis contumelia coniunctæ, exultantibus & insultantibus nobis atque religioni Christianæ, quasi falsæ vel incertæ duntaxat, Iudæis & Mahometanis. Hinc offensiones muræ & iritationes animorū, non solum inter ciues, & eiusdem linguæ eiusdemque iuris homines, verum etiam inter cognatos & necessarios, citò in extremum florentissimi huius regni exitium, quod ipsi vos non obscure cernitis, erupturæ, nisi celeriter Deus opt. max. & tua, Rex demerisime, ac vestra pariter Proceres Equitesq; sapientia salutarem opem attulerit. Quid igitur factò opus est? Vos quidem id rectè sapienti consilio vestro expedietis: dicam tamen & ego quod sentio: & dicam verè, & ex animo, pro mea in communem patriam fide & officio: vos quæso benignè ac diligenter attendite. Si de legibus & institutis Reipub. vestræ hæc esset controuersia, rationibus & argumentis non cuiuslibet, sed ijs modò, qui in hac Reipub. multum diuq; versati sunt, inter ipsos contendendum ad disceptandum esse censerem auctore Platone clarissimo Philosopho, quænam esset recta, & moribus maiorum virorum consentanea, & vobis, libetis posterisque vestris ac toti Reip. salutaris sententia: eamque cum vestris omnium iudicijs & assensu publico esset comprobata, grauius poenis à vobis faciendam esse iudicarem. Quòd si quis communi placito vestro temerè aduersaretur, intelligitis opinor, quæ ibi vestra, quæ magistratuum essent partes. Quin si ego, aut quisquam alius videri vellet indulgentior, merito metuere deberet, ne laxanda disciplina publica ad perniciem Reipub. hoc eius consilium spectare aliquatenus existimaretur, ne ue pro populari præuaricator, pro leni legum patriæque hostis iudicaretur. Quamobrem quia penes vos est omne legum & institutorū ad hanc Reipub. pertinens arbitrium, vos quæ huic regno vitia & salutaria esse iudicatis, prouidere, in commune consulere & statuere conuenit: me meique similes non modò priuatos homines, verum etiam magistratus publicos, capessere iussa ac decreta vestra, non meo, priuati ue cuiusquam vel paucorum commodo & arbitrio mutare, aut indulgenter præterire decet, ne si publicè quidem vile id fore videretur: propterea quòd nunquam tantum boni Reipublicæ conciliari potest vnus alicuius paucorum, ue salute, quantum constat mali, si principis & populi maiestas iminuat, legumq; auctoritas ac disciplina publica labefactetur & elanguescat. Etenim utilitas indulgentiæ etiā si plures redundet, ad vnum quidem tempus pertinet, exemplum verò præuaricationis non modò ad multos homines, sed ad omnes leges, & omne tempus. Itaq; de Zaleuco, Lycurgo. L. Bruto, Manlio Torquato, & alijs quibusdam Græcis, Latinis atque barbaris legumlatoribus, aut alioqui principibus & sapientibus viris cum sempiterna eorū laude memoratur, quòd ij disciplinam publicam partim charissimorum liberorū suorum cadibus, partim etiam membrorum suorum mutilatione exilioque suo sanxerunt, plures facientes stabilimentum legum quo Rerumpu. salus continetur, quàm ea, quæ mortales in hac vita ducunt charissima. Sed quorsum hæc tam longè repetita? Nempe vt intelligatis, quòd tamen per vos ipsi probè intelligitis, quæ vestra omnium, quæque priuati alicuius vel paucorum essent partes, si de ijs rebus esset controuersia, quæ peculiariter ad Reipub. vestram pertinent. Quid igitur, cum de religione eiusque ritibus ac caeremonijs disceptatur, idem ne existimandū est? Equidem si his de rebus, sicut de illis superioribus, placita vnus cuiusq; populi propria esse debere, aut omninò posse arbitrari, idem de his, quòd de illis, vobis faciendum esse censerem. Sed alia longè est religionis, alia Reipub. ratio. Hæc sua est cuique genti, illa multis, atque aded toti terrarum orbi communis. Illa ab hominibus constituitur, hominumque iudicio diuersis pro ratione temporum legibus & institutis temperatur:

temperatur: hæc verò diuinitus constituta certas habet leges & immobiles, quas nulli neque homini, neque populo, ac ne omnibus quidem simul abrogare, antiquare aut mutare licet. Quod si quis conetur modò merito impius & sacrilegus habeatur. An non faciunt hoc igitur Pontifices & Episcopi, dicit aliquis? Negant illi, tu ais. Quis igitur controuertiam hac dirimet? Verbum Dei, inquires. Rectè sanè. Vnde autem id peres? Cœlitus? At procul cœlum abest. Reuelationem ostende si potes, verum ita, vt nobis certum sit, eam diuinam esse. Ab auctore Christo? At is iam pridem inter mortales loqui desijt. E scriptis Prophetis, Euangelicis, & Apostolicis? Non malè, quamuis non è solis fortasse, sed mitto id modò. Cæterum scriptorum illorum genuinum sensus & interpretatio, de qua est omnis ferè controuersia, penes quem erit? Non penes Episcopos quidem, inquires. Cur obsecro magis penes te, tuique similes? At penes hos omnes. Vnde id probas? Videris habere aliquid è sacris scripturis. Sed in eadem salubras nostra relabatur sermocinatio. Negabo enim ego eum esse, quem tu vis, illarū scripturarum sensum. Negas tu vicissim vllam esse in sensu earum percipiendo difficultatem. Cur igitur non contenti inter nos? Cur non olim inter Arium & Athanasium, Eunomium & Basilium, Iouinianum & Hieronymum, Donatistas & Augustinum? Cur autem scribit Petrus de Pauli Epistolis, quòd in ijs sunt quædam difficultia intellectui, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, in suam ipsorum perditionem? Sed mitto disputatorem. Ad te Rex & vos Proceres, Equites que sapientissimi redeo. Nulla ne igitur vestra sunt partes in componendo religionis dissidio. Sunt profectò, & magna quidem. Sed tamen non arbitrari & statuendi, quid sequi quemque oporteat, ac ne illud quidem, quæ sit de quaque re congruentior verbo Dei sententia. De quibus duobus illud quidem iam dixi, nec vos aliter existimatis, ne omnium quidem populorum, nedum vnus alicuius esse: hoc verò cuiusnam sit, nondum dico. Sed vt sit vnus cœtus Christiani, quòd quidam contendunt, vos certè, quamuis non viles animæ, vt quidam fortassis externi putant, nec in angustiissimo & obscurissimo angulo terra positi, soli tamen Germanis, Vngaris, Boëmis, Gallis, Anglis, Scotis, Hispanis, Græcis, Armenis, Moschis, Indis, Æthiopicis, & fortasse multis alijs nationibus & populis Christianis præiudicare in eo non potestis, vt vel hic, vel in nationali, quod ita vocant, Concilio itatuatis, hoc esse consentaneum verbo Dei, hoc non esse. Quora enim pars Christianorum nos Poloni sumus? Addam etiam Prussos, Lithuanos, Russosque, si lubet. Alioqui iure illi populi, quos dudum enumeravi, vobiscum expostularent, sicut D. Paulus Apostolus cum Corinthijs: An à vobis verbum Dei processit, aut in vos solos peruenit? Taceo cæteram fratrum vestrorum Equitum honestissimorum, qui hinc ab sunt, multitudinem. Mitto mulieres; mitto etiam opificum turbam, & omninò oppidanos & aratores & pastores vestros: qui licet nullam huius Reipub. partem capessant, cæterum quòd ad religionem attineret, sciunt in Christo Iesu non esse Iudæū, neq; Græcū, non seruū, neq; liberū, non masculū neq; feminam, sed omnes nos vnū esse. Nec vos ignoratis, stulta mundi elegisse Deū, vt confunderet sapientes: infirma, vt cōfunderet fortia: ignobilia & contrèptibilia, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret. Ne his quidem igitur præiudicare hæc in parte debetis, etiam si possitis. Quòd si facere pergitis, cur non itidem vestro exemplo Srodenfis vel Prossouienfis, aut si mauultis, totius Masouæ generalis conuentus (quos honoris causa nomino) vobis vnueris ac totius Regni comitibus in constituenda Reipub. præiudicet, legesque condant, quibus cuncti teneamini? aut à suis & vestris maioribus, quamlibet rudibus & rerum imperitis, vt isti nouatores dictitant, conditas arbitratu suo mutet vel interpretetur? Aut si numerum spectatis, cur non oppidani & agricolæ vestri ex vnuerfo Regno cœuentes id ipsum faciant? Quales quidem fructus, prohdolor, istud, quòd à nonnullis iactatur, Euangelium nostra memoria non nullam germinauit. An hæc satis est multos esse, & non imperitos legum & rerum humanarum, addo & nobiles, si desit publica & legitima auctoritas? quam quidem vos neque penes Senatū cum Rege, neque penes vnuerfum maiorum vel minorum Polonorum conuentum, etiam cum Palatinis ac cæteris magistratibus, extra locum ac tempus comitiorum esse vultis. Cur autem non modò à terrestribus iudicijs, verum etiam à colloquijs ad te Rex & ad comitia sunt prouocationes? Vt enim priuatos præteream, inter quos non desunt iuris & iustitiæ consulti, an non habent iudices & Palatini, quique his assident magistratus leges & constitutiones Regni? an eas non legunt? an non intelligunt? An, obsecro, facilius est cuiuslibet magis obuia rerum cœlestium, sacrorumque mysteriorum, quæ verbo Dei continentur, ac mentium, ne-

dum sensuum humanorum captum excedunt, intelligentia, quam de iure villagiorum, ut verbis statuti vestri vtar, scultetorum, Golotarum, fugitiui cmetonis, ac caeterarum omnium legum vestrarum cognitio? aut magis cuiusquam refert in his, quam in illis falli & errare? At id quidem vel lippis, quod aiunt, ac tonforibus notum est, hic exiguum quiddam agelli vel fortunarum, vel iuris personalis, vel denique vitam hanc fluxam & momentaneam, illic animarum aeternam salutem & beatitudinem periclitari: hæc non tam cogitatione, quam sensu cuiusvis percipi, illa si humana aut angelicam mente comprehendere potuissent, non fuisse necesse. **D E V M** hominis naturam assumere, doctoremque veræ iustitiæ, quæ religione cultuque **D E I** maximè continetur, nobis fieri. Ac nihil ille quidem vsquam scriptum reliquit: verbis modò enarrauit, quæ voluit, idque partim promiscuæ multitudini, partim delectis à se Apostolis: quibus ait solis datum esse nosse mysteria regni **D E I**. Et tamen nec ij omnia (ne dicam nihil, quod certè alicubi Euangelista quidam dicere non veretur, tunc intellexerunt, donec ipsemet eis aperuit sensum, ac Spiritus sancto eos impleuit. Quo magistro illi demum & intellexerunt omnia, & caeteris hominibus partim viva voce, partim literis prodiderunt. Sed ita vtrumque fecerunt, ut ad eorum dicta scriptaque penitus percipienda eodem nihilominus interprete Spiritus sancto nobis quoque opus sit: nisi forte non dico vnus ex ijs **D. Petri** scriptis, sed communis omnium illorum iuxta ac nostram præceptoris verbis fidem non habemus. At enim putamus, inquietis, quòd & nos spiritum **D E I** habeamus. Sit ita sanè: Verùm is, cum & ipse sit **D E V S**, non est dissensionis, sed pacis **D E V S**. Contemnere autem aliorum iudicia, in re præsertim communi, & ad omnes ex æquo pertinente, non pacis est, verùm dissensionis: quæ ex **D E O** non est, sed ex Diabolo, & inter opera carnis, quorum auctor & effector est diabolus, à **D. Paulo** nominatur. Quid autem fiet, si ijsdem de rebus diuersum à vobis apud se statuunt vicini vestri Germani? quod quidem non semel his paucis annis fecerunt, cum à vobis & ab alijs populis, tum à se ipsi diuersa statuerent. Quid si Galli aut Hispani idem faciant? Quid si vniuersi Christiani populi? Scilicet præponderabunt vestra omnium illorum iudicijs, aut desinet esse verbum **D E I**, quod vobis fuit antea. Verum enim verò, inquiunt quidam, non erit hæc nobis cum quoquam causa dissidij. Nam si quid ab vniuerso Christianorum cœtu in commune statueretur postea, illud sequemur potius, repudiata priorè nostra sententia: interim autem dum id sit, suo quaque, nos etiam nostro sensu abundemus, & aliquid hominum desiderijs indulgeamus, quòd eos in caeteris concordēs in officio contineamus. Præclare verò & sapienter. At quàm multa fuerint hac vna in re peccata? Primum omnium (ignoscite quæso in libera Republ. liberè in medium consulenti) arrogantia, ne dicam temeritatis, in statuendo ijs de rebus, quæ si non alieni, certè non solius vestri officij sunt, & iam pridem maturo longè plurium iudicio constitutæ sunt, & non vestro tantum, aut vnus alicuius & alterius populi, sed multorum, ne dicam omnium, publico & longo vsu approbatæ. Deinde vel pertinacia in retinendo contra sententiam aliarum gentium, vel certè leuitas in mutando, quod semel placuerit. Postremò frustratio eius, quem præ vobis fertis, euentus consilij vestri, atque adeò longè diuersus & contrarius exitus. Quæ enim benevolentia aut concordia potest esse inter eos, qui non de leui aliqua re, sed de maximis, quamuis liberè & sine villo metu, dissentire se arbitrantur? Religio est enim, quæ animos hominum non solum cum **D E O**, sed inter ipsos etiam in primis confociat & religat. Quæ vbi non eadem est, dissociat ea maximè dissidentium voluntates & studia, tantum abest, ut confociet. Possem hic disertus esse, si illustrare hoc exemplis cum veteribus, tum recentioribus vellem. Demonstrare sanè ex huiusmodi dissensionibus, non dico de summa religionis, verum de vno aliquo aut altero eius capite, nec eo quidem grauissimo aut euidentissimo, perniciofa dissidia & capitalia odia cum inter diuersas gentes, tum inter eiusdem linguæ Reipublice ciuitatis, familiaræ, domusque: homines sæpè extitisse, & vix multo sanguine, multorumque, ne dicam vniuersorum, interitu restincta esse. Commemorarem ea tempora, quibus furor Arianorum in Ægypto & Oriente, Manichæorum atque Donatistarum in Africa, Monothelitarum & Iconomachorum in Græcia, Nouatianorum ijsdem & alijs locis, Rusticorum nuper auctoribus Luthero, Munzero, Corolladio & Zuinglio, in Germania grassatus est. Adderem de Rufsibus non nihil. Sed non est necesse diutius his immorari. Nolite autem putare statim se daturos vos esse inquieta ingenia, si quid eis paululum concesseritis aut induleritis, accendetis magis: ne ea modò, quæ iam sumultuantur, sed quæ adhuc quiescunt etiam: nec modò ut quæ iam concupierunt

Luc. 8.
Luc. 18.
Luc. 14.

2. Petri. 1.
Ioh. 14.

1. Cor. 7.
1. Cor. 14.
Gal. 5.

cupierunt obtineant, sed quæ præterea videbuntur, quoties libebit, si non impetrabunt, ut frustra aduersantibus vobis extorqueant. Quis enim statuet modum laxatæ semel licentiæ? Cur autem non contendant, aut cur non ipsi sibi sumant quicquid collibuerit, recenti exemplo inuitati, cum vos ipsi quædam nullo exemplo concesseritis? Quæ enim gens, quæ natio, Christiana duntaxat rectèque de religione sentiens, vnquam sibi sumpsit dogmatum & rituum Ecclesiasticorum commutandum arbitrium? Sumpsere quodam tempore nonnullæ in fœtæ prauis opinionibus, eodem siue prætextu, siue consilio, pacandorum videlicet animorum, componendarumque dissensionum inter homines. Nec tamen id sine Episcoporum auctoritate, quàm in religionis negotio plurimum valere intelligebant, nec isti Euangelici hodiè dissentent. Quale fuit, cum propter *ἡμοδοσίον*, hoc est, confubstantiale, sicut verterunt Latini. Theologi, totus ferè tumultuaretur orbis terrarum, malebant nonnulli principes & populi auctoribus Episcopis pro homouiso homœouision, hoc est, aequi substantiale, ut ita dicam, contentiosis hominibus concedere, quàm de vno, (ut videbatur) verbo non magis verbis quàm armis digladiari: Aut cum Boëmi Hullo incensore efferati, diuina & humana omnia sursum ac deorsum miserent, vsurparunt ij quidem vulgò, ad stipulante Rochesana Pseudarchiepiscopo suo, sacrum calicem, quod inuistarum fuerat superioribus aliquot seculis, & indulerunt eis, qui Basileæ ad Concilium congregati erant Episcopi, cum Boëmi in eò acquirerent, in caeterisque concordēs & in officio futuri esse viderentur. Quid igitur? Conquieuerunt ne tunc ea indulgentia motus illi vel apud Boëmos, vel apud Græcos? Imò efferbuerunt magis, exultantibus nouatoribus, se aliquid quasi iniuste à maioribus suppressum aut interuersum, vi veritatis expressisse, & in caeteris etiam in stiruicis maiore deinceps confidentia damnantibus Ecclesiam Catholicam, quæ se ipsa iam in quibusdam damnaue videretur. Nam qui modus vel hereseon, vel turbarum actumultuum postea fuit apud vtroque: Non ne Eunomiani, Aëriani, Macedoniani, Luciferiani, Nestoriani, Graciam totumque Orientem postea miserè exercuerunt: Non ne Thaboritarum & Orphanorum, Picardorum, & Adamitarum, & nescio quorum non monstrorum furor apud Boëmos, postea magis exarsit, ita ut ne calicis quidem communio quenquam ab eorum iniurijs, cadibus atque direptionibus, aut regnum ab eorum publicarum & sacrarum, arcium, oppidorumque vastationibus & incendijs vindicaret? Hodièque Boëmi (de ijs dico, qui se à veteris Ecclesie societate & institutis præciderunt) calicem quidem mordicus retinent, caeterum de præiudicatis opinionibus nihil remittunt, ac ne ea quidem præstant, quæ receperant: & quanquam suis ipsi viribus confecti, torpent magis quàm quiescunt, non idem tamen omnes sentiunt: & qui dissident opinionibus, odijs quoque implacabilibus inter se nihilominus certant. Quid autem aliud nobis quoque expectandum est, si quid nouarum rerum cupidis indulgendum esse duxeritis? Quid autem eis indulgebitis? Calicem? At quàm multi negant eo sanguinem Christi contineri? quàm multi (horreo dicere) calicem damniorum eum esse autumant, nosque, qui verum ex eo Christi Dei & hominis sanguinem potari profitemur, non solum stultitiæ aut insanie, sed idololatriæ prorsus damnare non verentur? Sacra vernacula? At quàm multi sunt, qui hæc quoque contemnunt, imò execrantur, & id magis contendunt, ut nulla sint omnino sacra? Vxorēs sacerdotibus? At illi partim tollunt sacerdotium, seque omnes vna cum mulierculis & pueris ex æquo sacerdotes esse asseuerant: partim referre sua negant, cœlibes ne sint, an mariti sacerdotes. Ecquid Germani Principes cum Christianissimo Imperatore Carolo eiusdem modi indulgentia, quod Interim vulgò vocant, in Germania profecerunt? Ecquid acceperunt id, quibus dabatur? Ecquid in caeteris conquieuerunt? Cur autem si ista vos quibusdam induleritis, non eodem exemplo Stancarianis etiam promiscua, quamuis leui de causa, diuortia, & noua, quoties collibuerit, prioribus soluis matrimonia, Ossandrinis derogationem meriti sacrosancti sanguinis Christi, Calvinianis & Sacramentarijs Sacramenti eius, quod est omnium præcipuum & saluberrimum, sanctissimi, inquam, corporis & sanguinis Christi profanationem. Seruetianis maiestatis atque diuinitatis Christi filij Dei & Spiritus sancti vel negationem vel imminutionem, & neque vos, neque maiores vestros, neque villos prorsus populos iam inde ab Apostolorum temporibus **CHRISTIANO S** fuisse, quibusdam alijs incarnati, ut ita dicam, verbi **D E I** negationem, Picardis & Anabaptistis non modo iterationem Baptismi, sed & omnium ciuiliū magistratuum sublationem, Lutheranis libertatem humani arbitrij tollentibus, omnium scelerum impunitatem & legum solutionem: cur, inquam, his quoque hæc omnia, & si qua præterea contendunt vel deinceps contendunt, pacis & concordie publicæ conseruandæ causa non concedatis?

Exhorruistis horū commemoratiōne: nec iniuria profectō. Nam quæ maior impietas, aut quæ præsentior pestis Rerumpub. excogitari potuit? Et tamen nihil hic fingo. Concedunt hæc illi vt quæ maximè & facilius est licentiæ principium, quàm exitum inuenire. Cur autem vos magis in his, quàm in calice, vxore sacerdotis, & sacris vernaculis religiosi sitis, & maiorum institutis receptisque antiquis moribus præiudicare vereamini? Certè his quoque dogmatibus, non minus quàm illis, auctoritas verbi Dei prætextitur. Quàm verè, non dico modò illud dico, Si vos huiusmodi controuersiarum disceptatores, & arbitros eorum institutorū, quæ ad religionē pertinent, semel constitueritis, non defuturos esse, qui ista quoque recta esse, & verbo Dei consentanea subtiliter conclusis, ratiunculis, adductisq; detortis scripturæ sacræ testimonijs, vel inuitis vobis extorqueant. Quod tunc ibi chaos, quæ esset Babylonica Reipub. vestræ facies, vestro, quod omnem auertat Deus & liberorū vestrorum sanguine expianda? An putatis, quæ plus triginta annis Germaniam tam miserè diuexans nefanda & impia & inter se pugnantia dogmata, omnia simul extitisse? Erratis, si ita existimatis. A reprehendendo abusu pontificiarum indulgentiarum orsus est Lutherus, cum ei pinguis illa offa promulgandarum earum prærepta esset. Non tollebat initio, imò asserbat etiam receptum antiquitus numerum & virtutem sacramentorū, vsum & efficaciam sacrificij Christiani, merita bonorum operum, auctoritatem Episcoporum & Pontificis maximi, purgatorium vsum, curam & preces pro mortuis: Boëmos propter hæc sublata, & propter vulgatum vsum calicis reprehendebat. Vxores non dabat sacerdotibus & monachis, quamuis impurum eorum cœlibatum exagitaret. Quæ in scriptis eius deprehendere cuiq; licet. Aliquanto posterius contentione & aura populari elatus, non hæc modò, sed multa alia Ecclesiæ & Apostolorum, ne dicam Christi ipsius instituta labefactauit. Quæ vbi viderunt eum secundo populo facere Corolladius Munzerus & Zuinglius, maiora ausi studuerunt eum impietate superare, & sectatores eius pro religiosi & Papisticae hypocrisis vel superstitionis non exortibus damnarunt. Postea nullus fuit in ea natione, neque est etiam nunc impietatis, contentionum, tumultuum, bellorumque civilium modus & finis. Quid in Boëmia superiori seculo? Statim ne initio sese omnis effudit impietas, & portentosa illa sectarum varietas, quæ quamuis coercita postea legum seueritate, adhuc tamen multis in locis vernitur? Modica fuerunt, & in speciem aqua & pia Hufsi initia, ab indignitate quadam & odio sacerdotum indignorum eo nomine honorèque profecta. Non mutabat is sacrorum ritus, non dabat vxores sacerdotibus: ne calicem quidem vnquam porrexit populo, qui nunc tantoperè expetit. Posterius infinita illa malorum lerna, & multiceps hæreseon hydra magno impetu cum summa rerum priuatarum atque publicarum perturbatione inuasit in Boëmiam, eamq; gentem aliquandiu miserè diuexauit. Quid igitur, inquiet aliquis? Damnans ne tu vsum sacri calicis in populo? Ego verò neque sacerdotum coniugia, neque sacra vernacula. Sed nego vestrum esse his de rebus statuere, maiorumq; instituta mutare. Cuius nam igitur: Dicerem sacerdotum, nisi metuerem inuidiam, domoq; allata quorundam præiudicia: Et magnos certè, atque, vt ita dicam, irrefragabiles habere sententiæ huius ad stipulatores, vel auctores potius, non modò Malachiam & Mosen & alios Prophetas Dei, verum etiam ipsum Dei filium & magistrum nostrū Christum Iesum, eiusque sententiæ peritos imprimis atque tenaces Apostolos, non vnum & alterum, sed simul vniuersos, perpetuumq; superiorum omnium seculorum consensum, & si his adiungere fas est, istorum ipsorū, quos nunc novos veteris scilicet religionis magistros multi sequuntur, indubitatam sententiā: qui & ipsi de sacrarum scripturarum sensu, totoq; religionis negotio sacerdotum siue Episcoporum, quos ipsi ministros verbi vocant, proprium esse volunt iudicium. Sed mitto nunc sacerdotes. Si totius Ecclesiæ id est, vt volunt quidam, certè non vnus alicuius duorum ordinū, sed omnium (quod ipsi quoq; fateri videntur, necesse quidem habent, si ipsi sibi constare volunt) non ordinū modò, & sexuum, & gratiam, verum etiam populorum. At enim priusquam omnes, qui Christiano censentur nomine, populi coeant, & has controuersias desiniant, nos disensionibus intestinis peribimus, inquit. Meliora, quaeso, ominare. Ita ne amice ex tuo ingenio Deum metiris: Ita ne facilem & expeditā rationē subueniendi populo tuo, quem precioso charissimū filij sui sanguine sibi acquisiuit, excogitare eum non potuisse, aut noluisse arbitraris: Quin ipse eius filij, ipsissima ei⁹ dextera & sapiētia, omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi secū suis fore promisit, ne quis modò ipse sese ab eo subtrahat. Subtrahit autem, quisquis pacem testamento eius relictam non seruat, rumpitque mutuam cum cæteris hominibus concordiam & benevolentiam, quod ille suorum symbolum esse voluit. Quis autem id facit? si ne, qui magistratibus à Deo constitutis obsecundant,

ecundant, & receptos à Christianis maioribus suis multorumque populorum & seculorum consensu & vsu approbatos mores & instituta tuerentur, an qui ea priuata auctoritate, ne dicam temeritate sua conuellunt, & multa nouare student? Hi certè dicere de illis superioribus rectè non possunt illud, quod est apud Ioannem in Epistola: E nobis prodierūt. Illi verò de his non hoc solum, sed etiam quæ sequuntur: Sed non fuerunt è nobis. Nam si fuissent è nobis omnes, mansissent vitæque nobiscum. Certè his demum triginta vel quadraginta annis in Germania Lutherus, Zuinglius, Munzerus & quidam alij segregarunt sese damnato antiquissimo Christiani orbis consensu, à quo prius non disenserant. Vultis igitur redintegrare inter disidentes concordiam? Nolite qualescunq; (nihil enim nunc refert) sed veteres tamè dominos in gratiam, nolo dicere inuolari, sed litigatorum seu petitorū de possessione depellere. Reponite potius per vim eictos, aut retinētes adhuc possessionē defendite, vel tantisper duntaxat, dum de re tota ab ijs, ad quorum iudicium ea spectat, legitime cognoscitur, si iusti & æquū amantes, si pacis & concordia studiosi, ac non partium fautores videri vultis. Alioquin si cuiusquam istorum agrum aut villam violentior quispiam vindicare vuler, nihil prohibebit, quò minus in eo quodcunq; ipse ediderit foro causa disceptetur, siue aded amoto sine disceptatione iuris priore domino, concordia retinenda causa ille alter in possessionem rei controuersæ mittatur, ac tum demum eictus per quæuis fora de proprietate litigare iubeatur. At hic statim isti vociferarentur, Indignum facinus, leges motique violari: vel pereat mundus, dummodò fiat iustitia, cœlumque terræ miscerent. Cur igitur magis æqui sunt in re sua quisq; quam in aliena? in propria, quàm in communi? in priuata, quàm in publica? & vt ne dicam in humana, quàm in diuina, certè in minoris momenti atq; precij, quàm in ea, qua salus omnium & singulorum, & publica tranquillitas continetur? Cur aut tu RE X sapientissime, vosque grauissimi Senatores, & Equites honestissimi istorum contentione eò vos impelli patimini, vt iuris cum omnibus ordinibus & populis Christianis vobis communis disceptationem inter disidentes, nullo more, nullo probato exemplo, nullo denique operæ precio soli vsurpetis? vel non cognita etiam causa, ipsos in alienam per multas gentes, multaque secula contententis Ecclesiæ possessionem immittatis? Cur hic non valent leges concordia charitatisque Christianæ, si foret indignum cuiquam videtur teneri legibus Conciliorum & Canonibus Ecclesiasticis? Cur non interdicit illud, quod valet in priuatis causis apud omnes gentes, quæ non profus expertes sunt humanitatis, *vti possidetis, ita possideatis*? Hæc vestra sunt partes in componendo hoc religionis dissidio, hoc vestrum officium. Hic, hic vos, inquam, Proceres & Equites vna cum Rege mirissimo maiorum vestrorum virtutem & pietatem imitami, eosque non adæquare modò, sed etiam superare contendite. Quid igitur ij fecerunt in simili causa? Ante centum annos, cum tumultuaretur sectarum & religionis dissidio Boëmia, sicut nunc tumultuatur Germania, multumque opus haberent ac vterentur etiam Boëmorum armis & auxilijs maiores vestri contra vim & potentiam Teutonum Crucigerorum, regnum hoc & Lithuania diuexantium, cumq; multi nostrates nobiliores etiā & potentiores, eorum consuetudine (vt fit) deprauati, eadem dogmata profiterentur & propagare in hoc Regno conarentur, disputatum ne est in comitijs de controuersis dogmatibus & ritibus? Nequaquam. Efflagitatum ne nationale, quod vocant, concilium? Ne id quidem. Indultum ne quicquam nouarum rerum cupidus? Multò minus. Imò ne Regnum quidem, ab illis ipsis Boëmis vitro oblatum, acceptum est, non aliam ob causam, quàm propter diuersam religionem, quamuis id non tam vtilitas publica suaderet, quam necessitas propemodum exigeret. Imò etiam bellum eis denunciatum est, ni resipiscerent, & ad Ecclesiæ Catholicae societatem redirent. Et aduersus Boëmos quidem ita tunc se gesserent maiores vestri. Quid aduersus ciues & indigenas? Leniores ne fuere? Imò verò conuentu instituto, & cunctis Regni ordinibus adhibitis, summo consensu obstrinxerunt ij suam quisque fidem & honorem: *Si quis indigena Regni huius, habens in ipso regno bona, hæreticales errores, (agnoscite confederationis verba) facere aut promouere vellet.* Quibus autem hæretibus & erroribus id intelligendum est? Nempe de ijs, qui tunc regnante Vladislao Jagellonis filio è Boëmia importabantur. Præfatur enim lex: *confidatis nonnullis discordantionibus, quæ in ipso regno Poloniae suboriri ceperant.* Constat autem ex historia illius temporis, nullas alias, nec aliunde tunc subortas fuisse, quàm à quibusdam non obsecris hominibus, Boëmica labe infectis. Excludit ne autem lex quempiam hominē aut ordinem vilo priuilegio? Imò disertè addit: *cuiuscunque status, gradus, conditionis, & præminentia fuerint.* Adiungit etiam, *sive spirituales, siue seculares.* Quid igitur, si quis tale quid ausit? Negant se ei auxilio, consilio, vel fauore patrocinari velle. Et hoc

INDEX

Iuramenta tua. 94.a
6 Pater noster qui es in caelis & care- 151.b
6 Lucerna corporis tui oculi eius. 180.a
10 Intrate per angustam portam, & ca- 121.b
10 Non enim vos estis qui loquimini. 135.b
20 Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. 30.b
10 Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquae & cetera. 134.a
15 Quicumque dixerit patri aut matri minus quodcumque est ex me. 187.b
15 Sine causa colunt me docentes doctrinas & praecipia hominum. ibid.
16 Tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. 26.a
16 Quodcumque solueris super terram erit solutum & in caelo. 72.a
19 Non omnes capiunt verbum hoc. 154.b.93.a
19 Qui potest capere capiat. 154.b
19 Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. 96.a
32 Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisaei. 30.a
24 Tunc si quis dixerit, ecce hic est Christus atque illic & cetera. 192.a
24 Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilae. 196.a
26 Hoc est corpus meum. 44.a
Marcus.
6 Et egressi praedicabant, vt poenitentiam agerent, & demonia multa eieciabant & ungebant oleo multos egros. 78.a
16 Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. 39.b
Lucas.
9 Aue Maria gratia plena dñs tecum. 117.a
6 Perfectus autem erit si sit sicut magister eius. 145.a
10 Neminem salutauerit in via. 102.b
12 Domine dic fratri meo, diuidat mecum hereditatem. 202.b
14 Vos cum sitis mali, nostris bona dare silijs vestris. 139.a
21 Coelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. 152.a
Iohannes.
1 De plenitudine eius omnes accipimus gratiam. 140.a
3 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. 36.b
4 Venit tempus, quando veri adoratores adorabunt patrem & cetera. 164.b
8 Ille erat homicida ab initio. 153.a
8 Deus peccatorum non exaudit. 162.a
12 Propterea non poterunt credere & cetera. 154.b
14 Amen amen dico vobis, quia qui credit in me opera quae ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. 105.b
14 Pater maior me est. 12.a
14 Tam mundi estis, propter sermonem meum. 33.a
16 Adhuc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo. 188.a
16 Mulier cum parit tristitiam habet. 3.b
20 Sicut misit me pater, ita & ego mitto vos. 80.b
Actus Apostolorum.
6 Saul Saul quid me persequeris. 77.a
16 Conuenerunt apostoli & seniores videre, de verbo hoc. 18.b
Ad Romanos.
3 Arbitramur hominem iustificari sine operibus legis. 117.b
4 Christus traditus est propter delicta nostra & surrexit propter iustificationem nostram. 3.b
5 Propterea Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati vt quod legi prestare fuit impossibile, posteaquam de peccato damnauit peccatum & cetera. 146.b
6 Diligentibus omnia cooperantur in bonum. 143.a
6 Ne regnet peccatum in vestro mortali corpore. 145.a
7 Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. ibid.
7 Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. ibidem.
10 Ignorates dei iustitiam, & suam querentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti. 126.b
13 Qui resistit potestati Dei ordinationi resistit qui autem resistunt ipsi sibi damnationem recipiunt. 191.a
13 Qui diligit proximum legem impleuit. 147.a
13 In diuini dominum Iesum Christum. 128.b.35.b
Prima ad Corinthios.
5 Iudicauimus huiusmodi hominem tradere Satanae in interitum carnis. 32.b
6 Maledicti regnum Dei non consequentur. 29.b
7 Propter fornicationem autem, vnusquisque habeat uxorem suam & vnusquisque virum suum. 78.b
7 Melius est nubere quam vri. 100.a
7 Si nupserit virgo non peccat. ibid.
11 Laudo vos fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis praecipia mea tenetis. 191.a.b
11 Oportet haereses esse. 148.b
11 Quod si nos ipsos iudicauerimus, non vtrique iudicemur. 8.b
11 Cetera cum venero disponam. 27.a
12 Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero nihil sum. 119.b
14 Nam si orem lingua, spiritus meus orat me autem mea sine fructu est. 11.b
15 Non ego autem, sed gratia Dei mecum. 123.b
Secunda ad Corinthios.
4 Cum enim qui foris est noster homo corruptitur, tum is qui intus est renouatur de die in diem. 2.b
5 Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur quod edificationem ex Deo habemus, & cetera. 111.a
5 Pro Christo legatione fungimur. 80.b
5 Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. 127.b
Ad Galathas
1 Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit. 49.b
1 Si quis vobis euangelizauerit, praeterquam quod accepistis, & cetera. 49.a
3 Quicumque baptizati estis Christum induistis. 128.b
4 Dies obseruatis & mensis & temporum & cetera. 174.b
5 Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. 157.b
6 Mihi autem ablit gloriari nisi cum cruce domini nostri Iesu Christi. 8.a
6 In Christo Iesu neque circumcisio valet aliquid neque praepitium, sed noua creatura. 126.b
6 Vito autem iam non ego, viuunt autem in me Christum. 144.b
Ad Ephesios.
2 Gratia saluari estis per fidem, & hoc non & cetera. 117.b
4 Et ipse dedit quosdam apostolos, quosdam autem Prophetas: alios vero Euangelistas & cetera. 90.a.
4 Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est. 126.a
4 Qui furabatur iam non furetur. 78.a
5 Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & cetera. 90.b
Ad Philippenses.
2 Si qua consolatio in Christo, si quod solatiu charitatis, si qua societas spiritus si qua viscera misericordiae, &c. 198.a
2 Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu. 201.b
2 Omnes quae sua sunt quaerit, non quae Iesu Christi. 94.a
3 Ego me nondum existimo comprehensisse. 146.b
Ad Colossenses.
1 Adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea. 77.b
Prima ad Thessalonicenses.
5 Sine intermissione orate. 172.b
Secunda ad Thessalonicenses.
9 State & tenete traditiones, quas didicistis per sermonem, siue per epistolam nostram. 26.b.187.a
Prima ad Timotheum.
1 Finis praecipi est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta. 125.b
1 Iusto non est lex posita. 177.a
2 Vnus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. 107.b
2 Volo vros orare in omni loco. 164.b
3 Oportet episcopum esse vnus uxoris virum. 98.b
3 Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni sunt. 151.b
1 ad Timotheum.
2 Nam nisi commortui fuerimus, non conuiuemus. 2.b
2 Nonit dominus qui sunt eius: & recedat ab iniusticia omnis qui inuocat nomen domini. 203.a
Ad Titum.
3 Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos & cetera. 34.a
Ad Hebraeos.
6 Impossibile est eos qui semel sunt illuminati & cetera 48.b
10 Vna oblatione consummavit in eternum sanctificatos. 99.a
11 Credere enim oportet accedentem ad Deum. 12
Iacobi.
2 Fides sine operibus mortua est. 18.b
2 Demones credunt & contremiscunt. 13.a
3 Confitemini alterutrum peccata vestra. 71.b
5 Infirmatur quis inter vos, inducat presbyteros ecclesiae. 78.a
1 Petri.
2 Vos autem

INDEX

Vos autem genus electum, regale sacerdotium & cetera. 82.a
Prima Ioannis.
2 Charissimi filij Dei sumus, & nondum apparuit quid emus. 128.b
4 Nolite omni spiritui credere, sed probate si ex Deo spiritus sunt. 196.b
4 Omnis qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. 150.
4 Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. 147.a
Apocalypsis.
16 Commandauerunt linguas suas. 25.b
22 Qui iustus est iustificetur adhuc. 128.b
SCRIPTURAE LOCI IN LIBRO BELLO DE EXPRESSO DEI VERBO EXPLICATI.
Si surrexerit in medio tui prophetae & stitit quid sit. 77.b
Aronis sacerdotii & sacrificium quale quando cessare debuit. 54.a.b
Ab apostolorum temporibus semper nescit esse habitum vt sacerdotes uxores ducerent. 350.b
Ab ecclesia Dei auulsi de sua salute se certos esse falso existimant. 321.b
Abel sacrificij & Cain discrimen. 111.a
Abraham, Isaac & Iacob, & cetera Patriarcharum nomina ab hominibus inuocata sunt. 108.b
Abrenunciatio baptismi praecedere debet. 39.b
Abrenunciatio antiquissimae traditionis ibidem.
Abolutio & confessio de Deo constituta. 71.b
Abolutio quid sit, & quomodo a quibusdam intelligatur. 72.b
Abolutio sine peccatorum confessione, nisi certa quadam ratione fieri nequit. 71.b
Abolutio ignorantum peccatorum. 71.b
Abolutio forma poenitentiae. 69.a
Abolutio omnibus est necessaria. 72.a
Abolutionem confert sacerdos. ibidem.
Abique literis fides discitur. 354.a
Abstinentia viruosa quae. 177.a.b
Abstinentia mater sanitaris. 185.a
Abstinentia haereticorum qualis. 177.a
Abstinentia Christianorum, Iudaeorum & haereticorum diuersa. 176.b
Abstinentia primitiuae ecclesiae quanta. 3.b
Abstinentium sex genera. 180.b
Actio, cetero ferarum. 85.a
Actum humanorum regula, lex est charitatis diuina. 147.b
Adam veterem exuere & nouum induere oportet. 69.a
Adeo nos doctos & non solum legis, aut scripturae peritos esse oportet. 328.b
Ad martyrium puerum mater secum trahit. 114.a
Adimplere quae desunt passionum Christi adoratiorum angelis & hominibus facta Dei gloria nunquam obscurauit. 105.b
Adoratiorum quid, & quoruplex. 106.a
Ad obiecta Vergerij responsio. 331.b
Ad solos fideles Christi sacramentorum participatio pertinet. 329.b
Ad solos sacerdotes pertinet sub vtraque specie panis & vini vti in Eucharistiae sacramento. ibidem.
Ad solos sacerdotes spectat Christi institutio de sacramento Eucharistiae. 341.a
Aduentus tempus cur institutum, primitiuae & secunda dominica aduentus cuius rei admoenant. 2.a.5.
Adulterij & stupri poena capitalis. 91.a
Adulterij nomen quam late pateat. 91.a
Adulterij prohibitio non sancit matrimonium. ibidem.
Adulterium spirituale grauius quam carnale. 145.a
Adulterium quomodo puniunt olim, & eius nostro aeuo impunitas. 153.a
Aegrotis Eucharistiam dari prohibuit Caluinus. 211.a
Aequalitas duplex. 136.a
Aequalitas simulata duplex iniquitas. 159.a
Aerij haereticorum error. 77.a
Aerius ieiunium ecclesiae reiecit. 265.a
Aetas ieiunando obnoxia. 182.b
Affectus Deus penset, non effectus. 37.a
Affectus nomen operi imponit. 180.a
Africani Episcopi se Romano Pontifici subiecerunt. 288.a
Agni paschalis immolatio apud Iudaeos quid representabat. 54.a.b
Agnus paschalis figura Christi. ibid.
Agnus quomodo ab origine mundi occisus dicatur. 121.a.b
A Graecis ad Latinos fides Christiana propagata. 354.a
Agonis extremi pulchrum exemplum. 138.a.b
Agricolarum pietas maior quam oecioforum. 183.a
Albari in primitiua ecclesia. 40.a

SEQUITUR INDEX EORVM OMNIUM QUAE IN HIS LIBRIS OBSERVATIONE SUNT DIGNA, COPIOSUS.

Albertus Magnus praceptor Thomae de Aquino. 137.a
Albertus Magnus. 217.
Alexander Magni erga Pontificem Iudaeorum reuerentia. 224.b
Alia ratio sacra operatio, alia eorum qui sumunt Eucharistiam extra sacrificium. 346.b
Altaria Deo in memoria maritum non ipsis martyribus eriguntur. 167.b.110.a
Altaris sacramentum, Vide infra de Eucharistia.
Altercando veritas amittitur. 52.b.200.b
Ambrosij morientis verba. 138.b
Ambrosij Episcopi constantia. 224.a
Amicus bene faciendum. 151.b
Amicitia christiana qualis esse debet. 290.b
Amor sui quam perniciosus. 103.b
Amor arguit cuius ciuitatis sumus. 124.b
Amor Christi fortissimus. 123.b.131.b
Amor mundi laboriosus. ibidem.
Amoris causa, visio. 123.b
Anabaptistarum dogma de puero rum baptismo falsum. 50.b
Anabaptista: cur noluit pueros baptizari. ibidem.
Anabaptista: cuiuspiam ad Deum patre oratio. 307.a
Anabaptista: sicut ante Lutherani, Bernar. Roman. Henricus Rollius. Godes. Seralen. 213.a
Anabaptista: reliquis haereticis deterior. 212.b
Anabaptista: reliquis paratior ad querens perferenda. 215.b
Anabaptista: varij & nunc & Augustini tempore. 213.a
Anabaptista: vnde orti. 212.b
Anabaptistarum auctor quis. ibidem.
Anabaptistas constituit Iustus Menus. 215.b
Anarchiam haereticum introducere moluntur. 236.a
Anastasius papa temere haereseos immulatur. 244.a
Andreae apostoli desiderium pro Christo patiendo. 92.b

INDEX.

Angeli & archangeli inter sunt sacrificio... Arcana fidei non statim omnibus pro-

INDEX.

Inter baptismum & poenitentiam dif-... Cangelorum blasphemiam... Cadaver exhumatum cur alibi ab

ximè morietur imitandum. 169.a
 Carcer purgatorium. 76.a
 Cardinalis Augustini laus. 222.a
 Cardo Lutheranae doctrinae quis. 202.a
 Carnibus cur abstineat Catholicus. 320.a
 Carnibus vescere in quadragesima ex contemptu, Satanæ mancipia. 184.a
 Carnifices prædici nostri seculi apud hereticos prædicant, consecrant. &c. 82.b
 Carnis opera. 113.b
 Carnis bellum cum spiritu implacabile. 186.a
 Carnis resurrectionem cur in simbolo profitemur. 104.a.b
 Carnis nomine quid intelligendū. ibid.a
 Carnium esus cōsideratio. 176.a.b.181.a
 Carnium esus quam noxius. 184.b
 Caro, sanguis, anima & diuinitas in christo ab iniuce separari nequeat. 248.a
 Carolofadij à Luthero dissentio, eiusque causa. 209.b
 Carolofadij res gestæ. 210.a
 Carolofadij cur Lucherus sit præpositus. ibidem
 Carolofadius, Zuinglius. Oecolampadi? Caluinus M. Lutheri filij. 328.a.b
 Carolofadius Luthero aduersus. 193.b
 Carolofadius à Melancthone vt describitur. 210.a
 Carolofadius cur sacramentarium heresim excitauit. ibid.
 Carolofadius Lutheri amicus quantum. ibid.
 Carolofadius
 Missam abrogauit, habitum religionis suæ iecit, Imagines eiici fecit, Eucharistiam profanis manibus attrectari fecit. 209.b
 Carolofadi? primus duxit apud Germanos vxorem. 210.a
 Carolofadius primus in Eucharistia Christi corpus adesse negauit. ibidem
 Caroli Quinti Imperatoris catholici factum præclarum. 22.b
 Caroli Quinti laus. 282.b
 Carolus Imperator defenditur cur hereticos in initio non profligauit. 282.b
 Castitate seruari posse. 92.a
 Casium referuatio vnde originem habeat & quò referatur. 84.b
 Carolus Imperator noluit de religione iudicare. 260.a
 Catechismus quid. 335.a
 Catechumenus quomodo fiat. 39.a.b
 Catene Pauli quanto fuerunt in honore Christophomo. 167.a
 Cathedra non deferenda ob malos pastores. 243.a
 Cathedra postulentia quæ sit. 243.a
 Cathedram Petri obtinens non destituitur assistentia Dei. 243.a
 Cathedra Romanæ sanctitas non deferenda propter culpata vitam præsidis. 29.b
 Catholica Ecclesia cur & vnde dicatur, quàmque lætè pateat. 14.a.15.b.192.b
 Catholica Ecclesia an sit illiusvis. 192.b
 Catholica dictio, per Lutherum à simbolo sublata. ibid.
 Catholica doctrina quæ. 226.b.228.a
 Catholica fides in Polonia cur diu integra permanerit. 208.a
 Catholica Ecclesia, lux sanè intelligente promissa. 136.b
 Catholici sum hereticis non de scriptura, sed sensu scripturæ contentunt. 261.a
 Catholici ex verbo Dei docent. 249.b
 Catholici vox quibus rebus, & quibus non attribuitur. 306.a
 Catholicorum consensus. 322.a
 Catholicorum & orthodoxorum de scripturis intelligentia. 329.a
 Catholicum quid dicatur. 306.b
 Catholicus & orthodoxus quis sit. 13.b.16.a
 Catholicus vt ab heretico & schismatico possit dignosci. 16.a
 Catholicus qua nota discernatur ab heretico. 310.a
 Catholicus quem in iudicandò spiritum loquatur. 230.a
 Catholicus quomodo se gerat. ibid.
 Causas fidei ne imperatores iudicent. 23.a
 Causæ grauiiores ad Pontificem Romanum referuntur. 85.a
 Cazimir, regis Poloniae abstinentia. 185.a
 Cædes non omnis mala. 152.b
 Cœlibatus sacerdotum. 159.b
 Cœlibatus votum piuum, deoq; gratum. 92.a
 Cœlibatus non est cultus Dei, sed via ad seruendum Deo expeditior. 159.b
 Cœlibes multi vitam suam egerunt. 153.b
 Cœlum quomodo à nobis emi possit. 141.b
 Cœna Dominica in priuatis adibus celebranda non est. 165.b
 Cœnobiorum auctores Apostoli. 160.a
 Cœreorum vsus antiquissimus & probatissimus. 163.b
 Cæci accensi cur Euagelij lectioni præferantur. ibid.b
 Cæremonia Ecclesiae non contemnenda. 268.b
 Cæremonia circa baptismum quæ, & cur fiant. 39.a
 Cæremonia Natalis Domini quid significet. 2.a
 Cæremonia missæ in quem finem sunt institutæ. 6.b.9.a
 Cæremonia Ecclesiae & ritus quid indicent. 9.a
 Cæremonia externa quatenus vtilis & fructuosa. 161.a
 Cæremonia cur institutæ, vnde sumantur, & ad quid profint. ibidem
 Cæremoniarum instituendarum causa. 159.
 Censura Concilij Constantiensis super Eucharistia sacramento. 343.a
 Ceroferarium officium. 79.b
 Certamen Christianorum cum diabolo. 40.b
 Certitudine quali scire possimus esse nos in gratia. 215.a
 Charitas Christiana quid exigat à nobis. 245.a
 Charitas etiam sine scripturæ scientia saluat. 272.a
 Charitas lex crucifixi. ibid.a
 Charitas quantum habeat efficacie. 123.b
 Charitas scopus traditionum & scripturæ. 265.b
 Charitas summa & scopus toties scripturæ. 265.b
 Charitas scripturarum scopus. 356.a
 Charitas est vita fidei. 118.b
 Charitas fidei & spei necessaria. ibid.b
 Charitas fortior morte. 123.b
 Charitas sola nos vnit Deo. ibidem
 Charitas seruatur in humilitate, reneur in vnitare. 202.b
 Charitas via ad Deum, & Dei ad homines. ibidem
 Charitas duplex. 125.a
 Charitas à charitate, id est, Deo. 199.b
 Charitas extra Ecclesiam nulla. 124.b
 Charitas cum peccato mortali consistere nequit. 66.a
 Charitas Dei & nostra. 125.a
 Charitas iustificat & sanctificat. ibid.a
 Charitas est anima fidei. 118.b
 Charitas qua sit, cui perfectio tribuatur. 119.a.125.b
 Charitas finis præcepti. 147.b
 Charitas operit multitudinem peccatorum. 124.125
 Charitas est Christianorum iustitia. 126.b
 Charitas salutis precium. 142.a
 Charitas præfertur scientiæ. 202.a
 Charitatem quis non habeat. 215.b
 Charitatis alia ratio quam fidei. 129.a
 Charitatis radix. 147.b
 Charitatis radix plantari nequit, nisi cetera prius cupiditatis radice. 158.b
 Charitatis præceptum vnum, sed duo continent. 147.b
 Charitatis omnia facilia. 124.b
 Cherub plenus scientia. 197.b
 Chilistiarum errorem renouant Anabaptista. 213.a
 Chore Datham & Abiron quomodo puniti. 87.b.103.b
 Chirima cur non ferat heretici. 253.b
 Chirima in Baptismo adhibendum. 268.b
 Chirina reuerenter habendum. 154.a
 Chirifinatis multa mysteria. ibid.a
 Chirifinatis vsus quid significet. 269.a
 Chirifinatis antiquitas, consecratio & materia. 40.b
 Chirifiniana indulgentia. 177.b
 Chirifiniana amicitia qualis esse debeat. 290.b
 Chirifiniani à Christo cur dicti. 254.a
 Chirifiniani ante 40. annos omnes idem sentiebant. 208.a
 Chirifiniani cur ab vno nomine vocari voluerint. ibidem
 Chirifiniani nomine nihil gloriosius. ibid.
 Chirifiniani prima vox, credo. 1.a
 Chirifiniani nominis origo vnde, & qui primo dicti ita sint. 176.b.199.a
 Chirifiniani non omnes sacerdotes. 82.a.
 Chirifiniani sub malo pastore officium. 88.a
 Chirifiniani quaiustitia iusti. 126.a
 Chirifiniani sunt non nascuntur. 128.a
 Chirifiniani quid. ibidem
 Chirifiniansi finis. ibidem.b
 Chirifinianorum primorum abstinentia. 177.b
 Chirifiniano credendum non disputandum. 48.a
 Chirifiniano esse quid. 128.a
 Chirifinians tanto magis quisque est, quanto magis Christi particeps est. ibidem.a
 Chirifinians summa & scopus toties scripturæ. 265.b
 Chirifinians grauiiores passiones fuisse quam solius

rorius mundi peccata. 77.b
 Chirifinians persecutionum nondum finis ibid.a.b
 Chirifinians sarcina leuis. 92.a
 Chirifinians nauicula dormientis allegoria. 31.a.192.b
 Chirifinians ineffabilis charitas in Eucharistia declaratur. 42.a
 Chirifinians mors victoria Christianorum. 8.b
 Chirifinians resurrectio, nostra est iustificatio. 4.a
 Chirifinians morti contritari debemus. 3.a.b
 Chirifinians diuinitas & humanitas probatur. ibidem
 Chirifinians membra quomodo esse possimus. 52.b
 Chirifinians passionibus communicare quid dicantur. 2.b
 Chirifinians sermo operatorius. 43.a
 Chirifinians passionis mysterium summa omnium credendorum. 7.a.b
 Chirifinians auxilio omnia possumus. 124.b
 Chirifinians corporis veritas astruitur. 41.b
 Chirifinians corpus manet post consecrationem, etiam extra visum. 42.a
 Chirifinians decreta mutari à Apostoli. 297.a
 Chirifinians proprium quid. 209.b
 Chirifinians ordinationem non violari cum altera tantum specierum sumitur à laicis. 343.a
 Chirifinians legem esse mille quingentis annis nec amplius duraturam quis docuerit. 217.b
 Chirifinians oblatio duplex. 49.a
 Chirifinians commori non sufficit, sed cum eo resurgere oportet. 2.b
 Chirifinians caput & Christi corpus qui relinquunt. 273.b
 Chirifinians desperasse ac damnatum esse quis docuerit. 217.b
 Chirifinians extra sumptionem in Eucharistia non adesse neque adorari debere, recte docuerit Lutherus. 210.a
 Chirifinians induimus duobus modis. 128.b
 Chirifinians quis soluat. 315.a
 Chirifinians cur sic dicit voluerit. 254.a
 Chirifinians à chirimæ dictus. ibid.
 Chirifinians Lutherum impanatus. 210.a
 Chirifinians quando sequendus. 202.a
 Chirifinians cur mediator. 1.a
 Chirifinians quale fundamentum. 280.a
 Chirifinians quare natus sit. 209.b
 Chirifinians secundum legem debebat mori. 231.b
 Chirifinians vt fuerit mortis reus. ibid.b
 Chirifinians non minus sub vna, quam sub vtraque specie manet integer. 50.a
 Chirifinians mediator Dei & hominum. 1.a
 Chirifinians duplici modo seipsum obtulit. 58.
 Chirifinians meretur in membris suis & quomodo. 77.b
 Chirifinians non tantum redemptor, sed & legislator. 119.a
 Chirifinians orare nos docuit. 105.a
 Chirifinians quod propriè ei erat sacerdotibus communicauit. 54.b
 Chirifinians in nobis operatur & nos in Christo. 135.b
 Chirifinians carnis suæ mundissimæ tactu, aquis vini purgatiuam ac regeneratiuam conquisit. 34.b
 Chirifinians vsque in finem seculi patitur in membris suis. 77.a
 Chirifinians legis finis. 34.b
 Chirifinians Rex & sacerdos. 82.b
 Chirifinians sub specie panis duobus discipulis in Elnas corpus & Ganguinum suum dedit post resurrectionem. 50.a
 Chirifinians sub qualibet specie totus & integer. 51.b
 Chirifinians sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & quando eo sacerdotio perfusus sit. 54.b
 Chirifinians sacrificium Eucharistia in vltima coena instituit. ibid.
 Chirifinians venit quod imperfectum erat perficere. 82.a
 Chirifinians & Ecclesia duo sunt in carne vna. 77.a
 Chirifinians sacerdos secundum ordinem Aaron cum sacerdotio finem imposuit. 54.b
 Chirifinians neque scripsit, neque scribere præcepit, sed prædicare. 8.
 Chirifinians qualis causa iustificationis nominis. 128.a
 Chirifinians per sacerdotem omnia facit in ministerijs ecclesiasticis. 81.b
 Chirifinians in hunc mundum venit etiam, vt se nobis imitandum proponeret. 127.b
 Chirifinians quo precio nos emerit, de quo Paulus 1. corinth. ait. 154.a
 Chirifinians quomodo à Paulo peccatum nominetur. 156.a
 Chirifinians cur in mundum venit. 138.b
 Chirifinians non ex sapientibus Iudæorum. 54.
 Chirifinians Apostolos elegit, sed ex turba. 54.
 Chirifinians nostri causa exiit. 2.b
 Chirifinians quadragesimam ieiunando sacrauit. ibid.
 Chirifinians vt caput non destituit sponfam. 28.19
 Chirifinians quomodo solus sufficiat & quomodo non. 115
 Chirifinians sponsus & sponsa quomodo. 47.b
 Chirifinians in missa quomodo dicitur immolari. 56.a
 Chirifinians duplici modo oblatus. ibidem
 Chirifinians inuisibiliter Sacramento saltem confert. 52.b
 Chirifinians corpus suum quomodo nobis manducandum dedit. 45.a
 Chirifinians non nascendo sed moriendo à morte nos redemit. 2.b
 Chirifinians scopus ad quem omnia referuntur. 9.b
 Chirifinians dies & sol dictus. 115
 Chirifinians offert per Ecclesiam & Ecclesia per Christum. 53.b
 Chirifinians quibus modis est in Eucharistia. 45.a
 Ciborum delectus quomodo obseruandus. 174.b
 Ciborum delectus qualis nunc apud Christianos, & qualis olim apud Iudeos fuit. 176.a
 Cibus mortis & cibis vitæ quid sit. 65.b
 Cicatrix peccati. 75.b
 Circuncisio spiritalis. 32.a
 Circuncisio quale signum. ibidem.b
 Ciuiles functiones non cum Ecclesiasticis confundenda. 222.a
 Claus Ecclesiae quid sint. 72.a.b
 Clausus duar. 278.a
 Clausus triplex. ibidem.a
 Clauum potestas maior penes Episcopum quam sacerdotem. 84.b
 Clementia Dei ingens. 61
 Cleri vicia heretici libenter commemorant. 247.a
 Clerus non caruit virijs etiam Pauli temporibus. ibidem.a
 Clinico opus aperiendo efficac. 50.b
 Coactio ad bonum salutis. 171.a
 Coelestes Prophetæ. 335.a
 Cœlibatuum professi si nuptias celebrant adulteris deteriores. 299.a
 Cœlibatus lex in casu solui potest. 300.a
 Cognatio spiritalis contrahitur in baptismo. 40.a
 Cognitio Dei homines à brutis discernit. In procemio confessionis. 136.b
 Collatio Lutheranorum & Zuinglianorum. 211.a
 Collectæ Ecclesiae docent nos fidem & omnem fiduciam in solum Christum collocare. 136.b
 Colles sublimes mysticè sunt hereticarum. 281.b
 Colloquia de religione patribus improbara. 247.a
 Collocatio carnis & spiritus. 75.a.b
 Comitiarum auctoritas quam Conciliorum maior esse non debet. 51.b
 Commanudare linguas suas quis dicantur. 25.b
 Communicare passionibus Christi quomodo possimus. 2.b
 Communio sanctorum quæ. 31.b
 Communio bonorum in Ecclesia. ibidem
 Communicandi vetus mos. 50.a
 Communione aliterus speciei vsus quomodo inolerit. 31.a
 Communione ratione. 170.a.b
 Communio veritque vel alterius speciei triginta sex opinionibus pugnantibus docetur. 221.a
 Communio vtriusque speciei cur defendatur ab hereticis. 264.b.365.a
 Compati & commori Christo quid. 2.b
 Compunctio penitentibus necessaria, & que sit eius vis. 70.b
 Concilia an possint errare. 18.a
 Concilia legitima absq; Romani Pontificis sententia celebrari nequeunt. 19.b
 Concilia cur instituta. 18
 Concilia quatuor Gregorius & Christiani omnes tanquam quatuor Euagelia recipiunt. 17.b
 Concilia Episcoporum quomodo à Gratiano dicantur inualida. 19.b
 Concilia nationalia. ibidem
 Concilia oecumenica octo, & quid in eis actum. 17.18
 Concilia Episcoporum sunt. 18.b
 Concilia repræsentant vniuersam Ecclesiam. ibid.a
 A Concilij definita non esse reuocanda in dubium. 17.a
 In Concilij Imperatorij & Regum officium. 19.a
 In Concilij au locum habeant laici docti. ibidem.b
 In Concilij Principes non iudicantur. 21.a
 In Concilij Imperatores interfuerunt ibidem.b
 In Concilij iudices. ibid.b
 In Concilij subscriptiones. 21.b.22.a
 Concilia

Concilia cur celebrentur. 230.a
Concilia quantopere spreuerit Lucherus. 264.b.265.a
Concilia generalia ex traditione multa constituerunt. 286.b
Concilia generalia a prouincialibus vt differant. 249.a
Concilia generalia in dubium reuocare quam impium. 229.a
Concilia in quibus possint errare. 230.a
Concilia legitima quae non sunt. ibid.
Concilia priora quomodo a posterioribus emendentur. ibid.
Concilia dicta velut aggeres haeresibus oppositi. 333.a
Concilij Basiliensis decretum de Eucharistia sacramento, 330.a
Concilij Christi maxime pretens. 246.b.
Concilij non acquiescunt haeretici. 228.b
Concilij parendum non eis quid praescribendum. 354.b
Concilio Tridentino proxime celebrato quales interfuerint. 20.b
Conciliorum definitioni standum. 229.a
Conciliu an sine peccatoribus sit. 274.a
Concilium legitimum an errare queat. 230.a.246.b.247.a
Concilium Ecclesiam representat. 223.b
Concilium quorum sit illegitimu. 273.b
Concionatores heretici ad vulgi libidinem, suas conciones accommodant. 233.b.234.a.
Concionari verbum Dei ad quos pertinet. 84.a.
Concordia quanta ante annos quadraginta. 208.a.
Concordia in Sacramento Eucharistiae spectanda. 47.b.
Concordia vis quanta. 18.19
Concors episcoporum in synodis sententia, Dei sententia est. 325.b
Concupiscentia carnis est poena peccati originalis. 35.a
Concupiscentia prohibita quomodo. 156.a
Concupiscentia remanens post baptismum non est peccatum. ibidem.a
Concupiscentia carnis quomodo in baptismo dimittatur. 34.b
Non concupisces quomodo intelligendum. 145.a
Concupiscere & velle differunt. 156.b
Concupiscere facere est. 157.b
Ex condigno merendi vitam aeternam causae octo. 137.a
Confessio & communicio in sacrae passionis septimanam cur ordinata. 2.b
Confessio soli Deo facta non sufficit. 72.a
Confessio institutionis diuinae. ibid.b
Confessio Augustana a quibus recepta. 221.b
Confessiones variae haereticorum. ibid.
Confessiones pestiferae. 321.b
Confessionistae haeretici. 219.a
Confessor prudens eligendus. 71.a
Confirmatio Sacramenti est. 33.b.40.b
Confirmatio recte Sacramentum dicitur. ibid.8
Confirmatio pertinet ad baptismi perfectionem. ibid.b
Confirmatio a Christo quado & quomodo instituta. 41.a
Confirmatio necessaria. 40.b
Confirmatio perfectae tribuit spiritum sanctum. ibid.b
Confirmatio minister episcopus. 41.a
antiquitas. 40.b
Confirmari Christo debemus, si cum illo regnare volumus. 40.41
Confiteri soli Deo non sufficit. 72.a
Confusio aliquando bona. 70.a
Coniugalit copulatio latebras quaerit. 95.b
Coniugalit pudicitia, etiam donum Dei est. 93.a
Coniugibus castis Dei gratia praestitit. ibidem.
Coniugium fuit inter Ioseph & Mariam. 97.b
Coniugium inire quibus non liceat. 288.a
Coniugatis quae liceant. 154.a
Coniugatis apud haereticos nullus. ibid.b.
Consensus doctorum de sacrificio missae. 62.a
Conscientia bona nisi aduilemum fallillime superbiu gignit. 141.a
Conscientia pro spe a Paulo posita. 125.b.
Consolatio nostra Christus. 198.a
Constantini magni Imperatoris pietas & modestia, eius reuerentia erga sacerdotes. 31.a
Constantini Imperatoris verba de condemnatione Arrianae heresis. 325.b
Constantinopolitanae synodi quando & quot. 21.a
Constantinus Imperator quam reuerentia senserit de episcopis. 256.a.2.b
Constantinus primus definitioni concilij subscripsit. 21.b
Constantinus primus Imperatorum synodo subscripsit. ibidem.
Constantino Imperatore nouem fuerunt fides conscriptae. 223.a
Constituere suam iustitiam quid. 126.b.
Consuetudo obseruanda. 189.a
Consuetudo Ecclesiastica pro lege diuina habenda. 302.a
Consuetudo Ecclesiae pro lege habenda. 342.a
Contemptum sui aut futurum Deus grauissime viciscitur. 89.a.9.b
Contemptus Ecclesiae mortale peccatum. 183.a
Contentio est materia iracundiae. 201.a.209.a.
Contentioso nunquam satisfit. 351.a
Contentia siue castitas hominum cuiusque conditionis sit, Dei donum est. 93.a.9.b
Contentiae votum Deo gratum. 92.a
Contentis voluptas maior quam incontinentis. 93.b
Contentia impossibilis non est. 90.b.91.a.
Contentia an possit seruari, & an sit contra naturam. 153.b
Contentere non esse fati rem, sed Dei donum. 149.b
Contrariae virtutes, hoc est, demones carminibus & praecantationibus parant. 352.b
Contra praecceptum Dei aliquando ab Ecclesia ventum est. 50.b
Contritio quid, quomodo fieri debeat, eiusque praecceptum. 69.b.70.b
Contraueria cum haereticis non est de scriptura, sed de intellectu. 105.b. in fine.
Copulari matrimonio quid sit. 39.a.

Crucis

Crucis vsus in omnibus sacramentis maximus. 6.b.7.a
Crucis vexillum mors victa. ibidem.
Crucifixi imago moriturus cur ostendatur. 8.b.
Crux facinorosis praefertur. ibid.b.
Crux archiepiscopo cur praefertur. 9.a
Crux Christi & Sacramenti & exemplum. 128.a.
Crux cur in supplicationibus praefertur. 8.a.
Crux via ad gloriam. ibidem.
Cruces quatuor in Missa quid designent. 157.a.
Crux cur fronti imprimatur. 269.a.
Cuiusdam Lutheristae execranda in Deum blasphemia. 347.b.
Cultus Dei quibus absoluitur. 52.b.164.a.b.180.a.
Cultu externo quomodo homo Deum colere debet. 180.a.
Cultus praecipuum quem Deus requirit, & qui ei vel imprimis debetur. 106.a.
Cultus Designe verbo Dei. ibidem.
Cultus triplex. 106.b.
Cultus diuinus sanctis non tribuitur. 106.a.
Cum frangitur hostia quid hac re designatur. 347.b.
Cum Vergerius Papatum vniuersum & medio sublatum cupit, quid sibi velit. 335.a.
Cur infantes ab Eucharistiae communione arcantur. 329.b.
Cur plerisque interim religio constituta rata visa sit. 334.b.
Cynofura ad Dei verbum venusta comparatio. 339.a.
Cyprianus errauit & tamen martyr. 279.a.
Cyprianus quando mortuus. 252.b.
Cyprianus locus excusatus de virginibus lapsi. 95.a.
Cyrilli commendatio. 127.b.
DAEMON a scientia dictus. 110.b.
Daemones haeretici cur sic dicti. 217.b.
Daemones aliter credunt, aliter homines. 133.a.
Daemones credunt, sed non saluantur. 124.a.
Da quod iubes, & iube quod vis. 64.a.
Dannatur nemo nisi merito male voluntatis. 178.a.b.
Dannanda haereticorum persuasio. 344.
Dannandis in extremo iudicio non obijciunt, quod non crediderunt, sed quod pietatis opera non exercuerunt. 118.b.
Daniels & sociorum eius abstinentia. 185.a.
Daniels locus de iugi sacrificio per Antichristum abolendo. 55.a.
Dauid etiam mortuus suis profuit. 31.b.32.a.
Dauid rex totus vnus, & quid designet. 78.
Dauid commissio adulterio non amittit fidem. 188.b. & seq.
Dauid terribis & eius errores. 217.b.
Dauidis peccatum cur transfatum legatur, cur tam grauitur sit puniunt. 75.
De alba linea cuius versus vsus est sacerdotibus in templis maxime conventiones inter lutheristas. 234.b.
Debita nostra cur dimitti nobis petamus. 114.a.
Debita nostra peccata intelliguntur. ibi.
Debitu vxori aut marito reddere quid sit. 79.a.
Decreta Conciliorum non sunt in dubium vocanda. 17.a.
De decretis maiorum non iudicandum. 323.a.
Decretorum liber a quo scriptus. 217.a.
Defunctorum memoria cur fiat in missa. 67.a.
Defunctorum merita nobis adiumento sunt. 77.b.105.a.
De Deo loqui, quomodo intelligendum. 327.b.
Dei Prophetae. 320.b.
Dei cognitio principium verae scientiae. 328.a.
Dei gloria non querit Lutherus. 209.a.
Dei regnum in quo consistat. 208.a.
Dei cognitio omnium virtutum caput, in pnoio confessio.
Dei singulari beneficium in Eucharistia erga homines. 61.b.
Dei disciplina nunquam a lege Ecclesiae distat. 152.a.
Deificatio quid. 128.b.
Deo nos iuuante nihil esse quod nobis aduersari possit. 350.a.
Deo per charitatem inhaeremus & ipse nobis. 124.b.
Deum ex toto corde quomodo diligimus. 144.a.
De processione sancti spiritus Orientalium ab Occidentalibus fidei diuersitatibus. 350.b.
Depravatio scripturarum per M. Lutherum. 325.a.
De sacramentis ab Ecclesia receptis disputare non est literarum imperiti. 341.a.
Deus est spiritus. 126.a.
Deus laudatur & honoratur in sanctis. 106.a.
Deus non praecipit impossibilia. 120.b.
Deus quomodo nobiscum vsq; ad consummationem saeculi. 185.a.b.
Deus quomodo operetur in nobis. 122.b.
Deus nisi deseratur deserit nullum. 123.a.b.
Deus si nos deserit, sit culpa nostra. ibi.
Deus quomodo in fidelibus habitet. 125.a.
Deus vbique & quomodo. ibidem.
Deus vult & potest omnia. 105.a.
Deus quomodo clemens & bonus. ibi.
Deus est forma animae ratione praeditae, & quomodo imprimatur. 147.a.
Deus in nomine sicut rex in imagine honorari debet. ibidem.a.
Deus considerat non quid, sed propter quid faciamus. ibid.
Deus non patitur sibi quicquam anteponi. 148.a.
Deus tanquam pater audiendus. 195.b.
Deus tanquam mater. 152.a.
Deus non locum sed mentem requirit quomodo intelligendum. 164.b.
Deum vbique esse quomodo intelligendum. 125.a.
Deus & si sit vbique, non tamen aequaliter vbique operatur. 167.b.
Deus sua beneficia per ministros nobis porrigit. 81.b.
Deus quomodo est in rebus creatis. 125.a.

Deus non est mali operator. 122.b.
Deus non agnoscitur, vbi nullum est sacrificium vel sacerdotium. 209.b.
Deus in quibus habitet. 214.b.
Diaboli quid proprium. 209.b.
Diaboli vox qualis. ibidem.b.
Diaboli & haereticorum in citandis scripturis eadem vis & par auctoritas. 323.a.
Diabolum qui adoret. 217.a.b.
Diabolum docuit Luther. argumenta quibus missam euerteret. 208.b.209.a.
Diabolus Lucherae doctinae ipso Luchero confitente auctor. ibidem.
Diabolus quantopere nitatur de cordibus hominum beneficiorum Dei memoriam abolere. 304.b.
Diabulus qua re maxime ostendatur. 316.b.
Diabolus quibus gradibus nunc orbem seducere conetur. ibidem.
Diabolus excogitator & inuentor haeresum. 326.b.
Diabolus etiam scripturam praetendit sentans. 49.a.
Diabolus vel solo auditu sacrae scripturae etiam non intellectae velut incantatur. 124.
Diabolus nihil aduersus nos potest, nisi Deo permittente. 114.b.
Diabolus post baptismum vehementius quam antea oppugnat. 40.b.89.b.
Diabolus ex ordine Cherubin derurbatus. 197.a.b.
Diaboli maxime haeretico incitat contra Ecclesiam caput, & cur. 51.b.83.a.
Diaconi qui sint quodque eorum officium. 79.b.
Diaconi Sacerdotibus Sacramenta non porrigant. 60.b.
Dies certi cur ab Ecclesia ad ferendum Deo instituti. 2.a.6.a.174.b.
Dies festi recte obseruantur. 304.a.
Dierum discrimen nullum nouit Ecclesia quomodo. 6.b.
Difficultas quae est in Paulinis Epistolis quomodo tolli possit. 134.a.11.
Differentia inter deos alienos & scilicet. 148.a.
Dignitas Episcoporum aequalis, potestas vero inaequalis. 84.b.
Dij alieni qui sint. 135.b.
Dij alieni extranei errores sunt. ibid.
Dilectio proximi quid requirat. 147.a.
Dilectionis genus aliquod in hac vita praestari nequit. 143.a.
Disciplina Ecclesiastica & civilis simul collapsa. 126.a.
Discretio spirituum maxima difficultatis. 196.b.
Dispensatio indulgentiarum ad quem pertinet. 77.b.
Disputatio de Sacramento Eucharistiae fugienda. 444.
Disputatio non pernicies. 195.b.
Distinctio ordinum in Ecclesia maxime necessaria. 85.a.
Distinctio non commoditas. 161.a.
Distinctio causa displicentiae. 66.
Diuini qui dicti. 110.b.
Diuortium inter coniuges non permititur. 90.b.
Doctores falsi a quibus declarati. 226.a.
Doctrina quae Catholica, quae haeretica. 227.b.
Doctrina in sacerdotibus non vita spe-

standa. 30.b.31.a.bb.a
 Doctrina predicatorum recipienda, non mala vicia imitanda. ibidem
 Doctrina Ecclesiae de bonis operibus. 134.b.135.b
 Doctrinam sanam haereticis non sustinent. 131
 Doctrinae conseruanda ratio. 87.b.
 Doctrina Lutheri à suis discipulis credita praestantior & verior ea, quae Diui Pauli est. 337.b
 Domesticorum ratio habenda, quibus eo nomine intelligantur. 151.b
 Domi non tam bene oratur quàm in Ecclesia. 64.b.64.b
 Dominica prima & secunda Aduentus cuius nos admoneant. 2.a
 Dominica in albis vnde dicta. 40.a
 Dominicales processiones quid designant. 4.b
 Dominicae diei beneficia. ibidem
 Dominicanis post Augustinenses mandatum munus predicandarum indulgentiarum. 208.b
 Dominico die missam audire debent seculares. 65.a.b.151.a
 Dominico die non ieiunandum. 173.a.175.b
 Dominicus dies vnde dictus & in quem finem institutus. 4.b.150.a
 Dona virtutum & Dei sunt, & nostra sunt. 135.b
 Donatisti scipos occidebant. 315.b
 Donum Dei est quicquid à nobis recte geritur. 93.a.b
 Dubia fidei ad quem referenda. 84.85
 Dubitatio veterum de quibusdam scripturae libris vtilis fuit posteris. 262.a
 Quae cause quare haeretici veteres ritus Ecclesiae immutare cupiant. 355.b
 Duae rationes, quare non veniunt intendendae questiones cum haereticis. 324.b
 Dulia sanctis debetur. 67.b.106.a
 Duo maxime fidelibus inculcat Ecclesia. 4.b
 Duodecim Apostoli tantum cum Christo discubuerunt in cena. 44

E
 Brietas diaboli opus. 94.b
 Ecclesia vide à capite. 13. fo.9. v. f. quae ad caput 32.
 Ecclesiam contemnendam esse docent haeretici. 265.a
 Ecclesia Catholica & cognoscit & ignoscit. 226.b
 Ecclesiam Catholicam quam dicat Brennius. 269.b
 Ecclesia Deo excitante suos semper habet propugnatores. 265.a.b
 Ecclesiam non ex electis tantum sed vocatis constare. 276.a
 Ecclesia columna & firmamentum veritatis. 329.a
 Ecclesia corpus Christi mysticum ab haereticis in multas partes dissectum. 331.a
 Ecclesia regitur spiritu veritatis. 343.b
 Ecclesia non mutat institutionem Christi in sacramentorum usu, sed ordinem tantum & modo expeditioni, praestantiorique prouidet. 347.a
 Ecclesiam vt simul videamus & credamus. 274.b
 Ecclesia est ad Episcopos alligata. 311.b
 Ecclesia est visibilis. 274.b

Ecclesia non solum constat electis. 307.
 b.276.a
 Ecclesia non deferenda propter malos praelatos. 255.b
 Ecclesia num ex humana electione & successione constat. 308.a
 Ecclesia quid & cur Catholica dicta. 306.a
 Ecclesia Romana in dubijs fidei confutenda. 241.b
 Ecclesia rota, non eius membra singula promissionem habet perpetuae praesentiae Christi. 245.b
 Ecclesia vbi sit. 240.a
 Ecclesia vetus qua praxi vsa fuerit in de- cernenda causa religionis. 285.a
 Ecclesia viuum est Euangelium. 242.a
 Ecclesia vt bonos ac malos contineat. 276.a
 Ecclesia cur dicta Catholica. 192.b
 Ecclesia nullum dierum discrimen no- uit vniuersa. 174.b
 Ecclesia antiquior quam Noui & Veteris testamenti scriptura. 194.
 Ecclesia triumphans quales sit. 165.a
 Ecclesia Cathedralis à Cathedra dicta. 89.a.b
 Ecclesia hic in terris est imago sempiternae gloriae. 165.a
 Ecclesia habet potestatem cogendi haereticos. 171.b.172.a
 Ecclesia occidentalis & septentrionalis sacrificia lingua peragit latina. 63.b.64.a
 Ecclesia plus gratulatur de respicientibus quam de illis qui nunquam ceciderunt. 146
 In Ecclesia docendi ratio quae. 134
 Ecclesiae traditiones expeditiorem reddunt viam ad salutem. 190.a
 Ecclesiae notae tres ex Augustino. 193.a
 Ecclesiae status à Basilio verè qualis nunc est descriptus. 186.a
 Ecclesiae oratio quam efficac. 164.b
 Ecclesiae auctoritas pro ratione tempo- rum, aliqua etiam contra mandatum Dei mutat & mutare potest. 50.b
 Ecclesiae doctrina de praecipis decalogi. 146.b. & 147
 Ecclesiae contemptus ad Christum red- dundat. 152.a.b
 Ecclesiae hostia non sunt alienanda. 32.b
 Ecclesiae cur & vnde diste. 192.b
 Ecclesiae precipua lumina fuerunt olim monachi. 160.a
 Ecclesiae merita supplent quod ministro deest. 162.a
 Ecclesiae vetus mos in solis ordinibus adhuc seruatur. 170.a
 Ecclesiae Ceremoniae non contemnen- de. 268.b
 Ecclesiae an scriptura & Sacramentum administratio verè sint notae. 309.a
 Ecclesiae Catholicae nomen cur sibi heretici arrogent. 305.b
 Ecclesiae encomium. 242.a.b
 Ecclesiae erimologia. 307.a
 Ecclesiae ministri sunt & politici & Ecclesiastici magistratus. 249.b
 Ecclesiae pax & consensus ante Luthera- nismum. 233.b
 Ecclesiae prepositis Brentius maledicit. 222.b
 Ecclesiae primitiue abstinentia. 301.b
 Ecclesiae recte nos fidere & dea gloria- ri. 285.a.b

Ecclesiae Romanae fides semper Catho- lica fuit. 241.a
 Ecclesiae Romanae laus. ibidem
 Ecclesiae Romanae quid tribuatur à Cal- uino. ibidem
 Ecclesiae simpliciter credendum. 269.a
 Ecclesiae statim deplorat Basilius. 247.a
 Ecclesiae status olim quam nunc dete- rior. ibidem
 Ecclesiae praecipua. 222.a
 Ecclesiae Catholicae auctoritas. 341.a
 Ecclesiae veritas de sacramento Eucha- ristiae. 346.b
 Ecclesiae typus Iacob. 221.b
 Ecclesiam tanquam matrem deferentes non possunt habere Deum patrem. 169.
 170.
 Ecclesiarum Orientalium & Occiden- talium altercatio de festo Paschatis. 169
 Ecclesiastica consuetudo seruanda. 301.a
 Ecclesiasticae sanctiones non considen- dae cum civilibus. 222.a
 Ecclesiasticae causae Athanasii non per- mitterit principibus. 159.a
 Ecclesiastici canones non sine peccato continentur. 269.a
 Effrenata nostri temporis haereticorum audacia arrogantia, & sui obliuio. 320.b
 Effusus Christi sanguis non est alicubi extra corpus eius. 347.b
 Ei qui quod probare contendit, obtine- re cupit quid necessarium. 351.a
 Electio alia dei, alia hominum. 301.b
 Eleemosina necessaria ad orationem. 166.b
 Eleemosina quae fit ex rapina vel bonis pauperum Deo ingrata. 116
 Eleemosyna est vita ieiunij. 166.b
 Eleemosynae temporariam vitam auer- tunt. 78.b
 Eleemosynarum vis. 166.b
 Elementum & verbum cur in Sacra- mentis concurrant. 33.a
 Elementa in Sacramentis materiae vini obtinent, formae autem verbum Dei. ibidem
 Eleuatio Eucharistiae. 63.b
 Eleuatio sacrificiorum in veteri lege. ibi- dem
 Elizei cadaver prophetauit. 110.b
 Elizeus facta Giesi absens cognouit. ibi- dem
 Enceniorum festum à Machabeis inhi- tum. 187.b
 Ephesinum Concilium ante mille an- nos institutum. 342.a
 Ephrem commendatio. 70.a.b
 Epiphaniae laus. 297.b
 Episcopalis benedictio quid sibi velit. 90.a
 Episcopi aliter quam presbyteri sub- scribunt in synodis. 256.b
 Episcopi à quibus iudicandi. 224.a
 Episcopi etiam mali eliguntur à Deo. 308.a
 Episcopi Ecclesiae oculi. 158.b
 Episcopatum olim qui desiderabant martyrem fieri desiderabant. 86.a
 Episcopi in oecumenico Concilio con- gregati totam representant Ecclesiam. 249.a
 Episcopi principij implorant auxilium contra haereticos. 337.a
 Episcopi quàm necessarii Ecclesiae. 311.b
 Episcopi quae ratione creantur apud Po- lonos. 248.b
 Episcopi

Episcopi quomodo in Concilijs sub- scribant. 257.a
 Episcopi sunt serui & domini. 222.b
 Episcopi vt sint honorati à Constanti- no. 256.a
 Episcopi cur propendunt de collo quib- cem gestent. 9.a
 Episcopi Poloniae Concilijs & constan- tiensibus & Basiliensibus interfuerunt. 51.a
 Episcopi sunt oculi Ecclesiae. 20.b
 Episcopi vnde dicit, à quo constituti, eorum munus. 85.b
 Episcopi paruum locum in Ecclesia te- nent. 18.a
 Episcopi infertur penes Romanum Pontificem. 85.b.86.a
 Episcopi primo in suas dioceses intran- tes cur obuios signo crucis saluent. 6.b.7.a
 Episcopi officia. 84.b
 Episcopi contemptus haereticum generat. 87.a
 Episcopi sunt iudices fidei. 21.a.86.b
 Episcopi iudicant de principibus in cau- sis Ecclesiasticis. 23.a
 Episcopi, Archiepiscopi, Pontifices & sacerdotes in quo differant. 84.b
 Episcopis honor & obedientia debetur. 27.b
 Episcopis solis permittum est confirma- re. 41.a
 Episcopis quantus habendus honor. 224.b
 Episcoporum legitima successio vbi sit, ibi esse Apostolicam sedem. 27.b
 Episcoporum & Sacerdotum corrupti mores non ab eis separare non debent. 87.b.203.a
 Episcoporum iurisdictione secundum pro- testantes. 86.b
 Episcoporum ordo & series in Ecclesia Catholica. 17.b
 Episcopatum desiderare olim erat velle fieri martyrem. 86.a
 Episcoporum in Polonia vigilantia. 208.a
 Episcoporum quanta seruitus. 222.b
 Episcopos Aurelianus imperator iudi- care noluit. 259.b
 Episcopos deserentes, Ecclesiam deserit. 87.a
 Episcopus qualis esse debeat. 86.a
 Episcopus si erret quid faciendum. 86.b
 Episcopus est pastor. 22
 Episcopus cur maiorem soluendi pote- statem habeat, quam alij sacerdotes. 84.b
 Episcopus fit vnus vxoris vir, quomo- do intelligendum. 98.a.b
 Episcopus non est nomen ordinis sed honoris. 84.b
 Erasmi testimonia de haereticis nostri temporis. 248.a.&.b
 Erasmus Vitellius Episcopus Ploce- nsi. 185.b
 Erasmus Roterodamus de vita & do- ctina Lutherana. 151.b.100.b.83.a
 Errorerorem parit. 93.b
 Error de vnica Christi operatione dan- natus. 21.a
 Error vnus aut alterius non praedicitur Ecclesiae. 13.b
 Error Principij tandem longe à recto abducit. 13.b
 Error vnus ex patribus in interpreta- tione scripturarum reliquis non pra- iudicat. 13.b
 Error vnus plures secum trahit. 209.a
 Errore permisso, errores non tolli. 331.b
 Errores Lutheranorum. 193.a
 Errores circa sacramentum Eucharistiae damnantur. 42.a.b. & sequent.
 Erroris mater acceptio personarum. 30.a
 Errorum causa. 13.b
 Esau locus exponitur. 270.a
 Esau typus Iudaorum. 232.b
 Esse sempiternum, Dei est proprium. 130.a
 Est pro significat exponi in verbis Christi nequit. 44.b.45.a
 Est saepe olitor valde opportuna loquu- rent. 341.b
 Ethnicum esse quid sit. 103.b.in fine
 Euangelia quatuor noua. 217.a
 Euangelici. 208.a
 Euangelici cur Lutherani dicti. 209.b
 Euangelici nostri de suis flagitijs glori- antur. 250.a
 Euangelici nostri quàm sint flagitijs coo- perti. 248.a
 Euangelici sunt polygami. 148.b
 Euangelici qua intentione Euangelium praedicant. 93
 Euangelici ordinem Ecclesiae turbant. 187.a
 Euangelici ex templis faciunt horrea. 186.b
 Euangelicorum ministri quales. 85.b
 Euangelij noui fructus. 13.b
 Euangelij vox traditionis non scriptura- rum. 11.b
 Euangelij summa quae sit. 274.a
 Euangelij verbum & scriptura Euan- gelica vti differant. 271.b
 Euangelio scripto quot annis caruerit Ecclesia primitiua. 170.b
 Euangelium omnia ad salutem necessa- ria quomodo contineat. 188.b
 Euangelium ante scripturam omnem esse. 270.b
 Euangelium an ad salutem sufficiat. 188.b
 Euangelium praecipit vt Ecclesiam au- diamus. 188.b
 Euangelium quid significet. 199.a
 Euangelium quando audiendum. 165.a
 Euangelium non tantum annunciat re- missionem peccatorum, sed & man- datorum obseruationem. 120.a.b
 Euangelium an extra Ecclesiam esse pos- sit. 199.a
 Euangelium à quo & de quo datum. 208.a
 Euangelium Lutheri à paucis receptum. 211.b
 Euangelium Lutheri vnde profectum. 84.b
 Euangelium quintum quodnam sit, & quos afferat fructus. 210
 Euangelium suum diabolus per Luthera- rum orsus, per Suenceldium abfoluit. 217.b
 Euangelium viuum, est Ecclesia. 284.a
 Euangelium Catholicis & haereticis commune. 38.a
 Euangelium haereticorum quale. 336.b
 Eucharistia data aliquando infantibus. 271.a
 Eucharistia quantas inter Tigurinos & confessionistas habeat contentiones. ibidem.a
 Eucharistia charitatis est sacramentum,

& vires reformationum. 44.a.52.b
 Eucharistia symbolum vnitatis. 42
 Eucharistia non est in usu tantum. 42.a
 Eucharistia cibis est ibid. quale corpus in Eucharistia. ibidem.a
 Eucharistia quomodo rem sacram in se contineat & quomodo alia sacramen- ta. ibidem.a
 Eucharistia Sacramentum Sacramento- rum. 52.b.53.a
 Eucharistia quid sit. ibidem.
 Eucharistia si solo cordis interiori motu sumatur, factis esse docent quidam. 210.b
 Eucharistiae Sacramentum panis & vini substantiam continere docuit Luthera- nus. ibid.a
 Eucharistiae Sacramentum viaticum di- ctum. 42.a
 Eucharistiae Sacramentum recte sacrificium dicitur. 53.a
 Eucharistiae veneratione prohibuit Luthera- nus. 210.b
 Eucharistiae appellationes. 53.a
 Eucharistiae vtraque species à Christo non est praecipua tanquam saluti necessaria. 49.b
 Eucharistiae tantum alteram speciem laicis dandam, sacerdotibus vtramque figurae veteris testamenti aperte praefereunt. ibidem.
 Eucharistiae olim vsus quotidianus fuit. 78.79.
 Eucharistiae altera species ex instituto Concilij Ephesini. 51.a
 Eucharistiae cleuatio cur ab antiquis instituta. 63.a.b
 Eucharistiae Sacramentum quare nunc in azimo, nunc pane fermentato, confici à patribus iustum. 331.b
 Eucharistiae effectus qui. 65.b.66.a
 Eucharistiae sacramenti efficacia. 343.a
 Eucharistiae sumptio quomodo remittat peccata. ibidem.
 Eucharistiam participantes quomodo affectos esse debeat. 66.a
 Eucharistiam dari aegrotis vetuit Calu- ninus. 211.a
 Eucharistiam extra sumptionem non esse adorandam, an recte docuerit Luthera- nus. ibid.a.210.a
 Eucharistiam profanis manibus atre- tari fecit Corolladius. 209.b
 Eucharistiam verum esse corpus Christi primus negauit hoc tempore Corolladius. 210.a
 Eutichetae siue Psalmani haeretici. 172.b
 Eudoxia nona Iudith. 18.b
 Eudoxij Episcopi de patrum auctoritate vera sententia. 284.a
 Eugenius quartus non fuit haereticus. 245.a
 Excommunicatio quid sit in Ecclesia. 32.a
 Excommunicati qui & cur. ibid.a.b
 Excommunicati ab Ecclesia praecili. ibi- dem.
 Excuculatorum tyrannus. 328.b
 Ex diuini officij vernacula lingua decantatis, plus diminutum pietatis quam accessum. 352.b
 Exomologesis quid. 70.a
 Exorcismus quid & cur ab Ecclesia ba- ptismo adhibetur. 39.4
 Exorcista qui, & quo officio fungan- tur. 78.a
 Exorcista quatuor nihil suo nomine peragunt

I N D E X

peragunt sed Christi. *ibidem*
 Expellunt Dei verbum quid. 219.a
 Expellunt Dei verbum esse potest: & expressi diaboli verbum sub diverso sensu. 339.a
 Expellunt Dei verbum penes hereticos esse non potest. *ibidem*.b
 Expellunt Dei verbum, quomodo vere agnoscat. *ibidem*.b
 Externa opera, signa sunt interioris cultus. 168.b
 Extra Ecclesiam qui sint. 32.a
 Extra Ecclesiam non est salus. 356.a
 Extrema: vntionis consideratio. 78.a

F
 Facere pro offerre vsurpatur. 54.a
 Facinorosi & heretici extra Ecclesiam sepeliendi. 168.b
 Falsi Prophetæ. 320.b
 Fas non est his, qui semel Christo se deuouerunt, vt cuiquâ deinceps sui corporis potestatem faciant. 349.b
 Felix neque fuit Pontifex neque hereticus. 244.a
 Feria quarta & sexta cur ieiunij dicata. 4.b
 Feriæ quinta: in hebdomada sancta mysteria. 2.b
 Feriæ sextæ abstinencia à carnibus. 152.a
 Festa sanctorum ieiunij præuenienda. 151.a
 Festis an labore liceat. *ibidem*.a
 Festorum dierum opera. *ibidem*.a
 Fide, spe, & charitate cultus Dei proprius absoluitur. 180.a
 Fidei quantus vbiq; consensus ante annos quadraginta. 208.a
 Fidei pluralitas facit, ne vlla sit fides apud hereticos. 25.a
 Fidei ratio in quo fita. 215.a
 Fidei conditio duplex. 17.b
 Fidei varietas magna in vna familia. 25.b
 Fidei Christianæ summa. 1.a
 Fidei articuli omnes credendi. 1.b
 Fidei nostræ compendium signo crucis inclusum. 7.b
 Fidei maximum stipendium. 10.a
 Fidei nostræ scopus quis sit. 9.b
 Fidei gradus. 1.b
 Fidei sigillum baptismus. 33.b
 Fidei, spei, charitatis diuersa ratio. 118.b
 Fidei obiectum. 104.b
 Fidei conditio duplex. 17.b
 Fidei etiam profectus est in Ecclesia. 188.b
 Fidei arcana non statim omnibus prodenda. 55.b
 Fidei cause maiores vbi & qualiter tractanda. 19.a. 85.a
 Fidei & spei comparatio. 104.b
 Fide per charitatem operante, reparatur in nobis imago. 126.a
 Fideles defuncti ad corpus Ecclesiæ pertineant. 31.b
 Fideles bonorum operum communionem habent. 31.b
 Fideles omnes olim sancti vocati. *ibidem*.b
 Fidem sine operibus sufficere ad salutem falso asserunt heretici. 324.a
 Fidere quomodo debeamus bonis operibus. 136.a.b
 Fides fundamentum & initium Christianæ religionis. 1.a
 Fides que hominibus necessaria. 1.b
 Fides Ecclesiæ omnia ad salutem necessaria includit. 102.a.b
 Fides saluatoris ante lapsum minimè necessaria. 1.b
 Fides Catholica non Polona, Litvana vel Germana. 199.a
 Fides Romana est Catholica fides. 29.a
 Fides simplex magis saluat quam anxia disputatio & arrogans scientia. 63.b
 Fides Ecclesiæ non deservenda propter præfides vitæ minus inculparat. 29.b
 Fides omnibus fidelibus primo datur virtute Ecclesiæ. 33.b
 Fides aliena quomodo adulto profuit vel non. 37.a
 Fides aliena quomodo paruulis infanibus baptizandis sufficiat. *ibidem*.b
 Fides Petri nunquam defecit, neque deficiet. 30.a
 Fides non sufficit ad vitæ æternam. 34.a
 Fides cum ad oēs pertineat, num præterea etiam iudicium de fide ad omnes pertinet. Vide caput. 24. per totum
 Fides iustificans quæ sit Paulo. 125.a
 Fides est in voluntate. 118.a
 Fides quolibet peccato mortali non amittitur. 118.b
 Fides non sufficit ad vitæ æternam. 34.a
 Fides & spes inesse possunt illis etiam, qui non sunt in gratia. 125
 Fides vna. 24.b
 Fides prodesse nequit, nisi iungatur illi spes & charitas. 125.a.b
 Fides de Christo mediatore antiquissimam. 1.b
 Fides potest esse sine charitate, sed non prodeat. 119.
 Fides mediatoris quandiu fuit tam diu etiam fuit Ecclesia. 11.a
 Fides Catholica in Polonia cur integra diu permanferit. 208.a
 Fides Catholica quæ. 241.a
 Fides modis duobus approbanda. 251.a
 Fides & spes vti differant. 213
 Fides hodie varia & multiplex. 225.a
 Fides qua quis certo sibi statuit peccata remissa, vana est. 213.b
 Fides Satanam vincens cuiusmodi sit. 268.b
 Fides simplicium in maiorum fide saluatur. 234.a.b
 Fides vnde tam multiplex in Germania. 227.a
 Fides Apostolorum necessaria nobis obtinenda si salui esse volumus. 312.a
 Fides vera ea est, quæ per dilectionem operatur. 324.a
 Fiducia Catholicorum in qua resita. 315.a
 Fiducia inanis Euangeliorum quæ mala peperit. 278.a
 Fiducia Christianorum perpetuo in Christo locata. 136.137
 Fieri non potest, vt à sponso suo Christo sponsa discedat Ecclesia mater nostra. 345.b
 Figura: Iudaicarum caeremoniarum celsant in Euangelio. 149.b
 Filij Dei qui sint. 35.a.b
 Filij Dei nominamur & sumus. 128.b
 Filij iræ sunt per Baptisum filij gratie. 34.b
 Filius Dei causa meritoria est salutis nostræ. 24.a.b
 Flaccus Illyricus quinque libros lingua Germanica scripsit contra Suenefeldium. 216.a.b

I N D E X.

Gladius flammeus ante paradysum quid significat. 76.b
 Gloria æterna, merces charitatis. 142.a
 Glorie cupiditas in Luthero quanta. 209.b
 Gloriam & honorem suum deus nobiscum communicat. 105.b
 Gloriantur Lutherus, cum Sathana plures falsi modios commedisset. 344.a
 Gnostici. 208.a
 Graeci quaterdecies ab orthodoxa Ecclesia sepe præciderunt. 350.b
 Graecorum cum latinis conuentus in florentino concilio. 329.a
 Graecorum hæresis de communione sacramenti Eucharistia. 345.a
 Graecorum & Latinorum acerbissimibidem. 226.b
 Graecorum consuetudo in episcoporum & sacerdotum matrimonio. 99.a
 Graecorum autus temerarius. 345.a
 Graecorum contrauersia circa corporis Christi consecutionem. *ibidem*.a
 Gratia inuisibilis abunde nobis in sacramentis datur. 33.b
 Gratia renouationis an præcedat vel sequatur remissionem culpe curiosè magis quam fructuosè queritur. 126.a.b
 Gratia que in sacramento nobis conferitur multiplex: item quo ordine nobis conferatur. 34.a
 Gratia gratis data quæ. 136.a
 Gratia quid. 140.a
 Gratia sancti spiritus nobis non collata quomodo æqualis sit gloria. 136.a
 Gratia in aqua non ex natura aquæ, sed ex præsentia spiritus sancti. 34.a
 Gratia charitatum officij Ecclesiæ meritis humanis indulgetur. 277.a
 Gratia dei cum in se nobis, vtiliter non ignoret. 268.a
 Gratia gratum faciens quæ. 274.a
 Gratia incrementum. 138.b
 Gratæ vasa, sacramenta dicuntur. 34.b
 Gratiam triplicem diuinitus accipimus. 140.a
 Gratiam nos consecutos vt scire possimus. 215.a
 Gratiam pro gratia quid. 140.a
 Gratiam primam num quis mereri possit. 311.b
 Gratiam pro gratia consequi vt intelligatur. *ibidem*.b
 Gratiani locus de sacerdotum matrimonio excussus. 95.a
 Gratiani error, & erroris causa. 244.a.b
 Gratianus falsò Anastasij hæreses accusat. *ibidem*.
 Gratis qui boni sint, admodum pauci. 94.b
 Grauitate peccata vt extinguantur. 134.a
 Gregorius Romanus Pontifex & monachus dire à Luthero profcinditur. 133.a
 Gregorius papa quanti fecerit quatuor generalia concilia. 229.b

H
 Habere uxorem suam quid sit. 96.b
 Habitus & gestus orantis qualis esse debeat. 112.a
 Hæreses condemnat Lutherum Leo papa. 209.a
 Hæreses obortæ conceptu & desipientia summi pontificis. 335.a
 Hæreses huius temporis vnde originem duxerunt. 20.b.a. 212.a
 Hæreses quoties ortæ, semper à præclaris viris confutatur. 265.a.b
 Hæresis in scriptura vocatur dij alieni. 235.b
 Hæreses vnde maxime obortæ. 194.b
 Hæreses adulteræ dicuntur. 154.b
 Hæreses & errores quare patitur deus. 248.b
 Hæreses nō sunt nouæ quibus hodie Ecclesia vexatur. 195.b
 Hæresis Husi qualis. 42.b
 Hæresis peruersitas. 324.b
 Hæresis de intelligentia & sensu non de scriptura fit. 328.b
 Hæretica doctrina que. 228.a
 Hæretici à catholicis scripturas mutauerunt. 226.b
 Hæretici Anarchiam introducere moluntur. 236.
 Hæretici cōcionatores vulgo placere student. 234.a
 Hæretici corrigi volunt. 210.b
 Hæretici cur defendant communionem vtriusque speciei. 264.b. 265.a
 Hæretici cur non ferant christum. 253.b
 Hæretici cur sibi ecclesiæ catholicæ nomē videntur. 306.a
 Hæretici cur solas scripturas virgeant. 298.a.b
 Hæretici de sectis in sectas ruunt. 284.a
 Hæretici docent Ecclesiam contemnendam. 265.a
 Hæretici dogmata sua velut idola ad quomodo æqualis sit gloria. 235.b
 Hæretici dum parua initio contemnant, mox in grauissima scelera prolabuntur. 317.a
 Hæretici episcoporum labores augent plurimum. 225.a
 Hæretici libenter sacerdotū vicia in ore habent. 247.a
 Hæretici militibus Christum crucifigebatibus crudeliores. 314.a
 Hæretici mox initio vt comprimendi. 315.a
 Hæretici neque scripturis, neque traditione conuincuntur. 287.a
 Hæretici non acquiescunt conciliis. 228.b
 Hæretici nostri temporis mutuo se accusant & condemnant. 315.a
 Hæretici nolunt reprehendi. 210.b
 Hæretici nostri vt mutuo se persequantur. 211.b
 Hæretici omnes in quo consentiant. 235.b
 Hæretici peccant in spiritu sanctum. 250.a
 Hæretici quàm impudenter scripta quedam diuina reiciant. 232.a
 Hæretici legum & imperatorum minis potius quàm disputatione conuertuntur. 215.b
 Hæretici quantum sibi tribuant. 229.b
 Hæretici quantumuis peruersi, tamen conuerti sibi videntur. 214.a
 Hæretici qui brutorum more libidine se contaminant. 217.a.b
 Hæretici quid præcipue moliantur. 233.a
 Hæretici quomodo ex sententia vnicuersali tractari debeant. 213.a
 Hæretici quoque docent hereticos gladio rectè vindicari. 282.a
 Hæretici à prophetis dicuntur Sacerdotes excellorum, Cæci, cæcorum di-

INDEX

Haereticus diuinitatis nomen affectant. 148.b
Haereticorum sententia oppugnat, quorum tamen, cum visum fuerit, auctoritatis vniuersi neglecto eorum testimonio, quorum haeresis tueretur. 195. a. 196.
Haereticis omnibus deteriores sunt Ana baptista. 213. a
Haereticorum optima vita nihil illis proderit ad salutem. 204. a. b
Haereticorum successio. 195. b
Haereticorum sententia de Romani Pontificis auctoritate. 29. a
Haereticorum dissensiones. 25. a
Haereticorum rationes de ciborum vel temporum delectatione excutiuntur. 174. b
Haereticorum Ecclesia. 28. b
Haereticorum inter se diuisio fidem nostram confirmat. 25. b
Haereticorum proprium nihil recipere, quod in scripturis non est. 74. a
Haereticorum dissidia. 85. b
Haereticorum confessiones variae. 221. b
Haereticorum dissidium quid coarguat. 218. a
Haereticorum in conciliis generalibus praxis. 183. a
Haereticorum mos ad solas scripturas prouocandi. 261. a
Haereticorum mendacium. 210. b
Haereticorum doctrina quod tendat. 321. b
Haereticorum conuenticula. 323. a
Haereticorum voces impiae. 321. b
Haereticorum voces pestilentissimae. 196. b
Haereticorum inimicitiae & dissensiones. 326. a
Haereticorum aduersus orthodoxos congressus. 324. b
Haereticorum superbia, arrogantia, metis inflatio & tyrannus. 328. a
Haereticorum religio qualis. 331. a
Haereticorum nostri temporis sacrilega audacia & impietas. 334. a
Haereticorum bella inter se intestina. 337. b
Haereticorum voces impiae in despectu Papae & conciliorum. 338. b
Haereticorum pro sua cuiusque Ecclesiae consistatio. 148.
Haereticorum quod tendit intentio. 148. a
Haereticos antiquos quos imitentur nostri. 236. a
Haereticus cur Carolus quintus non profigatur. 237. a
Haereticus Lutherus Papatui solum obesse studeat. 209. a
Haereticus proprie quis sit. 244. a
Haereticus vnde nomen ducatur. ibidem.
Haereticus & schismaticus quis censendus. 327. b
Hebdomada Paschalis est ea, quae resurrectione praecedat. 174. b
Hebdomada quor horas habeat. 65. b
Hebdomada sanctae obseruatio. 174. b
Hebreorum pueri non intelligebant quid agerent, cum clamabant, osanna filio Dauid. 63. a
Henriciani haereticus. 61. a. 76. b
Henricus rex angliae scripsit contra Lutherum. 236. b
Hieronymus fuit mediator inter Deum & hominem. 108. a
Hieremiae locus exponitur. 270. a
Hieronymus sacros libros in linguam Dalmatiam versisse dicitur. 353. b
Hieronymus an digamiam omnem improbet. 279. b
Hieronymus an Origenizet. ibidem.
Hilarij episcopi constantia. 223.
Hildesemenses damnantur a Caluino. 212.
Hispaniarum regni commendatio. 277. b
Hoc facite, quid significet. 347. a
Hoc sentite in vobis bonum a religione maxime dignoscitur, in proemio confessionis.
Homocida laudatus, misericors punitus. 299. a
Homocida quis. 153. a
Homocidium multiplex. ibidem.
Homocidium maximum si quis vita sua contaminata corrumpat alios. ibidem.
Homocidium quodnam bonum. 298. a
Homines a pecoribus religione maxime dignoscuntur, in proemio confoss.
Hominiibus capitis nomen vt tribuatur. 311. a
Homo quomodo ad imaginem Dei factus. 126. a
Homo in quo statu ante & post lapsum. ibidem. a
Homo perfectus qui dicatur. 147. a
Homo factus ad imaginem trinitatis. 126. a
Homo vnde dicitur. 151. b
Homo homini consilium vt velit maxime omnium secundum naturam est & conuerso. 152. b
Homo habet duas radices. 147. b
Homo non est capax omnium virtutum. 129. b
Homouij vocem Arriani reiciebant. 12. a. b
Honestas quaedam prohibentur. 102. b
Honoris aequalitas pacem turbat. 89. b. 90. a
Honor & gloria quomodo Deo et quomodo hominibus datur. 106. a
Honor sanctis tribuitur Deo conferitur. ibidem.
Honor Dei & sanctorum. 105. b
Honoris Papa ab haeresi vindicatur. 244. b
Honor quid significet. 151. b
Horae canonicae a Daniele seruatae. 173. a
Horae canonicae mysterium trinitatis significant. ibidem.
Hore missae in secularia & ridicula negotia infundenda non sunt. 65. a
Hosijs auctoris in explicando consilij Niceni canonis error agnitus. 251. a
Hosij pro Ecclesiae ruinatione labores & pericula suscepta. 340. a
Hosius auctor cur de haeresibus quaedam praemitat. 208. a
Hosius auctor cur de certitudine salutis disputat. 215. a
Hosius auctor regis Poloniae legatus ad Carolum Quintum. 117. a
Hostia in ara crucis oblata, eadem est cum ea, quae in missa offertur, differet tamen offerendi modo. 57. b
Hostia quae immoletur. 77. b
Hostia vna Christianorum non mulca. 49. a
Hostiae omnes cessauerunt immolatio agno Christo. 173. b
Hostiam offerre Deo placentem quid sit. 161. a
Hugo suo seculo alter Augustinus dicitur. 133. a
Humana iustitia ad diuinam comparata est iniustitia. 128. b
Humanae constitutiones quatenus obligent. 186.
Humanitas vnde dicitur. 151. b
Humilitas mater piorum. 201. a
Iacobelli peruersum dogma. 342. a
Iacob typus Ecclesiae. 231. b
Iacobi Apostoli epistola scribenda occasione. 16. b
Iacitorum, clericorum officium. 79. a
Ianna caeli baptizatis aperitur. 35. a
Iagellonum regum Poloniae pietas & abstinentia. 185. a
Idem sapere quid sit. 199. b
Idiorae vt in negotio fidei gerere se debeant. 246. b
Idola quid. 337. a
Idola dogmata contraria recte fidei. 148. b
Idololatrae sunt haereticus. 19. b. 199. a
Idololatria quae. ibidem.
Ieiunandi causa tres. 182. b
Ieiunando atas obnoxia. ibidem.
Ieiunare qui non potest quid facere debeant. 184. b
Ieiunia reicientes Catholici non sunt. 3. a
Ieiunia obseruamus non secundum Iudeorum obseruationem. 173. a
Ieiunia cur ordinationes sacras praecedunt. 79. a
Ieiunia temporariam poenam auerunt. 77. a
Ieiunia ad satisfactionem pertinent. 173. 182. a
Ieiunij transgressio an sit punienda. 182. b
Ieiunij sextae seriae ratio. 152. a
Ieiunij praecipuum cur poenale. ibidem.
Ieiunij contemptor Aerus. 265. a
Ieiunio quomodo renisio peccatorum tribuatur. 182. a
Ieiunio praecipiendo Graeci Latinis diuiores. ibidem. b
A ieiunio exempti. ibidem. b
De ieiunio veterum orthodoxorum sententiae. 180. b
De ieiunio recentiorum sententiae. ibidem.
Ieiuniorum instituendorum causa. 177. b
Ieiuniorum variae consuetudines & leges. 178. a
Ieiunium quadragesimale quo consilio ab Ecclesia institutum & quis eius auctor. 2. b. 173. b
Ieiunium generale praefertur priuato. 175. a
Ieiunium virtuosum quod. 180. a
Ieiunium quartae & sextae seriae cur feruetur. 302. b
Ieiunium a cibis tantum an sit cibus Deo placens. ibidem.
Ieiunium non est corporalis exercitatio. 182. a
Ieiunium in prophetis, Apostolicis, & Euangelicis literis praecipuum. 173. a. 182.
Ieiunium est cibus Dei. 179. a
Ieiunium vniuersale Deo gratum. 182. a
Ieiunium

INDEX

Ieiunium quatuor temporum cur institutum. 173. b
Ieiunium sabbati quo tempore coepit eiusque instituti rationes. 173. a
Ieiunium quadragesimale tribus de causis in Ecclesia celebratur. 173. b. 182. a
Ieiunium & vigilia non prodesse nisi mores corrigantur. 181. b
Ieiunium quartae & sextae seriae cur feruetur. 173. a
Iesu appellatio est totius trinitatis confessio. 50. b
Iesum soluere quid sit. 209. b. 315. a
Ignorantia quali scientie praependenda. 234. a. b.
Illa fides nobis senibus tenenda quam pueri didicimus. 336. b
Illyricus probris infestatur Adiaphoritas. 218. b
Imagines Christi & sanctorum a quibus olim contemptae. 157. b
Imagines Christi & sanctorum venerande. ibidem.
Imagines ex templis eiecit Carolus tadius. 209. a
Imagines qui de templis eieciunt quam auerunt a Lutheri sententiam. ibidem.
Imago Dei verbum. 126. a
Imago Dei quomodo in homine restituitur. ibidem.
Imago verbi homo. ibidem.
Imago Dei in anima. ibidem.
Imago Dei post lapsum in homine plane deformata. ibidem. a
Imitandi sancti quomodo. 107. a
Immersio terna in baptismo quid significet. 40. a
Imperatores etiam haereticus non vsurpant sibi iudicium de religione. 238. a. b
Imperatores & principes cur legatos mittant ad concilia. 256. b
Imperatores in concilijs non nisi post omnes episcopos subscribunt. 257. b
Imperatores prius de fide causa non cognocebant. 239. b
Impie Ecclesiae contra summum Pontificem. 335. a
Impij Picardi Apologia. 342. b
Impietas cuiusdam Iacobi Schencl. in despectum papae. 335. a
Impossibile nihil Christianis praecipuum. 120. b
Impunitas multorum causa errorum. 217. a
Imputari quomodo a Dauide vsurpatum. 131. a
Imputationis vox noua in sensu quo Lutherani vtuntur. 130. b
Inanis gloria filia superbia. 201. a
Inanis gloriae cupiditas veritatis inimica. ibidem.
Incarnationis Christi memoria quomodo & quando cum gaudio a fidelibus celebratur. 2. a
Incontinentibus an post votum nubere liceat. 95. a
In triginta ministrorum sacramentis nihil derogat. 161. a
Indocti & instabiles deprauant scripturas. 324. a
Indocti est non de se aliquid, sed quae a doctis didicerit vel audierit tantum profiteri. 341. b
Indulgentiae vnde ortae. 77. b
Indulgentiae valent ad impetrandam remissionem peccatorum. ibidem.
Indulgentiae quomodo latine dicantur. 208. b
Indulgentiarum praedicandarum munus Augustinienibus primum mandatum. ibidem. b
Indulgentiarum praedicandarum munus Dominicanis, post Augustinenses mandatum. ibidem.
Indulgentiarum vis quae. 77. b
Indulgentias quomodo Lutherus, & antipietate oppugnat. 208. b
Inedia Apostolorum praeparatione. 177. b
In Ecclesia esse quid. 103. b
In Ecclesiae iudicio acquiescendum. 148. b
Infantes quomodo credant. 37. a
Infantes baptizandi. 36. b
Infantes cur aliena fide intercedente baptizantur. 37. a
Infantibus cur salin os imponitur, & aureae neresque spuro linuntur. 39. b
In fide maiorum salui sunt minores. 354. a
Infirmis in extremis constitutis proponenda. 138. a
Inimici crucis Christi iniuste sacrificium missae idololatriam vocant. 49.
In Moravia & Boemia sex aut septem sectae inter se disiectae. 332. b
Inuitus an persecutione pati queat. 216. a
Inobediencia non quilibet damna. 191. a
In Papatu veram scripturam esse facit Lutherus. 335. a
Inscitia confidentiam parit. 214. a
In scripturis sacris nullum est mendacium, sed in eorum sensu, quem adfert falsus interpretes. 327. a
Insufflatio in baptismo quid significet. 39. a
Integra Christi & nostra futura resurrectio. 347. b
Intentio dirigit actus. 180. a
Inte. matrimonij qualis esse debeat. 91. a
Intentio opinionem imponit. 133. b
Intentio imponit nomen operibus non sris. 231. b
Intentio legislatorum potius, quam verba spectanda. 29. 6. b
Intentionem vel affectum spectat Deus in operibus hominum. 131. b
Inten. in voto factam Deus accedit. 92. a
Interimista varij. 218. b
Interimista aequae sacrilegi, vt alij Lutheri. 333. a
Intercessio sanctorum efficac. 31. b. 111. b
Interna Deus considerat eaque vel putat vel coronat. 110. b
Inuidia malum. 103. a
Initio etiam facilia sunt difficilia. 94.
Inuocatio sanctorum non obscuratur gloria Christi. 105. a. b
Inuocatio sanctorum non est inuocatio mortuorum, neq; derogat gloriae Christi. 107. a
Inuocatio sanctorum in scripturis corroborata. 106. a
Ioachimi Vuestphali de haereticis persequendis vera sententia. 211. a
Ioan. Capanus qualis in religione. 217. b
Ioannes Gerion de Berengario. 216. a
Ioannes Patriarcha Alexandrinus cur dicitur Eleemosynarius. 170. b
Ioannes Hus sectator Vuicleffi. 142. b
Ioannes xxii. an fuerit haereticus. 245. a
Inter Christianos & Arrianos discordia de vno iota tantum. 334. a
Ioannis Vuicleffi impietas. 348. a
Ioannis Caluini in Eucharistiae sacramentis rabies. 334. a
Ioannis locus exponitur. 280. a
Ioan. Scoti de iustitiae valore sententia. 238. b
Ioannis Geronis professio fidei. 138. a. b
Ioannis caput textum nullum neq; calicis neq; vini mentionem facit. 44. b. 45. a
Iosias rex Israel cur gentili gladio occisus. 77. a
Ira & odium Lutheri in summum Pontificem. 344. a
Iracundia materia est contentio. 210. a
Ira fallit & fallitur. 209. a
Irae proprium falli & fallere. 201. a
Irae quid proprium. 201. a. 209. a
Iracundus ferre nemo verax. 201. a
Is qui de totius Ecclesiae consensu dubitat, ambigere quoque videtur, an Deus verax sit. 338. b
Israel secundum spiritum, & Israel secundum carnem. 60. a
Iteratio sacramenti altaris quam causam habeat. 61. b
Iudaei non omnes intelligebant quod rendebant ritus ac caeremoniae sacrificiorum. 63. a
Iudaeis quomodo aliqua animalia interdicitur. 175. b
Iudaeorum sacrificia qualia. 54. b. 55
Iudaeorum testimonia de sacrificio noui testamenti. 54.
Iudaeorum simulata religio. 330. b
Iudaeorum sacerdotum in vmbra erat. 54. a
Iudicare scriptum quid sit. 88. b. 89. a
Iudicij generalis vltimus. 111. b
Iudicij veritas penes iustos Pontifices. 231. a
Iudicium de causa fidei semper penes auctoritates sit. 239. a
Iudicium extremum cur in die ascensionis recolatur. 5. b
Iudicium extremum ad quod futurum sit. 70. b. 139. a
Iudicium de doctrina ad Episcopum pertinet. 85. b
Iuge sacrificium quid. 55. a
Iulij Phluggij laus. 210. b
Iurare quatenus liceat. 149. b
Iuratio Dei incredulorum est increpatio. 66. a
Iurandum quale prohibetur. 149. b
Iurandum Dei de sacrificio aeterno Melchisedech. 59. a
Ius canonicum incendit Lutherus. 209. a
Iustificari quid Paulo sit & Ecclesiae. 4. a. 127. a
Iustificatio hominis quae secundum Augustinum & Gracos. 126. b. 127. a. b
Iustificatioes 20. a confessionis fidei consistuntur. 221. a
Iustificatioes nostrae causa meritoria quae. 127. b. 128. a
Iustificatioes nostrae causa exemplaris Christi. 128. a
Iustitiani imperatoris dictum de carnis publicae vendendis, ac edendis, in fame a Catholicis contemptum diebus quadragesimae. 176. b
Iustitia nostra Deus est. 124. a. b
Iustitia nostra charitas est. ibidem.
Iustitia absoluta est in fide, spe, & charitate. 125. b
Iustitia Dei quare dicatur, & quomodo nostra nominetur. 129. a. b
Iustitia imputatiua. 130. a
Iustit. Dei & creatorum diuersa. 139. b

INDEX.

Iustitia Christi. 35.b
 Iustitia nostra ex participatione cum Christo est. 138.b
 Iustitia Dei, Christi & nostra quomodo dicatur. 129.a
 Iustitia Dei per filium in spiritu sancto transit ad omnes. ibidem.a
 Iustitia absoluta in quibus consistat. 125.b
 Iustitia legis vniuersa est dilectio. 129.a
 Iustitia Christi non tantum imputatione, sed realiter nobis inherente iustitiam sumus. 130.a
 Iustitia nostra non tantum remissione, sed interna mentis renouatione fit. 126.b. 132.a
 Iustitia fides est illa, quae per charitatem operatur. 124.b. 125.a
 Iustitia duplex. 129.a
 Iustitia nostra perfecta, & quomodo imperfecta. 145.b
 Iustitia imputatiua ab hereticis sine scriptura asseritur. 167.b
 Iustitia nostra quae. 146.b
 Iustitiae nostrae omnes quasi pannus mēstruatae quatenus ex nobis. 135.a. 140.a
 Iustitia nihil nos habere dicentes mentitur. 131.b
 Iustitiae nostrae vis. ibid.a
 Iustitia perfecta. 143.a.b
 Iustitiam extra nos esse asserentes errant. 132.b
 Iusti lapsus qualis. 143.a.b
 Iusti quomodo nos. 126.b. 127.
 Iusto non est lex posita quomodo intelligatur. 177.a
 Iusto quotidianus victus deesse non potest. 114.a
 Iustum esse quid sit, & quomodo dicatur iustus. 127.b
 Iustum se nemo iudicat. 88.
 Iustus quomodo Deus. 126. 127
 Iustus Menius confutat Anabaptistas. 215.b
 Iuuenes non debent in leges inquirere. 289.b
 Iuuenes de lege non disputent. 52.a
 IC.
 Κακαγγιλια multa & varia inueniuntur hodie. 217.a.b
 Κακαγγιλια quatuor praecipua Lutheri, Zuinglij, Munceri, Suenckfeldij. ibid.
 L.
 Labor in iniquitate maior, quam in Dei praecipis. 122.b
 Lachrymarum vis in poenitente. 70.b
 Lachrymarum fructus. ibidem.
 Laica communio vnde traxit nomen. 51.a
 Laici docti an in concilij locum habeant. 19.b
 Laici neque debent neque possunt determinare de fide. 19.b
 Laici etiam sanctissimi prelatos suos vel improbos reuereri debent, non iudicare. 28.b
 Laici non tenentur veramque speciem sumere. 270.b
 Laicis cur calicis usus ablati. 290.a
 Laicis sub vnae an sub vtraque communicandum. 49.b
 Laicorum oblationes. 98.b
 Laicorum sacerdotium, baptisimus est. 82.b
 Laicus populus quomodo gens sancta & regale sacerdotium. ibidem.
 Lapsus iusti & peccatoris differunt. 145.a
 Latina lingua celebrantur sacra in occidentali & Septentrionali Ecclesia. 63.b. 64.a
 Latio in cruce credes propter fidem saluatus. 70.b
 Latus Christi apertum fontē nobis saluificum effudit. 58.a
 Lectores qui & quod illorum officij. 79.b
 Legati Christi qui sint. 80.b
 Legem apud Iudeos pauci intelligebant. 63.a
 Legendo scripturas, charitas nos adificat. 338.b
 Leges bene constitutas iuuenibus conuelleri non licet. 52.a
 Legis nouae & veteris discrimen. 156.a. 189.b
 Legislator etiam noster Christus, non solum redemptor. 119.a
 Legum humanarū & diuinarum discrimen. 156.a
 Legum mutatio quid mali vehat. 332.b
 Leo. x. Lutherum haereticos condemnauit. 209.a
 Leo papa honoratur à rege Artilla. 224.b
 Leo Papa beatissimus à Lutherò dicitur. 208.b
 Leo Papa per triennium tolerauit Lutherum. 209.a
 Lenitarum ordo. 80.a
 Lex Euangelij an ad salutem sufficiat. 147.a.b
 Lex quibus posita. 184.a
 Lex vniuersa quomodo ex duobus praecipis pendat. 147.a
 Lex verus & Euangelica quomodo differant. 11.b
 Lex crucifixi vno verbo cōtinetur. 272.a
 Liberari nos à malo cur petamus. 114.b
 Liberij Pontificis constantia. 223.a
 Liberius Papa non fuit haereticus. 143.b
 Liberatis Euangeliorum fructus qui. 187.b
 Libri scripturae de quibus vnquam dubitatum, recitantur, & canonici probantur. 305.a
 Libros legis Dei combustos Estras reftituit. 152.a
 Lingua locutio, quae lingua fit. 154.b
 Lingua etiam vernacula in templis cantari cantilenas suis locis & temporibus permittit Ecclesia. 64
 Linguae detractricis malum. 155.b
 Linguarum dispersio & congregatio. 24.b. 193.b
 Lipsicorum theologorum nouum interimum. 218.a
 Litania quomodo ab Ecclesia cantantur. 107.b
 Litaniae formula antiqua & vstrata à patribus accepta. ibidem
 Litera vna quantum inter Catholicos & haereticos olim turbā excitauit. 267.a
 Lituanum quamdiu Christiani fuerint, & quam constantes in religione. 208.b
 Liturgia quid. 83.b
 Loca Deus sibi elegit. 166.b
 Locorum hoc in bello contentorum compendiosa collectio. 340.b
 Locus & tempus diligenter vbiq; obseruanda. 164. & sequent.
 Loquitur spiritus sanctus in sanctis, loquitur & ipsi. 135.b
 Louanienfis articulos explicauit Tapet. 210.a
 Luciferi superbia punita. 703.b
 Luminaria vsu reiecit Caluinus. 211.a
 Lupi rapaces qui. 217.a
 Lupi rapaces haereticis appellati. 322.b.
 344.b
 Lutheraea dogmata de operibus. 136.a
 Lutheraea doctrinae auctor, Lutherò etiam contenti diabolus. 208.b.
 209.a
 Lutheraea doctrinae cardo. 220.a.b
 Lutherani omnes baptizatos esse facerotes, falso dicunt. 82.b
 Lutherani Domini scripturae esse volūt. 195.a
 Lutherani contra imperatorem. 83.a
 Lutherani cur vrgan calicem. 264.b
 Lutherani bacchanalia seruauit, ieiunia reijciunt. 174.b
 Lutherani facerentur calicis vsu non esse de necessitate salutis. 164.b
 Lutherani pauciores sunt, quam facermentarii. 210.a.b
 Lutherani quale iudicium à Caluino acceperint. 212.a
 Lutherani quot modis iudicati. 313.a
 Lutherani seditiosi & hoc nomine etiam Turcarum principi detestabiles. 233.b
 Lutherani vbi cum Arrianis consentiāt. 267.b
 Lutheranorum & Zuinglianorum consensio. 337.a
 Lutheranorum constitutiones quales. 102
 Lutheranorum rationes contra traditiones Apostolicas de ieiunio. 174.a.b
 Lutheranorum doctrinam non nisi leuissimum quisque amplectitur. 11.b
 Lutheranorum Zuinglianorum, & Anabaptistarum schisma. 333.b
 Lutheranorum animi tumor. 330.b
 Luther vas Sachana electum. ibidem
 Lutheri sententia de vtraque specie sacramenti altaris ad Bohemios. 50.a
 Lutheri contra se testimonium de schismate. 210.a
 Lutheri scripta inter se pugnant. 210.b
 Lutheri superba verba. 152.b. 201.a
 Lutheri maledicentia. 193.a
 Lutheri praepositum. ibidem.a
 Lutheri successio. 195.b. & sequent.
 Lutheri doctrina homines fieri deteriores. 131.b
 Lutheri amicus quandiu fuerit Carolstadius. 209.b
 Lutheri auctoritates an Suenckfeldij auctoritate sit maior. 217.a
 Lutheri causa vnde nata sit. 108.b
 Lutheri de haereticis vera sententia. 210.a
 Lutheri de sacramentis sententia. 210.a
 Lutheri de sua maleuolentia dictum. 210.b
 Lutheri discipuli dicti Euangelici. 209.b
 Lutheri discipuli, quam spirituales. 245.a
 Lutheri dogma initio non oppressum quò impietatis progressum fit. 217.b
 Lutheri erga Papatum maleuolentia. 209.a
 Lutheri erga Pontificem submissio. 208.b. 209.a
 Lutheri & Carolstadij inimicitiae. 209.b
 Lutheri ex verbo quanta subsecuta sit diuisio. 232.b
 Lutheri fastus & arrogantia. 210.b

INDEX.

Lutheri libri cōtra celestes prophetas. 209.b. 210.a
 Lutheri obitus qualis. 209.a.b
 Lutheri quanta gloriae cupiditas. 209.b
 Lutheri scripta Sacramentariis occasione deierunt. 210.a
 Lutheri testimonium verum de papatu. 261.b
 Lutheri verba, quibus non tam Suinglianos quam etiam se condēnat. 211.b
 Lutheri praepota. 323.a
 Lutheri conatus. 326.a. 344.b
 Lutheri decerunt. 328.a
 Lutheri tyranis. 335.a
 Lutheri Christus est impanatus. 210.a
 Lutherum ad schisma quae impulerint. 314.a
 Lutherum in quibus sequatur Caluinus. 211.a
 Lutherum non liberum, sed seruum arbitrium docet. 195.b. 196.a
 Lutherus Sacramentarium, & Anabaptistarum dux et sectarum auctor. 211.a
 Lutherus pro Helia Propheta à suis habitus. 337.b
 Lutherus omni Protheco mutabilis. 347.a
 Lutherus à diabolo inductus, sacerdotij et sacrificij euertere est conatus. 210.b
 Lutherum ad quale Deum sua reuoluit. 208.b
 Lutherus Anabaptistis Ecclesiae auctoritatem opponit, quam aliis non curat. 212.b
 Lutherus an bene docuerit Eucharistiam extra sumptionem non esse adorandam. 210.a
 Lutherus Anabaptistis erroris causa fuit. 212.b
 Lutherus architectus haereseon. 216.b
 Lutherus à Pontifice impugnano doctā orditur. 208.a
 Lutherus argumenta cōtra missam producta didicit à diabolo. 209.a
 Lutherus an sectarum auctor sit, et quantum. 209.b
 Lutherus auctor doctrinae Brentianae. 210.b
 Lutherus Buceris fraude adductus male de Eucharistia docet. 210.a
 Lutherus cum Eccio disputans quibus verbis animi sui morbum ostenderit. 208.b
 Lutherus cur Carolstadio praepositus. 209.b
 Lutherus cur suos Euangelicos vocauerit. ibidem.b
 Lutherus de missa angulari scripsit, ibi a Buceris sibi iniuicem concedunt. 210.a
 Lutherus Eucharistiae venerationē prohibuit. 210.b
 Lutherus gloriae cupidissimus. 209.b
 Lutherus haereticus declaratus nihil aliud conatur quam vt Papatum incōmodet. ibidem.a
 Lutherus impudentiam suam & arrogantiam erga concilij generale quibus verbis declarauit. 210.b
 Lutherus in dies seipso deterior, vnde. 208.b
 Lutherus in sacramento Eucharistiae panis & vini substantia permanere docuit. 210.a
 Lutherus ius canonicum & bullas insendit. 209.a
 Lutherus multarum auctor sectarum. 209.b
 Lutherus multos contra Sacramentarios edidit libros. 210.a
 Lutherus non querit Dei gloriam. 209.a
 Lutherus Pontificis auctoritatem primum infirmare conatus est. ibid.a
 Lutherus qualis aduersus eos, qui imaginēs & templis eiiciunt. ibidem.b
 Lutherus qualis erga Papatum suo testimonio docet. ibid.a
 Lutherus quam contemnat Papam & concilia. 264.b. 265.a
 Lutherus quādo in lucē prodierit. 208.b
 Lutherus quanti fecerit scripta Philippo. 219.b
 Lutherus qua occasione discidia excitauit. 208.b
 Lutherus quibus rebus paulatim factus deterior. ibidem.
 Lutherus quemodo indulgentias oppugnat. ibidem.b
 Lutherus Sathanismi architectus. 218.b
 Lutherus scripsit captiuitatem Babylonicam. 209.a
 Lutherus testatur suos esse Catholicos deterioris. 153.
 Lutherus discitōi serēdo deditus. 209.b
 Lutherus vt affectus à Carolstadio in religione Vuittenbergae multa vides immutata. ibidem.b
 Lutherus vt docuerit ex cōtemptu peccare in Ecclesiam. 295.a
 Lux Christus est, lux & Apostoli. 26.a
 Lyncurgus Laconum leges conscribi noluit. 290.a. 305.a
 M
 Macedonij errores qui reuocant. 217.b
 Magdeburgenses damnantur à Caluino. 212.b
 Magister vnus. 82.a
 Magistratibus obediendum. 190.b
 Magistratibus licet occidere. 153.a
 Magistratum omnem haereticis profugitum cupiunt. 233.a
 Magistratus politici Ecclesiae sunt ministri. 23.a
 Magistratus si fontes non punit homicida est. 153.a
 Magistratus prophanus presbyteros eligere nequit nec debet. 85.b
 Magno fe scelerē obstringit qui consuetudini Ecclesiae oblectatur. 245.b
 Maiora opera fecerunt Christi discipuli, quam ipse Christus. 105.b
 Mala quae ex haereticorum idololatria proficiuntur. 337.b
 Malachia propheta de sacrificio Ecclesiae quomodo à patribus & quomodo ab haereticis intelligatur. 54.b
 Mali bonis permixti nihil nocent. 203.a
 Malorum fons inaequalitas. 90.a
 Mali bonis sunt permixti. 247.b
 Mali quādiu Ecclesia sunt membra. 276.a
 Malis praesidentibus quid agendū. 31.a
 Mandata omnia in vno charitatis mandato. 147.a
 Mandatorum Dei perfecta expletio que. ibidem.
 Manducatio corporis & bibitio sanguinis Christi, partim sacramentalis, partim spiritualis. 367.b
 Manducatio & potio corporis & sanguinis Domini duplex. 50.a
 Mane orandum, orandū & vespere. 115.b
 Manichei haeretic. 196.a
 Manichei impiissimi haeretici. 355.a

Masium impostio & Iudeorum & Christianorum probata est caeremonia. 258.a
 Marcellinus Papa falso arguitur haereticus. 243.b
 Marcellinus Papa thura adoleuit, sed post poenitentiam egit. 241.b
 Marcionis error. 196.a
 Marcus quidam Ephesus implacabili odio flagrans in Latinos in concilio florentino. 345.a
 Maria signum magnum apud Ioannem. 120.b
 Maria theotocos & non Christothocos appellari cur debeat. 150.a
 Maria mediatrix optima apud Deum. 117.a
 Maria non Eua, mater reuincens. ibi.
 Maria à sanctis patribus summē honorata. ibidem
 Maria mulis iudicij & figuris praefignata. ibid.
 Maria spes, aduocata ab Ephrem appellata. ibid.
 In Maria fuit clausa porta virginitatis. 120.b
 Maria Christipara appellari prohibita in concilio Ephesino, sed Deipara. 331.b
 Mariae & Euae collario. ibid.
 Mariae Magdalene seruitus quomodo Christo grata. 295.a
 Mariae honeste meminisse deest. 117.a
 Maria virgo Aaron & Gedeonis velle nium. ibidem.
 Maritum & sacerdotem esse quomodo concedat Ecclesia. 79.a
 Martyr extra Ecclesiam esse nequit. 215.b
 Martyrem quid faciat. ibidem.
 Martyres pro nobis orant: ipsi vero nostris orationibus non indigent. 67.b
 Martyres quo cultu colant Catholici. 100.b
 Martyrij desiderium in muliere Ediffina. 124.a
 Martyrium interdum baptismi vicem supplet. 36.b
 Martyrium solemnia cur & quomodo celebrantur. 76.b
 Martyrum constantia diuersa à pertinacia haereticorum. 215.b
 Martinus Luther Sathanae antesignanus. 323.a
 Martinus Luther eadē macera vsus qua Marcion quondam haereticus. 325.a
 Martini Lutheri errores. ibid.
 Martini Lutheri pernicies. 328.a
 Martinus Lutherus de Papatu. 334.b
 Martinus Lutherus in fide constantia & contrarietas. 344.a.b
 Martini Lutheri errores plusquam sexcenti à catholicis animaduersi in sanctis Biblijs verendis. 253.b
 Masouij in religione quales. 208.a
 Materia omnium sacramentorum, signū vel elementum. 32.b. 33.a
 Materia duplex in poenitentia. 69.a
 Mathias flaccus contra Lutherum & eius affectatorēs. 338.a
 Matres vt infantes suos tradiderint occidendos. 217.b
 Matrimonij mystica significatio. 90.
 Matrimonij significationum explicatio. ibidem.b
 Matrimonij instituti causa. ibid.a
 Matrimonij impedimenta. 91.b. 92.a
 Matrī.

I N D E X.

Matrimonij tria bona. 91.a
 Matrimonium temperantiae sacramen-
 tum. 90.a
 Matrimonium sacramentum magnum,
 mysterium magnum. ibid.a
 Matrimonium Christianorum sacra-
 menti nomen fere solum obtinet reus
 comoda. ibid.
 In matrimonio, sacramento gratia infundi-
 tur. 90.b
 Matrimonium & ordo quomodo con-
 ueniunt, in quo aduersantur. ibid.
 Matrimonium suscipientes quomodo
 affectos esse oportet. 91.a
 Matrimonium contrahere quibus liceat.
 153.b
 Matrimonium triplicis rei signum. 91.a
 Matrimonium quomodo violetur. 154.a
 Matrimonij loci exponuntur. 226.a
 Mediator cur sit Christus. 214.a
 Mediator aliter de Christo & aliter de
 sanctis dicitur. 108.a
 Mediatorum futurum quomodo oportet
 credere in lege. 1.a.b
 Mediatoris nomen aliter Christo, aliter
 sacerdoti tribuitur. 238.a
 Medicina animae poenitentia. 70.a
 Medicus animarum solus est Christus.
 33.a
 Melanchthon de Carolstadio. 210.a
 Melanchthon Ecclesiam visibilem facit.
 274.b
 Melchisedech sacrificium, figurauit sacri-
 ficiu[m] Ecclesiae. 54.a. 59.a
 Melchisedech ante Leui & Aaron sacer-
 dos fuit. 55.a
 Melchisedech Christiani sacrificij ty-
 pus. ibid.a
 Melchisedech sacerdos erat gentium.
 59.a
 Membra Sathanae haeretic. 348.b
 Memno Phrysius mundum & angelos
 iudicaturum se dixit. 212.b
 Memoria passionis Christi quam neces-
 saria Christiano. 61. ea vt retineatur
 signis opus habet. ibid.
 Memoria defunctoru[m] in missa ex Apo-
 stolica traditione. 67.a
 Memoria redemptio[n]is nostrae in sacri-
 ficio missae celebratur. ibid.
 Memoriae humanae labefactario. 126.a
 Mendax filius diaboli. 155.b
 Mendacij tria genera. ibid.b
 Mendacium filia superbiae. ibid.
 Mendacium quale peccatum. ibid.
 Mendici apud templa cur assideant, &
 quorum nos admonere debeant. 165.b
 Mendici vulnerum nostrorum medici.
 166.a
 Merces bonorum operum gloria aeter-
 na. 136.b
 Mercuriales statuae cur antiquitas ad bi-
 uia posita. 8.b
 Mercurialibus statuis abrogatis crux
 Christi suffecta. ibid.
 Merita nostra vnde existant. 122.a
 Merita sanctorum nobis suffragantur.
 77.b
 Merita operum quomodo sunt in rege-
 ner. 122.b
 Merita alia paruuli, alia adulti. 140.b
 Merita nostra nulla sunt ante fidem.
 115.b
 Merita duplicia. 136.a
 Merita operum arrogantiam excludunt,
 non autem fiduciam. 141.b

Merita operum. 137.a
 Meriti perfectio non tam operi quam
 voluntati adscribitur. 133.b
 Meritis sanctorum non est detrahen-
 dum. 77.b
 Meritorium ad praemium comparatio.
 133.a
 Meritorum penuria periculosa pauper-
 tas. 140.b
 Meriti ratio duplex. 36.a
 Meritum non tollit scriptura, sed pre-
 sumptionem. 135.
 Meritum congrui & condigni quod.
 135.a
 Meritum passionis Christi abundantius
 omnibus totius mundi flagitiis. 77.b
 Merlini haereticus impietas. 35.b
 Michael Serberus in religione quas tur-
 bas excitauit. 217.b
 Michaelis ep[iscop]i. Mensburgensis concio-
 nes. 61.b
 Migrantis vita grauisimum infat-
 ceratum. 89.b
 Ministri malicia non impedit bonum
 opus persona. 162.a
 Ministris etiam malis Deus vult. 88.b
 Ministri reconciliationis presbyteri, non
 sacerdotes ab Apostolis vocati. 355.b
 Ministrorum Ecclesiae differentia. 90.a
 Mira nec minus pia auctoris vehemen-
 tia. 333.a
 Mira Dei potentia. 341.a
 Mira acta apud haereticos nulla. 194.a
 Miracula in se facta vt restabantur olim
 antiqui. 109.b
 Misericordiae domini neque tempus ne-
 que mensura praesenienda. 70.b
 Misericordiam quibus praestet Chri-
 stus. 214.a
 Missa quibus argumentis euerti debeat
 didicit Lutherus à Diabolo. 209.a
 Missa Basilij & Chryso[stomi]. 68.a
 Missa quam apte officium dicatur.
 83.b
 Missa ab Euangelio non discrepat sed
 omnia Christi beneficia nobis ob oc-
 los ponit. 61.b. 62.a
 Missa est sacrificium. 62.a. & sequent.
 Missa cur in Occidentalibus & Septen-
 trionis Ecclesijs latine fiat. 25.a
 Missa quid. 53.b. 54.b
 Missae an concio praestat. 64.a
 Missa cur post concionem audienda.
 ibidem.
 Missa mali sacerdotis non est negligen-
 da. 161.a
 Missa sine necessitate in locis profanis
 fieri non debet. 165.b
 Missa omnis publica. 170.b
 Missa an sine communica. celebrari pos-
 sit. ibid.b
 Missa omni die audienda, vel ad minus
 dominica. 65.a.b
 Missa sacrificij pro mortuis valet. 162.b
 Missae sacrificio adstant angeli. 64.b. 65.a
 In Missae sacrificio congregantur tam-
 qui cum Christo triumphant, quam
 corporibus praesentes, & qui purga-
 tione indigent. 67.a
 In Missae sacrificio quid vulgus agere,
 meditari ac precari debeat. 65.a
 Missae tremenda mysteria. ibid.a
 Missae sacrificium à Christo institutum,
 & cur quoridie celebretur. 53.b
 Missae ad finem intermanendum statu-
 to Agathensis & Aureliae conciliorum

cautum. 65.a.b. 151.a
 Missae priuatae non semper inuenta aut
 seruari coepit. 170.b
 Missam ex opere operato prodesse quo-
 modo intelligendum. 161.a. 53.a
 Missam audire vitilium ne sit an concio-
 nem. 64.a
 Missam audire quomodo oporteat.
 63.b. 149.a. 160.b.
 Missam Basilii et Chryso[st]i propter ex-
 cellentiam liturgiam dixerunt. 83.b
 Missam celebraturus quid facere debeat.
 149.a.
 Missam exterminantes grauissime con-
 tra primum praecipuum peccat. ibid.
 Missam abrogat Carolstadius. 209.b
 Missam de spiritu sancto ridet Brentius.
 250.a.
 Missam qua angularem vocat, libro op-
 pugnat Lutherus. 209.a
 Mittere se deorsum quid. 323.a. 330.a
 Moechia spiritualis haereticos in istas ab-
 surditates abduxit. 154.a
 Moechiae nomen quam late patet. 153.a.b
 Monachus non est cultus Dei, sed est
 via expeditior ad colendum Deum. 159.b
 Monachus non est idololatra. 160.a
 Monachus in colendo Deo nihil à re-
 liquis Christianis differt. 159.b
 Monachi fides non est alia quam coniu-
 gati Christiani. ibid.b
 Monachi praesij quam dedit fuerint di-
 uinis contemplationibus. 144.b
 Monachorum habitum primus Carol-
 stadius abiecit. 209.b
 Monasteria charitatem praecipue seruat.
 300.a.
 Monasteria honestatis & sanctitatis lo-
 ca, Sennia apud Eusebium dicta. 164.a
 Monasterij vt inter se haereticis pugna-
 rint. 213.a
 Mons magnus apud Danielem Mariam
 praesigurat. 116.b
 Morientis maxime infideatur Diabo-
 lus. 78.a
 Mors Christi quibus vitilis & quibus in-
 utilis. 213.b
 Mors Christi humanitatem eius decla-
 rauit. 4.b
 Mors Christi fidelibus lugubris esse de-
 bet. 3.b
 Mors memoria in missa sacrificio sa-
 cramento nobis relicta. 53.a
 Mortui fideles ad Christi corpus perci-
 hent. 67.a
 Mortuoru[m] memoria in sacrificio. ibid.a
 Mos peruersus inter pocula de diuinis
 sermonem habere. 349.a
 Mos laudatissimus patrum nostrorum
 nunc plane intercidit. 172.a
 Moyses quot annis fuerit post primum
 hominem. 285.a
 Moyses primus verbum Dei scribere coe-
 pit. ibid.
 Moyses fuit inter Deum & hominē me-
 diator. 107.b. 108.a
 Moyses postquam prophetauit non am-
 plius vxori coniunctus est. 96.a
 Moysi diffidentia vt sit punita. 75.a
 Moysi rubus Mariam figurauit. 106.a
 Mulier fortis apud Salomonem qua.
 ibidem.
 Mulieres in necessitate baptizare pos-
 sunt. 37.a
 Mulieres haereticas quam proccas. 85.a
 Mulierum officij inter viros suos. 90.b
 Mulierum

Mulierum nostri seculi audacia, simul &
 arrogantia impudentiaque. 353.b
 Multa praecipua veteri & noua lege mu-
 tata vel non obseruata. 345.b
 Multae virtutes intra nos, nostri curam
 habentes. 353.a
 Multis de causis apud plerisque effon-
 ctum, vt vernaculā linguā sacra fie-
 rent. 353.b
 Multitudinis concordis oratio quam ef-
 ficax sit. 64.b
 Mureri errores. 216.b
 Murari in virum alium quid sit. 132.b
 Mytheria vnde dicta. 55.b
 Mytheria non omnibus manifestanda.
 ibidem.
 Mytheria Chrifti multa. 254.a
 Mytheria in silentio tradita. 55.b
 Mytheria in graecis, sacramentum latine.
 90.a

N.
 Natis Christi caeremoniae. 2.a
 Natiuitatis Christi vitilias. 34.b
 Narura etiam ipsa benedictione muta-
 tur. 44.a
 Nautis in qua Christus sedit typus Eccl[esi]e
 fia. 31.a
 Nazareorum vita & continentia. 182.a
 Necessitas non habet legem sed fa-
 ciunt. 296.b
 Negare Deum qui dicantur. 332.a
 Nemo vnquam de salute securi dici po-
 test. 321.b
 Nemo vnquam fidelium dicit de neces-
 sitate salutis esse, laicos vtriusque spe-
 ciei participes fieri. 347.a
 Nemo sibi de totius orbis iudicio iudi-
 candi potestatem sumere debet. 341.b
 Nero impurissimus nemine pudici ef-
 fe censetur. 94.b
 Nestoriani noui. 217.b
 Nestorij arrogantia & Philautia. 283.b
 Nestorij error de Eucharistiae sacramen-
 to in concilio Ephesino condemnatus.
 342.a
 Nicano concilio canon exponitur. 252.a
 Nicano concilio detrahit Brentius. 267.a
 Nicenum concilium quomodo celebra-
 tum. 256.a
 Nicenum concilium quot habuerit pa-
 tres. ibidem.
 Nihil aliud credendum, quam credit
 Ecclesia. 355.b
 Nihil nunc adferunt haereticis quod an-
 te mille annos non fuerit haereticos
 condemnatum. 326.a
 Nihil tanquam necessarium de calice v-
 su laicis à Christo praecipuum. 145.b
 Nihil commune cum haereticis habent-
 dum. 355.a.b
 Nihil perniciosius quam separationis
 principium. 355.b
 Nihil liber ab Illyrico editus. 275.b
 Niniuitarum regis poenitentia. 321.a
 Nocturnae preces non sunt negligende.
 116.b
 Nolite obedire, & non obedire disse-
 runt. 191.a
 Nomen Dei quomodo frustra usurpa-
 tur. 124.b
 Nomen sanctum sine sanctis moribus
 non profectum. 128.a
 Nomen Athanasij in optinam partem
 semper cognitum. 336.a
 Nomen Christianum nihil gloriosius.
 208.a

Nomine vno cur Christiani censeri vo-
 luerint. ibid.
 Non posse, id est, non. 154.b
 Non est scriptum, frequenter haereticis oc-
 clamant. 130.b
 Non disputandum de interpretatione
 scripturarū, sed ea remittenda ad tradi-
 tionem ecclesiasticam. 325.a
 Non statim scripturarum adductarum
 testimonio acquiescendum. 326.b
 Non in usu sacramento rōi, sed in praeci-
 sione vnitatis ecclesiasticae vitium est.
 330.b.
 Non multitudini aliquid petenti con-
 tra morem Ecclesiae concedendum. 332.a
 Non potest corpus Christi conficere, cui
 eius conficiendi nulla data est pote-
 stas. 333.a
 Non illicitus calicis usus laicis dum mo-
 do publica totius Ecclesiae auctoritas
 vlturgetur. 343.b
 Non de scriptura, sed de scripturae sensu
 inter nos, & haereticos solum contro-
 uersia est. 348.b
 Non temporis pseudoprophetae ne-
 gant Deum operum nostrorum curam
 habere. 321.b
 Noua fides, vel fidei noua confessio,
 paribus semper inuisa & absurda
 fuit. 315.b
 Noua creatura quid sit. 35.b
 Noua vira institui nequit nisi veteris
 prius poeniteat. 37.b
 Nouati error circa Pauli verba de ite-
 rando baptismo. 48.b
 Nouatores mandata Dei non tantum
 difficilia, sed & impossibilia faciunt.
 120.b
 Nouatores Deum auctorem malorum
 faciunt. 122.b
 Nouatores omnem ordinem rerum cō-
 fundunt. 122.b. 152.a
 Nouatorum caecitas. 136.a
 Noui Euangelici Martyres delicati. 92.b
 Nouum quoddam prophetarum genus
 nostris temporibus emersum. 327.a
 Nulla inuenta cum haereticis disputatio.
 326.a
 Nullum praecipuum de calice necessario
 sumendo & laicis, nec si ab eo abstinere
 aut contra Christi institutionem fie-
 ri. 345.a
 Numisma nostrum charitas est. 142.a
 Nuptiae quomodo bonae, & quomodo
 non. 96.a
 Nuptias vocat Hieronymus indulgen-
 tias. 97.a
 Nuptiarum munus in paradiso conce-
 sum, & eorum vtus extra paradysum
 sumpsit exordium. 96.a

O.
 Obedientia vera qua. 298.a
 Oblatio duplex. 57.a.b
 Oblatio Ecclesiae qualis. 10.a. 57.a.b
 Oblatio missa in Ecclesia qua. 53.a. 60.b
 Oblationes Laicorum. 98.b
 Oblationes soli Deo sunt non martyri-
 bus. 67.b
 Oblationes varij sunt. 98.a.b
 Oblationis nomen Diabolus ferre ne-
 quit. 67.a
 Odium proximi Dei amorem excludit.
 147.a.b
 Oculampadius quid de Luthero sen-
 tiat. 211.b
 Offendi vtus antiquissimus. 98.b

Offertoria in missa fieri solita vnde. ibi.
 Officium etiam apte vocatur sacrifici-
 um. 83.b
 Officantes etiam dicti sacerdotes. ibid.b
 Olei vntione multos sanabant Aposto-
 li. 78.b
 Oleum in chrismate quid significet.
 41.a
 Omnia munda mundis vt intelligatur.
 184.a.
 Omnia sibi volunt concedi nostri tem-
 poris haeretic. 348.b
 Omnis ex Ecclesia sublatus ordo iam
 propemodum esse videtur. 354.a
 Opera nostra quatenus vitam merca-
 mur aeternam. 306.b
 Opera quomodo valeant. 239.a
 Opera bona quatenus meritoria. 142.a
 Opera sive bona sive mala habebunt iu-
 dicium. 120.a
 Opera bona necessaria in Christiano. ibi.
 Opera nostra opera Dei sunt, & quo-
 modo nostra, quomodo Dei.
 ibidem. & 73.
 Opera renatorum & infidelium disse-
 runt. 143.b
 Opera qua fidem praecedunt dispositio-
 nes sunt ad gloriam. 120.a. & 134.b
 Opera Deus exigit non verba. 149.a
 Opera feruilia Sabbato prohibita, &
 quomodo licite fieri possint. 150.a
 Opera sunt testimonia voluntatis inter-
 ne. 119.
 Opera fidei & charitatis quomodo ad
 remissionem peccatorum sufficiant.
 47.a. 48.
 Opera sunt meritoria si ex fide sunt. 143.a
 Operu[m] duplex genus quae gratiam pre-
 cedunt non sunt meritoria. ibid.b
 Opera quatenam sint meritoria. Vide me-
 ritum.
 Operum iustificacionem praecedunt
 vis. 135.a
 Operibus quomodo mundemur. 239.a
 Operum bonorum qualis catholica do-
 ctрина. 306.b
 Opus operans & opus operatum quid
 vocent scholastici. 236.b
 Opus operans & opus operatum quid
 & quomodo differant. 53.b
 Opportunas vbique spectanda. 112.a
 Orandi adorandique modus. 112.a
 Orandi ratio. 109.a
 Orantium non multo sed vnanimes
 exauditur. 252.b
 Orare ad Orientē cur nos Apostoli vol-
 uerint. 294.b
 Orate sine intermissione quomodo in-
 telligendum. 172.b
 Oratio multorum in Ecclesia efflicax.
 115.c. d. & sequen. 64.a. b. 64.b
 Oratio concionem praecedere & subici-
 qui debet. 64.a
 Oratio Ecclesiae prodest fidelibus defun-
 ctis Purgatorio detentis. 73. 74.
 Oratio sacerdotis plurimum prodest.
 64.b.
 Oratio fructuosa. 118.b
 Oratio Christiana spe & fide statuta
 esse debet. 105.a
 Oratio priuata efflicax. 64.b
 Oratio qualis esse debet. 105.a. 112.a
 Oratio dominica ceteris anteferenda.
 ibidem.a.
 Oratio Dominica cur publica & cōmu-
 nis 112.b

I N D E X.

Oratio Dominica breuibus verbis collecta, sed multis spiritualibus bonis referta. *ibid.*
 Oratio duas alas habet quibus ad caelum perferretur. *173.a*
 Orationem quomodo docuit Christus. *112.a*
 Oraciones Ecclesiae omnes per Iesum Christum concluduntur & patri offeruntur. *137-138.*
 Orationi magis quam audiendo Evangelio templa dicata videntur. *165.a.*
 Orationi quomodo mens preparanda. *114.b.*
 Orationis dominicae explicatio per Cyprianum facta eiusque efficacia, quodque ea Deus praeter omnibus alijs inuocari malit. *105.a.111.b.112.a & seq.*
 Orationis anima est ieiunium. *172.*
 Orbis Christiani ante 40. annos confensus. *108.a*
 Ordinandis calix cur porrigatur. *80.a.*
 Ordinatio sacerdotum praesente populo fieri debet, & cur. *86.a.b*
 Ordinationes quibus temporibus celebrantur. *170.a*
 Ordinationes haereticorum quales. *85.b*
 Ordines cur certo temporis intervallo conferantur. *79.*
 Ordines post ieiunium cur conferantur. *159.b.*
 Ordinis Episcopus est minister. *84.b.*
 Ordinis sacramentum quatenus consistat in matrimonio. *96.a*
 Ordinis sacramentum non iterandum. *79.a.*
 Ordinis in Ecclesia necessitas. *239.b*
 Ordo sacerdotalis sacramentum est. *84.b.*
 Ordo in Ecclesia necessarius. *9.a.84.85.*
 Ordo in sacerdotibus, Episcopis & Presbyteris generalis est, sed dignitas, auctoritas & potestas specialis atque inaequalis. *78.b.79.a*
 Ordo ministrorum institutionis dicitur. *ibid.*
 Ordinum sacrorum conferendorum ceremoniae. *159.a.b*
 Origenes an sit haeticus. *279.b*
 Originalis peccati fomes. *75.b*
 Orthodoxorum constantia. *334.a*
 Osiander male tractatus a Confessionistis. *220.b*
 Osiander doctrina in Vvitembergeniis damnata & approbata. *ibid.*
 Osiander doctrinam approbavit Brentius. *ibidem.*
 Osiander dogma. *235.b*
 Osiander qui & quod eorum officium. *79.a.*
 Oves pastoris sui vita non debent offendere. *151.b*
 Ozias rex exemplo est principibus, ne sibi quae sacerdotum sunt, usurpent. *135.a.*

P.

Palpones. *156.a*
 Panem & vinum cur Christus voluerit retinere colorem & saporem suum. *42.a. & seq.*
 Panem nostrum quotidianum cur secum & quomodo intelligendum. *113.b.135.b*
 Panis & vinum vere transubstantiantur in Eucharistia. *42.a. & seq.*
 Papa vnde dicitur. *85.a*
 Papa de dubijs fidei discernere debet. *29.b. & seq.*
 Papa caput Ecclesiae quomodo. *310.b*
 Pape seu Pontificis maximi eminentia. *28.a.29.a.30.a*
 Pape cur sanctissimi dicantur. *30.b*
 Papam quam condemnat Lutherus. *265.a.*
 Papatui incommodare solum studebat Lutherus. *209.a*
 Papatum cupiuit tollere vt ipse testis est Lutherus. *ibidem.*
 Papatum nullomodo relinquendus. *204.a.*
 Parentes cum primis honorandi. *151.b.*
 Parentum nomine qui intelligendi. *ibid. b.186.b.*
 Paruuli in fide Ecclesiae (quia non habent proprie acquisitionem) Baptizantur. *37.a*
 Paruuli absque baptismo non saluantur. *36.b*
 Pascha nostrum Christus. *53.b*
 Pascha cur vno die patres celebrari voluerint. *290.a*
 Paschae controuersiam sustulit conscribendo concilio Constantinus imperator. *288.a*
 Paschae celebratio ab Apostolis. *149.b.*
 Paschae celebrandi vno eodemque die cause. *196.b*
 De Paschate controuersia. *ibid. b*
 Passio Christi fuit verum sacrificium. *56.a.*
 Passio Christi abunde satisfecit. *49.a.*
 Passiones Christi passiones nostrae. *135.b.*
 Passio Christi memoriam Christiani sedulo habere debent. *62.b.73.b*
 Pastor Ecclesiae totius, vnus esse debet qui ceteris praesit. *27.a*
 Pastores Ecclesiae cum pro se, tum pro ouibus sibi creditis reddere rationem Deo debent. *353.b. in fine.*
 Pastor malus quatenus ferendus. *312.a. b*
 Pater maior Christo, quomodo Ecclesiae intelligit. *12.a*
 Pater causa principalis efficiens salutis nostrae. *34.a*
 Pater spiritualis omnium est Deus, mater Ecclesia. *152.a*
 Pater carnalis est omnium Adam. *151.b*
 Patibulum erectum vbi solebat fieri sacrificium & crucis Christi recommentatio. *186.b*
 Patrem cur appellamus Deum. *112.b*
 Patres docuerunt rectam fidem. *13.a*
 Patres quomodo hereticos confutauerunt. *ibidem.*
 Patres sicut quidem diuerso, non autem diuersa fide scripserunt. *195.a*
 Patres instituta erroris Brentius. *279.a*
 Patres nostri semper recognoscendi. *264.a. b.*
 Patres prisci quomodo populum instituerunt. *120.b.121.a*
 Patroni Ecclesiarum quid iuris habeant. *86.b.*
 Patrum auctoritas in controuersis dogmatibus. *195.a*

Patrum errores quales fuerint. *13.b.195.a*
 Patrum orthodoxorum interpretationes non sunt reticiendae. *11.b*
 Patrum scripta quantum habeant auctoritatem. *279.a.283.b*
 Patrum sententias affert Augustinus. *280.b.*
 Pauli loci exponuntur. *214.a*
 Pauli tempore clerus non fuit sine vicijs. *298.a.*
 Pauli fiducia & semicinctia plerisque a demonijs liberantur. *105.b*
 Pauli amor in Christum quam vehementer. *144.b*
 Paulus non reuicet bona opera. *118.b*
 Paulus quomodo imperfectionem suam amecisset. *144.b*
 Paulus sub sua persona de quouis homine nonnunquam loquitur. *ibid.*
 Paulus qualis seruus fuerit. *223.a*
 Pauperes & calamitosos a foribus templi arceri conantes, merito reprehendi. *166.b*
 Pax Ecclesiae quibus modis reformari possit. *316.b*
 Pax nostra mutua Deo, maximum sacrificium. *108.*
 Peccare in spiritum sanctum quid. *336.b.*
 Peccata nostra ostium regni caelorum claudunt. *72.b*
 Peccata carnalia maioris sunt infamiae, sed minoris culpae quam spiritualia. *103.a.*
 Peccata sacerdoti manifestanda. *71.a. b.*
 Peccant grauissimè qui Deum mendaciter testem producant. *109.*
 Peccantes non omnes iustitiam amittunt. *143.a. b*
 Peccantes contra primum praecipuum qui. *147.a. b.* contra secundum, & sic ex ordine omnia. *149.a. b*
 Peccati primorum parentum quantitas. *130.b.*
 Peccatum non imputari quomodo intelligendum. *131.a*
 Peccatum animi morbus grauissimus. *147.b.*
 Peccatum grauissima fecerunt. *151.a*
 Peccatum nullum sine voluntate. *156.a*
 Pelagianorum error circa paruulorum baptismum. *36.b*
 Pereginationes Deo non ingratae. *107.a*
 Perfectio fidei quae sit. *146.a*
 Perfectio duplex. *143.a*
 Perfectum vt se dixerit Paulus. *144.b*
 Perfectus discipulus quis dicitur in Evangelio. *145.a*
 Periuurij poena in veteri testamento quantitas. *153.b*
 Periuurium grauissimum crimen. *ibidem.*
 Persecutionem facere an iustus queat. *216.a.*
 Persona in sacerdote non est spectanda. *30.a*
 Persona non suscipienda sed nomina. *ibidem. b.*
 Personarum acceptio erroris est mater. *ibidem. a.*
 Peruersa haereticorum religio & conscientia. *355.b*
 Petra Christi, fides & Petrum Christum consistentem significat. *26.a*
 Petra vocatur, Christus, Petrus? Fides. *ibid.*
 Petri a

Petri a Soto encomion. *222.a*
 Petri vmbra agros sanauit. *108.b*
 Petri locos exponitur. *266.a*
 Petri sedem obtinens, praesentem habet Christum. *243.b*
 Petri Drefensis haereticus. *342.b*
 Petrum a Soto, Brentius conuicijs aggredditur. *222.a*
 Petrus Apostolus qualis seruus fuerit. *223.a.*
 Petrus a Soto cur aduerfus Brentij confessionem scripserit. *221.b*
 Petrus humaniter admonet ducem Vvitembergensem. *222.a*
 Petrus a Soto quem in confutando Brentio sequutus sit ordinem. *221.b*
 Petrus Christum negas fidem non amittit. *118.b*
 Petrus totius Ecclesiae figuram gessit. *24.a.*
 Petrus Lombardus in merito reprehenditur. *142. b*
 Petrus Vergerius haeticus supra modum seditiosus imò ad seditiones excitandus natus. *332. b*
 Pflugij laus. *210. b*
 Pharisaei scripturarum testimonio Christum non esse prophetam, & esse morte dignum concludebant. *348. b*
 Philippi Melancthonis blasphemiae. *93. b.*
 Philippi de Suenckfeldio sententia. *216. b.*
 Philippus Melancthon in articulo iustificationis quaterdecies variavit. *132. b*
 Philippus liberum arbitrium nunc negat, nunc adserit. *219. a*
 Philippi libros suos variando condemnauit. *ibid. b.*
 Philippus primus Christianus Imperator quam subditus romano imponit. *223. a.*
 Philippi se Manicheum fuisse declarat. *220. a.*
 Philippus Melancthon turpiter se seruifese Lutheri conuenit eademque conuenit. *38. a.*
 Philippi Melancthon discipulus Martini Lutheri. *344. b*
 Phineas homicidium cur Deo grauitur. *101. b. 158. a*
 Pia auctoritas ad Christi oratio. & c. *338. a*
 Pia exhortationes. *355. b*
 Picardi genus haereticorum non solum orthodoxorum, sed haereticorum etiam maxime iniuriam. *349. a*
 Ricardorum Apologia. *333. b*
 Pietas quid & vnde dicitur in proemio confessionis. *273. a*
 Pietas Dei cultus est. *158. b*
 Pighij sententia de sacerdotibus vxores ducenibus. *100. b*
 Pighius immeritò a Melancthone reprehensus. *ibidem.*
 Pignora probatica prerogatiua. *166. b*
 Plurima scribere coactus fuit Lutherus contra animi sui sententiam impotentia quadam irae atque odij. *344. a*
 Platonis concilium in eligendo loco academiae insalubri. *186. b*
 Poena aeterna sanctificatione Christi in cruce aboletur, temporaria verò non. *72. b. 73. a. b.*
 Poena non semper remittitur cum culpa. *74. b*
 Poena timore cogendi quid ad rectam fidem. *171. a*
 Poena temporariae pro aeternis non nunquam a Deo infliguntur. *72. b*
 Poenitentia duplex. *31. a*
 Poenitentia interior index interioris. *73. a. 74. b.*
 Poenitentia publica vno die coeque dominice habeatur. *222. a*
 Poenitentia tres actus, qui materiae loco sunt, habet. *69. a*
 Poenitentia baptismus lachrymarum à Gregorio Nazianzeno dicitur. *70. b*
 Poenitentia laboriosus baptismus. *72. b*
 Poenitentia agenda. *215. b*
 Per poenitentiam non statim penitus culpa aboletur. *73. b*
 Poenitentiae sacramentum à Christo institutum, quae illius materia & forma. *69. a*
 Poenitentiae fructus. *70. b*
 Poenitentiae partes. *69. b*
 Poenitentiae nullum tempus incommodum. *ibid.*
 Politica functio quomodo differat ab Ecclesiastica. *226. a*
 Polonia quandiu Christiana sit. *87. a*
 Poloniae episcoporum vigilantia. *208. b*
 Poloniae reges eligunt episcopos. *248. a.*
 Poloniae reges fuerint Vitoldus & Vladislavus fratres patruales. *208. a. b*
 Poloniae reges Vladislavus & Vitoldus, Poloniae regnum sibi oblatum, quibus verbis propter haereticum respuerit. *ibid.*
 Poloniae regi dicitur esse liber Brentij. *210. b.*
 Poloniae regum pietas cum Apostolorum pietate conferatur. *208. a. b*
 Poloniae rex qua voce in conuentu usus sit. *208. b*
 Poloni studiosi linguae latinae. *64. a*
 Poloni consistantes in religione à 600. annis. *198. a.*
 Poloni Bohemorum partis nisi quam esse voluerunt. *208. a.*
 Poloni quando Christiani facti. *199. a*
 Polonorum fides cur diu integra permanens. *208. a. b*
 Poloni quando Christiani & quam cordes semper fuerint. *ibid. a.*
 Polonorum religio. *185. b*
 Polonorum & Bohemorum lingua vna. *208. a*
 Polycarpi corpus quando venerabile habitum. *109. b*
 Polygami Euangelici. *148. b*
 Polygamiam approbantes haereticus. *100. a.*
 Pontifex Romanus semper praesit confessionis. *273. a*
 Pontifex summus quam necessarius Ecclesiae. *311. a*
 Pontifices etiam improbi recte sancti dicuntur. *242. a*
 Pontifices calices usum non ademerunt. *50. a.*
 Pontifices mali reuerenter audiendi. *242. a.*
 Pontificis decreto in rebus fidei assentiendum. *29. a*
 Pontificis Romani auctoritatem primam infirmare conatus est Lutherus. *209. a. b.*
 Pontificis non vitae meritum, sed officium spectandum. *242. a*
 Pontificum Rom. nullus à fide Petri aberrauit. *145. a*

Pontificum Catholicorum successio veritatem Ecclesiae restat. *23. a*
 Populi officium. *232. a*
 Porta infero. contra ecclesiam non possunt proualere, sed contra vnum aliquid Ecclesiae membrum. *275. b*
 Possit pro velle sepe in scripturis usurpatum. *154. b*
 Possibilia sunt credenti. *154. b*
 Post cenam non communicandum, nisi infirmis, & alterius necessitatis causa. *343. a*
 Potestatis Ecclesiasticae & ciuilibus collatio. *214. b*
 Praecepta Dei impossibilia non sunt. *143. b.*
 Praecepta diuina duplicia. *189. a*
 Praecepta Dei quomodo & quibus grauiora. *123. a*
 Praecepta Ecclesiae cum Dei praecipis congruunt. *278. b*
 Praecepta patrum seruanda. *285. a*
 Praeceptorum trium ratio. *148. a*
 Praeceptorum diuorum qualia coeque diu nobis Deus dedit. *146. b*
 Praecepto concupiscentiae non prohibetur inclinatio mala seu fomes, qui nobis infusus est. *145. a. b*
 Praeceptum dilectionis expleri potest. *246. b.*
 Praeceptum Domini lucidum, & tamen in scripturis multa obscura inueniuntur. *265. b*
 Praeceptum dilectionis vnum videtur, sed duo continentur. *146. b*
 Praeceptum dilectionis diuinae tribus modis transgredimur. *148. a*
 Praeceptum non occides, quatenus se extendat. *152. b*
 Praedicationis munus olim solis presbyteris dabatur. *84. a*
 Praefatio qua de re instituta. *208. a*
 Praefati officium spectandum non meritum. *276. a*
 Praefati si sint mali an Ecclesia sit deserta. *255. b*
 Praefatis reuerentia praestanda & obedientia. *227. a*
 Praefatos etiam non piè viuentes non debent subditi iudicare. *28. b*
 Praemonstratensis Apostata qualis. *217. b*
 Presbyteri vnde dicitur, item cur nomen hoc praesacerdotum nomine Apostoli elegerint. *83. a. b*
 Praesces quae sunt in templo sunt Deo gratiores. *104. b*
 Presbyteri non in hoc ordinantur, vt sint ministri verbi. *86.*
 Principes sibi vsurpans iudicium religionis quam immaniter peccet. *235. a*
 Principes de doctrina religionis iudicare nefas est. *235. b*
 Principes non debere sibi sumere quae sacerdotum sunt, exemplis probatur. *235. a.*
 Principes inimites nimis uectigalibus suos subditos exugentes rei sunt scripturae praecipit. *155. a*
 Principes executores decretorum Ecclesiasticorum. *22. b*
 Principibus duplex honos debetur. *151. b.*
 Principibus non permittit Ecclesiae causas Athanasius. *259. a*
 Principum catholicorum quod sit officium. *218. a*

Principum opem postulant episcopi contra hereticos. 237.a
Prisciritus Ecclesie non abrogandi. 355.a
Probati quomodo manifesti fiant. 337.a
Processio singulis diebus dominicis quare ab Ecclesia peragatur. 4.b
Promissiones Dei vt nunquam irritae fuerint. 242.b
Promissiones veteris testamenti quibus potissimum facta. ibid.b
Propheas falsos cauendos, quomodo intelligendum. 226.a
Propheas non semper preesto fuit spiritus sanctus. 146.a
Propheas etiam malis vitur Deus. 88.b
Pro reprobis habendi qui laudabili Ecclesie consuetudini oblectantur. 343.b
Procurare agere contra ea que a sanctis patribus tradita sunt blasphemiam est in spiritu sanctum. 336.b
Proximi odium, odium Dei. 147.a.b
Proximi duo sunt. ibidem.
Proximi reconciliari debemus si corpore Christi inferi volumus. 68.b
Prusii in religioneuales. 208.a
Psalterium siue Eucharistia. 172.b
Psalterium cuiusdam mira impostura. 149.a
Pseudoapostolorum in primitiua Ecclesia calliditas. 324.a
Pseudo Euangelicorum sycophantia. 131.b.177.b
Pseudo prophetarum quibus declarandi 226.a
Publica & communia preferenda sunt priuatis. 175.a
Pudenda patrum non detegenda. 31.a
Pulcheria Augusti predicatio. 257.a
Pulcheria nomen celebre. 18.b
Purgatorium esse post vitam. 76.a

Qua de causa vltus vtriusque speciei in sacramento Eucharistie ab Ecclesia catholica abrogatus fuerit. 243.a
Quadragesime ieiunium tribus de causis institutum. 173.a
Quadragesima in vernum tempus instituta ratio. 174.b
Quadragesime tempus dies afflictionis, poenae, meroris, &c. ibidem, & seq.
Quadragesime violatores grauiter peccant. 173.a
Quadragesime obseruare exempla. 2.b.174.a
Quadragesime ieiunium per vniuersum orbem adnunciatu esse Basilio. 174.a
Quadragesimae ieiunium a Deo potius quam ab homine institutum. 173.b
Quadragesime vltima septimana qua pietate a veteribus obseruata. 2.b
Quadragesima dies cur Christus a resurrectione cum discipulis suis conuersatus. 4.b
Quanta huius temporis hereticorum in Deum & eius Ecclesiam blasphemiam. 332.b
Quanta in est in hereticis mentis cecitas. 339.b
Quare Saxones nunquam a placitis magistrum sui Lutheri discendum duxerunt. 334.b
Quare in alicuius Euangeliste aut insignis doctoris recolitur memoria canisoleri, in medio Ecclesie aperuit eius cinis. 327.b
Quare ita caligo inter hereticos. 338.b
Quare desitum est ab vtriusque speciei communione. 346.b
Quare in hoc libro auctor de Vergerio mentionem fecerit. 235.b
Quare sit orandum potius lingua latina quam vernacula. 353.b
Quatuor esse Euangelia vnde confecti. 27.a
Quatuor temporum ieiunium institutum. 173.b
Que per felicitate sunt ea dispensatione non egent. 351.b
Questiones de fide quomodo facile dirimantur. 269.b
Querele Basilio de statu Ecclesie. 247.a
Quatuor temporum ieiunium cur institutum. 173.b
Quibus contenti esse debent simplices & indocti. 341.a
Qui restant potestati, ipsi sibi damnationem acquirunt, quomodo intelligendum. 190.b
Qui Ecclesie Catholice sensum & consensum sequitur nullo pacto errare potest. 348.b
Qui se a Christi corpore separauit Christianus dici non debet. 334.a
Qui se dicunt continere non posse, nolunt potius, quam non possint. 349.a
Qui sunt illi qui volunt sacrum ac reliqua diuina officia lingua vernacula celebrari. 355.a
Quid sit credere penes hereticos. 322.a
Quid Sachanas hereticus pollicetur. 323.b
Quid sit de suo loqui in diuinis scripturis. 127.a
Quid sub idolorum nomine sancti patres significari voluerint. 336.b in fin.
Quidnam hoc seculo scientia inflati, omnia ridet que maiores nostri coluerunt. 343.a
Quis diuidat. 202.b
Quid attulit nobis scripturarum in vulgarem linguam translatio, ne dicantur prophanatio. 352.b
Quinquaginta dies interiecti a Pascha ad Pentecostem, cur ieiunio liberi. 4.b
Quo Dei timore percussi sunt Lutherani. 330.b
Quo tandem productus est Lutheranismus ex paruo principio. 333.a
Quo tendit Sachanas cum Papatum tantum studio euersum cupit. 334.b
Quod legis sacre exemplis diabolus ad fallendum vtatur. 322.b.323.a
Quo tempore habitum est concilium Lateranense. 354.b
Quod a Deo preceptum est indifferens haberi non potest. 344.b
Quod de Papatu conantur efficere heretici idem de omni dominatu, & regnis tollendis, quo hereticorum spectant consilia eos moliri censendum est. 330.b
Quomodo intelligendum, bibite ex hoc omnes. 329.b
Quomodo non querendum Christiano. 48.a
Quomodo sit intelligendum, quod effusus sanguis Christi bibitur. 329.b

Quorum Deus venter est, quomodo intelligitur. 180.b
Quorundam huius seculi idiotarum prescriptum. 322.a
Quorannis immutat dogmata sua Philippus Melancthon. 344.b
Redies bonarum & malorum rerum. 208.b
Rapina grauior quam furtum. 155.a
Ratio quare cum hostibus Euangelij non consentiendum. 336.a
Rationis humana obtenebratio. 126.a
Rationis signa in multis animantibus deprehenduntur. in proemio confecti.
Reatus manet etiam in renatis remissa culpa. 75.a
Rechabite vinum non biberunt etiam precipiente Propheta Ieremia. 182.
Reconciliatio mortis Christi in Eucharistia nobis proposita. 67.
Reconciliatio quomodo contigerit nobis. 68.b
Reconciliationis ministerium duplex. 81.a
Recordatio mortis Christi in Eucharistia nobis proposita. 67.
Reddere debuit vxori, & reddere debuit Deo iuge sacrificium offerendo, pugnantia sunt. 97.b
Reges nostro tempore Catholici qui sunt & qui non sint. 125.b
Reges quomodo serui. 222.b
Regnum caeleste ac terrestre. 113.a
Regnum caelorum quomodo vernale. 141.b
Regnum Dei cur aduenire petimus. 113.a
Regnum Dei in quo consistat. 208.a
Regula humanarum actionum que sit. 289.b
Regula omnium actuum humanorum lex est charitatis diuina. 147.b
Regum Poloniae religio quanta. 340.b
Religio vnde dicta. in proemio confecti.
Religio animorum imitatur rationem corpore. 188.a.b
Religio vna. 24.b.25.a
Reliquie Sanctorum venerande ex antiquissima institutione. 109.b
Remedia fugiende libidinis. 93.b.94.a
Remissio peccatorum extra Ecclesiam nulla confertur. 104.a
Remissio peccatorum sola non est iustitia nostra. 126.b
Remissio peccatorum in Eucharistia quomodo datur. 127.
Remittere proximo nolentes ab Ecclesia excommunicantur. 2.b
Renati ad graue certamen vocantur. 40.b
Renouatio nostra quando incipiat. 126.b
Renouari quid sit. ibidem.
Rerum diuinarum & humanarum confusio ex conuulsione decretorum Ecclesie. 342.b
Resipiscencie fructus qui. 166.b
Restitutio que sit. 74.a
Resurrectionem carnis credens non est Christianus. 104.a
Resurrectionis Christi duplex utilitas. 4.a
Resurrectionis nostrae spes. ibid.

Resurrectio Christi est iustificatio nostra. 104.a
Resurrectio Christi diuinitatem eius declarauit. 104.a
Resurrectio ex mortuis nostrae fidei basis. 104.a
Reum esse corporis Domini quid significat. 331.a
Ritus noui in Ecclesiam a priuato aliquo non inducendi. 64.a
Ritus Ecclesie qui contemnit schismatizantur. 269.a
Ritus externi quid habeant. 218.a.b
Rossensis pro fide mortuus. 265.b
Roma regalissima vrbium. 109.b
Romana Ecclesia nunquam a fide defecit. 244.b
Romanae Ecclesie commendatio. 255.a
Romanae Ecclesie quid a Caluii tribuatur. 241.a
Romanae sedis quantum privilegium. 243.a
Romani Pontificis auctoritate primum infirmare Lutherus studuit. 209.a
Ruuardus Tapper articulos Louanientes explicauit. 210.a
Ruuardus Tapper vir doctus. 329.b
Rudis & indocti vulgi stultitiam; quorundam mulierculam superbia. 338.b
Rufi Catholici quales in religione. 208.a
Rusticorum bellum in Germania vnde oritur. 83.a
Sabbati preceptum & ad caremonias & ad mores pertinet. 149.b
Sabbati Iudaici triplex significatio. ibi.
Sabbati opera que praestanda. 151.b
Sabbatum aeternum quando. 149.b
Sabbatum ex Sabbato. ibid. & 151.a
Sabbatum cur dominicum diem vocemus. 150.a
Sabbatum violant Apostatae. 151.a
Sacerdos futurus quid pre oculis habere debet. 159.b
Sacerdos prudens & doctus eligendus consenti. 71.a.b
Sacerdos dum consecrat, duas sustinet personas. 238.b
Sacerdos qui primus vxorem duxerit in Germania. 210.a
Sacerdos quomodo sit minister reconciliator. 138.a
Sacerdos non suum, sed Christi opus applicat in missa. 162.b
Sacerdos legatus Christi. 80.b
Sacerdos minister reconciliationis. 80.b
Sacerdos quomodo se ad missam reconciliare debeat. 160.b
Sacerdos minister Christi capitis & Ecclesie corporis, quomodo. 80.b
Sacer. malus etiam si cum diab. computetur non tamen contaminatur donum Christi per eum. 161.a
Sacerdotem esse mariti quomodo concedat Ecclesia. 69.a.b
Sacerdotes Euangelicorum sunt laici banni, zonarij. 87.88
Sacerdos in omnibus officijs suis symbolum implent, Deus vero omnia per illos operatur. ibidem
Sacerdotes quomodo peccata populi comedere dicantur. 172.b
Sacerdotes a quibus constituendi. 254.b
Sacerdotes cur Christum vtantur. ibid.

Sacerdotes etiam mali habent spiritum sanctum. 242.a
Sacerdotes Graeci an iure ducant vxores. 288.
Sacerdotes recte dicuntur mediatores. 237.b
Sacerdotes regibus excellentiores. 235.a
Sacerdotibus solis ligandi solutiueque potestas a Christo. 71.b
Sacerdotibus nunquam licuit neque licet vxores ducere. 98.b.99.a
Sacerdotij dignitas. 80.b
Sacerdotis institutio non est penes magistratum profanum, sed penes Episcopum. 85.b
Sacerdotio quando functus Christus. 54.a.b
Sacerdotio Leuitico quando Spiritus sanctus adfuerit. 231.a
Sacerdotium Ecclesie Catholice vnde coepit. 254.a.b
Sacerdotium & sacrificium vbi nullum est, ibi nec Deus agnoscitur. 209.b
Sacerdotium ob vicia Sacerdotum non est reprehendendum. 235.a
Sacerdotium & sacrificium tollit, qui Eucharistiam sola sumptione constare asserunt. 42.a.b
Sacerdotium Christi duplex secundum ordinem Melchisedech & secundum ordinem Aaron. 54.a.b
Sacerdotium & sacrificium ex Ecclesia tolli nequeunt: vno sublato alterum tollitur. 82.a
Sacerdotium & sacrificium Melchisedech quale. 54.a.b
Sacerdotium vbi, ibi & sacrificium. 53.a.b
Sacerdotum officium. 80.b
Sacerdotum & monachorum proprium officium iuge sacrificium, iugisque preces Deo offerre. 172.b. & seq.
Sacerdotum improbitas non derogat efficacia Sacramentorum. 139.a
Sacerdotum prestantia & dignitas. 237.b. & sequent.
Sacra vasa & sacre vestes & huiusmodi ad sacrificium misse pertinentia quo in honore habenda sunt. 163.a
Sacramenta Ecclesie communio sunt fidelium. 32.a
Sacramenta Ecclesie sigilla sunt siue signa, quibus Christiani a non Christianis distinguuntur. ibid.
Sacramenta mysteria sunt. 90.a
Sacramenta ad septem genera accommodantur. 33.b
Sacramentarij aliqui consecrationis verba omittunt. 210.a
Sacramentarij qui. 327.a
Sacramentarij & Anabaptistae exerti in Lut. 335.a
Sacramentarij Lutheri sunt Sathanae ministri, mendaces, ipsum medicamentum, Simulatio, Sathanae venenum. 211.b
Sacramentarij plures sunt quam Lutherani. 210.a
Sacramentarij praecedunt Lutheranos Doctrina, Pietate, multitudine. 211.a
Sacramentarij quidam in consecratione non dicunt: hoc est corpus meum: sed hoc est panis meus. 210.a
Sacramentarij dederunt occasionem Lutheri scripta. 348.a
Sacramentorum error. 348.a
Sacramentorum Atheismus. ibidem

Sacramentarium de Lutheranis sententia. 211.b
Sacramentarium haereticum cor Corollarius excitari. 209.b. & seq.
Sacramentarium haereticis vnde originem sumpsit. 211.a
Sacramentarios in decem foramina scripturam lacraffe Lutherus auctor est. 210.a
Sacramentarios multos libris oppugnavit Luth. ibid.a.b
Sacramenti causa est commemoratio Christi. 61.b
Sacramenti extremae vnctionis vis. 78.a
Sacramenti spiritalis virtus. 161.a
Sacramentis vim praebet verbum Dei, & hoc ipsum sacramentorum forma. 33.b
Sacramentorum administratio an vera Ecclesiae nota. 309.b. in fine.
Sacramentorum Anacephaleosis. 89.b
Sacramentum corporis Christi sine passio admonet nos facta reconciliatio. 42.a.b
Sacramentum Eucharistiae sacra rei signum quomodo. ibidem.a
Sacramentum Eucharistiae non in sumptione aut vsu, sed in verbis Christi vim suam habet. ibi.a.b
Sacramentum corporis Christi reliquus omnibus praestat. 52.b
Sacramentum Eucharistiae cur sub speciebus panis & vini dare voluit Christus. 66.a
Sacramentum corporis Christi & sanguinis est sacrificium, diciturque Eucharistia, synaxis, viaticum & cetera. 53.a
Sacramentum Eucharistiae quomodo sit sacrificium. ibidem
Sacramentum corporis Christi Sacramentum Sacramentum est. 52.b
Sacramentum corporis Christi vitam praestat. 65.b
Sacramentum corporis Christi sumere omnibus diebus licitum. 170.a.b
Sacrificia multa. 160.a.b
Sacrificij & sacramenti vsus. 58.a
Sacrificij applicatio longe vetustissima. 162.b
Sacrificio misse Deo perfecte adhaeremus. 160.b
Sacrificio quotidiano quid tribuat Ecclesia. 58.a
In Sacrificio misse praesentes quomodo affectu esse debeant. 160.b
Sacrificiorum Christi Ecclesie Catholicae & Iudaorum discrimen. 53.b
Sacrificium quotidianum Christus inuitulit. 53.a
Sacrificium Ecclesie visibile quod. 53.a
Sacrificium duplex. 54.a
Sacrificium signum est visibile rerum invisibilium. 160.b
Sacrificium secundum ordinem Melchisedech Ecclesia indies celebrat. 58.a
Sacrificium Aaronis cellare debuit. 54.a.b.60.a
Sacrificium vetus & nouum quomodo differant. ibidem
Sacrificium quotidianum quantum valeat. 6.a.b
Sacrificium translatum non sublatum docet Paulus, & obseruat Ecclesia. 82.a
Sacrificium Ecclesie habet testimonium scripturae clara. 54.a.b
Sacrificium durabit vsq; ad finem mundi. R r r

Sacerdotes etiam mali habent spiritum sanctum. 242.a
Sacerdotes Graeci an iure ducant vxores. 288.
Sacerdotes recte dicuntur mediatores. 237.b
Sacerdotes regibus excellentiores. 235.a
Sacerdotibus solis ligandi solutiueque potestas a Christo. 71.b
Sacerdotibus nunquam licuit neque licet vxores ducere. 98.b.99.a
Sacerdotij dignitas. 80.b
Sacerdotis institutio non est penes magistratum profanum, sed penes Episcopum. 85.b
Sacerdotio quando functus Christus. 54.a.b
Sacerdotio Leuitico quando Spiritus sanctus adfuerit. 231.a
Sacerdotium Ecclesie Catholice vnde coepit. 254.a.b
Sacerdotium & sacrificium vbi nullum est, ibi nec Deus agnoscitur. 209.b
Sacerdotium ob vicia Sacerdotum non est reprehendendum. 235.a
Sacerdotium & sacrificium tollit, qui Eucharistiam sola sumptione constare asserunt. 42.a.b
Sacerdotium Christi duplex secundum ordinem Melchisedech & secundum ordinem Aaron. 54.a.b
Sacerdotium & sacrificium ex Ecclesia tolli nequeunt: vno sublato alterum tollitur. 82.a
Sacerdotium & sacrificium Melchisedech quale. 54.a.b
Sacerdotium vbi, ibi & sacrificium. 53.a.b
Sacerdotum officium. 80.b
Sacerdotum & monachorum proprium officium iuge sacrificium, iugisque preces Deo offerre. 172.b. & seq.
Sacerdotum improbitas non derogat efficacia Sacramentorum. 139.a
Sacerdotum prestantia & dignitas. 237.b. & sequent.
Sacra vasa & sacre vestes & huiusmodi ad sacrificium misse pertinentia quo in honore habenda sunt. 163.a
Sacramenta Ecclesie communio sunt fidelium. 32.a
Sacramenta Ecclesie sigilla sunt siue signa, quibus Christiani a non Christianis distinguuntur. ibid.
Sacramenta mysteria sunt. 90.a
Sacramenta ad septem genera accommodantur. 33.b
Sacramentarij aliqui consecrationis verba omittunt. 210.a
Sacramentarij qui. 327.a
Sacramentarij & Anabaptistae exerti in Lut. 335.a
Sacramentarij Lutheri sunt Sathanae ministri, mendaces, ipsum medicamentum, Simulatio, Sathanae venenum. 211.b
Sacramentarij plures sunt quam Lutherani. 210.a
Sacramentarij praecedunt Lutheranos Doctrina, Pietate, multitudine. 211.a
Sacramentarij quidam in consecratione non dicunt: hoc est corpus meum: sed hoc est panis meus. 210.a
Sacramentarij dederunt occasionem Lutheri scripta. 348.a
Sacramentorum error. 348.a
Sacramentorum Atheismus. ibidem

Sacerdotes etiam mali habent spiritum sanctum. 242.a
Sacerdotes Graeci an iure ducant vxores. 288.
Sacerdotes recte dicuntur mediatores. 237.b
Sacerdotes regibus excellentiores. 235.a
Sacerdotibus solis ligandi solutiueque potestas a Christo. 71.b
Sacerdotibus nunquam licuit neque licet vxores ducere. 98.b.99.a
Sacerdotij dignitas. 80.b
Sacerdotis institutio non est penes magistratum profanum, sed penes Episcopum. 85.b
Sacerdotio quando functus Christus. 54.a.b
Sacerdotio Leuitico quando Spiritus sanctus adfuerit. 231.a
Sacerdotium Ecclesie Catholice vnde coepit. 254.a.b
Sacerdotium & sacrificium vbi nullum est, ibi nec Deus agnoscitur. 209.b
Sacerdotium ob vicia Sacerdotum non est reprehendendum. 235.a
Sacerdotium & sacrificium tollit, qui Eucharistiam sola sumptione constare asserunt. 42.a.b
Sacerdotium Christi duplex secundum ordinem Melchisedech & secundum ordinem Aaron. 54.a.b
Sacerdotium & sacrificium ex Ecclesia tolli nequeunt: vno sublato alterum tollitur. 82.a
Sacerdotium & sacrificium Melchisedech quale. 54.a.b
Sacerdotium vbi, ibi & sacrificium. 53.a.b
Sacerdotum officium. 80.b
Sacerdotum & monachorum proprium officium iuge sacrificium, iugisque preces Deo offerre. 172.b. & seq.
Sacerdotum improbitas non derogat efficacia Sacramentorum. 139.a
Sacerdotum prestantia & dignitas. 237.b. & sequent.
Sacra vasa & sacre vestes & huiusmodi ad sacrificium misse pertinentia quo in honore habenda sunt. 163.a
Sacramenta Ecclesie communio sunt fidelium. 32.a
Sacramenta Ecclesie sigilla sunt siue signa, quibus Christiani a non Christianis distinguuntur. ibid.
Sacramenta mysteria sunt. 90.a
Sacramenta ad septem genera accommodantur. 33.b
Sacramentarij aliqui consecrationis verba omittunt. 210.a
Sacramentarij qui. 327.a
Sacramentarij & Anabaptistae exerti in Lut. 335.a
Sacramentarij Lutheri sunt Sathanae ministri, mendaces, ipsum medicamentum, Simulatio, Sathanae venenum. 211.b
Sacramentarij plures sunt quam Lutherani. 210.a
Sacramentarij praecedunt Lutheranos Doctrina, Pietate, multitudine. 211.a
Sacramentarij quidam in consecratione non dicunt: hoc est corpus meum: sed hoc est panis meus. 210.a
Sacramentarij dederunt occasionem Lutheri scripta. 348.a
Sacramentorum error. 348.a
Sacramentorum Atheismus. ibidem

di. 158.b
 Sacrificium nullo die intermittendum. 160.b
 Sacrificium Christi in omni loco. 158.b
 Sacrificium temporibus Augustini oppugnatum. 60.b.162.b
 Sacrificium verum quod. 160.b
 Sacrificium sine bono motu non valet. 161.a
 Sacrificium propiatorum in missa applicatur. 162.b
 Sacrificijs non aliter fas est corpus Dominicum conficere, offerre aut sumere, quam sub vtraque specie. 343.b
 Salus infantij ori cur imponatur. 39.b
 Salus aspersio quam elixir. 163.b
 Salus nostra omnis in cruce Christi. 6.b.7.a
 Salus nulli vnquam contigit nec contingere potest nisi per agni Christi immolationem. 53.b
 Salutatio Apostolis à Christo in via cur sit prohibita. 102.b
 Salutatio Angelica dominicæ orationi subiungi debet. 116.a
 Sancta cur dicatur Ecclesia. 14.b
 Sancti subiecti legibus. 178.a.b
 Sancti inuocantur non vt largitores, sed tanquam intercessores. 107.a.b
 Sancti & peccatoris lapsus quomodo differant. 143.a.b
 Sancti peccantes non amittunt sanctitatem. ibidem
 Sancti operibus suis non plane distentur hoc tempus mortis. 137.b.138.a
 Sancti patres ab humanis affectibus remoti. 195.a
 Sancti viuunt. 105.a
 Sancti fides sponte cruci subiecti. 123.b
 Sancti quomodo imitandi, cur nobis ad imitandum proponantur. 107.a.b
 Sancti sicut petitiones nostras. 110.b
 Sancti quo cultu coluntur. ibi.b. & 106.a
 Sancti quomodo dicantur castra Dei. 15.a
 Sancti vt inuocentur à Catholicis. 250.b
 Sanctificari nomen Dei cur & quomodo peramus. 113.a
 Sanctificatio à quo fit. 125.a
 Sanctificationem, quæ eadem est & in sanctificatione tribuit Ruperris charit. ibi.
 Sanctitas multiplex. 141.b
 Sanctitas hæreticorum diabolica. 217.a
 Sanctorum intercessio & inuocatio. 105.a
 Sanctorum meritis nihil derogandum. ibidem
 Sanctorum intercessio prodest multum. ibidem
 Sanctorum merita & passiones ad remissionem valent. 77.b
 Sanctorum inuocatio non recipit idololatricam. 106.a
 Sanctorum inuocatio non prohibetur primo præcepto. 148.b
 Sanctorum inuocatio non obfcurat gloriam Christi. 105.b
 Sanctorum inuocatio non est contra verbum Dei. ibidem
 Sanctorum cultus ad Christum pertinet. ibidem
 Sanctos quomodo inuocemus. 105.a.b
 In sanctos quomodo credimus. 106.a
 Sanctus nemo est sicut Dominus. 139.a
 Sanctus, dictio cur magis Deo spiritui tribuatur quam patri & filio. 125.a
 Sanæ intelligentiæ lux soli Eccle. promissa. 136.b
 Sanguis ad Christi corpus resurgentis redij, ac iunctus est diuinitati. 348.a
 Sapiens quis in Ecclesia Dei dicatur. 328.a
 Sapientia non est cum peccato. 277.a
 Sapientia quid. ibidem
 Sapientia liber est canonicus. ibidem
 Sapientiam non intrare in malucola animam, quomodo intelligendum. ibid.
 Satham cur dicatur demon. 268.b
 Sathanæ nerui. 323.a
 Sathanæ studium omne quod tædat. ibid.
 Sathanæ integumentum. 324.a
 Sathanæ conatus ad Ecclesie ordinationem subruendam. 330.a
 Sathanæ fraus atque calliditas quam admirabilis. 331.a
 Sathanæ vaftricies. ibidem
 Sathanæ fraudes cuneo simillime. 332.b
 Sathanam ad disputationem an admittere debeamus. 268.b
 Sathanam vincens qualis fides sit. ibid.
 Sathanas transfiguratus in angelum lucis. 322.b
 Sathanas quid hæreticis polliceatur, & persuadeat. 323.b
 Sathanas nõ minus Apostolos, quàm Christum suis armis aggressus est. ibidem
 Sathanas aduersarius interpretatur. 331.b
 Sathanisimi vires. 340.a
 Sathanisimus qui per totam Germaniam nunc floret vnde natus. 334.b
 Sathanisimus qui regnat in Germania vnde sumpsit originem. 208.a.255.a
 Sathanisimus quibus gradibus Germaniam occuparit. 219.a
 Sathanistæ qui. 198.a.b
 Satisfacere quomodo oporteat. 74.a
 Satisfactio quomodo fiat & quare. 72.b
 Satisfactio necessaria pro temporaria peccata auertenda. 73.a
 Satisfactio tertia pars poenitentia. ibid.
 Satisfactio nostra satisfactioni Christi non derogat. 74.a
 Satisfactioem quomodo Luthe, reijciant. ibidem
 Satisfactioem nostræ & Christi discriminationem. 73-74.b
 Satiis fuerit mille moribus occumbere quam aliquid aduersus Ecclesiam concedere, aut pati, aut fieri. 332.b
 Saulis inobediencia quam grauitèr puniunt. 101.b
 Saxonis theologi Caluinus quæ epitheta tribuat. 212.a.b
 Scamalcaldicum fœdus quale. 282.b
 Schifina quantum discrimen. 103.b
 Schifina grauius quam idololatria criminant. ibidem
 Schifina vult Sathanas non calicè. 332.b
 Schifinara vnde maxime orientur. 103.a.b.203.b
 Schifinara fugienda. 313.b
 Schifinara vnde nostro tempore orta. 314.a
 Schifinatici vnde hodie dignoscantur. 269.a.b
 Schifinatis crimen quam grauitèr puniunt olim. 103.b.203.b
 Schneppi, Merlini Steigelij, Sarcerij, contra Philippum Melancthem. 338.a
 Scholastici temporij contra hæreticorum calumnias defenduntur. 238.b
 Scholasticorum theologorum sententia de meritis bonorum operum. 137.a
 Scholasticorum doctrina de opere operato. 162.a
 Scientia sine charitate noxia. 197.b
 Scientia inflat, charitas adificat. 10.b
 199.b
 Scientia potest esse cum peccato. 277.a
 Scientia inflans perniciofa. 202.a
 Scientia diabolica. 202.b
 Scientia quenam in vita futura destruetur. 269.b
 Scopus diuinæ scripturæ dilectio. 338.b
 Scientiam habere cupiens primum seipsum scire studeat. 197.b
 Scripta Luthei referta calumnijs. 209.b
 Scire & nescire Dei quid sit. 309.b
 Scriptura quomodo contineat omnia iuri necessaria. 266.b
 Scriptura sacra etiã non intellecta vtilissima. 65.b
 Scriptura plænaque habet intellectu difficilia. 268.b
 Scriptura an sit vera nota Ecclesie. 309.a
 Scriptura Evangelica & verbum Evangelij vti differant. 271.b
 Scriptura sacra nihil certius nec verius. 12.b
 Scriptura vnde habeat authoritatem. 271.b
 Scriptura sacra non omnia continet. 82
 Scriptura quemadmodum ab hæreticis profertur verbum est diaboli. 284.b
 Scriptura cur quedam habeat obscura. 262.a.269.a
 Scripturæ vti recipiantur à catholicis. 309.b
 Scripturæ frustra contra hæreticos profertur. 232.a.b
 Scripturæ priuato sensu interpretari non debent neque possunt. 12.a
 Scripturæ præcipua capita egent interpretatione. 270.a
 Scripturæ possunt etiam ab impijs intelligi. 274.a.b
 Scripturæ sacra non omnia continent. 270.a
 Scripturæ auctoritas dependet ab Ecclesia. 11.b
 Scripturæ eo quo scriptæ sunt spiritu debent intelligi. 12.a
 Scripturarum interpretationes quæ sunt accipiendæ. 194.b
 Scripturam esse obscuram hæretici suis disidijjs probant. 266.b
 Scripturam recte distingui à prædicatione Dei verbi. 266.a
 Scripturam per scripturam interpretari quatenus probandum. 310.a
 Scripturam sacram quam vocet ecclesia. 261.b
 Scripturarum possessio non competit hæreticis. 155.b
 Scripturarum intelligentia vnde petenda. 279.b
 Scripturas non esse legendas quæ doceant. 216.b
 Scripturis plus Catholicis, quam hæreticis tribuunt. 261.b
 Scripturis vt seruentur hæretici. 251.b
 Secta Lutherana in tres sectas dissecta. 218.a
 Sectæ quedam horrendæ sub Lutherone nata. 217.b
 Sectarum in quibus rebus nobis omnibus adfit, & in quibus non. 246.a.b
 Sectarum quid venentur. 221.b
 Sectarum

Sectarum se scripturam per scripturam interpretari iactant. 221.a
 Sectarum nõ sine periculo creditur. 281.a
 Seculum nostrum corruptissimum. 131.a.b.186.a
 Secundum ordinationem seu obseruantiam Ecclesie omnia fieri nostra debent. 343.b
 Segregatio ab Ecclesie summopere cauenda. 355.a
 Semen arboris gratiæ spiritus sancti com paratum. 136.a
 Semi christianis quis censendus. 334.a
 Semina virtutum nobis innata. 145.b in fin.
 Semite antiquæ quæ sunt. 192.a
 Semota Ecclesie auctoritate nulla disputandi causa. 341.b
 Sensibilia in cognitionem inuisibilem perducunt. 33.a
 Sensus scripturæ genuinus non nisi in Ecclesia est, etiã Caluino recte. 242.a.b
 Sentes qui in supplicijs tolluntur quomodo adhortandi. 8.b
 Sæpi definitio à Petro Lom. tradita, defensio. 142.a
 Sæpi ratio in quo posita. 214.b.215.a
 Species sacramenti non confert salutem neque damnationem. 50.b
 Spes quid sit. 142.b
 Spes nostra cuiusmodi esse debeat. 214
 Spes galæ & ancoræ comparata. 105.a
 Spes firma semper retinenda. 214.b
 Spes Christianorum qualis esse debet. 120.a
 Spes nostra vt ne inanis sit quid agendum. ibidem
 De speciebus sacramenti Eucharistiæ nõ contendendum. 52.b
 Spiritus episcopij præclarum exemplum. 183.b
 Spiritum sanctum qui blasphemet hominibus. 228.a
 Spiritus in nobis orat. 201.b
 Spiritus sanctus cur quinquagesimo die post resurrectionem datus. 5.a
 Spiritus sanctus adiuuat infirmitatem nostram. 40.b
 Spiritus sancti missionem cur proponat fidelibus Ecclesia. 5.a
 Spiritus sanctus in baptismo datur in remissionem peccatorum, in confirmatione in robur contra hostes. 40.b
 Spiritus sanctus causa efficiens vitæ æternæ. 34.a
 Spiritus sanctus quomodo & quâdo nobis dari dicatur. 65.b
 Spiritus sanctus quomodo in Apostolis loquitur. 135.b
 Spiritus sanctorum etiam absentium facta nouerunt. 110.b
 Spiritus quomodo probandi. 196.a
 Spiritus vertiginis inter hæreticos. 132.a
 Spiritus vbi vult spirat. 241.a
 Spiritus sanctus mirabiliter artifex vt magister singularis. ibidem
 Spiritus Dei etiã per malos diuinat. 243.a
 Spiritus hæreticorum vt probandus. 230.b
 Spiritus quinam probandi sint. 228.a.230.b
 Spiritus sanctus non hæreticus sed Ecclesie catholice promissus. 229.a
 Spiritus sanctus in quibus rebus nobis omnibus adfit, & in quibus non. 246.a.b
 Spiritus Sapientiæ & Scientiæ, differunt. 277.a
 Sponsus Christi, Christiani. 154.a
 Sponsus & sponsa Christus quomodo. 46
 Stanifal Episcopi Cracouiensis martyrium. 214.b
 Stationum dies vnde dicti. 170.a
 Stephani Papæ verborum sensus de matrimonio. 90.a
 Subdiaconi qui, & illorum officij. 80.a
 Subdiaconis olim non permittebantur vxores. 98.a
 Subdola cuiusdam hæretici cogitatio. 349.a
 Successio legitime sacerdotum quantum habeat momenti. 241.b
 Successio quomodo Catholici prædicent. 308.a
 Successor legitimus habendus etiam qui non imitatur eos, quibus successit. 241.a
 Succinctorium Adæ. 78 b
 Suenckfeldiani describuntur. 216.b
 Suenckfeldiani quibus vtantur scripturis. ibidem.b
 Suenckfeldiani sanctissimi videntur. ibi.
 Suenckfeldij errores. ibidem
 Suenckfeldius vocatur à Melancthone Suenckfeldius. ibidem
 Sumptio nõ facit sacramentum sed Dei verbum. 63
 Suo iudicio se damnatum hæreticos esse vidit Lutherus. 344.a
 Superbia præcipuum inuestigandæ veritatis obstaculum. 338.b
 Superbia mater contentionis & inanis gloriæ. 201.a
 Superbia in recte factis cauenda. 140.b
 Superbiæ quatuor species. 136.b
 Superbia hæreticorum Diabolica. 237.a
 Superbiam odit Deus. 140.b.165.b
 201.a.b
 Sursum corda, dum cæcatur à sacerdote, quid meditandum. 160.b
 Sulfures. 156.a
 Symbolum quid. 9.a
 Synagoga Ecclesie vmbra. 232.b
 Synaxis seu communio. 53.a
 Synodi prouinciales cur instituta. 87.b
 Syrarum mulierum pietas. 100.a
 T
 Tabula prioris tria præcepta quæ. 148.a
 Tapper explicauit articulos Louanienenses. 210.a
 Tempia christian. cur ad orientem spectent. 210.a
 Tempia memorie martyrum ab Augustino dicuntur. 295.a
 Tempia cur Ecclesie dicta. 165.a
 Tempia sanctis non erigi. 167.a
 Tempia & cœmeteria etiam corporibus hominum sepeliendis cõsecrata. 168.a
 Tempiorum antiquitas & vfus. 165.b
 Templi prærogatiua. 166.b
 Templum domus Dei. ibidem
 In templis angeli habitant. 166.b
 Tempora certa cur præfisi mutarint. 290.b
 Tempus obseruandi vel mutandi duplex causa. 170.a
 Tempus nostri status calamitosus à Basilio describitur. 186.a
 Tempus in Ecclesia primitiua diligens obseruatio. 169.b
 Tempus de quo prædixit Paul. 2. Tim. 4. venit. 176.a
 Tempus hoc vigilia magni illius festi, scilicet felicitatis æternæ. 173.a
 Teminus antiquos transgredi quid sit. 187.b
 Tertulliani vt vsimi scriptoris de præscriptis aduersus hæreticos. 324.b
 Tertullianus montanizans. 279.b
 Testamenti libros quosdam cur auctoritates plerique non esse canonicos existimant. 261.b.262.a
 Testis falsi poena. 156.b
 Theodosius imperator an iudex inter Episcopos fuerit. 156.a
 Theologastrorum nostri temporis arrogantia. 52.a
 Thomas Muncerij errores. 216.b
 Thomas Muncerus Catholicè obijt. 213.a
 Thomas Aquinas celebris inter scholasticos. 137.a
 Tugurina schola Caluino incensa. 212.a
 Tugurina & Latkana confessio. 332.b
 Tugurini de Lutheo. ibidem.a
 Tumanus Breuissus docet recte panis hæreticos. 217.b
 Timor qui pellatur à charitate. 178.b
 Timor etiam ferulis ad charitatem disponitur. ibidem
 Tonfura clericalis. 79.a
 Traditiones Apostolorum & patrum seruanda. 187.a
 Tradit. Ecclesiastica non reddunt viam aut portam ad salutem angustioiorem, sed expeditioiorem. 190.a
 Traditiones maiorij rejcere nihil aliud est quam Ecclesie statum velle distipare. 187.a
 Traditiones Apostolicæ æquæ ac scripturæ obseruanda. 278.a. & sequentia.
 Traditiones Apostolicæ vt cognoscamus. 287.a
 Traditiones cum scriptura consensuræ. 292.a
 Traditiones Ecclesiasticæ retinendæ. ibi.
 Traditiones non scripturæ eandem ad pietatem viam habent, quam scripturæ. 294.a
 Traditiones num hodie ad scripturam exigenda. 273.a
 Traditiones quales tradat Ecclesia. ibi.a
 Traditiones quantum habeant vim ad pietatem. 293.b
 Traditiones quanti faciendæ. 284.a.b
 Traditiones quomodo mutari possunt. 289.b
 Traditiones sunt vni Evangelij. 291.b
 Traditiones vt sint fidei fundamentum. 285.b
 Traditiones quæ iudicare possit. 289.a
 Traditioni credendum sine scriptura. 286.a
 Traditionibus hæretici constiit. 27.a
 Traditionibus poena adiecta. 190.a
 Traditionibus Ecclesiasticis nõ acquiescens ab Origene hæreticus pronuntiatur. 191.b
 Traditionum Apostolicarum scopus. 290.b
 Traditionum scopus charitas. 288.b
 Traditum est scripturam multis modis. 231.b
 Transformati in Deum vt possumus. 146.a
 Transgressores legis humanæ ex contemptu grauitèr peccant. 190.a.b
 Transmutatio seu transformatio, aut transsubstantiatio in sacramento altaris.

I N D E X.

traris. 42 a Veritas omnium vel multorum est, non vnus. 230.a. 327.b Veritas promissionum Dei nulla hominum iniustitia labefactari potest. 231.a Veritas multiplex esse nequit. 25.a.b Veritas vbi fit. 229.b Veritas non est priuata. 200.b Veritas credenda est. 327.a Veritas in sola Ecclesia catholica. ibidem Veritatis vis quanta. ibidem Verorum & falsorum prophetarum discrimen. 320.b Verum vnum est, medicum multiplex. 218.a Vesperi cur orandum. 119 Vestes omnium quae sunt. 227.a Vestes sacras reiecit Caluinus. 211.a Vestigijs Christi baptizatos incedere oportet. 40.a Vestis candida quare baptizatis induitur. 40.a Veteris & nouae legis differentia. 289.b Verus mos Sathanae. 335.a Via qua disidium religionis commode tolli possit. 195.b Viaticum est veteribus Eucharistia. 66.a Viduae olim professae castitatem & solitudinem. 228.a Vigiliae nocturnae quomodo obseruabatur olim à Christianis. 173.a Vigiliae festorum dierum cur institutae. ib. Vigilanti error explosus de intercessione sanctorum. 105.a Vigilij Papae memorabile dictum. 243.a Vincentius Lirinensis quando scripserit libellum suum. 240.a Vini usus iam olim Germaniae incognitus. 51.a Vinum aqua mixtum offerre oportet. 302.b Vinum aqua mixtum quid significet. 303.b Vir vnde dictus. 153.a Vir dux mulieris. ibidem Virga Aaron Mariam figurauit. 106.a Virgines post votum nubentes sunt adulterae. 95.a Virgines Deo sacratas violare quam sit impium. 299.a.b Virginitas libera est. 298.b Virginitas quam sit Deo grata. ibidem Virginitatis votum quoque Apostolorum tempore vsu fuit. 296.b Virginitas, Monachorum, Sacerdotum nuptiae sunt peccata peiora adulterio. 301.a Viri sanguinum qui sunt. 227.b Virus & efficacia sacramentorum solius Dei non sacerdotum est. 80.b Virtus omnis absque Dei cognitione vana in proximo confusa. Virgines caelestes nominum suorum appellatione delectatae. 352.b Vis charitatis. 147.b Vissum D. Bernardi in excessu metis extremum iam spiritum trahentis. 137.b Virtus magis mouet homines, quam auiditudo. 35 Vitae aeterna est in gratia sicut arbor in femine. 136.a Vita duplex gratiae & gloriae. 65.b Vita nostra bona, Dei gratia. 140.a Vita aeterna finis regenerationis Christiana. 34.a Vita aeterna gratia, & gratia quomodo. 140.a Vitae aeternae promissio non calici sed pa-

Uualden.

I N D E X.

Uualdenes fratres Anabaptistae habentur. 212.b Uualdensis lepra quando Bohemiam inuaserit. 208.a Vuestphalus damnatus à Caluino. 212.a Vuicelli laus. 248.a Vvirembergensis dux à Petro à Soto humiliter admonetur. 222.a Vvirembergae promouendi quid iuratur. 220.b Vvradislai & Vitoldi regum Poloniae pietas cum Apostolorum pietate conferatur. 208.a Vvradislai Iagellonis regis Poloniae abstinentia. 158.a Vvradislai & Vitoldus reges Poloniae regnum Bohemiae sibi oblatum quibus verbis propter haeresim respulerint. 208.a.b Vvradislai & Vitoldus fratres Patru-

X Enia cur noui anni auspicio dantur. 2.a

F I N I S I N D I C I S.

I N H I S E R R A T I S C O R R I G E N D I S , P R I M V S numerus folium, & secundus lineam eam, in qua erratum est, littera autem a. priorem pag. b. secundam f. fol. & m. marginem designat.

F. 1. a. 32. sic, & 38. post patientem etc. vide Origenem etc. omnia ponantur in margine ad principium secundi cap. b. 21. videretur 23. vero 24. viuos f. 2. a. 34. nobis f. 3. b. 35. suum f. 8. a. 42. parte b. 1. vijs 14. sedantium 20. propter crimen f. 13. b. 35. permanens f. 14. b. 38. quaedam f. 15. a. 45. aequalis 51. vincit b. 12. dogmata f. 17. b. 50. Sed isti pro vidisti f. 18. a. 15 post prohibutum est, adde Haestenus Lutherus f. 20. a. 1. cautus 8. Moses pro mos est 41. pro Qui eorum principatus etc. lege principis aures hic Ecclesiae, de quo tractat Clemens) tauto est omni etc. b. 39. legendum est, Corde in eo Conclio, quod (missa negatione non) f. 21. b. 3. verbis 9. iudicarent f. 22. a. 27. subscripti f. 23. b. 20. oppetere 34. gladiatorio f. 24. a. 21. Odiosum 26. distindunt 42. segregauerunt f. 25. a. 18. mutuo f. 26. b. 30. totus f. 27. a. 34. dicit b. 30. Charisma f. 28. a. 10. itaque b. 28. solitudinem 46. auctoritas 47. post scribens adde Hieronymus f. 29. b. 14. profanetico f. 30. b. 37. sitis pro scitis f. 34. b. 15. descensu 17. Bernardus: Baptizatus non tunc in aquis sed aquas. etc. f. 35. b. 57. sanctorum f. 38. a. 8. Bapuzator f. 39. a. 6. non in aqua, pro nos f. 45. a. 4. demutatione f. 48. b. 8. sententiam f. 49. a. 58. transfig. m. seducebat b. 40. domium m. matris f. 51. m. sessione f. 56. a. 13. fuit f. 65. a. 1. effrares f. 66. m. Hil. lib. 8. f. 67. a. 52. vt pro vel f. 69. b. 34. admonuit, vt abijcerent f. 71. a. 29. potuerunt f. 73. a. 19. reddimur b. 29. redimi f. 75. a. 29. Aegypti Regi. b. 21. Si enim nos 23. distring. 26. ipse dominus 44. inferu. b. 60. exami natur f. 77. b. 4. ita patitur in membris suis ita meretur in membris suis ita facit. f. 78. 53. inducat pres. b. 9. cum impre. f. 79. b. 29. accendeda f. 80. b. 22. reconciliationis f. 81. a. 31. 51. ueritat f. 82. a. 16. omnes, tum futurum 17. ijdem b. 21. 21. 1100970dyvtau f. 84. b. 4. 8. iudicium f. 86. b. 6. iam in ordinand. f. 87. a. 20. per nos f. 88. a. 17. audacious 37. quem p. f. 90. a. 36. relinquer f. 91. a. 37. m. Aug. de bono coniugali f. 92. a. 49. adij dominum f. 93. a. 33. postuland. b. 35. iud. f. 95. b. 26. repugnat 43. Pontifice f. 96. a. a. feriorum 44. suarum 71. habuerit b. 69. fraud. f. 100. b. 50. appellat. f. 101. b. 13. funestior 38. stupere f. 103. a. 36. atrocium 42. dignatur f. 104. b. 14. femini f. 105. a. 9. anchora f. 108. b. 25. concludit 40. confirmare m. inuocandif. 119. b. 14. orationem 47. funduntur 47. honestatur f. 110. a. 4. quod 16. vercel. 21. deferendam f. 111. a. 31. domum 40. ardore f. 116. b. 11. promissioe f. 118. a. 6. quorum haeretic delendum est 7. principes pro participes f. 119. a. 30. Dauid b. 41. accesserunt f. 123. a. 54. Nullam in fidelium f. 124. a. 25. m. se quis, f. 126. b. 29. quidem f. 127. a. 41. scilicetibus b. 48. nostris f. 128. b. 37. Ioannis 42. quaf. 137. a. 17. m. Marcus b. 3. beneficentiam 18. omnes 25. viuens 27. omne f. 138. a. 20. excusus b. 51. iniustitia f. 139. b. mens f. 141. a. n. siue 33. poterunt f. 142. a. 13. lac detractionis, imo 32. iusticiae f. 143. a. 15. explore 40. officijs b. 24. Ne summa 44. in experientia f. 144. a. 41. colligi m. dilexerunt f. 146. b. 3. sic cum f. 148. a. 4. Dominis b. 19. excutitur f. 149. a. 37. filij b. 11. quod ijs b. 55. durabat pro dubitabat 56. f. 149. b. 11. molestae f. 152. a. 4. Apostolos 42. conat. f. 153. a. 28. corrup. b. 44. vxoriae f. 154. a. 40. stupendum b. 29. instat 30. ornatis 60. desunt hae duae lines, quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac luctatione superiores euadere. Et in Opere imperfecto f. 155. b. 14. recti f. 157. b. 5. cuius f. 158. a. 33. cedit 37. adijctur f. 159. a. 26. Quas qui in f. 160. a. 9. quo f. 160. a. 9. Quo vero peruersas 41. prauum 43. ab idololatriae 43. censur. b. 31. beneficio 161. a. 11. nos eius 32. confinxerunt f. 162. b. 78. tantum prop. f. 164. a. 6. post officijs. Edirum fuit & à Ioanne Bellero Antuerpiae anno 62. Rationale diuiniorum Ioannis Belehij qui vixit anno 1165. sub Frederico primo Imperatore inter eas, etc. 14. Deum cum quali 50. patriar. f. 165. a. 40. vt ad eandem f. 166. a. 2. absident. 33. aulic f. 166. b. 5. Basilus f. 167. a. 4. perfruct. 7. sanct. 47. Philoro 49. suppeditari 52. solitud. 53. appar. b. 3. addantur post laticia. Eusebius Emisenus in Homilia, quanti scripti de sanctis martyribus Ephipodio & Alexandro, postquam dixit, quod plurima populorum Ecclesiae etiam illa sanctificatione contentae sunt, quibus de angelis membris, sacri amictus, vel duri carnarum nexus contingendo rapturine: vt quod fuit instrumentum poenae, sit gloriae testimonium, & dolor materni transcat ad insignem meritum. Paucis interiectis: de fructu peregrinationum ad ea loca vbi passim sunt sancti martyres, praclare differit in hunc modum. Et quidem beati martyres quorum preciosus pulvis per diuersas vsq; quaq; regiones

ERRATA

regiones in populorum dissaminatur salutem, plenum quocunque loci cultum de honore Dei impensa sibi religione suscipiunt, & quanto celebratum fuerit fide ditioni, tanta erit eis gratia celebritatis acceptior. Sed absq; dubio multo eis gratius multo iucundius est, si eos ibi potissimum feruor excolat pietatis, vbi super eos furor incubuit passionis. Si illic eis supplicacionum sacrificia deferantur, vbi in Dei sacrificium procubuerunt si illic eis vota fundat praedicanda posteritas, vbi innocencionum sanguinem feralis profudit immanitas, Si denique eos ille Christiani nominis inimicus vbi credidit interemptos, illic videat consecratos. Dulcius inquam est, probatur obsequium, si ibi eos laudum concelebret benedictio, vbi super eos tribulationum defenit magnitudo. Si inde inuocentur in suffragium, vnde primò resurrectionis signo euocabitur ad praemium, Quae cum ita sint charissimi, ad tenendam fidem, ad excolendam religionem, non nobis aliqua de longinquo sunt expectanda documenta, paternis instrumur magisteriis, ac domesticis admonemur exemplis. Num nobis ad cor nostrum clamat cognati viua vox sanguinis? Discite, inquit, ex nobis fidem quaerendo acquirere, viuendo exco lere, moriendo seruare: discite plus peccatum timere, quam gladium, discite propter vitam magis iustitiam amare, quam vitam, fidemque & timorem Dei. Quem nos in media belli tribulatione seruauimus, obseruate, ne vos in pace, vel pacis securitate perdatis. Caute ne vitam bonam, si quando afflictionibus subditam videritis, miseram iudicetis. Cauete ne in arena mundi in qua ad subeundos agones missi sumus, aliqua foelicitatem expectandam putetis, Beatitudo parari hic potest, nō potest acquiri. Non hic quaeras quod hic nullus sanctorum consummatus, vel consummato labore nullus cōfessor obtinuit: non hic quaeras, quod hic nec Christus inuenit, si mundus pacem haberet, gloriam martyres non haberent. Si examinatio non praecederet, tribulationis periret occasio. 41. anathematizarentur. f. 168. b. 49. percip. 169. b. 40. die de medio. f. 170. a. Sabbatho. f. 174. a. 21. illi. citi. f. 175. b. 26. fit. f. 179. b. 38. Mercbuntur. f. 180. a. 16. angustias. 39. iudiciis. f. 181. a. 8. pelliceis. b. 8. remuneratus. 12. numerum. 52. afflictio. f. 182. a. 23. haberēt. 42. operiretur. b. 28. aciei. 45. lege. ferre possent, et dele nō. f. 183. a. 12. intermed. f. 184. b. 20. pertinere. 26. potius, quem ad verbum. 42. subitanea. f. 185. a. 1. Contra. 59. prouectior. f. 186. b. 42. testificatione. f. 187. b. 58. lege, dixit contemnēdas. f. 188. a. 8. Euangelio. f. 189. b. 21. episcopari. 22. Quid Anglis. 24. quid noua. f. 190. a. 35. per mutatos. b. 29. capitalis. f. 191. a. 14. contumacia. 17. obedire. b. 39. adductus. f. 192. a. 46. gremio. b. 7. intelligentia. 50. toto. f. 193. a. 12. fit. f. 194. a. 57. Euangelium. f. 195. a. 5. quid in nos. 10. adiurant. 11. sic, sic tenemus. 19. recitationes. 31. disuncti. f. 196. a. 60. fecimus. b. omni spe. 25. qui soluit Iesum, ex Deo nō est. 26. potiss. f. 197. a. 38. quia vero. b. 59. Vritenbergensem. f. 201. b. 4. 4. stupidi. 59. sentite. f. 202. a. 69. monemus. b. dissensionis. f. 103. a. 54. condito. b. 8. quemquam, f. 204. a. nimium graue. f. 317. a. 11. Origenes.

